



13-21.



No	
13	21
25	9



i 18056209

Del Colegio de la Compañia de J. N. de Granada. (R. 9639)  
Del Apoyento de P. e. de Escritura

R. 23.658

MARTINI  
**AZPILCVETAE**

**DOCTORIS NAVARRI  
IVRISCONSULTORVM**

ÆTATE NOSTRA FACILE PRINCIPIS,  
Consiliorum & Responforum, quæ in quinque  
libros, iuxta numerum & titulos Decreta-  
lium, distribuuntur,

TOMI DVO.

**QVÆ QVIDEM IN HAC SECUNDA**

*editione Consilii pene trecentis aucta & multo melius,  
quàm in priori editione digesta sunt.*

**CVM QVIBVSDAM ANNOTATIONIBVS, QVÆ,**

si quando sententia Doctoris minus probabilis visa est, magis receptam, & præsertim  
à Concilij Tridentini Illustrissimorum Cardinalium Congregatione  
magis probatam demonstrant.

**ACCESSIT INITIO INDEX TITVLORVM TOTIVS**

*Iuris Canonici, & numerus Consiliorum, quæ singulis titulis assignantur, & alius præ-  
terea capitum & legum quæ hoc in opere pene ad verbum declarantur.*

**ADIVNGITVR IN FINE INDEX TOTIVS OPERIS,**

generalia totius iuris axiomata, & sententias, quas maxime vtriusque fori  
iudicum scire interest, complectens.

*Primus tomus tres priores libros, qui tribus Decretalium respondent, continet.*



**L V G D V N I,**  
**SVMP TIBVS IOANNIS BAPTISTÆ B V Y S S O N,**

**M. D. X C I I I I.**



# CLARISSIMO


VIRO D. BALTHAZARO

DE VILLARS. REGIO CON-  
SILIARIO, ET VRBIS. ET PROVINCIAE

Lugdunensis Praesidi meritisimo, nec non supremæ

Dumbarum Curiaë Senatori dignissimo,

Ioannes Baptista Buysson S.



ETVS mos fuit, clarissime Praeses, iam inde ab ipsis iuriscediti primordiis, & quasi incunabulis observatus, ut rudes & imperiti, qui aliqua inter se disceptatione de iure conferebant, peritos illius consulere, quorum responsa ipsi tanti faciebant, ac si Sibyllæ alicuius carmina, vel quaedam Apollinis oracula continerent. Non ero longus in re notissima confirmanda, quam quicumque non modo Canoniarum sanctionum candidatus, vel infimus iuris civilis discipulus abundè perspectam habet, sed quisquis humaniores litteras à limine salutavit non ignorat, & ad quam illustrandam non Latinorum modo & Græcorum exempla suppetunt, qui in eo genere ex ipsis duodecim Tabularum initiis Romæ floruerunt, vel Athenis post temperatam à Solone optimis legibus & institutis rem publicam, sed Hebræorum etiam Doctorum, quos Scribas S. Scriptura nominat, qui sacras verèque diuinas leges interpretabantur. Hoc solum dicam, quod ad meum institutum plurimum facit, si in ceteris omnium aetatum & seculorum temporibus huiusmodi viri prudentes non defuerunt, nostro saeculo, quo nullum in omni genere doctrinarum felicius unquam fuit, plerisque graues eruditosque viros adeo excelluisse, ut in eo genere nequaquam priscorum Iurisperitorum prudentia & cognitioni cedere posse videantur. Quorum ego si iam aliquem vellem indicem contexere, præterquam quod susciunt Mineruam, vereor etiam ne nimis in longum nostra excresceret oratio, & ne si quos fortè ignarus ego præterirem, hi factam à me sibi aliquam iniuriam expostularent. Veniam igitur ad eum, quem præ manibus habeo D. MARTINVM AZPILCVETAM, qui cognomen NAVARRI, gentilitium ob nominis sui celebritatem sibi proprium fecit, quem ego adolescens iam senem mihi cognitum summo honore prosequutus, mortuum ut inter Divos adscriptum vir factus veneror & suspicio. Is autè cum in Gallis nostris ius in primis didicisset & docuisset in clarissimis Cadurci & Tholosæ Academiis, postea magnis honorariis & precibus inuitatus in Salmanticensi primùm Academia, & postea Conimbricensi, quarum altera principem in Hispania, altera in Lusitania Vniuersi scholarum locum tenet, supra triginta vel circiter annos ius magna cum laude docuisset, vel in ipsa Decretorum capita aliqua commentatus fuisset, vel de iure interrogatus sapienter respondisset, tandem eum quasi in quodam orbis angulo delitescentem, cum Deus statuisset in orbis totius theatrum producere, Romam grauißima cuiusdam Ecclesiasticae litis causa destinatus (ubi maxima, quæ toto orbe Christiano sunt, de iure & religione controuersa & disputantur, & dirimuntur) incredibile dictum est, quantum homo peregrinus, & in speciem vilis & abiectus, ab omnibus omnium ordinum infimis, mediocribus & summis, aduenis & indigenis in communi illa totius orbis patria honoratus, & in pretio habitus fuerit. Hunc in primis pauperes & mendici, ad

quorum inopiam subleuandam, quicquid ei prater suam, & exigua familia sustentationem ex amplissimis cathedrarum suarum Minerualibus, (qua absens percipiebat,) reliquisque suis redditibus supererat, effundebat potius quam dabat, tamquam communem parentem predicabat. Hunc artifices, & alij mediocris sortis homines, ut antiqua Christiana probitas, & simplicitatis viuum quoddam speculum obstupescens contemplantur: Hunc nobiles viri, & illa veterum Equitum Senatorumque Romanorum reliquia, tamquam aliquem e celo lapsum, qui in tanta eruditione & auctoritate se suaque omnia tam parui faceret, attoniti suspiciebant. Hunc cuiuscumque ordinis religiosi, ceterique Ecclesiastici, ob singularem eius in Deum pietatem & religionem summis laudibus efferebant. Hunc aduenia omnes & peregrini, qui vel religionis ergo, vel alterius alicuius negotij Romam frequentes conueniebant, propter suauissimam eius in omnes omnium nationum homines comitatem & beneuolentiam amabant, & admirabantur. Nihil dico de Illustrissimis Cardinalibus, & ipsis Pontificibus Maximis, quorum ille suis in scriptis ipsorum erga se studium & obseruantiam abunde testatam reliquit: sed hoc praterire non possum, eum semper peculiari quodam amoris & caritatis ardore, nostram Gallorum gentem esse prosequutum. Quod ipse sane, ut semper in omni vita, tum sermone, tum libris a se editis pra se tulit, ita moriens sufficienter demonstrauit, quod id, quod unum homini post funus in hoc mundo, reliquum est corpus dico, in sanctissimo gloriosissima Trinitatis Minimorum cenobio, a nostro Christianissimo Galliae rege Carolo VIII. in monte Pincio ad preces B. Francisci de Paula eius ordinis institutoris in Vrbe fundato (quod unum a fratribus eius ordinis nationis Gallicae ex ipsius D. Francisci priuilegio, habitari, & gubernari debet) corpus inquam suum voluit ad extremum usque iudicij diem recondi, & asseruari. Cum ergo ibi esset, & in tali tantaque eruditionis opinione haberetur, ad eum quotidie tamquam ad alterum Scauolam, vel Papinianum, aut potius Ambrosium, vel Augustinum quaestiones ex omnibus fere orbis Christiani deferebantur partibus, quae quidem non de stillicidiis, de tigno iuncto, de aqua pluuia arcenda, vel aliis huiusmodi leuibus veterum Iurisperitorum quaestis erant, sed de iis, a quibus maxime animarum salus pendet, & quae quotidie in vita occurrunt, ob quae qui aliquam curam habent in Christiana republica, in iis, quae ad forum interius (ut vocant) pertinent, vel etiam ius exterius, tam ex Canoniarum sanctionum praescripto, quam ex legum imperatoriarum statutis dicunt, nonnumquam solent dubij, ancipitesque harere: quibus ille meditate sollertissime quantum temporis angustiae, vel valetudinis ratio patiebatur, ex scripto sine ulla personarum ratione gratis omnino responsa edebat. Haec igitur CONSILIA & RESPONSORIA, quamuis paulo antequam moreretur, auctor ipse colligere, & multis auctoritatibus & rationibus fulcire desideraret, morte tamen, quae quamuis in aetate decrepita ei obtigerit, fuit tamen nimis matura pro iis, qui eius consiliis & doctrina iuuabantur, omnis illa cogitatio praecisa fuit. Non defuerunt tamen graues & docti viri, qui posthumum hunc auctoris fatum, si non ita perfectum initio praesertim ediderunt, efformatum tamen aliquantum, & in certos Canonici iuris titulos digestum in hominum aspectum lucemque protulerunt. Veruntamen ut nihil ab hominibus exire potest, quod statim initio omnes suos numeros habeat, factum est, ut illa CONSILIA opera quorundam etiam doctissimorum virorum recognita diligentius, acutiisque perspecta, & quasi in examine trutinaque librata, multisque partibus locupletata rursus in lucem prodire desiderarent. Et sane typographi Romani illa iam a longo tempore publica facere meditabantur, sed nescio quo casu ipsi meditata perficere non potuerunt. Nos vero licet aliquoties intermissa, iam tandem Dei benignitate ad optatum finem perduximus, quibus etiam insuper adiun-

ximus locupletissimos Indices, quos religiosus quidam D. N. AVARRI studiosus, & tibi tuoque nomini una cum illius familia addictissimus adornauit.

Quae cum perfecissem cogitare coepi, cui potissimum CONSILIA haec a me nuncuparentur. Sed cum te, clarissime Praeses, qui meus es fidiissimus defensor & dux, & cuius ego spe nitor, ut qui maxime contemplatus essem, dignum, cuius nomen in suo frontispicio opus hoc ferret, esse iudicavi. Recordor enim quanta parens ille meus Gulielmus Rouillius (sic enim eum perpetuo nominabo) clarissimum virum patrem tuum D. Franciscum De Villars obseruantia coluerit, & quanti etiam te fecerit, Petri Rebuffi tibi opera quadam dedicans, ipse abunde indicauit: quem ego per omnia summopere imitari desiderans, te qui clarissimi viri patris tui vestigiis adeo inheres, ut non dignitate modo eum superes, sed comitate etiam & equitate insequaris, tuosque omnes obseruare, & honorare, & patris loco habere decreui. Ex quo accidit, ut cum paulo post parentis mei D. Rouillij mortem, D. N. AVARRI opera recens ex Rouilliana officina, cuius ego tunc eram socius, prodissent, illa viro integerrimo & plane heroico fratri tuo D. Petro de Villars Archiepiscopo Viennae fuerint dedicata. Quae res etiam me impulit, ut haec ipsa eiusdem auctoris CONSILIA nunc primum ex nostra officina prodeuntia, sub tuo nomine apparere voluerim. Nam si opera illa in quibus D. N. AVARRVS, qui licet Iurisperitum se tantum esse profiteatur, Theologum tamen se esse magna ex parte demonstrat, & magnam in ea sacra facultate aetatis partem consumpsisse arguit, viro Theologo, & tali Theologo, qualis est tuus ille germanus, dedicare opportunum esse iudicauimus, cui potius quam tibi haec CONSILIA consecrare debuimus, in quibus licet plurima ex utriusque iuris fontibus hausta sint, nonnulla tamen habentur ex vberissimis S. Theologiae fluminibus sumpta, qui quamuis te tantum Iurisperitum esse profitearis, magnam tamen studij partem in diuinis Theologorum sanctorumque Patrum libris legendis ponere consueuisti. Denique, me ad hoc opus tibi offerendum non parum commouit, quod cum non profanas modo & merè civiles in vestro tribunali lites tractare vobis sit necessarium, sed Ecclesiasticas etiam quandoque attingere vobis pro vestro officio incumbat, habebis sane praemanibus Consiliarium, quem in his maxime causis sequi possis. Accipe igitur, clarissime Praeses, qui simul cum tua iuris scientia S. Theologiam iungis, eum auctorem, qui eo maxime nomine commendatur, quod iuris prudentiam, quae ante eum in quaestionibus ad quaestum spectantibus versabatur, ad res altiores diuinioreque traduxit: quem si ut speramus beneuolo equoque animo te accepisse cognoscamus, aliqua alia praecleariora & praestantiora opera Deo iuuante aliquando in tuo nomine emittemus. Vale. Idibus Maij MDCCXIV.

# STVDIOSO LECTORI SALVTEM.



VPERIORIBVS annis hoc Martini Doctoris eximij opus multorum efflagitatione, qui rem vrgebant, non sine quibusdā veluti n̄uis prodire coactum, nos quoque tanto celerius coegit, vt idem diligentius expolitur, & ornatus denuo exponeremus. Nonnulla enim irreperat in tanta festinatione menda, nonnulla in Indicibus errata, nonnulla quæstiones minus propriis, & congruentibus inscriptionibus, titulisque subiecta; quædam etiam auctorum loca non satis rectè citata. Huc accedit, quod multa sunt inserta Consilia peruulgata, atque contrita, quæ vel ipsius D. Nauarri iudicio tollenda fuerunt; vt ex epistola, quam offendimus ipsius manu conscripta, cum qua nostram hanc iungimus, intelligere quilibet facile potest. Quare in hac secunda editione curatum est, vt & errata in multis Consiliis corrigenterentur, ac suis in locis omnia collocarentur, & Indices ad commodiorem quoque rationem, vt illic emque reuocarentur. In quibus tamen Indicibus ratio potissimum est habita sacerdotum non doctissimorum, quorum causa maxime sunt adhibiti, nempe vt Consilia ipsa huiusmodi Indicibus, quoad eius fieri posset illustrarentur. Citata quidem omnia recognoscere penitus, vt optabatur, non licuit. Ea porro Consilia, quæ vel faciliora, vel leuiora videri peritioribus viris fortè potuissent, omitti non sunt passi confessarij, qui vt dixi, in hac scientia canonum non inter omnes excellunt; quin etiam alia multa præterea vt adderentur nos penè compulerunt. Licet enim præstantissimo cuique doctori nonnulla in his prope vulgaria videantur, magno tamen vsui minus peritis futura credimus, qui de huiusmodi rebus doctiores viros consulere sæpius cogerentur, qua molestia nimirum impressis iam profligatisque quæstionibus liberantur. Quocirca si quæ in his responsis non eam redolere doctrinam præstantiam videbuntur, quam viri eruditissimi desiderant, nullā id D. Nauarro inscitia, vel incuria notam poterit, opinor, inurere; cum præsertim sæpe subito res pendere cogeretur, neque illi recognoscendi spatium daretur, vt in quibusdam consiliis ipse testatur: quæ tamen cum ob eas causas, quas diximus, ipsa quoque promantur, non ita erunt accipienda, vt alia, quæ sunt omnibus numeris absoluta. Promiserat quidem vir præstantissimus se, habito delectu, horum aliqua, vt rogabatur, editurum, multis rebus breuitatis causa resectis, nonnullis contra confirmandi causa additis; & in omnibus certe aliqua se receperat emendaturum, vt apertè in eius inchoata epistola, quam subiicimus, apparebit. Verum morte imminente, cum id præstare ipse non posset, sibi non admodum probari significauit, si ita sine delectu omnia (præsertim verò quæ à se non essent antea recognita, emendata, expolita) proferrentur in lucem. Et sanè, quod in priore editione monitum te esse, Lector humanissime, meminimus, si illi tantisper vita suppeditasset, dum hæc ipsemet recognoscere omnia posset, multo aliter quàm nunc prodeunt, ab ipso res omnes conformatas prodituras fuisse existimamus. Tu tamen hanc nostram qualemcumque diligentiam, & propensam in te voluntatem, amice Lector, in bonam partem precor accipias. Vale.

*Exemplum epistolæ, quæ post primam huius operis editionem in Doctoris Nauarri scrinijs est reperta; & fortasse non penitus absoluta, vel saltem emendata.*

Plurimis rogatus, & à nonnullis etiā Cardinalitia dignitate, eisdemque Reue<sup>mis</sup> iussus, vt ederem saltem aliqua de plurimis, quæ priuatim super quæstionibus de animis lucrandis multo tempore in varijs Academijs, & Regnis respondi, præsertim ab anno, à quo cœpi seruire in sacro sacræ Pœnitentiariæ prætorio fœlicis recordationis Pio quinto, & post eum occupando me in respondendo quæstionibus, quas de pane lucrando appellat, decreui hoc anno ætatis meæ nonagesimo primo tam pium opus incipere, etiam cunicula regnante, & non satis liber à catarro, qui me vnum circiter mensem vexauit: nè dum aptius tempus speratur, impediatur etiam facultas id præstandi, & doleam habuisse me vires, vel voluntatem parem ad hæc, licet facultas id perficiendi casu, aut fortuna (quæ nil aliud, nisi summa illa prudentia est) non concedatur. Quorum Consiliorum multorum multa gratia breuitatis abbreviabo, nonnulla gratia confirmationis augebo, & in omnibus aliqua emendabo, declarabo, & vtiliora tam theoriæ, quàm praxi (superfluis allegationibus refecatis) efficere conabor: sperans fore, vt ad id opem diuinam à Deo, & Domino Iesu Christo optimo maximo, mihi impetret illa potentissima cœlorum Regina parthenometor, eademque gloriosissima Theotochos, quæ non solum inuocata, sed etiam sua sponte fauorem donat, & ad miseros maternas explicat vlnas; quod vt de more dignetur facere, etiam atque etiam supplicissimè, & obnixissimè oro, atque flagito.

*Et si dum hoc opus recognoscitur, de quibusdam admonendus obiter visus est Lector, ubi videlicet aut sacra Congregatio, aut alij graues auctores à D. Nauarro dissentiant, atque alia generis eiusdem; non tamen idcirco cetera omnia eiusmodi esse Lector existimet, quin alia quoque multa eadem animaduersione digna prætermissa sint.*

# DVO EPIGRAMMATA ILLORVM DVORVM INSIGNIVM VIRORVM,

Quos regia Maiestas ex Gallia Conimbricam magnis honorarijs duxit, primis Auctoris operibus, ante quadraginta annos Conimbricæ adiecta.

*Alterum illius eruditissimi, qui tunc insignis Collegij bonarum artium Conimbricensis professor erat Primarius.*

AD AVCTOREM.

**M**acte animi, venerande senex, qui pectore sancto  
Abdita secreti referas penetralia Iuris:  
Et veras recludis opes, vitique rebellis  
Sape renascentem refecas rationibus herbam.  
Non tu Dictæo mendacia callidus antro,  
Auctoremque Iouem fingis, lucòve Capeno  
Aui nocturna simulas commercia Nympha:  
Nec tripodas Phæbi mentita oracula fundis:  
Sed liquida veri puris de fontibus vnda  
Pectora nostra rigas: morèsque in praua fluentes  
Corrigis, & iustis legum compefcis habenis,  
Spes nimias, animosque feros moderamine flectis,  
Pontifices tu per sacros, dominosque potentis  
Ausonia, regesque doces discrimine certo  
Nosse modum iuris, flexique obliqua dolofo  
Exigis ad Canones interpres commodus æquos.  
Ergo velut dubijs Phæbea oracula rebus.  
Aut Libycas sortes, aut Dodonea petebant  
Templa inopes veri, trepidoque instante tumultu:  
Sic cum perplexis mentes ambagibus error  
Implicat, & iuris sinuoso tramite fallit  
Semita, tu dubios regis, errantesque reducis,  
Confirmas trepidos, reuocásque in cæca ruentes,  
Et mala ne serpent rabiosa semina litis,  
Ante caues: & iustitia præceptor inermis  
Aurea compositis instauras secula bellis

ALTERVM IACOBI  
TEVII I. C. ELOQVENS  
tissimi ad eundem.

**M**ens, lingua, ingenium, Natura dona parentis  
Sint licet, artificis munere cuncta nitent.  
Pura quidem, & minimis mens candida sordibus  
Ut sit  
Natura, arte eadem purior esse potest.  
Lingua itidem sonitum præbet natura suauem,  
Suauior ut fiat, postulat artis opem.  
Quis neget ingenium nostra magis arte iuuari,  
Ut solet assiduo vomere cultus ager?  
Hæc data diuino tria sunt tibi munere dona,  
Mens pia, & ingenij lumen, & oris opes.  
Purius illa tamen studijs excolta nitescent,  
Et rude si quid erat sedulus arte dolas.  
Sydera ceu claro debent sua lumina Phæbo,  
Sic sua virtutum lumina terra tibi.  
Sermo fuit facilis sapienti è pectore manans,  
In sene doctiloquo Nestore qualis erat.  
Testis erit lingua, & mentis latissimus orbis,  
At quale ingenium sit tibi scripta docent.

AD LIBRVM EPIGRAMMA.



Arus ades, cunctisque omni pretiosior auro,  
Rerum Nauarri pars bona, docte liber:  
Ecce sinum pandit cupidus tibi lector amicum,  
Ecce auidam extremo tendit ab orbe manum.  
I felix, sat te magni tenuere Quirites:  
I, strauit facilem fama benigna viam.  
Nec moueat, si quis lachrymis te sumat abortis:  
Dulciter illa pio è lumine gutta fluet:  
Sic gratus patris extincti bona suscipit heres,  
Sic viduas arca dite recludit opes.

DEO IESV CHRISTO ÆTERNI DEI  
æterno filio laus & gloria.



D. NAVARRI STUDIOVS  
LECTORI EIVSDEM  
STVDIOSO S



QVONIAM singula ferè D. Navarra Consilia in vtramque partem propositam sibi iuris controuersiam ( casum vulgo nominant) examinant, & quid de ea dicendum sit eruditè & sopperter concludunt, non visum nobis est, Lector studiose, in operis frontispicio, sicut in priore editione factum est, quæstiones in vtramque partem in hoc opere ventilatas præponere, ne vel aliquas ex his omitteremus, vel ipsum operis quasi vestibulū longius quàm par sit producere. Accedit quòd quæstiones ex facto plerumque emergunt, quod cum aliquando paucis verbis comprehendere non possit, breue aliquod problema ex eo commodè componi non potuit. Itaque satius visum est in hac editione quæstiones ad rerum indicem locupletissimum tamquam in proprium locum relegare, vbi cum necesse etiam fuerit auctoris ipsius sententiam & iudicium inferere, etiam quæstionem cui ipse responderet, præponendam iudicauimus. Hoc autem in earum quæstionum locum reposuimus vt titulos iuris Canonici, ad quos tamquam in proprias sedes hæc D. Navarra Consilia spectare iudicata sunt, hîc enumeraremus, & quot in eorum singulos Consilia ab auctore conscripta sint referremus, vt qui iuri maxime Canonico student, vel aliis illud prælegunt, videant quomodo ab insigni iuris interprete ad particularia ipsa facta iuris definitiones & generales sententiæ accommodentur. Subiecimus etiam alium Indicem quasi prioris appendicem, in quo capita & leges aliquot vtriusque iuris recensentur, quorum verba in hoc opere explicare, & sensum iuris conditorum rimari Doctor noster diligenter & studiose voluit: vt ex altero nostri sæculi Scæuola, vel si maus Panormitano iuris vtriusque mentem, si non semper, saltem aliquando penetrare posses. Vale.



INDEX TITVLORVM  
IVRIS CANONICI, ET  
CONSILIORVM QVAE IN EOS  
digesta sunt, in Titulum primum i. Decretalium Sexti  
& Clementinarum de Summa Trinitate &  
fide Catholica, Consilium i. pag. 1.

IN TITVLVM PRIMVM  
i. Decretalium.

- In titulum 2. i. Decretalium & Sexti de constitutionibus. Consil. 11. pag. 2. & sequent.
- In titulum 3. i. Decretalium & Sexti, & Clementinarum de Rescriptis. Consilia 21. pag. 22. & seq.
- In titulum 6. i. Decretalium & Sexti & Clementinarum de electione & electi potestate. Consil. 55. pag. 33.
- In titulum 9. i. Decretalium, Sexti & Clementinarum de renunciatione. Consil. 12. pag. 40. & seq.
- In titulum 10. i. Decretalium & Sexti: de temporibus ordinationum & qualitate ordinandorum. Consil. 46. pag. 46. & seq.
- In titulum 14. i. Decretalium & Sexti de etate & qualitate & ordine proficiendorum. Consil. 7. pag. 62.
- In titulum 15. i. Decretalium de sacra vnctione. Consil. 1. pag. 64.
- In titulum 16. Decretalium de sacramentis non iterandis. Consil. 8. pag. 65.
- In titulum 17. i. Decretalium & Sexti de filiis presbyterorum ordinandis vel non. Consil. 10. pag. 67.
- In titulum 20. i. Decretalium de corpore vtilitatis ordinandis vel non. Consil. 7. pag. 73.
- In titulum 21. i. Decretalium & Sexti de bigamis non ordinandis. Consil. 6. pag. 75.
- In titulum 22. i. Decretalium de Clericis peregrinis. Consilia 11. pag. 77.
- In titulum 28. i. Decretalium, Sexti, & Clementinarum de officio Vicarij. Consilium 1. pag. 77.
- In titulum 29. i. Decretalium, Sexti, & Clementinarum, de officio & potestate iudicis delegati. Consil. 10. pag. 78.
- In titulum 31. i. Decretalium, Sexti, & Clementinarum, de officio iudicis ordinarij. Consil. 11. pag. 80.
- In titulum 32. i. Decretalium de Officio iudicis. Consil. 1. pag. 88.
- In titulum 33. i. Decretalium & Sexti, de maiori etate & obedientia. Consilia 12. pag. 89.
- In titulum 35. i. Decretalium & Sexti de Pactis. Consilia 7. pag. 95.
- In titulum 36. i. Decretalium de transactionibus. Consilium 1. pag. 98.
- In titulum 37. i. Decretalium de postulando. Consilium 1. pag. 98.
- In titulum 38. i. Decretalium, Sexti & Clementinarum de procuratoribus. Consilium 1. pag. 99.
- In titulum 40. i. Decretalium & Sexti de his qua vi metusue causa sunt. Consilia 10. pag. 100.
- In titulum 41. i. Decretalium de integritate restitutione. Consilium 1. pag. 108.
- In titulum 43. i. Decretalium & Sexti de arbitrâ. Consilium 1. pag. 109.

IN SECVNDVM LIBRVM  
Decretalium.

- In primum titulum secundi Decretalium Sexti & Clementinarum de iudicijs. Consilia 4. pag. 110.
- In titulum 2. Decretalium, Sexti, & Clementinarum, de foro competenti. Consilia 6. pag. 113.
- In titulum 9. 2. Decretalium de ferijs. Consil. 6. pag. 118.
- In titulum 12. 2. Decretalium & Clement. de causa possessionis & proprietatis. Consilium 1. pag. 119.
- In titulum 13. 2. Decretalium & Sexti de restitutione spoliatorum. Consilium 3. pag. 120.
- In titulum 14. 2. Decretalium Sexti & Clementinarum, de dolo & contumacia. Consilium 1. pag. 123.

- In titulum 17. 2. Decretalium & Clementinarum, de sequestratione possessionis & fructuum. Consilium 1. pag. 124.
- In titulum 18. 2. Decretalium & Sexti de confessu. Consilium 1. ibid.
- In titulum 20. 2. Decretalium & Sexti & Clementinarum de testibus & attestacionibus. Consilia 2. ibid.
- In titulum 21. 2. Decretalium, de testibus cogendis vel non. Consil. 2. pag. 125.
- In titulum 22. 2. Decretalium de fide instrumentorum. Consilia 4. ibid.
- In titulum 13. 2. Decretalium de presumptionibus. Consilia 4. pag. 126.
- In titulum 24. 2. Decretalium, Sexti & Clementinarum, de iurando. Consilia 12. pag. 128.
- In titulum 26. 2. Decretalium & Sexti de prescriptionibus. Consil. 5. pag. 133.
- In titulum 27. 2. Decretalium, Sexti, & Clementinarum de sententia & re iudicata. Consilia 2. pag. 137.
- In titulum 28. 2. Decretalium, Sexti, & Clementinarum de Appellationibus & recusacionibus & relationibus. Consilia 7. pag. 137.

IN TERTIVM LIBRVM  
Decretalium.

- In titulum 1. 3. Decretalium Sexti & Clementinarum, de vita & honestate clericorum. Consilia 3. pag. 142.
- In titulum 2. 3. Decretalium de cohabitacione clericorum & mulierum. Consilia 2. pag. 243.
- In titulum 3. 3. Decretalium & Sexti de clerico non residente in Ecclesia vel prebenda. Consilia 22. pag. 144. & seq.
- In titulum 4. 3. Decretalium, Sexti & Clementinarum de prebendis & dignitatibus Consilia 34. pag. 153.
- In titulum 5. 3. Decretalium & Sexti, de Clerico egrotante, vel debilitato. Consilia 3. pag. 167.
- In titulum 9. 3. Decretalium & Sexti, ne sede vacante aliquid innovetur. Consilium 1. pag. 169.
- In titulum 10. 3. Decretalium de his que sunt à prelati sine consensu capituli. Consilium 1. ibid.
- In titulum 11. 3. Decretalium, de his que sunt à maiori parte capituli. Consilium 1. pag. 169.
- In titulum 12. 3. Decretalium, vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. Consilium 1. ibid.
- In titulum 13. 3. Decretalium, Sexti, & Clementinarum de rebus Ecclesie alienandis vel non. Consilia 19. pag. 170.
- In titulum 16. 3. Decretalium, de deposito. Consilia 5. pag. 177.
- In titulum 17. 3. Decretalium de emptione & venditione. Consilia 22. pag. 182.
- In titulum 18. 3. Decretalium de locato & conducto. Consilia 4. pag. 201.
- In titulum 20. 3. Decretalium de feudis. Consilium 1. pag. 203.
- In titulum 23. 3. Decretalium de solutionibus. Consilia 7. pag. 205.
- In titulum 24. 3. Decretalium de Donationibus. Consilia 18. pag. 211.
- In titulum 25. 3. Decretalium de peculio clericorum. Consilia 4. pag. 218.
- In titulum 26. 3. Decretalium, Sexti & Clementinarum de testamentis & ultimis voluntatibus. Consilia 17. pag. 219.
- In titulum 27. 3. Decretalium de successione ab intestato. Consilia 9. pag. 231.
- In titulum 28. 3. Decretalium Sexti & Clementinarum, de sepulturis. Consilia 10. pag. 234.

In titulum 29.3. Decretalium de Parochiis & alienis parochianis. Consilia 3. pag. 238.  
 In titulum 35.3. Decretalium, Sexti & Clementinarum de Decimis, primitiis & oblationibus. Consilia 3. pag. 239.  
 In titulum 31.3. Decretalium, Sexti & Clementinarum de regularibus & transuentibus ad religionem. Consilia 91. pag. 241. & sequentibus.  
 In titulum 32.3. Decretalium de conuersione Coniugatorum. Consilia 15. pag. 289.  
 In titulum 33.3. Decretalium de conuersione infidelium. Consilia 4. pag. 297.  
 In titulum 34.3. Decretaliū & Sexti de voto & voti redemptione Consilia. 44. pag. 306.  
 In titulum 30.3. Decretalium Sexti & Clementinarum, de statu monachorum & clericorum regularium. Consilia 28. pag. 327.  
 In titulum 36.3. Decretalium, Sexti & Clementinarum de religiosis domibus. Consilia 3. pag. 350.  
 In titulum 38.3. Decretalium Sexti & Clementinarum de iure patronatus Consilia. 8. pag. 351.  
 In titulum 39.3. Decretalium Sexti & Clementinarum, de Censibus, exactionibus & procuratoriis. Consilia 9. pag. 361.  
 In titulum 40.3. Decretalium, & Sexti de consecratione Ecclesie vel altaris. Consilia 2. pag. 365.  
 In titulum 41.3. Decretalium & Clementinarum, de celebratione Missarum, & sacramento Eucharistie & diuinis officiis. Consilia 23. pag. 365.  
 In titulum 42.3. Decretalium & Clementinarum, de baptismo & eius effectu. Consilia 6. pag. 375.  
 In titulum 45.3. Decretalium, Sexti & Clementinarum, de reliquiis & ueneratione Sanctorum. Consilia 5. pag. 377.  
 In titulum 46.3. Decretalium de obseruatione ieiuniorum. Consilia 6. pag. 378.  
 In titulum 48.3. Decretalium de Ecclesiis adificandis vel reparandis. Consilia 1. pag. 759.  
 In titulum 49.3. Decretalium, Sexti, & Clementinarum de immunitate Ecclesiarum, ceterarum & rerum ad eas pertinentium. Consilia 6. pag. 382.  
 In titulum 50.3. Decretalium & Sexti, ne clerici vel monachi secularibus se negotiis immisceant. Consilia 6. pag. 382.

IN LIBRVM QVARTVM  
Decretalium.

In titulum 1.4. Decretalium & Sexti de sponsalibus & matrimonijs. Consilia 20. pag. 3. Tomi secundi.  
 In titulum 2.4. Decretalium & sexti de Desponsatione impuberum. Consilia 5. pag. 12.  
 In titulum 3.4. Decretalium de Clandestina desponsatione. Consilia 55. pag. 17.  
 In titulum 5.4. Decretalium De conditionibus appositis in sponsalibus & aliis contractibus. Consilia 1. pag. 22.  
 In titulum 6. Decretalium qui clerici vel uouentes matrimonium contrahere possint. Consilia 2. pag. 24.  
 In titulum 7.4. Decretalium de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. Consilia 5. pag. 25.  
 In titulum 11.4. Decretalium & Sexti de Cognatione Spirituali. Consilia 8. pag. 27.  
 In titulum 12.4. Decretalium de eo qui cognouit consanguineam uxoris sue. Consilia 2. pag. 31.  
 In titulum 14. Decretalium & Clementinarum de Consanguinitate & affinitate. Consilia 15. pag. 31.  
 In titulum 15.4. Decretalium de frigidis & maleficijs Consilia 3. pag. 4.

In titulum 16.4. Decretalium de matrimonio contracto contra interdium Ecclesie. Consilia 2. pag. 44.  
 In titulum 17.4. Decretalium. Quibus filij sint legitimi. Consilia 3. pag. 45.  
 In titulum 19.4. Decretalium de Diuortijs. Consilia 7. pag. 48.  
 In titulum 20.4. Decretalium, de donationibus inter virum & uxorem, & de dote post diuortium restituenda Consilia 2. pag. 51.  
 In titulum 21.4. Decretalium de secundinuptiis. Consilia 3. pag. 52.

IN LIBRVM QVINTVM  
Decretalium.

In titulum 1.5. Decretalium & Sexti de Accusationibus, inquisitionibus & denunciationibus. Consilia 8. pag. 54.  
 In titulum 3.5. Decretalium, de Simonia & ne quid pro spiritualibus exigatur vel promittatur. Consilia 101. pag. 53. Quibus additur etiam unum quod postremo missum fuit. pag. vlt.  
 In titulum 4.5. Decretalium ne prelati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu concedant. Consilia 2. pag. 114.  
 In titulum 5.5. Decretalium & Clementinarum de magistris. Consilia 1. ibidem.  
 In titulum 6.5. Decretalium & Clementinarum, de Iudeis & Sarracenis & eorum seruis. Consilia 6. pag. 115.  
 In titulum 7.5. Decretalium Sexti & Clementinarum de hereticis. Consilia 24. pag. 120.  
 In titulum 9.5. Decretalium de Apostatis & reiterantibus baptisma. Consilia 1. pag. 138.  
 In titulum 12.5. Decretalium, Sexti, & Clementinarum de homicidio voluntario vel casuali. Consilia 50. pag. 139.  
 In titulum 13.5. Decretalium, de Torneamentis. Consilia 1. pag. 156.  
 In titulum 16.5. Decretalium de adulterijs & stupro. Consilia 1. ibid.  
 In titulum 17.5. Decretalium de raptoribus & incendiarijs & violatoribus Ecclesiarum. Consilia 4. ibid.  
 In titulum 18.5. Decretalium de furtis. Consilia 6. pag. 159.  
 In titulum 19.5. Decretalium, Sexti & Clementinarum de usuris. Consilia 35. pag. 160.  
 In titulum 20.5. Decretalium de Crimine falsi. Consilia 6. pag. 189.  
 In titulum 21.5. Decretalium de sortilegijs. Consilia 2. pag. 190.  
 In titulum 26.5. Decretalium de clerico excommunicato, deposito vel interdico ministrante. Consilia 18. pag. 191.  
 In titulum 27.5. Decretalium de clerico non ordinato ministrante. Consilia 5. pag. 196.  
 In titulum 29.5. Decretalium, de eo qui ordinem furtiue suscepit. Consilia 2. pag. 198.  
 In titulum 31.5. Decretalium Sexti & Clementinarum, de priuilegijs & excessibus priuilegiatorum. Consilia 25. pag. 20.  
 In titulum 32.5. Decretalium de purgatione canonica. Consilia 1. pag. 213.  
 In titulum 33.5. Decretalium de purgatione vulgari. Consilia 2. pag. 214.  
 In titulum 34.5. Decretalium, & Sexti de iniurijs & damno dato. Consilia 11. pag. 215.  
 In titulum 35.5. Decretalium, Sexti & Clementinarum de panis. Consilia 1. pag. 220.  
 In titulum 36.5. Decretalium Sexti & Clementinarum de penitentis & remissionibus. Consilia 41. pag. 221.  
 In titulum 37.5. Decretalium, Sexti & Clementinarum de sententia excommunicationis. Consilia 58. pag. 242.  
 In titulum 38.5. Decretalium, Sexti & Clementinarum, de uerborum significationibus. Consilia 11. pag. 273.

CAPITA DECRETI M.  
GRATIANI, QUÆ SVNT  
IN HOC OPERE EXPOSITA.

quæ asterisco notantur ad secundum tomum  
pertinent, quæ non ad primum.

**D**ist. 1. in principio. Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris, verus illius sensus declaratur. 189.2. b  
 Cap. Erit autem lex. 4. dist. quod habet legem nullo priuato commodo, sed publica utilitate debet esse conscriptam. 140.1. a  
 §. leges dist. 4. qui habet, ad legis obligationem tria requirit, explicatur. 267.1. e. f. \*  
 Cap. quoniam. 18. dist. quatenus habet absque necessitate & vi & c. 148.1. f  
 Cap. Perlectis. 25. dist. & cap. perlectis. 92. quæ habent ad diaconum pertinere prædicationem. 80.1. b  
 Cap. Miramur. 61. dist. & cap. in causis de re iudicata, quæ habent dispositum quoad aliquos, censeri dispositum quoad alios. 188.2. c. \*  
 Cap. peruenit. 86. dist. quod loquitur de presbyteris & alijs qui male suscipiunt tutelas vel curas. 382.2. b  
 Cap. Clericos 1. quæst. 2. & alia quæ habent clericos, qui habent patrimonium unde uiuant, reditus suorum beneficiorum non posse capere. 143.1. a. b  
 Caput ex multis. 1. quæ. 3. in quo expresse prohibetur ne quid recipiatur à canonico recipiendo in Ecclesia. 104.1. c. 2. b. \*  
 Cap. super causa. 2. q. 4. explicatur. 148.2. c. f  
 Cap. 1.10. quæst. 1. quod habet Nouerint conditores basilicarum in rebus quas eisdem Ecclesijs conferunt nullam potestatem habere. 356.1. a  
 Cap. adicimus. 26. q. 1. quod habet nullus præter Domini sacerdotes audeat prædicare. 80.1. a  
 Cap. cognouimus. 17. quæ. 2. quatenus habet non debet eadem res diuerso iure censeri. 116. 2. f  
 Cap. Si quis suadente 17. quæ. 4. quid requirit ut in eum quis incidat. 255.1. c. 2. b. \* & rursus. 256.2. c. d  
 Cap. placuit. 23. q. 5. quatenus habet seipsum occidentem carere debere sepultura. 236.1. f  
 Cap. si duo. 25. quæst. 6. quatenus habet consanguineos matrimonio coniunctos, separari debere. 31.1. d. \*  
 Cap. si vir. 27. quæst. 2. quod loquitur de separatione viri & uxoris, à iudice faciendâ. 265.1. d  
 Cap. Hæc uerba de pœnitentia. dist. 1. quatenus habet uerba cum effectu sunt intelligenda. 251.2. c  
 Cap. si quis autem de pœnitentia. dist. 7. Tene certum & dimitte incertum hæc uerba explicantur. 183.1. a. \*  
 Cap. Vbi. 30. quæ. 2. quod habet ubi non est consensus, ibi non est coniugium. 16.1. f. \*  
 Cap. Nec eam. 35. quæst. 3. Quod uidetur dicere ordine nature fieri incestuosum cum qui cognoscit cognitam à cognato suo. 38.1. d. \*  
 Cap. Corpora Sanctorum non transferantur de loco ad locum sine licentia principis. de cons. dist. 1. explicatur. 236.2. f. & 378.1. a  
 Cap. nocte sancta de consec. dist. 1. quatenus habet tres Missas in die natali celebrandas esse. 365.  
 Gloss. cap. tribus gradibus de consec. dist. 2. quæ habet Christi corpus definire esse in Eucharistia statim atque sumpta est reprobatur. 241.1. c. \*  
 Cap. & hoc attendendum de cons. dist. 1. quod uidetur probare non esse faciendas Missas peculiares in festis solemnibus. 369.2. d

CAPITA LIBRI DECRETALIVM  
D. Gregorij IX.

Cap. super litteris de rescriptis quatenus habet mendax precator careat impetratis. 29. 2. a  
 Cap. postulasti de rescriptis, quod habet gratiam subreptitiam facere tacitum illud, quo expresso difficilius

Papa dispensasset. 36.2. c. \*  
 Cap. Cum in cunctis. §. cum uero de electionibus quatenus habet episcopum perdere beneficia priora ipso iure per consecrationem. 39.2. d. e  
 Cap. Cum in cunctis §. fin. de election. quatenus habet canonicos priuari eligendi facultate, si contra formam illius capituli elegerint. 41. 1. d  
 Cap. 1. de sacramen. non iteran. quatenus habet non esse iterandum sacramentum, sed quod desuit supplementum. 64.2. a. b  
 Cap. fin. de offic. ordi. quatenus habet eum qui habet potestatem ex priuilegio posse eam alteri delegare. 14.1. d. e  
 Cap. final. de Bigamis quatenus habet subdiaconum qui nulliter matrimonium contraxit bigamiæ pœnam incurrisse. 75.2. b. c  
 Cap. Constitutus de appellationibus quatenus habet legatum à latere posse cognoscere de causa appellationis interpositæ ab ordinario inferiore ad Papam. 116.1. c. d  
 Cap. ad nostram de appellation. explicatur. 139.1. c  
 Cap. finali de officio delegat. & cap. finali de offic. ordin. conciliantur. 206.2. c. \*  
 Cap. super eo de præbendis quatenus habet habentem unum beneficium curatum posse habere aliud beneficium simplex cui annexum esset aliud curatum. 162.1. a. c. d  
 Cap. significauit de præbendis, quod probat non ualere statutum ut habens certum beneficium teneatur dicere Missam de S. Maria. 369.2. e. f  
 Cap. cum nostris de concess. præben. quatenus uidetur probare electionem de episcopo ad quamdam præposituram non ualuisse. 39.2. f  
 Cap. Significauit, de donation. inter vir. & uxorem, explicatur. 52.1. a. \*  
 Cap. per vestras de donatione inter vir. & ux. quatenus habet, quod maritus ad inopiam uergente dos apud mercatorem deponatur. 12.1. b  
 Cap. Peruenit de fideiuss. quatenus habet debita quædam de bonis clericorum esse soluenda. 209.2. c. d. & 210.2. c  
 Cap. ad hæc de testamētis quatenus habet beneficiarium agrotantem aliquid de suis rebus donare posse. 213.1. d  
 Cap. de Priore de appellat. quatenus habet grauiter, debere castigari priorem, qui appellationem non admittit. 138.2. f  
 Cap. ad Apostolicam de regul. quatenus habet professionem ante annum nouitiatum factam de consensu partium ualidam esse. 276.2. c. d. e  
 Cap. in Insulis de regularib. ubi obseruatur. 262.1. e  
 Cap. finali de regul. quatenus habet prælatos superiorum ordinum teneri ad requirendos fugitiuos. 284.1. c  
 Cap. 1. de statu monachi quatenus habet non licere moniali de monasterio exire. 338.2. d. e  
 Cap. litteraturâ de voto in casu simili explicatur. 307.2. e. f  
 Cap. Episcopus ne cler. vel mon. quatenus habet clericos exercere posse iurisdictionem mortis iustitia mediante per alios. 13.2. e  
 Cap. 1. de sponsal. quatenus habet non esse separandam uxorem in scie contrahentem. 8.1. b. \*  
 Cap. 2. de Despons. impub. quatenus habet matrimonium posse contrahi ante pubertatem. 14.2. c. \* & rursus ubi non est consensus. 16.1. c. d  
 Cap. super eo de conditionib. appof. quatenus habet eum qui contraxit matrimonium per uerba de præfenti si patri eius placuerit, superueniente eius beneplacito cogendum esse ad contrahendum matrimonium. 22.2. a. b. \*  
 Cap. 1. & cap. ueniens, de eo qui duxit, explicatur. 8.1. f. & 11.2. d. e. \*



Cap. finale de Coniug. seruoꝝ explicatur. 18. 2. f. & 102. d.  
 Cap. discretionem de eo qui cognouit confan. vxor. quatenus habet maritum qui causam dedit adulterio vxoris non posse illam dimittere. 291. 2. b  
 Cap. Consultationi & cap. laudabilem de frigidis & maleficiis quatenus habet eos qui propter impedimentum perpetuum possunt iuste separari, si voluerint posse cohabitare perpetuo vt frater & soror. 42. 1. c. d. \*  
 Cap. quod sedē de frigid. & malefic. quod habet puerum qui non potest reddere debitum non esse aptum matrimonio. 15. 2. b. \*  
 Cap. 1. de præbendis & eius glossa qua habet posse tenere dignitatem & canonicatum in eadem Ecclesia cum dispensatione episcopi. 162. 2. f  
 Cap. nobis de Simonia quod habet Simoniacā collationem esse penitus reprobendam. 108. 2. d. \* & 119. 1. b  
 Cap. per tuas de Simonia, quod habet eum qui ordinatus est ad præsentationem & c. 51. 2. c. d. & 52. 1. c  
 Cap. de hoc de simonia. quatenus in eo Pontifex mandat, vt iudex reges qui aliquid ab episcopo simoniace acceperunt inducat vt illud Ecclesiæ restituant. 113. 1. e. f  
 Cap. sicut tuis de Simonia, quatenus probat eum qui soluit pecuniam, pro sua promotione se ignorante datam reputari simoniacum. 63. 2. a. \*  
 Cap. de hoc de simonia, quod videtur iubere pecuniā pro beneficio datam restituendam esse Ecclesiæ. 95. 2. d. \*  
 Cap. Omnipotens de accusatio quatenus habet de crimine accusatum promoueri non posse. 56. 2. b. \*  
 Cap. 1. Ne prælati vices suas quatenus habet conductorem spiritualis iurisdictionis priuari officio. 114. 1. b. \*  
 Cap. 1. de hæreticis, quod habet dubius in fide infidelis est. 191. 1. e  
 Cap. penul. de homicidio quatenus loquitur de clericis in bello pugnantis. 142. 2. e. f. \*  
 Cap. in litteris de raptoribus explicatur. 237. 2. c. d. \*  
 Cap. fures de furtis, quatenus probat furem qui furando occidit non esse in loco sacro sepeliendum. 236. 1. b  
 Cap. de clerico non ordinato ministrante quatenus habet diaconum qui baptizauit solemniter esse irregularem. 197. 2. a. b. c. \*  
 Cap. 2. de noui operis nunciati quatenus habet ob vitandum scandalum, relinquenda esse illa, quæ sine peccato mortali relinqui possunt. 289. 1. d  
 Gloss. cap. Omnis vtriusque, De pœnit. & remiss. asserens eos qui sunt confessi religiosis habentibus priuilegium debere iterum suis parochis confiteri damnatur. 237. 1. a. \*  
 Cap. cum infirmitas de pœnit. & remissi. quatenus habet illum canonem non obligare nisi in Ecclesijs in quibus est publicatus. 5. 1. d  
 Cap. noicitur de sentent. excommunic. quatenus habet pauperem percussorem clericum obligatum esse ad eundem Romam. 263. 2. c. \*  
 Cap. Sacro de sentent. excommu. quo prohibitio ab ingressu Ecclesiæ appellatur interdictum, & cap. 1. eod. titul. li. 6. quo vocatur suspensio, conciliantur. 276. 1. d. e  
 Cap. perpendimus de sententia excommu. quatenus agit de clerico qui se enormibus immiscet. 213. 2. a. \*  
 Cap. Si vero. 1. de sententia excommu. quatenus habet virum nõ incidere in canonem qui clericum cum vxore turpiter inuentum occiderit. 255. 2. a. b. \*  
 Cap. Existit de verbor. signific. multis in locis declaratur. 225. 2. b. c  
 CAPITA LIBRI VI. DECRE-  
 talium Bonifacij viij.  
 Cap. 1. de Rescriptis. lib. 6. an habeat locum in rescriptis episcoporum sicut & principum. 265. 1. a. b  
 Cap. licet Canon de electionibus lib. 6. quatenus habet eum qui non fecit se promoueri ad sacerdotium intra annum priuari Ecclesiæ parochiali. 39. 1. d  
 Cap. 1. de tempore Ordinat. lib. 6. quatenus loquitur de ordinante clericum ad factos ordines: & de clerico ordinato ad illos. 57. 1. b. c  
 Cap. Ordinarij de officio ordin. in 6. explicatur. 84. 2. d. e  
 Cap. 1. de cleric. non residente in 6. quatenus habet per

corporalem infirmitatem quem lucrari distributiones in absentia. 148. 1. f  
 Cap. licet de sepulturis in 6. quatenus habet filio impuberi patrem sepulturam eligere non posse. 234. 2. c. d  
 Cap. exigit de censib. lib. 6. quatenus habet visitatores suspendi si non restituunt intra mensem duplum eius quod acceperunt. 361. 2. d  
 Cap. quicumque de hæreticis lib. 6. quatenus excommunicat eum qui hæreticū in sacro loco sepelit. 129. 2. e. f. \*  
 Cap. statutum de hæreticis lib. 6. quatenus habet filios hæreticorum non posse promoueri ad ordines. 137. 1. a. \*  
 Cap. is qui de sentent. excommu. lib. 6. quatenus habet, suspensionem & appellationem non tolli. 140. 2. d. e  
 ILENTINAE ALIQVAE  
 & extrauagentes.  
 Clement. 1. de r. bus Ecclesiæ non alienandis explicatur. 172. 2. b. c  
 Clement. dudum de Sepulturis ibi prælatos & rectores. 70. 2. a  
 Clement. ne in agro §. cæterum. de statu monachorum. quatenus habet vtrumque esse promouendum. 39. 1. d  
 Clement. Gratia de rescriptis quæ habet, eum qui habet expectatiuam ad aliquod beneficium, perdere illam per assentionem alterius incompatibilis ei. 158. d  
 Clement. 2. §. 1. de hæreticis, quæ excommunicat Inquisitores & iudices hæreticorum accipientes pecuniā. 131. 2. f. \*  
 Extrau. Bonifacij de sepulturis quatenus eos qui mortuorum cadauera laniant, exenterant & similia excommunicat. 238. 1. a. b. c  
 Extraua. Martini V. & Callixti III. de censibus explicatur. 194. 1. d. e  
 LEGES TAM DIGESTORVM  
 quam Codicis.  
 L. in ambiguis. ff. de legibus explicatur. 125. 1. d. \*  
 Lex. Idē Iulian. de legatis 2. quæ legatio qui sine suo delicto est rei legatæ incapax debet æstimationē. 226. 1. d  
 L. Iure ciuili, ff. de Conditio & demonstrat. explicatur. 318. 2. b. c  
 L. Apud Labeonem ff. de doli mali excep. quæ videtur habere donationem ab ægrotto factam sine mentione mortis fuisse iudicandam causa mortis esse factā. 213. 2. f  
 L. Paulus 1. ff. de solutionibus quatenus habet creditorem non esse cogendum in alia forma nummos accipere. 183. 2. e  
 L. & nihil ff. de ritu nuptiarum quæ habet nihil interesse an cognatio descendat ex iustis nuptijs an non. 38. 1. e. \*  
 L. Sime & Titium. ff. de reb. cred. explicatur. 112. 2. b. \*  
 L. Liberi. ff. de nuptijs quæ verat liberis ducere parentum concubinas. 38. 1. f. \*  
 L. Iulianus §. offerri. ff. de actio empr. quatenus habet, quod venditor accepta parte pretij, tenet eam quasi pignus donec totum soluat. 172. 2. f. \*  
 L. oratio. ff. de sponsalibus quatenus probat matrimonio prohibito prohiberi sponsalia. 158. 2. c. \*  
 L. 1. ff. Quarum rerum actio non detur quatenus habet rescindendum id quod patrono libertus promisit. 108. 1. f. 2. a. b  
 L. 1. ff. Nil. nouari appellatione pendente & l. reus ff. de minoribus & honoribus cõciliatur antinomiam. 56. 2. f. \*  
 L. Prouinciales. ff. de verbor. significatio. quatenus habet prouinciales sunt, qui sunt incolæ prouinciæ. 16. 1. a  
 Lex Curabit. Codi. de actione Emptri quatenus habet quod emptor qui percepit fructus rei emptæ tenetur ad vsuras pretij non soluti. 195. 1. a  
 Glossa in leg. quotiens 1. C. de fidei commissio. quæ habet eum qui emit rem aliquam venditam alteri, sciens illam esse venditam debere postponi priori emptori. 182. 1. b  
 L. Vltim. Cod. de falsarijs monet. quatenus habet ignorare impuberem quicquid non videt. 28. 1. b. \*  
 L. 3. C. de episc. audient. quatenus habet, ne crimina iterata remissionem habeant. 9. 1. d  
 Authent. Erubescimus sine lege loqui. de trient. & semiss. §. consideremus, quid significet his verbis Imperator. 113. 2. c. \*

# CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM MARTINI AB AZPILCVETA DOCTORIS NAVARRI.

## LIBER PRIMVS.

### DE SVMMATRINITATE ET FIDE CATHOLICA.

#### SVMMARIVM.

1 Fidem confiteri occultus Christianus habitans inter infideles non semper tenetur, secus quando per omissionē subtrahatur honor Deo debitus, vel vtilitas proximo impendenda.

#### CONSILIVM PRIMVM.



V multi infideles adulti baptizentur, & credant in Christū firmiter, tamen minime publicè audēt id publicè formare pœnæ: queritur, an possint saluari, quia non habent commoditatem relinquendi patrimoniū, & patriam ob multos respectus.

ad Rom. 10.

5. 2. 2. q. 3. ar. 2.

2.

c. 1. 2. q. 33.

2. 2. q. 3. ar. 2.

2.

d In cap. si peccauerit. 2. q. 1.

& in summa de pœnit. di. 5.

c. 3. q. artic. 2.

f Arg. c. presbyteros. 50. di.

1 Respondeo primò, quòd omnis Christianus de precepto tenetur confiteri fidem, iuxta illud Pauli. <sup>a</sup> Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, per quod id affirmat D. Thomas receptus. <sup>b</sup> Secundo, quod præceptū de cõfittendo fidem est affirmatiuum, & ideo licet obliget semper, non tamen obligat, vt aiunt, ad semper, sicut obligant negatiua secundum D. Thomam receptum à Theologis. <sup>c</sup> & Archidiaconum <sup>d</sup> receptum à nostris vbiq. Tertio, quod ex his sequitur, illos, de quibus queritur, non obligari semper, & in quolibet loco ad cõfittendum fidem, sed sic in aliquo loco, & tempore, quando scilicet per dimissionem huius confessionis subtraheretur honor debitus Deo, & etiam vtilitas proximo impendenda: puta si aliquis interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur, vel quod non haberet fidem, vel quod fides non esset vera, vel alij per eius taciturnitatem auerterentur à fide. quæ sunt verba D. Thomæ, <sup>e</sup> & consequenter non possunt saluari, nisi proponant firmiter confiteri fidem in omnibus prædictis casibus, & confiteantur in illis occurrentibus, nec eos timor pœnæ excusat. <sup>f</sup>

#### DE CONSTITVTIONIBVS.

#### SVMMARIVM.

1 Ignorantia tunc demum à peccato excusat in totum, si sit & ita iusta, quòd non omisit facere aliquid eorum, quæ homines sua conditionis vt sciant facere debent. & num. 2. 5. & ita causa peccati, quòd si sciret, non faceret. & num. 3.  
 2 Ignorantia affectata, qua quis ideo vult laborare, vt liberius peccet, non mimit, sed auget peccatum, at crassa, qua quis ignorat quòd homines sua conditionis communitè sciunt, excusat à tante, sed non à toto.  
 3 Ignorantia comes, & non causa peccati est, quando quis, etiamsi sciret, non abstineret, & hac numquam à culpa excusat.  
 3 Ignorans probabiliter legem promulgatam, etiamsi sciat latam, excusat.  
 3 Promulgatio est de legis essentia, etiamsi sit facta in Concilio, etiam cum Papa confirmatione, nec antea ligat. 4.  
 4 Concilij etiam auctoritate Apostolica Papa absente congregati lex lata, & promulgata non ligat, nisi etiam ab ipso Papa fuerit confirmata.

A  
 5 Creditur in cõscientia foro asserēti se ignorasse, & iuste ignorasse.  
 6 Ignorantia præsumptiue in foro exteriori probatur eo ipso, quòd non probatur scientia: item probatur iuramento, & alijs verisimilibus præsumptionibus. 7.  
 7 Iuramento nostro et si staretur regulariter in ijs quæ dependent ab animo nostro, hoc tamen fallit, quando contrarium per probabiles probatur coniecturas, vel iuris præsumptio contraria adducitur. seu alia qualitas aliqua.  
 8 Ciuiſſe legem, ad effectum vt ea ligetur, non dicitur is, qui de ea aliquid audiuit, num. 11. sed nec requiritur vera per sensum corporis scientia, num. 10. sufficit tamen talis auditio, vel relatio, quæ in audiente fidem & credulitatem inducit, vel inducere debet, num. 11.  
 B  
 9 Iobeleorum dies incipit post eorum in diocesi publicationem.  
 9 Credere non tenemur quòd à quouis quomodo libet audiuiſſimus, nec etiam charta impressa, vel aduenis referentibus. 32. sed ijs quæ inducere debent fidem & credulitatem. 11.  
 11 Lex Pontificis Roma publicata ex stylo non desinit ligare prouinciales, etiam antequam in eorum publicetur prouincijs: requiritur tamen, num. 12. & 23. quòd sit recepta à maiori parte populi, in quo quis tunc reperitur. num. 13.  
 13 Roma cum fueris, Romano viuito more.  
 14 Lex certum tempus à conditore præfixum habens non ligat ante, post verò omnes etiam ignorantes quo ad solam actus irritationem, quòd si certum non habet præfixum tempus, & sit inferioris principe statim scientes, nu. 16. si principis, habet de iure tacito menses duos à die publicationis. 17. ex stylo tamen Romano statim ligat omnes, nisi probetur ignorantia. 18.  
 C  
 18 Promulgatio legis facta in aula principis de iure communi non habet vim in prouincijs, in quibus non publicatur, secus de stylo quo ad leges Pontificis. 19. 20.  
 19 Regula Cancellariae ligant etiam prouinciales, nisi probent earum iustam ignorantiam.  
 20 Legum Ecclesiasticarum scientiam habere magis satagere tenentur homines, quam secularium, cum à spiritualibus, quæ nota sunt, non admodum diuersa sint.  
 D  
 21 Promulgatio legis in prouincia et si non requiratur ad effectum obligandi, requiritur tamen quandoque ad effectum, vt incurratur pœna.  
 21 Intellectus cap. cum infirmitas. de pœnit. & remiss.  
 22 Ignorantia promulgationis legis si sit probabilis, iure natura excusat, alias non. & 21.  
 23 Lex quæ non est recepta per maiorem partem ciuitatis, cuius quis est, non ligat, cum sub ea conditione censetur promulgata, si recipiatur. num. 24. quòd & de extrauagentibus & bullis etiam tenendum. num. 33.  
 24 Lex quæ decennio non fuit recepta, non ligat, sed qui primi non recipiunt, peccant, nisi probabilis ignorantia, aut principis potentis cogere dissimulatio excuset, at reliqui legitimam non seruandi causam habent, si ab alijs nequaquam seruari ceptam non seruant.  
 E  
 25 Lex quæ etiam ob ignorantiam non fuit decennio recepta, seu obseruata, modo acciderit casus de quo lex statuitur, enervatur. 26. 27.  
 25 Desuetudo illa tollit legem, quæ actum contra legem continet, & hoc etiam si dictus actus fiat ab ignorantibus legē. 26. 27.



- 28 Recepta que non fuit à principio lex, si vt potest postea ab vniuersitate recipiatur, vim legis quo ad futura obtinebit, at à principe reuocatur, non potest nisi ab eodem viuificari. 29.
- 30 Concilij Tridentini decreta omnia in singulis prouincijs publicari debere nullibi precipitur: degentes tamen in prouincijs, in quibus non fuit receptum, etiam si de illo scientiam habeant, ibi non tenentur seruare. numer. 32. illorumq; si sint dubia, interpretatio Papæ seruatur.
- 31 Ieiuniorum & festorum obseruantiam possunt Concilia prouincialia & episcopi collaudante populo indicere.
- 32 Promulgare omittentes Prælati bullas Papæ ad ipsos transmissas peccant.
- 34 Monere non tenetur confessarius penitentem probabiliter ignorantem ius commune, cui contrahent, potestque eum absolueri, ac dicere, quod sit in bono statu, immo & tenetur, quando scandalum ex contrario timetur. idem dic de superiore. 35.
- 36 Doctor legens aliquam materiam in aliqua prouincia non tenetur monere audientes de extraneis, que prouinciales non ligant, sed nec tenetur tacere, modo moneat qua ratione illa ipsos non ligent.
- 37 Confessarius potest absolvere penitentem probabiliter tenentem sententiam, cuius contrariam ipse credit veram, secus si sine probabili ratione illam teneat. 54.
- 38 Plura beneficia habentes, vel conferentes debet monere confessarius habenti vnum sufficiens non licere habere aliud sine iusta consuetudine, vel dispensatione, & causa tollente deformitatem, que ex pluralitate oritur. 39. 40.
- 38 Commendatarius perpetuus equiparatur titulari, excepto eo quod per eius mortem non vacat beneficium per obitum, sed vt vacabat quando primo fuit commendatum. 39.
- 41 Canones prohibentes Episcopis, ne hereticos, vel schismaticos abiuurare volentes absoluant, vel dispensent, sunt seruandi, nisi prout sunt vel consuetudine derogati, vel vsu non recepti. 42.
- 43 Residendum ne faciat in parochiali, cum sit iuris diuini, nemo potest excusari sine causa legitima, que & quousque sufficiat iudex recta ratione ductus arbitrat. 44.
- 45 Ordinans sacris ordinibus aliquem sine titulo, ex quo viuere possit, subicitur pena cap. cum secundum, de præb. nisi ab ordinato sit deceptus: ordinatus autem absolute sine titulo, est suspensus.
- 46 Illegitimus clericus filius non potest in Ecclesia, in qua pater habet, vel habuit beneficium, nedum vt minister in aliquo etiam sacrisse vel cantoris officio ministrare, sed nec vt peregrinus celebrare.
- 47 Sacerdotis illegitimus filius per Cœcilium est factus inhabilis ad obtinendū de cetero beneficia in Ecclesia, in qua pater fuit beneficiatus: ante autem Concilium obtenta, post trimestre, nisi illa resignauerit, si pater adhuc erat beneficiatus, vacauerunt.
- 47 Incestus affinitatis taciturnitas non vitiat dispensationem impetratam super impedimento consanguinitatis 49.
- 48 Taciturnitas eius quod expressum redderet principem difficiliorem, vitiat gratiam, sed hoc tunc demum, quando iura exigunt illius expressionem. num. 50. & 53.
- 48 Remissionem secundi delicti obtinens, tacita remissione alterius similis prius obtenta, est subreptitijs: quia tacet id, quod iura saltem tacite iubent exprimi. nu. 53.
- 48 Obligatum quem ipso iure ad aliquid esse non est dicendum sine iure ad id obligante.
- 49 Falsi expressio, qua princeps mouetur ad facilius concedendum, vitiat gratiam.
- 49 Duo patiens essentialia impedimenta matrimonij, super vno validam impetrat dispensationem, altera tacita sicut & absolutionem ab vna ex duabus excommunicationibus.
- 50 Beneficium secundum impetrans, de primo quod obtinet, tenetur mentionem facere, sed non de cura primo annexa.
- 51 Criminoso tacenti crimen facta collatio tenet, modo ex eo non inducatur irregularitas, vel inhabilitas.
- 54 Confessarius putans penitentem non se accusare de aliquo, non ob obliuionem, verecundiam, vel aliam iniustam causam, sed quia credit se ob iustam dispensationem, vel rationem, vel probabilem opinionem esse in peccato, potest eundem de hoc non interrogando absolvere.
- 54 Eucharistiam cum denegat sacerdos ei qui est in statu peccati quem non potuit absolvere, caueat ne dicat se ideo denegare, quia eum non absoluit.
- 55 Pontificis bullas ac diplomata supprimentes, vel ne publicentur

- prohibentes, nisi causam iustam excusantem ostendant, non videntur absoluedi.
- 56 Exigentes gabellas à religiosis, etiam ex mandato dominorū, & sub prætextu probabilis vel necessaria causa, aut ex inueterata consuetudine, sunt excommunicati, nisi probabilis eos excuset ignorantia, vel Pontificis concessio.
- 57 Cum Paganis ac etiam Iudeis, locando gabellas, modò eas per se non exigant, nec non & cum schismaticis & hereticis etiam publicis non denunciatis, tamen licite contrahitur. 58. & num. 60. nimia tamen familiaritas cum infidelibus vetatur. 59.
- 61 Abiuratio heresis præmittenda est, antequam quis ab ea per habentem potestatem absoluitur: idem de schismate, si includat heresim, alias non.
- 62 Schisma opponitur vnitati Ecclesiasticæ caritatis, heresis fidei: & omnis hereticus est etiam schismaticus, & non e contra.
- 63 Hereticam si ducat Catholicus, peccat, nec tenet pactum vt aliqui ex filijs hereticè nutriantur, quamuis matrimonium contractum teneat. & num. 66.
- 64 Hereticos schismaticos non denunciatis ad scholas Catholici admittere possunt, itemque vota ab eisdem, dum sacra quibus intersunt, celebrantur, oblata recipere. 65.
- 66 Comparentem etsi contrahat hereticus, & schismaticus, modò sit baptizatus, non tamen potest Catholicus horum infantem ritu ab Ecclesia non permissio baptizandos de sacro fonte lauare, nec eosdem admittere, vt ipsius Catholici filium ritu Catholico baptizandum leuent.
- 68 Græcos, & Armenos numerados inter hereticos non satis cõstat.
- 69 Moschouitis ac Ruthenis ab heresibus recedentibus, licite, dum apud nos sunt, in nostris Ecclesijs ritu nostro conferuntur sacramenta, licet reuersi apud suos ritu Græcorum privilegio, vel consuetudine permissio vsuri.
- 69 Græcus in sua terra ritu Latino, sicut nec Latinus in Latino- rum locis potest Græco ritu consecrare.
- 70 Hereses omnes, etiam in mortis articulo constitutus, nisi saltem in genere detestetur, non potest absolui, nec ad alia sacramenta, nec ad sepulturam admitti.
- 71 Fructus ex prædio quotannis nascituri, etiam cum pacto vt post singula quinquennia tantum redimi possint, si emantur, licite fieri potest, secus esset, si prædicti fructus ex mutuo, vel locato percipiuntur, ita vt etiam capitale restituatur.
- 72 Vsuras, in quibus quis, diu esse pupillus, & ignorans, ex cõtractibus per tutores secundū consuetudinem regionis initis reperitur locupletior, tenetur restituere, nec aliter est absoluedus. 73.
- 74 Bulla Cœna vbi non est recepta, non ligat.
- 74 Libros per Bullam, sciens, aut scire debens, prohibitos legens etiam ob bonum finem, ligatur censura Papæ reseruata. 75.
- 75 Hereticorum libros prohibitos, etiam ex causa, legendi licentiam non dat inferior Papa.
- 76 Missa vt dicatur priuatis in domibus etiam ob infirmos non potest concedere Episcopus in locis in quibus sacrum Concilium est receptum.
- 76 Consuetudo interpretatiua Concilij est attendenda.
- 77 Peste infectis tenetur parochus sacramenta ministrare, item & sanis petentibus, monitis tamen prius de periculo: nec potest recedere, nisi saltem dimisso vicario: non parochus autem potest & ipse, si velit, eisdem magno cum merito, etsi cum periculo vite, ministrare.
- 79 Eucharistia debet omiſsa processione occultè ad infirmos deferri vbi de honestatione arbitrio boni viri probabiliter timetur.
- 80 Decimarum iudicium potest in possessario Ecclesiasticæ persona introducere coram laico, in petitorio non, etiam vt reus, nisi inuitus trahatur. 81.
- 81 Trahi se ad iudicem secularem super decimis, & alijs spiritibus causis cum consentit clericus, ligatur bulla Cœna, vti dicta actioni fauorem præstans. 82.
- 83 A scriptiij coloni possunt quocumque iuerint ad similitudinem seruorum fugitiuorū vendicari à dominis etiā Ecclesiasticis. 84.
- 83 Oblati, & donati, licet non sint vere religiosi, tamen non possunt à monasterijs recedere.
- 85 Clerici secularem iurisdictionem obtinentes, si illam per se in causa sanguinis exercent, peccant, & ob id sequuta morte, vel mutilatione fiunt irregulares, secus si illam exercent per generales vicarios, vel delegatos particulares, etiam si sequatur iniuste sententiæ exequutio. num. 86.
- 87 Heretico notorio, sicut nec Iudæo, immo multo minus est concedenda in alios præeminentia.

A  
B  
C  
D  
E  
F

- 88 Hereticos occultos in foro conscientie absoluedi potestas ita ex decreto sacri Concilij competit Episcopis, vt non possint alteri illam generaliter delegare: licet cum occurrit aliquis casus possint illius absolutionem particulariter alteri denudare. num. 89.
- 88 Absoluedi potestatem ordinariam qui ex officio habet, potest illam alteri generaliter delegare, secus si in certis casibus ex priuilegio competat. 89.
- 90 Penitens, qui Episcopum habentem potestatem absoluedi nõ potest, vel erubescit adire, adeat per alium, vt sic ex eius absolui possit mandato.

CONSILIVM PRIMVM.

Continens questionum fere quotidianarum, seu casuum pro Ultramontanis decisionibus 48. tum ad titulum de constitutionibus, tum ad alios spectantes.

RESPONSURUS ad propositas mihi questiones, quæ sunt 41. præmissis septem alias, ex quibus, & ex illis constituuntur 48.

PRIMA QVÆSTIO. An, & quæ ignorantia legis excuset à peccato transgressionis illius? Respondeo primò, quòd duo requiruntur, vt ignorantia excuset omnino, siue quod aiur à toto, nempe quòd sit causa illius, & quòd sit iusta, siue vt Theologi vocant, inuincibilis, siue vt nos vocamus, probabilis, vt resoluit S. Thomas. 2

Secundò, quòd illa ignorantia dicitur causa peccati, quæ tollit scientiam, quæ existente non fieret illud, vt resoluit idem S. Thomas. b

Tertiò, quòd illa ignorantia dicitur iusta, siue inuincibilis, vel non potest, adhibita diligentia, quæ ab alijs sua conditionis arbitrio viri prudentis adhiberi debet, iuxta mentem S. Thomæ, c & probatur in §. notandum. d Cui consequens est, liberantem quam quis habet, quia non vult scire, quò liberius peccet, quæ appellatur affectata, vel ob negligentiam laborandi, & efficiendi quod ad sciendum homines suæ conditionis arbitrio prudentis viri efficere debent, quæ appellatur crassa, non excusare, vt idem S. Thom. tradit e & probatur per illud Apostoli. f Ignorans ignorabitur. quod intelligitur de eo qui noluit intelligere, vt bene ageret, g noluit inquam, aut optando non intelligere, aut non faciendo id, quod debet, ad intelligendum. h

Quartò, quod in Manuali confessoriorū, i hoc resoluimus in hæc verba. Triplex est ignorantia, affectata, crassa, siue supina, & iusta. Affectata siue optata est, quæ quis ignorat id quod scire tenetur: quia non vult scire, quò liberius absque sua conscientia contradictione, vel alia de causa peccet, iuxta illud. k Noluit intelligere, vt bene ageret. quæ adeo non excusat, aut minuit peccatū, vt etiam augeat ob circumstantiam mali desiderij. Crassa vero siue supina est, quæ quis ignorat id quod communiter omnes sui ordinis sciunt, quod contingit per culpam latam, de qua supra l quæ excusat à tanto, sed non à toto. Iusta verò, quæ à Theologis inuincibilis, & à nostris probabilis appellatur, est, quæ quis ignorat quod non oportet eum scire, m & quæ communiter homines eiusdem ordinis adhibita debita diligentia laborant, iuxta S. Thomam n qualis est eius, qui petit consilium à viris habitis pro prædictis scientia, & conscientia in id sufficienti, qui falsè illi consulunt. arg. cap. capellanus, o & eorum quæ tradit Alexander p & S. Antoninus, q & hæc omnino excusat, quando est causa actus. Ignorantia enim interdum est peccati causa, interdum non, sed eius comes est causa, quando actus non fuerit, nisi ignoraretur: est solum comes, quæ peccaretur, etiam si sciretur: & hæc nunquam à culpa excusat, illa verò interdum omnino, interdum ex parte, vt prædictum est. Hæc ibi.

Quinto dico, quod ad hoc, vt quis dicatur legis transgressor, & ob id peccare, non sufficit vt sciat legem esse faciendam, vel fieri, nec esse factam, etiam in Concilio publico, vt recte tenet Decius contra Panormitanum, r si nondum est promulgata: quia lex non ligat antequam promulgetur. s De essentia enim legis est promulgatio, vt S. Thomas receptus definit t neque si iam est promulgata, si probabiliter ignoret eam esse promulgatam, per prædicta.

a l. 2. qu. 76. art. 5.  
b d. quæst. 76. art. 1. & qu. 6. art. 8.  
c In di. quæst. 76. art. 2. d l. quæst. 4. & in ca. 2. de consilij.  
e In di. art. 8. f 1. Corinthe. 14. g Psal. 68. ca. ideo 37. dist. h Arg. le. magna negligentia. ff. de verbo. sign. i Cap. 23. nu. 45. k Psal. 68. re. las. in ca. ideo. 37. dist. l Ca. 17. num. 177. m l. quæst. 4. §. notandum est. n Vbi supra qu. 76. art. 3. o Iust. gloss. 3. de feri. p Conf. l. col. 4. vol. 2. q l. par. sit. 3. q. 10. §. 10.

4 Sexto, ultra omnes, quòd non sufficit legem esse factam in Concilio œcumenico, vel promulgatam in eo, antequam confirmetur à Papa specialiter, & generaliter confirmando totum Cœcilium: quia quicquid alij dicant, leges Concilij quamlibet legitime congregari non obligant ante confirmationem Papæ subsequitam, vt satis probatur in vltimo decreto Concilij Tridentini, & confirmatione ipsius à Pio IIII. petita, & facta, & ex stylo omnium Conciliorum œcumenicorum absente Papa, & presentibus eius Legatis actorum & concludorum. Nec obstat, quod in Hispanijs aliquot constitutiones Concilij Tridentini nondum perfecti, nec confirmati visa fuerint obseruari: quoniam id factum est per errorem opinantium leges Concilij generalis vim habere ligandi ab eo tempore, quo in ipso Concilio promulgantur, aut quia fuerunt acceptæ in leges obligatorias à Prælati, qui poterant eas suo iure ferre, & eis vim obligatoriam quo ad sua territoria indere.

SECUNDA QVÆSTIO. Quomodo potest constare de ignorantia? Respondeo primò, quod in foro Dei & conscientia statur dicto Rei, a & glossa putata singularis, b cui similis in verbo electio, c

Secundò, quòd non sufficit etiam in foro conscientie, quod reus dicat se ignorasse, nisi dicat iuste, siue probabiliter, siue inuincibiliter ignorasse. Tunc autem sic ignorat, quando non oportebat eum id scire, vel si oportebat eum scire, non optauit id ignorare, neque neglexit adhibere ad id sciendum eam diligentiam, quam communiter alij suæ qualitatis prædicti viri arbitrio adhibere debent, per responsum ad præcedentem questionem.

Tertiò, quod ignorantia probatur quo ad forum exterius. Primò per præsumptionem iuris, quæ regulariter præsumitur donec scientia probetur, ca. præsumitur, d cuius glossa ponit alios tres modos probandi, puta per iuramentum. e Secundo, probando aliquid, quòd necessario consequitur ignorantiam, vt quod erat infans, vel furiosus. f Tertiò, probando aliquid, quòd verisimilis ignorantia consequitur, vt probando absentiam. g

Probatio autem iuramenti ideo admittitur, quia regulariter ea quæ sunt in animo aliter probari nõ possunt, iuxta glossam putatam singularem, h cui similis est in capitul. significasti. i & ignorantia in animo consistit, iuxta palam est. Quòd fit, vt si contrarium probaretur, non crederetur iuramento iuxta glossas notabiles & receptas, k quæ addunt posse probari contrarium per coniecturas probabiles: nam per probationem, quòd erat publicè notum, tollitur probatio per iuramentum, vt ait glossa. l Tollitur item per præsumptionem iuris, si qua est contra iurantem, per regulam Bartholi, m scilicet, iuramento eius, contra quem est præsumptio legis, non esse standum. Tollitur etiam, quando qualitas personæ, vel alia indicia in contrarium mouent, secundum Baldum, n quem inter alios sequitur Decius. o

TERTIA QVÆSTIO. Quæ scientia legis sufficiat, vt quis ligetur ea? Respondeo, quòd hinc videtur, quòd quilibet sufficiat, eo quod nec canon, nec vlla lex videtur distinguere, nec restringere, & ita nec nos distinguere nec restringere debemus. p

a Arg. c. humana aures. 22. quæst. 5. b In clem. 1. in verbo non habita de priuileg. c Ca. penult. de sentent. & re iudic. lib. 6. d De reg. iur. lib. 6. e Cap. pastoralis. de excep. cap. si verò. 2. de sent. excomm. f Cap. i. in d. 9. cap. cum dilectus. 2. de success. ab intest. g Ca. fin. qui maritimo ac. cuf non pos. h In §. aliam. qui aliam incipit, sed ista. Instit. de actio. i l. de homici. k In cap. propositi. 82. di. verb. nõ probatur. in cap. eos. verb. affectata. de iure ordinari. lib. 6. l di. cap. propositi. m In l. inter omnes. §. recte ff. de furt. n In l. 1. C. de collis. deteg. o In di. ca. 2. in lect. 2. n. 48. & leg. p Leg. de prelio ff. de publ. in rem act. ca. si Romanorū 19. dist.

extra Urbem feruatum esse credimus:nec vlllos, vel pauco-

9 Tertio facit & id, quod scripsimus alibi, nempe non cici quide scire, vel nosse aliquid, eo quod id quomodolibet, vel à quolibet audierit, iuxta illud Sapientis, Qui cito credit, leuis est corde, quod satis probatur per cap. nolum.

10 Quarto facit & illud, quod saepe respondimus circa indulgentias iobelaas, quae ob varias causas solent mitti à Sede Apostolica in prouincias, quarèdas ab eis, qui prima hebdomada postquam eas scierint concessas, vel fuerint publicatae, illa & illa pietatis opera fecerint, nempe quod non intelliguntur de prima hebdomada, quae sequitur quamlibet primam scientiam illius concessiois & publicationis, sed de illa quae est prima postquam sciuit eam per publicationem factam iustu Episcopi sui in ea ciuitate, vel oppido, in quo moratur seu inuenitur.

11 Quapropter dicendum est primò, quod non requiritur vera scientia, quae nascitur ex noticia intuitiua alicuius quinque sentium, de quibus alibi, quae requiritur in teste deponente, & quomq; definiuimus alibi. f

12 Secundo, quod non sufficit quelibet auditio, & relatio, sed requiritur talis, quae inducat, vel inducere debeat fidem, & credulitatem in audiente, per argumentum pro posteriore parte formatum.

13 Tertio, quod non videtur requiri, vt per Praefules, vel alios praelatos in suis territoriis publicetur: quoniam in quast. sequenti concludetur (attento stylo, & consuetudine Curiae) sufficere publicatione, & promulgationem in Curia factam.

14 Quarto, quod ex capite ignorantia non potest excusari à peccato transgressionis, qui iuxta ratione firmiter credit legem esse in Curia publicatam, per responsa supra ad primam quaestionem, & infra ad quintam.

15 Quinto, quod excusari forte possit ex eo capite, quod non sit recepta, nec scita à maiore parte populi, cuius ipse est pars: eo quod lex etiam iuste promulgata non videtur ligare, si maior pars eam non recipiat, per respondenda infra. f

16 Sexto, quod ex his inferitur, vnam eandemque scientiam vnius eiuudemque legis, quae sufficit, quo habens illam in vno territorio ea ligetur, non sufficere vt idem in alio territorio similiter ligetur. Quod confirmatur per c. illo h. quatenus Ambrosius consuluit Diuae Monicae matri parris nostri Augustini, quod ipsa sciens legè de Sabbato ieiunando tenebatur seruare illam Romae, non Mediolani.

17 QVARTA QVÆSTIO. A quo tempore incipiat ligare constituit? Respondeo primò, quod lex non ligat ante lapsum temporis, ante quod legislator noluit vt ligare inciperet, quia ad illius vsque lapsum non habet virtutem ligandi, vt palam est: cum lex non habeat maiorem virtutem illa, quam legislator indit ei. i

18 Secundo, quod non est dubium à quo tempore vult legislator vt sua lex incipiat ligare, quado illud exprimit, vt in ca. cum singula k. adeo quod si lex dicat, vt liget ex nunc, ab ipso tempore promulgationis ligabit scientes, per glossam, etiam iuste ignorantem quo ad irritationem actus, licet non quo ad peccatum, per responsonem ad primam quaestionem, & adnotata per Panormitanum cõmuniter receptum, m. licet quo ad aliquid discedat ab eo Decius potius verbis, quam mente, si satis res perpendatur.

19 Tertio, quod est grande dubium, an lex incipiat ligare ante lapsum duorum mensium post promulgationem eius, an solum post lapsum illorum. Et respondendum est, quod si est lex inferioris Principe, statim incipit ligare subditos à tempore scientiae illius, secundum Panormitanum, n. pro quo multa citantur ibi à Felino & Decio: sed plus monet haec ratio, quod nullo iure cauetur, vt legis inferioris Principe vinculum differatur, & ita non est dicendum. o. Ad praesumendum autem scientiam quo ad forum exterius, tempus videtur esse arbitrium, vt Panormitanus receptus concludit: p. quia viciniore videtur citius scire, argum. c. quosdam. & cap. quanto. de praesumpt.

20 Quarto, quod solo iure scripto attento, Princeps nõ videtur ligare ante lapsum duorum mensium, etiam scientes eam factam & promulgatam, vt videtur tenere glossa vltima, q. & Antonius, r. quem cõtra Panormitanum, Imo-

lam & Felinum sequuti sumus cum Decio ibidem, a qui idem tener alibi, b. & merito. Tum quia authentica, c. tam in rubro, quam in nigro expressè habet, illam post duos menses, & non antea valituram, & cõsequenter ante illos duos menses eam nõ ligaturam. Tum quia et si bona pars causa, quare datur dilatio duorum mensium, sit, ne ignorantibus obligentur: tamen nõ est sola, quia etiam datur, ne alios liget, antequam alios, & vt omnes incipiat eodem tempore ligare, & vt tollatur confusio, rixa, & imparitas subditorum, dum alij ante alios ligantur: per quod tolluntur argumenta Bonifacii à Viralibus, quibus reprobatur Paulum de Leza. tenentem idem quod nos, d. argumenta item Philippi Franci. e

21 Tum quia vt scientia legis, donec promulgetur, non ligat, ita pari fere ratione scientia legis promulgata, donec labatur tempus tacite constitutum ad ligandum, non debet ligare. Et quauis haec pars solo iure scripto attento verior videatur, de consuetudine tamen & stylo videtur in Vrbe seruari, vt transgressientes legem Pape publicatam etiam ante duos menses, puniantur, non solum qui confitentur, vel probantur sciuisse illius promulgationem, sed etiam qui non probantur iuste illam ignorasse: praesupponendo, quod praesumitur scire. Quae consuetudo & stylus restringi forte possit ad forum tantum exterius, & Vrbicolas.

22 Quinto, quod vna opinio, quae pauciorum est, tenet legem promulgatam in Curia Principis nõ ligare prouinciales, hoc est subditos extra prouinciã, vbi est Curia, de gentes, etiam post duos menses à publicatione facta in Curia, donec per Gubernatores prouinciarũ in earũ Metropolitanis promulgetur. Primo quide, quod expressè habetur in praedicta authentica, f. quod lex noua non obligat prouinciales, nisi post duos menses à publicatione in eorum prouinciis facta, & iure Canonico nõ est expremum contrarium: ergo illi standum est. g. Secundo, quod Ioannes Andreas h. receptus cõmuniter tenet id quod dicim' esse verum de lege Imperatoris, & eadem ratio vel maior videtur de lege Papae: quia haec extenditur ad omnes Christianos, & cõsequenter ad multò plures prouincias, quam lex Imperatoris: & ita durius esset, quod haec ligaret antequam publicaretur in prouinciis, quam illa. Tertio, quod cap. cum infirmitas, i. significat, illã constitutionem etiam factam in Concilio generali non ligasse ante publicationem eius à Praelatis factam. Quarto, quod durum videtur dicere, omnes leges, quae passim motu proprio Pont. Max. fiunt Romae, ligare post duos menses à publicatione in Curia facta, vltimos quoque cultores Septemtrionis & Occidentis, Aethiopes item, & Indos. Quinto, quod Caietanus versatus in Curia sic scripsit. k. Quod si Roma noua lex promulgatur, & nec Curia ipsa curat vt promulgatio ad Ecclesias Cathedralis deueniat, nec Praelati, qui ibi sunt, insinuunt suis Ecclesiis, accusari nec apud Deũ, nec apud homines ignorantia possunt absentes nescy. Sexto, quod lex natura, & diuina dicitur, vt iuste ignorantes legem non ligentur illa, l. & negari non potest Indos, Aethiopes Occiduos, & Hyperboreos iuste ignorare legem humanam nouam in sola Roma publicatam etiam post duos menses.

23 Altera verò opinio, quae frequentior est, tenet contrarium, videlicet, quod lex ligat omnes etiam prouinciales post duos menses à publicatione legis in Curia facta. Pro qua facit primò ratio praedicta glossae vltimae, m. videlicet, quod alioquin sequeretur, quod liber sextus solum ligaret in prouinciis, in quarum Academiis praegitur: quia non est publicatus in alijs. Secundo, quod consuetudo, & stylus Curiae, quae vim legis habet, n. seruat, vt iudices Vrbi iudicent cõtra omnes totius orbis Christianos secundum leges Papae promulgatas in ea in locis ad id praestitutis: nisi iustam illam ignorantiam probent. Immo & multi Episcopi residentes in suis Ecclesijs deferri faciunt ad se extrauagantes nouas, quae promulgantur in Vrbe, & secundũ eas decidunt causas suas dioecesis. Tertio, quod regula Cancellariae, quae non publicantur extra Curiam, ligant omnes degentes extra eam, & in Francia, testante Bartholomaeo Castaloro, o. & antea fuit decisis in Capella Tholosana. p. Quarto, quod alioqui sequeretur, quod bulla Cœnae Domini in sola Roma publicata non ligaret extra Curiam & Romanam prouinciam existentes, nec multa

a In prima & secunda elect. b in cap. de postul. pralat. num. 19. c. v. facta noua constituit. coll. 5.

d In proem. clem. in §. nũc. igitur a num. 41. e Super data sex. sub finẽ.

f Vt facta noua constituitur. tiones.

g Arg. cap. i. de oper. nuu. nan. ar. c. si in adiutorium. 10. dist. h Super gloss. data sexis.

i De penitencia & remiss.

k In l. 2. qua. 90. ar. 4.

l Capit. 2. de constit. & ca. propo. iust. 82. dist.

m In data sexis.

n Cap. quam grani. de cri. falsi.

o Constit. 10. viso processu. col. 5. p. Decis. 444. incip. ius fuit questum an regula Cancellariae &c.

a In ca. inter verba. 11. q. 3. concil. 6. coroll. 05. b Eccles. 19. c. 11. qua. 3. & ca. si quid vero. 86. dist.

d In dicto coroll. 65. & in prelud. 2. Annual. confess. num. 1. e Cap. testes. 3. qua. 9. f In ca. si quis autem de ppe. nit. dist. 7. nu. 10. & in rub. de iudic. nu. 43.

g Ad qua. 5. & qua. 6.

h Ad iudic. glo. 12. dist.

i Art. cap. fin. de reg. iur. li. 6. de cõtra. §. frau. ff. de legib. k De praeb. lib. 6. l In elem. 2. verb. ex iur. d. heredi. m In dicto c. 2. de constit. num. 7.

n Vbi supra. o Cap. consuet. iust. 2. qu. 4. & §. consuetudinem. a. r. de iur. & iust. col. 12. s. p. Vbi supra num. 8. q. In data sexis. r In dicto c. 2.

alia extrauagantes magni momenti in sola Curia Romana publicatæ ligarent alios, quã Romanos: & si supplicaretur Toleti, ligarent tantum prouinciales, & nõ Hispalenses, nec Legionenses, si nec Legione, nec Hispali publicaretur & si publicaretur Parisiis, nõ ligaret Tholosates, nec Lugdunenses, si nec Tholose nec Lugduni publicarentur: & ita magna disparitas & confusio seminaretur in prouinciis. Sequeretur ite, quod non solum liber sextus nõ ligaret vnuerfos, vt ait praedicta glossa, sed quod nec liber Decretalium, nec Clementinarum, ligarent prouinciales: quia nulla vel pauca eorum sunt haecenus publicata in prouinciis. Quae omnia videntur absurda, & ita non asserenda. a Quinto, quod Thomas b. ait, quod subditi absentes à legis promulgatione obligantur ab ea, illa ratione, quod illa deuenit, vel deuenire potest in eorum notitiam, nulla facta mentione de faciẽda promulgatione, siue publicatione in prouincia, vel capite prouinciæ. Per quae omnia videtur retolendum, quod attẽto solo iure scripto prior opinio videtur verior. Attẽto vero stylo, & consuetudine Ecclesiae, Curiaque Romana, posterior debet seruari quo ad leges Papae, nempe quod requiratur quidem promulgatio earum, sufficere autem quod fiat Roma: in locis ad id praestitutis, vt ligent etiam prouinciales post duos menses, vel aliud tempus expressum in eis.

20 Non obstat argumenta pro priore parte adducta. Ad primũ enim & secundum responderetur ea procedere iure scripto tantum attẽto: hanc verò partem, quae defendimus, procedere consuetudine, & stylo Curiae attentis, eo quod licet vno respectu maior ratio suadeat, ne lex Papae ad omnes terras sibi subditas extendatur per solam publicationem Romae factam, quam lex Caesaris per publicationem in eius Curia factam, vt secundum argumentum probat, alia tamen maior suadet cõtrarium, puta quod Papa minus discurrit: & ideo, vt ait Ioannes Monachus, c. dicitur habere pedes plũbeos, & nõ plumbeos: & quod vnus est topus orbis Christi Vicari' in spiritualibus, de quibus noscẽdis maiorẽ curam debet habere subditi eius, quàm subditi Caesaris de temporalibus, quibus ille praest: & quod statuta eius vt plurimũ nõ sunt tot, neque adeo diuersa à spiritualibus, quae nota sunt Christianis, ac Caesaris.

21 Ad tertium, quod à nemine video solurum, respondeo, quod praedictum cap. cum infirmitas. probat quide, quod medici non debent arceri ab ingressu Ecclesiae propter violatione illius canonis, nisi in terris, in quibus ille fuerit publicatus, non tamẽ probat, quod cano ille nõ debeat seruari in alijs donec in eis publicatio fiat. Nam canon ille duo continet: Alterum absolute, quod medicus corporalis ante omnia moneat infirmum, vt spiritualem accersat: & quo ad hoc non requirit publicatione: Alterũ sub conditione, quod medicus si frangat illam legem, arceatur ab ingressu Ecclesiae in terris, in quibus facta fuit publicatio illius à praelatis: & ita solum quo ad incurrendum hanc poenam requirit publicationem, quam non requisisset, nisi specialiter id cautum fuisset. Vnde illud c. argumento ab speciali retorqueri potest pro parte posteriori, adeo non obstat illi.

22 Ad quartum respondeo, concedendo durum quide, & durissimum esse dicere, quod omnes existentes extra prouinciam Romanam non seruando legem publicatã Romae tantum statim post duos menses peccant: sed negãdo esse durũ dicere, quod obligatur post tẽpus, quod vir bonus siue iudex arbitrabitur esse sufficiens, vt illi, de quibus queritur, sciant, attenta distantia prouinciæ, & qualitate legis, & frequentia hominum illius prouinciæ habitantium Romae, & venientium ad eam, & redeuntium ab ea: quod est apriusimum temperamentum dictorum. d

23 Ad quintũ respondeo primò, quod Caiet. à cõtrario sensu idẽ quod nos sentit quo ad sciẽtes legem Romae publicatam, dum solos nescios excusat, & cõsequenter idem dicitur sentire quo ad debentes scire: quia scire, & debere scire in hoc æquantur, e. & ita late sentit, quod prouinciales ligantur lege Romae tantum publicata, si id sciunt etiam antequam in prouincia publicetur. Quo ad ignorantes autem probabiliter idem sentimus, quod ille, quod non sunt rei, si iuste ignorant, vt supra in quaestione prima diximus, & postea in quinta & sexta dicemus.

a Le. nã quod abstrãum ff. de bon. libert. ca. dudum 2. de elect. lib. 6. b In dicto c. 2. qua. 90. ar. 4.

c In reg. in gener. de reg. iur. lib. 6.

d In dicto c. 2. de constit.

e Leg. quod te ff. de reb. credit.

24 Ad sextum cõcedimus lege naturae excusari iustè legem ignorantem, etiam in sua prouincia publicatã: negamus tamẽ, omnes prouinciales, vbiicumque degant, iustè ignorare legem Romae tantum publicatã. Tum quia sunt, qui illam scire debent quo ad virtutem forum, vel alterum tantum: & etiã secundum Caietanum scientes legem esse latã & promulgatã peccant, si eam non obseruant, vt praedictum est: & cõsequenter peccant, qui scire debent, cum illi cõuerterentur scientibus, a. & ita prouinciales, scientes vel scire debẽtes nõ excusantur eis ex capite defectu promulgationis in sua prouincia, licet forsã excusari possent ex capite defectus receptionis in illa, vt infra, b. tangetur.

25 QVINTA QVÆSTIO. An lex non recepta liget? Respondeo primò quod nõ. Leges, c. ibi, leges confirmantur, cum moribus vtentium approbatur. c. l. de quibus, d. ibi, nam cum ipsa leges nulla alia ex causa nos teneat, quam quod iudicio populi recepte sunt, quod & tradimus in Man. e. in hac verba, Lex antequam recipiatur, saltem per maiorem partẽ ciuitatũ, cuius pars transgressor, non ligat: quonia promulgata videtur cum conditione, si recipiatur, saltem per maiore partẽ, vt singulariter dixit Dominicus, f. per rectorẽs receptus, g. & profundius Felinus, h.

26 Secundo, quod vltra ratione positam in Man. i. quare lex non recepta non obliget, videlicet quod, praesumitur legislator ferre illã sub conditione, si fuerit recepta potest reddi alia, videlicet q. iusta causa excusat à peccato violationis legis humanae, vt tradim' alibi, k. post S. Thomã, l. Archidiaconum, m. & iustam causam videtur quis habere non seruãdi legem, quod ab alijs non seruatur, nec cepit seruari: cum enim lex respiciat vtilitatẽ communem, nõ videtur eius labor velle vnum vel alterũ ligare ad seruandũ, quod alij cõsubditi non seruant, nec seruare incipiunt.

27 Tertio, quod qui dicunt peccare illos, qui non seruant à principio legem iuste promulgatam, asserunt tamen, quod si sciẽte id superiore, & potente cogere, & non cogente seruare, non seruãnt, non videntur peccare, eo quod videtur superior eam suspendere, vel tollere, iuxta glossam singularem & celebrem, o. quam Panormitanus & cõmunis ibi, & alij alibi approbant, quos refert Felinus, p. asserunt item, non ligare illã quae decennio non est recepta, vt post Calderinũ Cardinalẽ & Imolã tradit Felin' q.

28 Et addo omnibus, quod primi non recipientes possunt excusari à peccato ignorantie probabilis, quae legẽ probabiliter ignorauerunt, per resolutionem primae quaestionis.

29 SEXTA QVÆSTIO. An lex non recepta ab eam ignorantibus ita enueretur, sicut non recepta ab eam sciẽtib; quae quotidiana & noua quaestio est. Et pro parte quide negante facit primò, quod desuetudo legis, quae non implicat transgressionem eius, vt quia casus eius non occurrit, non tollit illam, secundum Ioannem Andreã, r. quod late cõfirmat Felinus, s. & quod cum ignoratur lex, non videtur occurrere casus, in quo ea sit vtẽdum. Facit, quod actus agẽtium non operatur vltra intentionem eorum, t. & quod non obseruant legem, eo quod ignorat, non intendunt eam tollere, eo quod non vtantur ea: voluntas enim, cuius actus est intentio, secundũ S. Thomã receptum, v. nõ fertur in incognitum, vt ait Augustinus, x.

30 Pro affirmatiua verò, quae videtur verior, facit, quod iustior est causa obseruantium legem, eo quod ignorant eam, quam eorum, qui scientes eam nolunt recipere, nec vti ea: & ratio quare lex non recepta nõ ligat, est, quia non est firmata vsu, vt sentit l. de quibus, y. & haec ratio aequè militat cum definit seruari per ignorantem, ac si definiret seruari per renurum, siue noluntatem, siue, vt ita dixerim, nolentiam seruandi.

31 Nec obstat primum argumetum in oppositum: cui responderi potest cõcedendo quod desuetudo, quae non implicat vsum contrarium legi, non tollit eam, vt non tolleretur dispositio, l. quaritur, z. disponens, vt hermaphroditus habeatur pro viro, vel foemina iuxta sexum, qui in eo praevalet, licet per mille annos nullus hermaphroditus nasceretur in aliqua prouincia.

32 Concedendo item cõsequenter, quod desuetudo, siue non vsus ignoratae legis sine contrauentione ipsius non tolleretur legem ignoratam. At negando, quod omnis vsus legis ignoratae sit abque contrauentione ipsius: & ita negando, quod non tollatur per desuetudinem ignorantem

a Di. le. quod te ff. de reb. cred.

b Qu. 5. & 6.

c 4. dist. d. ff. de legib.

e Cap. 23. nu. 41.

f In d. 6. leges. g. ibi, & in c. 2. de constit. h. in cap. 1. de treg. & pace. a. num. 12. versicu. intel. lge quarto. & in nu. 13. confid. 2. i Num. 40. k. In d. ca. 23. num. 45. l. 2. qua. 96. art. 6. & 2. 2. q. 1. 47. ar. 3. m. In ca. vinnam 76. dist. n. Ca. erit autem lex. 4. dist. o. dist. ca. 1. de treg. & pace.

p. Ibid. nu. 7. q. In d. cap. 1. de treg. & pace. num. 13.

r In ca. Ioannes. de cleric. conug. s. In cap. 1. nu. 10. de treg. & pace. t. Le. non omni ff. de reb. cred. & cap. fin. de praeb. v. 1. 2. qua. 12. art. 1. x. Li. 3. de Trinit.

y ff. de legib.

z ff. de statu hominum.





tatem reconciliandi Episcopis fuerunt recepti, & nō sunt legitime per consuetudinem abrogati, necessario seruandi sunt, & qui incurrerunt in excommunicationes, & irregularitates referuatas Papa, ab eo, vel eius Legato, vel in id delegato absoluedi sunt, non obstante difficultate, & itineris longitudine, quamuis ob impedimentum veniendi absolui possunt ab excommunicatione iuxta notata in Manu. Quinto, quod an prædictis canonibus, & bullis in illis terris sit derogatum, & an sint recepti, nec ne, legitime definiti non potest, nisi narratis illis, & quæ ad id sunt necessaria. sed applicando responsa ad quæst. 5. 6. & 7. potest responderi eis ab eo, cui necessaria facti narrata fuerint.

DECIMA QUINTA QVÆSTIO. Possit ne dare aliquis parochiam absenti, aliquoties tamen eam in anno, puta ad principalia festa visitanti, & vicarium idoneum habenti, quem certo scit plus profuturum propter auctoritatem, quam aliam præsentem earentem hac auctoritate, præsertim ob generis nobilitatem, & amicorum frequentiam, quorum aspectu prouentur ecclesiastici, & libertates securis, citiusque conueniant, & ab hæreticorum violentijs, vel deceptionibus defenduntur, cum in contrarium videatur esse Concilium Tridentinum ex altera vero parte est utilitas Ecclesiæ, maxime si nemo inueniatur, qui parochiam acceptet, & inter rusticos quasi in perpetuo exilio habitat, nisi vel ipse vicarius, vel illi similis, qui facile a potentioribus opprimetur, & perdet fructus & decimas. Et vtrum in hoc possit Episcopus, vel saltem Metropolitanus dispensare, præsertim cum virget vel paucitas sacerdotum, vel periculum, ne ab hæreticis, aut quibusvis alijs occupetur, & desoleatur. Videtur enim posse secundum Concilium Tridentinum.

43 Respondeo primo, quod prædictum Concilium Tridentinum videtur declarasse beneficiarium beneficii curam animarum habentis iure diuino residere debere in illo, cui consequens est, neminem excusari à residentia, nisi iusta de causa, & eo modo quo dicitur ibidem. Secundo, quod hoc non est inuentum Concilij Tridentini, idem enim iuris fuisse ante illud, cōmunis sententia habet: unde Felinus dixit post alios, non posse induci cōsuetudine, vt quis non resideat in beneficio curato; quod nulla ratione alia defendi potest, quam quia iure naturali, vel diuino residendum est in illo. Tertio, quod huic est consequens, seruandum esse hoc etiam in terris, in quibus Concilium Tridentinum non seruatur, nec debet seruari.

44 Quarto, quod cum causa sit iusta non residendi, arbitrio iudicis definiendum sit, & poterit huiusmodi beneficiarius abesse à beneficio ea de causa, & tanto tempore, qua, & quanto videbitur Episcopus rectam rationem in arbitrando secuto, visis circumstantijs personæ, loci, temporis, & alijs, nec erit opus scripta licentia in eis regnis, in quibus nondum seruatur Concilium Tridentinum, quia nec iure diuino, nec aliquo humano anteriori ea requiritur.

DECIMASEXTA. An in Concilio Tridentino ipso iure sit suspensus is, qui absque patrimonio ordinatur, vel habens quidem beneficium, sed insufficientes, & quas pœnas innouet Concilium, quando in prædicto cap. dicit, Antiquorum pœnas super his innouando?

45 Ad hanc quæstionem, quæ satis difficilis est, & fuit aliquando controuersa in sacro Pœnitentiariæ pratorio, respondeo primo, quod ordinatus ordine sacro absoluet, id est sine titulo beneficii, vel patrimonij, est suspensus, secundum canones antiquos. Secundo, quod illa pœna mutata fuit ab Innocentio III. in pœnam ordinatis, qua cogitur alere ordinatum. Tertio, quod illa mutatio videtur restringenda ad ordinatum, qui bona fide, ab Episcopo sciens, vel debente scire eum non habere quo se aleret, fecit se ordinari, non autem videtur comprehendere illum, qui per mendacia & fraudem, fingendo titulum, decepti Episcopus. Tum quia dolus & fraus nemini patrocinari debent. Tum quia aliqui ordinati sine culpa puniretur, & ordinatus cum culpa à pœna esset immunis. Tum per cap. per tuas. 3. quatenus habet, eum qui ordinatur ad titulum patrimonij quæsitum cum pacto de restituendo illud post ordinationem, esse suspensum, donec dispensetur cum eo. Quarto, quod renouatio pœnarum in absolute ordinatum, quam inducit, Concilium Tridentinum in-

elligi videtur de pœna prædictorum canonum a & b quæ sublata fuit per mutationem prædictam.

Aduertere quod sacra Cōgregatio censuit innouata tantum pœna d. cum secundum. vt dictum est in cōsilio 14. de rep. ord. & etiã consil. 47.

DECIMASEPTIMA QVÆSTIO. Cum Concilium Tridentinum prohibeat illegitimos filios clericorum in Ecclesijs, in quibus illorum parentes beneficii aliquod habuerint, vel habent, etiã quocumque modo ministrare, an prohibeat huiusmodi illegitimos in prædictis Ecclesijs etiã sacrum facere, vel per accedens epist. aut euangeliũ, vel etiã sacrum cãtare solenni ritu, denique sacrista, vel cãtoris officio fungi? Respondeo, quod huiusmodi filius illegitimus non potest subdiaconatus, vel diaconatus officio fungi, neque sacristam, vel cantorem agere in tali ecclesia: quia negari non potest, eum, faciendo illa, ministrare aliquo modo in illa. Maioris autem quæstionis videtur, an liceat ei priuatim interdum, tamquam extero & peregrino, ministrare, ita quod non videatur Ecclesia interuente. Arbitror autem negatiuam partem esse veriore, quia licet non videatur tam ministrare Ecclesiæ, quam suæ consolationi consulere, negari tamen non potest eum ministrare aliquo modo in illa Ecclesia in altaris ministerio. Et cõstat rationem fugandi memoriam incontinentiam paternam attingere aliqua ex parte celebrationem illam priuatam, & ratio legis est anima legis, vt ait Dynus pro quo est c. Marcio.

DECIMAOCTAUA QVÆSTIO. Si de facto sacerdotis filius beneficium habeat Ecclesiasticum in Ecclesia, in qua eius pater quondam aliud beneficium habuerit, an sit ipso iure priuatus, vel priuandus?

47 Respondeo, quod beneficii quod filius habebat ante Concilium, non vacauit ipso iure, donec laberetur trimestre, datum ad permutandum pro altero alterius Ecclesiæ. Si autem illud post Concilium quæsiuit, nil consecutus fuit in illo, quia est factus inhabilis ad illud in illis verbis, non liceat, &c. & adiunctis illis alijs, quod si in presenti, &c. & collatio beneficii facta inhabili non valet.

DECIMANONA QVÆSTIO. Cum aliquis duo habet impedimenta essentialia, quorum alterum sit publicum, alterum secretum, vt si contraxerit cum consanguinea in quarto gradu, cuius sororem carnaliter prius cognouerat, an satis sit impetrare gratiam à Pontifice impediendi publici consanguinitatis, non narrando alterum impedimentum occultum, & postea impetrare gratiam ab aliquo, qui eam concedere possit pro occulto, etiam non narrando publicum impedimentum?

Respondeo, de quæstione hac vel alia similis difficultatis controuersiam fuisse in sacro Pœnitentiariæ Pratorio, neque adhuc omnino sopitam, quauis mea sententia pars affirmatiua sit vera: & in summa continet, an valeat impetratio dispensationis super vno impedimento matrimonij publico, non facta mentione de alio, præsertim occulto.

48 Et quod pro parte negatiua facit in primis, quod taciturnitas eius, quod expressum redderet principem difficultiorem ad gratiam concedendam, reddit eam nullam, & videtur quod Papa difficilius concessisset dispensationem, si nouisset aliud impedimentum. Secundo, quod incestus impedit matrimonium contrahendum. Tertio, quod remissio pœnæ homicidij est nulla mentione nõ facta remissionis alterius similis, secundum Gulielmũ de Cugnano à Baldo, & alijs communiter ibi, & alibi receptum. Propter quod dixit Andreas Siculus relatus à Felino vidisse decapitari vnum homicidam, non obitante remissione secundi homicidij impetrata, nõ facta mentione de prioribus, & non alia ratione, quam quia difficultius princeps remississet secundum, si meminisset remissionem prioris.

49 Nõ obstantibus tamẽ his, pars affirmatiua est verior. Primo quidem, quod nullo iure canonico, vel Casareo cauetur, quod in impetratione dispensationis super vno impedimento matrimonij debeat fieri mētio de alijs, ad hoc vt valeat dispensatio quo ad impedimentum, ad quod illa impetratur: & nõ est inducenda obligatio iuris sine iure ad id obligate. Secundo, quod licet omnis expressio falsi, qua mouetur princeps ad facilius concedendam gratiam, faciat eam subreptitiam, & ipso iure nullam, non tamen omnis taciturnitas veri, cuius expressio retraxisset principem ad nõ tam facile concedendum, reddit gratiam nullam, sed solũ

a Neminem. b Sanctorum. c In d. cap. cõ secundum. de prab. d Sess. 25. cap. 15. de reform.

c Argu. rub. de cleric. non ord. minist. gloss. in verbo offic. clem. 1. de regula. cap. perleu. 25. dist. ibi ministeria.

f In ca. fin. de reg. iur. lib. 6. h. 1. quæst. 1.

g Per præfatu ca. 15. sess. 25.

i Ca. cum in cunctis. s. fin. de elect. c. c. inter ceteras. de rescript.

k Ca. postulat. si de rescript.

l Cap. 1. 2. c. ca. transmissa de eo qui cog. consan. vxo. sua. m In l. 3. C. de Episc. aud. n In ca. super literis. de rescript. o Vbi supra. p Arg. ca. cõsulisti. 2. q. 4. c. ca. 2. de trans. pral. q Cap. super literis. de rescript. le. eisi legibus. Cle. si contra ius, vel vtil. publicã. que est s. sub ca. licenti. 25. quæst. 2.

a Cap. 27. num. 46.

b Sess. 23. de refor. cap. 1.

c In cap. de refor. sess. 23.

d In d. q. 2. a. 1. c. in ca. 1. de refor. sess. 6.

e In cap. cum omnes de cõf. num. 33.

f Ar. princip. 3. dist. c. 8. sed ius naturale. Instit. de iur. natu. gent. c. civil. g Arg. l. ff. de iure de lib. c. ca. de causis. de offic. deleg.

h Sess. 21. ca. 1. de reform.

i Cap. neminem. c. capi. sanctorum. 70. dist. k Ca. cum secundum. de prab. l Capi. sedes. de rescript. le. itaque fullo. ff. de iur. m Contra ca. 2. de cõf. c. le. sancimus. C. de pœnis. n De simon. o Cap. de sess. 23.

illa, qua tacetur verum, quod iura iubent exprimi in tali impetratione: quæ resolutio Rota & Egidij & Felini relata à nobis in Manu. conf. d pro qua facit glossa recepta quatenus habet, in impetratione beneficii, faciendam quidem esse mentionem de beneficio habito, sed non de cura, vel ordine primo illi beneficio annexo, licet mentio illorum difficiliorem redderet principem ad concedendum: quia id nullo iure præcipitur.

51 Facit etiam, quod valet collatio beneficii facta criminosa, crimine non inducente irregularitatem & inhabilitatem ad beneficium, non facta mentione de illo crimine, licet expressio illius difficiliorem redderet principem ad conferendum; vt sentit Innocentius, & resoluit Felinus post alios.

52 Tertio, quod valet impetratio absolutionis ab vna excommunicatione, non facta mentione de alia, secundum glossam communiter receptam. Quarto, quod passim contingit in Curia impetrari dispensationem super vno impedimento matrimonij, non facta mentione de alio, & postea impetratur dispensatio super alio, quorum vtraque iudicatur valida. Quinto, quod incestus magna ex parte sunt occulti, cognatio autem magna ex parte publica, & si in impetratione impedimenti cognationis exprimendus esset incestus, cogeret impetrans infamare se, & frequenter alium proderet contra ius naturale, quo vetamur nos, & alios proderet.

Ad primum autem oppositorum respondet secundum fundamentum. Ad secundum verò responderetur concedendo, quod omnis incestus secundum aliquos impedit quidem matrimonium contrahendum, non tamen dirimit contractum inter ipsosmet incestum committentes, & minus quo ad alios, quo ad quos non gignitur ex eo affinitas. concedendo item, quod expressio eius aliquando difficiliorem redderet principem ad concedendum: sed negando, quod ex eo sequatur dispensationem esse nullam: quia non tacetur verum, quod iubeatur exprimi, & quod sit necessarium exprimendum, per fundamentum secundum.

53 Ad tertium verò respondeo nouissime, & verissime, licet à nemine quod sciam fuerit factis ei responsum, concedendo quidem illud dictũ Gulielmi, negado tamen, quod id eueniat ex eo solo, quod tacetur verum, quo expressio difficultius remisisset princeps secundum, sed etiã eo quod tacetur verum, quod per illam l. 3. deberet exprimi in secunda impetratione venia. Nam prædict. l. 3. statuens ne crimina iterata remissionem habeant, significat necessariam esse expressionem remissionis criminis semel admisi, vt valeat remissio iterum admisi, quod à nemine, quem viderim, vidi animaduersum. In quæstionem autem proposita non agitur de remissione criminis, & minus de remissione criminis iterati, immo nec de relaxatione impedimenti iterati. Quæ solutio confirmatur euidenter, eo quod nemo negat impetrationem veniæ homicidij valere non facta mentione de impetratione veniæ incestus, adulterij, furti, rapina, aut alterius criminis separatim, & dissimilis prius obrenta.

VIGESIMA QVÆSTIO, Quomodo procedendum sit confessarijs circa absolutionem Episcoporum, vel aliorum dignitates & personatus gerentium, in ijs casibus, qui expressè in decretis Concilij Tridentini & bullis continentur, siue ad eorum propriam spectet personam, quod contraria committant, & debita omittant, siue ad reformationem aliorum, quod scientes, & valentes corrigere errantes, eos reformare respectibus humanis negligant, de quibus illi non consentitur, & confessori inquirere tenetur, maxime si publicè obaudiunt apud vulgus: vel si consentitur, ob non publicationem ad pœnas se putant non obligari, cum si confessarij pro conscientia sua illi vel nõ absoluat, vel de suspensione, aut alia pœna admoneant, publicum scandalũ, & multa inconuenientia exoriri possent.

54 Respondeo, quod confessarius nõ potest negare confessio absolutionem, ob peccata, quæ sibi non est confessus, neque tenetur interrogare confitentem, nisi quando probabiliter credit cum per obliuionem, verecundiam, vel aliam iniustam causam taciturnum aliquid, quod de necessitate est confitendum, vt dicimus alibi, & ita confessarius non tenetur interrogare Episcopos, vel alios habentes di-

k In cap. 1. s. diliges. de pœnitent. dist. 6.

gnitates, si putat eos ideo non se accusare de retentione illorum beneficiorum, quia credit se iusta dispensatione, vel ratione, aut auctoritate probabili à peccato excusari: quoniam per responsonem ad quæstionem 12. potest confessarius absolueret confessum nitentem opinionem contraria ei, quam ipse habet. Si autem se accusarent de tali retentione, vel peterent confessionem, teneretur eis dicere, quod sentit: & si absque vlla ratione, vel opinione contraria noluit ei obedire, potest denegare absolutionem, sed non debet dicere, se illam denegasse, etiam si peterent ab eo tamquam à suo parochio communionem, nisi illud, à quo noluit desistere, esset notoriè peccatum mortiferum: tunc enim posset illam denegare, non quidem dicendo, quod denegauit absolutionem; sed quia est necessesse discedere à statu peccati notorij, etiam post confessionem, & absolutionem, quòd possint communicare, iuxta ea quæ diximus in Manu. confes. post Bonauenturam, Paludanum, & alios ibi citatos.

VIGESIMAPRIMA. Similiter queritur, an sint absoluedi, aut quibus conditionibus regij consiliarij, & iudices, qui Romani Pontificis diplomata, seu bullas supprimunt, aut prohibent publicandas, vt bullam Cœna Domini, vel alias quascumque tam generales, quam particulares, aut speciales?

55 Respondeo quæstionem esse generaliter propositam, non facta mentione de priuilegio, quod prætendunt habere, nec de modo, vel causa, & fine, quo, vel ob quem illa faciunt: & indigere videtur decisione Papali, & vrimam illa sufficeret. Memini me aliquando denegasse absolutionem cuidam mihi confesso, donec proposuisset firmiter, se nunquam id amplius facturum, consuluisse item aliquibus confessarijs, vt idem in similibus casibus facerent, iuxta ea, quæ magis insinuo, quam explico in Manuali confes. b

VIGESIMASEGUNDA. An gabellarum & pedagogiorum exactores, qui indifferenter prædicta exigunt à clericis & religiosiis commissionis suorum dominorum, vel propria auctoritate, quocumque pretextu probabili, vel necessario, non habendo ad eam rem priuilegium à Sede Apostolica, vel principe proprio, nisi deprauatam consuetudinem, scientes excommunicationes, vel non scientes, sint excommunicati, necne?

56 Respondeo esse excommunicatos, nisi probabilis ignorantia eos excusaret, iuxta responsa ad primam quæstionem. VIGESIMATERTIA. An qui gabellas, & alios redditus Iudæis, Paganis, vel schismaticis exigendas committunt, item locant, aut cum istis societas mercimoniorum, & aliorum comodorum contrahunt, pro excommunicationis censeri debeant: & quomodo absoluedi, si confitentur, & mutare consuetudinem inueteratam non proponant, & si nunc confitentur, quomodo cum illis agendum sit in locis, vbi municipalia statuta id permittunt, vel saltem non prohibent in foro ciuili, & Ecclesiastica iurisdictione suspensa est?

57 Respondeo primo, quod iure communi non prohibentur Christiani locare Iudæis redditus & gabellas, immo permittitur modo Rex; vel dominus terra deputer aliquem fidum Christianum ad exigendum illas, & non permittat, vt ipse Iudæus per se, vel alium deputatum à se, exigat, vt ibidem exprimitur, & Panormitanus & Anania declarant.

Secundo, quod nec Christiani vtantur exercere regulariter mercionem cum Iudæis; vt expressè dicit Panormitanus per illum textum, argumen. à speciali sumpto ex eo, quod prohibet id eis in certo casu: quod ipsum probat alibi f & idè dicendum est de Paganis, & etiã de Sarracenis; exceptis armis, & alijs quæ prohibentur deferri ad eos. 58 Tertio, quod de schismaticis idem est dicendum, quod de hæreticis, de quibus in quæstione sequenti agitur, videlicet quod si sunt denunciati excommunicati, non potest Catholicus commercium habere cum illis, neque contrahere licitè, h adiuuata extrauag. ad euitanda. relata, & declarata à nobis in Manu. confes. i

Quarto, quod videtur posse dici, licere Christianis contrahere, & commercium habere cum schismaticis, & hæreticis, qui non sunt denunciati excommunicati, licet sint

a Cap. 21. num. 55.

b Cap. 27. num. 69.

c Per c. quæquam. de cen. sibi. libr. 6. c. clem. penult. eo. tit. c. eis adnot.

d In ca. ex speciali. de Iudæis.

e In cap. post miserabilem. de Iudæis. f In cap. cum sit nimis. eod. tit. g In cap. ita quorundam. de Iudæis.

h Cap. cõ excommunicato. c. alijs multis. q. 3. l. ca. 27. num. 35.



notoriè hæretici, & consequenter notoriè excommunicati, per dicenda ad quæstionem sequentem.

59 Quinto, quod vetatur Christianis nimia familiaritas cum infidelibus, de quibus in cap. nullus. 4

Sexto, quod ex his inferitur modus, quo Catholicus se debeat habere cum prædictis infidelibus, & in absolvendis communicantes cum eis. VIGESIMA QUARTA. Idem queritur de hæreticis, quorum plena sunt omnia, cum quibus tam Ecclesiasticis, quam secularibus personis quotidiana intercedunt commercia & conuersationes, coniunguntur matrimonium, & omnis generis interueniunt contractus, atque Catholicos multis in locis contingit illis esse subiectos: quo modo Catholicorum piorum conscientia hac parte asscurandè sint, maxime vbi nulla alia de hæreticis accessit declaratio, nullum nominatim per Episcopos decretum, sed saltem illi nomine hæreticorum censentur, qui sua sponte ab Ecclesia se separant, & cum Catholicis in rebus spiritualibus, & in communione sacramentorum non communicant. Videntur enim antiquorum canones, & Conciliorum decreta etiã hac parte multos in bonis cõscientiis scrupulos iniicere, & excommunicationis metum incutere.

Respondeo, nullam mihi occurrere rationem defendendi communicationem Catholicorum cum hæreticis, & schismaticis notorijs ætatis nostræ: quia omnes sunt excommunicati per cap. excommunicamus. b & per bullam Cænæ Domini, de qua in dicto Manuali e præter illam, quam nouè posui d in hæc verba.

60 Nota tertio, quod hæc extrauagans nihil prodest quo ad excommunicatos manifestos, qui nullo modo possunt occultari: quod consequi videtur, peccare omnes Catholicos Gallia, & Germanie, qui Lutherani manifesti, inno & palam consentibus se tales, communicant. Tum quia sunt manifesti excommunicati propter hæresim notoriam per bullam Cænæ, de qua infra. Tum quia non videtur prodesse dicere, quod finis prædictæ extrauagantis ad euitanda, restringendus est ad excommunicatum ob percussionem clericum notorie iniustam, vt habet tenor relatus à Felino & Antonino & à nobis. c quia vel illa restrictio non fuit posita, vel postea fuit sublata in dicto Concilio Lateranensi & in dictis concordatis. Sed quia durum est damnare gentem in qua sunt tot viri eruditissimi, pietissimi, & Academiæ celeberrimæ Parisiensis Tholosana, & Louaniensis probabiliter dici potest prædictam extrauagantem esse vsu receptam cum sola illa limitatione de excommunicatione manifestæ percussionis clericum, iuxta tenorem antiquæ, vel quod multitudo hereticorum, & necessitas communicandi & negociandi facit licitam, quod alias non esset. f

VIGESIMA QUINTA. Item queritur de schismaticis, quomodo sint à Catholica Ecclesia recipiendi? 61 Respondeo, vt respondi ad præcedentem, scilicet idem esse dicendum de schismaticis, quod de hæreticis, quorum vtrique sunt excommunicati per prædictam bullam Cænæ Domini: & ita non possunt reconciliari, nisi per habentem auctoritatem absolvendi eos à censura, neque ab illo, antequam abiurent suum schisma, si est tale quod implicat hæresim, vel nisi pæniteat, si est tale quod non implicat hæresim, quale autem sit tale, & quod non, declarauimus g in hæc verba.

62 Hic significatur hæresim differre à schismate, & hæreticum à schismatico, & rectè quidem, vt colligitur ex ca. schisma. h & Thoma i loquente in hæc verba, Hæresis & schisma distinguuntur secundum ea, quibus vtrumque per se & directè opponitur. Nam hæresis per se opponitur fidei: schisma autem per se opponitur vnitati Ecclesiasticæ caritatis: & ideo sicut fides & caritas sunt diuersa virtutes, quamuis quicumque caret fide, caret caritate, ita etiam schisma & hæresis sunt diuersa vitia: quãuis quicquid est hereticus sit etiã schismaticus, sed nõ conuertitur, & hoc est, quod Hieronymus dicit. k Inter schisma & hæresim hoc interesse arbitror, quod hæresis peruersũ dogma habet, schisma ab Ecclesia separatur. Hac illi, ex quibus colligitur quod schisma generatim sumptum est peccatum, quo quis se separat ab vnitati Ecclesiæ nolendo subesse ei, vel membris eius, quatenus sunt eius, licet credat esse vnam Ecclesiam, & vnum Vicarium supremum.

VIGESIMA SEXTA. An fœmina Catholicæ liceat nubere viro schismatico, qui illam permittit viuere secundum caremonias & ritus Romanæ Ecclesiæ, filios tamen ex illa susceptos, vel omnes, vel aliquot, prout in-

ter illos, quod ante contractum matrimonij facere mutuo solent, conuenerit, vel sibi masculam, illi fœmineam prolem educandam suo ritu, aut è contra deputando, baptizat in templo Græcorum, vel Armeniorum, educandosque tradit præceptoribus schismaticis? & contra viro Catholico num liceat ducere vxorem schismaticam fœminam, & permittere baptizari filios in Ecclesijs Græcorum? Communiter enim inter se faciunt pacta, vt si masculus nascatur, baptizetur in ea fide, cuius est suus pater, si fœmella, in matris fide.

63 Respondeo, quod non licet Catholico contrahere matrimonium cum schismatica vel hæretica, neque Catholice cum schismatico, vel hæretico, a quamuis matrimonium contractum valeat, vt post alios diximus in dicto Manuali. b Pacta vero illa in quæstione proposita non valent: quia sunt turpia, que non valent. c

VIGESIMA SEPTIMA. An filij schismaticorum possint admitti ad scholas Catholicorum, & conuersari cum pueris Catholicis, de quibus dubitatur, aut parua admodum spes est conuersionis?

64 Respondeo, quod tenendo considerationem prædictam, per quam diximus posse Catholicos conuersari cum hæreticis, non denunciatis pro excommunicatione in mercimonijs, in quibus non agitur de vlla conuersione illorum, à fortiori dicendum est licere communicare cum scholasticis sponte venientibus ad scholas Catholicorum, quod est via & gradus aptus ad eorum conuersionem. d Quamuis contra non liceat Christianis scholasticis adire scholas hæreticorum.

VIGESIMA OCTAUA. Rudis plebecula, & vulgus schismaticorum offerens sua vota secundum antiquas patriæ consuetudines, dum apud Catholicos celebrantur festa principalia Domini Saluatoris N. Beatissimæ Virginis Mariæ, & aliorum Sanctorum, & quando fiunt dedicationes, an illud vulgus, interdum verò etiam & magna dignitatis viri (qui item non minori zelo lubenter templa, ac festiuitates Catholicorum frequentant) arcedi sint à Catholicis templis, cum oblati largissimis muneribus pro sua & suorum salute audiunt sacra, conciones, ceterisque cum deuotione interfunt caremonijs, nulla tamen ratione à schismate se abduci permittunt, aut ad famam Catholicæ fidei doctrinam reduci possunt?

65 Respondeo eius decisionem pendere à responsione decisionis quæstionis 24. & tenendo, quod non tenemur vitare hæreticos notorios nondum pro excommunicatis denunciatis, respondendum est licere prædictas oblationes accipere, & offerentes ad sacras conciones, & alia officia sacra, quibus voluerint interesse, admittere, & maiori ratione quam ad mercimonia, cum admissio illa ad sacra, gradus quidam sit & medium ad persuadendum eis conuersionem, & fidem Catholicam, vt dictum est ad quæstionem præcedentem: & in his quæ pertinent ad salutem animæ, etiam cum excommunicatis denunciatis possumus colloqui. e

VIGESIMA NONA. Item queritur, an viro Catholico liceat leuare de fonte sacro eũ, qui ritu Græcorum baptizatur, vel schismaticũ admittere in patrinũ, quando nostri infantes ritu Romano sacrum suscipiunt baptismum? 66 Respondeo primò, licere Catholico leuare de sacro fonte baptizatum more Græcorum in eis terris, in quibus licitum est illo modo baptizare, in alijs autem non: quia illud esset peccanti opè ferre, & consentire, quod est peccatum. f Secundo, quod licet non baptizatus non possit esse patrinus, neque contrahere cognationem spirituale, vt probat S. Thomas g hæreticus tamen vel schismaticus baptizatus contrahit illam, si fuerit patrinus, secundum Siluestrum h & Sotum. i

67 Tertio quod licet teneamus Catholicos posse communicare hæreticis, & schismaticis notorijs, si non fuerint denunciati excommunicati, & vitandi per responsum ad 24. sine 7. q. non tamen videtur licere admittere eos in patrinos: quia id esset cooperari eis ad peccatũ, k non enim licet eis esse patrinos, quãuis contrahant cognationem spirituale, si admissi fuerint: sicut etiã, quãuis valeat matrimonium contractũ inter hæreticũ & Catholicũ, peccant tamẽ contrahendo illud, secundum S. Tho. cõmuniter receptũ l

a In c. omnes. 28. q. 1. Et in ca. cum sit nimis. Et in c. fin. de Iudæis. Et in l. memo. Et in l. fin. C. eod. tit.

b De hæret. c Cap. 27. nu. 52. d In d. ca. 27. nu. 35.

e In d. ca. 27.

f Iuxta regulam, quod nõ est licitum, de reg. iuris.

g In d. ca. 27. nu. 37. h 24. qua. 1. i 2. 2. qua. 3. 39. ar. 1. ad 3.

k In epist. ad Galas.

a Cap. caue. & seq. 28. q. 1. b Cap. 22. à nu. 48. c Le. iuris genit. §. prator ait ff. de pact. & leg. generaliter. ff. de verb. obligat. & ca. fin. de condit. apposit.

d Arg. auth. multo magis. C. de sacros. eccles. Et cap. cum in cunctis. de elect.

e Ca. cum volutate de sentent. excomm.

f Ad Rom. 1. Et ca. 1. de offic. deleg. g In 4. di. 42. qua. 1. ar. 3. h Verb. matrimonium 8. qu. 7. ver. 12. i In eod. di. ead. k Contra di. ca. 1. ad Rom. 1. Et cap. 1. de offic. delegat. l In 4. dist. 39. q. 1. ar. 1. ad 5.

a Cap. 22. à nu. 48.

b De baptismo.

c Ad qu. 23. Et 24. siue 16. Et 17.

d Cap. 21. nu. 12.

e Cap. 21. nu. 37.

f In 3. par. 7. 74. ar. 4. g In cap. literas. de celebrat. Missarum.

h Ca. sunt plures. de pœni. dist. 3. Et cap. defleat. cum glus. de regul. iuris. i 2. qua. 2. ar. 2.

quod ipsum etiam nos diximus in Manuali. a TRIGESIMA QUÆSTIO. An Catholici sacerdotes in locis, vbi non promulgantur bullæ (scientes tamen vel opinantes de pœna excommunicationis) possint ingredi templa Græcorum, vel Armenorum, & interesse Missis illorum, & reliquis caremonijs, non quidem vt eas approbent, aut sequantur, sed aut ex necessitate, cum alia templa defunt, aut quando studiosè, vt deprehensis eorum erroribus, ac superstitionibus, verius, ac liberius eos reprehendere, & ad sanum dogma Catholicum ducere valeant. Idem queritur de conuersione cum eisdem Ruthenis, Armenis, &c. quid sentiendum? de qua & paulo superius facta est mentio.

68 Respondeo primò, quod hæc quæstio præsupponit vnum, & querit aliud. Præsupponit enim, Armenos, & Græcos esse annuerandos hæreticis: quod tamen non videtur constare, cum appareat ex decreto Eugenij Papæ in Concilio Florentino dictato, eos dedisse obedientiam Romano Pontifici, & fidem Catholicam de Spiritu sancto suscepisse, & in Concilio generali, cui præfuit Innocentius III. dicatur Græcos rediisse ad obedientiam Ecclesiæ Romanæ, vt habetur in cap. licet. b Secundo, quod præsupposito, quod aliqui eorum sint hæretici, cauendum est ab eis, sicut ab alijs hæreticis. Quatenus autem cauendum sit ab illis, dictum est supra. c

TRIGESIMA PRIMA. An Rutheni, & Moscovitæ recedentes ab omnibus hæresibus Græcorum, perseverantes in illorũ consuetudinibus, puta in obseruatione ieiuniorum, non his temporibus quibus Ecclesia præcipit, item in sumptione Eucharistiæ in fermentato, aut sub vtraque specie, secundum quod illis est concessum in Concilio Florentino, possint tuto, ac sine scandalo Catholicorum admitti ad sacramenta pœnitentiæ, & sanctissimæ Communionis ritu Romano, qui postmodum reuertentes ad suos viuunt more Græcorum, vtunturque suis caremonijs vt prius?

69 Respondeo primò, quod etiam hæc vnum videtur præsupponere, & aliud querere. Præsupponit enim Moscovitas esse mundos ab omnibus erroribus Græcorum, quod mihi non constat, licet vel audisse gaudeam. Secundo, quod hoc præsupposito, quod non habent alios errores aliorum hæreticorũ, admitti possunt ad pœnitentiã, & alia sacra in terris Catholicorum, licet vtantur in terris suis alijs ieiunijs, & alio modo cõmunicandi, & conficiendi sacramenti concessis eis per antiquissimã consuetudinem, vel priuilegium Apostolicum contra iura humana, quibus introducta sunt multa ieiunia quo ad modum & tempus præsertim, vt diximus in Manuali d & etiam ritus cõmunicandi sub vna tantum specie, & consecrandi in azy-mo, vt satis colligitur ex citatis in eodem Manuali: e nam Græcus peccat consecrando in sua terra in azy-mo, & Latinus consecrando in sua in fermentato, vt declarat Thomas receptus f & sentit, licet non ita aperte, Panormitanus. g

TRIGESIMA SECVNDA. Vtrum in articulo mortis, etiam si plenè errores suos non reuocent, aut aliquid de schismate retineant, si tamen Catholicos accersant sacerdotes, & illis confiteantur, & sacramentis instrui, petant, sepulturamque Christianorum Catholicorum postulent, à quibus sacerdotibus absolui, sacro oleo vngi, sepulturaque inter fideles ritu Catholico tradi possint: & maxime si contingat eos citius mori, quam vt instrui de his, quæ ad Christianam fidem pertinent, possint, aut animi sui intentionem tã voluntatè præptã declarare?

70 Respondeo primò, quod non possunt absolui, neque ad sepulturam sacram admitti, neque aliorum sacramentorum participes fieri, qui explicitè in specie, vel saltem implicitè in genere non recedunt ab omnibus erroribus suis, licet recedant à bona eorũ parte, & fere ab omnibus: quia impium est dimidium à Deo quem sperare salutem, h Secundo, quod si mortuus, vel periculum mortis adeo vigeret, vt non possint specialiter omnes errores detestari, nec de veritate cõtraria speciatim instrui, sufficit detestatio generalis, cum proposito speciatim detestandi, postquam fuerint instructi: quia licet teneamur aliqua explicitè credere, non tamen omnia, vt post Thomam i & alios

diximus in Manuali. a TRIGESIMATERTIA. Sint ne cogendi ad restitutionem, qui data aliqua summa pecuniæ accipiunt fructus alicuius possessionis, vel in parte, vel in toto ad certum tempus, verbi gratia ad quinque annos? His enim elapsis summa reddi debet. Teneri ad restitutionem ex eo videtur, quia videtur facere apertam vsuram præfignitas tempus restituendæ pecuniæ. Non teneri autem, ex eo, quod illi, qui sic pecunias collocant, essent vt plurimum contenti, vt illis nunquam restituantur. Tempus autem potius est affixum propter vendentem seu censum seu fructus, vt se possit post tot annos redimere, & idèo, vt plurimum addunt in contractibus, quod si non soluant, post quinquennium, nõ possint soluere ante aliud quinquennium, & sic deinceps. Quare queritur, an ipse saltem, qui habuit animum numquam repetendi summam principalem, possit excusari ab obligatione restitutionis.

71 Respondeo hanc quæstionem obscure proponi, eo quod non exprimitur in ea quo titulo datur illa pecunia, an emptio, an conductionis, an mutui. Si enim datur in mutuum, clara vsura est, b & etiam si titulo conductionis, quia illa non patitur, vt pretium reddatur cõducenti, post conductionem perfectam. Si autem detur titulo emptio, ita quod periculum huius rei pertinet ad dærem pecuniam intra illud quinquennium, & ipse fiat dominus eius, licet reuocabiliter, licitè possit dari, seruando ea, quæ post alios seruanda diximus in d. Manuali. c in hæc verba, Peccat mortaliter, qui emit aliquid cum pacto de retrovendendo simulatè, animo magis mutuari, quam emendi, & vsuram committit. Qui autem minoris iusto pretio, etiam dempra parte, qua illud pactum præfatum dimittit, peccat quidem peccatum iniustitiæ, sed non vsuram coram Deo, licet aliquando coram hominibus præsumatur vsura, secundum omnes: & alia quæ paulo inferius scribentur, memoranda, & quotidiana.

TRIGESIMA QUARTA. Simili ratione queritur de pecunijs pupillorum, quæ datur pro censu annuo, qui vulgo interesse dicitur, præstituto certo tempore restitutioni principalis summa, vt ex eo censu interim, dum ad aratem perueniunt, educari, ac sustentari possint, absque diminutione capitalis, vel saltem patrimoniũ eorum accrescere. Num igitur pro vsuris huiusmodi census reputandi sint, & vtrũ ad restitutionem teneantur, & vtrum tutores, an pupilli. Hi enim excusari videntur, quod non modo non consentiant, sed nec quid agatur, sciunt: illi verò ex officio tutela, quo commodis pupillorum prospicere obligantur, præsertim quod vix alius securior & accommodatior modus augendis, conseruandisque pupillorum bonis absque illorum præiudicio reperiri posse videatur: qui si alias licitus non sit, hoc tamen casu absque peccato admitti posse existimatur ob pupillos, quibus diuina humanaque leges fauent. Queritur itaque, si quis hoc casu, vel alioquoque sibi, aut alijs commodis procurando, pecuniam dederit, & censum acceperit, vbi & leges publicæ, & inueterata consuetudo hæc admittunt, vtrũ vsuræ scrupulo conscientia illius sit perstringenda, quæ satisfacta imponenda, & vtrum absoluedum sit, si restitueret noluit, aut non possit, aut quæ moderatio adhibenda cum iis, qui multo tempore huiusmodi censibus vsi sunt, & vtuntur.

72 Respondeo, nihil mihi occurrere aptius, quod responderem possim, quàm quod in d. scripti Manuali. d Notandum autem, quod periculum pecuniæ collatæ vitare potest eam conseruens, facta cum socio conuentione, vt se faciat securum, siue (vt aiunt) assecuret, suscipiendo in se periculum eius, constituto ei pretio illo securitatis. quo eum tertius assecuraret, aut vt tandè minus de lucro communi accipiat. Nam qua ratione tertius potest eum assecurare, eadè potest & socius, vt rectè Siluester dixit. e Quæ confirmantur ex eis, quæ pridem respõdimus Vhsy pone contra quamdam maximi ponderis societatem iniquam oblata alia iusta, quæ colligi poterat ex Maiori f Caietano g & Siluestro h videlicet quod fierent tres contractus: primus societatis, in quam alius pecuniam, alius operam & industriam conferat: secundus, quo qui operam confert, assecuret alterius sortem iusto pretio accepto, aut altero tanto ex lucro remisso: tertius, vt ad tollendas suspiciones, & molestias rationum, qui operam præstat lucrum incertum lucro aliquo certo redimat, aut vt pro lucro verisimili, sed incerto tantundem certi retineat. Pro quo facit efficaciter, quod nemo negat, eum

a Pral. 4. nu. 19. Et cap. 11. nu. 18.

b Ca. consuetud. de vsur.

c Cap. 17. nu. 248.

d de 17. à nu. 254. in hæc verba.

e Verb. societatis. 1. qua. 2.

f In 4. h. sent. di. 15. qu. 49. g In tom. 1. o. pufc. tract. 31. respon. 11. h Verb. societatis. 1. qua. 1.

qui confert aliquam pecuniam in societatem, posse assureari de sorte, & de aliqua certa parte lucri inuendo suos contractus assureationis sortis. & lucri cum tertio; & qua ratione potest inire cum tertio, eodem etiam potest cum socio, cessante omni fraude, & simulatione. Ad id quod possunt fieri eodem tempore, ut monstrat Maior, & non solum form. aliter, & explicitè sed etiam equipollenter, & implicitè, ut si quis negotior. publice protestaretur se paratum ad accipiendam pecuniam à quocumque volente illi conferre illam in societatem cum pacto de assureatione sortis ad rationem quatuor pro centum, & lucri certi quatuor pro duodecim incerti lucri. Itaque ex lucro incerto verisimili duodecim ex centum accipiat quatuor pro assureatione sortis, & quatuor pro certificando lucro duodecim, & consequenter non teneatur reddere nisi quatuor. Et postea alius sciens hanc protestationem confert ei centum, dicens, Ego confero tibi centum in societatem negotiationis cum securitate sortis, & redèptione lucri incerti, iuxta protestationem tuam. Pro qua prater predicta vrger cap. per vestras. sic nouè inductum: Ibi Papa iubet, ut maritus vergente ad inopiam dos deponatur apud aliquem mercatorem, quo ex pacto lucri honesti onera matrimonij sustentet: & ita intentio eius fuit, ut dos salua seruaretur; si quidem ob hoc iubeat illam à marito auferri: & ita videtur noluisse, ut ad lucrum & damnum mercatori traderetur, quod erat eam periculo obicere: voluit item certum aliquod lucrum inde provenire ad matrimonij onera sustinenda. Ad hoc duo fieri non possunt sine assureatione capitalis, & lucri incerti pro certa redèptione. Ergo Papa tacitè voluit illa fieri. Facit etiam, quod in multis Gallia locis, quando in ea prelegebamus, audimus, & nunc audimus in aliquot Italia partibus & montibus idem seruari, quod Ecclesia, & vidua, & pupilli more antiquo conferebant suas pecunias, ut quatuor secuta pro centum sibi lucrarentur. Quæ consuetudo defendi nullo modo potest per intellectum, quem Ioannes Andreas & nonnulli alij assignant, scilicet quod in fauorem Ecclesiarum, viduarum, & pupillorum cum illo lucro mutuari poterat, quia esset vsura, quæ neque etiam ad redimendos captiuos admitti potest, nec villo alio modo defendi potest, quam dicendo quod exordium cepit ab hoc societatis modo, quod sit cum securitate, & redèptione predicta, & continuata fuit, usque ad illud tempus. Ad quod conijciendum facit, quod vix tertiam partem lucri verisimili sibi pro sua rata regulariter contingentem accipiebant. Nam verisimile lucrum centum ad minus erat duodecim vel quindecim & non recipiebant nisi quatuor per centum: quod significat illos reliquas duas partes pro securitate eiusmodi & redèptione dubij pro certo relinquere. Pro quo etiam facit, quod Caietanus scripsit. Intelligimus tamen hoc, cessante omni fraude, & simulatione, & ut coram Deo formaliter, aut æquialenter predicti tres contractus veri fiant. De quibus omnibus copiosius scripsimus alibi respondendo ad quadam Soti argumenta. Equidem optarem, ut Episcopi, vel saltem Pontifices maximi declarent predictam consuetudinem esse iustam, eo quod presumendum sit quod in terris, in quibus à tempore immemoriali illa inoleuit, habuit originem eiusmodi lucrum, & ita bona conscientia seruari posse: moniti presertim pecuniam deponentibus & depositarijs, ut tres predictos contractus faciant, vel habeant pro factis. Pro quo est, quod consuetudo immemorialis facit presumi titulum requisitum ad eius valorem. 8

73 Hac ibi: ex quibus colligi potest id quod respondendum est predictæ questioni. Si enim vsura fuerit commissa in casibus propositis, necessario restituendum est etiam à pupillis, qui non peccauerunt, postquam sciuerint per eum modum iniquum sua bona creuille: nec absolueudus est qui noluerit sic qua sita restituere. Si autem non est admitta vsura propter huiusmodi tres contractus expressè vel tacitè initos, vel probabiliter presumpptos, ut credatur verus intellectus ille, quem nouè dedimus predicto ca. per vestras. nihil erit restituendum, & absolueudus est etiam, qui noluerit restituere.

TRIGESIMA QUINTA. Vtrum omnes vniuersaliter incurant excommunicationem propter lectos libros prohibitos, etiam illos qui ex professio nihil de religione tractant, cum iis de prohibitione non constiterit: & vtrum à simplici confessario absolui possint, etiam si libros illos tamquam minime periculosos, & sibi ad aliquam artem necessarios retineant?

74 Respondeo primò, eos, de quibus proponitur questio, non incurere excommunicationem, si probabiliter ignorant predictam prohibitionem retinendi illos libros,

a In 4. di. 15. qu. 40.

b De donat. inter virum & uxorem.

c Diff. ca. per vestras.

d Cap. super eo de vsur.

e In l. 17. resp. 11. resp. 11.

f In predict. cõment. c. 1. 14. qua. 3.

g Capi. super quibusdam. de verbor. signif. c. l. hoc iure. §. ductus aqua. ff. de aqua quosid. c. 1. 1.

per responsum ad primam questionem: eos autem, qui eam sciunt, vel scire debent, incurere illam, nec excusari eo quod expediant eis ad aliquam artem exercendam: quia oportet obedire superioribus, iuxta bullam Indicis Pij I I licet forte possent excusari ea ratione, quod non sit recepta, per responsa ad 5. questionem. Secundo, quod non possunt à simplici sacerdote absolui, etiã si eos combusserint, vel tradiderint officio Inquisitionis: quia absolutio eiusmodi excommunicationis est reseruata Papæ per bullam Cæna Domini, quam præsuppono ibi esse in hoc receptam.

Aduertendum, quia modo bulla Cæna non comprehendit nisi hæreticorum libros hæresim continentes, vel de religione tractantes.

TRIGESIMA SEXTA. Simili modo queritur de ijs, qui absque licentia legunt libros hæreticorum, inter quos versantur studio cognoscendi illorū errores, ut eos lucidius populo explicare, ac refellere valeant: & maxime si illis obtruduntur, sicut à Catholicis, sive ab hæreticis ipsis: & vtrum loci ordinarij possint dare facultatem legendorum librorum prohibitorum, quibus cum euidenti utilitate Ecclesie id absque periculo concedi possit, an verò pro ea ad Sedem Apostolicam recurrendum. Videtur enim Concilium Tridentinum hanc auctoritatem, quamuis obscurius, Episcopis concedere inter alias facultates generaliter illis concessas.

75 Idem quod ad præcedentem respondeo: quamquam sunt aliqui qui contra sentiant, sed mihi semper visum est hoc verius, & nullos ordinarios posse facere facultatem in questione contentam, nisi ex speciali delegatione Papæ: quia inferior non potest legem superioris tollere, & neque absolueri à referuata Papæ.

TRIGESIMA SEPTIMA. Vtrum Episcopus possit dare licentiam celebrandi sacrum apud infirmum, non obstante Concilio Tridentino. Videtur enim posse, præsertim si ante Concilium habuit hanc potestatem siue ex canone, siue ex consuetudine, quo olim certa fuit. nam ibi Concilium videtur tantum iubere, ut non fiat id sine vel ordinarij, vel absque Episcopi licentia.

76 Respondeo non posse, si Concilium Tridentinum in hoc est ibi scitum, & receptum. Tum quia in decretis e habetur, quod sancta Synodus decreuit, ut ordinarij locorum curarent, & tenerentur seruare ibi subiecta, quorum vnum est, ne patiantur in domibus priuatis, vel extra Ecclesiam, aut oratorium in id dedicatum, celebrari Missam, per qua verba obligati Episcopos ad seruandum illud, quod frustraneum esset, si Episcopi id permittere possent. Tum quia ante Concilium poterant Episcopi hanc licentiam dare in suis episcopatibus, ut notant Ioannes Andreas, Panormitanus & communis Francus & si id possent etiam post Concilium facere, frustratoria fore esset prouisio supradicta Concilij, qualis esse non debet. Tum quia consuetudo ita est interpretata predictum Concilium & consequenter ita seruandum.

TRIGESIMA OCTAUA. Quid facere debeant, qui peste infectis debent sacramenta administrare, ut possint sanis idem præstare, ne vel hos inficiant, vel illis viaticum desit.

77 Respondeo, quod debent infirmis, qui sunt in maiori periculo, subuenire, sanis autem dare licentiam sumendi sacramenta ab alijs, & si ipsi voluerint accipere ab eis, qui ministrant infectis, & hoc suo iure petierint, poterunt etiam ministrare illis, præmonitis tamen se necesse, an sint infecti, ut possint alios inficere, & quod eligant, vtrum maluerint.

TRIGESIMA NONA. Idem queritur de sacerdotibus, qui ad infectos morbis contagiosis vocantur, quibus absque suo periculo ministrare non possint.

78 Respondeo posse iuste, immò cum magno merito manere, immò & ingredi ciuitatem infectam ad iuandos spiritualiter, vel corporaliter peste infectos, licet ad id non teneantur, ut expressè determinat Caietanus. Vbi etiam tacitè determinat alteram partem questionis, videlicet quod non possunt fugere illi qui tenentur infectis sacramenta ministrare, saltem non dimissis idoneis vicarijs: quod satis videtur colligi ex ipso S. Thoma

a Ca. 2. de maiori.

b c. cum inferior. de maio. c. clem. de Romani. de elect. c. ad eminentiam. de sentent. excom. d. Sess. 22. de creto aduincito canonib.

c De obseruandis. §. 22.

f In ca. in his de priuileg. g In c. si. eod. tit. lib. 6. h c. commissi. §. porro. de elect. lib. 6. c. l. ultra. §. ubi autem puerilis. C. de bon. qua liber. i c. cum dilectur. de consuetud. l. mini me. ff. de legibus. k Arg. ca. ubi periculum maius. de elect. l. 6. cum suis cõcord. c. cap. duo mala. 13. dist.

l 2. 2. g. 26. a. 5. m Ibidem.

& ex

ex cap. aduerfitas. a

QVADRAGESIMA QVAESTIO. Si contingat sacramentum Eucharistiae ad agros portare per loca, vbi inhonestatis periculum propter hereticos vel alios, timetur, an præstet, non portare, an portando dissimulare, ne inde Catholicis scandalum, hereticis gaudium exoritur, quorum vtrumque sepe comprobatum est. Idem & de processionebus cum sacramento queritur, num intermitteri possint, etiam contra instituta Ecclesiae, ob eandem causas.

79 Respondeo, quod si viri boni & prudentis arbitrio probabiliter timetur de honestate sacramenti, & quod non poterit ei à Catholicis resisti, iuste poterunt omitti processiones, & sacramenti ad infirmos deportationes publica: quia licet ex iusta causa contrauenire legi humanae, ut supradictum est in responsione ad questionem 8. præmissam: & processiones & deportationes publica: prædictae iure humano sunt instituta, vel palam est.

QVADRAGESIMA PRIMA. Vtrum incidant in bullam Cæna Domini iudices seculares, qui citatos ad se pro decimis iudicant, cum in hoc beneficium præstent Ecclesis: nam si illi recusatuerint iudicare Ecclesiasticis decimis priuabitur, cum postquam iudicium Ecclesiasticis sit ablatum, rei ut plurimum parum excommunicationes curent, & iudex secularis timoratus iudicare non audet, ne in bullam incidat: unde videntur etiam horridi, ut iudicent. Nec videntur ob stare bulla, cum ipsi non trahant, sed tractos iudicent.

80 Respondeo primò, quod Ecclesiasticus potest super decimis adire facultatem per viam possessionis, seu interdicti retinenda vel restituenda possessionis, iuxta usum receptum, & ea qua scripsi in d. Manu. vel per viam innoationis, ut significauit Ioannes Faber. Secundo, quod non audeo dicere, posse Ecclesiasticos directa via petitorij adire iudices seculares super decimis, & alijs spiritualibus, quatenus spiritualia sunt.

QVADRAGESIMA SECVNDA. Quid de illis, qui se trahi ad iudices laicos pro decimis patiuntur, incurant ne in bullam Cæna Domini: videntur enim non incurere, cum non illi potestatem Ecclesis abstulerint, sed legem factam à republica, fortè etiam spiritualibus contententibus, vel saltem ob euidens commodum suum & Ecclesiasticum non repugnantibus, sequantur. In bullis vero non videntur excommunicari, nisi qui aliquam habeant iurisdictionem.

81 Respondeo non incidere illos in excommunicationem prædicta bulla Cæna, si trahantur inuiti, incidere autè, si trahantur de suo consensu, consilio, vel fauore: quoniam non solum trahentes, sed etiam consilium, vel fauore in id adhibentes excommunicat prædicta bulla Cæna.

QVADRAGESIMA TERTIA. Idem queritur & de alijs, qui merè ad forū spirituale spectant, & tamen malitia hominū ad faculare extrahuntur: quod ipsimet Ecclesiastici, ac sacerdotes sequi, ac comprobare coguntur, superiores verò permittere ob sublatam iurisdictionem Ecclesiasticam.

82 Respondeo idem esse dicendum de his, qui trahuntur in alijs spiritualibus causis, quod in causis decimarum: quia præfata excommunicatio 14. expressè fertur in trahentes in alijs causis spiritualibus, & eis annexis, ac in causis decimaribus, & beneficijs, ut palam est ex littera.

QVADRAGESIMA QVARTA. Sint ne cogendi domini, ne suos subditos persequantur, cum ex eorū pagis alio habitandi gratia transmigrat, cum hoc illis lex, & consuetudine communis permittat: qua etiam lege & consuetudine cogunt filios subditorum ad idem, vel ut libertatem pecunia emant. Origo autem huius quasi seruitutis esse potuit, vel quia olim bello fortè capti fuerant, vel quia in principio cum ad eos migrant, non pauca illis donauerant, ut domum, boues, vaccas, &c. quod etiam nunc obseruatur: ratione quorum sciunt se, subique successores ad mansionem obligari, volenti autem non fit iniuria.

83 Respondeo primò, multiplices esse colonos, ut glossa magistralis declarat, quorum quidam sunt adscripti, qui licet verè sint liberi, sunt tamen ferè serui: quia sunt addicti, & adscripti glebæ terræ, quam ipsi, vel eorum maiores acceperunt colendam, quæ non licet eis, inuitis do-

a 7. g. 1.

b Cap. 27. nu. 09. c In §. res. inenda. Infit. de interdic. d Arg. c. bene quid. 96. di. c. cap. decernimus. c. quæ. 10. de iudic. c. bulla Cæna Domini.

e In excommunicatione 14. qua ponitur in §. excommunicationes omnes, c. singulos cancellarios.

f In rubr. C. de agricol. c. 11.

minis relinquere, de quibus in l. cū satis & in l. cū scimus. eo. tit. de agricol. & cent. Quales nulli dicunt esse in Fræcia & in Hispanijs, cum tamen sint multi (ut aiunt) in Sabaudia, & alijs prouincijs. Secundo, quod domini terrarū, quibus sunt aliqui coloni adscripti, possunt iuste vendere illos, quocumque ierint, ac similitudinem ferarum fugitiorum, per prædictas leges, & alia multa.

QVADRAGESIMA QUINTA. Quod cum à secularibus strictissime obseruetur, de quibus questum est, queritur etiam, num Ecclesiastici in bonis suis, quæ plurima habent iisdem iuribus, & consuetudinibus subiecta, possint bona conscientia eodem rigore vtī, aut similitè se gerere circa subditos, nec iisdem emigrandi alio, vel alterius vite suscipiende facultatem concedere.

84 Respondeo nihil ob stare, quo minus Ecclesiae, & Ecclesiastici viri eodem iure, quo seculares, in hac re vtī possint, præsertim quod etiã monasteria, & religiosi vbi que gentium habeant donatos, & oblatos, qui non sunt verè religiosi, & tamen nequeunt iuste recedere à monasterijs, iuxta ea qua leguntur, & notantur in ca. vt priuilegia, cum vtrobique & alibi saepe notatis.

QVADRAGESIMA SEXTA. Cum omnes tã Ecclesiastici, quam seculares in regno Poloniae vno eodemque iure vtantur, & quemadmodum seculares, ita & Ecclesiastici iuxta iuris municipalis, & consuetudinū dispositionem in oppidis, villis, ceterisque possessionibus, quas amplissimas habet, supremam in subditorum suorum vitas, bona, & omnia potestatem habeant absque vlla ad seculares magistratus appellationem, queritur, quomodo instruenda sint hac in parte Ecclesiastica persona, ne ob rigorosiores, siue per se, siue per alios administratione, iustitiarū, qua saltem illis incisi fieri non potest, executionem, in pœnas canonum, & irregularitates, siue scienter siue inscienter incurant, aut quod saepe fit, absque vlla Superiorum animaduersione sustineant.

85 Respondeo primò, quod peccarent huiusmodi Ecclesiastica persona, qua per semetipfos cognoscerent de criminibus, ob qua sit imponenda pœna mortis, vel mutilationis, & fierent irregulares, si per eorum sententiam mors, vel mutilatio membri consequeretur.

Secundo, quod non peccant, immò benè merentur de Deo, & de Repub. huiusmodi Ecclesiastici, qui per alios suos vicarios generales, vel speciales delegatos cognoscunt de huiusmodi criminibus, & dicendo eis, vt faciant iustitiam, nec vllam ob hoc irregularitatem incurant, licet vicarius generalis, vel delegatus particularis sententiã mortis, vel mutilationis ferat, & ex illius executione consequatur mors, vel mutilatio, vt contextus vtilis, & habet in hac verba: Episcopus, siue quicumque alius praelatus, vel clericus iurisdictione obtinens temporalem, si homicidio, aut alio maleficio ab aliquibus in iurisdictione sua perpetrato, balneo suo, aut alij cunctumque iniungat, vt super hoc veritatem inquirens iustitia debitum exequatur, irregularis conferri non debet: quamuis ipse baliuus, vel alius contra malefactores ad penam sanguinis processerit, iustitia mediante. Nam licet clericis causam sanguinis agitare non liceat, eas tamen, cum iurisdictionem obtinent temporalem, debent & possunt metui irregularitatis cessante, alii delegare.

86 Tertio, quod quamuis contextus predictus habeat non incurere ipsos irregularitatem, eo quod delegatus ab eis iustitia mediante mortem intulerit, idem tamen est dicendum, etiam si contra iustitiam eam pati fecerit, vt adnotauit ibi glossa memorabilis & recepta per omnes, d ratione à se ibi reddita.

QVADRAGESIMA SEPTIMA. Quid dicendum de illis, qui in perpetuum vendunt, vel ad tēpus sumpta pecunia concedunt possessiones suas hæreticis, à quibus periculum imminet subditis venditis, ut oppignoratis, tū verò Ecclesie in illis possessionibus existenti, quæ plerumque spoliatur: interdum verò ab illis, qui ad tempus vsum fructum habent, & sunt hæretici, coloni ad operas diebus festis, negligendisque deuotiones facerenturq; celebrationes coguntur. Vtrum, & quomodo tales sint absolueudi, præsertim si necessitate se adductos extrema id fecisse assuerent, nec alteri, puta Catholico, siue venditionem siue oppignorationem huiusmodi, aut locationem facere posse ostendant?

a De priuileg. c. ca. in præsencia. de probat.

b Iuxta c. clericus. c. cap. sententiam. vel monachi.

c Cap. Episcopus. pro. eod. titu. lib. 6.

d In verb. iustitia median te.



Respondeo, quod, ut respondi ad 24. siue 17. questione, satis defendi potest licere Catholico contrahere cum heretico non denunciato pro excommunicato, per considerationem nouam ibidem relatam.

Secundo, quod sicut non licet concedere, vel dare Iudæis officium, cui aliqua præminencia sit annexa, per responsa supra, ita immo minus est danda, vel concedenda, hæretico notorio: quia longè peior est infidelitas hæresis, quàm Iudaismus vel Paganismus, ut tradit S. Thom. recep.

QVADRAGESIMA OCTAVA. Cùm Concilium Triden. ab soluendi ab heresi solis Episcopis, nō eorum vicariis concedat auctoritatem: quaritur, quando est raritas Episcoporum, & amplissimè patent dioceses, ita vt ad Episcopos reconciliationis causa plerique saltem cōmodè venire nequeant, multi etiam verecundia ob Episcoporum se notorium dignitatem deterreantur, vtrū Episcopi possint pro vna, vel pluribus vicibus absoluendi alicui personæ sibi grata concedere facultatem ex legitima causa, vel non. Item si illos vel a grotare, vel abesse cōtingat, ita per se absoluere non possint, num subdelegatio illorum valeat, necne. An vero huiusmodi facultas à solo Summo Pontifice obtineri debeat pro personis aliquot in diocesi idoneis.

88 Respondeo primo, quod prædictum. d. Concil. Trid. de reform. solum dat Episcopis facultatem absoluendi à contentis in eo, quo ad forum conscientie tantum, & cōsequenter si absoluendus indiget absolutione in vtroque foro, recurrendum est ad Papam, vel legatum eius, qui habeat eiusmodi facultatem absoluendi in vtroque foro. Secundo, quod Episcopus potest absoluere per se, vel per alium suum subditum: quia omnis, qui habet potestatem ordinariam absoluendi alicuius officio, potest absolutione delegare per c. fin. quod licet specialiter disponat de absolutione ab excommunicatione canonis, si quis suadet, ratio tamen huius habet locum in aliis, vt declarat Panoritanus & consequenter idem ius esse debet de illis, si nec obstat cap. fin. quia disponit de habente potestatem ordinariam ex priuilegio, vt glossa singularis declarauit, h quam vtroque Doctores approbant.

89 Tertio, quod non videtur posse Episcopus constituere vicarium, vel delegatum generalem ad absoluendum hæreticos: tum quia Concilium noluit dare illam facultatem vicario generali: tum quia prædictum ca. vlt. (quo nitimur) non habet eum, qui competit ordinaria potestas absoluendi aliquos in certis casibus, ex priuilegio posse illam generaliter alicui delegare, ita vt habeat potestatem absoluendi pro suo arbitrio eos, qui videbuntur ei absoluendi, sed tantum quod potest delegare absolutionem in illis casibus, cùm illi occurrerint, & possint exercere illū actum absoluendi de mandato ipsius. inter quæ est magna differentia, vt declarat Felinus. k

90 Quarto, quod qui ob verecundiam, vel alia impedimenta, nō possunt adire Episcopum personaliter, possunt adire per confessorios, vel alios, vt de mandato eius absoluuntur per alios.

In his vero quæ S. Inquisitionis officium vel decretorum sacri Concilij declarationem concernunt, tutius erit suprema Romæ tribunalia consulere, quorum censura quæ dicta sunt subiiciuntur.

S V M M A R I V M.

- 1 Papa responsio, data vt à Doctore, aliorum non præiudicat opinionem.
2 Papa an responderit vt Doctor, an vt legislator, primò ex verbis est diiudicandum: quæ si non sufficiunt, recuratur ad alias coniecturas, & ad qualitatem sub qua fuit interrogatus.

CONSILIVM II.

Quibus signis cognoscitur, an Papa loquatur vt Papa, & legislator, an vt doctor?

1 Respondeo primò, iuriconsultos ad hoc, vt certius respondeant, specialius esse interrogandos: quia vt ait S. Thomas, sermones in moralibus eo sunt vires, quo specialiores: licet in speculatiuis generaliores sint vires specia-

lioribus. & hæc quæstio adeo generaliter proponitur, vt vix ei satisfieri possit, nisi bona parte iuris perfecta. Secundo, quod glossa solemnis, m ponit aliqua signa, per quæ cognoscitur, quis canon dicatur generalis cōsti-

tutionis vim habere: cui parum vel nihil addunt doctores commentantes illud: & multa, quæ ad hoc aliquid faciunt, citat Felin. a vbi Innoc. I. I. in suo commento ad finem ait, quod opinio Papæ, quam ponit vt commentator, non præiudicat opinioni alterius doctoris.

Tertio, quod fortè clarius, & breuius, quàm alius aliquis dixerit, dici possit, quod tunc dicitur statuere vt Papa, cū id expressè ait, & tunc vt Doctor, quando id exprimit: & quod cum respondet interrogatus vt Papa, videtur respondere vt Papa, & cum interrogatus vt Doctor, videtur respondere vt Doctor, etiam si id non exprimat, per illam conclusionem, quæ colligitur ex cap. pastoralis. b & ornatur, c à Felino. Similiter id quod respondet Papa de iure, respondendo alicui querenti vel interroganti eum super aliquo dubio iuris, ceteris velle vt in similibus casibus idem respondeatur, & quod ex circumstantiis temporis, loci, modi, & causa respondendi, & interrogandi, & scribendi, & dictandi, facile colligi potest in dubio in qua persona loquitur, vel scribit, & melius ex particularibus verbis: nisi nisi cùm per illa expressè declaratur mens & intentio Papæ. Quare arbitror, quod cùm quis super casu occurrenti consulatur, vel interrogatur, an illa vel illa dispositio censenda sit facta à Papa, tamquam Papa, vel tamquam Doctore, ante omnia circumspicere debet, an per verba dispositionis declaratur expressè, in qua persona id disponit: & si per illa id non declaratur, consideret, an de iure interrogatus vt Papa id fecerit, an interrogatus vt Doctor, & vir in illa materia eruditus: ponderatis etiam aliis circumstantiis facile cognoscat, quid sit ei probabiliter respondendum. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Extrahi equos lex secularis prohibens, laicos ligat, prout est recepta. num. 2. clericos autem non. num. 4. & 5.
2 Recepta an sit lex in foro conscientie, ab usu doctorum confessoriorum, & penitentium dignoscitur, ligatq; conscientiam, prout in eo foro est recepta.
2 Lex secularis sub pena prohibens, aut iubens aliquid antea sub peccato nec iustum, nec prohibitum, non videtur obligare ad peccatum, sed & non recepta, vel solum in parte, non obligat, nisi prout est recepta.
3 Lex secularis generaliter loquens, si sit rationalis & fauorabilis, canonibusq; non contraria, includit clericos, modo non sit concepta per verba præceptiua, vel prohibitiua, num. 5. nec habeat admixtam penam, vel aliter sit eis præiudicialis. nu. 5.
4 Statutum secularis prohibens alienare in non subditum, nō includit clericum.

CONSILIVM III.

AN Lex principis secularis, quæ prohibet equos extra regnum suum asportari, obliget in foro conscientie clericos extrahentes equos suos in suis equitiis genitos?

1 Ad hanc quæstionem respondeo, quod illa semper mihi visa est magna, & quotidiana. Primum quidem ea ratione, quod viderim in regnis Castellæ, vbi est lex huiusmodi ab antiquo instituta, perinde procedi contra clericos extrahentes huiusmodi equos, ac contra laicos.

Se cūdo, quod præsupponit, laicos, qui eos extraxerint, peccare mortaliter: quod numquam mihi fuit satis certū propter ea, quæ post multas interrogationes huic similes multo tempore factas & post responsum ad eas multo tempore dilatatum, tandem in nostro Man. conf. d ieci quædā seminare, ex quibus diligens lector satis potest colligere huiusmodi quæstionem decisionem, licet ipse iusta de causa expressè eas non deciderim. Et quibus est illud, c quod lex principis secularis prohibens, vel iubens aliquid sub pena temporalis, non videtur ad penam æternam obligare, nec consequenter ad peccatum mortiferum, nisi cū id quod prohibet, vel iubet, per aliam legem naturalem, diuinam vel humanam esset sub pena peccati mortiferi prohibitum, vel iustum, illud item quod ponitur paulo post, f scilicet, quod dictum præcedens habet locum etiam cū adicitur pena valde grauis, scilicet amissionis magnorum honorū, fama, vel vitæ. & illud quod ponitur inferius, g scilicet quod consuetudo est optima legum interpret, & quod illa videtur sic interpretata huiusmodi leges, & illud positum consequenter inferius, h & melius repetitum, i nempe, quod lex humana etiam iusta, si non est recepta, non obligat, nec etiam si est recepta, quo ad illud, quo ad

quod

a In cap. 1. de cor. sit. & in cap. 1. per. ius. 2. ad. simon.

b De except. c. ibidem.

a In repet. ca. ecclesia sancta Maria. de conf. b Ibidem. n. 27. per. 20. qu. c. an. 24. d Arg. c. 1. de noui operis nunciat. & c. si in adiutor. 10. dist. 8. a. lio. multo. rum. quæ prædicti vbi sup. citant. e Ex auctori. ca multo magis. C. de sacrosanct. Eccl. & ca. cū in cunctis. de elec.

f In præfatio nu. 27. inducens subliter ad id præfati cap. ecclesia sancta Maria.

g Cap. pena. de penit. d. 1. 1. & la. interpretatio. ff. de penit.

h In ca. fin. de immuni. eccl. lib. 6. i Vbi sup. nu. 9.

d Cap. 23. nu. 48.

e Num. 54.

f Num. 57.

g Num. 59.

h Num. 40. i Num. 62.

etiā Florentini dicantur, qui sola origine Florentini sunt. n. 67. & 12. 13 Domicilium viri præualeat, & attenditur quo ad effectum repetitionis dotis.

CONSILIVM IIII.

Spoleti est statutum iam pridem receptum, quod pro nulla muliere ciuitatis Spoleti, vel eam habitate possit dari, neque recipi dos maioris summa mille florenorū, siue quingentorum ducatorum: quod confirmatum est à Papa, & munitum pœna excommunicationis lata sententia. Quo statuto stante, quidam Spoletanus origine venit Romam, vbi moratus est decem & amplius annis, & conuenit cum alio etiam origine Spoletano, qui venit ad Urbem ante triennium cum proposito eam inhabitandi, & constituendi domicilium, vt duceret in matrimonium filia ipsius, quæ manebat Spoleti: quam fecit deduci ad Urbem, vt in ea contraheret matrimonium iam conuentum: & abhinc triennio contraxere per verba de præfenti, nulla dote constituta expressè, sed nondum consummauerunt, quia pater dicebat videri sibi, quod non poterat constituere suæ filie dorem vltra præfatos mille florenos, gener autem dicebat impensas faciendas vxori inhabitaturæ Romæ esse longe maiores, quàm sint faciendæ Spoleti: & quia ipse indebat degere Romæ, nō poterat onera præfati matrimonij ex dote tā parua sustentare. Interim præfatus sponsus emit officium quoddam valoris 4000. ducatorum, vt honestè degere possit in Vrbe, & consequenter mortuus est pater ipsius, & legauit filia pro dote scuta 500. quæ mille florenis æquantur. Gener non est ea dote contentus, & sponsa, cognatique eius vellent, si liceret, augere dictam dorem vltra summam in prædicto statuto contentam. Quaritur an liceat eis eam augere, & sponso illud auctarium recipere?

1 Pro parte negante facit primò, quod non valet donatio facta ab vxore marito, neque econtra facta vxori à marito, constante matrimonio, & auctio dotis videtur quædam donatio, ergo ea non licet. Secundo, quod Spoletanus origine habitans Romæ etiam si constituat in ea domicilium, nō definit esse Spoletanus origine, nec definit habere domicilium originis Spoleti, quia illud est immutabile. b Tertio, quod statutum alicuius ciuitatis ligat omnes ciues eius, secundū omnes: at ciues origine sunt verè ciues, ergo præfatum statutum ligat præfatos contrahentes, quia sunt c. u. s. Spoletani origine. 4 Pro parte autem affirmante facit primò, quod vterq; tam sponsus, quàm sponsa sunt Romani domicilio habitationis: matritus quidem, quia trātulit domicilium, quod habebat habitationis Spoleti, Romam, quia venit ad eam animo vitam peragendi in ea, & habet habitationem in ipsa eo animo, & emit officium quatuor mille ducatorū ad peragendam vitam in ea, vt in casu præsupponitur: ipsa vero, eò quod sponte ad mandatum patris venit ad Urbem nuptura præfato sponso, prout etiam nupsit, animo vitam peragendi cum illo in Vrbe, & ita est Romana domicilio tā patris, qui erat domicilio Romanus per decennalem & longiorem habitationem, quæ ad hoc sufficit, d quàm domicilio mariti, qui iam à triennio habet illud Romæ: tum ex persona sua, quæ sponte iam à triennio cœpit habitare Romæ, & ad contrahendum domicilium habitationis in aliquo loco, sufficit quod in eo incipiat habitare animo vitam in eo peragendi, e etiam si sit filius familias f & cōsequenter facti sunt iam externi & forenses, quos non ligat statuta municipalia, iuxta legem finalem. g

5 Secundo, quod licet domicilium originis sit firmius & immutabilius domicilium, tamè habitationis est principalis, iuxta glossam celebrem, h quæ habet magis attendendum esse domicilium habitationis, quàm originis. Tertio, quod glossa præfata cum Compostellano & Speculatore tenet, per diocesanum, in dubio intelligendum esse diocesanum domicilij habitationis. Vnde Philippus Francus colligit illam diocesim dici propriè diocesim alicuius, in qua ille habet domicilium habitationis: & Bartholus i tenet, repræfalias concessas contra Florentinos, non posse exequi contra illos, qui sunt origine Florentini, sed non habitant Florentia, nec munera subeunt ibi, & sunt incolæ & municipes alterius ciuitatis. & sty-

1 Pro parte affirmante facit primò, quod vterq; tam sponsus, quàm sponsa sunt Romani domicilio habitationis: matritus quidem, quia trātulit domicilium, quod habebat habitationis Spoleti, Romam, quia venit ad eam animo vitam peragendi in ea, & habet habitationem in ipsa eo animo, & emit officium quatuor mille ducatorū ad peragendam vitam in ea, vt in casu præsupponitur: ipsa vero, eò quod sponte ad mandatum patris venit ad Urbem nuptura præfato sponso, prout etiam nupsit, animo vitam peragendi cum illo in Vrbe, & ita est Romana domicilio tā patris, qui erat domicilio Romanus per decennalem & longiorem habitationem, quæ ad hoc sufficit, d quàm domicilio mariti, qui iam à triennio habet illud Romæ: tum ex persona sua, quæ sponte iam à triennio cœpit habitare Romæ, & ad contrahendum domicilium habitationis in aliquo loco, sufficit quod in eo incipiat habitare animo vitam in eo peragendi, e etiam si sit filius familias f & cōsequenter facti sunt iam externi & forenses, quos non ligat statuta municipalia, iuxta legem finalem. g

5 Secundo, quod licet domicilium originis sit firmius & immutabilius domicilium, tamè habitationis est principalis, iuxta glossam celebrem, h quæ habet magis attendendum esse domicilium habitationis, quàm originis. Tertio, quod glossa præfata cum Compostellano & Speculatore tenet, per diocesanum, in dubio intelligendum esse diocesanum domicilij habitationis. Vnde Philippus Francus colligit illam diocesim dici propriè diocesim alicuius, in qua ille habet domicilium habitationis: & Bartholus i tenet, repræfalias concessas contra Florentinos, non posse exequi contra illos, qui sunt origine Florentini, sed non habitant Florentia, nec munera subeunt ibi, & sunt incolæ & municipes alterius ciuitatis. & sty-

i Iuxta leg. 2. & 3. C. de incolis. lib. 10.

e l. 3. adiuncti. glof. recep. C. de incol. li. 10. f Le. placet ff. ad municip. g ff. de iuris. d. om. iud. & c. 2. de const. lib. 6. h In ca. statum in verb. vnam dietā. de rescript. li. 6. i In tract. re. presu. in 7. q.

1 Pro parte affirmante facit primò, quod vterq; tam sponsus, quàm sponsa sunt Romani domicilio habitationis: matritus quidem, quia trātulit domicilium, quod habebat habitationis Spoleti, Romam, quia venit ad eam animo vitam peragendi in ea, & habet habitationem in ipsa eo animo, & emit officium quatuor mille ducatorū ad peragendam vitam in ea, vt in casu præsupponitur: ipsa vero, eò quod sponte ad mandatum patris venit ad Urbem nuptura præfato sponso, prout etiam nupsit, animo vitam peragendi cum illo in Vrbe, & ita est Romana domicilio tā patris, qui erat domicilio Romanus per decennalem & longiorem habitationem, quæ ad hoc sufficit, d quàm domicilio mariti, qui iam à triennio habet illud Romæ: tum ex persona sua, quæ sponte iam à triennio cœpit habitare Romæ, & ad contrahendum domicilium habitationis in aliquo loco, sufficit quod in eo incipiat habitare animo vitam in eo peragendi, e etiam si sit filius familias f & cōsequenter facti sunt iam externi & forenses, quos non ligat statuta municipalia, iuxta legem finalem. g

Ius Curia: habet, vt orator exprimens diocesim, cuius est, exprimat diocesim, vbi habet domicilium, & non diocesim, vbi natus est.

6 Quarto, quod contextus expressus l. prouinciales, habet, & non qui ex prouincia sunt oriundi: ergo non dicentur Spoletani, qui extra Spoletum habent domicilium, & sunt municipes, quod plane verum est secundum communem vsum loquendi, vt dicebat Iacobus de Arena relatus, per Bartholum: quia significatio est attendenda, & regulariter sic sumitur, & quamuis illa lex habeat multos intellectus, vt per glossam Bartholi & Alciati, habetur, genuinus tamen videtur esse, quod regulariter, & vt plurimum illi tantum dicuntur prouinciales, vel Florentini, vel Romani, qui habent domicilium habitationis in prouincia, Florentia, vel Roma, licet quo ad aliquos effectus dicantur esse ciues locorum, vnde originem trahunt.

Quinto, quod ex parte contraria negante sequeretur, quod si vir & mulier Spoleti nati haberent domicilium habitationis in Hispania ante 20. annos contractum, & vellent contrahere matrimonium ibi, ad viuendum ibidem, subiicerentur prafato statuto, quod est ridiculum.

7 Sexto, & peremptorie, quod statutum Spoleti non potest obligare, nisi subiectos iurisdictioni Spoleti: quia cum statuere sit iurisdictionis, solum obligat eos qui ei subiacent. At qui nati sunt Spoleti, & habent domicilium habitationis in Hispania, Gallia, vel alia parte Italiae extra territorium Spoleti, non subiacent iurisdictioni Spoletanae: ergo statutum Spoletanum non ligat eos. Cum ergo prafati, de quibus quaeritur, habeant domicilium Romae, & sint proprie diocesis Romanae, & subiecti iurisdictioni Romanae, & non sint proprie diocesis Spoletanae, nec subiiciantur iurisdictioni Spoletanae, consequens profecto est, eos non ligari statuto Spoletano quo ad ea, quae extra Spoletanum territorium iaciunt, vel facere praetendunt.

8 Septimo, quod non est questio de dote antehac constituta, sed de dote posthac constituenda, & de auctario eius constituendo. & possunt prafati domini consulentes ad maiore cautelam protestari se constituisse domicilium suum Romae, & habere illud Romae, & si quatenus opus est noue constituere illud, volentes in praesentia in ea viuere, & mori: quia protestatione coram notario publico, vel iudice facta, postea sine vllo metu prafati statuti, & excommunicationis ei adiecta potest per aliud instrumentum ipsa mulier augere dotem, & ipse vir recipere illud auctarium, tamquam incolae & municipes Romani, & subiecti legibus & statutis Romanis, quibus non vetatur prafatum auctarium, nec constitutio dotis maioris, quam mille florenorum.

9 Non obstat adducta in oppositum. Ad primum enim respondetur primo, concedendo quod regulariter donatio inter virum & uxorem non valet, sed negando, quod constitutio dotis, vel auctarium eius sit donatio proprie, quonia fit ob causam doris, & datur ad sustentanda onera matrimonij: & donatio ob causam, non est proprie donatio, & quod post alios ab eo citatos tenet & probat Ioannes Lupus. Secundo respondetur, quod licet regulariter non valeat donatio inter virum & uxorem, fallit tamen in constitutione dotis: quia illa potest contractum matrimonij constitui, argumento l. si quis pro, i per quam & alia id tenet prafatus Ioannes Lupus.

10 Tertio respondetur, quod ad maiorem cautelam iurari potest constitutio dotis vel auctarij eius, per quod iuramentum firmatur, & fit valida donatio inter virum & uxorem, argum. cap. si vero i & per alia plurima, quae cumulat prafatus Ioannes Lupus.

11 Ad secundum concedimus Spoletanum origine, licet habeat alibi domicilium, dici quidem Spoletanum quo ad aliquos effectus particulares, sed non communiter, praesertim quo ad hoc, vt subiaceat iurisdictioni Spoletanae, & consequenter statuto per illam iurisdictionem facto, de quo effectu in praesenti quaeritur agitur.

12 Ad tertium respondetur eo modo quo ad secundum, scilicet quod non quo ad hoc, vt sint subiecti iurisdictioni ciuitatis, vbi nati sunt, si habent domicilium habitationis in alijs regnis, vel alia ciuitate, vt domini consulentes habent.

a ff de verb. signif.  
b Prouinciales dicitur, qui sunt incolae prouinciae.  
c Vbi supra.  
d l. librorum. §. quod tamē Cassius. ff. de leg. 3.  
e Ibidem.

f Li. fin. de iurisd. om. iud. §. cap. 2. de const. lib. 6.

g Lib. 1. ff. de donat.  
h In repet. ca. per vestras. de donat. inter virum & uxorem. limit. 2. num. 50.  
i §. si uxor ff. de donat. inter vir. & uxorem.  
k Vbi supra. limit. 5. nu. 53.  
l Et cap. cum contingat. de iur. iur. & c. quamuis patrum. de part. lib. 6.  
m Vbi supra. imit. 3. nu. 51.

13 Ad quartum respondeo primo, concedendo quod attendendum est domicilium mariti quo ad sciendum, vbi mulier debet exigere dotem, sed negado, quod in propofita quaestione agatur de exactiōe dotis: quia immo agitur de cōstitutione vel auctiōe eius. Secūdo negado, quod domicilium principale dicti consulētis mariti sit Spoleti: quia immo est Romae, per supradicta. Et ita proculdubio nihil obstat praefatum statutum praefatis dominis consulētibus, quos Deus O. M. faciat sibi gratiosos in hoc seculo, & gloriosos in altero. Amen.

S V M M A R I V M.

1 Constitutio noua non extenditur ad praeterita, nisi cum agitur de effectu futuro, qui potest stare sine effectu praeterito.

2 Indultus de promouendo, a quocumque ante Concilium obtenta, per illud censentur modificata.

C O N S I L I V M V.

Quidam ante Concilium Tridentinum impetrauit rescriptum a Papa, ad illum primam tonsuram, & quatuor minores, a quo mallet Antistite, & postquam assumpsit primam tonsuram, superuenit Concilium, quod a statuit, ne quis ordinaretur nisi a proprio Episcopo, vel de consensu eius, etiā virtute rescripti generalis, vel specialis. Quaeritur an liceat huic accipere quatuor minores absque licentia Episcopi?

Quidam responderunt, quod sic, per dicta Dominici, & reatorū ab eo, sed nobis, salua eorū pace, videtur contrarium verius, scilicet quod non potest ordinari virtute praedicti rescripti sine licentia, vel consensu, vel literis commendatiis sui Episcopi de probitate & moribus: quia licet constitutio noua non extendatur ad praeterita regulariter, fallit tamen, quando agit de effectu futuro, qui stare potest sine effectu praeterito, iuxta glossam solemne & a multis putatam singularem, & aliam aequē solemnem, & a multis putatam singularem & receptam & alia multa, quae nos adduximus alibi, vbi etiam multa pro contraria parte adducta legi possunt.

S V M M A R I V M.

1 Vtilitas publica iuuanda, & priuata preferenda.

2 Lex, qua solutio cambij sex menses differtur, est iniqua, & per illam datur occasio vsuras exercendi. nu. 4.

3 Delinquendi, seu decipiendi materia non mandanda.

4 Lex prohibens praesenti pecunia vendi, iuri naturae contraria.

C O N S I L I V M V I.

AN liceat ciuitati Barchinonensi cum consensu CaesarAugustae, & Valentiae, statuere, quod omnia cābia, quae sunt in ea ad ciuitates CaesarAugustae, & Valentiae, vel ab illis ad Barchinonensem, censentur facta cum terminis soluendi infra sex menses à die praesentationis litterarum currentes?

1 Respondeo primo, quod pro parte affirmante facit, quod dicitur à rerum peritis hoc esse valde vtile futurum praefata Barchinonae, & toti principatu Cathaloniae, & vtilitas publica reip. iuuanda est, immo & praefata priuata: &

2 Pro parte tamen negante facit primo, quod est iniquū, vt is, qui dedit pecunias CaesarAugustae campfiori pro literis cambij Barchinonae, non possit in ea petere pecunias in eis contentas vsque ad sex menses: & quod peregrinū venientem Romam, vel ad alias terras, qui CaesarAugustae dedit pecunias pro litteris cambij, oporteat manere sex mēfibus Barchinonae ad recuperandum suum viaticum, & perdere oportunitatem suorum negotiorū Romae, vel alibi gerendorum, contra c. i. h quatenus probat peregrinos, & iter facientes iuuandos esse, & non molestandos.

3 Secūdo, quod non est danda materia delinquendi, & decipiendi alium, i & per huiusmodi statutum datur campforibus materia delinquendi, & decipiendi eos, qui tradunt pecunias suas in aliqua praedictarum trium ciuitatum pro litteris cambij ad aliquam earumdem ciuitatum directis, accipiendi pecunias, & dando literas, per quas is, cui datur, putat, statim intra paucos dies eas soluendas, & differtur ei solutio per sex menses.

4 Tertio, quod per viam indirectā datur occasio vsuram exercendi, vendendo merces carias propter solutionem dilatam, & emendo vilius propter eam anticipatā. CaesarAugustanus enim, vel Valentinus importat merces,

a In sess. 23. c. 8. de refor.

b In ca. 2. nu. 9. de concess. p. aben. lib. 6.

c Cap. fin. de consuetud. d In clem. vt bi qui. verb. in posterum. de acate & qualitat. e In clem. 2. verb. vtetur. de vita & honestate cler. f In relect. ca. si quando. de rescript. excep. 21. ad nu. 40.

g Ca. 3. de postul. prala. & ca. licet. de regular.

h De empio.

i l. conueniri. ff. de part. dotal. c. ex parte. de consuet.

Barchinonam, & sciens quod pretium earum non potest extrahere à principatu Cathaloniae, nisi per literas cābij, & quod per huiusmodi literas non poterit CaesarAugustae, vel Valentiae habere pecunias, nisi post sex menses à praesentatione litterarum, longē carius vendit, quā si intra octo dies à praesentatione litterarum solueretur ei pretiū in sua ciuitate, & contra Barchinonensis, si vilius poterit emere soluendo statim venditori, vel dando literas de statim, vel intra octo dies ei soluendo in sua ciuitate.

5 Quarto, quod videtur contra ius naturale & gentium prohibere, ne quid Barchinonae praesenti pecunia vendi possit, & per praedictum statutum videtur indirecē quadamtenus id fieri, cum non possit, vt dixi, habere literas cambij, per quas differtur solutio ad sex menses. Per quae non audeam affirmare partem affirmatiuam, neque dicere, quod praefatum statutum sit vtile Barchinonae, & principatu praedicto Cathaloniae, quoniam inducit maiorem victus & vestitus caritatem, & omnium mercium particulariter pauperibus & tenuibus vendendarum: & arbitror magis me Deo, & praefato principatu obsequi respondēdo hoc, quā contrarium, quod magis voluisset D. consulens, qui magis videtur id desiderare.

S V M M A R I V M.

1 Statutum ne in Priores eligantur plusquam tres de vna natione, tenet, sicut & illud, quod certum genus personarum solum habilitat, vel inhabilitat ad dignitates & beneficia obtinenda.

2 Indigni, vel minus idonei si sint vocati à statuto, vel testatore, loco horum alij possunt eligi.

3 Libertatem plenam non tollit omnino restitutio.

4 Plena libertas & sufficiens adhuc esse potest, etiam si in aliquo restringatur.

C O N S I L I V M V I I.

Capitulum Generale cuiusdam ordinis multarum nationum constituit, ne in Priores monasteriorum eligentur plures, quā tres de vna natione. Quaeritur, an constitutio sit valida.

1 Respondeo, quod sic: tum quia multis de causis potest esse rationalis, scilicet, ne alijs detur causa superbiendi, alijs murmurandi, alijs tribuendi nimium suae genti, vel nationi: tum quia statutis collegij Bononiae, & aliorum multorum in Hispania illorum instar factis cauetur, ne ex eadem ciuitate eligantur plures collegae, & ne ex eadem diocesi plures, quā duo, & c. Tum quod valet consuetudo, vt Abbas certi monasterij eligatur solū de certo monasterio. Tum quia institui potest, vt beneficium conferatur alicui propinquo patroni illius, iuxta Dominicum receptum. Tum quod in ecclesia Tolētanā statutum est, ne fiat beneficiarius eius descendens ex Iudaeo, Sarraceno vel haeretico. Tum denique quod non censetur tolli eligendi libertas, eo quod electio restringatur ad certum genus hominum, vt tradit Panormitanus communiter receptus. Vnde & Papa de collegio tantum Cardinaliū eligitur, & in Hispania non fiunt beneficiarij nisi Hispani, & in Gallia nisi Galli. Tū ob alia, quae breuitatis causa omitto.

Non obstat, quod praedicta constitutio videtur aliquibus contra bonum publicum, quia immo multis respectibus promouet illud, vt praedictum est.

2 Non obstat, quod praedicta lex videtur cogere ad eligendos indignos, negatur enim illud: quia quando non possent eligi omnes Priores digni de omnibus nationibus, nisi plures quā tres eligerentur de vna, tunc possēt eligi plures de illa, quia numquā est eligendus indignus, vt post S. Thomā, diximus in Miscellaneis de oratione & Sotum, s vbi dixit, quod stāte statuto fundationis beneficij, vt conferatur vni ex cognatis suis, si nullus inueniretur idoneus, possēt conferri alteri.

3 Non obstat, quod in electionibus debet esse plena libertas eligendi: h quia multis modis potest restringi libertas electionis, ita quod maneat tanta, quanta est necessaria ad hoc, vt electio valeat: sicut & in matrimonio carnali contrahendo debet esse plena libertas, potest tamen aliquo modo restringi, remanente ad id necessaria, vt tradit Panormitanus, i & alij alibi. Salua, & c.

S V M M A R I V M.

1 Statuta Papalia sunt, quae Capitulum generale auctoritate A-

a Arg. totius tit. de contrahen. emp. & vnde ff. & c.

b Ca. cum dilectus. de consuetud. c Cap. cum in eccles. un. de prob. lib. 6. n. 5.

d In cap. cum terra num. 4. de elect. & in ca. licet. num. 12. eod. tit.

e 2. 2. qm. 63. art. 2. f Miscella 34. num. 3. g Lib. 3. qm. 6. art. 2. col. 3. de iust. & iure. h Arg. c. 6. de reformat. sessione 25. Concilij Trident.

i Vbi supra.

postolica condidit: vnde nec ipsum, nec illud representans potest ea tollere.

2 Sententiam definitiuam non potest reuocare iudex, qui illam tulit, etiam quod sit Capitulum generale, sicut nec alia irreuocabilia tollere potest.

3 Capitulum non generale, representans Capitulum generale, habet eandem potestatem, quam habet ipsum Capitulum generale: a quo, si quid iniuste faciat, ad Pontificem, cui immediate subiicitur, recurrendum.

4 Capitulum, si is, ad quem spectat, conuocare negligit, ad iuris remedia recurrendum.

5 Suspicionis allegata causa, non coram ipso iudice allegato suspecto, sed coram electis arbitris est retractanda.

C O N S I L I V M V I I I.

Quaeritur primo, an Capitulum representatiuū Capituli generalis possit tollere facta in Capitulo generali auctoritate Papae, & si hęc non pōt tollere, quae possit? Secūdo, an Praepositus Capituli representatiui debeat proponere ea quae iuste reuocari possunt?

Tertio, quid remediū adhiberi possit, quando is, ad quē spectat conuocare Capitulum, non vult illud conuocare?

Quarto, corā quo iudice sit tractāda causa suspicionis?

1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo primo breuiter, quia non vacat pro dignitate quaestiois eam tractare, quod iuri propius videtur, quod Capitulum representatiuum Capituli generalis non potest tollere facta in Capitulo generali auctoritate Papae: quia facta illa sunt facta Papae, & inferior non potest tollere facta superioris: & consequenter statuta facta in Capitulis generalibus auctoritate Apostolica, quae potest facere ordo virtute priuilegij, quod ad id habet, non potest tollere Capitulum representatiuum, quia non possit illa tollere etiā Capitulum ipsum generale. is enim, qui facit aliquid auctoritate Papae, non potest tollere illud auctoritate sua inferiori, per iura, quae in hoc citat Felinus.

2 Secūdo, quod neque facta irreuocabilia per Capitulum generale potest reuocare Capitulum representatiuum: qualis est sententia definitiua prolata à Capitulo generali: quia sententia definitiua est irreuocabilis etiam ab eo qui eam tulit. b

3 Tertio, quod alia reuocabilia, quae possēt reuocari per aliud Capitulum generale, possunt reuocari per Capitulum representatiuum: quia eandem potestatem habet, quam habet generale. & si male reuocauerit, potest appellari ad Papā, sicut & possēt appellari ad eū, si Capitulum generale iniuste reuocaret: quia ambo subiicitur immediatē Papae. SECVNDÆ quaestiois solutio colligitur ex solutione ad primam, nempe quod Praepositus praefati Capituli representatiui, vel totum Capitulum debet proponere ea, quae iuste reuocari possunt, licet sint tractata in Capitulis generalibus, non autem alia.

4 AD TERTIAM respondetur, quod possunt, & debēt fieri ea, quae possunt, & debent fieri iure communi, quando is, qui debet vocare Capitulum, non vult illud vocare: de quo Abbas Panormitanus, c Felinus, d & in alijs locis per eum allegatis.

5 AD QVARTAM, quod causa suspicionis non est tractāda coram iudice recusato, sed coram arbitris electis à partibus, iuxta formam cap. suspicionis. e

S V M M A R I V M.

1 Declaratio priuilegij concessi monasterio Vrbi in C. sp. Minorū Auenioni facta, ita intelligenda, vt dicto priuilegio non contradicat. num. 2.

2 Iura iuribus concordanda sunt.

3 Lex generalis per specialem illam limitantem limitanda.

4 Voluntas disponentis in omni dispositione attendenda.

5 Legis verba contra auctoris mentem non sunt interpretanda.

6 Nulla sunt, quae lite pendente, vel parte cuius interest non audita, sunt. & nu. 9.

7 Monasterium S. Trinitatis Mimimorum contra suum priuilegiū generali obedire non tenetur.

8 Obedire oportet magis Deo, quā hominibus.

9 Regularis contra maiora praeccepta praetato obedire non debet.

10 Monachus praetato secundum suam regulam praecipietū pareat.

11 Regularis à superiore grauatus appellare potest.

12 Professus in vno monasterio non potest iure communi à superiore

a In cap. cum accessissent. de consi. num. 9.

b Cap. in literis de off. deleg. c. le. iudex. ff. de re iud. cum not. not. eis.

c In ca. nobis. de elect. d In cap. cum omnes. de consi. tit. nu. 34. & 35. e de off. deleg. & ca. ab arbitris. eod. tit. lib. 6.



ad aliud inuitus sine culpa & cause cognitione transferri, volens autem ita demum, si ad sit legitimi superioris auctoritas. fallit apud Dominicanos, & alios, quorum religiosi omnes faciunt unum corpus: quia tunc etiam sine culpa, subsistit causa, potest quis a superiore inuitus, etiam contradicente conuentu, transferri. nu. 11.

12. Monachorum & monialium creatio ad prelatum immediatum monasterij cum maiori parte conuentus iure communi spectat. Unde solus medietas superior alibi professum facere solum alterius monasterij contradicente immediato superiore, & alijs eiusdem monasterij, non potest. nu. 15.

12. Episcopus, etiam ut superior, monialem creare non potest.

13. Consilium alicuius si quis debet, qui illud requirit ut collegi.

14. Statutum concedens immediato superiori creationem monachorum ita debet intelligi, ut nos excludat mediatum superiorem, ac conuentum, sed ut simul cum illis creet.

14. Statuta & consuetudines iuxta commune ius intelligenda, vel ita vt inuentum minus potest ab eo recedatur.

CONSILIVM IX.

Excellentissime Domine Doctor, in comitijs generalis Capituli Auenionis celebratis 1578. a fratribus Minimorum nationum, Italia, Hispania, & Gallia, quae sequuntur fuerunt ordinata hac forma.

Memores Patres, pace & vnione, minima maxima fieri, maxima vero odio & seditione decreverunt, placuit tam Italiam, quam Hispaniam, quo ad officium correctoriatum iura preterea cedere, cum ex Illustrissimo & Reuerendissimo Protectore eorum Patribus declaratum extitit, voluntatem D. Francisci fuisse, quod conuentus Romanus quo ad correctoriatum regatur a fratribus Gallicae nationis: quod fuit confirmatum eo presente toto Cardinalium Senatu, voluntate tamen, quod ad alia omnia sit communis, & fratres mixtim ex omnibus nationibus sint in illo conuentu, induantur nouitij indifferenter, quarumcumque regionum fuerint.

Priuilegium conuentus S. Trinitatis sequitur, quod perpetuo vsu fuit receptum a tota Religione, quae etiam postulauit ipsius confirmationem, quae fuit facta a Julio III. ad instantiam Regis Christianissimi Henrici.

Vniuersis presentes has literas inspecturis frater Franciscus de Paula ordinis Fratrum Minimorum humilis institutor, ac S. Sedis Apostolicae gratia, & coeceptione, omnium eremitoriorum, & locorum, oratoriorum, & sororum eiusdem ordinis vbiusque constitutorum, necnon congregationum fratrum religiosorum, & personarum aliarum sub regulari obseruantia in eisdem degentium superior, licet immeritus, ac generalis corrector salutem in Domino. Nos pie considerantes regiam maiestatem Franciae nobis, & ordini nostro praefato coparasse locum Conuentus nostri S. Trinitatis in monte Pincio in urbe Romana, & ea propter ad ipsius beneficij per nos accepti memoriam, & ut fratres nostri ordinis in dicto Conuentu residentes in diuini cultus persolutionem reddantur in futurum salutis animarum dictorum benefactorum memoriores, volumus, & ordinamus, quod a modo, & in posterum d. Conuentus in mote Pincio in urbe Romana regatur per fratres Gallicae nationis, quoadiu inueniantur, qui ibi residere, & cultui diuino insistere voluerint, sin autem nulli reperiantur, qui ibi residere voluerint, quia omnes in Christo vnanimis esse debemus, illud per alios regi, & inhabitari volumus, pariterque, si locus supportare poterit, ultra quam reperiantur habitantium Gallicae nationis, alios secum aliarum nationum mixtim residere volumus. Datum, &c.

Queritur primo, vtrum pedente lite, qua nobis mouerat Patres Zelosi Hispaniae, & Italiae ad annullandum priuilegium coram Sanctiss. Domino 1576. nec du lite decisa poterint talia statuere in illo Cap. Auenion. quod videtur contra priuilegium, praesertim cum conuentus Roma. per procuratorem non coparauerit, nec vocatus, nec auditus fuerit in re tam graui, & ad illud spectate, in qua statutum & voluntas S. Patris nostri Francisci de Paula legitur, maiestati regie iniuria grauis fit, & toti nationi, immo & toti religioni, quae confirmatione priuilegij postulauit a S. S. & obinuit, graue danum inferre.

Secundo, vtrum fratres huius conuentus teneantur Generali obedire praecipienti, & facienti ad formam statuti Auenionensis, praesertim cum a Barcinonensi Capitulo sequente fuerit conclusum nulla statuta ante nouem annos non probata sortiri vim statuti permanentis, praeterea cum semper fuerit ab hoc conuentu reclamatum pro grauiamine.

Tertio, vtrum non relinquere huius conuentui sua actio in casu, quod probaretur huiusmodi constitutio in sequenti Capitulo, vel per appellationem, vel oppositionem.

Quarto, vtrum iuxta formam priuilegij, si aliqui nostrae nationis voluerint hic Romae morari, & compaciatur locus, petita licentia, & non obtenta a Generali, possint a correctore recipi pro conuentualibus.

Quinto, vtrum nouitij etiam possint indui eiusdem nationis, modo habeantur sufficientes, petita licentia, & non obtenta ab ipso Generali.

Sexto, vtrum fratres extranei, qui sine iusta causa, vel culpa, vel legitima causa cognitione obtruduntur ab ipso Generali, vt occupent nostrorum sedes, possint recitari ad inhabitandum, & votandum in electionibus.

Septimo, vtrum ipse Generalis possit fratres Gallicae nationis amouere, vt alios extraneos inducat.

Octauo, vtrum ipsi Galli teneantur obedire praecipienti contra formam priuilegij, quod habent, quadiu voluerint inhabitare, non accerbitis alijs ad petitionem conuentus.

AD PRIMAM questionem respondeo primo, quod declaratio facta Auenionis, praesente Illustrissimo Protectore, non est contraria priuilegio, nec intentioni Gallicae gentis, quatenus continet Italos, & Hispanos celsisse iura praeterita contra priuilegium S. Francisci, immo est eis consona, & commodissima, vt palam est. Secundo, quod non est etiam contraria, quatenus statutum fuit, vt illud per Correctores gentis Gallicae regatur, per ea multa, quae nos pridem pro illo allegauimus in lite contra predictum monasterium, & monachos Gallos mota. Tercio, quod etiam dici potest, praedicta declaratio non est contraria praedicto priuilegio, & intentioni Gallicae gentis, quatenus continet, quod ex qualibet alia gente possint in praedicto monasterio indifferenter recipi fratres, si intelligatur eo modo, quo debet intelligi secundum limitationem, & modificationem ipsiusmet priuilegij S. Francisci, scilicet, quando locus supportare potest, & non reperiantur alij Gallicae nationis. Non enim sunt contraria dicere: homines cuiuslibet gentis habitare possunt in hoc oppido, & homines cuiuslibet alterius gentis possunt habitare in hoc oppido, quando defuerint homines Gallivtrumque enim potest esse simul verum, quado scilicet defuerint Galli, qui possint, & velint habitare in eo, vt palam est.

Secundo principaliter dico, quod praedicta declaratio est intelligenda modo praedicto, ita vt non contradicatur priuilegio. Tum quia expedit iura iuribus concordare. Tum quia lex generaliter loquens, siue praecedat, siue sequatur, debet limitari per aliam legem illam specialiter limitantem iuxta iura, & late tradit Decius post alios, & probatur efficacissimè per duas glossas solenas receptas, quartum altera est in l. sciendum & altera in authent. offeratur, quae receptae ab omnibus aiunt, praedicta authent. quae generaliter disponit debere actorem prestare fideiussores reo, licet sit posterior, debere limitari per d. l. sciendum, quae habet eum, qui bona immobilia habet, non teneri ad dandum fideiussores. Cum ergo praedicta declaratio generaliter dicat, possit in praedicto monasterio assumi indifferenter personas ex omni natione, limitata est per praedictum priuilegium disponens, tum fieri debere, cum locus supportare possit, & desint Galli, qui possint, & velint ad seruicium praedicti monasterii assumi.

Tercio principaliter dico, quod praedicta declaratio limitanda esset, vt modò dixi, etiam si praedictum priuilegium non sic limitasset. Tum quia in omni dispositione rectè intelligenda mens & voluntas disponentis debet habere primum locum, & illa eam regere debet. Cum ergo palam sit, mentem & voluntatem S. Francisci viri gratissimi concedentis illud priuilegium praedicto monasterio fuisse ad significandam, & demonstrandam gratiam, quam ipse, & ordo suus debebant Regi Galliarum, & toti eius regno ob magna beneficia in eo recepta, & ob empiricè amicissimè & gratiosissimè facta à Rege ipso loci ad adificandum monasterium praedictum in praedicto Monte Pincio, & acceptatio priuilegij ab eodem Rege, & toto suo regno facta, & executio tepore longissimo, & confirmata à saec. recor. Julio III. & ad eo solemniter declarata per praedictum Capitulum generale, praesidente principe illo praecellenti, & Illustrissimo Cardinali Armeniaco primaria, ac Regum regis nobilitatis ornamento, & Protectore. Cum ergo inquam palam sit, mentem, & voluntatem omnium praedictorum fuisse, vt praedictum monasterium regeretur, & gubernaretur semper, quatenus fieri posset, per Gallicae nationis Rectores, &

ergo praedicta declaratio generaliter dicat, possit in praedicto monasterio assumi indifferenter personas ex omni natione, limitata est per praedictum priuilegium disponens, tum fieri debere, cum locus supportare possit, & desint Galli, qui possint, & velint ad seruicium praedicti monasterii assumi.

Secundo principaliter dico, quod praedicta declaratio limitanda esset, vt modò dixi, etiam si praedictum priuilegium non sic limitasset. Tum quia in omni dispositione rectè intelligenda mens & voluntas disponentis debet habere primum locum, & illa eam regere debet. Cum ergo palam sit, mentem & voluntatem S. Francisci viri gratissimi concedentis illud priuilegium praedicto monasterio fuisse ad significandam, & demonstrandam gratiam, quam ipse, & ordo suus debebant Regi Galliarum, & toti eius regno ob magna beneficia in eo recepta, & ob empiricè amicissimè & gratiosissimè facta à Rege ipso loci ad adificandum monasterium praedictum in praedicto Monte Pincio, & acceptatio priuilegij ab eodem Rege, & toto suo regno facta, & executio tepore longissimo, & confirmata à saec. recor. Julio III. & ad eo solemniter declarata per praedictum Capitulum generale, praesidente principe illo praecellenti, & Illustrissimo Cardinali Armeniaco primaria, ac Regum regis nobilitatis ornamento, & Protectore. Cum ergo inquam palam sit, mentem, & voluntatem omnium praedictorum fuisse, vt praedictum monasterium regeretur, & gubernaretur semper, quatenus fieri posset, per Gallicae nationis Rectores, &

ergo praedicta declaratio generaliter dicat, possit in praedicto monasterio assumi indifferenter personas ex omni natione, limitata est per praedictum priuilegium disponens, tum fieri debere, cum locus supportare possit, & desint Galli, qui possint, & velint ad seruicium praedicti monasterii assumi.

a Cap. cum expedit, de e. l. c. cum ei concord. b Le. in toto. ff. de reg. iur. c. cap. generi per specie de rogatur. eod. tit. li. o. c In di. reg. in toto. d ff. qui satisf. cog. e. C. de litia contest.

f Le. in conditionibus ff. de cond. & dem. cum ei concord.

a Leg. nepos Proculo. ff. de verb. sign. & cap. ut faciat. 2. l. qu. 2. cum ei concord.

b l. nam quod absurdum. ff. de bonis liber.

c De reg. iur. lib. o.

d C. de legib.

e Marcion. i. quest. 1.

f Cap. r. de causa poss. & propr.

Correctores, consequens est, eorum mentem, & voluntatem fuisse, vt Gallicae gentis monachi, & persona fauorabiliter, & amore praecipuo assumeretur, & tractarentur in eo, vt nuquam, quoad fieri posset, deessent, qui possent, & vellent rectè regere illud ad gloriam Dei, & sui ordinis, & gentis Gallicae, & consequenter, vt in eo inuenirentur tales, qui libentissimè eligerent Correctores, & superiores prouidentissimos gentis Gallicae, cum verisimile sit id quod experientia clarè postea docuit, fore, vt alienarum gentium monachi agrè, & ferè coacte eligeret Correctores Gallicos, cum ob peccata fragilitatis humanae etià in societibus eorum, qui religioni addicti sunt, non desint aliquot seminantes odia, & inuidia inter diuersarum, immo & eardem gentium personas. Tum quia praedicta declaratio, quatenus habet assumi posse monachos in praedicto monasterio ex alijs gentibus, intelligenda est, quando comode, & salua dignitate fieri potest. At non post comode, & salua dignitate monasterij praedicti, & priuilegij, & omnium praedictorum, qui confirmauerunt, & declarauerunt illud, fieri, vt omni tempore possint assumi in eo monasterio alienarum gentium persona: quoniam alioquin paruo tempore contingeret, quod nulli Galli essent ibi, quod est contra mentem, & voluntatem sancti Francisci, & aliorum praedictorum omnium, qui concesserunt, & declarauerunt praedictum priuilegium. Ergo dicendum est id fieri posse, nisi quando locus supportauerit, & non inueniantur Galli, qui velint, & possint ibi seruire Deo. Tum quia puerile profectò, & parua prudentiae virorum fuisset, velle, vt aliquod monasterium per vnus solius gentis & nationis viros gubernaretur, & non prouideretur, quod concessa facultate assumi de monachos ex omni gente, omni tempore non posset obseruari, quod ipsi volunt. Quare aut dicendum est praedictum Sanctum Franciscum, omnium consensu prouidentissimum virum, & omnes, qui praedictum priuilegium fauerunt, fuisse parua prudentiae, & puerilis iudicij: quod est absurdum, & ita non dicendum. Aut certè dicendum est praedictam declarationem, quatenus habet, ex omni gente indifferenter assumi posse monachos in praedicto monasterio, intelligendam esse, quando locus supportaret, & desissent ex gente Gallica, qui assumi vellent, & possent.

Tum quia ita debent interpretari verba legis, & dispositio illius, vt eorum interpretatio non nitatur contra mentem eius, & auctoris ipsius, iuxta illa regulam penul. Certum est, quod is committitur in legem, qui verba legis complectens, contra legis nititur voluntatem. quae regula decepta fuit ex l. non dubium. & palam est, quod qui declarationem praedictam Capituli Auenionensis ita intelligeret, vt omni tepore posset indifferenter assumi de omni natione monachi interpretaretur verba declarationis contra mentem & voluntatem praedicti priuilegij, & auctoris eius, & omnium, qui illud confirmauerunt, approbauerunt, & fouerunt. Quod etiam esset contra c. Marcion, in illis verbis: Nec putemus in verbis solum scripturarum esse Evangelium, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermonum folijs, sed in radice rationis.

Quarto principaliter dico, quod praedicta declaratio Auenionensis sic, vt dicitur ab aliquibus, sed praue, intellecta, vt omni casu, & tepore possint, & debeant ex omni natione assumi monachi, sicut ex natione Gallica, & eos qui assumpti sunt in illud, posse dimitti ad alios conuentus, & loco illorum assumi ex alijs nationibus, perinde ac in alijs conuentibus eiusdem ordinis, est contrariissima priuilegio S. Francisci, & omnibus praecitatis, immo & ipsi Capitulo Auenionensi, quatenus Itali, & Hispani in eo cesserunt iuribus ab eis male antea praetensis contra praedicta: quonia palam est eos eadem ipsa iura, qua nunc intendunt, tunc pretendisse: & ita iudicandum est illa iam celsa esse, & subblata in praedicto Capitulo: & eos ab eis iam discessisse ibidem, & vereri debere ea iterum non sine pudore replicare: cui consequens est praedictam declarationem, in hoc reprobo sensu acceptam, esse ipso iure nullam. Tum quia lite pendente facta esset, contra rubricam, vt lite pendente nihil inuouetur. Tum quia esset facta contra partem inauditam, cum ad id non fuisset vocatum monasterium, quod fieri non potuit, vt dicitur, sibi, contra partem inauditam nihil possimus definire. Tum quia Regis Francia, & totius regni, &

maiestatis eorum plurimum interest, vt praedictum priuilegium, & praedicta declaratio intelligantur rectè, & sanctè eo modo, qui intelligenda esse supra diximus, & consequenter non possit praedicta declaratio praue intellecta eis praediacare: quia res inter alios acta alius non praediacat.

Quinto, quod, vt nos in praecedenti eademque lara informatione diximus, non solum ordini praedicto, sed etiam sanctae Sedi Apost. Romanae, & Regi, & toti regno Francia, & gloriose ciuitati Romanae, & deuotioni omnium Christi fidelium magnum refugium, & asyllum est, vt praedictum monasterium in dies magis ac magis augeatur, & decoretur Gallicanis muneribus, & fauoribus, vt quotidie decoratur, quo religio Christiana Italorum, & Gallorum Romae coniunctiore, & fortiore fœdere vnita totum orbem Christianum inuiter, & contineat, ac quadamtenus cogat ad perseuerandum in eadem verissima, eademque firmissima fide Catholica.

AD SECUNDAM colligitur responsio ex responsione ad primam, scilicet praedictum monasterium, & Correctorem, ac conuentum eius non teneri ad obedientiam Generali, qui aliquid contra praedicta praecipit. Tum quia, oportet magis obedire Deo, quam hominibus. Tum quia S. Thomas receptus ab omnibus concludit, non esse a monachis obediendum Praelato in omnibus, sed solum in iis, quorum contrarium non praecipit, qui maior est eo, scilicet Deus, & iustitia eius, & in eis, in quibus habet potestatem praecipendi secundum suam regulam.

At Generalis praecipiens contra praedicta, praecipit contra ea, quae praecipit Deus, & iustitia eius, & extra ea quae sibi sunt subiecta, & ideo non est obediendum ei, sed modestè appellandum, & eo modo, quo religiosi grauari possunt, & debet appellare, & adire superiorem, vt ab eo degraentur, per quam appellationem, & per iuridicam Superioris audicionem suspendentur sententiae, & censurae Generalis, quas ausus fuerit contra ius proferre, vt nos tradimus in comm. de reg. vbi efficaciter probamus religiosos appellare posse ab omni sententia iniusta Superioris, etiam a lata super Correctione, si modum excedat, & Superiorem, qui non admittit appellationem, esse castigandum, & alia id genus multa de appellatione religiosorum.

AD TERTIAM responderetur id, quod responsum est ad secundam, scilicet, quod per praedictam declarationem benè intellectam nihil detrahitur priuilegio: & quatenus per eam male intellectam detraheretur aliquid, posset annihilari, & annullari per vias nullitatum supra dictarum resultantium ex eo, quod facta fuit lite pendente, & monasterio inaudito, & Rege, ac regno, quorum multum interest, nullatenus vocatis.

AD QUARTAM respondeo, quod non monasterium non potest recipere monachos eiusdem ordinis in alijs monasterijs professos, & filios eorum factos pro conuentualibus filiis huius monasterij sine auctoritate legitimi Superioris. Tum per notata in c. fi. Tum quia, sicut iure comunum antiquo monachus professus in vno monasterio, & filius eius per professionem factus non potest cogi, vt contra voluntatem suam transeat ad aliud monasterium etiam eiusdem ordinis sine culpa, & causa cognitione, vt tradimus late in com. de reg. f. ita eadem ratione non poterit recipi etiam volens pro lilio, & conuentuali alterius monasterij eiusdem ordinis sine auctoritate legitima: quia correlatiuorum eadem est ratio.

Dixi, solo iure communi attento: quia iure speciali Dominicanorum, vt puto, recepto ab alijs religiosis, potest Generalis, vel Prouincialis religiosorum facietium vnum corpus, transferre suum subditum ad aliud monasterium eiusdem corporis sine culpa, subsistente tamè rationabili causa, vt late tradimus nos in praedicto comm. de reg. & consequenter in hoc ordine Minimorum, qui omnes, vt aiunt, faciunt vnum corpus, posset Generalis sine culpa ex aliqua magna iusta causa transferre vnum monachum sibi subditum ad aliud monasterium eiusdem ordinis, etiam contra voluntatem suam, & sui monasterij, sicut Generalis Dominicanorum, sed si abique rationabili causa id faceret, posset appellari. Ex quo inferitur, quod si Generalis huius ordinis Minimorum vellet aliquos Gallos transferre ex hoc monasterio in aliud etiam eiusdem ordinis sine iusta culpa, & legitima causa cognitione, possent contradicere, & etiam

a Li. 2. C. quibus res iudic. non nocet.

b Ad 5. & c. Iulianus. & ca. ressit. 11. quest. 3. c In 2. 2. capi. 104. art. 5.

d Ca. non dictu. nu. 62. & latus in c. nullam. n. 51.

e De regular.

f Super c. statuimus. n. 22.

g Cap. scientiam. q. 1.

h Super c. statuimus. n. 22.

Corrector, & conuentus eorum, ne id faceret, & si ad faciendum pergeret, appellaret, adiecta causa appellandi, quod id faceret ad minuendam auctoritatem Correctoris, & conuentus, & ad hoc, vt non inuenirentur idonei Correctores, & fratres ex natione Gallicana ad defendendum priuilegiū prædictum, & vnitatem, & honorē eius monasterij, & Regis, ac regni Galliarū, & totius Gallicæ nationis.

12 AD QUINTAM respondeo, quod communis obseruatiā omnium religionum, quas ego arate mea tractaui, habet, vt prælati immediati conuentuum particularium cum maiore parte eorum recipiāt monachos nouitios, & induant eos habitum religionis, iuxta glossā, quā ibi sequuntur Archidiaconus & Ioānes Andreas, Lapus, Ancharanus, Dominicus, & Philippus Fracus ante quos omnes dicit ibi Ioānes Monachus, quod iure cōmuni creatio monachorum pertinet ad Abbatem, & conuentum: quem etiam ibi sequitur Philippus Probus & etiam prædictus Lapus, dicens per hoc, quod creatio monialium pertinet ad Abbatissā, & conuentū monialium: adeo quod Episcopus, etiam si sit superior earum, nō potest creare, neque præcipere Abbatissā, & conuentui, vt recipiant aliquam monialem: in tantū quod possent appellare ab illo iuste, si id eis præciperet: & idem tenet Calderinus, allegando in id prædictum Ioānem Monachum. Idem tenet Archidiaconus Cardinalis à Turcremata. Pro qua cōclutione optime facit ca. cum Ecclesia Vulterana, quatenus ibi Papa declarat nullam iniuriā fecisse canonicis Episcopo, eo quod noluerit recipere canonicos ab eo solo creatos, ea ratione, quod, qui iure suo vitur, nulli facit iniuriā. Facit etiam, quatenus probat, in ecclesia collegiata electionem prælati ad solum Capitulum pertinere, & ca. i. quatenus habet, alienationem rei Ecclesiæ sine collaudatione Capituli esse irritam, immo & ca. ea noscitur. quatenus habet, præsentationem beneficiarū ad monasterium pertinentem faciendam esse à prælato, & cōuentu ipsius. Omnium tamen firmamentorum neruosisimum est prædictum ca. vlt. quod expressè habet non posse Abbatem creare fratres monachos, sine consensu fratrum. Non obstat quod Panormitanus, sentiat contrariū. Tum quia ait consuetudinem, & priuilegium, si qua sunt, esse in primis obseruanda: & prædictum monasterium Romanum est in possessione seruandi communem opinionem. Tum quia ipsemet Panormitanus tenet, quod hanc creationem debet facere cum consilio conuentus: & quando datur alicui potestas à lege limitando eam à principio, eam exercere debet cum illa limitatione, vt tenet ipsemet Panormitanus quem sequitur ibi Felinus.

13 Tum quia Bartholus communiter receptus tenet, quod non solum est requirendum cōsiliū, sed etiam sequendū illud, quādo est requirendum ab alio tamquam à collega, & à particeps officij: vt in casu proposito lex dat potestatem creandi prælato cum consilio cōuentus, tamquā cum collega, & particeps officij, qualis est in expediēdis omnibus præcipuis secundum omnes: & consequenter etiā Panormitanus tenetur confiteri creationē monachorū iure cōmuni spectare ad prælatū, & conuentū, & quod non potest alter sine alterius cōsensu creare, saltem ad effectū obligandi monasteriū ad illū retinendū, & alendum.

14 Non obstat etiam cōstitutio quadam prædicti ordinis Minimorum, quæ videtur prædictam creationem concedere Vigili, Prouinciali, vel Generali. Tum quia est cōtraria iuri cōmuni, intelligēdo quod soli prælati sine consensu & consilio conuentuum possint eligere: & non potuit collector capitulorū regulā constituere aliquid contra ius commune, iuxta c. quod super his. Tum quia potest intelligi, & verificari in cōuentibus aliis ab hoc Romano, ea ratione, quod hoc nō subest vlli Prouinciali, vt in facto proponitur. Tum quia statuta etiam confirmata à Papa, & consuetudines etiam præscriptæ, sunt intelligenda, vt sint conformia iuri cōmuni, vel quā minimè distent ab eo, & prædicta cōstitutio potest rectè ac planè intelligi, & seruari sine vlla violatione iuris communis, intelligendo, quod prædicti Vigil, Prouincialis, & Generalis possint interesse creationi monachorū cum Correctore, & cōuentu, hoc enim modo intellecta parū contrariatur iuri cōmuni, vt palam est. Tum quia absurdum est, & ideo nō di-

**A** cendum, immo & indecorū ordini adeo Illustrissimo, vt soli Vigiles, vel Prouinciales fortè iuuenes, & non adeo fortè moribus, & prudētia probati, creēt quos, & quot volent monachos in monasterijs, refragantibus, & cōuentibus eorū, in quib⁹ multi senes, & graues, & multi eruditi, sapientes, prudētes, & experti inueniūt, qui longè melius nouerunt quid cōueniat suis cōuentibus augēdis, honorādis, decorādis, & Deo, & populo placidiora faciēdis.

15 AD SEXTAM responderetur, quod non potest Generalis solus recipere pro cōuentualibus & filiis huius monasterij alios monachos etiam eiusdem ordinis in alijs monasterijs professos, nolentibus Correctore, & maiore parte conuentus huius monasterij, vt ex responsione ad quintam quæstionem colligitur, quia nec iure communi, nec speciali præfata cōstitutionis rectè intellecta id facere potest, vt ibidem dictum est.

AD SEPTIMAM colligitur responsio ex responsis ad duas præcedentes, scilicet, quod non potest Generalis amouere, nec transfere monachos Gallicæ nationis in alia monasteria sine iusta causa, vel maxima causa, contra voluntatem eorum, vel Correctoris, & conuentus, & volenti id facere contradicere possent, & appellare, vt diximus supra in responsio ad quartam quæstionem.

AD OCTAVAM etiam colligitur responsio ex responsione ad quartam quæstionem.

**S V M M A R I V M.**

**C** 1 Regulares exempti solemnizantes matrimonia sine licentia parochi, non solum in excommunicationem contra ipsos per clementinam i. priuileg. sed etiam in suspensionem generaliter contra omnes sacerdotes per sacrum Concilium Tridentinum lata. & num. 3.

1 Lex vetus stat, nisi in quantum per nouam ab ea receditur, vel tollitur, vel ei contrariatur.

2 Pœna vni facta imposta per legem antiquā, non tollitur per aliam pœnā eidē factā impostā per legem nouā, nisi aliter appareat mentē legis nouæ fuisse eā tollere, vt præsumitur quando statuentes per statutū aliam imponūt pœnā, & præsertim dum exigunt à potestate, vt imponantur pœnæ statutarie. nu. 4.

5 Pœnæ plures si reperiuntur contra idem statutū delictum, vique si sint imponende, vna tantum, quam index elegerit, est subeunda: at si sint impostæ ipso iure incurrendæ, vtraque incurritur: adeo vt pro eodem factō secundum gloss. duplex incurrat excommunicatio, num. 1.

**CONSILIVM X.**

**Q**uaritur, an pœna excommunicationis ipso iure imposta religioso matrimonium solemnizanti sine licentia parochi per clem. i. fit sublata per pœnam suspensionis introductam per Concilium Tridentinum, cōtra sacerdotem regularem, vel seculares, qui alterius parochi sponso sine illorum parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere ausus sit.

**E** 1 Quæstio hæc materiam habet in multis locis tactam, & in raris, vel forte nullis satis resolutam, videtur tamen negatiuè resoluenda. Primò quidem, quod à lege antiqua non est recedendum, nisi quatenus per nouā reperitur recessum, & prædictum Concilium nullatenus recedit à d. cle. i. Secundò, quod posteriores leges nō tollunt priores, nisi eas expressè tollant, vel eis sint contraria, c. & præd. c. i. non est contra præd. clem. Tertio, quod nouæ actionis inductio non tollit veterē, l. quoties, per quam dixit Imola relatus à Dominico, & quod pœna à vetere lege imposta non tollitur regulariter per alterā pœnā à noua lege impostam. Quarto, quod sentētia excommunicationis lata per Alexandrum, non censetur fuisse sublata, sed potius duplicata per Clementem, vt sentit glossa ipsius, quatenus ait, eiusmodi deferētis arma Sarracenis duplici excommunicatione esse excomunicatos, illa videlicet, quam tulit olim Alexander, & Clemens, ex qua glossa infert Ioānes ab Anania esse verū, quod ait Barthol⁹, videlicet, quod lex noua inducens vnā pœnā, non tollit alteram per veterem impostam: quod etiam Felinus non citato Anania ibidem tenet, & affirmat, limitans hoc non procedere quādo de mente legem nouam ferentis apparet, quod voluit eam tollere, iuxta Dominicum.

2 Quinto, quod nulla verba præd. c. i. significat expressè, nec tacitè voluisse Concilium tollere pœnam impostam

a Le. nū quod absurdum. ff. de bonis lib.

b In cap. de causis de officio deleg.

c In l. omnes populi. ff. de iustitia & iure.

d In repet. di. cap. ita quorumdam de iudicis.

e d. cap. quod olim. ff. de vi bono. rap. pro.

b De priuileg. c. Ca. i. de reformatione. matr. sess. 24.

d Le. precipimus. C. de appell. cum suis concord.

e Cap. i. de cons. lib. 6. ff. de action. & oblig.

g In ca. eos de repon. ordina. lib. 6.

h In cap. ita quorumdam de iudicis.

i In cap. quod olim. de iudicis.

k In verb. sup. penimus.

l In d. cap. ita quorumdam. m Per. d. cap. quod olim.

n In l. i. ff. de vi bono. rap. o In d. ca. eos.

à d. clem. immo sunt cōplura, quæ significant contrarium. In primis quidem, quod præd. clem. contra solos religiosos hoc statuit, illud autem ca. i. etiam contra sacerdotes seculares, contra quos non debuit imponi tanta pœna, quanta contra religiosos. Tum quia maior incōuenientia consequi posset excommunicationem parochorum, & aliorum magnorum plebanorum, quam excommunicationem religiosorum, præsertim simplicium, vt palam est. Tum quia vt plurimū religiosi sunt exempti, & canones grauius puniunt eos in ciuiliu rebus excedentes, quam non exemptos, iuxta Ioānem Monachum & communē, quæ habet pœnam suspensionis illius capit. contra celebrantem coram excommunicato non habere locum, si celebrans non ex exemptus.

4 Non obstant illa multa, quæ post alios adducit Decius, quibus concludit, per statutum ciuitatis, quo imponitur pro aliquo delicto noua pœna, videri tolli pœnam à iure communi impostam: quod etiam multi non satis aduertant, ratio est, quia videtur de mente statuerum esse illud. Tum quia ciuitates, quæ possunt recedere per particularia statuta à iure communi quo ad se, facientes talia, videntur limitare ius commune quo ad se. Tum quia cōmuniter faciunt quod potestates iurent seruare sua statuta, & communiter, quod imponant pœnas ab eis statutas: quia cum possint imponere duas diuersas, censentur tollere pœnam iuris communis.

5 Non obstat etiam dicere, quod tam Bartholus quā Panormitanus & alij vere omnes tenent, quod licet duæ pœnæ sint statuta ab vna, vel à duabus legibus, iudex, qui vna earum reum punierit, nō potest eum alia punire: quia hoc verum est in pœnis, quæ sunt imponendæ à iudice, non autem in his, quæ imponuntur à iure: quia vtraque punitur, vt præd. Anania quem nos iam pridem retulim⁹, & secuti fuim⁹, singulariter colligit ex prædicta glossa, e in hæc ferē verba, Illud Bartholi, scilicet puniunt à iudice pœna vnus legis prioris, vel posterioris, non posse puniri pœna alterius, limitandum est quo ad pœnas per sententiam iudicis inflendas, non quo ad alias ipso iure impostas. Cum ergo tam suspensio prædicti cap. Concilij Tridentini quā prædicta excommunicatio præd. clem. ipso iure incurrantur, nihil inconuenit, vt idem regularis incurrat eas ambas, & c.

**S V M M A R I V M.**

1 Confidentiarum Pij I V. & V. constitutiones odiosæ sunt pœnales, & restringendæ, nec ad pensiones extendendæ. num. 7. modo non dentur in titulum. num. 8.

1 Lex omnis censeri debet odiosa, & restringenda, qua in odium aliorum, vel alicuius rei facta est principaliter, item & facta ad arcendum dolum. nu. 3. sicut & pœnalis vel exorbitans à communibus iuris regulis, num. 4. & nec desinit esse talis, licet minus principaliter respiciat fauorem alicuius. num. 2. & publicam vtilitatem. num. 6. sed si immediatè vel principaliter respiciet publicam vtilitatem, quia tunc esset fauorabilis, num. 6.

4 Exorbitantes sunt constitutiones per Pium I V. & V. contra confidentiaros latae, cum multa à communibus iuris regulis iam circa pœnas, quæ in modum probandi, inducant, & nu. 6.

7 Pensio quadam res temporalis est, & qua in odiosis non venit appellatio beneficii, nisi agatur de illis, quæ dantur in titulum, & impetrabilem. num. 8.

**CONSILIVM XI.**

**A**n Bullæ Pij III. & V. super confidentiis censentur odiosæ, an fauorabiles?

1 Respondeo, quod debent censeri odiosæ, & restringendæ. Primo quidem, quod lex facta in odium aliorum, vel alicuius rei, censenda est odiosa, & restringenda iuxta, l. qui de exceptionem, & qua probat, quod Senatusconsultum ad Macedonium inducit exceptionem pro filiis famias ad arcendum dolum feneratorum, & votum captandæ mortis alienæ, vt habet l. h. est odiosum, & ideo restringendum, adeo vt tutus eius exceptione, si soluat, non repetat, licet regulariter tutus exceptione perpetua repetat solutum, & præfata constitutiones fuerunt late ad excludendum & arcendum dolos, & fraudes, & vota captandæ mortis alienæ, quæ inducebantur per confidentias beneficiales illicitas: & constat præfatas constitutiones fuisse factas principaliter in odium simoniæ, & simoniaco-

a In c. i. cum gloss. verb. ingressum. de priuileg. lib. 6.

b In cap. de causis de officio deleg.

c In l. omnes populi. ff. de iustitia & iure.

d In repet. di. cap. ita quorumdam de iudicis.

e d. cap. quod olim. ff. de vi bono. rap. pro.

g ff. de cond. indeb.

h ff. ad Maced.

i toto tit. de condit. indeb.

rum, & ad exterminandū illam & illos ab Ecclesia, vt colligitur ex bulla Pij III. in multis locis, vt ibi: pactiones illicitæ, & c. quæ verba significant Pium III. motum fuisse ad edendam præfaram cōstitutionem contra confidentiam beneficialem ob odium, quo erat in illam, eo quod esset delictum & crimen dignum, quod odio haberetur, & expelleretur ab Ecclesia tamquam pestis, quæ suo contagio multos inficiebat: quod ipsum etiam colligitur ex cōstitutione Pij V. ex illis verbis proæmij, quibus clare ait Pius III. tulisse, cōstitutionem contra confidentiam beneficialem, ad tollendam fiducialem mancipationis beneficiorum ecclesiasticorum corruptelam. Per quæ verba clarè significatur, causam finalem, ob quam Pius III. fecit illam cōstitutionem, fuisse sublationem illius pestilentis confidentiæ, cum sint verba proæmij, ex quo solet colligi causa principalis dispositionis. Idipsum colligitur ex eadem constit. Pij V. ibi: multorum peruersitas, & c. Per quæ omnia coniuncta colligitur, & probatur, causam principalem, ob quam motus fuit Pius V. ad muniendam cōstitutionem Pij III. & augēdam pœnas eius, fuisse odium intentum, quo erat in crimen præfate pestilentis confidentiæ: & consequenter vtraque cōstitutio fuit facta in odium præfati criminis: cui consequens est illas esse de numero exoratum.

2 Secundo, quod etiam cōstitutio, quæ partim est fauorabilis, & partim odiosa, debet reputari odiosa, si principaliter est facta in odium, licet minus principaliter respiciat fauorē alicuius, & notant Dominicus & Francus. At negari non potest præfatas constitutiones saltem principaliter factas esse propter odium, per deducta in præcedenti argumento, ergo odiosæ censendæ sunt.

3 Tertio, quod lex disponens aliquid ad arcendū & euitandum dolum, & malitiam, censetur odiosa, vt ait Baldus communiter receptus, dicens, quod si ratio legis consistit in præsumptione doli, censetur odiosa.

4 Quarto, quod iura pœnalia sunt odiosa & restringendæ. At prædictæ constitutiones non solum sunt pœnales, sed etiam pœnalisimæ: ergo odiosæ, & restringendæ.

Quinto, quod iura, quæ exorbitant à iure communi & regulari, odiosa sunt, & restringendæ. At prædictæ constitutiones exorbitant à iure communi inducendo pœnas irregulares, & nouas probationes, & præsumptiones contra regulas iuris communis, puta per testes singulares, & aliās inhabiles, & quod intentio etiam vnus intendens confidentiam sufficiat, & alia multa adeo dura, quod vix vniquam omnia vsu recipiuntur: ergo odiosæ, & restringendæ censeri debent.

5 Sextò, quod non obstat dicere, quod prædictæ constitutiones respiciūt vtilitatem publicam animarum, ne scilicet peccatis inficiantur. Tum quia non sufficit ad hoc, vt lex sit fauorabilis, quod quomodocumque respiciat vtilitatem publicā: nam si hoc sufficeret, omnis lex, etiam Macedoniāna, esset fauorabilis, quia omnis lex aliquo modo respicit vtilitatem publicam, quod colligitur ex definitione eius, & dum ait vnā conditionem legis iustæ esse, quod nullo priuato cōmodo, sed cōmuni ciuium vtilitate fiat: quod tamen secūdum omnes est falsum. Tum quia secundum Fortunium, omnes leges etiam ciuiles fiunt ad querendum felicitatem æternam, quæ est omnium vtilitatum publicarū & priuatarum maxima, & suprema: & ita nulla lex etiam secularis dici posset odiosa, quod est falsum secundum omnes. Et si replicetur, quod nos cum communi recedimus à sentētia Fortunij. Respondeo quod nos cum communi sequimur glossam solennem, quæ habet leges canonicas factas esse ad finem querēdi felicitatem æternam: & ita sequeretur saltē, quod nulla lex canonica esset odiosa, si sufficeret ad hoc, vt esset fauorabilis, quod fieret quomodocumque propter vtilitatem publicam: quod est falsum secundum omnes. Tum quia nulla lex iusta est adeo pœnalis, & exorbitans à iure communi, quæ non sit facta aliquo modo ob vtilitatem publicam: & si hoc sufficeret ad hoc vt esset fauorabilis, & extenderetur, vanè & inutiliter omnes Iuriconsulti dicerent in mille locis esse aliquā legem saltem canonicam odiosam, & restringendam.

6 Tum denique quod tunc demum lex dicitur fauorabilis, eo respectu quo respicit vtilitatem publicam, quando respicit illam immediatè vel principaliter, & non

a In final. ff. de hered. insti. cap. quia propter de elect.

b Arg. l. quæritur. ff. de statu hom.

c In d. c. sciāt cūcti. de elect. lib. 6.

d In l. penult. n. s. C. de pænis.

e Cap. pœna. de pœnis. dist. 1. de interpretatione. ff. de pœnis. c. in pœnis. de regul. iuris. lib. 6.

f Cap. quæ iure. de reg. iur. lib. 6. cum concordant. à gloss. cit.

g In cap. erit autem. 4. di. h In l. de vlt. sine in princ.

i In commēt. ca. inter verba. 11. que. 3. concl. 5. & in cap. cum minister. 23. que. 5. num. 29.

k In cap. cum contingat. de iur. iuran.

a Ca. fina. de reg. li. 6. verbo perinasas.

b Alleg. 32.

c Conf. 10. tit. de regul. d. Et etiam in cōf. 3. de sent. excomm.

e In cap. fin. 16. que. 7. f. De elect.

g Cap. i. de elect.

h De hū quæ sunt à prælati.

i Eod. tit.

k 10. que. 7.

l In d. ca. cum Ecclesia Vulterana.

m In cap. ex parte. de cons. tit. num. 5. n. In lib. 11. §. ff. plures. nu. 7. de exercit. officio.

o De maior. & obed.

p Ca. cum dilectus. de consuetud.



a In l. si quis nec causam ff. de reb. credit.  
 b L. e. l. ca. ff. si certis petatur.  
 c In ca. de cetero de homi.  
 d L. 4. §. quoties ff. de dam. no. in fec.  
 e §. penul. de elect. lib. 6.  
 f Ca. odia. de regul. iuris. li. 6.  
 g Ca. dilectio. de prabend.  
 h Ca. nonne. de presump. l. cum prator. ff. de indic.  
 i In d. reg. qu. 10.  
 k In regu. de anna. qu. 22.  
 l Cap. cōque- rente. & cap. sin. de cleric. non residens. m In ca. Aga thoja. 63. dist.

quando secundario, & per quamdam consecutionem: eo quod plus respici debet id, quod principaliter agitur, quā quod secundario, & quod dispositio potentius influit in immediata & propinqua, quam in remota, iuxta illud, *Quae in continenti sunt, inesse videntur*, & quod non fit quis irregularis, propterea quod det causam remotam homicidij, iuxta glossam singularem, & alia multa. Quibus est consequens, praedictas constitutiones, & alias multas pœnales non ideo debere dici fauorabiles, quod secundario, & minus principaliter inducant utilitatem publicam, vel priuatam, sed quando sunt immediatè & principaliter ad illam inducendam. Cùm ergo praedictae constitutiones immediatè & principaliter sint factae ad tollendas fraudes, dolos, & crimen odio dignissimum, & inducant pœnas grauiissimas, & multa exorbitantia à iure communi regulari propter odium confidentiae pestilentis beneficialis, cenferi debent odiosa & restringenda: quamuis per quamdam consequentiam & secundario respiciant utilitatem publicam, & priuatam, quae consistit in obseruandis legibus diuinis & humanis.

7 An autem casus de eo, qui per confidentiam transtulit pensionem in alium, comprehendatur in prohibitione pœnali, & odiosa, dicitur quod non. Tum quia nullum verbum illarum loquitur de translatione pensionis: & dispositio non conuenit ei, cui verba non conueniunt, & ibi Bartholus communiter receptus id adnotauit, & capit. *indemnitatibus*, e quod ad hoc multi graues auctores commendauerunt. Tum quia constitutio odiosa non debet extendi, sed restringi, f & praedicta bullè continent odiosam, & pœnalem dispensationem, vt supra probatum est. Tum quia nō est tanta ratio puniendi transferentem cum confidentia pensionem, quae est quaedam res temporalis, vt dixi in alio consilio quarta est puniendi conferentem, vel accipientem cum eadem confidentia beneficium, quod est spirituale, s vt palam est: & ita licet essent constitutiones fauorabiles, non possent ad hunc casum extendi. Tum quia, qui de duobus propositis dicit aliquid de vno, videtur illud negare de altero, h & praedictae constitutiones puniunt expresse confidentiam beneficiale, & non translationem confidentialem pensionis. Nec prodest aduersantia, dicere, quod auctoribus earum non venit in mentem pensio: quia immo expresse meminerunt de illa, dicentes, *quod eius constitutio non valet, quando fundatur in renunciatione. vel collatione confidentiali beneficij*.

8 Tum denique quod pensio non est beneficium: vnde regula de infirmo resignante beneficium, non habet locum in transferente pensionem, vt late tradit Gomefius, i neque regula de annali possessore, vt ipsemet tradit, k & merito, quia illa non est spiritualis, neque obligat ad dicendas horas canonicas, neque habet perpetuum durationem, neque requirit residendum, quam beneficia omnia requirunt de iure communi, l & potest renunciari & remitti gratuito sine vilo superioris auctoritate, iuxta Cardinalem Alexandrinum communiter receptum, m immo & consuevit redimi pecunia cum Papa auctoritate, cum qua tamen numquam audiui redimi pecunia vllum beneficium, nec magnum, nec paruum: & propter alia, per quae plerique omnes tenent hoc pro indubitato, quāuis paucorum libantes essentias beneficij & pensionis in contrarium leuissimè hallucinati sint, & potest eorum dictum procedere in pensione, quae datur in titulū vacabile, & impetrabile, qualis non est haec de qua loquimur. Salua, &c.

DE RESCRIPTIS.  
 S V M M A R I V M.

- 1 Rescriptis ad lites & beneficia simplex sine dolo facta subreptio non obstat quo ad ea quae etiam sine ea concessa fuissent, priuilegijs autem sic obtentis obstat.
- 1 Indulgentiarum concessio est restringenda.
- 2 Indulgentia indefinite concessa vt liberetur anima à pœnis purgatorij, non statim sequitur vt sit concessa plena, plenaria, vel plenissima, per quam anima ab omnibus pœnis purgatorij liberatur.

CONSILIVM I.

AN gratia de altari priuilegiato à Papa facta Ecclesiae N. ad petitionem eius dicentis, quod erant in ea

20. sacerdotes, valeat, si non sint plures, quā 16. sacerdotes. 1 Respondeo videri mihi praedictam gratiam reformandam. Tum propter eorum opinionem, qui referente Felino, a tenent differentiam esse magnam inter literas ad lites & beneficia, & inter literas puri priuilegij: eo quod in illis non obstat subreptio simplex sine dolo facta quo ad ea, quae fuissent concessa, etiam subreptio non fuisset commissa, in literis autem priuilegij sic. Tum quia concessio indulgentiarum est restringenda, iuxta glossam regulae Cancellariae. Tum quia etiam praedicta gratia non esset reformanda ob praedicta, videretur reformanda, eo quod non exprimitur in ea quantitas indulgentiarum, nec quantitas pœnarum, à quibus liberabit illa indulgentia ob Missam in praedicto altari dicendam: solum enim conceditur in ea indefinitè indulgentia, vt liberetur anima, pro qua dicitur, indefinitè à pœnis purgatorij, & non ab omnibus: & non omnis indulgentia liberat ab omnibus pœnis purgatorij, vt palam est, sed tantum plena, plenaria, vel plenissima: & multa indulgentia non plenaria conceduntur pro liberatione animarum à pœnis purgatorij indefinitè. Quare reformanda videtur, ita vt dicat, plenè liberetur, vel quod ab omnibus pœnis, quas patitur, liberetur. Nulla enim Missa, etiam non priuilegiata, est, per quam ex opere operato non minuatur aliquo modo pœna purgatorij, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Rescriptum restitutionis in integrum sine mandato impetrari non potest, nec ad lites. ad gratiosum, vt dispensationis, potest, num. 2. impetrationis beneficij, immunitatis, & priuilegij, restitutionis relegati, num. 3. & 4.
- 1 Beneficium alieno nomine acceptari non potest sine speciali mandato, impetrari vero alteri, etiam sine omni mandato, ac ignorantia, & absentia potest, num. 3.
- 2 Concessum in materia permissua ceterum, quod nō prohibetur.
- 4 Mandatum nec ad priuilegia, nec ad restitutionem impetrandam requiritur.

CONSILIVM II.

AN dispensatio possit impetrari sine speciali mandato? Pro parte negante videtur casus, in cap. *innotuit*, b quem in hoc commendat Panormitanus ibidem. & Corsetus, c appellat ad hoc esse vnicum, & solitarium in iure: & antea idem tenuit Hostiensis, quem ibi sequitur Abbas, d & facit l. *illud*, e quatenus habet necessarium esse speciale mādatum ad restitutionem in integrum petendam. Facit etiam cap. *nonnulli*, f quatenus habet, non posse impetrari rescriptum sine speciali mādato. & Rota, in tit. *de rescriptis*, g habet, quod procurator generalis, vel coniuncta persona non potest acceptare beneficium sine speciali mandato.

2 Sed contrarium est tenendum. Tum quia nulla lege id cauetur, & ita non est dicendum, h praesertim ad inducendam prohibitionem, & obligationem in materia permissua, in qua videtur concessum, quod non inuenitur prohibitum, i & resoluti glossa. k Tum quia praedictum capit. *innotuit*, l non probat id quod Abbas & communis aiunt, quia non loquitur de speciali mandato eius, pro quo erat impetranda dispensatio, sed de mandato Capituli. Immo neruosè vrget pro hac parte, quatenus significat, sufficere speciale mandatum Capituli ad impetrandam dispensationem, pro eo qui fuerat electus. Tum quia sunt duae glossae receptissimae, altera in cap. *ad aures*, quam Abbas, Decius, & communis laudant, & altera in dicto cap. *nulli*, m prope finem glossae magna laudata per Abbatem, Felinum & omnes ibidem, n quatenus habent non requiri vllum mandatum ad impetrandum beneficium Ecclesiasticum alij, quas Imola & Felinus, o dicunt facto seruari, quod & omnes curiales seruant.

3 Tum quia collatio beneficij facta à superiore absentia & ignorantia sine vlla eius vel alterius petitione valet. p Tum quia praefatae glossae procedunt in impetratione priuilegiorum, & immunitatum, vt Felinus ibi post Romanum asserit, reddens rationem quare aliud seruatur in impetrando rescripto ad lites, & aliud in impetrando rescripto gratioso.

a In ca. super literis. nu. 3. de rescriptis.  
 b De electio. sub fin.  
 c In sing. ver. bo mandati.  
 d In ca. iurata. de rescriptis. in integrum. c. §. si talis. ff. de minorib. §. sunt & alij. de rescriptis. g decis. 60. in antiquis.  
 h Cap. legatur 2. q. 2. §. consideremus. auct. de tri. & sem. collat. 3. i Cap. consulti. 2. q. 5. k Ca. 2. verb. inuenitur. de translatione pralat. l De electio.  
 m §. sunt & alij.  
 n De rescript. o Ibidem col. lum. 9.  
 p Capi. accedens. de prab. & cap. si ubi absentis. eodē tit. lib. 6.

a In l. fin. ff. de constitur. princip. & in l. qui absentis. ff. de acquir. possid.  
 b In cap. 2. de constitur. & in dicto ca. si ubi absentis. de prabend. li. 6. c ff. de reb. dubijs.  
 d In dicto ca. ad aures.  
 e In 4. col. de rescript.  
 f lbi. 4. no. tab.  
 g Arg. c. 1. & ibi gloss. de offic. deleg.  
 h De electio.  
 i In singul. verb. mandato. k l. 2. ff. de iuris. om. iudic. c praeterea. de offic. deleg.  
 l In ca. si quis in clero. 7. qu. 1. & ca. quia in transitu de prabend.  
 m Argu. cap. translato. de constit. cap. si quis abiecerit. 2. qu. 3. n In ca. ad aures. & c. nulli. §. sunt & alij. de rescriptis.

4 Faciunt etiam ea, quae tradunt Bartholus & alij a Doctores, b dum tractant, an beneficium, dispensatio, seu priuilegium à principe alicui ignorantia concessum, à tempore concessiois, vt scientia fortiri debeat effectum: non enim hoc in dubium Doctores verteret, nisi dispensationem, beneficium, seu priuilegium ab amico, vel quocumque alio impetrari posse pro certo tenerent: facit, quia ad impetrandam à principe relegati restitutionem nulla specialis exigitur commissio: textus est valde singularis in l. *quidam relegatus*, c quem extollit Baldus, d & ibi Siculus, e per quem textum Socinas dixit, f *quod beneficium, quo nihil de nouo confertur, sed tantum impedimentum tollitur, & in pristinum statum reducitur, acquiritur ignorantia.*

S V M M A R I V M.

- 1 Dispensatio licet sit stricti iuris, ad annexum & inseparabile extenditur.
- 2 Dispensatio ab vno coniugum alio ignorante impetrata vtrique prodest.
- 3 Dispensatio absque mandato impetrari potest.

CONSILIVM III.

QVARIUR, an dispensatio impetrata ab vno coniugum super impedimento matrimonij, quod est inter ipsum, & aliam certam personam, profit vtrique.

1 Pro parte negante facit, quod dispensatio strictè interpretanda est secundum omnes, & consequenter non est extendenda de vna persona ad aliam. s Secundò, quod non potest impetrari dispensatio sine mandato, vt videtur probare cap. *innotuit*, h ad quod illum textum tenendum esse mente, dicit ibi Panormitanus & commendat multum Corsetus, i.

2 Sed pars affirmatiua tenenda est. Tum quia qui vult vnum, videtur velle id quod necessario sequitur ex illo. k At dispensatio concessa vni personae ad contrahendum cum alia nihil valerit, nisi extenderetur ad illam, vt palam est. Tum quia dispensatio extenditur ad id quod est necessario annexum illi, iuxta glossam notabilem. l At dispensatio vnus ad contrahendum cum alia est annexa dispensationi illius ad contrahendum cum eo, ergo, & c. Tum quia passim contingit, vt altera persona contrahentium sciat ante contractum, vel resciat postea altera ignorante impedimento: & saepe multis de causis conuenit, vt non reueletur dispensatio, neque impedimentum, super quo illa fit parti ignorantia, per ea quae scribimus in c. 22. nu. 70. Manual. confess. Tum denique quia cum Papa dispensat cum altera persona contrahentium, intendit dispensare cum vtroque, m quia illae dispensationes sunt inseparabiles. 3 Ad primum oppositum responderetur per argumenta pro secunda parte allata. Ad secundum responderetur negando, quod dispensationis impetratio requirat mandatum, vt tenet glossa, n nec contrarium probat cap. *innotuit*. si satis ponderetur. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Agere in iudicio contra alium sine mandato nemo potest, nisi saltem praestet cautionem. num. 8.
- 2 Rescriptum pro alio sine mandato impetrari non potest, & hoc procedit in rescripto ad lites, num. 9. modo non sit coniunctus coniunctione carnali, num. 2. nec ex certa scientia Papae, num. 6. nec eius motu proprio concessum. Immo hodie in Curia non admittitur haec exceptio. num. 9.
- 4 Rescriptum gratiosum potest sine mandato impetrari, vt beneficiorum, priuilegiorum, immunitatum impetratio, & super restitutione ad famam, nu. 6. item & dispensatio, vt attestatur etiam stylus, num. 7. licet Panorm. & Corsetus videantur contrarium sensisse. num. 3. & 7.

CONSILIVM IV.

REGULARIS, cum pro sua religione procuratoris in Curia officium ageret, & suum monasterium inquietaret frequentius pro certa impositione, seu talea, absque monasterij mandato immunitatem seu priuilegium cum certa moderatiōe à Summo Pontifice impetrauit. Dubitatur an gratia sic sine speciali mandato concessa teneat. 1 Pro parte negante facit primo, quod regulariter nemo agit pro alio sine mandato eius legitimo. o Secun-

dò, quod rescriptum impetratum pro alio sine ipsius mandato non valet, a vel saltem est elidibile per exceptionem. b 2 Tertiò, quod praedictus §. *sunt & alij*, quatenus habet coniunctam personam posse impetrare pro alia persona sibi coniuncta, solum procedit in persona coniuncta carnali coniunctione, & non coniuncta spirituali tantum, iuxta glossam notabilem, c quam Panormitanus, & communiter omnes sequuntur ibi, & multi alij alibi, quos congerit Felinus, d & ita licet praedictus religiosus esset coniuncta persona spiritualiter aliorum religiosorum eiusdem ordinis, non tamen videtur potuisse impetrare ea, quae obtinuit pro illis.

3 Quarto, quod non potest quis impetrare pro alio dispensationem sine ipsius mandato speciali, vt videtur expressum in cap. *innotuit*, e quod ad hoc putat esse singulare Panormitanus, f & Antonius Corsetus, g.

Quibus non obstantibus, pars affirmatiua tenenda est, nempe quod est valida, & firma. Tum per l. *vnuerfis*, h quatenus habet non referre à quo sit impetratum, modo à principe sit concessum, secundum Baldum ibi communiter receptum. Tum quia per praedictam l. *vnuerfis*, determinat Bartholus in ea, quod quando reformatio fit in Concilio, non refert, an ille, qui fecit propositum, esset infamis, necne, postquam apparet de consensu populi: quem referant, & sequuntur Paulus à Castr. & D. Alexander, i quod rursus probat Iason, k.

4 Tum quia impetratio beneficiorum potest fieri pro aliquo sine mandato eius, vt est casus in ca. *ex ore*, vbi Panormitanus communiter receptus, l & duae glossae putat singulares, m quod ipsum est dicendum de impetratore priuilegiorum, & immunitatum secundum Ludouicum Romanum, quem refert, & sequitur Felinus, n.

5 Quinimmo idem dicendum est de omnibus literis gratia, quae non dantur ad lites, vt definit Rebuffus, o Tum quia coniunctus pro coniuncta persona potest impetrare etiā rescriptum ad lites, vt habetur in dicto §. *sunt & alij*, & praedictus religiosus est coniuncta persona spirituali coniunctione praedicto monasterio, ordini, & fratribus eorum. Et quamuis ad hoc responderi possit, quod supra allatum est in tercio argumento pro contraria parte, attamen in nostro casu vltra coniunctionem spiritualement interuenit mandatum monasterij, & multa litera multorum fratrum eiusdem ordinis, & quod agebatur de interesse eiusdem religiosi impetrantis, & de utilitate publica religionis, quae omnia coniuncta possent multum in hoc operari.

6 Tum quia litera ad restituendum aliquem ad famam possunt impetrari sine mandato, secundum Baldum receptum, p quem refert, & sequitur Felinus, q Tum quia rescriptum etiam ad lites ex certa scientia Papae datum ad petitionem eius, quem nouit non habere mandatum, est validum, & firmum per haec iura, r & alia, quae tradit post alios Felinus, s & in specie de rescripto impetrato sine mandato determinat idem Felinus, t Et in casu nostro Sanctissimus D. N. nouit praedictum religiosum non habuisse aliud mandatum totius ordinis, quā illud, quod tacite colligi posset ex scripturis plurimis, quas ante suam Sanctitatem ipse praesentauit.

7 Tum quia iam parum curatur de exceptione defectus mandati ad impetrandum rescripta etiam ad lites, de quo in dicto §. *sunt & alij*, adeo quidem, quod praedictus Petrus Rebuffus, v dixit se numquam vidisse illum in regno opponi, nec nos vidimus vnumquam in Vrbe obici post impetrationem factam. Tum quia etiam dispensatio potest ab alio pro alio sine mandato impetrari per textum in hoc mihi singularem, x quatenus irrefragabiliter probat potuisse Capitulum Vigoriense petere legitimationem pro illo, quem elegerat: quae ratione iure quis miretur contraria parte, & magis Antonium Corsetum commendantem ob hoc Panormitanum, y praesertim cum quotidie videamus in Curia innumeras dispensationes impetrari pro absentibus sine vllis illorum mandatis. Tum denique, quod Sanctiss. D. N. omnia ea, quae fecit, ordinauit, & concessit

a Ca. nonnulli. §. sunt & alij. & c. ex parte decani. de rescriptis.  
 b Dist. ca. nonnulli. §. sunt & alij.  
 c In cap. cum M. de constit. verbo socijs. d Num. 11.  
 e De electio. f lbi. & in ca. substituta. de rescriptis. in integ.  
 g In sing. verb. bo mandati.  
 h C. de precibus imper. offerend.  
 i In libr. 1. in princ. ff. ad legem Iuliam.  
 k In dicto libr. vnuerfis.  
 l De his quae sunt à maiori parte capi. m In capi. ad aures. & in c. nonnulli. §. sunt & alij. de rescriptis.  
 n Dist. §. sunt & alij. nu. 10. o In praxi. beneficij in tit. de differentijs inter rescripta. gratia. & istitia.  
 p In li. 1. C. de prec. imper. offer.  
 q In di. §. sunt & alij. nu. 50. r Le. idem vlpianus. ff. de excus. tutorum. §. l. quidam consulēbat. §. 1. ff. de re iud.  
 s In cap. cum inter de exceptio.  
 t In di. §. sunt & alij. nu. 51. v Vbi supra.  
 x In ca. innotuit. de electio.  
 y In sing. verbo mandati.

& concessit in vtilitatem & decorem sui ordinis, concessit proprio morti, & de certa scientia, vt suis literis testatur: & palam est suam Sanctitatem potuisse illam illa facere, & concedere sine vllius instantia, & petitione.

8 Ad prius oppositum respondeo primò, concedendo neminem regulariter posse litigare in iudicio contra alium, non præstando saltem cautionem de rato, negando tamen, quòd non possit quis agere alterius negotia sine mandato eius, vt palam probat toti tituli de negot. gest. Respondet secundò, negando etiam, quòd in casu proposito agatur de admittendo, vel non admittendo aliquo ad impetrandum aliquid ad litigandum pro alio sine mandato, quia solum agitur de impetratione gratiarum reformationis, & id generis aliorum. Tertio respondeo, quòd non tantum agitur de valore impetratorum, quantum de valore factorum, & concessorum à principe motu proprio, & ex certa scientia, ac de plenitudine potestatis, vt patet ex ipsis literis, quæ per supradicta valent, non obstante defectu personæ impetrantis.

Ad posterius oppositum respondeo primò, quòd ille §. sunt & alij, facit primum pro nostra parte per locum à speciali, quatenus per eum ob aliquas rationes speciales statuitur. ne alius pro alio rescripta ad lites impetret. ergo regulariter potest quis alij pro alio impetrare. Secundò, quòd ille §. non habet locum in rescriptis motu proprio, & ex certa scientia concessis, vt prædictum est, & de his quaritur in casu proposito. Tertio, quòd tatum loquitur de rescripto ad lites exercendas, de quo non agimus. Quarto, quòd ille §. non procedit in Curia, quæ regulariter non admittit huiusmodi exceptionem, præsertim in rescriptis Rotæ Auditoribus directis, vt Felinus qui fuit Auditor Rotæ, ibidem adnotat: & in casu agitur de actis in Curia.

9 Quare proculdubio hæc pars est tenenda, & fouenda in gloriam Dei, qui nos omnes seruet, & foueat. Amen. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Licentia assumendi ordines nec morte, nec translatione concedentis expirat.

CONSILIVM V.

NOBT INVIT à suo Episcopo dimissorias, vt possit fer à quocumque Catholico antistite ad quoscumque etiã sacros, & presbyterij ordines promoueri. Deinde, antequam ordinaretur, prædictus suus Episcopus vita functus est. Quaritur an virtute illarum dimissoriarum ordinari possit.

1 Ad hanc quæstionem respondeo affirmatiuè, quòd sic, quia huiusmodi dimissoria concessa ab Episcopo non moritur, nec desinit valere mortuo, vel semoto sine traslado Episcopo eam concedente, vt tradit Cardinalis, & cuius dictum multis fundamentis confirmauimus nos alibi, & secundum quod etiam aliàs sape respondimus.

S V M M A R I V M.

1 Dispensatus vt non obstante occulto sub diaconatu possit in genere vxorem ducere, impetrando postea vt possit ducere asfinem, nõ tenetur de prima dispensatione mentionem facere.

2 Plures qui paritur defectus, potest super singulis, nisi aliud reperiatur in iure cautum, separatas impetrare dispensationes, absque eo quod in vna de altera mentionem faciat, nisi dicti defectus se contingerent, & alterum ex altero augeatur.

CONSILIVM VI.

SUBDIACONS occultus, & male ordinatus impetravit à Papa dispensationem, vt possit vxorem ducere: deinde, nulla de huiusmodi dispensatione mentionem facta, impetravit, vt asfinem ducere posset. Dubitatum fuit, an posterior dispensatio valeret, tacita priore.

2 Respondetur, quòd quamuis indulgentia secundi homicidij non valeat, nõ facta mentione de indulgentia prioris, secundum Guilielmum de Cuno, f relatum per Baldum ibidem, & quamuis dispensatio super pluralitate concessa illegitimo non valeat, non facta mentione de priore dispensatione, qua factus est habilis ad vnum, & tamen cum id ideo procedat, quia lex illa 2. requirit ex-

a Arg. c. cuncta. per mundum. 9. qu. 1. de consuet. & ca. proposuit. de concess. præbend. ff. & c.

c Ca. præsentis. §. loca. ad iuncta glossa. verbo specia. liter. de præb. lib. 6.

d In dem. fin. de elect. qu. 5.

e In cap. ple. cui. de penit. dist. 6.

f Leg. 2. c. de episc. audien.

g Ca. 2. de filij. presb. lib. 6.

presionem iterationis, siue geminationis delicti, & illud ca. 2. a requirit illo casu illam mentionem ex ratione specialitatis, quod illa dispensationes se contingunt, & sunt quasi circa idem: & tacitum auget delictum, vel defectum expressum, super quo dispensatur, sequitur vt si secunda dispensatio non sit circa idem, videatur non esse necessaria mentio prioris: & ita gratia facta de pœna adulterij non requirit mentionem de gratia pœnæ, periuurij, lufus, vel homicidij, nec gratia pluralitatis beneficiorum facta illegitimo requirit mentionem gratiæ factæ ei de non ieiunando certis diebus, vel non soluendo pœnam periuurij. Ex quo fit, vt similiter gratia ducendi vxorẽ facta subdiacono occulto, & male ordinato, non vitietur eo quòd tacuit, præsertim sine dolo, quòd erat affinis vxoris, nec secunda gratia postea impetrata super affinitate, non facta mentione de dispensatione super ordine, quia sunt res separatae, nec vna auget alteram, ideo nullo iure videtur requiri mentio alterius in altera.

S V M M A R I V M.

1 Facultas edendi carnes in diebus ieiuniorum dicenti se nobilem, & infirmum, valet, licet non sit nobilis.

1 Copulatiuè etsi narrentur multe cause in libello, commissione, vel priuilegio, que omnes ad effectum qui queritur non sunt de iure necessarie, satis est vt vna verificetur sufficiens ad dictum effectum producendum.

CONSILIVM VII.

UTRUM dispensatio de comedendo carnes diebus ieiuniorum, cum adiectione, extra Quadragesimam, & de consilio vtriusque medici, dicenti se nobilem, & infirmum, valeat, esto quòd non sit nobilis?

1 Respondetur primò, quòd facile quis posset defendere non valere. b Secundò, quòd defendi potest quòd valeat, saltem de æquitate. Tum quòd S. Sanctitas omnibus petentibus, cuiuscumque conditionis sint, videtur concedere illam cum prædictis conditionibus. Tum quòd clausula illa, de consilio vtriusque medici, non potest verificari per notabilitatem, sed tantum per solam infirmitatem. Tum quòd quando in aliquo libello, commissione, vel priuilegio ponuntur multe cause, etiam copulatiuè, quæ omnes non sunt de iure necessariae ad operandum aliquem effectum, sufficit vt vna illarum, quæ illum operari potest, sit vera, iuxta glossam, & ea quæ latissime adducit Felinus super ea. c At constat, quòd sola causa infirmitatis in casu proposito sufficiebat ad obtinendum hoc priuilegium, ergo, &c.

S V M M A R I V M.

1 Subreptio per falsi expressionem gratiam annullat quo ad illam partem, cuius fuit causa, & num. 3.

2 Exemptio per quasi possessionem 40. annorum prescribitur.

4 Religiosi ac eorum Abbates iure communi Episcopo subiacent, licet postea acciderit, quod religiones fuerunt exemptæ. num. 5.

5 Religionis alicuius approbatio, seu erectio non debet censeri subreptitia ob leuem aliquam falsitatem sine dolo expressam.

CONSILIVM VIII.

AN GRATIA Pij V. qua congregationem secularium clericorum, & laicorum, ad educandos & regendos orphanos institutam, fecit regularem sub regula sancti Augustini, sit subreptitia, & nulla, ita quòd professiones factæ sint nullæ, propterea quòd in bulla dictæ gratiæ narratur prædictam cõgregationem exemptam fuisse à Paulo III. à iurisdictione ordinariorum, quòd tamen non inuenitur in eius bulla.

1 Et pro parte quidem affirmante facit, quòd subreptio præsertim illa quæ fit per expressionem falsi, vitiat gratiam in totum, d quia mendax preceptor debet carere impetratione, immo & puniri. e At Pius V. in sua bulla, quam non motu proprio, sed ad supplicationem præfate congregationis concessit, habet Paulum III. exemptis eam à iurisdictione, & auctoritate ordinarij, quòd tamen videtur falsum, quoniam Paulus III. non exemptit eam à tali iurisdictione, vt patet ex contextu bullæ ipsius.

2 Pro parte autem negante facit primò, quòd non con-

a 2. de filij. presb.

b Arg. ca. super literis. de rescript. & l. est legib. c. si contra ius, vel vtilis. public.

c In cap. 2. de rescript. a. nu. 22.

d Cap. super literis. de rescript. c. Cap. est legib. 25. qu. 2.

cluditur prædictam congregationem non fuisse exemptam à Paulo III. Leo quòd in prædicta bulla eius non continetur: quia potuisset exemptis per aliam: & non probatur nõ esse, quòd contingit abesse. a

3 Secundò, quòd prædicta congregatio videtur mansisse in quasi possessione exemptionis per quadraginta, & amplius annos, & sic eam quasiuissse. b Tertio, quòd subreptio non vitiat gratiam, nisi quo ad illud, cuius causa fuit: & gratia potest esse subreptitia quo ad aliquid, & valida quo ad aliud, c vt tradit Nicolaus Millis, d Pan. & omnes, e At prædicta expressio falsa exemptionis non videtur fuisse causa, vt Pius V. faceret eam de seculari regulari, quoniam communi iure antiquo, & ordinario tam monachi religiosi, quàm Abbates eorum subiacent Episcopis, f licet non possent ab ordinariis inquirari super quibusdam, de quibus ibi latè, præsertim cap. quam sit necessarium & ita posset dici, quòd prædicta congregatio est quidem religiosa, & regularis sub regula sancti Augustini, qua à Sede Apostolica approbata est, & clerici, & alia personæ professæ in ea, religiosi, & regulares ipsius congregationis religiosi, siue illa, vel illi sint exempti, siue non.

5 Quarto durum videtur concedere prædictos presbyteros, qui expressè etiam tria substantiaia vota religionis emiserunt sub regula tam approbata, in congregatione adeo graui, magnæ, vtili, & sanctæ, posse ad statutum facultarem redire absque Sedis Apostolicæ facultate, ea sola occasione, quòd non sint exempti: & dictum fuerat in bulla Pij, quòd erant exempti sine dolo, & malitia ipsius, quibus non est credendus vltus esse Pius ille, neque congregatio prædicta ab huiusmodi vitij aliena, maxime cum, vt prædictum, exemptio per accidens conueniat religioni, immo à principio, quando illa magis nitetur, non erat exempta. Quintò, quòd omnes rationes, quibus prædictus Pius motus fuit ad faciendam prædictam congregationem regularem, & ad constituendum, vt eius personæ profiterentur expressè, & non esset locus professioni tacita, ita persuasum illi sine exemptione, ac cum exemptione: ergo exemptio non fuit causa, vt prædicta institueret, cum ex zelo, & moribus eius, & rationibus ab eo expressis satis colligatur, quòd æquè facillè instituisset, & constituisset eadem in vno casu, ac altero. Per quæ omnia credo non facillè persuasum iri S. D. N. vt prædictis presbyteris, quam pretendunt, libertatem permittat, cuius tamen summa auctoritati cum summa eruditione, summâque iustitia, & religione coniuncte prædicta, & alia omnia, meque ipsum humillime submitto.

S V M M A R I V M.

1 Subreptitius est, qui impetrans à Papa secundum beneficium, bona fide, & per simplicitatem tacuit priuilegium, ex eo quòd intendebat illud statim relinquere.

2 Ignorantia facti excusat, sed non iuris, præsertim clari, & quæuis excusaret à peccato, non tamen sufficit ad sanandum subreptionem nisi. 3.

CONSILIVM IX.

AN impetrans beneficium à Papa, tacito alio, quòd obrinebat, eò quò volebat statim illud relinquere, credens bona fide, quòd non tenebatur ad illud exprimentum, excusetur in foro conscientia, ita quòd sine tituli reformatione possit illud licitè retinere?

1 Respondeo, quòd D. consulenti videtur fauere ignorantia, bona fides, & simplicitas, & quòd si dixisset Papæ se habere quidem canonicatum, sed velle statim renunciare illi, habito secundo, perinde concessisset secundum, ac si non habuisset alium: & quòd ignorantia rei exprimentæ excusare videtur subreptionem. 5

Sed contra cum neruosisimè facit, quòd gratia beneficiæ ipsi iure nulla, si taceatur beneficium prius obtentum, etiam sine dolo, & per simplicitatem, vt latè scribit Felin. h & est textus irrefragabilis in c. si motu proprio. i

2 Facit etiam, quòd ignorantia prædicti Domini nõ fuit facti, sed iuris, non solum regularum Cancellaria, sed etiã antiquissimi decretalium, k & quòd prædictum cap. gratia loquitur de ignorantia facti, & non iuris, quæ nõ excusat, præsertim adeo clari, atque est hoc, de quo loquimur. l Facit etiam contra eum, quòd cum impetratio sit ipso iure nulla,

g Cap. gratia. de rescript. lib. 6. h In ca. super literis. 1. & 2. concl. & etiã in cap. ad audientiam. 2. de rescript. i De præben. lib. 6. k Capit. cum adeo. & ca. si proponete. de rescript. lib. 6. & d. st. cap. si motu. & c. elem. 1. de præbend. l Ca. ignorantia. de regul. iur. lib. 6.

videtur tenere canonicatum sine titulo, sine quo non potest licite teneri. a Quare non audeo dicere, quòd non teneatur reformare prædictam gratiam, & obtinere aliquod, b quamuis credam ipsam non peccasse in sic impetrando, per ea quæ dixi supra ei fauere. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Subreptitius non est, qui vnica supplicatione quatuor beneficiorum, quorum nullum excedit valorem scutorum viginti-quatuor, impetrando, asseruit eorumdem valorem simul iunctum scutorum viginti-quatuor non excedere summam.

CONSILIVM X.

AN impetratio plurium beneficiorum, quorum nullus valor ascendit ad summam viginti-quatuor ducatorum auri de camera, sit nulla, eò quòd in supplicatione, in qua petuntur quatuor talia, non exprimitur vera valoris summa coniectim, ita quòd omnium simul valor ascenderet ad triginta scuta, & nullius valor per se ad decem?

1 Respondi non videri nullam, quia valor beneficij non ascendens ad summam viginti-quatuor ducatorum nõ est necessariò exprimeendus, vt testatur Gomezius. c Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Nominatus tamquam magis idoneus repertus in concursu ad parochialem in mense Papæ vacantem, & differens obrinere prouisionem, vt alius eandem tamquam ad eandem Sedem per Concilium Lateranense deuolutam impetret, si impetratio tenet, ad nullam mentionem faciendam reuertitur, at si dicta impetratio sit subreptitia, vt putat auctor. num. 2. & sequent. tenetur monere vel Papam, vel Datarium, vel Episcopum, num. 5.

2 Subreptitius est, qui beneficium tamquam deuolutum impetrat, tacendo specialem modum deuolutionis, qui Pontificem à concedendo retraxisset.

3 Nominatus in concursu parochialis tamquam dignior, si morte, vel renuntiatione, vel alterius suum, antequam instituitur, amittat, ad Episcopum redit integrum ius nouum concursus, & reliqua omnia vt prius faciendi.

4 Deuolutio beneficiorum ad sedem Apostolicam inducta per Concilium Lateranense contra ordinarios intra sex menses non conferentes, non habet locum in materia institutionis, nec nominationis ad parochiales, pro quibus factus fuit concursus, in mensibus Papæ vacantes.

CONSILIVM XI.

Ecclesia parochialis vacante in mense Papæ Episcopus iuxta formam Concilij Tridentini admisso concursu nominauit digniorem, & iussit ei, vt audiret S. D. N. ad habendum titulum: qui licet à principio curasset aliqua ex parte illum habere, neglexit tamen per triennium: postea curauit illam tamquam tanto tempore vacantem, & sic ad Sedem Apostolicam per Concilium Lateranense deuolutam impetrari euidam tertio ea digno. Quaritur an nominatus per concursum teneatur declarare Papæ, fuisse nominatum ad illam per concursum, præsupposito quòd valuit prouisio Papæ facta dicto tertio.

1 Respondetur primò, quòd præsupposito valore prouisionis Papæ non tenetur D. consulens ad monendum Papam, nec Datarium, neque Episcopum, nec prouisum, quòd suis conscientis medeantur, per rationem in casu tactam.

Secundò, quòd non esset dubitandum de valore prouisionis, si cum impetraretur à Papa tamquam deuoluta, fuisset Sanctitati suæ narratus modus deuolutionis, scilicet, quòd fuit decretus ab Episcopo concursus, & facta examinatio concurrentium, & nominatus dignior, & quòd ipse erat contentus, vt conferretur alteri, Episcopo tamen id nesciente, nec consentiente: quia visus esset Papa derogare Concilio. d

2 Tertio, quòd si prædictus modus deuotionis non fuit Papa narratus, sed solum fuit ei dictum, quòd prouisio eius erat ad eum deuoluta, dubitari potest de valore prouisionis. Et mea quidem sententia, salua saniori, censenda est subreptitia. e Tum quia difficultus contulisset eam Papa, si præfata sciuisset. Tum quia Episcopus non fuit negligens in prouidendo Ecclesiæ præfate, quia fecit omnia, quæ ad ipsum spectabant.

3 Tum quia negligentia nominati non debet ei nocere. Tum quia, sicut electo ad aliquam dignitatem nolente

a Ca. de regul. iur. lib. 6. b Perinde valet. c In regul. de valore beneficiorum pag. 3.

d Arg. lidem Vlpian. ff. de excus. iur. & l. quidam consulebat. ff. de re iud. e Ca. postulat. si. de rescript.



a Capi. selectio. de elect. libro 6.

b Libr. 2. §. si quis a principi. ff. ne quid in loco publico fiat. ca. superior. de off. deleg. c. ca. 2. de concess. prab. d. in eodem c.

consentire electioni de se facta, vel renunciantem iuri sibi quaesito, vel moriente, antequam electio confirmetur, ius eligendi redit ad primos electores, qui habebunt tantum tempus ad eligendum denuo, quantum habuerunt ante primam electionem, a ita etiam ad Ecclesiam parochialem per concursum iuxta formam Concilij Tridentini nominato renunciantem, moriente, vel aliis ius quod habebat antequam institueretur perdet, potestas providendi per novum concursum redit ad Episcopum, cuius iuri noluit Papa derogare, ignorando illud ei competere, vt ignorabat tempore, quo praefatam Ecclesiam cotulit, cum nihil ei de praefato concursu, neque de nominatione virtute illius facta sibi fuisset narratum. Tum quia gratia principis intelligenda est sine prauidio tertij, b & gratia praefata Papae intelligenda est sine prauidio Episcopi, & nominati, de quibus nulla fuit ei mentio facta.

4 Tum quia licet statutum sit certum tempus ad conferendum, c non est tamen institutum tale ad instituendum, vt Panor. communiter receptus docet, d & ita praefatus D. consulens non perdidit ipso iure ius sibi per nominationem quaesitum per lapsum sex mensium: neque Episcopus poterat praefigere terminum Papae ad instituendum: neque tenebatur scire causas ob quas S. Sanctitas non instituit D. consulentem. Tum per alia quae non vacat scribere.

5 Quarto respondetur, quod D. consulens potest suae conscientiae satisfacere renunciando iuri sibi quaesito per praefatam nominationem in manibus praefati Episcopi per se vel per procuratorem, allegando in specie, vel in genere causas, ob quas non convenit ipsi praefatam institutionem a Sede Apostolica querere, idque poterit facere, Papa & Datario inscius: vel Episcopus per novum concursum, & novam nominationem provideat Ecclesiae suae, perinde ac si antea minimè nominasset. Salua, &c.

Aduertendum in casu proposito, non posse accommodari quod dicitur de deuolutione ad Pontificem facta, cum agatur de beneficio quod vacauit in mense eidem Pontifici reseruato.

S V M M A R I V M.

- 1 Parochialem adeptus, si per negligentiam etiam a superiore non monitus, nu. 9. cum iusto non detineretur impedimento, intra annum non accipit ordines, eam ipso iure dicto anno elapso perdit, fructusque postea perceptos suos non facit, sed illos etiam in foro conscientiae tenetur restituere, num. 2. & 10 immo nec perceptos in primo anno, si parochialem eo accepit & possedit animo, vt non promoueretur, nu. 10.
- 3 Fructus male percepti triplici modo restitui possunt remissuè.
- 4 Expressio defectus sufficienter fit per verbum forte, vel forsitan, & hoc stylo Curiae.
- 4 Pensio reseruata resignanti beneficium, in quo titulum canonicum non habebat, tacito dicto defectu, non tenet, nu. 5. nisi ex clausulis in supplicatione appositis talis sanetur defectus 6. 7. & 8.
- 6 Taciturnitas eius quod expressum retraxisset principem a concedendo, vel tam facile concedendo gratiam, etsi non semper causas subreptionem, nu. 6. illam tamen causat expressio talis satisfacti, nu. 5.
- 6 Mandatum de conferendo beneficium ab aliquo resignandum non se extendit ad illud, si talis prius moriatur, quam resignet.
- 6 Pensiones quando colligantur cedenti reseruantur, non inspicitur an ius habeat in beneficio, vel non, immo absolute habetur pro validis, nu. 10.
- 9 Ignorantia iuris admodum noti non excusat illum, qui illud tenebatur scire.
- 10 Pensio reseruata resignanti, qui beneficii titulo erat priuatus, suffinetur ex mente Pontificis: si qua colligi possit ex verbis supplicationis, & 10.
- 10 Clausula illa, siue praedicto, siue alio modo vacet, facit, vt collatio facta resignatario, de beneficio resignato ab eo qui eodem prius erat priuatus, teneat.
- 11 Fructus ecclesiae vacantis de iure in illius vtilitatem conuerti debent, vel primo legitimo successori tradi.
- 12 Execrabilis est si quis qui plures parochiales sine dispensatione obtinet, secus tamen est in eo qui easdem post priuationem ipso iure incursum retinuit, & num. 14.
- 12 Execrabilis ad beneficia obtinenda, non autem ad pensiones inhabiles fit, nu. 15.
- 12 Execrabilis beneficia vacantia, non omnia, sed vltimo loco obtine-

12. sunt reseruata collationi Sedis Apostolicae.  
13 Intrusus in aliquo beneficio, ad illud tunc inhabilis fit, quando in eo sine titulo se intrusit, secus si illius possessionem a principio iusto titulo accepit, post amissum titulum continuauit. nu. 14.  
13 Possessionem beneficii legitimo cum titulo acceptam post illum amissum continuans non fit intrusus, vt qui ab initio sine titulo illam apprehendit. 14.

CONSILIVM XII.

Q Vidam adeptus ecclesias aliquot parochiales intra annum non fecit se promoueri ad ordinem presbyteratus, & aliquot annos percepit fructus, & postea, vt satisfaceret Concilio Tridentino, a resignauit eas in alios, reseruatis sibi pensionibus. Queritur quid agendum.

1 Respondeo primò, conari eum debere reminisci, an per negligentiam suscipiendi ordines ipso iure perdidisset illas Ecclesias per lapsum anni, b nam si quod impedimentum iustum habuisset, non perdidisset eas, c & alioquin sic. Secundo, quòd etià debet conari meminisse, an sciret, & aduerteret, quòd per huiusmodi negligentiam perditurus esset illas Ecclesias, an ignoraret, vel non aduerteret.

2 Tertiò, quòd secundum communem opinionem is, qui per huiusmodi negligentiam perdit Ecclesiam parochialem, non facit fructus suos receptos post perditionem iuris, & tenetur restituere eos etiam quod ad forum conscientiae, quamuis regulariter poena non debeat in illo foro iuxta glossam singularem, d vt nos tradimus in comment. cap. non liceat. e

3 Quarto, quòd praedictus D. consulens in restituendo vt potest vno de tribus remedijs, quae nos ponim⁹ lauius, & profundius, quàm aliquis alius, f quae ibi videri possunt, & quòd ad propositum casum est valde aptum illud, scilicet restituendi illos illismet familiaribus, in quorum fauorem renunciauit praedictas Ecclesias, & quòd illi ratione gratitudinis possunt intuitu pietatis, vel paupertatis suae, vel aliorum cognatorum suorum, remittere illos.

Aduertendum, cum hic agatur de fructibus beneficii quòd modo habet legitimum successorem & administratorem non posse in hoc verificari omnes tres dictos modos restituendi, quia immo dicti fructus videntur restituendi dicto successori.

4 Quintò, quòd magnae quaestionis videretur esse, an reseruatio pensionum a Papa ei, qui renunciat beneficium, in quo non habet titulum canonicum, alicui, valeat non facta mentione quòd non habet & titulum canonicum: si enim faceret eam, vel saltè diceret se dubitare, vel habere scrupulum, valeret, quia satis fieret mentio de illo defectu, stylus enim Curiae habet, vt defectus per verbum, forte, vel forsitan, expressus habeatur pro expresso. Quare consulendum videtur D. consulenti, vt quaerat in registro supplicationem registratam super hac reseruatione pensionum, vt videantur omnes clausulae eius, si quae sint, quae directe, vel indirectè, tacite, vel expressè de hoc defectu tituli canonici mentionem facit.

5 Sexto contra reseruationem pensionum huiusmodi sine vlla expressione defectus facta facit primò, quòd difficultius concessisset Papa pensiones, si sciuisset non competere sibi ius in illis Ecclesijs, & gratia principis facta tacito illo, quòd expressum retraxisset a concedendo, vel tam facile concedendo, est subreptitia. 8 Secundo, quòd licet taciturnitas veri, quòd retraxisset principem a concedendo, non semper annihilat gratiam, expressio tamen falsi, quòd faciliorem reddit principem ad concedendum, semper annihilat gratiam iuxta illud, Mendax praecator careat impetratis, h & tradimus nos in Manu. i post Rotam. k & Felinū. l At praedictus D. consulens renunciando illas ecclesias asseruit se habere ius in illis, quia priuatio praesupponit habitum, m ergo debet carere gratia pensionum impetrata.

6 Tertiò, quòd sub mandato conferendi beneficium ab aliquo resignatum non includitur beneficium eius, si per mortem ipsius resignatione non facta vacet. n Ergo nec pensio imposita beneficio propter resignationem valebit quidquam, si resignatio eius non valuit: at resignatio eius quod non est, non valet, quia non entis nulla sunt qualitates, o ergo, &c.

Pro valore autem gratiae pensionum facit primò, quòd praedictus D. consulens ignorabat, vel saltè non aduerterat se perdidisse titulum canonicum, què habebat, propter

negligentiam

a De resor. c. 2. §. 7.

b Iuxta capi. licet canon. ca. commissio. de elect. lib. 6. c Per dictum ca. commissio.

d In cap. fraternitatis. 2. qu. 2. c. 12. qu. 1. §. 12. num. 4. f In dicto §. 12. à num. 2.

g Cap. postulasti. ca. super literis. de rescript. h Le. off. C. si contra ius vel util. publ. ca. super literis. de rescript. i Cap. 12. nu. 86.

k Decis. 32. de rescript. in nouis. l Cap. postulasti. col. 4. de rescript. m Le. decem. ff. de verb. oblig. c. ad dissoluendum. de sponsa. imp. n Capi. suscipium. de rescript. lib. 6. o Le. si seruus. §. 1. ff. de act. empt.

a Ca. gratia. de rescript. li. 6.

b Cap. quam graui. de crimine falsi.

c Arg. l. idem Vlpianus. ff. de excus. tut. & le. quidam consulentibus. ff. de re iudicata.

d Per ca. licet canon. ca. commissio. de electione li. 6.

e Le. quod te. ff. si certus petatur.

f §. ceterum.

negligentiam accipiendi ordinè, & taciturnitas facta per ignorantiam non videtur nocere. a Secundo, qd palsim in Curia fiunt, & recipiuntur resignationes litigantiu, & cedentibus assignantur pensiones, nec curant partes, neque Cancellaria, an cedentes habeant ius, nec ne: & stylus Curiae facit ius. b Tertiò, quòd communiter resignantes dicunt se resignare ex quibusdam causis animum suum ad id mouentibus: sub quibus verbis videtur posse comprehendi defectus boni tituli: & ita videri potest expressè defectus illius in genere, quòd videtur sufficere.

7 Sed quia expedire videtur, vt videatur copia supplicationis registrata, suspendo super hoc articulo meam sententiam, donec illa monstreretur. Salua &c.

Via post hac supplicatione praedicta, addo, quòd ex illius tenore colligitur sufficienter esse factam mentionem Papae de defectu tituli generaliter, vel specialiter. Primo quidem per illa verba, Ex certis causis animum suum mouentibus. Secundo per illa, Reseruatis valide infra scriptis, & non alijs. c Tertiò per illa, Remisso siue alio quouis modo vacet per resignationem coram notario. &c. aut per constitutionem execrabilem, vel assecutionem, vniouem, vel aliam vacet, etiamsi deuoluti affecti specialiter, vel alius, ex quauis causa in literis etiam dispositiue, vel conditionaliter exprimenta generaliter reseruata litigiosa, cuius litis statum, &c. existat. & per illa, Quomodolibet se introuertendo, molestano, perturbando. & per illa, illaque ex quauis causa nulla, & inualida Per quae omnia colligitur Papam voluisse reseruare praedicto D. consulenti praedictas pensiones, etià si Ecclesiae vacassent, & collatio fuisset reseruata Papae, vel deuoluta ad ipsum, &c.

8 Ad argumenta in oppositum facta responderi potest illorum vim procedere, quando ex verbis ipsiusmet Papae, vel literarum eius non constat expressè vel virtualiter de ipsius intentione. e

POST HANC nostrà responsione proponitur nobis alia tres, quae videtur esse virorum egregie doctoru, quae continet quaedam contraria eis, quae nos supra diximus: & interrogamur, quid de illis nobis videatur, & a propter allegata in eis discedamus a nostra sententia, an verò perstemus in illa.

9 Ad quod respondemus primò, quòd nunc pro comperito habemus D. consulentem ipso iure perdidisse Ecclesias parochiales in eius fauorem resignatas, etià ei a Papa collatas, per negligentiam suscipiendi presbyterium: licet in responsione prima aliqua ex parte dubitauerimus, an habuisset aliquid iustum impedimentum, quo minus promoueri se faceret: nunc autè praesupponitur non fuisse illi vllū impedimentum, & quando tunc, & nūc pro certo habebamus, & habemus, quòd ad constituendum in mora & negligentia suscipiendi presbyterium non requiritur monitio vlla Superioris, vltra illam quae iure communi fit, d atq; ita ignorantia iuris, quòd ipse tenebatur scire, fuit improbabilis, & crassa, quae non liberauit a poena iuris tam noti, quòdque tam clarè obligatur scire omnes qui quaerunt, vel accipiunt & conferunt Ecclesias parochiales, & quòd in talibus paria iudicantur scire, & scire debere. e

10 Secundo, quòd ex hoc sequitur praedictum consulentem non potuisse iuste capere fructus, qui post annum primū ei obuenerunt, & interim teneri ad restitutionem eorū, & etià ad restituendum fructus primi anni, si recepit & possedit Ecclesias intendendo se non promoueri facere intra illū per praedictum c. commissio f vt in vna responsionū praefatarum rectè respondetur. Tertiò, quòd collationes Ecclesiarum factae familiaribus D. consulentis per resignationem istā in fauorē illorū fuerūt valida, & legitime, quonia ex literis Papae constat, quòd fuit ei animus conferendi eas illis, quomodocumque, & ex quacumque causa vacassent, etià si reseruata, litigiosa, & deuoluta fuissent, vt rectè tigitur in vna praedictarū responsionū. Quarto, qd reseruatō pensionum facta praedicto D. consulenti fuit valida, eo quòd ex tenore supplicationis a Papa signatae, & prouisionis factae colligitur, Papā voluisse illam sibi reseruare, etià si nullū ius in beneficijs habuisset, quae renunciauit, vt supra respōdimus post copiam supplicationis visam. Nec obstant cōsiderationes in contrarium adductae: quia solum procedūt quando ex literis Papae non colligitur mens vlla eius contraria, vt in nostro casu clarè colligitur ex literis praedi-

ctis, & ex stylo Curiae, secundum què quotidie fiunt concordiae, per quas litigantes resignant in fauorem colligantium reseruatis pensionibus, de quibus numquam dubitatum est, an desinant valere eo solo, quòd resignantes non habent ius in beneficijs resignatis. Quintò, quòd praedictus D. consulens potest, & debet restituere praedictus fructus male perceptos post annum primum, & etiam quos percepit intra illum, si recepit, & possedit Ecclesias intendens non assumere presbyteratum, praefatis familiaribus, in quorum fauorem resignauit eas, & quibus Papa eas contulit: eo quòd fructus ecclesiae vacantis debent conuerti in vtilitatem eius, illa vacante, vel tradi primo successori, a quòd profundius alijs (secundum quòd dictum est) tradimus in comment. cap. non liceat. b

11 Post hac omnia iterum mihi propositus fuit idem casus in hac qua sequitur forma. Ex trib⁹ parochijs, quas dictum est D. consulentem per decennium habuisse absque ordine presbyteratus, vnā (parendo decretis Concilij Tridentini) resignauit in manibus Papae ad fauorē Ioannis cum reseruatione omnium fructuum, demptis so. ducatis pro dicto Ioanne, reliquas verò liberè & simpliciter in manibus ordinarij, qui eas contulit duobus familiaribus ipsius consulentis. Qui postquam de illis fuerunt prouisi, & habuerunt possessionem, consenserunt auctoritate Apostolica reseruationi duarum pensionum super fructibus suarum parochialium ad fauorem dicti consulentis cum accessu & regressu in euentum, quòd pensiones praedictae ex quauis causa nulla & inualida existeret, prout in supplicatione, cuius copia datur, supplicatur videri in iure an praedictus consulens non promotus, per retentionem vltra annum dictarum parochialium fuerit factus inhabilis, & incapax beneficiorum obtentorum & obtinendorum: ita vt sine dispensatione non potuerit tuta conscientia ea retinere, & similiter reseruationes pensionum, quas ex causa resignationis in manibus ordinarij factae fuerunt concessae. Praeterea videndum est in iure an ordinarius potuerit conferre illas duas parochiales, quae vacauerant ob non promotionem consulentis, & si erant deuolutae ad Papam, prouisi indigeant noua prouisione.

Respondeo, quòd haec duae quaestiones sunt graues, quarum decisio requirit hominem maiori otio, quàm quòd est mihi, fructumque, praeterequam quòd votis meis ex parte repugnat earū digna tractatio. Pro reuerentia tamen, quam sum in eum, qui mihi eas imperat, respondeo hac pauca.

12 ET AD PRIOREM quidem quaestionem primò, esse distinguendum, an praedictus consulens obtinuerit eas cum Papae dispensatione, an verò sine illa. Secundo, quòd si absque dispensatione obtinuit eas, fuit factus inhabilis ad illas, & alia quaeque beneficia obtinenda per extrauag. execrabilis. Ioannis X X I I. e & quòd illa tantum postremo loco adepta fuit reseruata collationi Papae, secundum glossam celebrem quam habet dicta extrauagans quam nos sequimur in repet. c. accepta. d licet glossa Gulielmi quā habet inter extrauagantes communes, putet etiam alias esse reseruatas, & consensu solus Papa potuit de illa prouidere. Tertiò, quòd magna quaestio est, idem sit dicendum si praedictus consulens obtinuit praedictas Ecclesias cum dispensatione sufficienti ad eas obtinendas.

13 Nam pro affirmatiua facit primò, quòd videtur aequè malum, aut maius, retinere parochiales ecclesias, quarum titulos ipso iure perdidit, & in quibus nullum ius habuit, quam retinere illas canonicè collatas absque dispensatione. e Secundo, quòd intrusus in aliquo beneficio est inhabilis ad illud, secundum Panormitanum f & ipsummet, & alios multos alibi citatos a Felino, g & quòd qui retinet possessionem beneficii iure ipso perdit acceptam virtute canonici tituli censetur intrusus secundū Felinū. h

Pro negante verò facit primò, quòd praedicta extrauagans, execrabilis, facit magnam differentiam inter eum, qui malè possidet beneficium cum dispensatione sufficienti, & inter illum, qui possidet sine vlla dispensatione: & quòd poena de vno ad alium casum non sunt extendenda: i & praed. extrauagans loquitur de possidete sine dispensatione: ergo non est extendenda ad possidentem cum illa.

14 Secundo, quòd multum inter est inter eum qui accepit possessionem sine aliquo titulo, & eum qui eam accepit

a Cap. cu. vos. de offi. ord. ca. quia. de elect. lib. 9. b 12. qu. 2. §. 12. num. 2.

c §. porro. de prabend.

d Opposit. 10. num. 3. de rescript. spol.

e Arg. c. 1. de reg. iur. lib. 6. cu. ei concord. f Cap. cum iudicium. de prabend. g In capi. no. stris. coroll. 2. de rescript. h In dicto ca. in nostro. corolla. 2. de rescript. i Ca. poena. de panis. dist. 1.

cum titulo, & continuat eam post titulum ipso iure perditum, per ea quae in dicta repetitur. a diximus, per quae videtur, quod licet accipiens possessionem beneficii absque titulo sit intrusus, & fiat inhabilis ad illud, non tamen fit talis, qui continuat possessionem quaesitam cum titulo perditum ipso iure. Tertio, quod nullibi videtur probari dictum Bartolomei Praxiensis, b quo solo nititur Felinus vbi supra ad dicendum, quod possidens beneficium cum titulo ipso iure perditum est intrusus ad effectum inhabilitandi eum ad dictum beneficium: immo Gomezius, c dicit de stylo Rota illud solum dicendum intrusum quo ad illam regulam, qui est talis vno trium modorum, quorum nullo est possidens cum titulo ipso iure perditum.

Et haec pars in praesentia mihi videtur verior, per praefata & alia multa, quae d scripsimus, quae ibi videri possunt, & nunc nec vacat, nec pro voto licet hic ea rescribere, nec adducere multa quae pro dignitate quaestionum adduci possent.

Quarto principaliter dico, me arbitrari praedictum consulentem non esse intrusum proprie, ita vt per intrusionem sit factus inhabilis ad praedictas Ecclesias obtinendas: & quod si eas obtinuit cum sufficienti dispensatione, vt puto obtinuisse, non est factus inhabilis ad eas eo solo, quod eas retinuerit post titulos ipsarum ipso iure perditos: & quod sola Ecclesia vltimo loco recepta fuit reseruata Papa: & quod ordinarij potuerunt alias concessere: & quod licet incurrisset inhabilitationem ad praedictas Ecclesias obtinendas, eo quod sine dispensatione eas accepisset, non tamen propter hoc factus fuisset inhabilis ad obtinendas pensiones sibi a Papa reseruatas: quia pensiones non sunt beneficia, & ideo inhabilitatus ad illa per constitutionem penalem, non videtur inhabilitatus ad pensiones. Salua quae iustior, &c.

Aduertendum id quod dicitur nu. 10. pro validitate pensionis esse admodum dubium in foro conscientiae, cum causa ne ex huiusmodi resignatione nimium patiatur verè non subsistat. Et clausula illa siue praedicta siue alio modo &c. non respiciat suppletionem defectuum nullitatis pensionis.

S V M M A R I V M.

- 1 Pensionarius, cui bona fide narranti beneficii fructus esse scutorum 300. reseruata fuit pensio scutorum 200. cui clausula, modo resignatario remaneant scuti 100. si postea reperiet, tunc fructus verè fuisse minores, rectè fecit remittendo pro rata, nec excusaret, quod postea fructus sint aucti: modica tamen lesio, puta si eidem solum remansissent 90. non noceret. nu. 3.
- 2 Valor beneficii verus per locationis instrumentum non probatur, estque difficilis probatio.

CONSILIVM XIII.

Quidam habens beneficium valoris, vt ipse bona fide putabat, 300. scutorum renunciauit illud in fauorem alterius, & ei dicenti illud esse valoris 300. reseruata fuerunt 200. pro pensione, cum clausula modo remanerent 100. resignatario, qui locauit illud 275. Quæritur an resignans possit accipere 200. pensionem à resignatario illa sibi sponte soluente, auctis postea eius redditibus ad 300. & amplius.

1 Respondeo primo, quod pro parte negante facit, quod omnis gratia, quae fit exprimèti falsum, quod mouit principem ad eam concedendam, est ipso iure nulla. e

Secundo respondeo, quod pro parte affirmante facit, quod consulens bona fide per ignorantiam expressit illi valorem, vt praesupponitur in facto: & ignorantia excusat à subreptione, f de quo late Felinus. e

2 Facit etiam, quod verus valor fructuum beneficii non probatur per instrumentum locationis fructuum, vt late tradunt Cassadorus, b & Gomezius in q. 11. i quamuis credulitas inde nata excuset à pæna expressiois falsi valoris, eo modo quo ipsi tradunt, & ita eo solo quod renunciarius locauerit fructus beneficii 275. scutis, non sequitur, quod non valeret 300. quoniam fructus beneficiorum locantur, seu arrentantur aliquando pluris, aliquando minoris, quam verè valeant, & modica pars excessus, vel defectus non videtur nocere, vt praedictus Cassadorus, k tradit.

Tertio dico resoluendo, quod si praedictus pensionarius bona fide, vt ponitur in facto, credebat, tempore renun-

ciationis, praedictos fructus valuisse 300. scutis, non teneatur ab illa fide & credulitate discedere, eo solo quod fuerint locati, seu arrentati semel solum 275. quoniam multis de causis quis locat seu arrentat minoris vni, quam alteri, & vno tempore, quam altero, ratione cognationis, amicitiae, vel certioris solutionis, vel anticipationis pretij, vel quia putat, quod melius conseruabit, vel meliorabit, seu reddet vtilius id, cuius fructus locat: necessitatis item, & fertilitatis, vel sterilitatis anni, & aliis rationibus: difficulter enim probatur verus valor, vt praedicti testantur, & alij multi, in quibus sunt Panormitanus & Felinus, a & omnes, b neque debet formare scrupulum eo solo, quod modicus fuerit defectus, ob illa, quae praedicti Cassadorus & Gomezius tradunt.

3 Quarto, quod si verè coram Deo putaret praedictus pensionarius, quod secundum communem estimationem non valeret pluribus, quam 275. & quod si locarentur, vel arrentarentur 300. vel 290. locatio esset iudicanda iniusta notabiliter, rectè faceret remittendo renunciatario tantam partem suae pensionis, quanta deesset ad hoc, vt deberet putari iusta acceptio residui 100. scutorum.

Quinto, quod multum faceret ad certius respondendum, scire quibus de causis pensionarius consulens credebat, cum renunciaret, esse beneficium praedictum valoris 300. ducatorum, & an locari, vel arrentari potuisset, vel fuisset antea arrentatum pluribus, quam 300. vel 290. vel circiter: quoniam multum iuuarent haec ad iudicandum quid debeat credere coram Deo, quibus perspetis fortè paulò aliter responderemus, ad gloriam Dei. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficium per superueniens homicidium irregularitatem inducens non vacat.
- 2 Gratia habitationis in genere ad beneficia vicij necessaria querenda & obtinenda, tacito quaesito, non vitiat.
- 3 Expressio falsa eius, quod faciliorem principem ad concedendum reddit, vitiat quidem gratiam, sed de taciturnitate, quae non vitiat, nisi in casibus, in quibus contrarium in iure cautum est.
- 4 Irregularis in choro canere, & alia officia facere, quae laicus, potest.

CONSILIVM XIII.

Quidam homicida iam diaconatu legitime insignitus, habens & possidens vnam canoniam Ecclesiae cuiusdam collegiatae, impetrauit à Papa dispensationem obtinendi beneficia simplicia non requirentia ordinis, quae suo vicij sufficeret, quaeque sine altaris ministerio possent tenere, non facta mentione, quod haberet praedictam canoniam. Quæritur primo, an praedicta dispensatio valuerit. Secundo, an esto valuerit, vel non valuerit, possit deseruire praedictae canoniae.

1 Pro parte affirmatiua primae quaestionis facit primo, quod praefatus consulens non perdidit ipso iure illum canonicatum, quem ante homicidium legitime quaesiuit, & Innocentius & communis, d Felinus, e & alij alibi saepe: & ita non indiget dispensatione ad retinendum, sed tantum sublatione irregularitatis ad se ordinandum, & ad alia beneficia obtinenda. Secundo, quod non obstat, quod in impetratione beneficii quaerèdi sit facièda mētio de beneficio iā quaesito, quia in casu proposito non loquimur de impetratione beneficii, sed de rehabilitatione ad illud, vt palā est.

2 Tertio, quod etiam non obstat, quod in impetratione dispensatione ad beneficia debet fieri mentio de beneficio quaesito, & quia illud c. non agit de impetratione habitatis, vel rehabilitationis ad beneficia, sed de impetratione dispensatione ad secundam pluralitatem beneficiorum, & ita de alio genere dispensationis, ex quo non potest inferri ad aliud. h Quarto, quod non obstat dicere, quod Papa difficiliter concessisset praedictam dispensationem, si expressisset quod haberet canoniam. Tum quia non videtur id esse verum: quoniam verisimilius est, quod potius concessisset retentionem illius, quam obtentionem nouam aliorum. i Nec obstat quod non concessisset habilitatem ad noua querenda: quia id negari potest, eo quod solum concessit ad querenda vnum vel plura simplicia, quae sufficerent ei ad honestè viuendum, quod concessisset, etiā si expressisset quod habebat canoniam: quia si illa ei sufficiebat, nihil

concedebat, & si illa non sufficiebat, tantò minus concedebat, quāto minus egebat habendo illam canoniam.

3 Tum quia licet omnis expressio falsa, quae mouet principem ad facilius concedendam gratiam, efficiat eam ipso iure nullam, a non tamen omnis taciturnitas veri, de quo iure cautum non est, vt non expresso illo gratia sit nulla, vt resoluit Rota, b & Felinus, c quos sequimur in Manu. conf. d

AD SECVNDAM respondetur, quod, vt praedictum est, per homicidium, & irregularitatem superuenientem non vacat canoniam, & quod irregularitas per se sola separata ab excommunicatione, interdecto, & suspensione, non videtur impedire actum canendi, & psallendi, nec alios, qui non sunt peculiares, & appropriati actui ordinum, secundum mentem Innocentij, e nullo enim iure videtur probari, quod irregulari non liceat canere, & psallere in choro, & pronuciare per se, & cum aliis officia diuina, modo abstineat se ab actibus propriis ipsorum ordinum. Tum quia per definitionem eius à nobis traditam in d. Man. confess. f constat, irregularitatem esse idem impedimentum ad accipiendum ordines, & ad vtendum vsu acceptorum, quatenus sunt ordines, non tamen ab vsu eorum officiorum, quo laici vt possunt: at laici licitè possunt canere, & psallere in choro, & extra illum officia diuina: ergo & irregularis idem facere possit. Tum quod nemo dicit illegitimum, cæcum, monoculum, manu, pede, aut aliquo alio membro mutilatum peccare canendo, vel psallendo in choro, vel extra illum: nec vsus, communis vrbis & orbis contrarium seruat, &c.

concedebat, & si illa non sufficiebat, tantò minus concedebat, quāto minus egebat habendo illam canoniam.

3 Tum quia licet omnis expressio falsa, quae mouet principem ad facilius concedendam gratiam, efficiat eam ipso iure nullam, a non tamen omnis taciturnitas veri, de quo iure cautum non est, vt non expresso illo gratia sit nulla, vt resoluit Rota, b & Felinus, c quos sequimur in Manu. conf. d

AD SECVNDAM respondetur, quod, vt praedictum est, per homicidium, & irregularitatem superuenientem non vacat canoniam, & quod irregularitas per se sola separata ab excommunicatione, interdecto, & suspensione, non videtur impedire actum canendi, & psallendi, nec alios, qui non sunt peculiares, & appropriati actui ordinum, secundum mentem Innocentij, e nullo enim iure videtur probari, quod irregulari non liceat canere, & psallere in choro, & pronuciare per se, & cum aliis officia diuina, modo abstineat se ab actibus propriis ipsorum ordinum. Tum quia per definitionem eius à nobis traditam in d. Man. confess. f constat, irregularitatem esse idem impedimentum ad accipiendum ordines, & ad vtendum vsu acceptorum, quatenus sunt ordines, non tamen ab vsu eorum officiorum, quo laici vt possunt: at laici licitè possunt canere, & psallere in choro, & extra illum officia diuina: ergo & irregularis idem facere possit. Tum quod nemo dicit illegitimum, cæcum, monoculum, manu, pede, aut aliquo alio membro mutilatum peccare canendo, vel psallendo in choro, vel extra illum: nec vsus, communis vrbis & orbis contrarium seruat, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Mēdax precator impetratis carere debet, si dolosè, vt facilius moueret concedentem, falsum expressit. nu. 3. nam si per simplicitatem, vel ignorantiam, non vitiat, nisi quatenus fuit causa concessiois. nu. 2. & 3.
- 1 Subreptionem non inducit expressio falsa qualitatis, quae concedentem reddit difficiliorē, nec taciturnitas illius, quo expresso aequè facilius princeps concessisset. nu. 2.
- 3 Mendacium dictum per procuratorem nimis nocet, quāto dictum per ipsum principalem.

CONSILIVM XV.

Quidam professus ordinem Minorum Conuentualium cum omisso habitu vii ordinis in apostasiam incidisset aliquibus de causis, quae visa fuerunt Papa: rationabiles, causa cognita per quemdam Cardinalem Illustrissimum, cui causa commissa fuit, fuit absolutus ab ordine cum facultate viuendi in aliquo eremitorio, vel aliquo loco pio sub obedientia ordinarij: quae facultate multis annis vsus est. Nunc autem iniecerunt ei quidam scrupulū de subreptione breuis Apostolici, quo ei fuit facta praedicta facultas, eo quod in eo per inuentionem vel sollicitationis ignorantiam nominauit se esse fratrem ordinis Minorum de Obseruantia, cum tamen esset frater ordinis Minorum Conuentualium. Quæritur an expressio falsa praedicta reddiderit gratiam subreptitiam.

1 Pro parte affirmatiua facit, quod mendax precator debet carere impetratis. e Sed pars negatiua videtur verior. Primo, quod expressio falsa qualitatis, quae principem reddit ad gratiam concedendam difficiliorē, non vitiat: vt cū quis impetrat beneficium, quod verè est simplex, dicendo quod est curatum, valet impetratio, vt sentit Rota, h quae sequitur inter alios Felinus. i

2 Secundo, quod taciturnitas eius, quo expresso aequè princeps fecisset gratiam, non nocet. k At expressio, quod consulens erat ordinis Conuentualium, non mouisset ad difficiliorē concedendum: ergo à simili idem dicendum. Tertio, quod expressio falsi per ignorantiam, vel simplicitatem non reddit gratiam nullam, nisi quatenus est causa concessiois, l & expressio, de qua in praedicto breui, est huiusmodi: nam Papa non concessisset difficiliorē, immo tantò facilius concessisset, si dictum fuisset ei praedictum professum esse fratrem ordinis Conuentualium, quāto altior est modus viuendi Minorum de Obseruantia, quā modus viuendi fratrum Minorum Conuentualium.

3 Quarto, quod narratio falsi per sollicitatorem vel negotiorum gestorem facta non videtur tanti momenti,

quāto facta per ipsamet partē, vt sentit Rota, a & in hoc casu dicitur impetratio facta fuisse per sollicitatorem, vel procuratorem. Quinto, quod non obstat illud pro parte negatiua citatum, Mēdax precator careat impetratis, quia illud intelligitur de impetrante dolosè & malitiosè exprimete aliquid falsū, quò facilius & libetius illi gratiam, quam petis, princeps concedat: nos autem loquimur de tacente per inuentionem vel ignorantiam aliquid, & non de exprimete aliquid verū, quod expressum tantum abest vt redderet principem difficiliorē ad concedendum, vt potius redderet faciliorem, & non de eo, quod redderet principem difficiliorē ad concedendum. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicatus ex multis causis, absolutus ex vna, non est ex aliis.
- 1 Condonatio ex vna causa non extenditur ad alias. & 3.
- 1 Beneficiarius, qui ex tribus causis fructus restituere debet, ex vna condonationem impetrans, nihil agit. & num. 3.
- 2 Dominium quærit, & amitti ex pluribus causis non potest.
- 3 Subreptiuus est, qui cum ex tribus causis fructus suos non fecisset, illorum condonationem vno tantum defectu expresso obtinuit: si tamen beneficium ipsi postea immediate iuste consecratur, sibi tanquam legitimo in illis successoris restituere potest, & sic retinere. & num. 4.
- 3 Condonatio fructuum ad causam expressam videtur restricta.
- 3 Voluntas non fertur in incognitum.
- 4 Fructus qui ex pluribus causis restituere debet, sic sibi caueat.

CONSILIVM XVI.

Quidam beneficii, nempe quod accepit illud post irregularitatem contractam, & quod vno anno horas non recitauit, & altero abfuit à beneficio, quod erat Ecclesia parochialis, & obtinuit à Papa reualidationem tituli, quae nulliter acceperat existens irregularis, cum condonatione fructuum, nulla facta mentione de praedicta omissione horarum, & absentia. Quæritur an possit absque aliqua condonatione fructus illorum duorum annorum retinere.

1 Pro parte negante facit primo, quod excommunicatus ex pluribus causis licet absoluat ab excommunicatione contracta ex vna causa, non censetur absolutus à contractis ex aliis causis iuxta iura, b & vtrouque glossam, quae alia multa pro hac parte citat. Secundo facit, quod gratia subreptitia non valet, c & in praesenti casu gratia condonationis fuit subreptitia, quia non tam facile concessisset illam condonationem Papa, si sciisset, quod ex tribus causis perdidit fructus, ac concessit, sciens quod ex vna tantum, d nam qui debet aliquid ex pluribus causis, & liberatur ab eo, quatenus debet illud ex vna illarum, non videtur liberatus ab eodem, quatenus debet ex alia: vnde sententia liberans aliquem super vna re petita ex vna causa, non liberat eundem, si petatur ex alia causa. e

2 Pro contraria verò parte facit, quod dominium quaesitum ex vna causa, non potest dari ex alia, f ergo nec perditum ex vna causa potest dari ex alia: quia quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito, g ergo fructus perditum ex vna causa non possunt dari ex alia: & cū praedicti fructus esset perditum ex defectu tituli, non videtur potuisse perditum omissione horarum, & absentia. Secundo quod aliud est debere aliquid ex duobus causis, quod passim contingit, aliud perdere dominium alicui rei multis de causis, quod contingere nequit: cū qui iā perdidit illud ex vna causa, non potest perdere illud, q iam non habet, ex alia: quia priuatio praesupponit habitum. h Tertio quod Papa condonando ei fructus generaliter, videtur ei condonare illos, quoquo modo fuerit perditum: quia generalis dispositio ad omnia contenta sub genere extenditur. i

3 Resoluendo dico primo, quod praefatus consulens non liberatur ex praefata condonatione Papa, per argumenta pro priori parte adducta. Non obstant adducta pro secunda: quia illa probant quidem, quod consulens fuisset securus, si condonatio valuisset, sed illa non valet. Tum quia gratia illam continens fuit subreptitia, vt praedictum est. Tū quia condonatio illa restringebatur ad causam perditionis ex defectu tituli expresso in petitione, &

a Titu. de rescriptis. decis. 74. in antiq.

b Ca. ex parte. de offic. ordin. & c. cum pro causa. de sentent. excommunicat. c Ca. super literis. de rescriptis. d Ca. postulasti. de rescriptis. cum concordantijs. e L. cum quaeritur. cū duabus seq. ff. de exceptio. rei iudi. f Leg. 3. §. ex pluribus ff. de acq. poss. g Capi. sciendum. s. q. 1. & le. et si contra tabulas. ff. de vulg. h L. decem. ff. de verbo. oblig. c. ad dissolutionem. de despons. impub. i Arg. c. si Romanorum. 19. dist. 1. de prelio. ff. de publ. in rem actio.

a Oppos. 7. num. 10.

b In rescripto. verbo intrusus. c In regul. de trien. possess. quat. 47.

d In praedicta. opposicione 7. & 10.

e Ca. postulasti. c. super literis. de rescriptis. f Ca. gratia. de rescriptis. l. 6. g In ca. super literis. a nu. 1. eod. tit. h Decis. 20. super regu. 9. Cancell. i Super regu. Cancell. de valore exprimendo.

k In di. decis. 20.

a In cap. cum causa. de se lib. b In c. cum dilecti. de empt. & vend. & in l. 2. C. de rescriptis. vendi.

f Cap. 27. nu. 191.

c Ca. clericus. verbo priuatur. ne cleric. vel monach. d Ca. cū nostris. de concess. praebend. e Ca. inquisitioni. de accusa. f Ca. si proponente. de rescriptis. c. si motu. de praeb. lib. 6. g Ca. non potest. de praeb. lib. 6. h L. Papiannus. ff. de minoribus.

i Arg. c. quæ admodum. de iure iurando.

a Le. & si legibus. C. si contra ius. vel vtil. pub. ca. super literis. de rescriptis. b In nouis decis. 31. de rescriptis. c Cap. postulasti. coll. 4. eo. titu. d Ca. 22. n. 80 e Cap. fin. de excess. praesal.

f Cap. 27. nu. 191.

g Le. et si legibus. C. si contra ius. vel vtil. pub. ca. super literis. de rescriptis. h Decis. 73. de rescriptis. in antiq. i In di. ca. super literis. nu. 2. k Ca. dudum. de praeb. l. 6. l Dist. c. super literis. ubi omnes id annotarunt.



non ad alias non expressas: quia voluntas non fertur in in-

4 Secundo dicitur, quod alia ratione est securus, videlicet quod qui possidet beneficium sine vilo titulo canonico, si ille ei canonizetur, videtur noue succedere sibi ipsi, vel alij, qui postremo loco habuit titulum canonicum: & cum fructus illo tempore, quo de iure vacabat beneficium, obuenientes debeantur futuro primo successori, b cumque fructus prefati obuenerint tempore vacationis, quia collatio prius ei facta ob irregularitatem non valuit, ipse tamen primus successori eius, qui habuit postremum titulum canonicum, potest retinere illos tamquam nouus successor ratione reualidationis sui tituli per ea quae ipse clarius, alius, & netuosius quam aliquis alius scripsi in commentario ca. non liceat. c Salua, &c.

SVM MARIVM.

1 Dispensatio ad beneficium retinendum, expressa vna irregularitate, alia tacita, est subreptitia.

CONSILIVM XVII.

Q Vidam irregularis vna de causa obtinuit beneficium, & postea iterum factus irregularis alia de causa impetrauit commissionem à Papa ad quemdam, vt dispensaret super prima irregularitate, cum retentione beneficii: & commissarius habens potestatem dispensandi super secunda, dispensauit cum eo super illa, auctoritate quam habet sine illa commissione, & à prima virtute commissionis, cum retentione beneficii. Queritur, an prefato dispensato liceat retinere prefatum beneficium.

1 Respondeo quod non: quia commissio Papae de dispensando super retentione beneficii fuit subreptitia: quia fuit tacita alia irregularitas, qua expressa non fuisset tam facile facta commissio de retinendo beneficio: & ita quo ad id fuit nulla, & consequenter commissarius non potuit virtute illius concedere illi retentionem, d cum nihil ex nihilo fiat, e Salua, &c.

SVM MARIVM.

1 Dispensatio presbytericide, dicentis simpliciter se hominem occidisse, est nulla.

CONSILIVM XVIII.

Q Vidam occidit voluntarie vnum presbyterum, absolutus postea à peccato per Iobelaum, impetrauit dispensationem super irregularitate, dicens se occidisse quemdam hominem, non facta mentione, quod occisus esset presbyter. Queritur, an dispensatio sit valida.

1 Respondeo quod non: quia tacuit non exprimendo id quod de iure exprimendum erat, & quod expressum retraxisset principem à concedenda dispensatione, quod facit gratiam subreptitiam. f Tacuit enim verum, non exprimendo satis specialiter Papae delictum, quod commiserat: quia expressit, quod occidit hominem, & ipse occidit hominem presbyterum, quod est longè grauius. Non obstat, quod ipse dixit super extrauagantem, & in Manu. h quod non omnis taciturnitas veri, quod expressum diffiditorem redderet principem ad concedendum, reddit gratiam subreptitiam, sed solum taciturnitas veri, quod iure mandatur exprimi: non inquam hoc obstat, quia iura iubent exprimi delictum, ex quo nascitur irregularitas, super qua petitur dispensatio: quod non fuit factum hoc casu, cum solum fuerit expressum homicidium in genere, quod verificari potest etià in homicidio laici, & in casu erat presbytericideum, & ita homicidium speciale, & grauiusimè qualificatum: & consequenter fuit admissa taciturnitas veri, quod iure debebat exprimi: & ita non solum non est contra hoc, quod ipse vt supra dixi, immo pro eo. Salua, &c.

SVM MARIVM.

1 Subreptitia non est petitio puella, qua vt obtineret dispensationem contrahendi cum affine, narrauit se incompetenter dotatam, qua verè tunc erat talis, licet ipsa & sponsus haberent spem certam, quod à matre vltra partem debitam esset titulo donationis, vel alio voluntario acceptura magnum patrimonium.

1 Dotè tantùm habere dicitur puella quantum valet id quod nunc habet & reliquit pater, ac quod à matre seu alijs etiam iniuris potest iure extorquere: illud autè, quod certo sperat titulo voluntario habere, non auget eius patrimonium, nec facit vt desinat esse pauper.

CONSILIVM XIX.

Impetrata fuit dispensatio à Summo Pontifice pro quadam puella sub nomine paupertatis, ad contrahendum cum sanguineo in tertio gradu: cui puella pater testamentum reliquerat 100. florenos in auro huius moneta; ita tamen, vt mater ipsius puella, quam maritus haeredem constituerat, & executores testamenti, naeti occasione eam locandi, possent pro qualitate matrimonij augere, aut minuere dotem. Dicta dispensatio commissio fuit officiali diocesis, in qua habitant dispensati; qui, accepta debita informatione, dispensauit cum illis; & sponsus puella dotauit eam in quatuor mille solidis huius ciuitatis, præter dotem quam habuerat. Hæc puella, etsi non habebat nisi tantum prædictos centum florenos, sperabat tamen se habituram bona matris, & patris, cuius mater erat haeres constituta, quæ multo pluris valebant: & eandem spem conceperat maritus puella; quoniam hoc ab ipsa puella, & ab alijs sepe audiverat: itaque erant quasi certi de hac hereditate obtinenda, quoniam mater & executores testamenti erant male affecti erga alios fratres dictæ puellæ. vnde consummato matrimonio, mater cum vno ex executoribus testamenti donauit omnia bona sua & bona patris dictæ puellæ dubitatur modo, an quia puella habebat hanc confidentiam, quod mater & executores essent illi donaturi prædicta bona (quamuis esset hoc in libertate matris) dispensati sint tuti in conscientia, cum in dispensatione dictum fuerit Pontifici, hanc puellam esse inopem: & si non sunt tuti, quid remedijs?

Declaret D. consulens, an in regno præfatorum dispensatorum seruetur iº commune, vel Castellanus, quo certa legitima debeatur filiis, & quot fratres habebat prædicta puella, & quanta legitima cuique fratrum debeatur ex bonis patris iam mortui; & si haberi potest, habeatur copia dispensationis: & libenter respondebitur id quod iuri propius videbitur.

1 Visa copia præfata dispensationis, & testamenti patris præfata puellæ dispensatæ, & intellecto, quod mater eiº viuere & quod nondum ei præfata filia successerit quod ad bona sua, quinimo ipsa poterat, si voluisset, relinquere alijs bona sua, relicta præfata filie dispensatæ: quinque florenis, & vno terræ arabilis modio tantum, & prædicta mater, & executores testamenti patris nõ obligantur per clausulam ipsiusmet testamenti dare in dotè præfata filie dispensatæ plus quàm centum florenos, & vno cacabo, & vestibus consuetis, licet possent, si voluissent; iuste iudicata fuit dispensata præfata inops, ad hoc, vt dispensatio esset valida: quia spes successione, præsertim in terris, in quibus certa legitima nõ debetur necessario filiis, nec spes donationis vel applicationis bonorum, antequam donatio & applicatio fiant, non censentur esse bona illius, qui habet spem præfata successione, donationis, vel applicationis præfatarum. & ita præfati DD. consulentes sine scrupulo possunt vti præfato matrimonio, & præfatis bonis, & alijs inter illos rectè gestis, in gloriam & obsequium Domini nostri Iesu Christi, qui nos omnes saluet. Amen.

SVM MARIVM.

- 1 Mandatum Papæ, ac illius delegati tenetur exequi ordinarius, nisi quando adest iusta causa supplicandi ab eis; & si continet Dei offensam, peccat exequendo. num. 2. & 3.
- 1 Ordinarius sententiam delegati Papæ reuocare non potest.
- 3 Exequutor merus non potest non exequi mandatum Papæ, & eius delegati; nisi quod præcipitur, sit in offensam Dei.
- 4 Indignum qui præficit ecclesie, peccat quidem; sed qui nõ tolerandum diutius tolerat, magis peccat.
- 5 Contrauenire factio proprio licet nemo possit regulariter, nec allegare turpitudinem suam; fallit tamen quando agitur de salute anime necessaria, num. 7. vel nomine Ecclesie siue Reipublica id facit. num. 8. & 9.
- 7 Malam à se factam alienationem bonorum Ecclesie reuocant clerici alienantes, & prælatus male à se factam confirmationem electionis.
- 8 Communem ob vtilitatem sepe auditur is, qui ob suam repellitur: vt excommunicatus, vel qui in eadem versatur turpitudine. num. 7.
- 9 Episcopus est index in causa sua Ecclesie, etiam ad instans procuratore fiscali, retractandum qua ipse fecit.

CONSILIVM XX.

N VALDE de formis corpore impetrat à Papa commissionem dispensandi cum eo ad Episcopum originis ad ordines & beneficia, & ab eo dispensatus impetrauit Ecclesiam parochialem alterius diocesis à Papa in forma dignum, scilicet vt ordinarius Ecclesie si reperiret eum idoneum, conferret eam illi, qui ordinarius licet à principio renuisset eam illi conferre, propter magnam corporis deformitatem, tandem rogatus contulit, & iussit ei tradi possessionem, qua tradita fuit.

Queritur primò, an ordinarius Ecclesie præfata peccauerit eam illi conferendo.

Secundò, an peccet permittendo illum possidere.

Tertiò, quo remedio possit eum iure ab Ecclesia expellere.

1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo pro parte negante vrgere primò, quod ordinarius tenetur exequi mandatum non solum Papæ, sed etiam eius delegati, etià si fit iniustus. a Secundò, quod ordinarius nõ potest reuocare sententiã delegati à Papa. b At delegatus Papæ dispensauit super præfati curati deformitate. ergo. &c. 2 Sed contrarium est tenendum. Tum quia oportet obedire magis Deo, quam hominibus. c At Deus iubet indignos sacerdotio arcere ab eo, d ergo, &c. Tum quia placet Papæ, vt sua mandata non exequantur, quando adest iusta causa supplicandi ab eis. e Tum quia irrefragabiliter Innocentius ab omnibus vtrouque receptus dicit, f quod is cui præcipitur aliquid à Papa, ex quo scit consecutura mala, peccat id exequendo: ita quod non solum non peccat cessando ab executione, sed etiam peccat exequendo, quando ex eo quod præcipitur exequuto sequeretur peccatum, quod post Andream Siculum, & Felinum grauius confirmat Decius & ex ministracione præfati adeo deformis sequeretur scandalum, & peccatum, vt præsupponitur in propositione questionis. ergo ordinarius non solum poterat se abstinere ab exequendo mandato: sed etiam tenebatur non exequi.

3 Non obstant opposita in contrarium: quia procedunt in exequutore meram executionem habente circa ea, qua fieri possunt absque legis diuinae offensione: nos autè loquimur de exequutore mixto, & de re, qua nõ potest fieri absque scâdalo, & offensione Dei, qua vetat illud Matt. 18. h

4 AD SECVNDAM responderetur; quod sic: quia licet non sit tantum peccatum non eijcere, quantum admittere cæteris paribus, i non tamen excusat omnino à peccato. Tum quia in hoc casu non solum prohibetur admisso, sed etiam tolerantia. Tum quia peior est continuatio scandalum per totam vitam duratura, quam admisso momentanea. k

5 AD TERTIAM responderetur, quod pro parte eius negante facit primò, quod tempus appellandi, & supplicandi à mandato supraddicto factio ordinario est iam pridem lapsum. & illa sunt remedia ordinaria, quibus rescinduntur, vel impediuntur sententiæ, vel alia mandata per subreptionem impetrata. l

6 Secundo, quod non licet regulariter cuiquam contra sua facta venire, m & quod præfatus ordinarius iã pridem admittit & sustinuit præfatum prouisum. Tertio, quod nemo allegans turpitudinem suam audiri debet, n & ita ordinarius præfatus non videtur posse allegare, quod malè præfatum prouisum admittit.

Quibus tamen non obstantibus, contrarium est tenendum, tum per cap. si quis presbyter. o quatenus habet, ipsummet præfatum qui malè re Ecclesie alienauit, posse illam repetere: & cap. nosti. p quatenus habet, electum qui male contulit beneficium ante suæ electionis confirmationem, post eam posse suam collationem reuocare.

7 Tum quia qui male contraxit matrimonium cum consanguinea, potest petere vt separaretur ab ea. q Tum quia licet regulariter non possit quis venire contra proprium factum, nec allegare turpitudinem suã fallit tamen quando agitur de salute animarum necessaria, vt in cap. venientes. r & in iuribus proximè allegatis, vt resoluti Panormitanus communiter receptus s Tu quia canonici, qui sunt plurales in beneficijs, & possidēt plura beneficia, nõ possunt nomine proprio, seu pro priuata vtilitate opponere prouiso, quod est pluralis in eis, quia Turpe est doctori, cum

culpa redarguit ipsum. a possunt tamen opponere nomine ecclesie, & pro eius vtilitate, vt glossa ibi communiter recepta concludit post Vincentium ante Panormitanum, Felinum & Decium. b

8 Tum quia licet excommunicatus non audiatur in iudicijs, c fallit tamen cum excipit pro vtilitate Ecclesie, d & ita licet præfatus ordinarius non deberet admitti contra præfatum prouisum pro sua vtilitate, audiri tamen debet pro Ecclesie vtilitate. Tum quia agit etiam pro vtilitate publica, qui alioquin est inhabilis. e

9 Per qua omnia resoluendum est præfatum Episcopum posse agere contra præfatum prouisum, primò nomine proprio pro salute animarum, tam suar, quam prouisi, & populi, qui ex ipsius administratione sacramentorum scâdalizarentur. Secundò nomine Ecclesie, de cuius vtilitate, ac reuerentia, & honore agitur. Tertio pro iure publico, & vtilitate, publica, qua in facris & sacerdotijs versatur. f & quod probabiliter dici potest procuratorem fiscalem sui episcopatus posse petere hoc coram ipsomet Episcopo, qui potest esse iudex in causa Ecclesie suæ cap. si quis erga. adiuncta glossa vltima communiter recepta. g quod cap. in hoc propositum citauit Panormitanus communiter receptus. h Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Delegatus ecclesiasticus nec pro labore potest quicquam, ne vnum quidem denarium extra esculentum, & poculentum, licite accipere.
- 2 Munerum acceptio, qua etiam iure diuino naturali videtur iudicibus prohibita, etsi possit restringi ad magna, que obcæcare possunt: num. 1. attamen quando in indiuiduo prohibetur in aliqua causa, nihil potest accipi. num. 4.
- 3 Propinas iædo capiunt Rotæ Auditores, qui videntur assignari loco stipendij.
- 4 Delegati, vt sunt Episcopus, & Vicarius, quibus committuntur dispensationes matrimoniales cū clausula, vt deposita omni spe cuiuscumq; &c. nihil nec pro labore, nec pro processu informatiuo possunt etiam sponte oblatum accipere.

CONSILIVM XXI.

CONSVEVIT in quodam episcopatu accipere Vicarius generalis eius vnum scutum pro labore, & occupatione accipiendi informationem testium præfatorum à partibus ad verificanda narrata in commissione de dispensando: & cum dubitaretur, an id ei liceret, responsum fuit ab aliquot eruditissimis affirmatiuè, de quo Episcopus nouè creatus videtur habere scrupulum, eo quod commissione adicitur hæc clausula, Per Apostolica scripta mandamus, quatenus tu frater Episcopo, seu sili Vicari, deposita per te omni spe cuiuscumque muneris, aut premij, etiam sponte oblato, à quo te omnino abstinere debere volumus, de præmissis diligenter te informes.

1 Ad hanc questionem videtur respondendum, quod nõ licet Episcopo, neque Vicario, accipere præfatum scutum. Tum quia non licet vlli iudicij vendere iudicium. i Tum quia in specie statutum est, ne vllus iudex delegatus capiat aliquid aliud, quàm esculentum & poculentum, pro labore quem suscipit in expeditione causa sibi delegata, cap. statutum. k cuius glossa recepta per omnes in verbo esculentum. dixit, quod nec vnum denarium potest licite accipere extra esculentum & poculentum.

2 Tum denique quod clausula præfata commissionis declarat, quod in commissione, de qua queritur, in indiuiduo nullum munus etiam sponte oblatum accipere debeat. cui non video quid satis apte respondere possit. Tum quia munerum acceptio videtur esse vetita iudicibus iure diuino naturali, vt nos probauimus in comment. de datis & promiss. quem nuper edidimus super extrauaganti S. D. N. Gregorij XIII. cuius caput est Ab ipso. l

3 Non obstat, quod responderi possit, hoc ius solum procedere in muneribus magnis, quæ verisimiliter possunt obcæcare iudices, non autem de paruis, & illis quæ verisimiliter non nimis afficiunt eos parti ea offerenti, & quod etiam non procedit in illis iudicibus ecclesiasticis, quibus pro quodam salario extraordinario permittuntur: qua ratione propinas, quæ R. R. Dominis Auditoribus Rotæ dantur, saluaremus.

a Li. 15. de Tri. ni. leg. Ratiua. Poila. ff. de co. trab. scriptio.  
b Per cap. cũ vos. de offic. ordin. & cap. present. de elec. lib. 6.  
c 12. que. 1. §. 12. num. 4.  
d Arg. ca. postulat. de rescript. & not. per Guiliel. de Cu. & Bal. in l. 2. C. de epif. aud. & Felin. in d. ca. postulat. col. 4. de rescript.  
e Ca. non pra. stat. de regul. iur. lib. 6. cum alijs similib.  
f Ca. postulat. ff. & c. super literis. de rescript.  
g De dat. & recept. n. 48. h Cap. 22. num. 80.

a Arg. l. 2. ff. de orig. iur. c. cũ ecclesie. de except. b Ibidem.  
c Ca. intellectum. de iudic. d Cap. dilecti. & ca. dilecti. de excep. cum eis annotatis. e Leg. si longius. §. 1. ff. de iud. cum alijs qua in hoc citat Decius in d. cap. dilecti.  
f 1. §. huius studij. ff. de iustitia & iure. g 2. quasi. 7.  
h In d. ca. nobi. sub finem.  
i Ca. nõ licet. 11. q. 3. & ca. non satis. 14. q. 5. c. cum ab omni. de vit. & hon. cler. k §. in super. de rescript. l. 6.  
l Nu. s. not. 3.

4 Non inquam hoc obstat: quoniam in casu proposito in indiuiduo Papa ipse committens gratiam prouidet speciatim, & in indiuiduo, ne commissarius, siue delegatus quicquam etiam sponte datum accipiat, & quod gratis negotium expediat: cuius mandatum in hac forma expressè factum videtur diligenter seruandum, & alia plurima, quæ afferri possunt. Per quæ videtur nobis hoc iuri proprius: quamuis lubentius, si per consuetudinem licuisset, contrarium respondiſſemus.

DE CONSVETVDINE.

SVM MARI VM.

- 1 Legi eidem potest etiam per desuetudinem ita in vna parte derogari, ut maneat firma in altera. & 2.
3 Lex tunc tollitur per non vsu, quando talis non vsus includit saltem equipollenter actum legis dispositioni contrarium.

CONSILIVM I.

VTRVM stante statuto capella S.D.N. qui seruerit in illa viginti quinque annis solum teneatur adire illam ad primum kyrie Missæ, nisi certis diebus, quibus si non adierit ad Primam, & Tertiam, multetur, obligentur moderni capellani, qui prædictis annis seruerint, ad eundem prædictis diebus ad Primam, & Tertiam sub pœna prædictæ multæ: attento quod nunquam prædecessores illorum à quadraginta annis ad illas iuerunt.

1 Respondeo, quod pro parte affirmatiua videtur irrefragabiliter faere hoc dilemma, quod est validum argumentum, quod aut per non vsu est sublatum prædictum statutum, aut non, si non est sublatum, per ipsum obligantur, si est sublatum, obligantur per ius commune contentum in cap. b quod innouauit Concilium Tridentinum c scilicet vt qui non interest choris non lucretur distributiones illis constitutas.

Pro astruenda verò parte negante dico primò, quòd vna eademque lex potest tolli quo ad vnam partem, & manere valida, & viua quo ad alteram, l. derogatur. d quæ habet tunc derogari legi, cum tollitur quo ad partem: sicut iurisdicção Episcopi potest tolli quo ad quedam, & quo ad alia manere, e tunc verò abrogari, cum tota tollitur.

Secundò, quod statutum prædictum videtur habere duas partes: altera est, quod capellani, qui seruerint viginti quinque annis, nullis diebus regulariter tenentur ad capellam, nisi ad Missam ante primum kyrie: altera, quod certis diebus in ea expressis teneantur ire ad Primam, & Tertiam, sub pœna multæ: & ita altera pars eius tolli potest: altera manente, & consequenter posse tolli posteriorem, priore manente.

2 Tertio, quod lex potest tolli per desuetudinem, seu per non vsu eius, f & sic potuit præfatum statutum tolli quo ad vnam sui partem, & manere quo ad alteram. Nec obstat, quod per solum non vsu non tollitur lex, secundum Ioannem Andream communiter à Panormitano & alijs receptum s & ab alijs, quos refert, & sequitur Rochus h quia id verum de non vsu purè negatiuo nõ implicante actum contrarium legi formaliter, vel æquipollenter, non autem de vsu implicante actum contrarium legi, vt in facto præsupponitur, & omnes declarant & limitant: & in casu proposito agitur de non vsu legis implicante actum contrariu illi, lex enim, de qua loquimur, disponebat, vt cantores, qui seruerint viginti quinque annis, tenerentur adire certis diebus ad Primam & Tertiam sub pœna multæ: & à tempore, quo illa fuit lata, prædicti cantores desierunt adire ad illas duas horas sine vlla pœna multæ, quod implicat actum contrarium legi multanti.

Quartò, quòd cum prior pars sit seruata semper à tempore, quo illud factum fuit, ante quadraginta annos, & posterior nunquam, sequitur quod prior pars manet, & posterior sublata est.

Quintò, ex his inferitur, quòd cum prior pars absoluat eos ab eundo ad officia, præterquam ad Missam ante primum kyrie, & posterior obligaret eos ad eundem ad alia officia certis diebus, & hæc est sublata, & illa durat, absolute sunt ab alijs officijs, præterquam Missa ante primum kyrie, & non erunt obligati ad eundem ad alia officia diebus præceptis per posteriorem partem.

Ad dilemma pro contraria parte oppositum, scilicet aut statutum prædictum est sublatum per non vsu, aut non

est sublatum, respondetur, quod nec est in totum sublatum, neque in nulla parte non sublatum, sed ex parte sublatum, & ex parte non sublatum, sublatum quidem quo ad partem posteriorem, qua exonerat eos: quod concludit propositum nostrum. Salua, &c.

SVM MARI VM.

- 1 Consuetudo in Ecclesiasticis rebus, ad hoc vt liget subditos, si sit præter ius, decem, si contra ius, quadraginta annorum debet esse præscripta, & rationabilis.
1 Vocem in electionibus actiuam de iure communi omnes profes- si, si sint saltem subdiaconi, habent in monasterijs, in quibus professi sunt. 3.
2 Plurium suffragio magis expedit vt fiant leges & electiones, quæ vt hæc facultas ad pauciores, etsi prædiores, restringatur.
3 Vocem actiuam in eligendo non potest non habenti concedere Capitulum, nisi omnibus nullo discrepante consentientibus.

CONSILIVM II.

IN quadam religione est consuetudo à septem vel octo Iannis inducta, vt tantum prudentiores re & arte habeant vocem in Capitulo, & admittantur in electionibus Superiorum. Quæritur primò, an sit iuridica, & toleranda. Secundò, an maior pars Capituli possit communicare vocem, que illi cõpetit in eligendo, his qui illam non habent.

1 AD PRIOREM quaestionem responderet primò, quòd præfata consuetudo non est bona, id est, quod est inualida ad hunc effectum, vt tanquam lex iusta liget subditos præfate congregationis. Aut enim est contra ius canonicum, aut præter illud. Si est contra illud, oportet quod sit rationabilis, & præscripta spacio quadraginta annorũ, a consuetudo autem præfata, esto sit rationabilis, non est continuata per quadraginta annos, sed tantum per septem, vel octo annos, ergo non est valida ad præfatum effectum.

Neque etiam si est præter ius, quia vt consuetudo etiam præter ius valeat in rebus ecclesiasticis, & iure Põitificis, requiritur vt sit continuata per decem annos, vt concludit Panormitanus communiter receptus. b Ego autem in præsentia inclino in eam partem, qua habet, illam esse contra ius commune canonicum: quando quidem iure communi canonico omnis religiosus professus tria vota substantialia in religione per Sedem Apostolicam approbata, simulac est professus, & subdiaconatu insignitus, videtur habere vocem in Capitulo, etiam in electionibus prælatorum. c Est etiam contra consuetudinem omnium religionum antiquarum ab antiquis Patriarchis inuentarum, & à sancta Sede Apostolica approbatarum, vt colligitur ex canonibus citatis à Petro Baifio d & consuetudo habet vim legis. e

2 Secundò, quòd si dicamus eam esse contra ius, qualemeo in præsentia esse iudicio, non est bona, neque seruanda: quia est contraria iuri canonico. Tertio, quòd licet videatur bona illa ratione, quòd docet, vt prudentiorum, & eruditorum, ac maturiorum suffragia pluris æstimentur, quam aliorum: alia tamen ratione non videtur esse talis, illa scilicet, quod pauciores facilius subornantur, quam plures, & quòd vtile est, vt multi sint consultores, & habentes vocem in Capitulis. Vnde & leges, & plebiscita Romanorum, in quibus condendis maiores cum minoribus occurrebant, quadam tenus videbantur firmiora, iuxta illa, quæ habentur in cap. plebiscita. f & vnde sumuntur. Et experientia docuit, in omnibus per orbem dispersis Academicis electiones gymnastarum, & prælectorum factas ab omnibus auditoribus meliores esse, quam factas à paucis. Quartò, quòd mea sententia securius esset, quòd omnes professi, & subdiaconatu insigniti haberent vocem in Capitulo, quam solum quidam maiores, quo alijs superbendi, & alijs inuidenti, & omnibus disidendi occasio non parua datur.

3 AD SECVNDAM iam alias respondi, non posse à maiore parte Capituli communicari vocem, qua cõpetit ei in eligendo, alijs, quibus ea non cõpetit, per glossam communiter receptam. g Et consequenter, si præsupponamus eos, qui non sunt assignati, non habere vocem in Capitulo, respondendum esset, non posse illis communicari à Capitulo, nisi concors fuerit, & nemo discreparuerit. Sed videtur per prædicta omnes professos esse assignatos Capitulis monasteriorum, in quibus professi sunt,

a Cap. fin. de cõsuet. cum ei late adnotatis per Rochiũ.

b In dicto ca. fin. de consuetud. num. 11.

c Ca. ex eo. §. i. de elect. l. o. & Clem. vt ij qui. de estate & qualitate. cum multis, quæ in eis. & alibi sepe notantur. d In Directo- rio electionũ. 1. par. cap. 2. e Ca. consuetudo. 1. dist.

f Ca. lex. 2. dist.

g In ca. quia propter in verbo vice omnium. de elect.

non obstante consuetudine prædicta, qua nondum est factis præscripta. Salua, &c.

DE ELECTIONE, ET ELECTI

POTESTATE.

SVM MARI VM.

- 1 Electio facta præsentate excommunicato non valet, si sit denunciatus, & constabat, eratque legitima excommunicatio, nec lata post præcedentem legitimam appellationem.

CONSILIVM I.

AN electio propter concursum excommunicati fiat irrita, & nulla, cum alijs legitime sustineri posset?

1 Respondeo, quòd electio est nulla eo solo casu, si excommunicatus erat denunciatus, & constabat illis, qui simul eligebant, & erat notoria, & legitima excommunicatio, & non fuit appellatum legitime ante excommunicationem, per cap. fin. a vbi Innocentius, Cardinalis, Panormitanus & communis, b & conditiones adiectæ huic decisioni probantur per cap. soler. c Salua, &c.

SVM MARI VM.

- 1 Electionem confirmandi, vel infirmandi qui ius habet, potest, & qui spectat ad publicam vtilitatem debet ex officio, etiam supplendo qua sunt facti, inquirere de meritis electi, eligentium, & forma electionis. & 2.
2 Iudex in concernentibus publicam vtilitatem potest ex officio, ne dũ qua sunt iuris, sed etiam qua sunt facti, supplere: vnde cogit compromissarios ad edenda acta electionis. num. 3. & reum ad edendum propria instrumenta fisco, ac vbi veritur animarum periculum, nu. 4. & notarium ad edenda acta, & hoc etiam quando intercessisset conuentio, vt seruentur sub secreto, nu. 5. & quod intercesserit iuramentum, nu. 7.
3 Acta, omnia coram notario, item & coram iudice facta, dicuntur publica.
4 Occultum vt remaneat id quod ratione publici interesse debet pandi, priuatorum factio fieri non potest.
5 Probari quod ex sui natura non potest nisi per paucas & certas personas, hoc habet privilegij, vt alias privilegij cogantur, & inhabiles admittantur ad testificandum.
6 Occultum tenere aliquid qui iurauit, non obest quin iudex possit compellere ad testificandum.

CONSILIVM II.

CAPITVLVM Ecclesiæ N. per suos compromissarios A. in suum Episcopum elegit, quam electionem confirmare noluit is, ad quem spectat: propterea pro parte Capituli appellatum fuit ad Sedem Apostolicam. Quæritur an debeat constitui iudices commissarij, qui de causa electionis huiusmodi in partibus cognoscant.

1 Respondeo primò, quod si verbum debeant in questione positum significat necessitatem resolouendum est dubium negatiue, scilicet quod non debent necessariõ constitui iudices commissarij, siue delegati, qui de contentis in quaestione in partibus cognoscant. Tum quia nullo iure id cauetur. Tum quia per cap. nihil. d & alia multa e constat quod confirmator electionis non tenetur constituere commissarios, & delegatos ad decidendã electionis causam, sed quod potest per se illã decidere, agendo acta necessaria, per se, vel per aliũ ad partiũ instatiã, vel ex officio suo.

Secundò, quod si verbum, debeant, positum in quaestione accipiatur pro iuste possint, resolouendum est dubium affirmatiue, quòd sic, quia omnis iurisdicção, & omne imperium iure Pontificio sunt delegabilia, iuxta glossam solemnem & receptam. f

2 Tertio respondeo, quòd iudex habens ius, & potestatem confirmandi, vel infirmandi electionem, potest & debet cognoscere de cõtentis in dubio per se vel per alium ad instantiam partium, vel ex officio suo. Tum quia potest & debet ex officio procedere & inquirere de ijs, que pertinent ad vtilitatem publicã, l. congruit. & l. si quis in hoc genus. h quas citat in hoc Bartholus, i quem Ripa & alij sequuntur. & constat hanc de qua loquimur electionis cõfirmationem ad vtilitatem publicam spectare. Tum quia expressè hoc determinat Innocentius I I I. k cuius glossa l recepta à Panormitano & alijs ait ibi probari iudicem confirmationis electionis posse ex officio etiam ea, qua sunt facti, supplere: & paulò inferius ait, quod etiam si nihil obijciatur electio, ille qui confirmat electionem debet inquirere de modo electionis, an sit canonice facta de persona etiam electi, an sit idonea m & idem

a De procurat. b In capi. illa. de elect. c De sentent. excomm. li. o.

d Cap. constitu- tus. cap. post petiam. e De elect. & cap. ult. eod. tit. lib. o.

f Cap. peruen- nit. g. dist. g. ff. de offic. presid. h C. de Episc. & cleric. Leg. l. §. hoc autẽ iudiciũ. ff. de dano in- feso in 2. op- positioe. k Ca. cum no bis. de elect. l In verbo ex offic. m Per ca. ven- nerabilẽ. eod. tit. & c. prius quã. 28. dist.

Innocentius III. in causa postulationi suppleuit, cap. bona memoria. a vbi glossa b ait quod iudex potest supplere non solum ea que iuris sunt, sed etiam ea que sunt facti in spectantibus ad publicam vtilitatem: & ita in hac causa electionis tam insignis Ecclesiæ, in qua de tam publica vtilitate agitur, merito S. D.N. poterit, & debet ad instantiam partium, vel ex officio suo per se vel commissarios suos facere omnia qua opportuna fuerint ad sciendam veritatem de persona electi, & electorum, ac de forma eligendi habita, & seruata per Capitulum & compromissarios eius. Vnde idem Innocentius III. in quadam causa cõfirmationis electionis, de qua cap. oblate. c dixit quod iudex superior, ad quem appellatum est super electionis confirmatione, potest, immo debet facere que conueniunt, ne gregi dominico diu desit cura pastoris.

3 Quartò respondeo, quòd potest S. D.N. & debet propter publicam vtilitatem, qua in hac causa versatur, compellere Capitulum, & compromissarios eius, & notarios ad edenda sibi omnia corã eis acta, quæ ad huius causæ iustã & breuẽ expeditionẽ pertinent: tũ per citatam 2. dicto.

4 Tum quia etiam reus cogitur edere instrumenta sua fisco actori, ratione publicæ vtilitatis, d vbi Bartholus & omnes hoc tenent, & tradunt Panormitanus & communis e & alij in alijs multis locis citati per Felinum ibidem. Tum quia eadem, immo firmiori ratione potest iudex cogere reum ad edenda sua instrumenta in causis publicis, & spiritualibus, in quibus tantum & plus exuberat officium iudicis, quantum & plus vtilitatis publica, ac salutis, ac periculi animarum vertitur, quam in fisco, iuxta præfatum cap. oblate. f tenet Panormitanus receptus ab omnibus. g Tum quia superior iudex potest cogere notarios publicos ad edenda instrumenta, & acta publica coram eis gesta ei, cuius interest, & magis ex officio suo ratione publica vtilitatis, præsertim spiritualis. h

5 Quinto, quod non possunt excusari ab editione præfatum Capitulum, & præfati cõpromissarij, & notarij eorum, eo quod conuenierint, vt vota eorum manerent secreta. Tum quia omnia acta coram notarijs dicuntur publica, i cum notarius ipse sit persona publica, vt per præfata iura tradit Decius post alios k sicut & acta coram iudice dicuntur publica. l Tu quia non licet canonicis conuenire, vt electio maneat secreta, vt notat, Panormitanus, m citant ad id Compostellanum. Tum quia pacto priuatorum iuri publico derogari non potest. n Ergo nec pacto canonicorum fieri potuit, vt maneat secretum quod Reipublicæ interest, vt pãdatur. Tum quia quoties natura rei probandæ est talis, quod non potest probari, nisi per paucas & certas personas, illa tenentur testificari, etiã si fuerint priuilegiata: ad non testificandum, secundũ Hostiensium communiter receptum o & etiam si essent inhabiles, secundum Antoninum Butrio & Imolensem, p quos sequitur Decius q & probatur per l. consensu r cum ergo vota secreta præfata coram compromissarijs, & notario suæ nature sunt talia, quæ non possunt probari aliter, quam per acta coram ipsis, poterunt compelli ad edenda illa. Tum quia impossibile est scire, an cõpromissarij præfati seruauerint formam eligendi sibi à Capitulo commissam, nisi habita notitia de suffragijs, siue votis, quæ canonici singulatim alijs dederunt, quoniam ipsi tenebantur eligere illum, in quem maior pars Capituli consentiret, quod an seruauerint, sciri non potest, nisi facta fide de numero votorum, quæ fuerunt data illis, qui habuerunt aliqua suffragia, & vota. Cum ergo superior possit, & debeat inquirere an forma electionis debita seruati fuerit seruata, & non possit hoc scire nisi compellendo notarios, vt acta coram eis gesta edant, necessario consequitur, posse & debere illos ad hoc compelli. s Tum denique, quòd iudex superior potest compellere ad testificandum eos, qui sciunt aliqua secreta (extra sacram confessionem) etiam si conuenierint inter se, vt teneantur secreta, & iurauerint non reuelare illa, etiam iudici iubenti, secundum S. Thomam t & Innocentium, v Panormitanum x communiter receptum, quem nos quoque sequuti fuimus pridem iure firmo, & ratione probauimus cap. inter verba. y & in Manual. z ergo à fortiiori notarium ad exhibenda, & edenda acta, & gesta coram ipso, tamquam coram persona publica, coram iudice, vel arbitro, cum arbitria sint pãdacta ad

a De postula. b In verbo citauimus allegare.

c De appell.

d L. nec quisquam ff. de edendo. e Ca. 1. de proba. f De appella. & c. nihil. & ca. ne pro desitu, de elect. & c. exceptio ne. de except. c. 1. eodem tit. lib. o. g In d. cap. 1. de proba. nu. 21. h Leg. 2. C. de edend. cum ei adnotati. & ca. quoniam cõtra. de proba. & c. perpetuus. adiun- cta sua gloss. de fide instru. i Vt in prædi- cta l. 2. & l. e. orphanotro- phos. C. de Episcopi. & c. quoniam con- tra. de proba. k Di. ca. quoniam. notab. 7. scilicet.

l L. 2. ff. ad exhiben. adiun- cta glo. verbo in publico. m Capi. quia propter. §. fin. de elect. n Cap. si dili- genti. de foro comp. & l. ius publicum. ff. de patz. o Cap. 1. de test. cogend. p Cap. tertio loco de proba. q Cap. 1. eodẽ tit. nu. 31. r C. de repud. & c. veniens. 2. de testibus. s Arg. c. pre- terea. de offic. deleg. d. l. 2. ff. de iurisdicção. om. iud. t 2. 2. qua. 70. arr. 1. ca. 2. v Cap. qua- liter. 1. de ac- cusa. x Ca. dilectus. de excess. præ- lat. sub fin. & c. ca. qua- liter. & c. om- nis. de poenit. y Concluf. o. num. 218. z Cap. 25. nu. 41.



similitudinem & instar iudiciorum, & in actis coram eo debeat seruari dispositio cap. b quoniam contra. b vt in eo Panorm. communiter receptus annotauit, & in alia informatione probauimus. Salua quae iustior fuerit sententia.

SVMARIVM.

- 1 Religio non potest condere statutum contrarium dispositioni iuris communis etiam quo ad electionem superiorum facientem, nisi hoc eis speciali sit concessum privilegio.
2 Mutatio antiquae legis, seu vitae in religiosis solet esse ingrata, vnde eandem inducere volenti facile contradicitur.
3 Electio praetati cuiuslibet monasterij de iure spectat ad eiusdem monasterij conuentum, expedit autem magis vt eligatur perpetuus, quam triennalis.

CONSILIVM III.

ORDO Eremitarum sancti Augustini in 35. prouinciis diuisus est: quarum omnes, quae in Italia sunt (sunt autem vigintiduae) eam ab antiquo consuetudinem obseruant, vt Praesidens, Prouincialis, & Definitor in Capitulo facultatem habeant ad condendas, & reformandas sui ordinis leges.

Dubatur primo, an in toto seu parte modum eligendi conformem iuri communi tollere absque expressa Papae facultate valeant.

Secundo, an eligendi praetatos modus aptior Hispanorum sit, quo a monasterio praetatus triennalis eligitur, an Italorum, quo a Capitulo generali perpetuus.

AD PRIMAM QUESTIONEM respondeo primo, quod certum est praedictum Reuerendum Generalem cum praedictis Definitoribus non posse cum maiori parte sui ordinis tollere toti ordini, nec parti eius modum eligendi, quem iuri communi conformem habent, sine facultate expressa in id a Pontifice Maximo facta, quia nulli ei inferiori licet edere legem contrariam iuri communi. c Secundo, quod Celsus iure consultus ait d inciuile esse, de lege, nisi ea tota perspetua iudicare, ideoque oportere ad recte respondendum huic quaestioni, videre facultatem, quam Pontifex Maximus fecit praedicto ordini ad condendas, & reformandas leges sui ordinis, & etiam scire si aliqua praedictarum prouinciarum habeant aliqua priuilegia particularia super suo modo eligendi.

2 Tertio, quod etiam si facultas a Pontifice Maximo concessa Generali, & Definitoribus praedictis de rigore iuris se extenderet ad faciendam praedictam legem, qua omnes in vno modo eligendi conuenirent, vtile tamen multum esset, vt ab eius Sanctitate, quando tam propinqua est, impetrent gratiam specialem eam condendi, quia, vt ait Imperator, e difficilis & ingrata est vitae mutatio: & qui iam habent sua reia de more tenfa in conuentibus particularibus, quod fiant Priores, vel alius generis officiarj, nihil non agent, vt contra talem legem appelleret, supplicetur, vel aliquo alio remedio iuris, vel non iuris iuuetur.

AD SECUNDAM quaestionem respondeo primo, quod iuri communi conformior est modus eligendi praedictus Hispania, quam modus eligendi praedictus Italia, quia iure communi ad quemcumque conuentum cuiuslibet monasterij pertinet electio praetati illius. f Secundo, quod, vt res humanae nuc se habent, crescente nimium honoris appetitu, & decrescente humilitatis amore, refrigerescit caritate, loge aptior, & commodior est ambitioni reprimende, factionibus sedandis, extirpandis odiis, detractionibus minuendis, & paci Christianae conseruandae, & augenda, Deoque grator est modus praedictus, quem prudentissima, eademque modestissima Italia seruat, quam ille, quem Hispania seruare dicitur, per ea multa, quae ipse nuper scripsi in comment. 3. de regula. § ad probandum quod nemo debet procurare, vt de Abbatibus perpetuis fiant triennales, si a suis monasterijs fuerint eligedi. Salua, &c.

SVMARIVM.

1 Scrutatores suffragia vni data alteri falso referentes, magna pena arbitraria sunt puniendi, & praeterea electio non tenet.

CONSILIVM IV.

QVID dicendum de Generali cuiusdam ordinis, & scrutatoribus electis ad faciendam electionem Prouincialis, qui machinati sunt, ne scrutatores dicerent verum, quot suffragia habuit is, in quem maior pars consensit, sed tribueret maiorem partem alteri, qua fraude electus fuit?

1 Responderetur, quod grauissimè peccauerunt tam scrutatores, quam Generalis, & quod electio coram Deo nihil valuit, & digni sunt praedicti fraudatores magna poena: tum quia rei grauissima falsitatis fuerunt. Tum quia Concilium generale a statuit vt potestate priuarentur electores, qui contra formam illius cap. celebrarent electionem, etiam sine vlla fraude. Quanto magis debent puniri, qui tam graui fraude id fecerunt? Et quia poena huius magni delicti non est determinata iure communi, arbitrio iudicis competentis (nisi in constitutionibus ordinis: quas nos nescimus, fuerit determinatum) relinquitur. b Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Electionem a maiori parte factam non admittens peccat.
2 Electio metu facta est ipso iure nulla, sicut & matrimonium, & professio.
3 Metus minor iusto in foro interiori, si fuit principalis causa actus, vitiat.
4 Metus, vt annullat actum in foro exteriori, requiritur quod sit iustus.

CONSILIVM V.

SEX decem monialibus habitibus votum in electione Abbatissae, nouem suffragatae fuerunt vni, & septem alteri, & superior, qui aderat, volebat, vt duae partes suffragantium conuenirent in vna, & fecit eas octies facere electionem, sperans, quod aliqua ex suffragantibus vni, accederent alteri, quo duas partes haberet: & cum nolissent vllam mutare sua suffragia, minatus est superior eis, quod nisi duae partes consentirent in vnam, ille esset vocaturus vnam aliam monialem alterius monasterij: quo metu compulsa omnes conueniunt in vnam tertiam, quae nullum antea suffragium habuerat, quae confirmata a superiore rexit monasterium multo tempore, sed non dum triennio completo. Quaritur, an electa a nouem, quae maiorem partem Capituli constituebant, sit aliquod ius repetendi abbatiam.

1 Respondeo primo, praefatum superiorem peccasse, ac male fecisse, nolendo acceptare electam a maiori parte, praefertim cum toties eligeretur ab illa, immo & cogendo eas ad toties eligendum, & magis adiungendo minas de vocando aliam, nisi conuenirent duae partes, contra praedictum textum expressum.

2 Secundo, quod facile teneri posset praefatam electionem postremam fuisse inualem, & nullam: quia omnis electio metu facta est ipso iure nulla, per textum putatum ab aliquibus singularem in cap. vbi periculum. d quatenus requirit etiam in electione Papae voluntatem liberam eligendi sic, quod aliis non sit futura valida, quae communis est Doctorum sententia, & confirmatur primo, eo quod etiam matrimonium carnale est ipso iure nullum, si metu contrahatur, e & matrimonium spirituale quo ad haec aequiparatur matrimonio carnali, iuxta glossam notabilem & receptam. f Secundo confirmatur, quod etiam metus reuerentialis patris efficit profectionem religionis filij nullam, per textum adiuncta glossa. g

3 Tertio, quod omnis metus etiam non iustus reddit actum nullum, & inualem quo ad forum conscientiae, si principaliter fiat ob illum metum, vt nos efficaciter probamus in Manual. confess. h & consequenter si praedicta monialis, in quam consenserunt nouem propter praedictum metum, quo superior minatus fuit se vocaturum aliam de alio monasterio, cessit iuri suo iam quaesito per electionem, iudicandum est inualem cessisse.

4 Quarto, quod in foro interiori opponetur ei, quod metus ille non fuit iustus, & quod ipsa non appellauit ad mandatum superioris, & quod rogata fuit, vt desisteret a iure suo, & quod potius fecit rogata, quam metu terita: & quod altera est, & magno tempore mansit in possessione pacifica, & habita pro bona, & iuridica ab ipsamet, & id genus alia, per quae difficile obtinebit pro se sententiam in foro, vt aiunt, fori, quamuis certe in foro quod aiunt, poli, praedictus superior, & praedicta loco eius electa merito magnis scrupulis crutiari possent.

SVMARIVM.

1 Electio secundum honestatem debet fieri de gremio collegij, facta tamen de extraneo tenet, debetque fieri a maiori parte, adeo vt, si solum sint vnus vel duo, non possint nisi exterrum eligere. num. 4.

a In cap. quia propter. de elect.

b Argu. l. ff. de iure deli. beran. & ca. de causis. de offic. deleg.

c Iuxta c. in demeribus. §. 1. de electio. lib. 6.

d §. ceterum. de electio. l. 6.

e Ca. cum loci. de sponsal. l. in ca. bona. de electio.

f Cap. 17. nu. 29. & efficacia. c. 22. nu. 51.

CONSILIVM VII.

IN quodam monasterio canonicè electus fuit Titius in Priorem: verum quia mox decretum non est firmatum, ita volente eo, ad quem pertinebat firmare, inuenta in vna schedula alba, quam existimabat connumerandam inter voees eligentium, cum tamen mos sit in ordine huiusmodi schedulas connumerare inter renunciatiuas, siue nihil ponere in numero: ideoque post aliquot dies iustu & auctoritate superioris firmatum fuit decretum ab alio scrutatore, cum praesumeretur ille, qui firmare debeat, malitiosè distulisse. Quaritur quid iuris?

1 Respondeo primo, quod qui praefatam schedulam albam immisit in vnam, non videtur computandus esse praefati ordinis, vt computetur inter illos, qui suae voci videntur renunciaisse. Tum quia quando electores conueniunt ad eligendum, & aliqui eorum exeunt ex loco electionis, non computantur in numero electorū, quod ibi Panormitanus multum commendat. Tum quod glossa notabilis b determinat eum, qui renunciat suo voto, non esse magis de numero electorum, quam sit absens non vocandus, vel vocandus, sed nolens venire vocatus: quod in hoc expresse approbat Bonif. c

2 Secundo respondeo Hostiensem, Ioanem Andream, Panormitanum & comunem tenere, quod electio debeat fieri mox, vel in continenti post collationem suffragiorum, eo quod de forma substantiali electionis sit, quod statim post collationem suffragiorum fiat secundum eodem, & receptiorem intellectum cap. quia propter d vt tradit communis ibi. & aliis facta declaranda est cassa, & nulla secundum Ioannem Andream, Panormitanum & comunem e per illum textum licet Hostiensis putet esse cassandam.

3 Tertio, quod praefata conclusio limitanda est necessario, vt tunc solum procedat, quando fit ex ignorantia, vel ignaui quadam eligentium, vel fraude electi, non autem quando differretur per malitiam electorum, vel propter aliquam causam iustam. Tum quia non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, f neque sine culpa priuari iure suo, g & ita ei, in quem maior pars Capituli consentit, non debet afferri conditio iniqua ab eligentibus differendo electionem, neque sine culpa debet priuari iure sibi iam quaesito saltem ad implorandum officium superioris, vt compellat electores ad eligendum.

4 Tum quia Gregorius IX. declarauit h quod publicato scrutinio non possunt variare, qui suffragari sunt, & quod compelli possunt ad eligendum eum, qui debet eligi secundum suffragia publicata, & certum est, quod non potest sine magno interuallo temporis fieri, vt petatur a superiore compulso eligentium ad eligendum, & detur illa ab eo, & fiat eius intimatio. ergo necessario est tenendum, quod electio facta post moram interpositam per malitiam, vel dolum eligentium, vel aliam iustam causam sine fraude electi valet, & ita limitationem hanc puchre tenet Panormitanus i & Petrus a Baifio, k & necessario elicitur ex praefato cap. publicato inducto modo praefato.

Quarto, quod ex praefatis sequitur, prudentissimè, iustificumque fecisse superiorem iubendo vt eligeretur Titius. Salua, &c.

SVMARIVM.

1 Nocte fieri potest, quicquid eo tempore fieri non reperitur specialiter prohibuit: vnde contractus, testamenta, & collatio beneficij eo tempore facta valent, fallit in electione, in qua seruanda est forma cap. quia propter. num. 2. & in omnibus actibus iudicialibus, qui sunt sine consensu partium. num. 2. & 3.

1 Electio facta de nocte tenet, modo non requirat formam c. quia propter. num. 2. nec obseruantiam decreti Concilij Tridentini num. 4.

2 Electio, in qua, omiffis requisitis iure humano, seruantur requisita iure naturali & diuino, tenet.

3 Diem artificialem non finire occidente Sole, sed durare vsque ad tenebras verus est: & an factum in crepusculo dicatur factum in die, ex iudicij pendet arbitrio.

CONSILIVM VIII.

DEFINITORIVM alicuius Capituli seruatis alijs seruandis fecit electionem superioris sui nocte. Quaritur an illa valeat.

- 2 Collegium in sui erectione secundum ius ciuile ad minus tres, secundum canones duas requirit personas, at erectionem sustinetur in vna persona, qua sola possit eligere praetatum, eumque Pontificem.
3 Eligere seipsum nemo potest, sed nec pro se cum alijs suffragari, nisi esset vnus ex compromissarijs. num. 5.
5 Electores, etiam si totum collegij sit redactum ad duos, non possunt cogi, vt alios accipiant collectores, sed possunt ipsi soli eligere.

CONSILIVM VI.

IN QVODAM conuentu deficientibus fratribus, qui votum & vocem haberent pro electione Prioris dicti conuentus, Prouincialis misit illuc duos fratres, a quibus fieret electio alicuius extra conuentum existentis, qui schedulis secretis vnus elegerunt absentem, & non pertinentem ad illu conuentu. Dubitatur an sit legitima electio.

1 Ad respondendum breuiter, clarè, & apertè, praesuppono primo, quod electio praetati iure communi non est necessario facienda de aliquo, qui sit de collegio electorum, ad hoc vt valeat: quoniam licet honestius & sanctius sit eligere aliquem de collegio, quam extraneum, a electio tamen facta de extraneo idoneo a toto collegio, vel a maiori eius parte, valet, vt satis efficaciter probat cap. cum inter canonicos. b & ita tenuit glossa Bartholomaei Brixienfis c & glossa Bernardi, d quorum opinionem sequuntur Innocentius, Hostiensis, Panormitanus & communis e eamque vsus Ecclesiae seruat secundum eodem.

2 Secundo praesupponendum est, quod licet nullu collegium Ecclesiasticum possit constitui in vno, quia de iure ciuili requiruntur saltem tres. f & de iure canonico saltem duo, g constitutum tamen semel in multis potest totum eius collegij venire ad vnum, & conseruari in illo: casus est in l. sicut. h & glossa solumnis i communiter recepta & declarata k per Panormitanum l communiter receptum: adeo quidem, quod si omnes Cardinales exirent e conclauis, posteaquam ad eligendum Papam in eo conueniunt, excepto vno, ille solus possit eligere Papam, vt asseruit glossa memorabilis l quam communiter ibi recepram magnificat Martinus Laudunensis m quem sequitur 3 Petrus a Baifio: n quamuis is vnus, in quem resideret ius collegij, non posset eligere seipsum, per ca. per nostras. o & per rationes tam ab auctore ipsius in contextu eius, quam ab alijs commentatoribus adductas. p

4 Tertio, quod ex hoc secundo praesupposito sequitur tertium, scilicet, quod praefati duo fratres, in quos recedit totum ius collegij, poterant eligere in praetatum aliquem extraneum, alioquin idoneum: quia poterant ambo ei suffragari, licet non potuissent eligere alterum de seipsis: quia maior pars, cum non essent nisi duo, non poterat suffragari alteri eorum, quod requiritur ad valorem electionis, iuxta praefatum cap. quia propter.

Nec obstat cap. cum in iure peritus. q quod videtur probare quod electus consentiendo electioni suae videtur augere numerum suffragiorum, quod ipsum videtur probare cap. si compromissarijs. r quia illud est verum, quando electio fit per viam compromissi, idest, cum habentes ius eligendi compromittunt accipere in praetatu eum, quem maior pars compromissariorum nominauerit, non autem cum habentes ius eligendi, eligunt vt collegium per viam scrutinij, vt irrefragabiliter probat cap. Cumana, s & Panormitanus communiter receptus declarat. t

6 Quarto, quod consequitur praedicta, est quod praefati duo fratres non poterant cogi iure communi ad suscipiendos socios, siue consortes suffragiorum, siue votorum ad eligendum suum praetatum. Tum argumento cap. cum ecclesia Sutrina v & eorum, quae ibi adnotatur, praefertim per Ripam. x Tum quia suo iure vtēs nemini facit iniuriam. y

SVMARIVM.

1 Eligentium de numero non censetur, qui schedulam albam in vnam ponit, sicut & nec qui recedit de loco in quo ad eligendum conueniunt, aut voto renunciauit.

2 Electio nisi statim post collationem suffragiorum fiat, est nulla, & hoc, si ex ignorantia, vel negligentia eligentium, vel electi malitia, secus si ex malitia eligentium procedat. num. 3.

3 Scrutinio publicato non possunt variare electores immo compellendi sunt ad eligendu illu, qui iuxta vota publicata debet eligi.

a Iuxta c. nullus inuitis. & cap. obitum. §. dist. & alia similia. b De electio. & etiam cap. quia propter. eod. tit. c In d. c. nullus. d In d. c. cum inter canonicos. e Ibidem. f L. Nerarius. ff. de verb. signif. g Cap. 1. de elect. h §. final. ff. quod cuiusq. vniuersi. no. min. i In ca. grati. verb. maiorē partem. de potest. praelat. k Ibidem & in d. c. 1. de elect. l In clem. no. Romani. §. porro. verbo. omnes. de elect. m In tract. de Cardinalib. concl. 22. n In directio. de electio. l. parte. ca. 2. num. 4. o De iure patronat. p Ibi, & in c. Cumana. de elect. & aliu locu supra citati. q De elect. r De electione. lib. 6. s De elect. t Ibi, & in d. c. cum in iure peritus. v De causa possess. & proprietat. x Et in c. obeu. tibus. 63. d. ff. y Cap. cu ecclesia Vultreana. de elect. & le iniuriā. §. ff. de iniurijs.

a L. ff. de recept. arbi. b De proba.

c Ca. quod su per his. de maior. & obedie. c. inferior 21. dist. clem. ne Romani de elect. d In l. inciuile ff. de l.

e In authen. de monachis. coll. 1. §. 1.

f Cap. 1. cap. quia propter & toto tit. de elect.

g Super cap. nullam 18. q. 2. a. num. 3.

a Capit. quod nobis. de elect. b Clem. quod circa de elect. c Num. 29.

d De elect.

e In cap. cum post positam. de elect.

f L. no. debet. ff. de reg. iur. & c. denique. l. 4. quali. s. g Ca. sine cul pa. de reg. iur. lib. 6.

h In c. publicato. de elect.

i In d. c. publico. & in ca. cum post positam. de elect. k In tract. de elect. par. 3. c. 34. num. 2.

**1** Respondeo quod pro electione facit, quod omnia que specialiter non prohibetur fieri nocte, possunt quocumque tempore fieri. & quod omnis contractus, & omnis ultima voluntas potest fieri nocte, ut post alios tradunt Felinus & Decius <sup>a</sup> & quod collatio beneficii nocte facta valet, ut tradit Panormitanus <sup>b</sup> immo & electio, in qua non est seruanda forma cap. quia propter. <sup>c</sup> ut ipsemet ibidem dicit: & quod non videtur in iure comuni textus qui prohibeat electionem per definidores faciendam noctu fieri, & quod tanta, vel maior potestas dari potest, & quotidie confertur per collationem, vel prouisionem alicuius abbatii, diaconatus, vel archidiaconatus, quam per electionem definitorum huiusmodi.

**2** Contra tamen prefatam electionem facit primò, quod licet responderi possit quod electio definitorum non est magis actus iudicialis, quam collatio beneficiorum, & quam electio beneficiorum, in qua non est seruanda forma dicti cap. quia propter: replicari tamen potest, quod electio in qua est seruanda forma capit. quia propter, <sup>d</sup> non potest fieri nocte, ut determinat Panormitanus <sup>e</sup> quem sequitur Felinus <sup>f</sup> ubi communis opinio videtur idem tenere de omnibus actibus iudicialibus: & dies videtur solum durare Sole lucente super terram secundum Decium, & per eum allegata. <sup>g</sup>

Quibus pro vtraque parte consideratis, resoluendo dico primò, prefatam electionem valuisse, si absque alia fraude facta fuit ante tenebras: tunc per citata pro hac parte, tum per illud singulare dictum Innocentij <sup>h</sup> citato in precedente concilio scilicet, quod valet electio facta non seruata forma iure humano introducta, si concurrunt iure naturali & diuino requisita. Tum quod etiam sententia iudicum, & alij actus iudiciales noctu facta valent, si de consensu partium fiat, secundum Ioannem Andream reletum per Felinum <sup>i</sup> & probatur ratione valida per Salicetum <sup>k</sup> & quod electio prefata fuit de consensu eligentium facta. Tum quod licet aliqui dicant diem artificialem Sole occidente finiri, verius tamen videtur illum durare vsque ad tenebras, iuxta determinationem Cardinalis quæ facit post disputationem in cap. si perfodiens. <sup>l</sup> concludens fere in effectu, arbitrarium esse, an factum in crepusculo sit factum in die: nam, ut ait, *etia ante ortum Solis dicitur dies, quando iam albescit. An statim post signat a prefata Ave Maria communiter absque candela vel alio lumine cernunt se homines, & discernunt ab alijs, ita quod sine lumine videri possit: tunc enim Sol bene est ortus, licet nobis non appareat: quia radij sui iam operantur effectum quo ad nos, & de se, donec fiant tenebræ: durant radij Solis quo ad nos: Sol tunc proprie ex toto non occidit.* hec ille Cardinalem sequitur Felinus. <sup>m</sup> & muniri potest eius dictum ea ratione, quod hoc habet communis vsus loquendi, qui seruandus est. <sup>n</sup>

**4** Secundo dico, quod si fuit facta post tenebras, & quando iam sine candela non possit cerni, nec discerni, valet quidem quo ad forum conscientie per predicta, & etiam quo ad forum exterius secundum antiqua iura, quæ non requirebant prefatam formam eligendi secretè, sed non secundum Concilium Tridentinum & constitutionem ordinis super eius executione facta, secundum quam requiritur forma secretè suffragandi per schedulas, quæ commodè seruari non potest sine lumine artificiali, plusquam olim electio, in qua seruanda erat forma cap. quia propter, <sup>o</sup> quam nocte fieri non posse supra dictum est.

S V M M A R I V M.

- 1 Electionem non vitiat defectus occultus vnus de electoribus.
- 2 Electio si habeat eligentium consensum, qui solus iure natura requiritur, suffinetur.
- 3 Publicatio suffragij tunc vitiat, quando publice facta est, vel fuit vera, vel presumptiua causa electionis.
- 4 Secretis suffragijs electus, ut requirit Concilium dicitur is, cui alij secretè suffragari sunt, licet ipse suum alteri datum sine fraude manifestauerit.

CONSILIVM IX.

**C**ONGREGATIS quibusdam ad electionem secretè faciendam, scriba, qui scribebat nomina eligendorum in schedulis dandis electoribus, monstrauit alteri sine vlla fraude & malitia schedulam continentem nomen,

pro quo suffragabatur: alijque omnes suffragari fuerunt. secreto ipsi scriba, qui suum suffragium publicauit. Quæritur an electio valeat, stante <sup>a</sup> Concilio Tridentino.

**1** Respondeo, quod valet electio. Primò, quod defectus clandestinus vnus de Capitulo non debet nocere Capitulo id ignoranti, neque actui ab eo aliàs legitime facto. Secundò, quod alioquin sequeretur, quod vnusquisque electorum, posset pro suo arbitrio electionem reddere nullam, si conueniret illud eidem, posset enim dicere socratio suo clam, pro quo suffragaretur, & electione facta dicere, quod non fuit secretò suffragatus, si conueniret ei iudicare electionem nullam, & tacere id, si placeret ei electio. Tertio, quod ostensio prefata presupponitur non fuisse facta fraudulenter, ut esset causa ut alij suffragarentur pro eo, sed solum ut sciret socius, quod ipse scriba non suffragabatur sibi, sed alij: & ita non potest callari ratione fraudis.

**2** Quarto, quod electio, ad cuius valorem concurrunt requisita iure naturali, valet, licet forma iure humano inducta non seruetur, secundum singulare dictum Innocentij <sup>c</sup> & in casu proposito concurrunt consensus eligentium iure naturali requisitus: quia omnes consenserunt in scribam præter ipsummet, qui alteri suffragatus fuit.

**3** Tum quod intentio, & mens Concilij fuit statuere, ut Capitula facerent electiones secretè in huc sentum, quod non permittant fieri aliquid, ex quo publicari possint nomina eligentium: & si tale quid permiserint, & factum fuerit, electio non valeat. fuit item intentio eius, ut nullus capitularium manifestet suum suffragium alij publicè, nec secretè: & quod si manifestaret publicè, & Capitulum id permetteret, non valeret electio: si autem secretè alicui manifestaretur, castigaretur ille: & si illa manifestatio esset, vel præsumeretur fuisse causa cur talis electio facta fuisset, cassaretur illa, & alia non: ne in sua potestate esset cassare publicando se manifestasse suum suffragium, vel ratificare id tacendo: quia nihil iure naturæ requisitum ob id deforet electioni.

**4** Quinto, quod Concilium Tridentinum solum requirit, quod omnes prelati eligantur per vota secreta: & D. consulens electus fuit per vota secreta: quia omnes, qui ei suffragati fuerunt, secretè id fecerunt, & suffragium publicatum nihil profuit ei vel alteri: & consequenter videtur satisfactum verbis Concilij, & non itum obuiam menti, & rationi illius, cum nihil sit actum in fraudem legis, nec in iniuriam & præiudicium alterius. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Vicarius generalis dignitas impartibilis non est alij beneficio impartibili, immo licet sit officium, ratione cuius præest, non tamen est beneficium. num. 5.6.
- 1 Vicarius potest tolli, & mutari ad libitum constituentis, quando ab eo solo habet potestatem.
- 3 Prelati Minorum tanto tempore subsunt, quanto præserunt. & 4.
- 3 Vicarij generalis iurisdictione eadem est, quæ ipsius Generalis.
- 4 Vicarius generalis præest superiori locali, habetque superioritatem, & pralationem. 5.6.
- 5 Generalis Minorum quare immediate fieri non potest vicarius, vel procurator generalis. & num. 9.
- 6 Delegatum etiã re incepta reuocari posse, similiter & vicariũ.
- 7 Rationem diuersam diuersum ius suadere.
- 8 Stultus non debet esse melioris conditionis, quam sapiens.
- 8 Iniuste qui detinet officium, seu beneficium, non est melioris conditionis, quam si iuste possedisset.

CONSILIVM X.

**Q**UÆ SIT V M fuit primò, an Generalis Minorum finito triennio sui officij possit constitui Vicarius generalis durante sequente triennio. Secundo, an finito eodem triennio possit idem Generalis fieri Zelosus, siue Procurator generalis, attento tenore cuiusdam capituli regula, quod habet in summa, *Prelatos ordinis Minorum tanto tempore debere subijci, quanto tempore fuerunt præfecti, nisi assumant gradũ superiorem: & attento tenore additionis Turonensis, quæ habet in summa, Correctorem presentem posse constituere Correctorem anni præcedentis Vicarium suum ad 15 dies, vel vnum mensem.* & attento tenore cap. correctorij, quod habet in summa, *Generales & Prouinciales ordinis Minorum*

<sup>a</sup> Ca. 6. de regul. iess. 23.

<sup>b</sup> Cap. fin. c. ii. et adnotat. de procur.

<sup>c</sup> In cap. quod scitur. num. 8. de elect.

*posse delegare ad loca sibi subdita aliquas personas idoneas, cū plenaria, vel limitata potestate: attentata item ordinatione Tolose facta, quæ habet in summa, socios Generalis præcedentis posse deligi in socios sequentis, & etiam in officium Zelosi, Prouinciales autem non posse eligi in socios Generalis, sed sic in officium Zelosi.*

**1** AD P R I O R E M quæstionem respondeo, pro parte affirmante facere primò, quod vicariatus generalis nõ est incompatibilis alij beneficio incompatibili: quia Decanus & Archidiaconus possunt esse Vicarij generales, immo & Episcopus potest esse Vicarius Papa, Archiepiscopi, & etiam Episcopi. <sup>a</sup> Secundò, quod Vicarius potest tolli, & mutari ad libitum eius, cuius est Vicarius, modo solum habeat potestatem ab illo. <sup>b</sup> Tertio, quod Corrector, finito suæ correctionis anno, potest fieri Vicarius noui Correctoris ad quindecim dies, vel vnum mensem, ut habet supradicta additio Turonensis: ergo eadem ratione poterit esse Generalis, finito suo triennio, Vicarius sui successoris saltè ad quindecim dies, vel mensem, immo etiam ad maius tempus, saltem interpollatum, sicut Corrector præcessor possit esse Vicarius successoris ad maius tempus interpollatum ob absentiam eius, & alio ob aliam, & ita possit esse saltem maiore parte anni. Quarto, quod in Capitulo Turonensi videtur approbatum fuisse, quod vnus Hispanus Corrector finito suo anno potuit esse anno sequenti toto Vicarius Correctoris noui: ergo eadem, vel maiori ratione tolerari potest, quod Generalis suo triennio finito, sequenti triennio toto sit Vicarius generalis.

**2** Pro parte autem negante facit primò prefatum cap. regule, quatenus significat, quod Corrector anno suæ correctionis expleto non potest anno sequenti deligi Corrector, nec ad aliam præfecturam, quæ sit inferior Correctoria. Ergo nec generalis suo triennio finito poterit eligi triennio sequenti, nisi ad præfecturam superiorem. At vicariatus generalis est minor præfectura, quam ut ita dixerim generalatus, ut palam est. Ergo non potest deligi in Vicarium generalem.

**3** Secundo facit illud idem c. regula, quatenus probat, quod quilibet prelatus huius ordinis tanto tempore debet subijci, quanto fuit prelatus. At Vicarius generalis, quatenus est Vicarius, nulli est subiectus, quoniam iurisdictione eius est eadè, quæ ipsius Generalis: vtriusque enim auditorium siue tribunal est idem. <sup>c</sup> Tertio facit idem c. per locum ab identitate rationis, quatenus probat Generalem finito triennio non posse fieri Generalem ea ratione, quæ vetatur recipere denuo eandem iurisdictionem, quæ habebat, cum esset Generalis. At vicarius habet eandem iurisdictionem, quam habet Generalis, quia eadè est vtriusque dictum est: ergo non potest illam illo triennio habere.

**4** Quarto facit idem c. regula, quatenus probat quemlibet prelatus prefati ordinis tanto tempore, quo fuit prelatus, debere subijci Correctori locali: cui tamen non subijcitur, immo præest Vicarius generalis. Quinto, quod ex contrario sequeretur absurdum, scilicet, quod idem possit esse per totam suam vitam Generalis, vel Vicarius generalis: finito enim triennio generalatus, possit esse Vicarius generalis triennio sequenti, & illo finito possit esse Generalis alio triennio, & eo finito Vicarius alio triennio sequenti: sic consequenter, dum vita ei maneret: quod est absurdum, & ita non dicendum. <sup>d</sup> Sextò facit, quod in Capitulo Turonensi, ut supra presupponitur, fuit conclusum quod qui fuit Corrector vno anno, & Vicarius ob penuriam fratrum anno sequenti, non potuit eligi Corrector anno tertio: quod nulla ratione alia potuit fundari, quam quia idè iudicandum est quo ad hoc propositu de vicariatu & de ipsa præfectura, cuius est ille Vicarius: & consequenter sicut Generalis finito triennio non potest deligi Generalis, sic non poterit etiam deligi Vicarius generalis.

**5** Per hæc posteriora fundamenta pars hæc posterior negatiua videtur verior, & a quior. Nec obstant opposita. Ad primum enim responderetur concedendo quidem, vicariatum Episcopi, vel alterius dignitatis non esse incompatibile beneficium alij beneficio incompatibili: negando tamen ex hoc sequi, prohibitum præesse, siue superioris esse, fieri posse Vicarium generalem: quia ratio, quæ

re vicariatus non est incompatibilis alij beneficio incompatibili, est quia non est beneficium nec compatibile nec incompatible: ratio verò, quare Generalis finito triennio nõ potest esse Vicarius generalis, est, quia non potest esse superior, sed debet esse subiectus alio triennio: & vicariatus licet non sit beneficium, est tamen officium, quod facit habentem illud præesse, & esse superiorem alijs.

**6** Ad secundum responderetur concedendo Vicarium posse reuocari a suo principali, sicut & delegatus, etiam post inceptam causam, ut determinat Bartholus, <sup>a</sup> negando tamen, quod ex hoc sequatur, eum qui prohibitus est, ne fiat superior gradus inferioris eo, quem præcedenti anno habuit, posse eligi in Vicarium in eodem officio, quod præcedenti anno gessit ut principalis, cum non definat quis esse superior, eo quod reuocari, vel priuari possit officio suo, <sup>b</sup> cum allegatis ibi per glossam. Et quæstio nostra non est de Vicario, an reuocari vel mutari possit, sed an prohibitus esse superior, sit prohibitus esse Vicarius generalis, qui habet eandem superioritatem iurisdictionis, quam habet Generalis.

**7** Ad tertium respondeo primò, negari posse illatione de Correctore ad Generalem ratione diuersitatis, quod frequentius accidit in particularibus monasterijs, vbi sunt pauca persona, ut nõ inueniatur idoneus ad hoc, ut sit Vicarius Correctoris, quam in Capitulis generalibus, in quibus sunt Generales, & Vicarij Generalium, cum in illis conueniat flos totius ordinis. Secundò responderi possit, quod illud argumentum solum probaret, posse Generalè finito triennio constitui ad aliquod paruum tempus Vicarium, sed non simpliciter, quod nostra responsio habet, & quæstio quarit.

**8** Ad quartum responderetur, negando fuisse approbatum in Capitulo Turonensi, quod ille Hispanus legitime fuerit institutus Vicarius toto secundo anno, sed solum quod ille vicariatus annalis fecit eum inhabilem ad correctoriã sequentis anni: non quidem ea ratione, quod fuit legitimus Vicarius, sed ea quod stultus non debet esse melioris conditionis, quam sapiens iuxta cap. eum qui, de præbend. lib. 6. quod habet, *eum qui violenter accipit possessionem beneficij curati, perdere prius simile habitum, æque ac si iuste accepisset secundum*: ita etiam prefatum reuerendissimum Capitulum iuste decreuit, ut is, qui tenuit iniuste vicariatu anno secundo, esset inhabilis ad tenendam correctoriam anno tertio, sicut fuisset si vicariatu tenuisset legitime, quia non mansit subiectus vno anno, sicut fuit prelatus, vel superior altero, ne per stultitiam lucraretur plus, quam per sapientiam.

**9** AD P O S T E R I O R E M quæstionem responderetur, Generalem triennio suo finito non posse fieri Zelosum, siue Procuratorem generalem. Tum quia officium Procuratoris generalis est minus generalatu, & durante triennio sequenti non potest deligi ad minora officia generalatu per prefatum cap. regula. Tum quia illo triennio durante debet esse subiectus Correctori: & presupponitur in propositione quæstionis, Zelosum, seu Procuratorem generalem, nulli alij, quam Generali esse subditum. Tum ob alia quæ colligi possunt ex supra posita erudita quæstionum propositione.

S V M M A R I V M.

- 1 Procurator generalis siue Zelosus Minorum licet non habeat nec præfecturam, nec pralationem, eximitur tamen a subiectione Prouincialium, & aliorum Correctorum.
- 1 Iudex ut quis sui iudicis sit, iuri exosum.
- 2 Elationis & superbie motus deprimitur, dum quis alteri se & in vilioribus subdit officijs.

CONSILIVM XI.

**Q**UONIAM D. qui dignatus est consulere nos super predictis, & D. qui ante paucos dies consuluit nos super fere eisdem, sunt eiusdem ordinis ordinatissimi, & reformatissimi, quos iure optimo præsumo querere veritatem circa dubia occurrentia, ut eam seruent, & exequantur, cū sint fere vnus ordine & conditione, & in sui ordinis conseruatione vnico ferè affectu, ideo respondeo D. in presentia interroganti ea ferè quæ in summa latius respondi

<sup>a</sup> In cap. consulti. de off. deleg. <sup>b</sup> In cap. i. vt ecclesiast. benefici. <sup>c</sup> De elect.

<sup>d</sup> De elect. <sup>e</sup> In d. c. i. vt ecclesiast. benefici. <sup>f</sup> In d. c. consulti.

<sup>g</sup> In d. c. consulti.

<sup>h</sup> In ca. quod scitur de elect.

<sup>i</sup> In d. c. consulti. nu. 18. versic. tertio fallit. <sup>k</sup> In l. non minorem. C. de transact.

<sup>l</sup> Quæst. 2. de homicid.

<sup>m</sup> Vbi supra nu. 18. <sup>n</sup> L. Labeo. ff. de supel. leg.

<sup>o</sup> De elect.

<sup>a</sup> Iuxta elem. 2. de rescript. <sup>b</sup> Arg. ca. 1. de offic. Vicar. li. 6. & ca. si delegatus. & c. quænis. de offic. deleg. eod. lib.

<sup>c</sup> Cap. non potest. de consuet. lib. 6.

<sup>d</sup> Le. nã quod absurdum. ff. de bonis liber.

<sup>a</sup> In l. vbi reposit. ff. de iudi.

<sup>b</sup> Arg. cap. c. non liceat. de prescript.



prafato D. confulenti, & proponenti mihi alia quadam capitula, & ordinationes tam fua: regula, quam generaliu Capitulorum fui ordinis, cum aliquantulo auctario, quod etiam proteftor me illi, fi petierit, exhibiturum, vt vtrique paria reddam.

Dico igitur refpondiffe me primo illi D. Generalem fui ordinis no polse fieri Vicariu generale Generalis fequetis intra tantum tempus mediate fequens, intra quantum fuit Generalis, per illud capitulum regula: quod tunc cofulens monftrauit, quod habet in fumma, superiores prafati ordinis fanctiffimi tanto tempore debere fubefse, quanto prafuerunt. Secundo refpondimus eidem, Prouinciale polse fieri Zelofus & Procuratorem generalem, attenta ordinatione quadam Tolofani Capituli, qua habet focios Generalis precedentis polse deligi in focios fequentis, & etiam in officium Zelofus, Prouinciales autem non polse eligi in focios Generalis, fed fic in officium Zelofus. Tertio, Generale tuo triennio finito non polse fequenti triennio efse Zelofum, fiue Procuratorem generalem. Tum quia per prafatum cap. regula: debet tato tempore fubefse, quanto prafuit, nifi alsumat gradum superioere: & Zelofus no habet locu superioere generalatu, & nulli alij, qua Generali fubefst, vt vterq; proponit.

1 Tum quia licet non fit praelatura fiue praelectura, est tamen officium, ratione cuius eximitur ab omnibus Correctoribus & Prouincialibus: & ita non videtur fubefse vlli eo modo, quo regula iubet superiores tato tempore debere fubefse, quanto prafuerunt, nifi alsumpti fuerint ad munera superiora. Quarto, Generale finito triennio non polse cofitui Vicarium in aliqua prouincia: ita vt fubfit alicui Correctori alicuius monasterij, fic tamen vt in cafibus fit superior ipsi Correctori. Tum quia exofum est iuri, vt iudex fit iudex fui iudicis. Tum quia ratione hac statutum est, vt Abbas non fubfit monachis. a Tum quia Ioan. Papa ferio fcribendo ait, b humani moris est illum vere, cuius iudicio nunc erigitur, nunc deprimitur. Tum quia licet apud Deum, qui omnia nuda funt, aperta veritas praualeat, & ita licet coram ipfo bona fide, & sincera mente, ta constituentis, qua constituti, fieri polset, vt Generalis cofitui polset alicum fubiectum Correctori, cum potefstare, vt viciffim ipse corrigat Correctorem: tamen apud homines, & fumma pratoria Ecclesiastica & faecularia prafumetur hoc fieri in fraudem regula: & mentis S. Fracisci de Paula, qui ad deprimentum motum elationis & superbia, qui nafci potefst ex regimine loci superioeris, ftatuit, vt tanto tempore quis fubfit, quanto prafuit.

2 Tum quia regula penul. c habet certum esse cum committere in legem, qui verba legis amplexus contra legis voluntatem, & Hieronymus ait d Euangelium non esse in verbis tantum fcripturarum, sed in sensu, non in superficie sed in medulla, non in folijs, sed in radice rationis prafatum autem fanctiffimum Francifcum potuit mouere S. Synodus, qua: relata, e habet exercitium humilitatis esse fubdere fe vilioribus officijs, quia contraria contrarijs curantur, vt habet glossa. f

S V M M A R I V M.

- 1 Electio facta, non vocatis habentibus ius suffragandi, non valet.
2 Conuentus in iis qua ad eum separatim a praelato pertinet, immo & qualibet pars conuentus in iis qua ipsam solam attingunt, sine consensu praelati procuratore constituitur pot.
3 Praelatus, & conuentus diuersa, adeo quod proprie praelatus non est de conuentu.
4 Conuentus cum Vicario seu Priore claustrali non a solo praelato, sed per electionem electorum creato, potest mortuo praelato constituitur procuratorem in his qua spectant ad conuentum, cu facultate obligandi monasteriu, & eius bona. n. 3.
5 Claustralis Prior, siue Vicarius no a solo praelato deputatus, sed per electionem electus, habet potestatem non a praelato, sed a iure, nec eius officium cessat per mortem, vel excommunicationem praelati.
6 Concesso vno, & illud conceditur, sine quo concessum, vel nullo modo, vel commode nequit fieri.
7 Prouincialis procuratorem a conuentu legitime constitutum reuocare nequit.
8 Reuocatio ad eum pertinet, ad quem constitutio, & contrariu est iuribus exofum.
9 Procurator a conuentu constitutus agere causas potest, sicut & ipse constitutus.

a Cap. nulli. 18. quaest. 2. b In ca. iustit. 16. quaest. 2.

c De reg. iuris lib. 6. d In ca. Marcion. 1. quaest. 1.

e In cap. 1. de pond. 2. f Ca. effectus. 26. quaest. 7.

CONSILIVM XII.

Cum mortuus esset Prior conuentus, & electio ad conuentum spectaret, conuentus ad electionem promouendam cum facultate suffragandi procuratores N. & M. dicti conuentus profesos constituit, & quemdam Petrum ad lites & alia negotia conuentus cum facultate obligandi res, seu redditus monasterij, quatenus opus esset, procuratorem creauit, & constituit: Prouincialis vero electionem non vocatis constitutis procuratoribus fecit, & procuratorem ad lites, seu res monasterij procurandas & defendendas reuocauit.

Quaritur primo, an electio, procuratoribus praedictis non vocatis, teneat?

Secundo, an conuentus sine praelato pro conseruatione rerum monasterij procuratorem ad obligandum monasterij redditus constituit valeat.

Tertio, an praelatus constitutionem procuratoris a conuentu factam possit reuocare?

Quarto, an praelatus, reuocando procuratorem a conuentu creatum, peccet?

Quinto, an procurator a solo conuentu creatus agere valeat?

1 AD QVINQVE quaestiones ex ordine respondeo. Ad primam, videlicet, quod non est electio canonica: quia veri procuratores conuentuum, quibus erat ius vocis danda, siue suffragandi, non interfuerunt, per ea qua infra dicentur.

AD SECVNDAM respondeo primo, quod conuentus in his, qua separatim pertinent ad illu, potest constituit procuratorem sine consensu praelati, vt determinat Innocentius, a receptus ab omnibus: quin & qualibet pars Capituli in his, qua ipsam sola attingunt, potest constituit procuratorem, secundum Inno. b immo & quilibet monachus in his qua pertinent ad se solu, vt quia est spoliatus, vel alimenta sibi denegantur, potest agere per se, & constituit procuratorem, secundum Inno. c & omnes alios, e & tradimus in commen. cap. non dicatis. d

2 Secundo, quod conueatus est aliud a praelato, adeo quod praelatus non est proprie de Capitulo, neque de conuentu, secundum gloss. comuniter receptam, e per textus, quos ipsa in hoc citat aptissimos.

Tertio, quod conuentus cum Vicario, qui solet appellari Superior in monasterijs qua reguntur per Priores, & Prior claustralis in monasterijs qua reguntur per Abbates, f cuius officium non vacat per mortem Abbatis, vel Prioris, iuxta clem. ne in agro, g legitime potest constituit procuratorem in his qua pertinent ad ipsum conuentum, vt probatur in d. §. h Nec obstat, quod mortuo, vel excommunicato principali praelato, Vicarius eius etiam quo ad officium moritur, vel suspenditur: i quia illud est verum de vicario generali praelati, qui a solo eo recipit iurisdictionem, non autem de praedicto Priore Superiore, vel Vicario claustrali, qui non a praelato, sed a iure recipit suam potestatem.

3 Quarto, quod illi, uci conceditur aliquid, coeessu videtur id, quod sine illo fieri nequit, k immo & quod fieri pot sine illo, sed no commode, l per quas leges hoc tenet Aret. m quicquid glo. fenserit. n Cum ergo conuentui, in his qua pertinent ad eum, concedatur facultas cofituedi procuratore siue iudici, & hoc non possit facere salt commode, quia non admitteretur ad iudicibus sine obligatione bonoru fuoru, consequenter posse obligare se & sua bona, vel quatenus pertinet ad illu in cofituitioe sui procuratoris.

4 AD TERTIAM responderetur non polse Prouincialem reuocare procuratorem a conuentu aliquo legitime constitutum, arg. cap. 1. o Omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem etiam dissoluitur. Et ad omnem actu faciendum est necessarium, vt potestas concurrat cu voluntate, p & nullo iure nec communi, neque particulari regula habetur, quod Prouincialis potestatem habeat cofituedi, neque reuocandi procuratore conuentu: & sicut lege cautu est, vt quilibet regulariter possit constituit, & reuocare procuratorem suum, i ita nulla lege conceditur regulariter vni potestas reuocandi procuratorem constitutum ab alio. & cum regula sit standu, donec mostretur & probetur exceptio, iuxta glo. fcllemn. r & no monftratur praedicta

a In cap. edoceri. nu. 6. de rescript. b Ibidem nu. 3. c In cap. cum I. & A. de re iudic. d 12. quaest. 2. e In clem. ut ij. qui de a. lit. verbo. in eisd. f Ca. cum ad monasteriu. §. prior. de statu monach. g §. si quis au. re. verb. Abbate. de statu monach. h Ver. Abbate. i Ca. 1. de off. vicar. lib. 6. k Leg. 2. ff. de iurif. omni. iud. c. praeterea. de off. deleg. l. penult. ff. de vsufr. & l. quicumque. §. si ei que ad vendendu. ff. de instir. act. m In c. de testibus. colum. 3. de testibus cog. & d. cap. praeterea. n In ca. solet. de seni. excōm. verb. per superiorem. o De reg. iur. p Cap. cu super. de off. deleg. q Leg. 1. ff. de procuratorib. r In le. omnis definitio ff. de reg. iur. & in rubr. eod. tit. lib. 6.

regulam limitari in hoc casu, standum est illi in eo.

5 AD QVARTAM responderetur, praedictam reuocationem esse tyranicam, & omni iure respiciendam multis nominibus iuri naturali, diuino, & humano nitentibus: qua doquidem tollit libertas a iure communi & particulari regula concessa, incutitur timor contra omnes leges contra metum iniustum incutientes latas, vsurpatur & auferitur ius proximo competens, contra iura vetantia ius suum tolli vlli sine suo consensu: quin & sine culpa puniuntur infontes, immo & sine causa cognitione, contra omnia iura vetantia iudicibus, ne sine illa procedant, & cum magno scandalo ordinis, & clerici, vel populi totius regni, in quo talia fiunt, contra Euangelium, & iura statuentia, ne quocumque cum scandalo fiat.

6 AD QVINTAM responderetur affirmatiue: quia nihil iuridicum potest contra id offerri, cum regula iuris sit omnem procuratorem legitime cofitutum posse agere illa, ad qua est constitutus: regula, inquam, super qua fundantur, & quam praesupponunt omnes tituli de procuratoribus, a & tota praxis iudiciorum, & negotiorum.

S V M M A R I V M.

1 Curatum beneficium, non in actu, sed in habitu, quale est illud, cuius cura per vicarium ad vitam, vel amouibiliber necessarium ponendum exerceri debet, non subiicitur poena ca. licet canon. de elect. 6.

2 Prioratum regularem curatum, etiam si cura per aliu exerceatur, habens monachus tenetur se promoueri facere intra annum, secus est de non monacho obtinente similem prioratum, saecularem tamen: immo secundum Federicum nec canonicus regularis ad id tenetur, etiam si teneat regularem sui ordinis.

3 Beneficia regularia si gubernentur per clericos saeculares vt saecularia, efficiuntur saecularia, & contra saecularia efficiuntur regularia.

CONSILIVM XIII.

Quidam habens prioratum, qui olim fuerat regularis, & conuentualis, & a centum annis redactus in simplicem Ecclesiam parochialem, cuius cura animarum regitur per capellanu perpetuum, certa parte redditu ipsius prioratus ad eius sustentationem applicata: Quaritur, an incidit in poenam cap. licet canon, b qua priuatur Ecclesia parochialis, qui se non fecit promoueri ad sacerdotium infra annum.

1 Responderetur, quod non. Tum quia prafatum cap. licet canon, solum habet locum in eo, qui tenet Ecclesiam parochialem cum cura in actu, id est, qualem ipsemet tenetur exercere, & non in eo, qui habet curam tantum in habitu, id est, exercendam per vicarium perpetuum, vel per temporalem necessariu apponendum. huiusmodi enim beneficium, quod habet curam in habitu, non cadit sub cap. de multa, c nec sub extratragan. excoerabilis Ioan. XXII. que hoc probat, d & pulchre tradit Felin. qui alios citat. e Tu quia prioratus, cui est annexa cura exercenda per aliu, & prioratus, cui annexa cura exercenda per eundem, valde differunt, vt probat clem. ne in agro. f

2 Nec obstat ille §. quatenus habet, vtrumque esse promouendum intra annum sub poena priuationis ipso iure incurrenda: quia loquitur tantum de regularibus prioratibus, qui monachis conferuntur, non autem de saecularibus conferendis clericis saecularibus, qualis est prioratus iste, qui, vt praesupponitur, a cetum annis fuit gubernatus per clericos saeculares, & constat per gubernationem quadraginta annorum regularia fieri saecularia, & ecoeruo. g

3 Tum quia non est mirandum, quod ille §. caterui, sic restringatur: quoniam ad fit argum. cap. statutum, h ne procedat in Ecclesijs saecularibus, nam & Federicus, i confuluit non esse locum ei etiam in prioratibus canonicorum regularium, sed solum in prioratibus monachoru nigrorum. Tum quia ex suppositis constat huic prioratu non inesse curam in actu, id est, exercendam per eius Priorem, sed in habitu, id est, exercendam per capellanum, qui in effectu est vicarius perpetuus. Salua, & c.

S V M M A R I V M.

1 Episcopi beneficia per consecrationem vel lapsu temporis ad id statuti vacant, & hoc modo episcopatus possessionem cum facultate percipiendi fructus apprehenderit, num 3. licet ex stylo

a ff. C. decretal. sexti & clem.

b De elect. li. 6.

c De praeben. d In §. quia vero. e In ca. postulat. colu. 2. de rescript. f §. caterui. de statu monachorum.

g Ca. cum de beneficio. de praeben. h De elect. in 6. i Consil. 25.

statim ac Papa ei de illo prouidit, vacent, num. 1. Item fallit in Episcopo titulari, cuius beneficia non vacant, nisi adepta episcopatus possessione. nu. 3.

2 Episcopo beneficia conferri non posse, nullo iure cautum reperitur, immo ex causa legitima posse, verius est, nu. 4. & 6. & hoc modo non sunt episcopatus incompatibilia, vt est praepositura. nu. 5. & 6.

3 Episcopus per ademptionem beneficiorum, de quibus in cap. de multa. non perdit episcopatum, immo nec potest illum relinquere, etiam vt accipiat aliud beneficium, sine l'apa consensu, nu. 7.

CONSILIVM XIII.

AN collatio beneficij simplicis facta Episcopo titulari valeat: Rfponderetur primo, quod pro parte negate facit primo cap. cum in cunctis, a quatenus habet Episcopum perdere beneficia priora ipso iure per consecrationem, vel lapsu tempus consecrandi, immo & per stylum curia: statim per prouisionem Papa, vt ibidem tradit Dec. Secundo facit cap. cum nostris, b quatenus videtur probari electionem de Episcopo ad quamdam praeposituram factam non valuisse. Tertio, quod Panorm. c & communis d videntur significare, quod per solam indulgentiam dispensationis Papa poterat Episcopus tenere praedictam praeposituram.

2 Quarto, quod non licet quem a maiori dignitate ad minorem descendere, vt notatur in cap. fin. e vnde nec ab archiepiscopatu licet descendere ad episcopatum, vt notatur in d. cap. cum nostris.

His tamen non obstantibus contrarium est verius. Tu quia nullo iure inuenitur hoc prohibitum, & quod patru decretis statutum non est, superstitiosa inuentione no est praefumendum, f Tum quia contrarium videtur probari per ca. ad supplicationem de renunciat. quatenus habet fuisse concessum beneficium Archiepiscopo, qui auctoritate Papa suo archiepiscopatu renunciauerat.

3 Tum quia Panormitanus & communis tenent, g ibi probari non esse locum poena ca. de multa in Episcopo, cui confertur beneficium aliquod de incompatibilibus illius ca. de multa. Tum quia etiam ante quaesita non perdit, nisi adepta possessione, & facultate percipiendi fructus, vt colligitur ex textu, & declarat ibi Decius pro quo est glossa h per quam dicit Staphilus, i tenuisse in Rota, quod Episcopus titularis non perdit ipso iure beneficia prius habita, donec adipiscatur possessionem sui episcopatus: qua glossa licet non dicat illud in specie, elicitur tamen ex ea, quatenus habet, vt dictum est, per praedictum ca. si tibi. limitari praedictum §. cum vero.

4 Tum quia communis opinio habet, k posse conferri beneficium Episcopo ex causa legitima, puta ob necessitatem, quia non habet fructus sufficientes ad se sustentandum.

Ad opposita vero, & quidem ad §. cum vero. respondeatur primo, quod loquitur de beneficijs quaesitis ante episcopatum, & de Episcopo, qui quaesuit possessionem, & fructus sui episcopatus: nos autem loquimur de quaesito post illum habitum, & de Episcopo, qui neq; possessione, nec fructus episcopatus quaesuit. Secundo, quod non est bona consequentia: Episcopus perdit beneficia ante promotionem habita: ergo a fortiori est inhabilis ad habenda: nam accipiens vnum beneficium contentorum in d. ca. de multa, perdit omnia similia, qua prius habebat, non tamen fit inhabilis ad habenda alia etiam similia: & per renunciationem perdit quis sua beneficia, l & tamen potest alia noue adipisci, secundum omnes.

5 Ad secundum responderetur negando, quod praedictum ca. cum nostris, probet quicquam contra hoc. Tum quia no loquitur de beneficio simplicis, sed de praepositura, qua est de numero beneficiorum incompatibilium comprehensorum in d. ca. de multa. nos autem loquimur de beneficio simplicis. Tum quia non dicit electionem de Episcopo ad praeposituram non valuisse, eo quod erat Episcopus, sed alia ratione, vt ibi omnes declarant, significantes praeposituram esse magis incompatibilem alteri beneficio curato vel dignitati, quam episcopatu, quatenus aiunt per illius ademptionem non vacare episcopatum, at aliud curatum, vel dignitatem sic.

6 Ad tertium responderetur primo, concedendo, quod Pa-

a §. cu vero. de elect.

b De concess. praeben.

c Num. 4. d ibi.

e De transla. pralat.

f Ca. consulti. li. 2. quaest. 4.

g In d. cum nostris.

h In ca. si tibi coeesso. de praeben. lib. 6. i In tract. de literis apostolicis sub tit. de qualita. & stat. benef. n. 53. k In d. cum nostris. & in d. cap. ad supplicationem.

l Cap. quam periculosum. 7. quaest. 1.

normit. & communis aiunt, per dispensationem Papae potuisse Episcopum, de quo in illo c. retinere praedicta praeposituram cum suo episcopatu: sed negando, quod ea ratione ad id moueantur, quod non liceat Episcopo accipere aliud beneficium, sed quia praepositura erat incompatibilis episcopatu. Secundo, quod non dicunt id Episcopo licuisse per solam dispensationem Papae: immo Panor. a solu requirit superioris auctoritatem cum causa legitima, & postea, b ait causam legitimam, ob qua Episcopus potest accipere aliud beneficium, esse, quod fructus sui episcopatus alij debetur, vel non possunt percipi ab ipso, quia exultat, vel est absens, quod in nostro casu contingit.

7 Ad quartum responderet concedendo, quod Episcopus non potest relinquere episcopatum, & accipere aliud beneficium sine auctoritate Papae: quia illud esset descendere: sed nos loquimur de illo, qui retinendo episcopatum, accipit aliud beneficium ad se sustentandum, quod non est descendere, neque exuere, sed vestire & munire se ad honorandum episcopatum, quem habebat: quod licitum & sanctum esse, praedicta probant: & quod est decus Ecclesiae honesta ei<sup>9</sup> sustentatio, sicut esset dedecus eius medicatio. c

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus quidem per consecrationem perdit beneficia habita, non tamen iure cautum legitur, quod sit inhabilis ad alia habenda, praecipue titularia, licet aliqui contrarium putent.
- 1 Cardinalis non est inhabilis ad beneficia saltem simplicia.

CONSILIVM XV.

Quaeritur est, an Episcopo consecrato possit conferri beneficium etiam simplex.

1 Respondeo, quod partem negatiuam tenet Panor. d eo quod per consecrationem perdit beneficia, quae habebat, ergo minus poterit in futurum habere, e & Cardin. f airlei qui renunciauit episcopatum, non posse sine causa & dispensatione conferri beneficium. Sed non videtur inueniri ius satis expressum, quo Episcopus, praesertim titularis tantum, fiat inhabilis ad habenda beneficia futura, etiam si debeat perdere praeterita, & quod Cardinalis non est inhabilis ad beneficia saltem simplicia, vt tenet Panor. h

DE RENUNCIATIONE.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopatus an deceat renunciare.
- 1 Episcopatus non renunciatur, qui vegetus est, & vsui esse potest.
- 2 Renunciatur qui episcopatus, occasione peccandi tacite querit.
- 2 Voluptas & otium arma diaboli.
- 3 Gloria & bonum nomen vt conseruantur, & perduntur.
- 4 Famam quisque suam maxime publica persona seruare debet.
- 5 Scandalo ne simus, omnis lex vetat.
- 6 Pacta, & conuentiones seruari debere omnia iura clamant.
- 7 Insolita qui facit, dolo agere videtur.
- 7 Ingratus omnis malus, sed qui malum pro bono reddidit, peior.

CONSILIVM I.

Utrum deceat, vel liceat Episcopo renuciare Episcopatu, & dignitari, qui adhuc est corporis, & animi viribus satis vegetus, & magno cum fructu concionando, praelegendo, consulendo, & sacramenta ministrando semper praefuit?

1 Colligitur quod non, primo ex illo dicto Alexand. III. i Indeces omnino probatur prius soluere militia cingulum, quam cedere victori aduersitas praehorru. hanc ibi, per quod sanctissimus ille Papa noluit facere facultatem renunciandi cuidam illam obnixè roganti, etiam senectutem ad hoc inculpanti.

Secundo, quod non decet Episcopum, qui tota vita magno cum fructu studuit, praeligit, concionatus est, consuluit, & sacramenta praesertim penitentiae ministravit, viribus adhuc animi & corporis gratia Deo vegetum dare se otio, etiam contemplationis, vt Innoc. III. significauit. k

2 Tertio, quod ei qui verè ex animo Christianus est, non licet, nec decet querere peccandi tentationes, & qui renunciat praefulatur, etiam in finem quietius contemplandi, videtur tacite & per quamdam consequentiam querere eiusmodi tentationes, vt doctissimus ille iurium vexil-

lum sanctissimus Innocentius III. a clare docuit, definiens: ea ratione negandam esse facultatem cedendi episcopatu, ne in otiositatem, & voluptatem, qua arma sunt diaboli ad miserandas animas captandas, incidat.

3 Quarto, quod lege naturali & diuina tenemur conseruare gloriam strenuitatis, & existimationis, quae ad faciendum fructum in animas fidelium auget actionem, iuxta illud Apostoli. b Bonum est enim mihi magis mori, quam vt gloria meam quis euacuet. vbi ait S. Thom. gloriam sepièpliciter amitti, & gloriam strenuitatis per accidam, & pusillanimitatem, qua exploratores terrae promissionis laborarunt. c

4 Quinto, quod lege naturali & diuina tenetur quis saltem si est publica persona, conseruare famam suam, iuxta illud, d Curam habe de bono nomine, & c. immo est crudelis qui eam negligit, iuxta illud Aug. reprehendentis tales. e Dicitur coram Deo sufficere sibi conscientiam, existimationem hominum non solum impudentem verum etiam crudeliter contententes. At si Episcopus renunciaret episcopatu, plerique dicerent illi illi renunciaisse, quia non poterat bona conscientia illud retinere ob aequalem irregularitatem, & inhabilitatem non qualem qualem, sed grauissimam, iuxta d. ca. nisi, f & illud Gregorij, g relatum à S. Thom. h Hi quorum vita in exemplo imitationis est posita, debent si possunt, detrahentium verba compefcere, ne eorum praedicationem non audiant, qui audire poterant.

5 Sexto, quod omni iure naturali, diuino, & humano tenemur abstinere ab scandalo dando, i at fieri potest vt in tali statu rerum Episcopus renunciaret Episcopatum, in quo scandalum praerberet, & malè sentiretur de ipso.

Septimo, quod quamuis liceat vnique re sua quatenus est sua pro libito vti, k omni tamè iure naturali, diuino, vel humano tenemur non diminuerè publicam, vel alienam, l sed per renunciationem esse potest, vt laedatur populus amittendo, vel mutando pastorem, ergo.

6 Octauo, quod lege natura, diuina, & humana tenemur pacta, conuentiones, & contractus seruare, m praesertim contractum matrimonij, qui est indissolubilis, iuxta illud. n Quos Deus coniunxit, homo non separet, relatum in iure. o At Episcopus contrahit matrimonium spirituale cum Ecclesia, iuxta illud. p Non debes deserere sponsam tuam.

7 Nonò, quod insolita, quae rectè dici possunt insolita, vetamur facere, adeo quod qui illa facit, videtur fraudulenter & dolosè facere, vt sentit glossa quam ad hoc inducit ibi Baldus q at non solent homines, & c.

Decimò, quod omni lege naturali, diuina, & humana ingratitude est peccatum, praesertim, qua malum pro bono redditur, vt probat S. Thomas, r & illud Poetae, Nihil magis auertit calum à telluris amore, quam scelus ingratae meris. Sed per renunciationem multis esset ingratus, & c. Salua, & c.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopatus sine licentia Papae etiam petita, sed non obtenta, renunciatio non tenet, etiam si fiat in manibus Capituli, ad quod spectat electio, nec causat vacationem, nec aperit viam vt possit procedi ad electionem, nu. 2. at si Capitulum admittat, & etiam procedat ad electionem, ob id non priuatur ipso facto potestate eligendi, nu. 3. & 5 potest tamen priuari, nu. 8. etiam sine citatione, cum delictum sit notorium, nu. 10. notorietate iuris, nu. 9.
- 4 Patronus nulliter & de facto conferens, ob id amittit ius praesentandi.
- 5 Priuationis poena numquam ipso iure incurritur, nisi in casibus in iure expressis.
- 6 Eligentes indignum scienter, priuantur illa vice potestate eligendi, secus si nulliter eligant, etiam ex eo quod non vacabat beneficium viuenti.
- 7 Renunciatio sine auctoritate superioris facta etsi non teneat, eam tamen potest superior ratam habere, & sic valebit.
- 9 Notorie cum est electio nulla, potest ea non cassata ad aliam procedi.
- 10 Citatio potest omitti in notoriis, quando constat aduersario nullam competere defensionem.

CONSILIVM II.

- 1 Ad primam quaestionem, quod renunciatio episcopatus ab Episcopo facta in manibus sui Capituli, etiam si ad illud pertinet ius eligendi, non valet, si fiat absque licentia Papae, per ca. licet. s quatenus habet inuiolabiliter

S V M M A R I V M.

lum sanctissimus Innocentius III. a clare docuit, definiens: ea ratione negandam esse facultatem cedendi episcopatu, ne in otiositatem, & voluptatem, qua arma sunt diaboli ad miserandas animas captandas, incidat.

a In d. ca. nisi. §. verum.

b 1. ad Corinth. 9.

c Num. 13. & 14.

d Ecclesiasti. 41.

e In cap. non sunt audienti. 11. quaest. 3.

f §. persona de renunciat.

g Super Exe. c. homil. 9.

h 2. 2. quaest. 2. art. 5.

i Matt. 18 & cap. nihil cum scandalo de praescript.

k L. in re mō. data C. m. n. d. xii. l. sed si. §. consulit. ff. de pet. hered.

l Cap. si diligenti. de foro compet. ca. licet. de regul.

m Leg. 1. ff. de pactis. c. Antigonus. eod. tit.

n Matth. 19.

o In cap. 2. de transla. Epi. cop. & in cap. quos Deus.

p d. ca. nisi. §. verum.

q In l. si quis sub conditione. ff. de condit. insti.

r 1. 2. q. 107. art. 1.

s De regul.

a Num. 7.

b Num. 15.

c Ca. diaconi. primo. 93. di.

d In ca. ecclesia vestra. n. 2. de elect.

e Argu. capi. quem admodum. de iure iur.

f In e. ad supplicatione. de renunciat. n. 1.

g Arg. c. licet canon. & ca. commissio. de elect. lib. 6. & notatorum in ca. de multa. de praeb.

h In d. cap. ecclesia vestra. num. 2.

i Ca. 1. de renunciat.

k In c. nisi cu pridè. eod. tit.

a Not. s.

b Arg. c. 1. de concessione praeb.

c Arg. praesent. c. 1. de concess. praebend.

d Lib. 6. c. ca. ex tenore. de re script. verb. negotio. f De iure patris.

g Capi. inter ceteros. de re script. h De concess. praeb.

i In d. ca. vlt. de iure patris.

k §. sine de elect.

l §. poena. d. 1.

m Cap. quod in dubijs. & c. admonet. de resusc. cum eis adnot.

n Ca. 23. nu. 101. vel 102.

o De concess. praeb.

p De re iudic. q De re script.

esse seruandam illam regulam, quae habet, ne quis episcopatu suo cedat sine licentia Papae, in quem a Panormitanus recepit. dicit non sufficere petitionem licentiae, sed eius obtentionem esse necessariam.

2 AD SECVNDAM responderetur, quod electio facta à Capitulo ad episcopatum renunciatum per suum Episcopum sine licentia Papae nihil valet: quia electio facta de episcopatu non vacante nihil valet, b & per responsonem ad quaestionem primam constat episcopatum renunciatum sine licentia Papae non vacare: & consequenter electio facta de tali episcopatu, est facta ad episcopatum, non vacantem, & ita ad episcopatum viuentis, quae non potest valere. c

3 AD TERTIAM responderetur, quod Capitulum non perdit ipso iure ius eligendi, eo solo, quod admittit renunciationem episcopatus à suo Episcopo sine licentia Papae factam. Tum quia nihil valet illa renunciatio, nec admissio: & regulariter actus nulliter & inualidè factus nullum producit effectum, iuxta illud Persij, Ex nihilo nihil, in nihilum posse reuerti: & iuxta illam regulam. d Non praestat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum: & gloss. recept. e

4 Tum quia ca. vltimum, f probat quod Capitulum habens ius praesentandi ad aliquod beneficium non perdit illud etiam pro prima vice, propterea quod malè conferat illud: ergo nec Capitulum perdet ius eligendi Episcopum etiam pro prima vice, eo quod malè eligat illum. argumeto à simili, quod valet de iure. g Tum quia in ca. fin. h est casus, quod patronus, qui promittit praesentare ad beneficium viuētis, malè facit, sed potest praesentare postea post mortem illius viuētis.

5 Tum quia numquam est dicendum poenam priuationis esse ipso iure impostam, nisi cum aliquo iure id exprimitur, iuxta glo. recept. & à multis reputatam sing. i At non memini legere aliquem text. authenticum, qui exprimat Capitulum perdere ipso iure ius eligendi Episcopum, eo quod admittat cessionem episcopatus à suo Episcopo factam: ergo non est dicendum ipsum ipso iure perdere ius eligendi etiam prima vice.

6 Tum quia non obstat ca. cum in cunctis, k quatenus habet canonicos priuari eligendi potestate, si contra formam illius ca. elegerint: quia loquitur in longè diuerso casu, nā loquitur de eligentibus indignum ad episcopatum vacantem, nos autem de Capitulo malè acceptante & admittente renunciationem episcopatus: & lex poenalis non debet extendi extra proprium casum. l

7 AD QVARTAM responderetur, quod Papa potest ratam habere illam renunciationem, quam Episcopus fecit in manibus Capituli, sicut & renunciationes aliorum beneficiorum factas corā notario & testibus sine superioris auctoritate, licet sine illa facta non valeat, m & derogare iuri eligendi, quod Capitulum posset praetendere, propter delictum quod commisit in admittendo & acceptando renunciationem, quā non poterat iure admittere, & propter irreuerentiam, quam fecit Papae, & episcopatu, admittendo illam renunciationem.

8 Quia licet ipso iure non perdidit ius eligendi, vt dictū est, tamè deliquit ita, vt posset eo iuste priuari per Papam: sicut simoniacus conuentionalis tantum, & non realis, non perdit quidem ipso iure ius sibi quaesitum per collationem, potest tamen priuari eo propter delictum, vt nos probamus in Manu. confess. n

9 AD QVINTAM responderetur, quod non est necesse cassare electionem, ad hoc, vt Papa conferat praesentatum episcopatum cui vult: quia notorie est ipso iure nulla: quia notorium iuris est Capitulum praesentatum nulliter admisisse renunciationem, & nulliter elegisse, si elegit ad episcopatum non vacantem, & hominis viuētis, contra ca. 1. o & iura notissima omnibus etiam lippis & tonforibus.

10 AD SEXTAM tacite ex praedictis resultantem, quod Papa iuste potest praedictum Capitulum priuare iure eligendi praefato, etiam illo non citato: quia non solum Papa, sed etiam alius iudex inferior potest procedere sine citatione, quando notorie constat ei non competere defensionem, iuxta c. cum olim, p cū ei adiectis per Pan. & Felinum, & in c. causam qua. q cū adiectis à Decio. Salua, & c.

S V M M A R I V M.

1 Abiuratio proprie sumpta, per quam quis ab heresi recedit, probat

ipsum alius fuisse hereticum, secus de improbia, quando quis de heresi etiam vehementer suspectus illum se purgando abiurat. nu. 2.

2 Fautor hereticorum regulariter solum est suspectus de heresi, at qui fauet credendo hereticis, est verè hereticus.

3 Resignatio beneficii in alicuius fauorem ab inquisito de heresi, antequam tamen condemnaretur, facta, non vitatur, licet resignas priuatur beneficiis: at si declaratur ipsum beneficiis fuisse & esse priuatum, vitatur, si regula illa, res inter alios acta, & c. ei non posset suffragari.

4 Bulla Pij V. poenam à iure contra fauentes hereticis, eis credendo latam, ad fauentes hereticis, officium inquisitionis, etiam mediatè, vel illius executiones impediendo, videtur extendere.

CONSILIVM III.

An inquisitus beneficium suum in fauorem certae personae renunciauit, & postea tamquam fautor hereticorum per sententiam condemnatus abiurauit, & inquisitores eum declararunt priuatum honoribus, dignitatibus, & beneficiis, & de illis insuper eum priuarunt. Quaeritur, an renunciatio beneficii sit valida?

1 Quae sit in hac re mea sententia, dico primò, quod abiuratio proprie dicta, per qua quis recedit ab heresi, & accedit ad sanctam fidem Catholicam, à qua recesserat, probat abiuratum verum fuisse hereticum, & est maioris virtutis, quā abiuratio improprie dicta, qua negat quis se fuisse hereticum, sed iuratio se suspiciōe, qua laborauit, de qua i. c. accusat. a

2 Secundo, quod magna differētia est inter fauorē credēdo, & inter fauorē alio modo cibādo, potādo, & aliis modis, qui fieri possunt & quotidie fiunt hereticis nunc in Galliis, Flādia, & alibi. Ille enim est verè hereticus, hic autè regulariter solum suspectus: ita vt purgatione mūdetur, & licet alius sit leuiter suspectus, & alius vehementer suspectus, quāuis enim sit vehemēt, & vehemētissimè suspectus, non tamen est iudicandus hereticus, iuxta c. literas. b

3 Tertio, quod nunc ostenditur sententia iudicū, qua fuit praedictus A. condemnatus, cū abiuratione quā fecit ipse, quae dant magnā lucem decisioni huius causae, siquidē constat per eas non fuisse declaratum hereticum, neque credentem hereticis, neque fauorē eorū credēdo: adeo quod in forma suae purgationis acceptae ab Inquisitoribus negat se vnuquā credidisse cōtraria fidei Catholice, neque credere, & pmitit nūquā se crediturū. Tenor autē sententiae habet, quod per eā declarauerunt Inquisitores praedictū A. esse priuatum honoribus, gradibus, dignitatibus, officiis, & beneficiis, insuper & de illis eū priuar: quae clausula potest habere duos intellectus. c

Alter est, quod declaratur, ob praedicta, per quae in vehementē suspiciōne hereseos incidit, fuisse priuatum ipso iure ante suā sententiam: quia declaratio nihil noui inducit, sed solum palā facit, quod erat obscurū, e & secundū hunc intellectū praedicta sententia multū lederet praedictū resignatariū, nisi opponatur exceptio rei inter alios actae. Alter intellectus est, quod per illam sententiam priuatur beneficiis & declaratur priuatus: & secundū hūc intellectū parū nocet ei: quia renunciatio beneficii praecessit illā sententiam, à qua incepit praedicta priuatio, sed quia non satis noui stylū suspiciōnissimū Inquisitionis vniuersalis, eiusdēque Illustrissimorū Card. & praefectorū, eorū Dominationibus interpretationem remitto, iuxta illud, d Eius est interpretari, cuius est condere.

4 Admoneo tamen quod bulla Pij V. de re hac edita videtur extendere iura poenalia fauores credendo, ad aliquos fauores expressos in ea impediētes directè, vel indirectè officij Inquisitionis, vel eius executione: praedicta tamen sententia Illustriss. Card. non videtur exprimi saltē clarè aliquis modus in illa bulla contentorū: & ita sententia praedicta, licet aliquibus videri possit extendi ad aliquot fauores aliter quam credendo, alios tamen videri posset non extendi. Quare interpretationem illorū sententiae remitto etiam quo ad hoc, vt antea remisi quo ad alia, eorum emunctissima & canissima intelligentia, eo quod non sum in eorum stylo discernendo satis versatus.

S V M M A R I V M.

1 Copulativa dispositio ad sui subsistentiam requirit verificationem vtriusque copulari: fallit, quando vtrumque per se sufficit ad causandam ipsam dispositionem.

2 Renunciatio beneficii, tacito quod ad illius titulum fuerit ordinatus, non est valida.

S V M M A R I V M.

- 1 Copulativa dispositio ad sui subsistentiam requirit verificationem vtriusque copulari: fallit, quando vtrumque per se sufficit ad causandam ipsam dispositionem.
- 2 Renunciatio beneficii, tacito quod ad illius titulum fuerit ordinatus, non est valida.

a In princ. de heret. li. 6.

b De praesumptione. & d. c. accusatus.

c Lz. heredes palam post prin. ff. de testamēn.

d L. fin. C. de legibus.



tus si renuncians verè habet unde alunde viuat, in conscientia & in tribunali iudicante secundum equitatem tenet, alias contrarium iudicabitur.

CONSILIVM IIII.

DE eo, qui ad titulum cuiusdam beneficii ad sacros ordines promotus post multos annos nihil aliud unde viuere possit habens illud renunciauit, reseruata sibi pensione ceterum ducatorum, nulla tamen facta mentione, quod ad titulum illius beneficii ordinatus esset. Quæsitum fuit, an stante Concilij Tridentini decreto talis resignatio valeret.

Pro parte negante, scilicet quod non valet, facit, quod dispositio copulatiua ad sui veritatem requirit, vt vtraque pars sit vera.

Pro parte vero affirmante, quod valet, facit, quod ad veritatem dispositionis copulatiua sufficit verificari alterum copulatiuum, quando vtrumque per se ad eam verificandam sufficit, iuxta glossam, quam Felinus exornat late ibi & ad hoc vt satisfiat menti Concilij disponentis quod, vt resignatio valeat, fiat mentio de ordinatione ad titulum beneficii renunciandi, & quod remanet renuncianti id, quod ad victum eius sufficit, videtur sufficere, quod remaneat ei victus honestus: quoniam ideo fecit illud c. Concil. ne sacris initiatus indecore mendicaret, & in casu proposito ordinatus renuncians reseruauit sibi pensionem centum scutorum, quæ sufficit ad eius victum.

Quibus præmissis, respondeo primò, credere me valere renunciationem quo ad forum conscientie propter rationem pro posteriori parte adductam, & alia multa, quæ possent adducere, cui vacaret id facere.

Secundo, credere me, Papam, & eius suprema prætoria ex bono & æquo iudicantia, & à quibus non appellatur, etiam censura eam validam quo ad forum etiam exterius: quamuis suspicer multos ordinarios, & delegatos particulares iudicatos eam non valere, quia resignans de neutro fecit mentionem expressam, licet sic tacitam de secundo, per argumentum pro priori parte factum, & alia iura, quæ aliquid de necessitate exprimendi statuunt. Salua, &c.

Aduertendum referri sacram Congregationem censuisse eiusmodi renunciationem esse nullam, ex quo non fuit expressum resignantem ad illius titulum promotum, quæ expressio pro forma requiritur.

SVM MARIVM.

- 1 Confidentia presumitur, si quid renuncians post collationem ex beneficio percipit.
2 Renunciatio facta coram tabellione sine auctoritate superioris non valet.

CONSILIVM V.

DE illo, qui renunciauit beneficium coram ordinario, nulla facta confidentia expressa, sed renunciarius soluit renuncianti post contractum coniugium certis annis fructus eius ob pietatem, & misericordiam, quia pauper erat. Et de illo, qui renunciauit beneficium coram notario & testibus sine auctoritate superioris, an valeat?

AD PRIOREM questionem respondeo, quod in foro exteriori iudicabitur interuenisse confidentiam, quia Pius V. determinauit censendum esse interuenisse illam, quoties post collationem beneficii renuncians aliquos fructus beneficii renunciati, vt patet in eius copia à nobis relata in Manu. nostro, quamuis credam eam coram Deo, & quo ad forum interius non interuenisse, vt ipse adnotauit.

AD ALTERAM, quod non valet renunciatio eius facta coram tabellione sine auctoritate superioris.

SVM MARIVM.

- 1 Possessionem beneficii à Sede Apostolica obtenti post expeditas literas, etiam si nondum ad eius manus peruenerint, capere iure potest, prouisus, modo tenor literarum non obstat, & nu. 5.
2 Pensio reseruata alicui potest iure communi attentò solui, etiam antequam litera prouisionis expendantur, nisi literarum forma obstat.
2 Resignans valide beneficium post admissam resignationem, etiam si alteri non conferatur, non potest illud retinere: quia vacauit, nec est amplius suum, nisi ei denuò conferatur: teneturque restituere fructus perceptos, deducto tamen stipendio quod vicario seruienti deberetur. num. 6.

- 3 Conscientiam facienti non peccat, quando nec qui facit peccat.
4 Fructus beneficii mei, quorum ego debeo esse administrator, rediturus rationem Deo, si consensio laico, vt eos sine iusta causa vel propria auctoritate vsurpet, incido cum ipso in excommunicationem per sacrum Concil. sess. 22. c. 11. latam. & nu. 5. & 6.

CONSILIVM VI.

LAicus, qui pro scutis octuaginta conductionis titulo solebat tenere bona cuiusdam parochialis, & ea sublocare maiori pensione, curauit illam conferri cuidam sacerdoti, pro quo etiam sua pecunia expedituit literas, quas penes se retinuit, unde sacerdos sine illis possessione accepit, permittitque, & permittit dictum dominum frui dictis bonis, à quo accipit dicta scuta octuaginta. demum resignauit beneficium: sed quia alteri non cõferebatur, perseuerauit, & perseuerat, vt supra. Quæritur quid agendum?

Respondeo sequentia. Primum, quod præfatus rector, attento solo iure communi, satis defendi possent quod ad forum conscientie ad culpam accipiendi possessionem post præfatas literas expeditas, nondum ei traditas, non obstante quod communis opinio, post & ante Rotam, & teneat, quod ante præsentationem rescripti non queritur iurisdicção iudici, vel executori. quia dici possent, illud procedere in foro exteriori, & cum non apparet de mente concedentis, vt profit ei, cui conceditur, sicut in hoc casu satis videtur apparere, attento solo iure communi. Facit, quod in practica Cancellaria, siue prouinciali habetur, quod potest solui pensio reseruata per signaturam, ab eo qui certus est illam esse concessam, ante literarum præsentationem, immo & ante illarum expeditionem, in foro conscientie: quam sequitur Gigas. Faciunt & alia plura, quæ nos adduximus in repet. c. accepta.

Secundum, quod contrarium forte dicendum est, attempta forma literarum, & modi, ac conditionis in eis positurum, quam quia non vidi, non possum aliquid certi determinare.

Tertium, quod præfatus rector non potest excusari à culpa retinendi præfatum Ecclesiam post renunciationem, quæ in facto proponitur, si fuit facta in manibus superioris potentis illam admittente, ita quod per eam vacauit illa, licet non fuerit effectus alios fortita: quia graue peccatum est retinere re alienam, & beneficium, quod quis renunciauit, non est renunciatis, nisi denuò ei collatum fuerit, & quia beneficium sine titulo canonico non potest obtineri.

Quartum, quod si præfatus dominus potest excusari à culpa & pœna præfati Concilij Tridentini, ipse quoque rector excusari poterit ab eis: quia si principalis non peccat, nec fautor eius peccauit.

Quintum, quod ad iudicandum præfatum dominum incurrisse prædictam culpam, & pœnam, faciunt hæc coniecturæ scilicet quod videtur capere fructus præfata Ecclesie sine legitimo titulo, & non qualitercumque, sed auctoritate propria, immo & laica, & quod non videtur permittere rectori eos capere, & pro suo arbitrio videtur disponere, & procurare, vt præfata Ecclesia detur & teneatur in quamdam confidentiam, & quod ipse expedituit bullas, & retinet eas, quæ omnia arguunt, eum auctoritate propria & laica vsurpare fructus, & res Ecclesiasticas, & consequenter incidere in culpam & pœnam. Quamuis pro contraria parte faciat, quod ipse fecit sumptus expeditionis bullarum, & quod soluit 80. aureos rectori seruienti, & emit ornamenta Ecclesie, & eius bona accepta in afflictum, per sublocationem facit maiorum redditum.

Sextum, quod præfatus rector per se, vel suum Episcopum, vel confessarium eius deberet eum monere, vt consideret quam mente, quo titulo, qua auctoritate, & qua de causa accipit, & dispendit, præfatos fructus, & quod veritate facti narrata cõsulat aliquem virum sufficientis ad id scientie, & conscientie, qui ei libere dicat, an incidat in præfatum canonem, & interim idem rector debet etiam considerare, qua de causa permittit præfato domino administrare præfatos fructus, & definit petere ratione recepti, & impenso tanto tempore, an aliquo pacto confidentie, vel donatione à se illi facta, vel de mandato procuratorio à se illi facta, &c. quoniam ipse est administrator illorum fructuum, & tenetur

a Ca. 2. de reform. sess. 21.

b Le. si haberes plures. ff. de hered. instit. & ca. inter ceteras. de rescript. c. Ca. ex parte. de rescript. d. à num. 23.

c In sua extrauag. de confiden.

f Cap. 23. nu. 110. g In 1. not. super præfata extrauag. Pij V. h Iuxta capi. quod in duobus. & ca. admonet. de renunciat.

a Argu. capi tibi ab ient. de præb. li. 6. c. 5. ex parte. de concess. præbend. b In ca. super eod. a. de appell. c In decis. 19. de concess. præb. in nouis.

d De pensio. qu. 34. nu. 4. e Oppos. s. nu. 24. de res. spol. f Iuxta le. vt responsum. C. de irrad. & l. precibus. C. de impub.

g Capi. si res. 14. quæst. 6. h Cap. quam periculosum. 7. q. 1. c. 1010. de renunciat. i Ca. 1. de reg. iur. lib. 5. c. 1. de eo qui mis. in possess. caus. rei seru. eod. lib. k Cap. 11. sess. 22. l. cum principalis. ff. de reg. iur. & c. accessorium. eod. tit. lib. 5.

m Præfati ca. 11

netur reddere Deo ratione de illis: & si scit præfatum dominum facere, quæ facit, animo conuertendi fructus in suos vsus, vel vsurpandi eos, vel ius accipiendi, & administrandi vel impediendi, ne eos accipiat rector, ad quem spectant, per ea quæ colliguntur ex c. e. v. & ex bulla Cænarum Domini, & præfata Concil. Trident. & si inquam scit, & consentit eiusmodi vsurpationi, incidit in culpam & pœnas præfati c. & ita est excõmunicatus, & quia talis existens celebrat, est irregularis, cap. si celebrat. à contrario sensu, & communis.

Septimum, quod ex primo & secundo dicto colligitur decisio prima quæstionis, videlicet quod ob solam possessionis apprehensionem post expeditionem literarum non incurrit vllam censuram, attento solo iure communi, & quod an incurrit ex transgressione formæ illarum, videnda sunt illa. Quod autem allegatur in ea pro ipso, scilicet licet quod dominus auctoritate propria capit præfatos fructus, cõtra ipsum facit, eo quod cõsentit, per dictum.

Octauum, quod ex tertio dicto colligitur decisio secunda quæstionis, scilicet, quod si renunciatio Ecclesie valet quod ad hoc, vt illa vacaret, & non fuit ei denuò collata, renetur restituere quicquid ratione tituli relicti siue renunciati accepit, excepto eo quod fuisset dandum in salarium cuiusque vicario mercenario, & quod si renunciatio non fuit talis, non tenetur restituere præfatos 80. aureos, sed tenetur reddere ratione Deo de omnibus fructibus, quos dominus recepit, deductis quæ ille impendit in literarum expeditione, & in paramentis & ornamentis Ecclesie, & etiam deducto auctario redituum, eo quod sublocatio fiat à domino, quia tenebatur impedere, quatenus essent sibi superflua, in vsus pios, & non ditando dominum diuitem, per ea multa, quæ nos diximus in Apolog. lib. de red. eccl. Nisi iustus timor, vel aliqua alia causa excuset eum à petenda ratione: nam confessio, qua forte consensit præfata vsurpationi, magis grauat, per prædicta.

Nonum, quod ex quarto, quinto, & sexto dictis colligitur decisio tertia & quarta quæstionis.

Decimum, quod ægro profecto animo his quæstionibus respondi; nec id fecissem, nisi magna auctoritas iubentis & rogantis in id me impulisset, quia factum est intricatum & implicitum, & quo responsio esset clara, maiori explicatione indigebat, vt ipsa præfata dicta satis significat. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Regula de infirmis resign. non habet locum in resignante sano, licet intra 20. dies a præfato consensu moriatur.
2 Beneficium in manibus Papæ resignatum per eius prouisionem subsecutum fit resignarij.

CONSILIVM XI.

ASANVS misit Romam mandatum ad renunciandum beneficium suum in fauorem B. & mandatarij statim renunciauit beneficium illud, & signata fuit supplicatio à Papa in fauorem D. sed non præstitit consensum ad expediendum literas. Elapsis 20. & pluribus diebus à die resignationis Romæ factæ, & supplicationis signatæ, mortuus fuit præfatus A. quod cum sciisset mandatarij, præstitit consensum de more præfati solitum apud notarium, qui scripsit datam præstationis illius anteriorem die mortis resignantis per plures quam 20. dies, & expedituit literas cum data supplicationis signatæ: & quia resignans mortuus fuit in mense ordinarij, collatum fuit beneficium ab eo cuidam C. qui post possessionem acceptam, cum vidisset literas Papæ datas 20. & amplius diebus ante mortem præd. resignantis, cessit possessioni, quam resignatarius ignarus præfata antedata accepit, & possidet pacifice. Quæritur an præfata prouisio Papæ possit defendi quo ad forum conscientie.

Pro parte autem affirmante facit primò, quod regula præfata loquitur de resignante constituto in infirmitate; & in nostro casu illa erat tempore resignationis. Secundo faciunt omnia illa, quæ Cassadorus adducit & approbat Gomezius & merito; quia per resignationem in manibus Papæ factam, & prouisionem subsecutam verè vacauit be-

a De offic. ord. & c. præfati. eod. tit. lib. 6. c. cap. quia propter. de elect. cod. lib. b Cap. 11. sess. 22. c 11. d In cap. 2. de cler. excomm. minist. c 11. re. laturum in 6. dicto.

g De 1. mon. 27. c. 37. c. seq.

g De infir. resign. quæ est 18.

h In Decis. 1. de renunciat. i In dict. reg. de infir. resign. qu. 14. c. 32.

neficiu, & verè fuit collatum resignatario: & nihil obstat prædicta regula. Tum quia, vt diximus, resignans non erat infirmus tempore resignationis; & illa loquitur de infirmo resignante, nos autè de sano resignante. Quare resoluendo dico, quod nec mandatarius, nec notarius tenentur ad vllam restitutionem faciendam prouiso per ordinarij: quia nihil iuris ei ademerunt, cum ante mortem resignantis totum ius in d. beneficio fuisset resignatario quæsitum. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Beneficia contrahentis matrimonium vacant ipso iure.
1 Publicationis omisio resignationem annihilat, nisi iusto impedimento detentus omiserit. num. 3. & seq.
2 Possessor triennalis beneficii dominium illius querit, vel saltem illud retinendi.
3 Impedito legitime non currit tempus.
4 Impedimentum iustum est patris obedientia filio.
5 Legè qui humanè ex causa quæ iustè putat trisgreditur, nõ pecc.
6 Metus reuerentialis facit professionem nullam: & excusat à transgressione legis humane.

CONSILIVM VIII.

NOBTINVIT à Papa per resignationem vnũ beneficium: & expeditis literis noluit pater ei vt acciperet possessionem statim, ad euitandam quandam discordiam inter cognatos eius, & resignantis. Interea lapsu fuit tempus publicandi resignationem, & capiendi possessionem, ob quod petita fuit restitutio temporis lapsi: & post eam petita, nõdum tamè impetrata, resignans duxit vxorem, per quod vacat ipso iure beneficium, & N. statim accepit possessionem per literas antea expeditas, & per quinq; annos circiter accepit fructus mille aureorum. Quæritur, an egeat noua collatione, & oporteat eum restituere fructus, & cui.

Pro parte affirmante facit primò, quod beneficium præfatum non vacauit per resignationem, sed per matrimonium, per quod ipso iure vacant beneficia contrahentis, iuxta textum adiuncta glossa recepta, quam roborat ibi Panormitanus quæ communis opinio est, & recepta. Et prouiso illius facta fuit tanquam vacantis per renunciationem. Nec obstat dicere, quod vacauerit per renunciationem in manibus Papæ factam: quia illa renunciatio, & eius effectus sublatis fuisse videntur per negligentiam, & per omissionem publicationis renunciationis, & apprehensionis possessionis, quæ fieri debebant intra sex menses.

Sed his non obstantibus contrarium est respondendum. Primò quidem, quod videtur vera opinio illa glossæ antiquæ, quæ habet triennem possessionem pacificam fieri dominum beneficii, vel saltem habere ius legitimum quo ad Deum, & homines, percipiendi, & retinendi fructus beneficii trienni possessi: quod nobis videtur certissimum de illo, qui bona fide possedit, vt in casu proposito, in quo possedit N. credens beneficium esse suum; quemadmodum visum fuit Ludouico Gomezio & allegatis per eum, & esse certum etiam de possidente mala fide, & attestatur, quod post multas propositiones, & disputationes Rota suo tempore per rationes ibi per eum late relatas definiuit regulam illam non requirere bonam fidem.

Secundò, quod iuste credi potest non vacasse prædictum beneficium per lapsum sex mensium præfatorum ad publicandas resignationes, & apprehensionem possessionis beneficiorum resignatorum, per regulam, & extrauagantem prædictas: quia huiusmodi tempora præstituntur saluo iusto impedimento: nam agente impedito non currit tempus iuxta iura, & tradit latius Felinus. At præfatus N. fuit impeditus ad publicandam renunciationem, & apprehendendam prædicti beneficii possessionem. Tunc quia pater id ei iussit ad euitandam discordiam inter cognatos suos, & resignantis, & patri iubenti parere debet filius, per quartum præceptum Decalogi, & iuxta illud, Parentibus & patriæ pareamus. Tum quia pater detinebat literas, & nolebat eas tradere ad eas publicandas & apprehendendam possessionem, ob finem iustum, & sanctum, & non decebat filium mouere litem contra patrem iusta de causa negantem illas tradere, & quod lapsus præfatorum sex mensium non nocet impedito iusta de causa, non solum generaliter leges vtriusque iuris statuunt, sed etiam in specie de prædicta regula & extrauagante probat Felinus, & Gomezius. Non obstat, ipse ait, quod si impe-

a In cap. 1. de cler. coning.

b Per reg. Cæ cell. de public. & extrauag. Pij V. c. ampliansem. c Reg. de triennali possessio. col. 5.

d In d. reg. de triennali, qu. 42.

e Le. 1. §. ff. C. de annali excep. c. quia diuersitate. de concess. præb. c. ex irrad. missa. de præscript. l. ibidem n. 8. g Le. velui. de iust. & iur.

h Vbi supra. i In qu. 13. de publica resignatio.



dimentum est quo ad locum, vel ad tempus, debet fieri in alio loco, vel tempore, quoniam prædictum impedimentum, quo consules impeditus fuit à patre, ram impedit quo ad vna loca, & tempora, quam quo ad alia, vt palàm est. Non obstat etiam, quòd Gomezius non posuit hoc exemplum, quia ratio suadet idem esse de similibus dicendum: & quòd cum aliquid generaliter & nõ in specie determinatur, relinquatur determinatio eius specialis arbitrio boni & prudentis iudicis, <sup>a</sup> & arbitrio boni & prudentis iudicis iudicabitur præfata iusio, & reuerentia paterna, & euitatio discordiæ præfata cum retentione literarum fuisse iusta causa ad differendum aliquo tempore prædictam publicationem, cum sine vllius præiudicio illa dilatio fieri posset, præsertim quo ad forum conscientia.

5 Tertio, quòd res, quæ culpa caret, in damnum vacari non debet, <sup>b</sup> & qui legem humanam posituam transgreditur iusta de causa, vel quam putat esse iustam, nõ peccat saltem mortaliter, vt tradit Caietanus, <sup>c</sup> quod satis colligi potest ex S. Thoma, <sup>d</sup> & nos tradimus in Manu. confess. <sup>e</sup> & latius in comment. super glossam summa, <sup>f</sup> & præfatus N. credens se sanctè agere differendo præfata publicationem ob prædictum iussum, reuerentiam, & detentionem præfata literarum, non peccauit, nec læsit aliquem notabiliter, nec dedit scandalum notabile: ergo non debet ob illam dimissionem priuationis pœnam incurrere, præsertim quo ad forum conscientia.

6 Quarto, quòd metus reuerentialis parentum excusat à valore professionis, & matrimonij, licet nõ sit alioquin iustus, iuxta glossam celebrem, <sup>g</sup> per quam aliqua alia dicitur in Manual. confess. <sup>h</sup> scilicet, quod ad excusandum coram Deo à peccato transgressionis legis humane, sufficit metus, vel timor etiam non iustus, si fuit ille causa transgressionis: & in casu proposito prædictus N. omisit præfata publicationem timore reuerentiali sui patris, immo in sua potestate non erat publicare literas à patre retentas: ergo non peccauit coram Deo, & in foro conscientia: & consequenter non meretur pœnam coram sua diuina maiestate, & foro conscientia, in quo ipsa sola est iudex. <sup>i</sup>

Quinto, quod præfatus N. non omisit publicationem renunciationis, & apprehensionem possessionis ad lædendum alium aduersarium, nec de facto læsit etiam Cameram Apostolicam: quia expediuit literas, nec dedit vllum scandalum damnificans alium, & ideo non tenetur restituere quicquid, per supradictas doctrinas S. Thomæ Caietani & aliorum: præsertim si teneremus antiquorum doctorum Gallorum opinionem, quæ habet regulas Cancellariæ pœnales non ligare conscientiam, & quod præfata regula de publicanda resignatione est pœnalis: quod tamen non requiritur in casu proposito, in quo alia rationes sufficienter probant verum esse quod dicimus, scilicet, nec inualidam esse collationem, nec præfatum N. teneri ad restitutionem fructuum in foro conscientia. Salua, quæ iustior fuerit, sententia.

*Aduertendum quòd spectat ad possessionem triennalem videndum, quod notatur infra consilio. 20 & 30 de præbendis, & quod spectat ad regulam de publicanda resignatione videndam constitutionem Gregorij XIII.*

SVM MARIVM.

- 1 Resignatum beneficium conferens ordinarius propinquo resignantis suspenditur à collatione beneficiorum, & si sic ligatus conferat, excommunicatur ipso iure, & si sic ligatus ministrat in potestabilibus, vel ordinibus, efficitur irregularis, absolutioque, & dispensatio est à Papa petenda. num. 3.
- 1 Ignorantia extrauagantis publicè in Curia publicata, egre in foro exteriori admittitur, quæ tamen si verè adfuit, ita quod si eam quis sciuisset, non contraheret, excusaret à pœna in foro conscientia, num. 3. ac etiam ab obligatione restituendi fructus ex beneficio nulliter collato bona fide perceptos, & in bonos vsus consumptos. num. 4.
- 1 Pœna ipso iure ob malam collationem imposita incurfa non euitatur, etiam si prouisus beneficium post acceptam possessionem resignet.

CONSILIVM IX.

Q Vidam Reuerendissimus Episcopus ignorans extrauagantem Pij V. quæ incipit, *quanta*, contulit cantoniam resignatam à cantore filio eiusdem cantoris.

Quæritur primo, an dictus Episcopus incurreret pœnas prædictæ extrauagantis. Secundo quæritur, quid de prouiso à dicto Episcopo de dicta cantoria, si ipse etiam ignorabat prædictam extrauagantem.

AD PRIOREM quæstionem respondeo primò, dolore me in primis de huiusmodi casu, in quem facile etiam optimus Episcopus incidere potuit per ignorantiam, vel inaduertentiam.

1 Secundo, quòd nescio qua via excusari possit præfatus Reuerendissimus Episcopus in foro exteriori, præsertim si res contigit in Italia. Tum quòd in ea egre admittitur ignorantia præfata constitutionis Pij Quinti, *quanta*, legitime in Curia publicata. Tum quia nihil prodest Reuerendissimo renunciatio prouisi ab eo post collationem factam, & possessionem acceptam: quia propter collationem beneficij imponitur pœna suspensionis, & non propter retentionem eius. Tum quod excommunicatio imponitur propter secundam collationem, quæ nõ excusat renunciatio primi prouisi.

2 Tertio, quòd excusari posset in foro conscientia præfatus Episcopus, si verè ignorabat præfata constitutionem Papæ Pij Quinti, sic quod, si eam sciuisset, nõ contulisset præfata cantoniam filio cantoris: argumento cuiusdam dicti Innocentij, <sup>a</sup> & aliorum quæ congerit Felinus. <sup>b</sup>

3 Quarto, quòd oportet præfatum Episcopum prouidere sibi de abfolutione Papæ tam à suspensione, quam ab excommunicatione, immo & ab irregularitate, si censuris adstrictus celebravit, vel egit Pontificalia.

AD POSTERIOREM quæstionem respondeo primò, quòd si res contigit in Vrbe, vel in alio loco, vbi non admittitur excusatio ignorantia, non posset excusari secundo prouisus in foro exteriori, prætextu ignorantia præfate constitutionis, neque à peccato mortifero suscipiendi beneficium, neque à peccato retentionis illius, vel perceptionis fructuum eiusdem, neque à restitutione fructuum: quia præsumetur in eo foro scientia eiusdem constitutionis. <sup>c</sup>

4 Secundo, quod excusari potest ab omnibus præfatis peccatis in foro conscientia, si verè ignorauit eam, taliter quod nõ suscepisset illud, nec retinuisset, nec fructus esset eo, si eam sciuisset, & etià à restitutione, si bona fide fructus suscepit, & in bonos vsus impendit. argumento præfati dicti Innocentij, & aliorum à Felino, <sup>d</sup> pro illo allegatorum.

SVM MARIVM.

- 1 Reciproca renunciatio & illicita tunc est, quando adest saltem tacita conuentio. num. 2. Idem dicitur de reciproca collatione. num. 3.
- 3 Iure natura obligamur beneficienti benefacere.
- 4 Tèporis diuersitas & distantia tollit præsumptionem respectiuitatis actuum sicut identitas & proximitas illam inducit.

CONSILIVM X.

Q Vidam rector resignauit sine vlla reseruatione rectoriam suam in fauorem cuiusdam, qui erat filius alterius rectoris, qui post sex annos renunciauit aliam suam rectoriam in fauorem filij primi rectoris, reseruata pensione medietatis fructuum. Quæritur an secunda renunciatio dicenda sit reciproca, & damnata in Concilio Tridentino.

1 Respondeo primò, quod non censetur quo ad forum conscientia reciproca, quia in narratione casus proponitur, nullum pactum, neque conuentionem interuenisse, vt vterque rectorum alter in alterius filij fauorem suam rectoriam renunciaret: & in illo foro sola rei veritas attenditur, & non præsumptio veritati contraria. <sup>f</sup>

Secundò, quòd neque potest cenferi etiam quo ad forum exteriori illicita reciproca. Primò quidem, quòd non est reciproca: quia, vt prædictum est, reciproca renunciatio est, quando plures conueniunt, vt alter in gratiam alterius reciprocè renunciet. argum. cap. vbi periculum, <sup>g</sup> ibi non in se reciprocè considerationis intuitu, vel in suos. <sup>h</sup> & satis significat prædictum c. <sup>i</sup> at in casu proposito nulla fuit talis conuentio. Secundò, quòd licet rector prior renunciatus habuisset aliquam intentionem mouendi patrem eius ad faciendum ratiōne gratitudinis, de quo tamen nullatenus constat, non ex eo sequitur, quòd pater renunciatarij

a In cap. per tuas. 1. de simon. b In c. 1. fall. 7. de re iudicata.

c Arg. c. ignorantia. de reg. iur. lib. 6. cum similibus.

d Vbi supra.

e Capit. 15. de refer. sess. 25.

f Ca. sua. ad iudic. c. is qui de sponsalib. cum eu adnotatu.

g S. ceterum. h De elect. lib. 6. i 15. de refer. sess. 25.

habuit

a Leg. 1. ff. de iur. deli. & c. de causis de offic. deleg.

b Capit. 2. de constit. c. In 2. 1. quæ. 157. art. 3. & in iur. verb. ieiunij. §. quo ad 3. vers. de rationabili autè causa. d In 5. art. e Pral. 9. nu. 16. f De aliq. rer. eccles. 12. q. 2. nu. 10. & 15.

g In cap. præiens. 20. qu. 3. h Ca. 22. nu. 51. & cap. 17. num. 20.

i Cap. humana aures. 22. quæ. 1. s.

SVM MARIVM.

1 Resignatio facta in manibus Papæ de beneficio prius resignato in manibus ordinarij admittenti, nihil valet: & successiue pensionis super illius fructibus reseruatio subsistit, adeo vt soluta possit repeti. num. 6.

2 Resignatio beneficij per procuratorè absentis facta in manibus Papæ admittenti operatur vt beneficium apud Sedem Apostolicam, attento iure communi, ita vacet, vt ordinarius de eo prouidendo non dederit nec titulum coloratum. nu. 3. sed attento stylo dicta resignatio habetur pro non facta, donec præstetur consensus expeditioni literarum: adeo vt resignans possit denuo resignare nedom in manibus Papæ, num. 4. sed etiam ordinarij, qui illud poterit valide conferre. nu. 5. & 6.

3 Litera Apostolica prouisionis seu collationis beneficiorum debent per bullam Iulij secundi intra sex menses expediri, alioqui beneficium vacat.

CONSILIVM XII.

D Edit quis mandatum ad resignandum beneficium in manibus Papæ in fauorem tertij, reseruatis sibi fructibus loco pensionis, & præterea illud, antequam coram Pontifice præstaretur consensus, resignauit simpliciter in manibus ordinarij, qui illud contulit eidem tertio, qui etiam literis Apostolicis non expeditis partem fructuum resignanti soluit. Quæritur quid iuris.

Respondeo primò, tot à D. consulente quæri, & tot me aliis occupationib<sup>9</sup> necessariis angere, quod vix in animum induxi, vt eis quicquam responderem: sed in obsequium Dei, qui nos omnes pacificè respondebo paucis.

1 Secundo, quòd resignatio præfata in manibus Papæ, & reseruatio fructuum à sua Sanctitate concessa, nihil omnino valuerunt, si fuerunt facta posteaquam resignauit in partibus, qui dedit mandatum ad resignandum in Curia, quod narratio casus significat: quia resignans nihil resignauit, neque pensioni consentire potuit: quippe qui iam per priorem resignationem in manibus ordinarij factam beneficii sui, & ius omne, quod in eo habebat, amiserat.

2 Tertio, quòd si resignatio fuit facta prius in manibus Papæ Romæ, & ab eo admissa, quæ in manibus ordinarij, nihil valuit iure communi attento renunciatio facta in manibus ordinarij: quia beneficia vacantia in Curia, sunt reseruata Papæ, & beneficia quæ renunciantur in Curia per procuratores, etiam existentium extra eam etià mille milliariibus, dicuntur vacare in Curia secundum omnes. <sup>b</sup> Et ordinarius nõ potest cõferre beneficia reseruata Papæ.

3 Quarto, quòd ex hoc sequeretur, eum, cui facta fuit collatio ab ordinario, nihil iuris habuisse in illo, & nullos fructus sibi quæsisse, sed fuisse & esse intrusum semper: quia titulus ordinarij sibi nihil profuit, neque prodest, nec titulus Papæ: quia non fuit expeditus, nec datus consensus à procuratore, vt expediti posset: quia etià vacasset, si quod ei quæsitum fuit, per cessationem semestrem ab expeditione literarum, per extrauagantem Iulij Secundi.

4 Quintò, quòd attèto stylo Curia, per quem videmus seruari quòd renunciatio facta, donec consensus præstetur, nullum parit effectum, etià si sequatur admissio, & collatio beneficij renunciati: & ita nõ censetur vacare: adeo quòd, qui renunciauit suum beneficium in fauorem vnus, potest renunciare illud in fauorem alterius, antequam præstet consensum renunciationi, quam fecit in fauorem primi.

5 Sexto, quod retèto eo quod in hoc quinto dicto dicitur, renunciatio facta in manibus ordinarij absque vlllo pacto simoniaco, & collatio facta ab eo, valuerit, siue fuisset facta ante renunciationem in manibus Papæ facta, siue post eam: quia cũ numquã fuerit præstus cõsensus renunciationi nec admissio, neque literarum expeditionis, nullus effectus habuit renunciatio facta in manibus Papæ: & ita perinde iudicadum est, ac si nũquã fuisset renunciatum coram sua Sãctitate.

6 Septimo, quod hæc cõsequitur, eum, cui beneficium collatum fuit ab ordinario per renunciationem in manibus eius factam, habuisse, & habere bonum titulum, & fecisse fructus suos, & iuste potuisse ac posse dispendere illos in suos & alios pios vsus, reseruationem autè factam N. à Papa virtute renunciationis in manibus eius factæ, & ab eo admissæ, nihil valuisse, nec valere: & ita quidquid solutum est ei virtute reseruationis præfate, indebitum fuisse, & tamquam indebitè solutum repeti potuisse per conditionem

a Per ca. 2. de præbend. li. o. b In dicto ca. 2. post gloss. in clement. 1. vs. lue pendens.

indebiti,

a Ar. In qua natalis. C. de proba. & c. in præsentia. eod. tit. b Cap. 15. c Cap. 23. nu. 110.

d Cap. 23. nu. 107.

e Ca. ordinationes. 1. qu. 2. & vbi supra.

g Arg. le. illud ff. ad leg. aquil. & cap. dudum. 2. de elect.

h Arg. multo magis. C. de sacrosan. eccles. ca. cum in cõstit. de elect. i L. si non forte. §. liberius. ff. de cond. ind. deb. & le. sed est. §. consilium ff. de peti. hare. d. ca. cũ in offeij. de testa.

k Iuxta l. lecta ff. si certu petat. & l. leg. C. de pact. & alibi sæpe.

habuit similem intentionem & propositum. <sup>a</sup> 2 Tertio, esto quod esset aliqua reciprocatio mentalis: non tamè effectus illicita, neque reprobata per prædictum. <sup>b</sup> Tum quia sicut non omnis confidentia, sed tantum inordinata est illicita, vt nos probamus in Manu. confess. <sup>c</sup> ita non omnis reciprocatio, sed tantum inordinata est iudicanda illicita. Tum quia renunciatio illicita est, quando conueniunt duo, vt alter renunciet beneficiu in fauorem alicuius, quæ alter designat, & ille alter renunciet in fauorem eius, quem alter designauerit: quia simonia est, vt nos tradimus in Manual. confess. <sup>d</sup> At in hoc casu nulla talis conuentio interuenit. Nec obstat, quod intentio prædicta interuenisset: nam quando non interuenit conuentio tacita, vel expressa, etiam si interueniat intentio mentalis, non propterea renunciatio fit illicita, vt post glossam singulatè. <sup>e</sup> & S. Antoninũ & alios tradimus in d. Man. <sup>f</sup>

3 Quarto, quod qua ratione licitum est vni Episcopo conferre beneficium cuiquam amico benemerito alterius Episcopi, cum intèntione mentali tantum sine pacto, quòd aliquando ille conferat aliud alicui amico suo benemerito, ob quamdam ordinatam & studiosam gratitudinem, & alteri Episcopo etiam licet conferre postea propter prædictam gratitudinem ordinatam aliud amico illius benemerito, ita licitum est vni beneficiario renunciare beneficium in fauorem amici benemeriti alterius beneficiarij, cum intentione mentali tantum sine pacto, quod ob gratitudinem naturali iure debitam ipse renuciabit aliquando aliud alicui amico suo benemerito, nullo pacto in his tacito, neque expresso interueniente. <sup>g</sup> Immo tanto maiori ratione licebit beneficiario ita renunciare, quàm Episcopo ita conferre, quanto collatio maius ius tribuit, quam renunciatio. <sup>h</sup> Quod autem liceat Episcopis ita conferre, ea firma ratione constat, quod nullo iure id prohibetur, immo iure naturali gratitudinem suadente, & obligationem antidotalem inducente, quadamtenus præcipitur per iura, quæ iubent vt beneficienti beneficiamus. <sup>i</sup>

4 Quinto, quod spatium sex annorum, quod interiacuit inter prædictas duas renunciaciones, & quod vna fuit facta simpliciter sine vlla reseruatione, & altera cum reseruatione medietatis fructuum, cum valoris æqualis essent ambæ rectoria, tollit omnem ansam censendi vllam reciprocatorem illicitam, argumento differentia quæ ponitur inter ea, quæ incontinenti fiunt, & ea quæ ex intervallo, præsertim magno, & tot annorum. <sup>k</sup> Salua, & c.

SVM MARIVM.

1 Renunciatio beneficij virtute madata reuocati, sed non intimati nec procuratori, nec ei in cuius manibus erat facienda resignatio, facta, valida est, etiã si resignatarius sciens tacuerit.

CONSILIVM XI.

T Titius resignauit in fauorem Sempronij suum beneficium: Sempronius discessit, vt veniret Romam cum literis procurationis dicti Titij, & in via accepit epistolam à suo patre, in qua ei commendabat diligentiam: quia Titius iam reuocauerat literas prædictas procurationis, & quod reuocationem istam Romam iam miserat ad suum procuratorem, & simul epistolam aliam dicti Titij, in qua constabat ipsum dictas procurationis literas reuocasse. Sempronius Romam accessit, & quæsiuit diligèter à procuratore dicti Titij, an literas quasdam ipsius Titij recepisset, cui procurator respondit nondum accepisse. Quapropter dictus Sempronius nihil dixit dicto procuratori, sed præstauit suas literas procurationis, & supplica signata fuit à Papa, & procurator præstitit cõsensus. Postea verò, sex, vel octo diebus transactis, litera reuocatoria procurationis dicti Titij ad manus sui prædicti procuratoris peruenerunt, & procurator dixit intempestiue venisse, cum iam consensum præstitisset virtute priorum literarum. Titius habuit notitiam huius facti, & scripsit Sempronio, quod tutò poterit prædicti beneficij possessionem accipere, & facti sunt amici. Quæritur quid iuris?

1 Respondeo, quod renunciatio illa satis iuridicè fuit facta, & valuit, quia reuocatio procuratoris ad renunciandum nõ fuit intimata illi, neque ei, in cuius manibus erat facièda renunciatio, & requirèbatur ad hoc, vt illa fuisset nulla: nec sufficerebat illi<sup>9</sup> notitia venisse ad eum, cui<sup>9</sup> fauorè renunciatio erat facièda, per cle. 1. iucta gloss. <sup>m</sup> recepta. Salua, & c.

1 De renuciati. in Ibidem.

indebiti, nisi scientia, vel aliquid aliud, quod impedire solet conditionem indebiti, interuenisset.

Octauo, quod de concordia & de iustitia & iniustitia illius non possunt ego iudicare, nisi eius tenore perspecto.

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM & qualitate ordinandorum.

SVMARIVM.

- 1 Constitutio Roma promulgata, licet secundum magis receptam liget prouincias, antequam in eis promulgetur, & recipiatur: at quo ad Francos in Francia degentes aliquid specialius videtur obseruandum.
2 Ordinatus sacris ordinibus ante aetatem legitimam Gallus in Gallia non est suspensus, nec ministrando sit irregularis, si bulla Pij II. ibi nunquam fuit publicata, nec recepta: nec eget dispensatione, sed solum ut legitime pœniteat de peccato, num. 3. & 4.
5 Excommunicationem minorem aequari peccato mortali, seu per illud incurri, non est verum, nec Panorm. hoc dicit.

CONSILIVM I.

Quæritur primo, an Francus, qui ordinatur in Francia ante legitimam aetatem, incurrat irregularitatem, si ibi non est publicata extrauagans Pij Secundi.

Secundo, an esto quod iste non incurrat irregularitatem, an peccet.

Tertio, an iste, si celebret, incurrat irregularitatem.

Quarto, an iste, celebrando post pœnitentiam iustam, committat aliquod peccatum.

Quinto, an indigeat dispensatione Papæ, aut Episcopi. Sexto, an communicatio minor, & peccatum mortale æquantur inter se.

Ad quæstiones grauissimas dico, quod longè aliter respondendum est illis in Francia Franciscis in ea morantibus, quam in Manual. nostro scriptis respondendum esse aliis secundum receptiorem sententiam, quæ habet, legem vel canonem in Curia Romana promulgatam ligare omnes prouincias, etiam antequam specialiter promulgetur in metropolitibus earum, & recipiatur ab eis.

AD PRIMAM igitur quæstionem respondendum est, secundum opinionem, quam veriore putamus (vt aliàs dixi) Francum, qui ordinatur in Francia ante legitimam aetatem, non incurrere pœnam extrauagantem Pij II. si non fuit vquam promulgata in metropolitibus Galliarum, nec ab ea recepta, & consequenter non esse ipso iure suspensum, nec celebrando incurrere irregularitatem.

AD SECUNDAM autem respondendum esse, eum, qui sic ordinatur, indigere quidem pœnitentia iusta peccati, sed non absolute irregularitatis, neque habitatione Episcopi.

AD TERTIAM etiam respondendum esse, re-tenta prædicta opinione, præfatum sic ordinatum non incurrere celebrando irregularitatem.

AD QUARTAM etiam respondendum esse, sic ordinatum, celebrando post pœnitentiam iustam, non magis peccare mortaliter, quam aliis qui admittit aliquod aliud peccatum mortale, & post factam de illo iustam pœnitentiam, & legitimam confessionem, celebrat.

AD QUINTAM, quod non indiget dispensatione Papæ, nec Episcopi habitatione.

AD SEXTAM autem, quæ non pendet ex veritate præfatæ opinionis, sed aliunde, respõdetur, falsum esse quod Panormitanus ab aliquibus receptus insinuat, quatenus videtur æquare quo ad hoc minore excommunicationem, & peccatum mortale, quod certè falsum est, vt nos asserimus in nostro Manual. confess. & multis probari potest contrarium, immo etiam ex verbis ipsiusmet Panormitani iuste ponderatis: non enim æquantur excommunicatione minor, & peccatum mortale, cum sese mutuo excellant, vt dicimus in d. Manual. confess. ad eum cerum, esse falsum, quod omnis, qui peccat mortaliter, incurrit excommunicationem minorem, adeo quidem, vt plurimi peccant mortiferè, & paucissimi incurrant excommunicationem minorem, vt colligitur ex prædicto Manual.

SVMARIVM.

- 1 Ordinari potest quis in loco domicilij.
2 Domicilium acquiritur per quacumque modicam mansionem

a Le. inciuile. ff. de legib.

b In ca. sc. celebrat. nu. 6. & 7. de cler. excomm. ministr.

c Vbi supra.

in loco animo ibi perpetuo manendi factam, adeo vt possit ab ordinario loci, vel ab alio de eius licentia ordinari.

CONSILIVM II.

AN Hispanus ortus Compluti, & ibi ordinatus rite ad minores, qui postea mansit Tiburi tribus annis, & seruuit Episcopo eius, possit ordinari ad ordines superiores per Episcopum Tiburtinum?

Respondeo, quod D. consulens potest ordinari legitime ab Episcopo Tiburtino, vel ab alio virtute dimissoriarum ab eo illi concessarum, si mansit Tiburi, vel in eius diœcesi annis prædictis tribus, maiore vel minore tempore, dummodo manserit in ea cum intentione & voluntate permanendi ibi perpetuo: quia per huiusmodi mansionem videtur quæsisse domicilium, per Le. ciues, adiuncta glossa magna, & glossa in verbo, laicum, a per qua probatur contrahere quem domicilium in loco vbi constituit habitare animo perpetuo habitandi, vel manendi ibi, etiam si paruo tempore manserit: quia per mansionem talem queritur domicilium etiam momento temporis, vt post alios tradit etiam Philippus Francus, b vbi loquitur de domicilio, quod sufficit per illum textum ad effectum faciendi se subditum Episcopo, ad hoc, vt ordinari possit ab ipso ratione domicilij, quod per illum textum est vnus modus, per quem quis sortitur forum, & subiectionem Episcopi ad ordines recipiendos. Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Domicilium originis patris etsi transeat in filium, secus de domicilio habitationis.
2 Domicilium habitationis animo proprio & facto contrahitur.
3 Filiusfamil. potest sibi constituere domicilium, si sit pubes, num. 6. & conuiuendo cum patre, animo vt ibi perpetuo viuatur, videtur ibi habere domicilium, num. 3. & 8. vnde & ibi mortuus, non electa sepultura, sepeliendus vbi pater, sicut & vxor simili modo vbi maritus. 4.
6 Impubes sibi domicilium non eligit: quod si coniuuit cum patre, patris habet domicilium, quod si habitat cum matre, secus, ibi tamen potest conueniri, num. 5.
6 Ordinari quis legitime potest ab Episcopo loci, vbi habet domicilium.
8 Domicilium semel electum, etiam modico tempore continuatum non admittitur, quamuis alibi longo tempore moretur, animo tamen ad dictum electum domicilium reuertendi.
8 Domicilium pro libito, etiam quo ad spiritualia, sine licentia Episcopi, saltem si sit laicus, mutat quisque.

CONSILIVM III.

Ordinatus an sit legitime filius, qui natus, & educatus in vna diœcesi, ad diœcesim, vbi pater habitabat, & domicilium habebat, venit animo perpetuo cum eo habitandi, & post annum missus fuit causa studendi ad ciuitatem, vbi natus fuerat, & mox reuersus ab Episcopo, vbi pater habitabat, fuit ad ordines promotus?

Respondeo, quod pro parte negatæ facit primo, quod licet domicilium originis patris transeat in filium, c domicilium tamen habitationis non transit in illum, d licet transeat in liberum. e

Secundo, quod domicilium habitationis ex animo & facto contrahentis contrahitur, f ergo animus & factum patris non sufficit ad constituendum domicilium filio.

Tertio, quod etiam filius familias potest constituere sibi domicilium. g

Pro parte verò contraria facit, quod qui filius viuuit cum patre animo tam suo, quam patris, vt ibi perpetuo viuatur, videtur habere ibi domicilium: quia alicubi habet, cum non sit vagabundus, & non alibi quam ibi, ergo ibi. Secundo, quod alioquin sequeretur, quod filij qui fuerunt nati in aliquo loco, & postea viuunt cum suis patribus in domiciliis eorū multo tempore vsque ad triginta annos, nullibi haberet domicilium habitationis, q videtur absurdū.

Tertio, quod filius natus alibi, & mortuus in domo patris, vbi habet domicilium, est sepeliendus in Ecclesia, in qua sepeliri debet de iure ipse pater, si factus pubes non elegit sibi sepulturam, vt colligitur ex ca. licet. h Mulier etiam alibi nata, si non elegit sepulturam, debet sepeliri in Ecclesia, in qua est sepeliendus maritus, vt colligitur ex cap. si qui. i & non alia ratione, quam quia habent domicilium habitationis, ergo ibi habent illud.

a C. de incolis. lib. 10.

b In capi. cum nulla de tempor. ordi. li. 6.

c L. i. & l. asumptio. §. i. ff. ad municip. d. Distal. asumptio. §. filius. e. Distal. asumptio. §. finali. f. Leg. domicilium eod. tit. g. L. placet. ff. ad municip.

h De sepul. li. 6.

i Sub fine de sepul. lib. 6.

a Le. i. C. vbi petant. tuto. in verbo, vbi mirantur.

Quarto, quod glossa, a expressè habet pupillum posse habere domicilium habitationis extra locum originis, & extra locum, vbi habet facultates, & Azo in summa eiusdem tituli idem habet, dicens, quod pupillus conueniri potest extra locum originis, & extra locum vbi habet facultates, ratione domicilij habitationis.

Quibus perpensis resoluo primum, quod filius impubes conuiuens patri suo habet idem domicilium, quod pater suus, & est incola eiusdem loci cuius pater: quia impubes non potest eligere domicilium habitationis etiam patre mortuo, quia, vt dictum est, constitutio domicilij animus requirit perpetuo ibi viuendi: & ita si D. consulens transisset ad domum patris intra pubertatem, & post eam non elegisset sibi domicilium, censendus esset bene ordinatus.

Sed quia verbo additur casui proposito, quod prædictus consulens fuit educatus cum sua matre, quæ illum ex coitu illicito genuit illic, vel alibi vsque ad pubertatem, non habet in eo locum hæc resolutio prima.

Secundo resoluo, quod alia ratione D. consulens fuit sortitus domicilium in illa tertia diœcesi, vbi pater habebat suum, ea scilicet, quod, vt verbo additur prædicto casui scripto, prædictus consulens iam pubes factus adiuit domum patris sui animo perpetuo viuendi ibi, & mansit circa annum vnum: & quamuis postea adisset scholam, semper tamen habuit animū redeundi ad domum, & ciuitatem, vbi habebat pater suus domicilium. Præsupposito etiam hoc, est dicendum, quod prædictus consulens constituit sibi domicilium ibidem: quia, vt prædictum est, filius etiam familias potest eligere sibi domicilium post pubertatem, per dictam l. placet, b quod hic fecit constituendo viuere ibidem cum patre suo perpetuo, & incipiendo viuere ibidem: nam quilibet potest sibi constituere domicilium, vbi voluerit, c & transferre illud de vno episcopatu ad alium, etiam sine licentia Episcopi, saltem si est laicus, non solum quo ad temporalia, iuxta dictam l. nihil, d sed etiam quo ad spiritualia. e

Tertio, quod non obstat his quod ponitur in facto, quod prædictus consulens non erat domiciliatus Barbastri: quia debet intelligi, quod non erat domiciliatus alio modo, quam quo exprimitur in facto, videlicet trāsleundo ad viuendum ibi perpetuo, alioqui poneretur in casu repugnancia. Non obstat etiam, quod præfatus consulens non remansit Barbastri, nisi circiter annum, & quod post illum degit alibi in scholis: quia eundo ad scholas, & degendo ibi etiam multis annis, cum animo tamen redeundi Barbastrium, non amisit domicilium, quod ibi prædicto modo contraxit, vt est textus, f & ibi Ioannes de Platea. Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Ordinatus interstitijs non seruatis, nec suspensus, nec irregularis, nec iure communi, nec per sacrum Concilium est.

CONSILIVM IV.

AN qui aliis canonicè est ordinatus, non seruatis tamen interstitijs temporum, quæ Cõcilium Tridentinū statuit seruari, sit ipso iure suspensus, vel irregularis?

Respondetur negatiuè, non esse ob hoc ita ordinatum suspensum, nec minus irregularem: quia nec à Concilio Tridentino nec canone vlllo in corpore iuris clauso imponitur aliqua pœna ipso iure ei, qui non seruatis interstitijs temporum, ordine insignitur: & non est dicendum vllam pœnam ipso iure incurri, nisi à lege id exprimat, iuxta glossam celebrem. h An autem alia pœna possit puniri, & suspensi ab Episcopo, aliud est: & puto posse, quia transgressor est canonicus.

Aduertendum tamen, quod post hæc scripta lata sunt extrauag. à S. D. N. Sixto V. per quam sic ordinatus suspensus sit.

SVMARIVM.

- 1 Irregularis ob assumptionem duorum ordinum sacrorum eodem die factam vel quia fur. iure ordinatus est, potest etiam dici suspensus, accipiendo suspensionem non in sua speciali significatione, prout est censura, sed in genere.

CONSILIVM V.

AN is, qui eodem die duos sacros ordines suscipit, sit suspensus à posteriori dicendus, vt habet Manual. confess. an potius censendus irregularis, vt habet alibi. k

b Cui. seq. ff. ad municipal.

c L. nihil. ff. de municipal. d. Aduent. l. incola. l. i. & 2. ff. ad municip. e. Cap. fin. vbi hoc notat Panorm. ab alijs receptus. de paroch.

f In l. i. & 2. de incolis. li. 10.

g Sess. 23. ca. 11.

h In ca. fin. de iure patrona. verbo ex vi. & textus authentic. de non eligend. secundo nubentes. §. cum igitur. colla. 1.

i Ca. 25. n. 71. k Cap. 27. nu. 241.

Ad hæc Antinomiam, quæ videtur in nostro Manual. a vbi assumens duos ordines sacros eodem die, appellatur suspensus, & alibi, b appellatur irregularis: Respondetur primò quod ibi nulla est Antinomia. Tum quia in priore loco, non negatur, quod non sit irregularis, sed solum dicitur quod est suspensus: quod est verum intelligendum de suspensione generaliter sumpta, vt accipitur in c. literas, d & frequenter sic in iure canonico accipitur: quia verbum, irregularitas, non est antiquum Latinum, vt dicitur in d. Manua. e & ideo raro inuenitur in antiquis canonibus vsque ad Innocentium III. f Propterea licet contextus aliquis dicat aliquem esse suspensum, non est intelligendus de suspensione strictè dicta, sed de generaliter accepta, si aliunde apparet, quod est irregularis: & satis apparet ex eodem loco Manualis, quod est irregularis: quia ibidem dicitur plus peccare eum, qui capit duos ordines sacros eodem die, quam qui assumit quatuor minores, & vnum sacrum, & quod si sit irregularis, dicitur in d. Manua. h Tum quia ideo Manuale appellat suspensum, quia sic appellatur eum Papa in prædictis capp. & non sine causa: quia irregularitas nata ex luteceptione duplicis ordinis eodem die assumpti est duplex. Altera, quæ accipitur contra excommunicationem latam, ne furrim acciperetur: & altera ex eo, quod accipitur furrim tantum, quæ est longe minor priore, vt colligitur ex tribus capp. & suis glossis, & Panormitano. i Et ita potuit Papa vt verbo suspensionis ad significandum, debiliorem esse irregularitatem, quæ oritur ex sola furrim acceptione, de qua loquebatur, quam irregularitatem, quæ nascitur ex furrim assumptione, & cõtra excommunicationem simul: & affectata breuitas effecit, vt in re rarissimè contingente non se magis extenderet.

SVMARIVM.

- 1 Ordines minores extra tempora suscipiens non est suspensus, neque olim suscipiens etiam maiores.
2 Ordines suscipere interstitijs non seruatis de licentia Episcopi licet.

CONSILIVM VI.

Quidam cum legitimis dimissorijs sui Episcopi suscepit ab alieno Episcopo duos minores in quadam die Veneris vnus hebdomada, & die Sabbati quatuor temporum alterius immediate sequentis ordinem subdiaconatus. Queritur an sit suspensus.

Ad quæstionem prædictam respondeo primò, quod prædictus D. consulens non incurrit suspensionem ipso iure, propterea quod assumpsit prædictos duos ordines minores in prædicto die Veneris, neque cõsequenter incurrit irregularitatem, eo quod vsus fuerit illis, antequam à iudice suspenderetur: quia extrauagans Pij II. quæ incipit, cum ex sacrorum, non habet locum in minoribus ordinibus, & secundum antiqua iura non incurtebatur suspensio ipso iure propter ordinationem, & assumptionem ordinum etiam sacrorum extra iuris tempora, & ante legitimam aetatem, k vt latius traditur in Manual. nostro confess. l

Secundo, quod si in literis dimissorijs, quas habebat, ordinarij, derogabatur necessitati seruandi interstitia temporum in accipiendis ordinibus minoribus & maioribus, potuit sine prædicta extrauagantis pœna suspensionis accipere die Sabbati ordinem subdiaconatus, quia non tenebatur seruare illa interstitia, à quibus seruandis potuit Episcopus eum liberare per ipsomet Concilium Tridentinum quod reduxit obligationem antiquam illam ad seruandum. m

Tertio, quod ex his duobus dictis colligitur decisio quæstionis prædictæ. Quid autem dicendum sit, si in prædictis dimissorijs non fuit derogatū prædictis interstitijs, maioris dubij est. Quia pro vna parte facit, quod in prædicto Concilio nulla pœna specialis imponitur: & pro altera, quod certū est illum peccasse, & non fuisse rite ordinatum, neque habuisse legitimam facultatē ordinem assumendi, quia non derogabatur in ea prædictis interstitijs, q erat necessariū ad hoc, vt rite ordinaretur, sed quia non queritur de hoc in p̄sentia, non respõdeo ad illud. Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Ordinatus sacris ante legitimam aetatem est suspensus, & ministrans efficitur irregularis.

a Ca. 25. n. 71

b In ca. 27. n. 241.

c d. ca. 25. nu. 72.

d Et ca. dilectus. de tempor. ordi. ibi allegatis.

e Cap. 27. nu. 191.

f In ca. nisi de renunciat.

g Vi in d. cap. literas. & in d. ca. d. lectus.

h Cap. 27. nu. 241.

i In d. cap. literas.

k Per cap. vel non est copos. de temp ordi. l. Cap. 25. nu. 79. & ca. 27. nu. 155. m Per c. 11. de refor. sess. 23.



2 Cruciata, & alia iobelia non tribuunt facultatem liberandi ab irregularitate.

2 Beneficij collatio post irregularitatem facta est nulla, non obstante quod bona fide putaretur secura sufficiens dispensatum.

CONSILIVM VII.

Quæritur quid faciat ordinatus ante legitimam atatem ad subdiaconatum, diaconatum, & presbyterium, & usus duobus prioribus ante vllam dispensationem, & postea absolutus per cruciatam, & affectus beneficium.

1 Respondetur primò, quòd D. consulens patiens se ordinari ter ante legitimam atatem, fuit ter suspensus ab officio, & vtòdo bis ante vllam abolutionem & dispensationem duobus ordinibus sacris incurrit bis irregularitatem, & tertio vtendo presbyteratu, per extrauagantem Pij II. quam referimus nos in Manual. nostro confess. a

2 Secundò, quòd Pœnitentiarius non habuit potestatem absolvendì, seu liberandi eum à prædictis irregularitatibus: quia nec cruciata, nec alia iobelia regulariter conferunt illam potestatem, vt tradidimus nos vbi supra. b

Tertiò, quòd obtentio prædicta beneficij ante sublationem irregularitatis nil valet propter irregularitatem præcedentem, iuxta annotata per omnes post Innocentiũ. c

Quartò, quòd consulens debet sibi providere de dispensatione, & abolutione à prædicta irregularitate secundo per Pœnitentiariam secretam cum retentione beneficij accepti post irregularitatem, exprimedo valore eius. d

Quintò, quòd licet bona fides, quam concepit D. consulens per auctoritatem prædicti Pœnitentiarij potuit excusare à peccato, non potuit tamen excusare à necessitate, & obligatione impetrandi dispensationem legitimam, & tituli renouationem, seu retentionem, quæ obtineri potest per Pœnitentiariam secretam, qua in re nos iuuabimus in obsequio D. N. Iesu Christi, qui nos omnes saluet. Amen. Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Suspensus non est, qui ante iustam atatem iuste credens se maiorem bona fide ordinatus est.
1 Lex puniens presumptam, non includit eum qui iusta credulitate ductus bona fide id facit.
2 Credere iuste potest quis parentibus de ipsius atate attestantibus.

CONSILIVM VIII.

Quæsitum est, an N. ante legitimam atatem sacris bona fide ordinatus, parentum testimonio credendo eam habere, pœnam suspensionis incurrit.

1 Respondetur primò, quòd taliter ordinatus nullam incurrit suspensionem, & sanctè ac rectè celebrare potest, & celebravit, per ea quæ nos in hac specie diximus in commentario cap. accepta. d ea ratione firma, quòd lex, quæ imponit pœnam præsumpti facere aliquid, non videtur imponere illam ei, qui bona fide credens probabiliter se bene agere, facit illud, iuxta doctrinam Cardinalis receptam. e

Et constitutio Pij Secundi, quæ imponit pœnam suspensionis ei, qui ordinatur ante legitimam atatem, loquitur per verbum, presumptus, ponedo pœnam ei, qui præsumptus assumere ordines sacros ante legitimam atatem.

2 Cum ergo consulens animo simplici & bona fide credens illis, quibus iustum erat credere, id fecerit, non incurrit vllam pœnam, neque est cur scrupulis ob id angatur.

SVMARIVM.

- 1 Prælati mandatum non excusat ordinatum ante tempus, nec à suspensione, nec ab irregularitate.
1 Dies cœptus, & non annus habetur pro completo regulariter.
2 Presbyterium vt quis accipere possit, non sufficit quod annum xxiiij. compleuerit, sed quod exceperit annum xxiiij.
2 Compleuisse dicitur annum xxiiij. qui vltimum attingit diem, sed non exceperit.

CONSILIVM IX.

Vidam monachus cum nondum haberet viginti quatuor annos completos, & deessent ei quadraginta dies, iussus à Prælato dicente paruum pro nihilo habendum, assumpsit presbyterium. Quæritur an per susceptionem illius fuerit suspensus, & celebrando contra suspensionem factus irregularis.

1 Respondetur, quòd sic: quia licet dies cœptus habeatur

pro completo regulariter, a annus tamen cœptus non habetur regulariter pro completo, vt ibidem adnotatur, & probatur per textum adiuncta glossa, b & ordo presbyteratus requirit viginti quatuor annos completos: quia oportet, vt attingat vigesimum quintum, iuxta d. clem. que requirit vt ordinandus ad presbyterium sit constitutus in xv. anno, in quo non esset, etiam si esset constitutus in vltimo die xxiv. anni: quamuis diceretur esse 24. annorum: & ita differunt inter se dicere habet 24. annos completos, & dicere excessit xv. annum, per textum adiuncta glossa. c Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Suspensus vel irregularis inhabilis est ad beneficia obtinenda, sed prius obtenta non perdit. num. 2.
2 Beneficia per censuram vel irregularitatem superuenientem non perducuntur, sed fructibus non potest vti nisi certo modo.

CONSILIVM X.

AN promotus ad sacros ordines ante atatem legitimam, & post ad beneficium, possit retinere beneficium post vel ante ordinationem obtentum?

1 Respondeo primo, quòd si prædictus consulens ante legitimam atatem fuit promotus ad aliquem ordinem sacrum, fuit ipso iure suspensus per extrauagantem Pij II. quam nos referimus in Manual. confess. d & consequenter factus inhabilis ad habendum beneficium, e ex qua Panormitanus colligit suspensum ab officio non posse eligi, nec consequenter accipere beneficium ex collatione, quòd est maius, quàm eligi, & consequenter beneficium ei collatum post prædictam suspensionem, non fuit effectum suum, nec potuit fructus eius suos facere. Addo, quòd si durante illa suspensione effecit aliquem actum peculiari- ter deputatum ordini, effectus fuit irregularis, f & ita magis inhabilis ad obtinendum beneficium.

2 Secundo, quòd beneficium legitimè adeptum non perditur per suspensionem, nec irregularitatem superuenientem ipso iure, iuxta dictum Innocentiũ, g receptum & declaratum per Felinum, h quamuis fructibus eius non videtur posse vti, nisi eo modo quo modificat glossa, i quam ibi commendat Panormitanus. Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Episcopus familiarem ordinans, ei beneficium conferat.
2 Ordo in genere primam tonsuram comprehendit. & 3.
2 Beneficij qui est incapax, est etiam pensionis.
3 Vfus loquendi communis seruandus.
4 Ordo à non suo acceptus non iterandus, sed approbandus.
4 Beneficij collatio facta tonsurato à non suo valida.
5 Ordines minores à non suo sumens peccat, sed non est suspensus.

CONSILIVM XI.

AN familiaris cuiusdam Episcopi triennalis ab eodem ordinatio suo obtinuit. A quo quaesita fuerunt sequentia.

Primo, an bene fuerit ordinatus. Secundo, an sit beneficij, vel pensionis capax. Tertio, an tonsura sit ordo. Quarto, an prima tonsura à non suo accepta, sit iteranda. Quinto, an beneficij collatio sibi sic ordinato facta valeat.

Occupatus multis, quæ necessariò subeunda sunt, respondeo breuiter, & nõ pro dignitate quaestionibus prædictis.

1 AD PRIMAM; quòd prædicta prima tonsura male fuit accepta: quia Episcopus alienus non potest eam licitè conferre familiari suo etiam continuo triennali, nisi statim ei beneficium conferat. k Neque obstat, quòd non sit ordo facer: quia verbum, ordo, generaliter prolaturum comprehendit etiam primam tonsuram, secundum communem usum canonum, arg. cap. cum contingat de eta. & qualit. licet quaestionis sit an sit propriè ordo, vel non. Et cum canon ille Concilij Tridentini prohibeat Episcopis ordinare alium familiarem, quàm prædictum, censetur prohibere omnè subditum alienum, nisi cum moderatone ibi adiecta: quòd etiã satis colligitur ex ca. Lugdunensis. l

2 AD SECUNDAM, quòd si præfatus ordinatus non esset capax beneficij, non esset etiam pensionis, saltem secundum stylum Curia, qui est seruandus. m An autem sit capax beneficij, dicitur infra.

3 AD TERTIAM respondeo, quòd tonsura est ordo

secundum

a Iuxta. L. qua atate. & alius per gloss. eius allegat. ff. de reftam. b Cle. genera. l. de eta. & qualitat. c In di. le. qua atate.

d Cap. 27. nu. 155. e Arg. c. si celebrat. de cler. excom. m. nistr. & arg. gloss. in cap. c. vintoniensis. in verb. admittunt. de elect. f Cap. 1. de re iud. li. 6. & ibi Innoc. recep.

g In cap. cum nobis de concess. praben. h In c. inquisitionis. de accusat. i Dist. ca. cum Vintoniensis.

k Cap. 9. sess. 23. Concil. Trident.

l Et nota q. 2. caus. 9.

m Ca. quam graui. de cri. falsi.

secundum communem usum loquendi, secundum quem dicitur ordo clericalis, qui seruandus est in vsu verborum, a licet, vt dixi, quaestio sit, an propriè dicatur secundum originem verbi ordo.

AD QVARTAM, quòd ordo clericalis acceptus à non suo Episcopo, non debet iterari, sed approbari, siue ratificari per Papam, vel suum proprium Episcopum, iuxta præfatum ca. Lugdunensis.

4 AD QVINTAM, quæ tacitè includitur sub prima & secunda, scilicet, an collatio beneficij facta, prima tonsura, siue quocumq; ordine clericali à nõ suo ordinato, sit valida: quaestio est, quæ à nemine memini pro dignitate fuisse tractata. Multa enim pro parte negante possent citari. Sed rigori iuris propriè duco affirmantè. T. u. quia licet sic ordinatus sine veris literis dimissoriis ab alieno Episcopo, & cum ordinans peccent, & possint puniri: non tamen sunt ipso iure excommunicati, neque suspensi, sed suspendendi.

5 Nam iure antiquo Decretalium etiam diaconus ante legitimam atatem, & pubertatè ordinatus nõ est ipso iure excommunicatus, nec suspensus, sed suspendendus, vt est casus in c. vel non est compos. d & est opinio communis etiã S. Anton. e Ioan. Maioris, d & aliorũ Theologorũ, quos allegamus in c. accepta, e ergo eadem vel fortiori ratione ordinatus in atate legitima ab Episcopo nõ suo. T. u. quia nõ iure videtur id probari: & nulla censura, nec irregularitas ipso iure videtur illigi, nisi exprimat id aliquo iure, f T. u. quia extrauag. c. ex sacrorũ. Pij II. non suspendit ipso iure ordinatos ordinibus minoribus ante legitimam atatem, vel sine literis dimissoriis, vel extra tēpora iuris: nõ neq; ordinati sacris ordinibus communiter putabantur ipso iure excommunicati, nec suspensi in Hispania, neque in Italia, nec Gallia, vt colligitur ex prædicto S. Anton. Italo, & Ioanne Maiore Gallo, donec nos eam fecimus publicari Salamantica abhinc circiter 60. annis.

Rota tamen censuit collationem beneficij & pensionis huic factam non subsistere.

SVMARIVM.

- 1 Episcopus ordinando familiarem triennem aliam sibi non subditum, dispensare nequit super interstitiis maiorum, item minorũ ordinum. nu. 2.
2 Verbi videbitur, intelligitur de visu, seu iudicio ratione regulato.
2 Pars vna Concilij per aliam eiusdem Concilij, sicut & vna pars dicti vnus per aliam eiusdem, declaratur.

CONSILIVM XII.

Quæsitum est, an præsupposito, quòd Episcopus potest ordinare familiarem suum triennem aliam sibi non subditum, conferendo ei statim aliquod beneficium, & dare illi dimissorias ad ordinandum à quocumq; iuxta e Conc. Trident. possit etiã dispensare super interstitiis temporum, de quibus in eodẽ Cõc. b vt non seruatis illis possit ordinari.

1 Respondetur primò, quòd non potest dispensare super interstitio seruado inter diaconatũ, & presbyteratũ: quoniam id nõ potest facere Episcopus etiã suus superior, & ordinarius, nisi pro vtilitate, ac necessitate Ecclesie suæ. i Ergo minus huiusmodi Episcopus extraneus, cui non est subditus familiaris triennalis, videtur posse iudicare de vtilitate & necessitate Ecclesie non suæ.

2 Secundo, quòd maius dubium est de aliis interstitiis: quia in c. 11. & 13. in quibus agitur de illis, solũ dicitur posse dispensari per Episcopũ, si ei videatur expedire, de vtilitate & necessitate Ecclesie suæ nulla facta mentione. T. u. quia eadem ratio videtur cõprehendere omnia. T. u. quia illa verba si videatur intelligenda sunt de visu, & iudicio ratione regulato, vt latè tradit Bartol. k & quòd vna pars dicti declaratur per aliam eiusdem, l & in vna parte eiusdem Cõcilij, m exprimitur causam vtilitatis & necessitatis Ecclesie suæ concurrere debere in huiusmodi dispensatione. Tum neruosius, quia potestas ordinandi familiarè suũ triennem non subditum est exorbitans à iure communi, quæ non debet extendi, n & constat potestatem ordinandi, & dandi literas dimissorias differre à potestate dispensandi super interstitiis: ergo non est extendenda ad illam. Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Episcopus licet possit ordinare suum familiarem triennem, non

a l. Labeo. ff. de suspell. leg. l. quod Labeo. §. quod tamen Casus. ff. de leg. 3.

b De temp. ordin. c. 3. par. sit. 4. cap. 10. d In c. sen. di. 2. q. 1. e De reftam. spol. opposit. 8. num. 34. f Iuxta cap. i. cui. §. fin. de sent. excom. lib. 6.

g Cap. 9. sess. 23. de refor. h Cap. 11. §. 24. eiusdẽ sess.

i Dist. cap. 14.

k In gloss. verbo videbitur. super extrauag. ad reprimendum.

l Leg. 1. ff. de reb. dub. in Et sess. ca. 14. n Cap. qua à iure. de reg. iuris lib. 6.

tamen potest cum eo illegitimo dispensare. 1 Impedimento vno de duobus sublato, nõ censetur sublaturũ alterũ 2 Præuilegia nõ extenduntur extra personam vel casum expressũ, 3 Intellectus regule concessio vno, &c. 4 Præuilegium aliquid contra ius operans in alijs restringendum.

CONSILIVM XIII.

IN Consilio Tridentino a cautum est, quemlibet Episcopo posse ordinare familiarem suum triennem. Quæritur, an possit etiam dispensare cum eo, si est illegitimus, vt possit promoueri ad ordines minores.

1 Visus fundamentis partis negantis, & affirmantis, vide tur nobis tenenda pars negatiua, quòd Episcopus licet possit rectè ordinare familiarem suum triennem, si aliàs sit habilis, nõ tamen potest eum facere habilem ad minores, nec ad beneficium etiam simplex legitimando eum super defectu natalium. Tum quia sublato vno de duobus impedimentis distinctis, non censetur alterum sublaturũ. b & duo impediunt cur illegitimus non possit ordinari ab alieno Episcopo, puta defectus natalium, & quia non est subditus, familiaritas autem triennalis aufert impedimentum subiectionis, non autem defectum natalium.

2 Tum quia præuilegia non extenduntur extra personam, vel casum expressum. c At ca. prædictum 9. est præuilegiatum concedens Episcopis præuilegium ordinandi non subditos, ergo non extenditur ad potestatem efficiendi habilem ad ordines eum, qui est inhabilis ad illos. Tum quia à separatis non fit illatio. d & potestas ordinandi, & potestas dispensandi, seu habilitandi ad ordines, sunt diuersa & separata, ergo de vna ad aliam non inferitur. Tum quia Episcopus alienus potest ordinare non sibi subditũ, mediantibus literis dimissoriis; nõ tamè potest legitimare illum, nisi facultatem expressam ad id faciendum habet secundum mentem omnium. Tum quia prædictum cap. 9. non facit familiarem triennem subditum Episcopi, cui seruit, nisi quòd ad collationem ordinum, nullam enim aliam iurisdictionem dat ei super illum, vt ex tenore ipsius constat.

3 Tum quia illa regula e concessio aliquo: & c. tunc demum habet locum, cum concessum non potest sine illo cõsistere per resolutionem doctorum. f At potestas ordinandi familiarem potest consistere sine potestate legitimandi illum. 4 Tum quia alioquin sequeretur quòd posset habitare familiarem homicidam, simoniacum, immo & hæreticum; quòd tamen est absurdum. Tum quia satis est, quòd præuilegium operetur aliquid contra ius cõmune, vt quò ad reliqua restringatur, vt resoluunt post alios Decius. g At præuilegium ordinandi familiarem multum operatur, etiam si non extendatur ad potestatem habilitandi eum inhabilem; ergo non est extendendum ad illam. Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Ordinatus maioribus siue minoribus ordinibus sine titulo, iure primo antiquissimo, licet quo ad minores non seruaretur, erat suspensus; sufficiebat autem quilibet titulus patrimonialis, aut beneficialis etiam vnus scuti. num. 2. at sacrum Concilium agens solum de maioribus ordinibus requirit vt titulus sit beneficialis & sufficiens ad vltimum; patrimonij autem, & sufficientis pensionis titulum tunc admittit si concurrat Ecclesie necessitas, vel vtilitas, quodque perspetum sit ordinandum hos habere titulos, num. 2.
2 Titulum, ad quem quis accepit sacros ordines, non potest alienare, nec renunciare, nisi habeat alium, vnde honestè alij possit.
3 Pœna suspensionis inflicta per primos antiquos canones contra sine titulo promotos, post decretalem Innoc. III. Cum secun dum, durat solum contra prædictos, qui in culpa fuerunt; quæ cessante Episcopi ordinantes tenentur sic ordinatis provide re: quòd si vterque fuit in culpa, post Concilium vterque ligatur prædictis pœnis respectiue num. 4. & 5.

CONSILIVM XIII.

Quæsitum est, quæ pœna incurrat, qui sine titulo iusto beneficiali vel patrimoniali ordinè sacri assumit. 1 Ad quòd respondetur primò, iure antiquissimo statutum fuisse ordinatum sine titulo beneficiali vel patrimoniali, incurtere suspensionem ipso iure, h immo prædictũ c.

a Sess. 23. cap. 9. de reformatione.

b l. si domus. ff. de serui. verbo predo. cap. ex suarũ. de auct. & v. su. pal. c Arg. c. porro de priuilegio. 3. dist.

d Leg. Papius ff. de minoribus. ca. ad audientiam. de decimis.

e Leg. 2. ff. de iurisd. om. mium iudic. f In cap. quia in tantum. de praben.

g In ca. 1. col. 5. de rescrip.

h Cap. neminem. c. 1. an horũ. dist. 70.

a Cap. 27. nu. 241. & ca. 25. num. 70.

b Ca. 27. nu. 254.

c In cap. cum nobis. de concess. prab.

d De reftam. spolias. opposit. 8.

e In clem. 1. de priuilegio. q. 38.

*neminem*. adiuncta glossa in *verb. neminem*, idem probat esse dicendum de ordinato ad minores ordines, cuius tamen contrarium seruatur ubique, idque seruandum videtur sensisse Concilium Tridentinum, quatenus solum prohibet ordinari sine titulo ad ordines sacros.

2 Secundo, quod sicut praedictum Concilium restrinxit praedictos canones ad ordinatos sacris ordinibus, ut dictum est, ita auxit titulos necessarios ad eos assumendos: quonia secundum praedictos antiquos canones sufficiebat quilibet titulus beneficiarius Ecclesiasticus, vel patrimonialis etiam secularis: nunc autem post praedictum Conc. Trident. oportet quod titulus sit beneficiarius Ecclesiasticus, & sufficiens ad sustentandum ordinatum: & quod non sufficiat titulus pensionis, vel patrimonij secularis: adeo quod vidimus Pintic episcopos Palentini negatam fuisse ordinationem ad primum sacrum ob defectum tituli cuida, licet haberet patrimonium saculare trium milium scutorum, & quidem recte. Tum quia Concilium praedictum, requirit titulum beneficiarium Ecclesiasticum, & declarat non sufficere pensionem ecclesiasticam, neque titulum patrimoniale sacularem, nisi Episcopus iudicet ordinandum esse necessarium, vel comodum utilitati Ecclesiarum suarum. Tum quia secundum antiqua iura sufficiebat quilibet titulus beneficiarius Ecclesiasticus, hodie tamen post praefatum Concilium requiritur, ut sufficiat ordinando ad suum victum honestum per praedictum c. Tu quia oportet, ut post praedictum Concilium praedicta pensio, vel praedictum patrimonium perspete vel clare sit suum, & ideo non potest illa vel illud donare, vel illis renunciare, antequam assequatur beneficium, vel alia, vnde honeste alii possit, inualidam; ac nulla sit renunciatio illius antea facta: quod prudenter statuit praedictum Concilium: quoniam multi antea ordinabantur virtute beneficiorum vix valentium singulis scuris, quae ordinatio perinde reputari debebat, ac facta sine vilo titulo, cum non excusaret a mendicando, & opprobrio illo relato in ca. diaconi. §. 9. 3. dist. Mendicat infelix in plateis clericus. & seruilis operi mancipatus publicam ab omnibus possit eleemosynam.

3 Tertio, quod postea Innoc. III. mutauit poenam suspensionis praefatorum canonum impositam ordinato in poenam impositam ordinanti, qua cogatur alere ordinatum. Quarto, quod illa mutatio videtur restringenda ad ordinatum, qui bona fide, ab Episcopo sciante vel debente scire eum non habere quo se aleret, fecit se ordinari: non autem videtur comprehendere illum, qui per mendacia & fraudem, fingendo titulum, decepit Episcopum. Tum quia dolus & fraus nemini patrocinar debent. Tu quia aliquando ordinans sine culpa puniretur, & ordinatus cum culpa esset a poena immunis. Tum per ca. per tuas 3, quatenus habet, eum, qui ordinatur ad titulum patrimonij quaesitum cu pacto Episcopo ignorate facto de restituendo illud post ordinationem, suspensionem esse, donec dispensetur cum eo. Pro quo facit, quod ait Decius, h. scilicet ordinatorem non teneri ad alendum ordinatum, qui se diuitem esse dixit.

4 Quinto, quod dubium videtur de quorum canonum antiquorum in nouatione intelligatur praedictum c. 2. Conc. Trident. an de poena praedictorum canonum *neminem*. & *sanctorum*. an de poena praedicti *cum secundum*. an de vtraque: quia omnes illi canones sunt antiquiores Conc. Trident. Et quicquid aliis visum fuerit, arbitror respondendum, intelligi debere de vtraque: de poena quidem canonum *neminem*. & *sanctorum*. quando solus ordinandus est in culpa decipiendi ordinatum, dicendo quod habet titulum beneficiarium, vel sacularem sufficientem. de poena vero ca. *cum secundum*. quando solus ordinans est in culpa, ordinando illum, quem scit non habere vllum titulum, & ignorat illum habere necessariis requisita ad ordinem sacrum assumendum. & de poena vtraque, quando vterque tam ordinans quam ordinatus sunt in culpa. Ita quod in primo casu, quando solus ordinatus est in culpa, ipse maneat suspensus, iuxta canones illos *neminem*. & *sanctorum*. & ordinans maneat impunitus. In secundo vero casu, quando solus ordinans est in culpa, solus ipse teneatur victum praebere ordinato, qui absque vlla suspensione ordine accepto vtatur. In tertio vero, cu vterque est in culpa, vterque puniatur, ita vt ordina-

tus maneat suspensus per praedictos duos canones *neminem*. & *sanctorum*. ordinans autem teneatur ei victum praebere iuxta d. ca. *cum secundum*. Pro qua noua & vera resolutione facit, quod correctio iurium est vitanda, cum rationabiliter possunt conciliari, & quod non est praesumendum velle legislatorem vnico verbo destruere antiqua iura, & ita non est praesumendum praedictum Concilium voluisse delere praedictos canones, quatenus conciliari possunt: & quod ob solam culpam ordinanti non est puniendus ordinans, nec contra ob solam culpam ordinantis ordinatus, neque alter eorum debet esse impunitus, eo quod alter puniatur, & quod Caestinus dixit, peccata suos aut doctores tenere debere, nec poenam vltimus prorahendam, quam delictum fuerit in excedente repertum. Salua, &c.

**S V M M A R I V M.**  
 1 Suspensionis poenam induitam per extrauagantem Pij. II. non incurrit, qui ex dispensatione Apostolica extra tempora ad titulum proprii beneficii fuit promotus, licet illud iniuste impeditus adhuc non possideret; sicut nec per canones 70. di. induitam nu. 2. immo nec ob decretum sacri Concilij sess. 21. c. 2. quod licet vltra antiquos canones requiratur tituli possessio, non tamen huic transgressioni adijcit nouam poenam. nume. 3.  
 4 Irregularitas sine contemptu non incurritur.

**CONSILIVM XV.**  
 N Triginta annos natus fuit legitime prouisus de quodam ecclesiastico beneficio, ad cuius titulum, antequam illius possessionem adipisci posset impeditus a saculari potestate, bona fide, & cum legitimis literis dimissoriis ad omnes, etiam sacros, & presbyteratus ordines extra tempora cum. Papa dispensatione a quodam Catholico Antistite se promoueri fecit. Queritur an aliqua poenam incurrerit.

1 Respondeo primo, praefatum D. consulentem non incurrisse quo ad forum conscientiae suspensionem per extrauagantem Pij II. cum ex sacrorum. qua ipso iure suspenditur, qui ante legitimam aetatem, vel sine literis dimissoriis, vel extra tempora iuris ordinem sacrum suscipit; vel irregularitatem, qua inducitur contra illum, qui vitur eo ante absolutionem a suspensione; quia ipse fuit ordinatus post aetate legitimam & cu literis dimissoriis & cum dispensatione Papae extra tempora iuris.

2 Secundo, idem videri quo ad alia iura antiquiora illa extrauaganti: quoniam ca. *sanctorum*. & ca. *neminem*. & alia eis similia si qua sunt, per posset videri praefatum consulentem incurrisse irregularitatem, loquuntur solum de ordinato absolute, hoc est sine titulo & patrimonio, vel subreptitum per simoniam, vel mendaciam quaesitum. At D. consulens & titulum habet, & beneficiu, cuius possessio erat ei debita, & per sacularem potestate iniuste impedita, ne eam obtineret, neque stetit per ipsum quo minus eam obtineret; immo erat paratus animo, ita vt & nunc est, querendi eam non obstantibus periculis.

Tertio, quod non obstat his etiam Concilium Tridentinum, quia illud nullam nouam poenam imponit ordinato sine titulo, vel patrimonio; sed solum in nouat poenas statutas a iure antiquo: & nullo iure aetate fuit poena suspensionis & irregularitatis per tractionem eius incurrenda ipso iure imposita ordinato cum titulo, & iure vere in eo quaesito, & possessione nondum consequta, si saltem non stetit per ipsum, quo minus consequeretur: aliud enim est non habere titulum & ius in eo vere quaesitum, sine possessione ab alio iniuste detenta, vt palam est.

3 Quarto, quod magis dubitari potest, an praefatus consulens dici debeat incurrisse praefatam poenam quo ad forum exterius; eo quod praefatum Concilium Tridentinum requirit, vt ordinandus ordine sacro non solum teneat beneficium vel patrimonium sufficiens quo ad ius proprietatis, sed etiam quo ad ius possessionis pacificae. sed de rigore iuris videri potest, quod idem sit dicendum, attento tertio dicto, scilicet quod praefatum Concilium inducit ius nouu quo ad acquisitionem possessionis, ob cuius defectu antiqua iura non imponunt talem poenam; & praefatum Concilium solum in nouat poenas antiquis iuribus impositas.

4 Quinto, quod irregularitas non contrahitur, nisi ad sit contemptus, vt ait Panormitanus, & Dominicus h. a nemine reprehensi: & praefatus consulens nec verum, nec

a Cap. de expedit. de elec. li. 6. c. 1. r. C. de inoff. doctib.  
 b Ca. ecclesia vestra. 2. de elec. c. le. si. quando. C. de inoff. testa.  
 c Iuxta leg. Gracchus. C. ad legem Iul. a de adult. c. l. sancim. C. de poenis. d In ca. qua. siuit. de his que sunt a maiori parte.

e 70. dist. c. cap. episcopus & ca. cum secundum de praben. c. c. per tuas. 3. de simon.

f Ca. 2. de reform. sess. 21.

g In ca. pastoralis. s. veru. de appellat. h In ca. solet. de sent. exc. lib. 6.

a Sess. 21. cap. 2. de reform.

b Vbi supra.

c In cap. cum secundum de praben.

d Cap. Sedes Apostolica. de rescript. l. itaque fullo. ff. de iuris. c. Contra ca. 2. de constit. c. Cetera. l. an cinus. C. de poenis. g De simon. h In ca. Episcopus. nu. 2. 4. de prabend.

praesumptum contemptu habuit, sed bona fide putas sufficere habere veru ius in beneficio fuit ordinatus, & quod transgrediens legem humanam bona fide, male intelligendo illam, non peccat saltem mortaliter, vt dixit Innoc. a comuniter receptus, per ea quae tradit Felin. b Salua, &c.

Aduertendum hoc responsum non videri carere maxima difficultate. Nam ratio excusationis de qua num. 2. & 3. videtur repugnare illi dicto, quod ponit supra Consilio 14. nu. 2. & quam ponit nu. 4. non videtur subsistere, ex quo Concilij verba expressere requirunt pacificam possessionem nullam probabilem admittunt dubitationem, nec obscuritatem. Vnde doctrina Innocentij in hoc casu sibi locum non potest vendicare, vide infra Consi. 27. num. 3. & de aetate & qualitate Consi. 7. nu. 4.

**S V M M A R I V M.**  
 1 Suspensus est ordinatus sacris sine legitimis dimissoriis: & irregularis efficitur, qui suspensus presbyteratus ordinem suscipit.  
 2 Ordinatus absque dimissoriis quare egeat publica dispensatione, & Darius dispensat longa suspensione positae, a qua Episcopus absolueri non valet.  
 3 Absolueri a suspensione, seu approbare ordinationem praedictam potest Episcopus, & Capitulum sede vacante post annum.

**CONSILIVM XVI.**  
 O Rdinatus est quis sine literis dimissoriis sui Episcopi cu illegitimis & falsis literis, & ad omnes sacros etiam presbyteratus ordines ab alieno promotus, sed non ministravit. Queritur in quas censuras seu poenas incidit, & quo remedio egeat.

1 Ad satisfactionem quaestionis propositae dico primo, consulentem incidisse in irregularitatem: quia fuit semel suspensus recipiendo primum ordinem sacrum sine legitimis literis dimissoriis, per extrauag. Pij II. cum ex sacrorum, & postea iterum assumendo ordinem diaconatus, & sic suspensus accepit ordinem presbyteratus, in cuius assumptione celebravit Missam, confecrando cum Episcopo, & ita videtur factus irregularis, & ab hac irregularitate solus Papa potest dispensare.

2 Secundo respondeo, quod consulens eget dispensatione in vtroque foro, si constiterit in foro exteriori eum fuisse ordine insignitum sine legitimis dimissoriis, quod facile potest constare per registrum secretarij Episcopi, seu notarij curiae episcopalis, & difficile concedet D. Darius, nisi magna suspensione ab ordinum exercitio per se noue imposita, a qua non poterit postea Episcopus absolueri. 3 Tertio, quod Episcopus, vel Capitulum sede vacante post annum posset illum absolueri a praefata suspensione, & approbare praedictam ordinationem. Et ideo consulens, acta prius poenitentia de tam graui crimine, deberet petere in sacra poenitentia absolutionem, & dispensationem praedictorum quo ad forum conscientiae tantum, & postea procurare approbationem ordinum praedictorum ab Episcopo, vel Capitulo sede vacante post annum.

Aduertendum quoad remedium petendum ab episcopo seu Capitulo. Nam aut petitur in foro conscientiae, & obtentum a sacra poenitentia sufficit: aut quoad forum exterius, & nec Episcopus, nec Capitulum dispensat, nisi dictum per dictam concelebrationem non incurri irregularitatem, quod forte verius videtur, & praxi conformius.

**S V M M A R I V M.**  
 1 Ordinatus ad praesentationem beneficii cum pacto de non molestando praesentatorem, non potest ascendere ad superiores ordines, nec in suscepto ministrare.  
 2 Renunciatio tituli ab ordinato facta, nulla est nu. 4.  
 2 Dicitio, nullatenus nullitatem inducit ipso iure.  
 3 Poena non extendenda licet sit eadem ratio, nisi &c.  
 4 Actio realis personalis faciliorem habet exitum.

**CONSILIVM XVII.**  
 Quidam A. fuit ad titulum patrimonij donati sibi a fratre ordinatus vsque ad diaconatum inclusiu, & ad preces cuiusdam renunciauit illudmet eidem fratri suo, & postea sine alia donatione fratris assumpsit presbyteratu

a In cap. per tuas. 2. de simon.  
 b In ca. 1. fallentia 7. de re iudic.

c Arg. c. 1. de re iudic. c. c. 2. de sent. excomm. lib. 6.

d Arg. c. Lugdunensis. 9. q. 2.

virtute prioris donationis. Queritur an incurrerit censuram aliquam, vel irregularitatem.

1 Respondeo pro parte affirmante facere. cap. per tuas quod habet, eum qui ordinatus est subdiaconus ad praesentationem alicuius beneficii, conuentione prius clam facta, quod nihil vnquam peteret a praesentate ratione praesentationis, non posse ascendere ad ordines superiores, neque in suscepto ministrare.

2 Pro parte vero negante facit, quod non praestat impedimentum, quod iure non sortitur effectum, & quod renunciatio tituli ab ordinato ad diaconatum est ipso iure nulla, per Concilium Tridentinum, quod statuit, vt eiusmodi ordinatus nullatenus renunciare possit eiufmodi patrimonium, & consequenter videtur ipso iure annihilare illam renunciationem, vel remissionem propter verbum nullatenus, quod inducit nullitatem ipso iure, iuxta glossam solemnem. d

Non obstat praedictum ca. 2. quatenus in nouat poenas super his statutas ab antiquis canonibus, & quod praedictum ca. per tuas. 3. est canon antiquior Concilio Tridentino qui videtur statuere poenam suspensionis contra ordinantem se ad subdiaconatu cu pacto de non petendo aliquid ab eo qui donauit titulum. Non, inquam, hoc obstat. Tum quia illud cap. loquitur in alio casu, scilicet in ordinato ad praesentationem beneficii: in proposito autem loquimur de ordinato ratione tituli patrimonij donati: & quod poena non sunt extendenda ad aliu casum, & etiam si eadem ratio id suadeat, nisi aliud de viginti duobus a nobis ibi relatis concurrat.

3 Tum quia non militat eadem ratio. Tum quod donatio prima patrimonij durat, & non est extincta per remissionem eius, & in d. c. per tuas. renunciatio facta ab ordinato fuit valida, quia nondum prodierat Concilium Tridentinum quod annihilat remissionem donationis.

Non obstat etiam, quod praedictum Concilium in nouat poenas ab antiquioribus canonibus super his constitutas. Tum quia, vt praedictum est, praedictum ca. per tuas, quod est antiquius Concilio, non loquitur in casu, in quo loquitur Concilium; quod quia est poenale, non est extendendum ad illud, per praedicta. Tum quia non est intelligendum de in nouatione poenae illius ca. per tuas. quia non loquitur de illa, & cum sit poenale, non est extendendum ad illam per praedicta. Tum quia Concilium posuit aliud remedium contra huiusmodi remissionem donationis, scilicet quod esset nulla, & nihil valeret: & quod alioqui nihil prodesset hoc remedium annullationis. Tum quia si satis ponderetur mens Concilij fuit fauere ordinato per hanc clausulam annullandi renunciationem: & si intelligeretur de eiusmodi poena, in nihilo ei fauisset. Tum quia visum fuit Concilio competentius & praesentius antidotum, & remedium annullationis remissionis donationis. quam illaqueare ordinatum, & inuoluere illum multis laqueis. Tum denique, quod per annullationem promissionis de non petendo aliquid a praesentate, non prouidetur tantum ordinato, quantum prouidetur per annihilationem remissionis donationis: quia per hanc remanet ordinatus cum dominio & possessione patrimonij; per illam autem etiam si promissio de non petendo fuisset annullata, nihil iuris realis manebat sic ordinato, sed tantum actio personalis, qua non tam facilem habet exitum; ac reale dominium, & possessio, vt palam est, iuxta illud, *Magnum est com modum possessionis*. f Salua, &c.

**S V M M A R I V M.**  
 1 Ordinatus ad titulum sibi ad hoc vt ad illum ordinetur donatum, licet tantum debet, non est suspensus. & seq.  
 2 Bona non habere & debere quantum illa valent, vt paria.  
 3 Titulus donatus, ad quem quis ordinatus est, alienari nequit, etiam ob debita contracta ante.

**CONSILIVM XVIII.**  
 D E eo, qui accepit iustum patrimonium a patre, vt ordines sacros acciperet, & possedit illud multo tempore, & adiuu bellum, in quo diu militauit: & pater putas illum esse mortuum, donauit praefatum patrimonium suae sorori, si mortuus esset in bello: & reuerso a militia fororius eius donauit ei praedium quasi aequipollens ad se

a 3. de simonia.

b Reg. no praestat. de regu. iur. lib. 6.  
 c Sess. 2. ca. 2. d In elem. 1. in verbo nullatenus. de le. quest. possess. c. fruct. c. in cl. 2. in verb. nullo modo. de arat. c. qualis.

e Cap. poena. de poenis. d. 1.

f g. retinenda. Inst. de interd.



ordinandum, sed antequam se ordinaret, obligavit se ad soluendam certam pecuniam forori suae nuptae, & postea cum dimissoriis ordinarij ad titulum donationis praefati praedij dati suscepit omnes ordines. Quae sit suspensio- nis poena incurritur, & celebratio sit factus irregularis.

Ad quaestiones propositas respondeo primo, quod D. consulens non fuit ordinatus ante legitimam aetatem, nec sine dimissoriis ordinarij sui nec extra tempora iuris, & ideo non est suspensus propter extrauag. Pij II. quae incipit, *Cum ex sacrorum*. quam nos referimus in nostro Manu confel. nec fuit ordinatus sine titulo absolute contra c. *sanctorum*. & ca. *neminem*. b Tum quia ordinatus fuit ad titulum, quem ei dedit suus fororius, immo & cum actione, quam habebat ad patrimonium iam sibi quaesitum per patris donationem: quia non renunciauit, nec refutauit illud, quamuis propositum habuerit non petendi illud, si ordinaretur ad titulum datum a suo fororio. Tum quia suspensio illa praedictorum canonu videtur esse sublata per cap. *secundum*. c

Secundo, quod non videtur etiam incurrisse suspensio- nem c. per tuos. 3. de *sinon*. quia illud agit de illo, qui remisit promissionem ei, qui promisit dare sibi sustentationem, quod non fecit D. consulens: quia nihil remisit suo fororio, sed sine vlla conditione accepit ab eo praefatum praedium.

Tertio, quod non decepit etiam Episcopum: quia veru titulum offendit, & quia satis est ordinando, quod habeat illud, nec requiritur quod non debeat aliquid creditoribus, vt apparet ex d. Concilio Tridentino.

Quarto, quod non obstat paria videri non habere bona, vel debere tantu, quantum valent illa, eo quod bona illa dicuntur alicuius, quae super sunt aere alieno deducto, c. non inquam id obstat. Tum quia illud est veru, quado as alienum est contractum ante bona quaesita, & potest & debet solui de illis, vt quado debetur pure, & statim peti potest, & nulla iusta exceptione impeditur.

At in casu proposito pecunia praefata coepit deberi post praedium quaesitum, de quo non debebat, nec poterat solui per praefatu Conc. Trid. & ita tacite fuit promissa sub coconditione tacita, si post ordinationem habuerit vnde soluat: na non poterat peti praedium ante ordinatione: quia donatum fuit consulenti ob causam ordinationis faciende, nec post ordinationem, si non fuerit adeptus beneficium, vel aliud equipollens: quia non poterit alienare, renunciare, nec vendere praedium illud ad ordinandum sibi donatum, per praefatam prohibitionem Coecili Tridentini. Tu quia praefatus consulens poterat repellere forore, vel fororium suum a petitione praefatae pecuniae, vel reconuenire eos super patrimonio a patre ei donato sub coconditione, si consulens mortuus fuisset in bello, cum illa iam defecisset: & ita multiplici de capite praefatum as alienum non est iudicandum esse subdendum a bonis suis, cum fuerit contractum post bona ita quaesita, & obligata ad sustentandum ordinatum, vt non possint alienari, & quod in eis bonis contineantur etiam actiones, & persecutiones, & alia iura, quae ipsi competeant, & consequenter actiones, quas habebat ad vindicandum patrimonium sibi donatu a patre ad ordinandum.

Quinto, quod ex his infertur, praefatu D. consulentem nullam per praefata, quae proponuntur, incurrisse irregularitatem, nec suspensionem, & consequenter non indigere vlla illarum absolutione, & dispensatione. Salua, &c.

SVM MARI VM.

- 1 Paterna originis Episcopus etiam & ipse est proprius Episcopus filij, quo ad effectum vt ordines ei conferat, vel dimissorias pro illis assumendis det.
- 2 Concil. Trid. sess. 21. cap. 2. nullam imponit suspensionis poenam, soluque innovat cap. secundum de prae.
- 3 Maior Penitentiaris absoluit, & dispensat in foro conscientiae tantum etiam extra sacramentum confessionis filiumfamilias ordinatum de licentia sui Episcopi, qui diuitias paternas reputauit pro sufficienti patrimonio. nu. 1.

CONSILIVM XIX.

Filius familias nihil possidens, habiturus tamen post mortem patris vnde viuat, extra patriam studiorum causa in loco paterna originis existens, de licentia ordi-

narij dicti loci ab alieno Episcopo omnes ordines sacros suscepit, & ministravit. Queritur an factus sit irregularis, & indigeat dispensatione.

Ad hanc quaestionem respondeo, quod is orator non indiget dispensatione ex eo quod debeat censi ordinatus ab alieno Episcopo: quia Episcopus originis paterna potest filium ordinare: quia textus in ca. *cum nullus*. a non requirit quod ordinandus natus fuerit in episcopatu ordinantis, sed solum quod sit oriundus ex illo. Et Panormitanus b diffinit, eum cuius pater alicubi natus est, filium eius esse oriundum ex illo quo ad sortiendum forum ordinandi. Ioannes item Andreas, quem Dominicus & Perusinus sequuntur, c dicit consilium quidem esse ante ordinationem, vt propria origo inspiceretur, sed post factam excusandam esse. Propter autem defectu patrimonij nullam censuram incurere potuit: quia extrauagans Pij Secundi, *cum ex sacrorum*. solum loquitur de defectu aetatis, & literarum dimissoriarum, & tempore statuti a iure, & nulla fraus fuit facta in patrimonio, quia paternas diuitias habuerunt pro sufficienti alimonia eius.

Et Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 2. de reform. nullam poenam specificam ponit, & quatenus innovat poenas antiquorum canonum, videtur restringendum ad canonem positum in ca. *cum secundum Apostolum*. d quod corripit ca. *neminem*, & ca. *sanctorum*. 70. dist. quibus suspendebatur ordinatus sine titulo, ita quod tempore Coecili solum puniebatur ordinatus poena alicui ordinatum, quae mitior est, quam poena suspensionis ordinari: & leges poenales, & innovantes poenas videtur restringenda ad mitiores.

Quamuis autem haec probabilia videantur iure stricto: quia tamen facile potest ad cautelam Illustrissimus Penitentiaris maior liberare N. ab serupulo, potest ei verbo mderi, dicens: *Ego te absoluo ad cautelam a suspensione, si quam ob praefata incurristi, & dispenso tecum super irregularitate si quam celebrando ob eadem contraxisti in nomine Patris &c.* aut certe potest Illustrissimus Penitentiaris maior mittere illum absolendum & habitum faciendum ad aliquem Penitentiarium minorem, qui visis his eundem consulentem quietum reddat. Salua, &c.

SVM MARI VM.

- 1 Capellaniam in capella Papae obtinens, ad illius titulum, qui morte concedentis extingui non solet, ordinari potest, maxime si Pontifex ad illam eum praesentet: licet dubitari possit, an quis valeat ordinari ad titulum rectoriae, ad illum rectoris ipsum praesentante num. 1.
- 2 Titulus, ad quem quis ordinatus fuit, non potest sine licentia Episcopi, antequam vnde aliunde viuat obtinuerit, resignari valide.
- 3 Capellaniae Papa, ad cuius titulum quis fuit promotus, cessante impedimento, tenetur inferuere, & ad illam vt seruiat reuertii.

CONSILIVM XX.

Queritur primo, an capellanus Papae ordinatus ad sacros ordines ad titulum capellaniae, quam habebat in capella Papae, sit legitimo ordinatus.

Secundo queritur, an praedictus capellanus, qui ob impedimentum discessit ab eo loco, in quo seruiebat, eo cessante debeat redire ad seruendum in illo.

Duae quaestiones videntur in casu proposito proponi. Ad quarum priorem videtur dicendum praedictum dominum consulentem legitime fuisse ordinatum ad ordines sacros ad titulum capellaniae, quam habebat in capella Papae: quia licet e dubitetur inter doctores de ordinato ad ordines sacros ad titulu presentationis, quae rector aliquis praeserat aliquem ad titulu suae rectoriae, & consentit vt accipiat alimenta de fructibus suae rectoriae in suum victum an possit ordinari iuste ob illam praesentationem iure no uo, vel antiquo, in casu tamen proposito non videtur dubitandum.

Tum quia id fecit Papa, qui est supra omne ius humanum posituum. f Tum quia capellaniae praefatae capellae ipsa experientia, quae est rerum magistra, & multum differt praesentatio rectoris ad rectoria sua, vel fructus eius, & praesentatio Papae ad capellam perpetuam per se stantem, & differentem ab alio beneficio, vt palam est.

a De tempor. ordina. lib. 6. b In ca. fin. de paroch.

c In dicto ca. cum nullus.

d De prae.

e In c. penult. de simo. & in ca. postulasti. de iure paroch.

f Cap. proposit. de concess. praeben. g Cap. quam sit. de electio. lib. 6.

a Sess. 21. c. 2. de reform.

b L. clam possidere. §. qui ad nudinas. ff. de acquir. vel amitt. poss. sess.

c Arg. c. qua periculo sum. 7. quast. 1. d. L. queritur. §. venditori. ff. de adit. e. dicit. c Per ca. sanctorum. 70. d. f In cap. 2. de refor. sess. 21. g Leg. si quis non dicam. C. de Episcopis & cleri. c. c. si quis de poe nie. dist. 1. h Ca. Episcopus. c. c. nu. de praeben. i Ca. 2. de re form. sess. 21. k Ca. non praesentat. de regul. iur. lib. 6. l Cap. 27. nu. 158. m L. qui actio ne ff. de regul. iur.

n In verbo nullatenus. elem. unica de iugestr. poss. ff. o L. praesentat. de poenis. cap. poena. de poenis. dist. 1.

Secundo, quod per Conc. Trid. a statutum est, ne quis ordinatus ad ordines sacros ad titulu alicuius beneficii, vel parimonij, possit renunciare illud beneficium, vel patrimoniu sine licentia Episcopi, antequam consecutus fuerit aliud beneficium, vel patrimonium, vnde se alere possit. ex quibus infertur, quod dominus consulens non perdidit suam capellaniam, quia non renunciauit illam, nec potuisset renunciare, etiam si voluisset, sine licentia superioris, per praefatum Concilium.

AD QVAESTIONEM POSTERIOREM responderetur, quod praedictus D. consulens videtur debere redire ad seruendum in eodem loco & ordine, quo seruiebat, antequam impedimentum praedictum seruendi successisset ei: quia pacifice adeptus fuit titulum, & possessione tam ciuilem, quam naturalem praedictae capellaniae, & ita retinuit saltem ciuilem possessionem, ratione cuius redire potest ad suum locum, immo & agere de spolio, si quis eum spoliaret. b

SVM MARI VM.

- 1 Titulum non habere, & illi renunciaffe, paria sunt: & hoc, si renunciatio sit valida. nu. 4.
- 2 Alienans titulum, ad quem quis ordinatus est, non habens aliquid aliud vnde viuat, peccat contra decretum sacri Concilij, sed tamen ob hoc non perdit illud, nec est suspensus, licet ab ordinario possit puniri. nu. 3. & 4.
- 3 Conatus delinquendi, etiam non secuto effectu, punibilis quidem est, sed tamen non subiicitur poena ipso iure inflicta ipsi delicto. num. 4.
- 4 Nullatenus, verbum inducit nullitatem actus ipso iure.

CONSILIVM XXI.

Quidam ordinatus sine beneficio ad titulu patrimonij ad gradum subdiaconatus, renunciauit illud in fauorem parentum, & postea fecit se ad superiores ordines ordinari ab ordinario, cui facta fuerat fides de titulo patrimonij, cum ordinaretur ad subdiaconatum, ignorantem praedictam renunciationem, & postea celebravit. Queritur an incidit in vllas censuras, & irregularitatem.

Pro parte affirmante facit primo, quod paria sunt non habuisse titulu patrimonij, vel illud renunciaffe: quia vt ait glossa, remittentibus suas actiones non est dandus regressus, d. at qui abq. beneficio & titulo patrimonij ordinatur ad sacros ordines, est ipso iure suspensus, c. & celebrando sit irregularis. Secundo, quod Conc. Trid. f vetat alienationem patrimonij ante habitam aliam sustentatione, & ita cotrauenit illi renunciando.

Tertio, quod regulariter conatus delinquendi, etiam non secuto delicto, punitur, & consulens conatus fuit assumere ordinem absque titulo, cum illi renunciaffet.

Pro parte vero negante facit primo, quod potest quis iuste ad titulum patrimonij ordinari, h etiam post Concil. Trid. si Episcopo id beneuolum fuerit. i Secundo, quod non praestat impedimentum quod iure non sortitur effectum. k At renunciatio praefata non valuit per praefatum Concil. & si ea non fuisset facta, ordinatio fuisset iusta: ergo etiam facta illa erit talis, vt insinuamus in nostro Man. confel. l

Tertio, quod qui habet actionem, videtur re habere, m praesertim si actio est realis, & rei vendicationis, per multa quae congerit ibi Decius. At consulens habet actionem rei vendicationis ex donatione parentum, cum illi non potuerit renunciare: Concilium enim habet titulum huiusmodi sine licentia Episcopi nullatenus renunciatu posse: & verbum, nullatenus, inducit actus nullitatem ipso iure, iuxta glo. celeberrimam. n

Quarto denique, quod lex poenalis non est extendenda vltra casum, in quo loquitur, o & lex puniens ordinatum sine titulo est poenalis: ergo non est extendenda ad eum, qui veru habuit illud, & veru non perdidit, licet fecerit id quo data est occasio rixandi cum eo super illo. Et per haec videtur pars negatiua tenenda: quamuis negari non potest consulentem peccasse, & male fecisse, & ab ordinario poena extraordinaria puniri posse.

Ad primum oppositorum responderetur assumptum in eo esse verum de renunciatione valida, qualis non fuit haec, de qua est sermo.

Ad secundu concedimus consulentem peccasse, negado

n In verbo nullatenus. elem. unica de iugestr. poss. ff. o L. praesentat. de poenis. cap. poena. de poenis. dist. 1.

f Cap. proposit. de concess. praeben. g Cap. quam sit. de electio. lib. 6.

quod per illud peccatum perdidit titulum. Ad tertium concedimus conatum solum non secuto effectu regulariter puniendum, sed fallere id in multis casibus, quos adduximus nos in ca. *si quis non dicam*. a post Felinum, b quorum quartus est, cum poena imponitur ipso iure. c At in casu proposito agitur de poena suspensionis ipso iure incurrenda, & ideo praefata regula non habet locum in eo. Salua, &c.

SVM MARI VM.

- 1 Alienans, etsi nulliter patrimonium ad cuius titulum fuit promotus ad sacros ordines, peccat quidem mortaliter, sed non incidit in censuram, si ante ordinationem illud retrocedere non promisit.

CONSILIVM XXII.

Trum sacerdos promotus ad presbyterium titulu sui patrimonij, si postea renunciat ei, peccet, & incidat in aliquam excommunicationem, irregularitatem, aut suspensionem?

Respondeo, quod si consulens, antequam ordinaretur ad praefatum titulum patrimonij, non promisit remittere, vel renunciare patrimonium, vel ius repetendi alimenta promissa, in nullam celleram nec irregularitatem ipso iure incidit: licet renunciando, vel remittendo sine licentia Episcopi peccet, & mea sententia mortaliter, transgrediendo d. Concilium Tridentinum, quia nullo iure haecenus talis poena imposita est, licet castigari posset per Episcopu: licet etiam renunciatio non esset valida, vt diximus in nostro Man. confel. e Salua, &c.

SVM MARI VM.

- 1 Ordinatus ad titulum patrimonij minus sufficientis, quod mentitus est sufficientis esse, dicitur male ordinatus, si defectus est notabilis. num. 5.
- 2 Ordinandus sacris, bona, vnde commodu ali possit, habere debet.
- 3 Qualificati cum quid requiritur, non sufficienti praestati simplex.
- 4 No tabilis pars sunt quinque ad viginti quinque.
- 5 Restituere tenetur decipiens alium, etiam citra dimidium, notabiliter tamen.
- 6 Ordinatus ad titulum sibi promissum cum pacto de non petendo eo, est subreptiu ordinatus.
- 7 Titulus parum insufficientis non facit quem male ordinatum.

CONSILIVM XXIII.

Obtinuit literas dimissorias ad quoscumque ordines assumere sub titulo patrimonij, quod mentitus fuit habere sufficientis, quarum testimonio ordinatus fuit. Queritur quid iuris?

Quod debeat censi ordinatus cum titulo, facit, quod veru habebat titulum, quamuis non sufficientem; & iura videntur requirere simpliciter titulum sine qualitate sufficientis, vt videre est in ca. *sanctorum*. f absque titulo. & in ca. *neminem*. ibi, absolute. g

Pro contraria parte facit ca. *Episcopus*. h quod requirit, vt ordinandus ad sacros habeat bona, ex quibus necessaria percipere possit: & ca. *tuis*. i quod requirit bona, vnde commodu sustentari possit. & in ca. *cum secundum*, k statuitur, vt Episcopus alat se ordinatum, si non habet quo sustentetur. Secundo facit, quod cum requiritur aliquid qualificatum, non sufficit illud, si est simplex, & non qualificatum, iuxta ca. *notificasti*. l adiuncta glossa solemni, & commendata a Panormitano & alijs, m quatenus habet non sufficere ad essentiam patrimonij consensum simplicem partium, nisi sit spontaneus, & liber, quia ad patrimoniu requiritur consensus qualificatus, liber, & spontaneus.

Tertio, quod allegans contra electum defectum scientiae notorium, non satisfacit probando defectu simpliciter, n Et qui tenetur probare testes corruptos falsum dixisse, non satisfacit probando eos fuisse corruptos, vel falsum dixisse: quia oportet eum probare vtrumque. o Quarto facit lex tutor. §. Lucius. p cum omnibus alijs, quae probant debitorem non liberari, propterea quod partem debiti soluat.

Per que, & alia multa, quae possunt in hoc afferri, videtur primo non esse iuste ordinatum ad titulum patrimonij eum, qui dixit se habere titulum patrimonij sufficientem ad viuendum honeste, si notabiliter ad illud erat insufficientis. Secundo, quod defectus quinque respectu viginti quinque videtur esse notabilis, argumento eorum,

g Ead. dist. h De praeben. i Eod. tit. k Eod. tit. l 35. quast. 3.

m In c. eu locum. de spons. in Cap. ab eo. iuncta glo. & communi sententia, de electio. lib. 6.

o Ca. licet causam. de probat. ubi per omnes praesertim per Felin. ad num. 41. p De usur.

a De poen. dist. 1. b In tractat. quando conatus. c Per ca. cum in cunctis. §. fin. de electio. adiuncto cap. perpetuo. eod. tit. lib. 6.

d Ca. 2. de reform. sess. 21. e Capis. 27. ad num. 158.

f 70. dist. ibi. g Ead. dist. h De praeben. i Eod. tit. k Eod. tit. l 35. quast. 3.

m In c. eu locum. de spons. in Cap. ab eo. iuncta glo. & communi sententia, de electio. lib. 6.

o Ca. licet causam. de probat. ubi per omnes praesertim per Felin. ad num. 41. p De usur.

In l. 2. c. de...  
c. in c. cu di...  
b. In 2.2. qua...  
77. art. 1.  
c. In 4. dist. 15.  
d. Ca. 23. nu. 24.  
e. Le. & si le...  
gibus. C. si co...  
trarium vel u...  
r. l.  
f. Ca. super li...  
teris. de res...  
cript.  
g. 3. de simo...  
In verb. mi...  
nistrare.  
i. Arg. horu...  
ca. re vera. de...  
consecra. dist...  
2. & l. Scio. ff...  
de resit. in...  
inieg.

que notatur adiectis eis, quae S. Tho. dixit, & alij Theologi & nos tradimus in Man. cof. d quod decipiens aliu in contractu emptionis, etiam citra dimidium iusti pretij, tenetur ad restitutionem, si decipit eum notabiliter, seu in parte notabili. Tertio, quod dubitari posset, an qui ordinatur cu dimissiois sui Episcopo habitis cu huiusmodi falsa informatione, videatur incurere suspensionem inductam per Pium I. contra eos, qui se faciunt ordinare sine literis dimissiois. Na pro parte negante facit, quod is habet veras literas dimissiois, licet subreptitè impetratas. Pro parte autè affirmate facit, quod medax precator debet carere impetratis, e & omni commodo literarum. f Pro hac eadè parte facit c. per tuas. e quatenus probat quod is, qui ordinatur fuit cu titulo promisso, ei ab aliquo facto cla pacto de no petedo illo, iudicatur male ordinatus; cuius ratione ait esse glossa eius, h quia subreptitè ordinè accepit. Quarto, quod si non deficeret titulo ad sufficientiam, nisi parum, siue quantitas qua non esset notabilis, arbitrio boni viri iudicari posset bene ordinatus, i & aliorum iurium, quae probant de modico no esse curandū. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinatus ad titulum parochialis ante atatem obtenta suspensio non est.
- 1 Subreptio non omnis, sicut Papa, ita & ordinarij gratias vitiat.
- 2 Beneficium curatum male adeptus, eo dimisso, aliud sibi querere potest, sed tenetur fructus perceptos restituere.

CONSILIVM XXIII.

AN qui ante legitimam atatem obtinuit ecclesiā parochialem, & post eam adeptā fuit ordinatus ad ordines sacros ad titulum eius, incurrat suspensionem extrauagantis cum ex sacrorum. Pij II. quam referimus in Man. confell. k

Respondeo primo, quod acceptatio praefata Ecclesia, & fructuum, ex ea perceptio inducit quidem peccatum, i sed non suspensionem, neque irregularitatem: quia id nullo iure cauetur, & ita non est dicendum. m

1 Secundò, quòd nec per ordinū assumptionem in legitima atate videtur incurrisse suspensionem, nec consequenter irregularitatem per eius violationem. Tum quia non suscepit ante legitimam atatem, nec extra tempora iuris, nec sine literis dimissiois: quia suscepit eos a suo ordinario, vel cum literis dimissiois ab eo datis: esto quod fortè non dedisset eas ille, si sciuisset Ecclesiam praefatam fuisse sibi collatam ante legitimam atatem: quia gratias ordinarij non facit nullas omnis subreptio, sicut gratias Papae. n

2 Tertiò, quòd iure communi potest consulens accipere aliam Ecclesiam, omnia ea, quam habet, sed tenebitur restituere fructus male perceptos, nisi prius à Papa sibi condonatur ob paupertatem, vel aliam iustam causam, quod facit quo ad forum conscientiae tantum, si petierit à summo Pœnitentiario, vt quo ad illud forum absoluat eū à censuris, & irregularitate, si quas ob praedicta incurrit, cum retentione beneficij.

S V M M A R I V M.

- 1 Verba in proprio significato accipienda.
- 1 Dicitio taxatiua quid operetur. & nu. 6.
- 2 Dicitio taxatiua similia non excludit.
- 3 Verborum intelligentia à causis dicendi sumenda.
- 4 Causa dispositionis finali etiam alio tempore impleta, impletur dispositio.
- 5 Dispositio exorbitans ab vno ad alia eidem à iure equiparata extenditur.
- 6 Dicitio taxatiua pro subiecta materia interpretationem sumit.

CONSILIVM XXV.

EPiscopus dedit literas dimissiois cuidam Nicolao, vt à quocumque mallet Episcopo ordines assumeret, etiam extra tempora iuris, si Papa id sibi concederet, etiā si totum negotium sibi Papa remitteret. Papa vero cōcessit, vt possit ordinari extra tempora ab ordinario tantum. Quaritur an possit ordinari ab alio, quā ab ordinario.

1 Respondeo primò, pro parte negante facere, quod à propria significatione verborum non est descendendum regulariter, o & quod verba illa, tantum ab ordinario, significant, quod non ordinatur ab alio, dicitio enim exclusiua exponitur per affirmatiuam, cui adicitur, & negatiuam

o Le. non alt...  
ter ff. de leg...  
3. c. ad audien...  
tia. de decim.

aliorum: nam vt omnes Logici docent, illa propositio. Petrus tantū currit, exponitur per illa duo Petrus currit, & Nul-lus alius, quā Petrus currit. a

2 Hoc tamen nō obstantè contrarium est verius. Primo, quod dicitio taxatiua non excludit similia in quibus est eadem ratio, vt esse casus in l. si. badiuncta gloss. e que expresse habet, donationem tantūmodo posse reuocari, ex quin que casibus ibidem expositis: & tamen gloss. addit vnum alium ex similitudine rationis. & auth. vt cum. d habet ob solas 14. causas posse filium exheredari à patre: at tamen Gulielmus & communis sententia, quam late tractat, & affirmat Iason e tenent, quod filius potest exheredari ob causam aequè grauem, aut grauiorem, quam sunt illae 14. expressae, f & relatae per glossam. g

3 Secundo, quod, vt Hilarius ait, intelligentia dictionum ex causis est assumenda dicendi. h At causa quare Papa limitauit suam gratiam, vt impetrans ab ordinario tantum ordinaretur, fuit ne ordinario prauidicaret, & sic derogaret Concilio Tridentino quod i statuit, vt ordines à proprijs Episcopis assumenterentur. At nihil prauidicaretur Episcopo consentienti, vt ab alio ordinaretur arg. ca. scienti & consentienti non fit iniuria, neque dolus, k neque Concilio, cum expresse permittat, vt per rescriptum possit quis promoueri ab altero Episcopo, dummodo probitas & mores eius à suo Episcopo commendentur.

4 Tertiò, quod si post praefatam licentiam impetratam à Papa assumendi ordines à suo ordinario tantum, ipse cōsensisset, & dedisset praefatas literas dimissiois, nemo negaret posse ipsum ab alio Episcopo promoueri. at non refert an ordinarius prius dederit dimissiois cum cōditione, si Papa dederit licentiā vel post eā datam cum in vtro que casu impleatur causa finalis, propter quā Papa posuit illam limitationem, vt dictum est in arg. antecedenti. Ergo D. consulens perinde potest ordinari cum dimissiois concessa ante praefatam licentiam, ac cum concessa post eā; praesertim quod expresse in id consenserit, dicendo, q placet ei, vt ordinetur à quo maluerit Episcopo extra tempora, habita licentiā à Papa, etiam si sua sanctitas totū negotium remiserit ad eum. Et de aequipollentibus idem est iudicandum, nec refert quod illorum fiat. l

5 Quarto, quod dispositio etiam exorbitans loquens in vno casu, habet locum in alio sibi iure aequiparato, iuxta glossam solemnem, quae habet multas similes receptas. m At ordinari quē ab ordinario suo, vel ab alio cū dimissiois is vel de licentiā eius, aequiparatur in iure, n & ab ipsomet Concilio Tridentino: o ergo licentiā Papae, vt quis possit extra tempora ordinari à suo tantum ordinario, intelligenda est, vel ab alio de licentiā, & cum dimissiois eius.

6 Ad oppositum responderetur, assumptum in eo esse verum de rigore verborum logico, quando aliunde non apparet de intentione & mente vtentis taxatiua. At nos loquimur de significatione verborum accipienda secundū iustitiam & aequitatem & canonum & legum, secundum quam frequenter subaudimus, tantum & frequenter limitamus illud: subaudimus enim illo, Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. dictionem, tantum, secundum communem intellectum, p & glossa q in illo dicto S. Hieronymi: Non ore, sed corde cantandum: addit dictionem, tantum, verbo, ore, & è contra l. cum in testamento. i habet, hære dem iustum à testatore, vt centum dumtaxat impendat eius sepultura; non peccare, nec malè facere, si plus impendat, absque alterius prauidicio, sed solum si minus impendat. & l. cum prator. s & ca. qualis. i quae habent. eum qui de vno dicit, de alio negare, intelligenda sunt de alio dissimili, vt singulariter dicit Dominicus, v pro quo est glossa notabilis. x Et ita in casu proposito verba illa, tantum ab ordinario, intelligenda sunt, vel ab alio de cōsensu & approbatione eius: quia illa duo sunt omnimodo quo ad propositum similia, & aequipollentia, & iure communi aequiparata, per praefata capp. 1. & 2. y & multa similia. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Dimissiois ad ordines det vicarius Episcopi, seu Episcopus originis, beneficij, vel domicilij, religiosis autem eorum praelati;
- 1 Suspensus est qui sine legitimis dimissiois ordinem sacrum ab alieno suscipit: & si illo utatur, prout facit qui ascendit ad presby

a Ca. cum ecclesia Sutrina. de caus. pos. & propriet. & leg. Gallus. s. & quid sit antiu. ff. de liber. & posthum. b. c. de reuoc. dona. c. verb. voluerit. d. De appell. cog. s. aliud quoque cap. c. In auth. non lites. C. de liber. prater. vel exhered. f. In d. s. a. liud. g. In ca. quinta. auallii. de iur. iur. h. Ca. intelligentia. de verbo. sign. i. In ca. 8. sess. 23. de refor. k. De reg. iur. lib. 6.

l. Leg. fina. ff. mand. c. licet ex quadam. de resibus. m. In c. si post. quā de elect. lib. 6. n. Ca. Lugdunensis. g. q. 2. c. c. 1. & 2. de temp. ord. lib. 6. c. sibi concord. o. In d. c. 8. de refor. sess. 23.

p. In cap. scindite. & in ca. conuertimini. de penit. di. 7. q. in ca. cauantantes. q. 2. di. ff. de verb. sign. s. ff. de iud. c. 25. dist. v. In d. c. qualis. 25. dist. x. In ca. si tibi absenti. de praben. lib. 6. in verb. absenti. y. De tempor. ord. lib. 6.

a De tempor. ord. lib. 6.

b c. 1. de re iud. li. 6. ca. 1. de sent. excō. eod. li. cum eis adnotatis.

c Ca. 6. quod incipit. licet. de refor. sess. 24.

p. In cap. scindite. & in ca. conuertimini. de penit. di. 7. q. in ca. cauantantes. q. 2. di. ff. de verb. sign. s. ff. de iud. c. 25. dist. v. In d. c. qualis. 25. dist. x. In ca. si tibi absenti. de praben. lib. 6. in verb. absenti. y. De tempor. ord. lib. 6.

CONSILIVM XXVII.

ECCLESIA Burgenfis vacante, & durante anno, quo prohibetur Capitulo dare dimissiois ad ordines, Legatus Hispania dedit illas N. adhuc puero, vt possit ordinari ab aliquo Antistite, cu testimonio idoneitatis à prouifore Burgenfis accepto, & d. N. accepit à quodam Episcopo celebrante ordines in eadem ecclesia vacante primam tonsuram, & postea fuit illi assignata quadam pensio. Quaritur quid iuris?

1 Respondeo primò, quòd pro Capitulo & prouiforibus facit, quod ipsi non dederunt literas dimissiois, quas reuerendas. vocant, quasque prohibebatur Capitulo dare per a Concilium Tridentinum: sed solum literas testimoniales idoneitatis ipsius N. qui volebat ordinari, quae non sufficiebant ad hoc, vt ordinari posset ab Episcopo alieno, etiam si Capitulo, & prouifores habuissent potestatem dadi dimissiois, vt palam est, non enim dederunt licentiā & facultatē ordinè accipiendi ab alieno Episcopo.

2 Secundo, quòd pro ordinato & ordinante facit, quod Legatus potuit dare reuerendas, & dedit eas accedente testimonio idoneitatis ordinarij, vel prouiforis N. quod testimonium accepit, seu datum fuit, vt requirebatur.

Tertiò, quod contra ordinatum & ordinantem facit, quod in Concilio Tridentino b statuitur, non posse quem iustè ordinari virtute alicuius rescripti, nisi eius probitas & mores ordinarij sui testimonio commendetur. At in casu proposito nō interuenit testimonium ordinarij. Nec prodest ei dicere, quòd illud testimonium erat testimonium ordinarij: quia non erat testimonium ordinarij quo ad id, ad quod requirebat Legatus, cuius mens fuit seruare mētē Concilij, quae fuit ne quis abique cōsensu ordinarij ordinaretur, vt clarè colligitur ex eodē, c sed & expresse d statuitur, ne Capitulo sede vacante det dimissiois, ne reputaretur quo ad hoc intra annum ordinarius. Neque etiam inuit dicere, quòd fortè Legatus sciebat ecclesiam Burgensem vacare: quia Legatus non potuit derogare Concilio Tridentino iuxta glossam singulatè & receptā. e

3 Quarto, quòd ex his inferitur Capitulo & prouifores nullas incurrisse censuras, eo quod non dederunt literas dimissiois, neque aliud quocum fecerunt, quod eis fuerit prohibitū per praefatū Conciliū, neq; per alia iura.

Quinto, quòd neque ordinatus videtur peccasse: quia error iuris obsecuri excusat à peccato mortifero, iuxta singulare dictū Innocētij, f quē cū alijs multis refert, & sequitur Felinus, alia multa ad hoc adducēdo sprefertim pueri. arg. notatorū in c. ignorantia, h & eorū quē gloss. illius citat. 4 Sextò, quòd maius dubium est de ordinante, qui est vir doctissimus, & rerum Curia peritissimus: quamuis Iason alicubi dicat Iuriconsultum egregium Iuriconsulti errore excusari posse.

5 Septimò, quòd licet puer ille non peccasset, donec in eo iuris error mansit saltem quo ad forum conscientiae, posteaquam rescituit, videtur teneri ad non perseuerandum in illo, vel ratificandum id quod per illum errorem non fuit rectè factū, per multa quae possent in hoc adduci. 5 Octauò, quòd satisfaceret, si ab Episcopo vel Archiepiscopo nouo, vel à Papa obtineret ratificationem illius ordinationis. i

Nonò, quòd collatio pensionis facta illi post clericatum sic susceptum valuit: quia etiam si peccasset in sic suscipiendo tonsuram, nullam tamen iuris censuram ipso iure videtur incurrisse, k & quòd extrauagans Pij II. qua suspendit ordinatos sine dimissiois, solum includit ordinatos ad sacros ordines, & non ordinatos ad minores, qui licet suspendi possint per iudicem, non tamen sunt ipso iure suspensi, per praefata cap. l Salua, &c.

Aduertatur, referri in praxi obtentum contrarium eius, quod habetur sub num. 5.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinatus minoribus ordinibus de licentiā Capituli sede vacante intra annū potest habere beneficium, antequam priuictur clericali priuilegio.
- 1 Verba futuri temporis penam ipso iure non infingunt.

CONSILIVM XXVIII.

CONCILIVM Tridentinum m habet, ordinatum ad minores ordines de licentiā Capituli sede vacante,

a Cap. 10. sess. 23.

b Ca. 8. de reform. sess. 23.

c D. cap. 8. d. In d. ca. 10.

e In cap. dilectus. cum simili. de praben.

f In cap. per suu. 2. de simon. g. In ca. 1. col. penult. de re iudic. h. De reg. iur. lib. 6.

i Arg. ca. Lugdunensis. g. q. 2.

k Arg. c. quod translationē. & c. vel non est compos. de tempor. ordi. l. Quod translationem. & ca. vel non est compos.

m Ca. 10. sess. 7. de reform.



nullo privilegio gaudere debere. Quæritur an possit habere beneficium.

1 Respondeo, quod primo aspectu videtur quod non, per cap. ex literis. & ca. 2. b qua probant, privilegium clericici esse, vt sit capax beneficii Ecclesiastici: quamvis videtur quod non perdit ipso iure hoc privilegium, sed debeat perdere illud per sententiam, vel per exceptionem: quia verbum gaudeat est futuri temporis, per cuius verba non infligitur ipso iure pœna, iuxta glossam solemnem & receptam. c Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordines minores ab alieno sine dimissorijs accipiens peccat peccatum, quod sola contritione deletur: & licet mereatur suspendi, tamen hanc pœnam potest Episcopus remittere: & si imponat, ei non nocet quo ad prætium. num. 5. at suspensionem ipso iure non incurrit. num. 1. vnde si ei conferatur beneficium, tenet collatio, num. 2. nisi sit Ultramontanus ab Italo ordinatus. nu. 1. & 2.
3 Gratia sola signaturæ Gallis quo ad vtrumque forum prodest, alijs quo ad solum forum conscientie: nisi agatur de collatione beneficii obtenta à Papa. num. 4.
4 Beneficia à sede Apostolica collata amittuntur, nisi intra certum tempus litera expediantur: & Gallis sola supplicatio signaturæ sufficit. nu. 3.

CONSILIVM XXIX.

AN ordinatus minoribus ab Episcopo alieno sine literis dimissorijs sui, & post adsecutus beneficium, qui postea obtinuit à Papa absolutionem male ordinationis, & novam provisionem beneficii per solam signaturam, possit ascendere ad superiores ordines ante literarum expeditionem?

Respondeo primò, quod hæc petitio non pertinet ad Illustrissimum Dominum Pœnitentiarium, neque ad eius prætorium: quia nec absolutionem neque dispensationem, neque vllam habilitationem petit, sed tantum questionem extrariam.

1 Secundo, quod consulens si non est Ultramontanus, & ordinatus in Italia, non habuit necessitatem absolutionis à censuris, neque ab irregularitate: quia licet ordinatus ab alieno ordine sacro ipso iure incurrat suspensionem, & si durante illa celebrat, irregularitatem, per extrauagantem Pij II. quæ incipit cum ex sacrorum: ordinatus tamen minoribus non incurrit ipso iure talem suspensionem, licet mereatur suspendi iuxta iura, & tradit Archidiaconus c & Antoninus post Hostiensem, & Ioannes Andreas, & ante illum glossa cõmuniter recepta, f & ante illam Archidiaconus b vbi ipse & prædictus Antoninus h & Philippus Francus i respondent cap. 1. & 2. q. 2. & alijs, quæ contrarium significant: sed non, vt ipsi declarant k & glossa cum communi l probant talem esse suspensionem, si non est Ultramontanus, & ordinatus in Italia: quia si esset talis, esset suspensus etiam quo ad alios, & suspensione inducente irregularitatem per ca. 1. m cuius tamen dispositio non esset extendenda ad alios casus, quod affirmat eius glossa communiter recepta per iura in ea citata, & rationes efficaces.

2 Tertio, quod si non fuit ipso iure suspensus quo ad alios, & suspensione inducente irregularitatem, vt non indiget absolutione, ita non indiget noua collatione beneficiorum à Papa sibi postea facta: quia valuit collatio prior & ita cessaret alia quæstio grauior, quæ in propositione quæst. implicatur.

Quarto, quod si erat suspensus prædicta suspensione Ultramontani in Italia ordinati, & consequenter suspensus prædicta suspensione quo ad alios, indiget absolutione & noua collatione.

3 Et quo ad questionem implicatam an sufficiat signaturæ ad ascendendum ad ordines superiores, responderetur, quod si consulens est Gallus, sufficit ei signaturæ: quia in Gallia sufficit signaturæ: quoniam seruat ius antiquum, secundum quod gratia sine literarum expeditione valet, iuxta clem. dudum. n & alia citata per Felinum & Decium in rub. de consue.

Quinto, quod absolutio præfata valebit obtenta à Papa ei sine literarum expeditione quo ad forum conscientie, etiã si non sit Gallus, vt satis sentit glossa o quævis nõ quo ad forũ exterius, in quo requiritur probatio, quæ sine liter-

ris expeditis nõ fit, per ea multa quæ adducit Gomezius. a
4 Sextò, quod idem posset dici de noua collatione beneficiorum, nisi obstarer quædam extrauagans Iulij II. per quam perditur ius quæsitum per supplicationem, nisi litere intra certum tempus expediantur: ad quam, quia non est nota omnibus, nec vidi eam typis excusam, me remitto.

Non obstat prædictis, quod prædictus orator potest suspendi suspensione prædicta quo ad alios, quæ est vera censura per prædicta. b

5 Tum quia suspensio, quæ nunc fieret, non nocet quo ad præterita, nec retrahitur. Tum quia Episcopus potest dispensare super illa pœna per sententiam imponenda, vt habetur in d. cap. Lugdunensis. & ibi Archidiaconus communiter receptus id annotauit: & consequenter obtenta illa venia siue dispensatione super pœna merita, sed non ipso iure incurta, saluus manebit ab omnibus malis, quæ consequantur illam iniustam ordinationem etiam quo ad forum exterius: sicut & quo ad forum interius mansit liber à peccato, quod admisit in sumendo minores ordines inordinatè, per primam contritionem & confessionem, quæ se illius accusauit.

Rota tamen reputat ad huiusmodi ordinatum prima tonsuræ, siue minoribus, inhabilem ad obtinenda beneficia, ac pensiones, provisionesque eis factas non subsistere.

S V M M A R I V M.

- 1 Suspensus non est ex hoc quis, quod minoribus à non suo initiatu fuerit, nisi eos acceperit in excommunicatione. & n. 3.
2 Peccat vtens minoribus male susceptis ante dispensationem.
3 Pœnitentiarius maior potest in foro conscientie tantum ratum habere ordinem ab alieno acceptum cum falsis dimissorijs, & ita si falsitas creditur adeo occultata, vt non sit rimenda controuersia in foro exteriori potest ab eo peti.

CONSILIVM XXX.

AN ordinatus ad minores per dimissorias falsas, sit ipso iure suspensus?

1 Respondeo primò, quod huiusmodi ordinatus grauius & mortiferè peccauit, nec absque peccato vti potest ordinibus minoribus sic susceptis, donec ratificetur ordinatio per proprium Episcopum: quia eos suscepit ab Episcopo non suo sine literis iustis dimissorijs. d

2 Secundo, quod licet vtendo illis ordinibus peccet, non tamen fit irregularis, vt tenet glossa recepta e quia nõ videtur ipso iure suspensus illa saltem suspensione, cuius transgressio inducit irregularitatem, f in quod optime facit extrauagans cum ex sacrorum. Pij II. relata & declarata à nobis in repetitione cap. accepta. g quatenus habet ordinatos ad sacros ordines sine literis dimissorijs incurrere suspensionem illam, cuius transgressio inducit irregularitatem, significando à contrario sensu ordinatos minoribus non incurrere illam.

3 Tertio respondeo, quod prædicta intelligenda sunt, nisi alia maior culpa interceperit, puta quod ob falsitatem prædictam incurrerit excommunicationem ipso iure per aliquam constitutionem synodalem: nam iure communi non incurrit illam: vel quod ordinator tulerit excommunicationem ipso iure incurendam contra eos, qui peterent à se ordinari sine licentia legitima, vel sine iusta etate, quod aliquando factum esse audiuius. Nam tunc respondendum esset de illo, id quod responderi deberet de ordinato cum licentia legitima, sed aliàs excommunicato, qualis incurrit irregularitatem. h

Quarto respondeo, quod D. consulens posset petere à summo Pœnitentiario, vt habeat ratam quo ad forum conscientie tantum prædictam suam ordinationem, si falsitatem credit adeo esse secretam, quod non timet vllam de illa quæstionem sibi futuram in foro exteriori, vt exoneretur onere petendi ratificationem à suo ordinario, Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinatus sine licentia minoribus, etiam Ultramontanus ab Italo, non est suspensus, nec priuatus beneficijs postea, nec ante obtentis licet possit suspendi. num. 5.
2 Dispositio exorbitans & pœnalis restringenda. & 4.
3 Causa dispositionis, quæ ponitur in proœmio, conferetur finalis.
4 Ordinatus male sacris suspendit extrauagans Pij Secundi, secus si solum minoribus.
5 Ratihabitio ordinarij in male ordinatis operatur, vt benefici-

a In reg. de nõ iudicando literis non expeditis.

b Capit. post translationem, & ca. vel non compos. c Arg. c. 2. & fin. de consue.

d Per ca. 1. & cap. nullus de temp. ord. l. 6. & c. Lugdunensis. q. 2. c. Capit. eos. de temp. ord. l. 6. verb. statuat, f Arg. c. 2. & c. quod translatione. & ca. vel non est cõpos. de tempo. ordin. g De ref. spol. opposit. s. nu. 54.

h Iuxta ca. 1. de cler. excom. & cap. si quis Episcopus. r. q. 3.

CONSILIVM XXXI.

HISPANVS Hispanensis laicus ordinatus sine dimissorijs in Italia ab Episcopo Italo, obtinuit beneficium vnum. Quæritur an sit suspensus ipso iure, & priuatus illo beneficio.

1 Respondeo primo, glossam a tenere, quod sic, duplici ratione. Altera, quod eadem ratio videtur esse in laico ordinato à non suo Episcopo, & in clerico ordinato etiam à non suo Episcopo. Altera, quod præfatum cap. 1. faciendum punctum post verbum Ultramontanum, videtur soluere argumentum ex illo desumptum contra eam: quæ sequuntur etiam ibi Ioannes Andreas, Dominicus & Fracus.

Sed profecto contrarium videtur verius, quod grauius tenuit ibidem Archidiaconus & etiam Ioannes Monachus & satis sentit Ancharanus & firmat etiam Petrus Rebuffus b quod esset tenendum, etiam si nemo id tenuisset. Tum quia est casus expressus c quod ordinatus ab alieno Episcopo non caret ipso iure executione ordinis, sed est interdicens ei. Tum quia cap. vel non est compos. d idem statuit de ordinato ante legitimam ratem. Tum quia capit. 1. e cui innotuit glossa præfata, probat contrarium, quatenus loquitur de ordinante clericum ad sacros ordines, & de clerico ordinato ad illos, significando aliud de ordinante laicum, & de laico ordinato ad clericatum. f Tum quia est exorbitans à iure regulari, g & ita debet restringi ad terminos, quibus vtitur. h

2 Tum quia est pœnalis, & ita restringenda. i & cum loquitur de ordinante clericum, & de ordinato clerico ad sacrum, non debet extendi ad ordinantem laicum, & ad laicum ordinatum ad clericatum: immo probat contrarium, eo quod qui de vno dicit, de alio negare videtur. k vt supra tactum est.

3 Tum quia causa illius constitutionis fuit, quia clerici extra suas terras in Italia ordinabantur ad sacros, vt habet proœmium illius, & non fuit causa impulsiva, vt significat Ioannes Andreas sed finalis: quia causa dispositionis, quæ ponitur in proœmio eius, censetur finalis. l & ita solum habet locum in ordinando clericum ad sacros ordines. Tum quia ridicula est ratio, quæ mouetur Ioannes & Dominicus scilicet, quod verbum, ordo, late sumptum significat etiam ordines minores: quia illa efficaciter tollitur per ipsum f & Archidiaconum & retorqueri potest contra eos, cum regulariter lex exorbitans & pœnalis non extendatur ad significata improprie & late per eius verba.

4 Tum quia non est eadem ratio de ordinato laico ad clericatũ, & de clerico ad sacros, cum crimen hoc sit longe grauius illo, vt palam est, cumque extrauagans Pij Secundi, cum ex sacrorum: clarè significet hoc, statuendo, quod ordinati ad sacros sine dimissorijs, & ante ratem, & extra tempora, suspenduntur ipso iure, & si celebrant, sunt irregulares: quæ tamen secundum omnes non habet locũ in ordinato ad primam tonsuram, vel minores. Tum quia præfatum cap. 1. non potest sine violentia diuidi per appositionem puncti, quam glossa præcendit, vt palam est perpendenti. Tum denique quod ridiculosum est etiam id, quod notant ex illa glossa Dominicus & Francus, scilicet, quod quando per puncti appositionem in vno vel alio loco potest extendi prohibitio pœnalis, debeat in dubio poni in eo loco, in quo positum ampliat dispositionem, cum contrarium sit verum & receptum post glossam, m per quod, & per rationem diuersitatis supra tactam soluuntur fundamenta glossæ.

5 Secundo, quod non est priuatus, neque priuandus ob hoc solum beneficijs ante vel post habitis, sed solum potest suspendi, & post illam suspensionem fieret inhabilis ad beneficia, & non antea, per ea quæ habentur in d. cap. quod translationem. n

Tertio, quod is dominus consulens debet procurare per suos amicos, vt eius Episcopus ordinarius habeat ratam præfatum ordinationem: quo habito remanebit habilis tam quo ad ordines alios suscipiendos, quam quo ad alia beneficia. o

6 Quarto, quod absolutio, de qua in signaturæ, non videtur esse data per illam, sed iustum, vt committatur ordinario, quod faciat illam: & ita non videretur illa quic-

a Ca. 1. verb. clericum. de temp. ord. l. 6.

b In Praxi bene. titul. de cler. ad sacros ord. mal. prom. nu. 3. c In ca. quod translationem. de temp. ord. d De temp. ord. e Eod. tit. li. 6. f Arg. c. nõne. de presump. & l. cum prator. ff. de iud. g In di. capit. quod translationem. h Cap. quæ à iure. de regu. iur. lib. 6. i §. pœna. de pœni. dist. 1. k D. c. nonne.

l Le. fin. ff. de hered. instiit.

m In c. in pœnis. dereg. iur. li. 6.

n Ex capi. vel non est cõpos.

o Ca. Lugdunensis. q. 2.

quam operari, donec ordinarius virtute commissionis sibi præsentatã absolueret.

Quinto, quod ad maiorem cautelam potest consulens, habita ratificatione sui ordinarij, adire Episcopum, qui contulit illi beneficium, vt illud conferret ei denuo, si, & quatenus opus est. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordines minores ab alieno cum falsis dimissorijs accipiens peccat quidem grauius, sed nullam incurrit censuram, nulla- que eger dispensatione, vt possit maiores cum iustis dimissorijs accipere. nu. 2. sufficitque ei coram Deo contritio, & absolutio sacramentalis. num. 3.

CONSILIVM XXXII.

AN ordinatus per falsas dimissorias ad quatuor ordines minores, & postea per veras ad subdiaconatum, incurrat censuras, vel irregularitatem?

1 Per ea quæ nuper alio domino consulenti respondimus, arbitramur primò hunc dominum consulentem ob præfatum promotionem ad minores ordines in nullam censuram, nec irregularitatem incidisse ipso iure, sed grauius peccasse, iptumque suspendi & puniri posse in foro exteriori. a

Secundo, quod etiam arbitramur eum non incurrisse ipso iure vllam censuram per secundam promotionem, quia per legitimas dimissorias videtur fuisse ordinatus quo ad forum conscientie.

2 Tertio, quod sine dispensatione quo ad forum interius per eandem dimissorias potest iustè promoueri ad alios sacros, si ad eos capiendos extenduntur, & etiam quo ad forum exterius, si bono modo celari possit prior error sine mendacio & periurio. An autem id sic celari possit, nec ne, quæstionis facti est, super quam non consultur iuriconsultus.

3 Quarto credimus, eisdem rationibus, quibus supradicta fundari possunt, prædictum dominum consulentem non indigere dispensatione primi, nec secundi Episcopi, sed solo secreto primi erroris, ne ob eum puniatur in foro exteriori, & ideo per eandem rationem adoptionem, & nouam mutationem domicilij, faciliorem viam illi parari adcelandum primum errorem, qui iam ( vt opinor ) celatus est quo ad Deum & forum conscientie per contritionem, confessionem, & absolutionem sacramentalem.

S V M M A R I V M.

- 1 Dimissorias falsas is, cui ignorantia vera iam concessæ erant, præsentans, dicitur quidem per falsas dimissorias, & cum peccato, sed non sine dimissorijs, maioribus ordinibus initiatus. Vnde licet peccauerit non tamen incidit in excommunicationem, nec suspensionem latam per extrauagantem Pij Secundi. num. 3. quæ nec in suscipiente sine illis minores habet locum. num. 2.

CONSILIVM XXXIII.

PRESDENS Roma, petijt per epistolas ab Episcopo suo in Hispania moranti literas dimissorias, quæ fuerunt datæ mense Augusto, & P. ignorans eas fuisse datas, antequam ad se perueniret, fabricauit alias falsas, & virtute illarum ordinatus fuit ad quatuor minores mense Septembri. Quæritur, an sit malè ordinatus.

1 Respondetur primò, dominum consulentem peccasse mortaliter, primum in fabricando literas dimissorias falsas, animo vtendi eis ad decipiendum Episcopum, qui eum erat ordinibus insigniturus, deinde præsentando eas Episcopo, & accipiendo eos ab eo.

2 Secundo responderetur, quod præfatus consulens non incurrit ipso iure excommunicationem, neque suspensionem, attentò solo iure communi. Tum quia extrauagans Pij Secundi, quæ suspenduntur ipso iure qui absque literis dimissorijs ordinantur ab alienis Episcopis, solum loquitur de ordinibus factis, vt nos tradimus in Manu. confess. b quamvis etiã iure cõmuni mereatur suspendi à iudice, c sed donec suspendatur per iudicem, nõ est suspensus.

Tertio, quod etiam potest defendi quod non esset suspensus, etiam si extrauagans haberet locum in minoribus ordinibus: quia præfatus consulens non est absque literis dimissorijs veris ordinatus, quamuis non sit ordinatus virtute verarum dimissoriarum: quia aliud est ordinari quem virtute dimissoriarum, & aliud absque dimissorijs, & lex

a Iuxta capi. vel non est cõpos. de tempo. ordin.

b Cap. 25. nu. 70. & ca. 27. n. 155. & 241. c Per cap. vel non est cõpos. de temp. ord.

a De rãssã. b De inistã.

c In regula in pœni. de reg. iuris lib. 6.

d Capit. quod translationem. & c. vel non est compos. de temp. ord. e Ca. Lugdunensis. q. 2. f Ca. eos. cod. tit. lib. 6. g D. c. Lugdunensis. q. 2. h Vbi supra. i d. ca. eos. k In d. c. quod translationem. l Capit. eos. de temp. ord. l. 6. m De tempo. ord. lib. 6.

n §. fin. ad iur. & glossa. in verb. verbo. de sepulch. o Regul. can. cell. 1. & 3.

a L. Papinianus ff. de minoribus. b Cap. pœna de pœnis. di. 1.

pœnalis loquens de altero eorum non debet ad alteram extendi. Tum quia diuersis non fit illatio. a Tum quia lex pœnalis non habet locum extra suum casum, b ubi latè tradidimus procedere id, etiam si eadem ratio idem in altero suaderet.

SVM MARIVM.

1 Reuocasse dimissorias concessas non censetur Episcopus ex eo quod postea dixerit ordinando ne ab alio ordinaretur, quia ipse volebat ordines tenere, & eum ordinare. & num. 3.

2 Patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, licet debeat esse in immobilibus, & non in mobilibus, non tamen ob id incurritur pœna. & num. 3.

CONSILIVM XXXIII.

EXCELLENTISSIME Domine, obtinuit pœfens orator à suo ordinario dimissorias, vt à quocum que Episcopo communionem Sedis Apostolicæ habente ad subdiaconatus ordinè se promoueri facere posset, verum, quoniam in dictis dimissorijs nulla fiebat mentio tituli ad què esset ordinandus, ob id pro supplemento eundem ordinarij adiit, qui oratori iussit responderi, ne ordines ab alio Episcopo acciperet, quia ipse in secudis proximis ordinationum temporibus eas volebat tenere, & sic ipsemet oratorem ordinasset. Orator autem impatiens dilationis, quam primum cum dictis dimissorijs adiit quemdam ordinarij, qui edoctus extra iudicialiter sicuti orator erat filius personæ diuitis, & qui habebat patrimonij, prout verè habebat, à patre in mobilibus, vt pote qui nulla mobilia possideret, constitutum; successiue, aliàs tamen rite, oratori subdiaconatus ordinem simpliciter contulit.

2 Orator orator, tamquam subdiaconus, à prædicto suo ordinario obtinuit alias dimissorias, vt à quocumque Antistite communionem Sedis Apostolicæ habente ad reliquos alios sacros ordines posset se facere promoueri: nec scit autem, an quando ordinarij concessit secudo dictas dimissorias, meminerit per ipsum, vt præmittitur, responsionis antea data, & credit quod non: & successiue in vim secundarum dimissoriarum alios omnes sacros ordines accepit, & ministravit. Et quia ab aliquibus oratori iniectus fuit scrupulus, quod incidit in pœnas extrauagantis Pij II. quia sine legitima licentia sui ordinarij videtur ordinatus, quia licentia ipsa, vt præmittitur, fuit reuocata, ex doctrina D. V. in suo Man. & ex textu d. item quia per subreptionem videtur ordinatus, & item quia ordinatus contra formam Concilij Tridentini quo statuitur patrimonium debere constitui in rebus non alienabilibus, qualia non erant prædicta, ad quorum titulum fuit promotus, supplicat igitur, vt excellentia vestra vnico verbo dignetur respondere, an orator egeat aliqua dispensatione.

3 Respondeo, nobis videri prædictum D. consulentem non egere aliqua dispensatione, curare autem debet, vt quamprimum dictus titulus bonorum mobilium conuertatur in bona mobilia ad mentè Concilij Tridentini.

SVM MARIVM.

1 Obsessus à dæmone, post liberationem accipere potest minores, maiores verò non, at antea acceptis potest vt. num. 3.

1 Regularis contradicente prelato non promouendus.

CONSILIVM XXXV.

VIDAM Monachus de licentia iusta minoribus initiatus, & à Capitulo nominatus fuerat cum alijs, vt posset ad sacros ordines ascendere: superior dictam nominationem cassauit, deinde subreptitiè de licentia prælati ad subdiaconatum fuit promotus, postmodum à dæmone fuit obsessus: sed sunt iam tres anni elapsi, quod est liberatus. Quæritur an valeat ad maiores ascendere, & in susceptis de licentia superioris ministrare.

1 Respondeo primò, præfatum consulentem bene fuisse promotum ad quatuor minores, per glossam. s. Secundo, quod videtur male fuisse promotus ad subdiaconatum. Tum per illud cap. clericus. & cap. maritum. ead. distict. Tum per Concilium Tridentinum h. quatenus habet, religiosum non debere promoueri contradicente prælato: & prædictus consulens videtur fuisse promotus contra voluntatem sui prælati, qui primo cassauit denominationem eius, & postea inaduerterente & subreptitiè admisit.

2 Tum per cap. communiter. i. cuius glossa per illum textum & alios concludit inter omnes Doctores conuenire,

quod arreptus vel obsessus à dæmone antequam ordinetur ad sacros ordines, non debet promoueri ad illos, etiam si conualesceret.

3 Licet super obsessio post ordinationem sint varij, & opinio mitior teneat posse vt post conualescentiam ordine ante illam arreptionem suscepto: & ita videtur præfatus consulens posse vt præfatis ordinibus minoribus, & etiam subdiaconatu, habita saltem absolutione à suspensione, sed ad ordines superiores non potest ascendere sine dispensatione Papæ. Salua, &c.

SVM MARIVM.

1 Ordinarius religiosorum est prælatus, seu superior eorum, & ad ordines suscipiendos dimissorias dat.

1 Prælatus exemptus iurisdictionem habet quasi episcopalem.

CONSILIVM XXXVI.

QUIS sit ordinarius religiosorum ad dandas dimissorias literas ad ordines, de quo loquitur Concilium Tridentinum?

1 Respondetur, quod prælatus superior huiusmodi regularis est quod ad hoc eius ordinarij. Tum quia verè est superior eius ordinarij, habes in eum iurisdictionem ordinarij. b Tum quia cum sit exemptus à iurisdictione episcopali, dicitur habere iurisdictionem quasi episcopalem, iuxta glossam solemnem & receptam. c Tum denique quod ca. 10. d probat à contrario sensu, quod Abbas exempti possunt dare literas dimissoriales ad ordines suscipiendos regularibus suis.

Hoc tamen est intelligendum si prædicti religiosi habeant ad hoc priuilegium: alias enim ad Episcopum pertinet, vt supra Consilio 26.

SVM MARIVM.

1 Ordinarius etsi presbyter, non tamen ob id prohibetur dare dimissorias.

1 Abbas dans dimissorias seculari etiam suo suddito est suspensus per annum ab officio, & beneficio.

2 Suspensus ab officio ministrans sit irregularis.

2 Suspensus à beneficio non facit fructus suos, perceptosque, qui suam excedunt sustentationem, Ecclesia restituat.

CONSILIVM XXXVII.

AN Abbas, qui cum non esset presbyter, dedit literas dimissorias famulo suo seculari ad assumendum ab alieno Episcopo ordines sacros, teneatur restituere fructus perceptos illo anno, etiam si famulus erat subditus iurisdictioni eius temporalis, & Ecclesiasticæ, non tamen erat religiosus subditus eius.

1 Respondetur, quod ipse incidit in pœnam suspensionis ab officio vnus anni & à beneficio c. iuxta Concilium Tridentinum, non quia nõ erat presbyter, sed quia, etiam si presbyter fuisset, non poterat dare literas dimissorias ad maiores ordines, vt definit d. cap. 10. f. eiusdem Concilij quia is, cui dedit dimissorias, non erat regularis, sed secularis, licet esset sibi subiectus quo ad iurisdictionem etiam Ecclesiasticam, vt in casu proponitur.

2 Et quia nunc quæritur an teneatur restituere fructus, & cui, respondeo, quod dominus consulens maiorem curam debuisset habere de alia questione, an scilicet incurrerit irregularitatem. Et respondeo ad has tres questiones. Primo ad hanc superadditam, quod ipse fuit factus irregularis, si durante illo anno suspensionis non abstinuit à diuinis, quia erat suspensus ab officio: & suspensus ab officio immiscens se diuinis fit regularis. s.

AD SECVNDAM respondeo, quod tenetur restituere fructus prædicti anni saltem illos, qui non fuerunt sibi necessarij ad vitam sustentandam, per ea quæ glossa, Panormitanus, & communis asserunt. h.

AD TERTIAM, quod restitutio illa fieri debuit Ecclesiæ, vt ibidem Panormitanus & Decius determinant. Salua, &c.

SVM MARIVM.

1 Episcopus absolvere potest ab omni suspensione à iure lata, & Papa non reseruat.

2 Episcopus approbando suum subditum ab alio ordinatum, non ratificat quod nomine suo non est actum, sed approbat quod in suam est factum iniuriam.

CONSILIVM XXXVIII.

AN Episcopus possit habere ratum, quod aliquis suorum clericorum citra illius licentiam, hoc est sine

a Ca. 8. de reform. sess. 23.

b Ca. cum ab ecclesiarij prælati. de offic. ord. le. fin. C. de iurisdic. omni. iud. c. Clem. 1. verba proprij. de reb. eccl. n. alienand. d. De reform. præfata sess. 23.

c Sess. 23. cap. 10.

f De reform. sess. 23.

g Ca. 1. de re iudic. lib. 6. & cap. 1. de sent. excomm. h In c. pastoralis. s. verum. de appell.

a In praxi bene sit. de form. nulli. literarum dimissorialium. n. 9. b In ca. si quo rumdam. de soluto.

c De reg. iuris lib. 6.

d 9. quæst. 2. c. Ca. 8. de reform. sess. 23.

f Per ca. 1. & 2. de tempori. ordin. lib. 6. g In decis. 449. Delphi. nat. h In decis. 107.

i 12. q. 2. §. 18. num. 9.

k In d. c. 2.

l Capis. quod translatione. de temp. ord. m Ca. vel nõ est. eod. tit.

n 1. quæst. 4.

o De tempor. ordin. lib. 6.

literis dimissorijs fuerit ordinatus?

Respondeo, quod licet Petrus Rebuffus a tenuerit partem negantem, nobis tamen magis arridet contraria. 1 Tum quia est conformis communi resolutioni Innocentij & aliorum b quæ habet, Episcopum posse absoluerè ab omni suspensione à iure lata, & Papæ non reseruata, qualis est illa, de qua loquimur.

2 Tum quia proprius Episcopus non ratificat ordinem male assumptum ab alieno, illa ratificatione, qua quis potest habere ratum nomine suo gestum, & non gestum nomine alieno, iuxta regulam ratum. c vt parum cautè putauit Rebuffus: sed de approbatione, qua quis potest approbare factum ab alio in iniuriam suam, & qua auctoritate iuris potest absoluerè ab aliqua censura, vel pœna, quam alius incurrit: de quali approbatione loquuntur cap. Lugdunensis. d & Concilium Tridentinum e & alia iura, quæ suspendunt aliquos male ordinatos, vtque ad arbitrium proprij Episcopi, vel vtique ad voluntatem eius, de qua etiam loquimur in casu proposito.

SVM MARIVM.

1 Episcopus laicum alienum ordinare non potest.

2 Ordinis collatio ab alieno facta tenet, nec est repetenda.

3 Character Episcopo, vel psalmista non imprimitur secundum Theologos, licet secus secundum Canonistas tenentes hos etiam esse ordines.

3 Ordinarius prima tonsura ab alieno non incidit in censuram suspensionis, licet sit suspensus quo ad effectum, ne licitè possit eo vti.

3 Ordinarius ab alieno ad sacros, vel ante atatem, hodie suspensus.

CONSILIVM XXXIX.

AN Episcopus possit iustè ordinare laicum alterius diocesis?

Secundo, an esto quod non possit iustè id facere, si fecerit, ordinatus sit suspensus?

AD PRIMAM QUESTIONEM respondeo quod non, f nam quicquid dicat Guido Papæ s prædicta duo cap. probant, quod Episcopus non debet ordinare aliquem, qui sibi non subest ratione originis, beneficij, vel domicilij. cuius decisionis ratio est illa, quod Episcopus non habet iurisdictionem spirituales, nisi in illis: quod etiam aliter confirmat Franciscus Marc. h Et resoluendo illa, quæ ipsi inuoluunt, addo primò, quod collatio ordinis, etiam ab alieno Episcopo facta, tenet: ita quod non debet repeti: quia tenendo cum Canonistis, quod sunt nouem ordines, per illam imprimitur character: & tenendo cum Theologis, quod non sunt nisi septem, & quod in prima tonsura, & episcopatu non imprimitur character, fit tamen saltem benedictio, & deputatio cõsecratiua, quæ non debet repeti, nec potest tolli, nisi modis à iure expressis, iuxta ea, quæ de benedictione constitutiua rei sacræ diximus in cap. non liceat Papæ. i

3 AD SECVNDAM respondeo, quod est suspensus ad effectum, quod non licet ei vti eo ordine, donec Papa, vel Episcopus suus ratificet: sed non est suspensus ad hoc, quod si vtatur eo, incurrat irregularitatem, vt Ioannes Andreas cum glossa & cõmuni videtur resoluere, k quia quo ad hoc non est suspensus ipso iure, sed suspendendus, l sicut ordinatus ante atatem, m quod est verum iure antiquo, etiam quo ad ordines sacros: nouo tamen prodito per extrauagantem cum ex sacrorum. Pij II. sic ordinatus ad sacros est suspensus ipso iure, ita vt celebrans ante absolutionem fiat irregularis. Salua, &c.

SVM MARIVM.

1 Ignorantia probabilis excusat à suspensione Episcopum ordinantem alienum subditum.

CONSILIVM XL.

AN Episcopus ignoranter ordinans alienum parochianum sine licentia sui ordinarij sit suspensus?

1 Respondeo, quod non est suspensus, si probabiliter id ignorabat. tum per §. notandum. n & alia citata per eius glossam, tum quia ca. eos. o quod imponit pœnam suspensionis ordinanti alienum parochianum sine licentia superioris, requirit vt id faciat scienter, vel affectata ignorantia.

SVM MARIVM.

1 Iurisdictionem suam nemo extri territorium suum exercere potest, nisi sit voluntaria, vel de ordinarij & partium con-

senfu, num. 2. & 3. 1 Ordinare non potest Episcopus sibi non subditos sine licentia Episcopi ordinandorum, & loci in quo ordinatur. num. 3. 2 Intellectus cap. 5. sess. 6. Concilij Trid. & nu. 4.

CONSILIVM XLI.

AN Episcopi iustè possit in diocesi alterius de licentia diocelani ordinare alios clericos, quàm ei subditos, habentes literas dimissorias suorum Episcoporum.

1 Pro parte negante facit primò, quod nemo potest extra suum territorium iurisdictionem suam exercere. a Secundo facit, quod Episcopus non valet ordinare sibi non subditos. b Tertio, quod Concilium Tridentinum c videtur hanc partem probare. Primò quidem, quatenus statuit, quod nullus Episcopus possit in aliena diocesi ordinare aliquem, nisi de licentia Episcopi proprij. Secundo, quatenus habet, quod neq; de licentia sua alios, quàm ei subditos.

Pro parte tamen affirmante, quæ tenenda est, facit primò, quod potest quis iurisdictionem suam extra suum territorium exercere, vt beneficium conferre, iuxta glossam d & audire confessiones penitentiu, & eos absoluerè iuxta Hostiensem. e Secundo, quod Episcopus rogatus ab alio Episcopo, vel à Capitulo sede vacante, potest ordinare in diocesi rogantis, & inuitantis, f quod & præfatum Concilium exprimit.

2 Tertio, quod omnis iurisdictione etiam contentiosa potest exerceri in alieno territorio de cõsensu iudicis illius, & partium quas tangit, vt tenent Alexander Iason, & melius Decius s & in questione proposta præsupponitur, quod Episcopus diocesis, & clericus ordinandi, dando literas dimissorias, consenserunt, ergo licet. Quarto, quod præfatus canon Concilij Tridentini non loquitur de Episcopis ordinantibus in aliena diocesi de licentia diocelani, sed solum de ordinare volentibus ratione priuilegiorum, quæ habent à sede Apostolica ordinandi extra suas dioceses: quales erant ante Concilium Tridentinum multi Episcopi titulares, & ordinabant vbicumque volebant, sine Episcopi illius loci consensu: & ita non debet extendi ad eum, qui ordinat de consensu Episcopi diocesis, & ordinandi. Tum quia exorbitat à iure communi. T. quia non est eadem ratio, sed longè diuersa: cum in altero casu nulli fiat præiudicium, in altero verò sic, & nõ solum Episcopo loci ordinationis, sed Reipub. per ordinationes indiscretè factas. Quarto, quod hoc iure communi obseruatur ante Concilium Tridentinum, & videmus idè obseruari post illud: nam in omnibus Ecclesijs cathedralibus Hispaniæ vacantibus, post anni lapsum Capitulum inuitat aliquem Episcopum titulare, vel vicinum, vt celebret ordines generales in sua Ecclesia vacante, & ille ordinat omnes, quos posset ordinare Episcopus proprius, id est subditos eius, & alios qui afferunt literas dimissorias suorum Episcoporum. idem etiam seruatur, quando Episcopus proprius ob agritudinem, abfentiam, vel aliam causam non celebrat per se ordines generales, sed rogat alium Episcopum vicinum, vel titulare, vt eos pro eo celebret: ipse autem substitutus ordinat omnes, quos substitutus poterat ordinare, nempe suos, subditos, & alios iustis literis dimissorijs munitos.

3 Non obstant opposita. Ad primum enim responderetur per primò & secundum fundamenta pro hac nostra parte facta, scilicet concedendo, quod regulariter nemo potest exercere iurisdictionem suam extra territorium, sed quod fallit in iurisdictione voluntaria, & etiam in contentiosa, quando tam iudex territorij, quam partes quas tangit consentiunt, vt dictum est in termino fundamento. Ad secundum, concedendo, quod nemo debet regulariter ordinare alium, saltem non sibi subditum, in aliena diocesi, sed quod fallit, quando Episcopus proprius loci, & clericus ordinandus, & eius Episcopus consentiunt, vt in casu proposito.

4 Ad tertium responderetur primò, quo ad primam inductionem, quod canon Concilij non loquitur de ordinante de cõsensu Episcopi territorij, in quo ordinat, sed de alio, vt in 4. fundamento dictum est. Secundo, quo ad secundam inductionem, responderetur, quod non verat ordinari alios qui non subfunt Episcopo loci concedenti licentiam, si, etiam adfit licentia Episcopi illius, qui vult ordinari.

a L. fin. de iurisd. omni. iud. cap. 2. de constit. lib. 6. b Cap. eos de tempo. ordin. lib. 6. c Sess. 6. ca. 5. de reform.

d In ca. nouis. de off. leg. c In tit. de penit. s. ni consistendum.

f Ca. pontifices. 7. q. 1.

g Nu. 9. in d. l. fin. ff. de iurisd. omnium iudic.

c Cap. 27. nu. 158. d In c. ad aures. de tempo. ord. e Glossa. fin. gloss. c. ex. 114. verbo secreto. de simon. f In ca. 2. sess. 21.

g Ca. clericus. 33. distict.

h Ca. 1. de reform. sess. 14.

i D. 33. distict.



Tertio respondetur, quod loquitur de volente ordinare ratione privilegij, & non de volente ordinare de consensu ordinarij, ut praedictum est. Quarto quod mens & sensus eius est dicere, quod non sufficiat licentia Episcopi loci: quod & nos fatemur: palam enim est, quod non potest ipse dare licentiam ordinandi subditos aliorum Episcoporum in sua diocesi sine illorum consensu & licentia, non tamen negat, quod substituitur ab eo non possit ordinare alios venientes cum licentia suorum superiorum, sicut & ipsemet potest ordinare: & ita si concedit licentiam ordinandi generaliter in suo territorio, poterit etiam ordinare alios rite dimissos a suis Episcopis: & si dederit licentiam particulariter ordinandi hunc vel illum, hos vel illos habentes litteras dimissorias, poterit ordinare illos: quia nulli fit praedictum. ut dicitur in quarto fundamento. Salua, &c.

SVM MARIUM.

- 1 Intellectus cap. 1. sess. 14. de reformatione Concilii Tridentini.
- 2 Occultum ob crimen clericus secularis non potest ab Episcopo impediri ab ordinum susceptione, sed in clerico regulari.
- 2 Occultum ob crimen etiam enorme non incurritur irregularitas, nisi ob homicidium, & alia in iure expressa crimina.

CONSILIVM XLII.

**A**n cap. 1. Concilij comprehendat clericum saecularem? **R** Nos semper credimus praefatum cap. 1. Concilij Tridentini intelligendum esse de religiosis, de quibus speciatim loquitur, & non generaliter de omnibus clericis etiam saecularibus. Tum per ea quae supra diligenter scribuntur. Tum quod nullatenus videtur dicendum praedictum cap. ex tenore corrigi per cap. ad aures, sed potius declarari per cap. ult. c.

SVM MARIUM.

- 2 Per quod & alia dicimus in Manu. confess. d per nullam enormitatem criminis occulti irregularitatem contrahi, nisi homicidij, vel aliorum, de quibus exprimitur in iure, neque posse impediri ab ordinum susceptione per Episcopum, si est clericus saecularis, per d. c. vltimu & per c. si tantum. c. ubi est casus optimus. Salua et munificissima D. M. iubentis respondere censura mihi valde suspicienda.

CONSILIVM XLIII.

**Q**uarta in vno loco, puta excommunicatus, concubinaris, est vbi que talis, & sine peccato potest ut talis alij ignorantibus revelari: nec Episcopus, etiam ubi haec ignorantur, potest cum tali vti facultate cap. 6. sess. 24. sacri Conc. n. 4.

**I**nfamis est in foro exteriori, qui iniuste tamquam fur fuit per sententiam iudicis suscitatus, seu ictibus sustulit casus, at in foro conscientiae secus, si sententia, & per consequens etiam suscitatus fuit iniuste: vnde ubi praedicta omnino ignorantur, potest ordinem postea suscipere, num. 5. licet in foro exteriori posset puniri, num. 3.

CONSILIVM XLIII.

**Q**uarta in vno loco, puta excommunicatus, concubinaris, est vbi que talis, & sine peccato potest ut talis alij ignorantibus revelari: nec Episcopus, etiam ubi haec ignorantur, potest cum tali vti facultate cap. 6. sess. 24. sacri Conc. n. 4.

**I**nfamis est in foro exteriori, qui iniuste tamquam fur fuit per sententiam iudicis suscitatus, seu ictibus sustulit casus, at in foro conscientiae secus, si sententia, & per consequens etiam suscitatus fuit iniuste: vnde ubi praedicta omnino ignorantur, potest ordinem postea suscipere, num. 5. licet in foro exteriori posset puniri, num. 3.

conscientiae: quia crimen impositum ei non fuit probatum, & crimen confessum erat aliud a crimine, cuius accusabatur, & quod metu tormentorum fuit falsè confessus illud: & consequenter sententia erat coram Deo iniusta, & etiam fustigatio.

**3** AD TERTIAM respondeo, quod per praefatam ordinationem nullam censuram, nec irregularitatem contrahit, licet censendus sit deliquisse male ordinem suscipiendo quo ad forum, in quo censetur infamiam incurrisse facientem eum indignum ad ordines, quos suscepit, & posset ob hoc castigari, & deponi, vel suspendi ab omnibus susceptis.

**4** AD QVARTAM, quod ordinarius non potest virtute praefati cap. quicquam super hoc facere: quia nec infamia, nec causa eius sunt occulta quo ad foru exterius.

**5** AD QVINTAM respondeo, quod si patria praedicti D. Ioannis est, ut ipse ait, distansissima a loco, in quo ei hoc infortunium contigit, & probabiliter creditur, quod nemo scit, nec sciet illud ibi, nisi ipsemet reuelat illud, quod ego credo, optimum remedium fuerit ei tacere hoc perpetuo, & inferuire Deo ibidem, attento quod non videtur incurrisse praedictam infamiam quo ad forum conscientiae, & quod in foro exteriori non inculcabitur ibi.

SVM MARIUM.

- 1 Capitulum sede vacante succedit in omnem iurisdictionem episcopalem per se, vel per alium ad id idoneum exercendam, & successiue inuitandi Episcopum alienum ut celebret ordinationes in sua Ecclesia, & dandi licentiam suis clericis, ut ordinentur ab eo, num. 2. & 3.
- 3 Ad legem seu potestatem iurisdictionis spectat concedere alicui Episcopo, ut in concedentis diocesi possit ordinationes tenere, & alia pontificalia exercere, ac licentiam subditos ordinare.
- 4 Capitulum intra annum a die vacationis sedis episcopalis non potest dare litteras dimissorias seu reuerendas, sed bene post illud.
- 5 Intellectus cap. 5. sess. 6. Concilii Tridentini.
- 5 Episcopus ex privilegio non potest ordinare in aliena diocesi sine licentia ordinarij, & nisi clericos illi ordinario subiectos.
- 5 Episcopus vicinus, vel alius communionem Sedis Apostolicae inuitatus ab ordinario potest supplere vices suas, & celebrare ordinationes generales.
- 5 Canon exorbitans a iure communi non est extendendus ad ea, quae non comprehenduntur sub eius verbis.

CONSILIVM XLIIII.

**E**PISCOPVS Vifellensis sede vacante Ecclesie Turritanae rogatus a Capitulo post lapsum anni, ut celebraret ordines in ea, ordinavit clericos eiusdem approbatos per Capitulum, & clericos suae diocesis approbatos per semetipsum, & alios aliarum diocesium cum litteris dimissorijs. Consecrauit item aliqua de licentia eiusdem Capituli, & exercuit pontificalia. Queritur an haec iuste facere potuerit?

**1** Respondeo affirmatiue potuisse illa iuste & sanctè facere. Primo quidem, quia cum agitur de potestate Capituli sede vacante, facienda est regula affirmatiua, videlicet quod Capitulum succedit in omnem iurisdictionem episcopalem per se, vel per alium ad id idoneum exercendam, per iura citata a & per aliquot alia, quae Franciscus Pavinus ad hoc adducit. b At praefatus Episcopus Vifellensis potuisset rogatus ab Archiepiscopo Turritano viuentem praefata omnia facere, ergo etiam potuit de licentia Capituli sede vacante.

**2** Secundo, quod etiam alia regula specialior habet, quod Capitulum succedit sede vacante in facultate rogandi & inuitandi Episcopum alienum ad celebrandum ordines in sua Ecclesia vacante, & dandi licentiam clericis suae diocesis, ut ordinentur ab eo per iura multa c & alia, quae adducit idem Pavinus d quamuis quibusdam parum necessarijs, se idem occupet.

**3** Tertio, quod haec omnia: quae fecit praefatus Episcopus, pertinent ad legem iurisdictionis, ut glossa recepta docet e & ut praedictum est, Capitulum sede vacante succedit regulariter in omnem iurisdictionem episcopalem.

**4** Quarto, quod non obstat f Concilium Tridentinum quatenus admittit Capitulo facultatem dandi litteras dimissorias, siue reuerendas intra annum a die vacationis, non autè de ijs, quae potest facere post annum a die dictae vacationis, ut

a Ca. his que. & c. cu olim. de maior. & obed. cap. si Episcopus de suppl. neglig. pralat. l. 6. vbi bona gloss. verbo spiritualium. & etiam in d. ca. huiusmodi. verb. pacis. b In tract. de potest. ca. sede vac. l. par. g. l. a num. 3. c Cap. pontifices. 7. quest. 1. & dist. cap. si Episcopus. & gloss. in d. ca. & per ca. cu nullus. de temp. ord. l. 6. d In prima parte praefati tractatus. qu. 3. e In cap. dilectus. de off. ord. d. cap. 10. sess. 7.

a De reform. sess. 6.

b 7. quest. 1.

c Capi. que a iure de regul. lib. 6.

d Le. adigere. & quamuis. ff. de iur. patron.

e Le. na quod absurdum. ff. de bonis lib. 6.

f Ca. 1. de seru. mio ab ordi. fac. g L. si posside. ris C. de prob. tionibus. & gloss. le. neque natales. eodem tit. h Cap. quia non est verisimile. de praesumpt.

sunt quae proponuntur, quae post illum contigerunt.

**5** Quinto, quod non obstat etiam c. vlt. a eiusdem Concilii quatenus habet, quod Episcopus respectu privilegij dati sibi ad conferendum ordines in aliena diocesi, non debet ordinare sine licentia ordinarij, nec cum ea, nisi clericos illi ordinario subiectos: quia ille canon loquitur de Episcopo ordinato ratione privilegij sibi ad id concessi: in casu autè proposito agitur de Episcopo rogato, & inuitato, ut ordines generales celebraret ratione iuris communis, quod habet, ut vicinus Episcopus, vel alius communionis sedis Apostolicae habes rogatus & inuitatus ab ordinario possit in sua diocesi vices suas supplere, & celebrare ordines, iuxta c. pontifices, b & alia supra citata. Quae canonem sic esse intelligendum, probatur primo, quia exorbitat a iure communi: & ideo non est extendendus ad ea, quae non comprehenduntur sub eius verbis, c & constat eum, qui huiusmodi rogatu, sine illo alio privilegio praefato ordinari, non ordinare praetextu privilegij. Secundo quod ratio, quae mouit Concilium ad id statuendum, fuit, ut arceret abusus, quos multi Episcopi titulares ratione privilegiorum Apostolicorum adhibebant ordinando tum temporibus a iure statutis, tum alijs: quod cessat in nostro casu, & ita cessare deberet canon, etiam si verba illum comprehenderent, d quae tamen nullatenus eum comprehendunt. Tertio, quod sequeretur praefatum Vifellensem Episcopum non potuisset ordinare etiam clericos sui episcopatus, quod nemini videbitur verisimile.

**6** Sexto, quod non solum consuetudo antiqua, sed etiam recens, etiam post Concilium seruata, etiam per ipsosmet Episcopos, qui interfuerunt ei, habet, ut omnes Episcopi rogati ab eis ad suppleendum vices suas, & ad celebrandos ordines generales statutis a iure temporibus, ordinet omnes illos, quos ipsimet ordinare possent, si per se ordines celebrarent.

**7** Septimo, quod alioqui post praefatum Concilium nullus potuisset, nec posset ordinari ab vilo Episcopo generales ordines pro alio celebrante cum clericis illius Episcopi, pro quo celebrat, quod consequeretur plurimas presbyterorum centurias male ordinatas, & quotidie male ordinari, quod videtur absurdum, & ideo non dicendum, e Salua, &c.

SVM MARIUM.

- 1 Dispensandi commissionem habens cum aliquo ad omnes ordines, in dubio in primo actu censetur ad omnes dispensasse, & non ad primos solum.
- 1 Dispensatus ad sacros ordines suscipiendos creditur is pro quo superior Papa supplicauit, & ad minores ordines suscipiendum.
- 2 Credenda sunt que communiter accidunt, non autem insolita, regulariter.

CONSILIVM XLV.

**Q**uidam praelatus regularis petit a Papa verbo, ut posset habitare N. suum religiosum ad omnes ordines: qui praelatus, ordinationis tempore adueniente, dicto N. dedit reuerentiales ad quatuor minores, & subdiaconatum: quibus susceptis praelatus mortuus est, & ipse N. de licentia successoris alios maiores ordines accepit. Dubitatur an sit rectè ordinatus.

**1** Respondi, mea sententia credere posse praedictum religiosum se esse rite ordinatum: quia probabiliter credere potest, quod praelatus suus fecit eum habilem ad omnes illos simul, si Papa ei commissit potestatem id faciendi: quoniam non est verisimile, quod praelatus particulatim eum habilitabat nunc ad hunc ordinem, nunc ad alium: non enim erat boni & prudentis praelati id facere cum periculo, quod ipse mortuo, oporteret iteru refugere ad Papam, & comunis stylum commissariarum ad habilitandum quae ad omnes ordines est, ut vnico actu id faciant: & non est praesumendum quid stultum & malum de bono praelato. f

Et quae communiter accidunt, sunt regulariter credenda, g & insolita non sunt credenda. h Quamuis ad redundantem cautelam posset peti a summo Penitentiario, ut dictam ordinationem haberet ratam, & dispensaret super irregularitate, si & quatenus opus esset, quamuis mihi videatur non esse opus. Salua, &c.

SVM MARIUM.

- 1 Ordinatus sacris sine titulo olim erat suspensus.
- 1 Pena ordinati sine titulo in poenam ordinantis mutata quando

- 1 habeat locum. nu. 4.
- 2 Fraus & dolus nemini debent patrocinari.
- 2 Ordinatus cum titulo quae sita cum pacto restituendi suspensus.
- 3 Ordinans alere non tenetur ordinatum, qui se patrimonium habere mentitus est.
- 3 Ordinatus sine titulo quando post Concilium Tridentinum est suspensus, si decepit ordinatorem.

CONSILIVM XLV.

**A**n promotus proprio motu Episcopi sui ad titulum patrimonij, quod reuera habebat, sed erat & est subiectum restitutioni dotis matris suae, quae iam erat monialis, & est nunc septuagenaria, & ipsa bona a promotore possidentur, & ita ratione illius sunt immunia ab onere gabelle: verum tamè est, quod ipsum patrimonium forsitan non est sufficiens ad iustam ipsius promoti sustentationem: an sic ordinatus post Concilium Tridentinum sit suspensus, & cum celebraverit, irregularis?

**R**espondeo, quod in hoc argumento duae quaestiones videntur proponi. Prima, an patrimonium illud dicatur sufficiens, ita ut ordinatus excusetur a peccato, & poena peccati. Secunda, an praesupposito, quod non fuit sufficiens, incurritur suspensio ad iudicium ordinis ad illud.

**A**D PRIMAM QVAESTIONEM non videtur posse responderi sine ampliori informatione.

**1** AD SECVNDAM respondeo, eam esse satis difficilis resolutionis. Pro qua facièda & fundanda, praesuppono, quod ordinatus ordine sacro absolute, id est sine titulo patrimonij, vel beneficij, est suspensus secundum canones antiquos, cap. neminem. & cap. sanctorum. 70. dist. Secundo dico, quod illa poena fuit commutata ab Innocentio III. a in poenam ordinantis, quae cogit alere ordinatum. Tertio dico, quod illa mutatio videtur restringenda ad ordinatum, qui bona fide ab Episcopo scienter, vel debentè scire eum non habere quo aleretur, ordinatur, non autem videtur comprehendere illum, qui per mendacia & fraudem fingendo titulum decepit Episcopum.

**2** Tum quia dolus & fraus alicui non debet patrocinari. b Tum quia aliquoquin ordinans sine culpa puniretur, contra c. 2. de constituto. & ordinatus cum culpa esset a poena immunis, contra legem sancimus. c Tum per c. per tuas, d quatenus habet, eum qui ordinatur ad titulum patrimonij quae sita cum pacto de restituendo illud post ordinationem, esse suspensum, donec dispensetur cum eo.

**3** Facit quod Decius, e dicit ordinatorem non teneri ad alendum ordinatum, qui se diuitè esse dixit. Quarto quod innovatio poenarum contra absolute ordinatum, quae facit Concilium Tridentinum, videtur intelligenda de poena praefatorum canonum neminem, & sanctorum quae fuit sublata per d. cap. cum secundum & consequenter tantum de poena illorum, qui ordinantur decipientes ordinatores, affirmando se habere beneficium, vel patrimonium, & monstrando vel probando aliqua, per quae ordinator probabiliter credit ordinatum, ut in casu d. c. per tuas. Tum quia non fuit, nec debuit esse intentio Concilij Tridentini, destruere praefatam decretalem, cum sit providentissime facta. f Tum quia innovatio praefata satis utilis est, intellecta de poenis, quas meretur decipientes ordinatorem, & cum sit poenalis, non est extendenda ad alium casum, h praesertim in quo non est eadem ratio.

Ex his infertur resolutio casus nostri, nepe, quod si praefatus ordinatus decepit suum ordinatorem, dicèdo quod habebat titulum patrimoniale sufficientem, ita quod probabiliter ordinator credit, & debuit credere, incurrit suspensionem, & celebrando irregularitatem, & ordinator non tenetur eum alere: & contra si ordinatus non decepit ordinatorem, ipse est immunis a suspensione, ordinator autem est obligatus ad eum alendum per d. c. cum secundum, Salua, &c.

DE AETATE, ET QUALITATE, ET ORDINE PRAEFICIENDORVM.

SVM MARIUM.

- 1 Infantis ad beneficium presentatio & institutio est inualida: & pueri ante quartum annum beneficij habentis administrationem de iure, & per Concilium Tridentinum etiam aliorum sunt incapaces.
- 1 Beneficium simplex per adeptorem curati non vacat.

a Sess. 14. de reform. b Sess. 14. de reform. c De tempor. ordin. d Ca. 17. nu. 249. e 6. quest. 2.

f Sessio. 14.

a Ca. cum secundum. de praebend.

b Capi. sedes. de rescript. l. e. traque iudic. ff. de iur. c. de poenis. d 3. de simon.

c Ca. Episcopus. nu. 13. de praebend.

f Cap. 2. sess. 21.

g Arg. ca. ecclesia vestra. 2. de elec. & l. si quando. C. de inofficio. testam. h Cap. poena. de poenis. di. 1.

CONSILIVM I.

Quidam patroni presentauerunt ad simplex beneficium N. adhuc minorem septennio, qui statim institutus ad titulum illius fuit ad minores ordinatus, & factus legitime etatis obtinuit parochialem. Queritur, an presentatio & institutio predicta valuerint, & an per ascensionem parochialis vacauerit illud simplex beneficium.

In presentati casu non valuit presentatio, neque institutio facta, non quidem ea ratione quod infans incurrat suspensionem per promotionem ad ordines minores ante septimum annum complerem, sicut promoti ad maiores eam incurrit, si ante legitimam etatem promouentur, per extrauagantem cum ex sacrorum Pij I. quia illa tantum disponit de promoti ad ordines sacros: sed alia ratione irrefragabili est nulla, quia infans est incapax beneficii ecclesiastici, vt dicit Innoc. a ab omnibus receptus, vel salte a nemine reiectus. pro quo facit ca. fi. b quatenus habet infantem ordinari no debere, & glossa recepta, c quatenus, d habet infantem indignum esse omni beneficio etiam simplici. Alia item ratione videtur idem concludi, videlicet quod pueri ante quatuordecim annos non sunt idonei ad obtinendum beneficium etiam simplex per se stans, & requirens regimen, quale est hoc, de quo agitur, vt Hostiensis que sequitur predicta glossa & Panorm. cum comuni, e affirmat, & Concilium Trid. f statuit.

Caterum predictum beneficium simplex non vacaret per ademptionem curati ipso iure, si collatio tenuisset, g per locum ab speciali. h Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Pensatio ad beneficium curatum, & institutio facta minori 25. annorum est nulla, & debet a Papa cum consensu patroni adhuc durantis peti noua prouiso. & nu. 3.
2 Intrusus censendus minor 25. annis, qui presentatus & institutus ab ordinario, fructus de beneficio curato capit.
3 Intrusio & fructuum perceptorum mentionem facere tenetur male prouisus petens a Papa confirmationem.
4 Parochus nulliter institutus debet abstinere nedum a fructuum perceptione, sed etiam ab omnibus, que spectant ad rectorem.

CONSILIVM II.

Patronus laicus ad beneficium curatum tunc vacans clericum prima tonsura, & etatis sua 23. annum agentem presentauit, qui fuit ab ordinario de dicto beneficio curato institutus, & per annum & ultra virtute presentationis, & institutionis per vicarium in dicto beneficio seruiuit, & fructus ex eo percepit: & modo cum in proximo mense impleat 24. etatis annos, & 25. incipiat. Queritur vtrum perceptos fructus suos absque dispensatione faciat, & an presentatio & collatio predicta sit nulla, & vtrum completa etate, noua egeat prouisione: & casu quo egeat, petit remedium, vt licite valeat dictum beneficium retinere.

Pro resolutione omnium que supra queruntur, dico primum, presentationem prefatam fuisse inualida, & ipso iure nulla, quippe quod fuit per ea presentatio indignus etate, quam beneficium curatum, ad quod fuit facta, requirit necessariam. Illa enim requirit etatem 25. annorum saltem ceptorum. i

Dico secundum, quod institutio, qua ordinarius prefatum presentatum instituit, est etiam ipso iure nulla, k & consequenter tam patronus presentando, quam ordinarius instituendo, grauiter peccauerunt. l

Tertium, quod predictus presentatus capiendopossessionem virtute prefate presentationis, & institutionis, videtur vitium intrusionis contraxisse, iuxta ea que tradit Felinus. m

Itaque collatio, & impetratio de illo facta no expresso vitio intrusionis esset nulla per opinionem magis receptam: & si quos fructus cepit prefatus presentatus & institutus, debet facere mentionem de illorum perceptione in impetratione, per ea que citat Felinus. n

Quartum remedium prefatorum optimum est, primum penitere multum presentantem, presentatum, & instituentem sui peccati in dando & accipiendo titulum, & insuper presentatum peccati, quod admisit accipiendopossessionem, ponendo vicarium, & agendo aliquos actus, quos licite non poterat agere, nisi canonic institutus. Deinde supplicare Sanctissimo D.N. vt dignetur prefatam institutionem ab ordinario factam confirmare, & si, & quatenus opus est, nouam collationem de consensu patroni, qui adhuc perdurat, facere cum dispensatione, vt predictus consulens possit iuste accipere, & retinere ante 25. annum prefatum beneficium, nariatis in petitione omnibus prefatis effectque vtile exprimere presentantem pertinere ad personam illustrem, & petere, quod etiam dispenseret, vt intra annum a data literarum possit omnibus sacris etiam presbyteratus ordinari, attento quod beneficium est curatum.

Quintum, quod conuenit, vt scribatur prefato presentato, ne vllos fructus capiat, antequam prefata impetratio obtineatur: immo quod abstineat ab omnibus, que ad iustum rectorem illius beneficii iure pertinent. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Prouisus de curato, sed nulliter ob defectum etatis, ac non promotus, horas non recitans, plura committit peccata, primum admittendo collationem, secundum accipiendo possessionem, tertium & quartum propter erroneam conscientiam, dum falso putat se ad horas & ad promouendum teneri, id non prastitit.
2 Compositio pro fructibus male perceptis tunc liberat, si illi ad eos, cum quibus se composuit, vere pertinebant.

CONSILIVM III.

Agens etatis sue annu xvj. fuit de quodam archiepiscopatu in quadam cathedrali, auctoritate ordinaria, nulla super defectu etatis dispensatione obtenta, prouisus, & illum per annos xj. possedit, & in lite que per annos noue durauit, ex capite quod aduersario ius non competebat, obtinuit: & quia Capitulum preterebat fructus beneficioru litigiosorum ad ipsum spectare, cum illo soluta quarta parte circiter se composuit, & multas preterea in lite expensas fecit: verum quoniam ultra prefata, nec habitum gestauit, nec horas recitauit, nec ad presbyterium se promoueri fecit: dubitat adhuc, an ad aliquam restitutionem teneatur, vel pro dictis fructibus se componere debeat.

Respondeo primo, prefatum E. debere multum penitere. Primum quidem, quod acceptauit collationem archiepiscopatu factam a Capitulo sibi non habenti legitimam etatem. Deinde, quod accepit possessionem cum titulo minime canonico. Tertio, quod non vixerit clericaliter, nec recitauerit Horas canonicas, putans se teneri ad recitandas eas, & ita peccauit omittendo eas contra conscientiam: quamuis verè non tenebatur ad dicendas eas, quia verè non habebat beneficium, cum prefatus archiepiscopatu non esset illius. Quinto, quod non fuit promotus ad presbyterium, cum tamen crederet, vel credere deberet se teneri ad illud, quamuis verè non teneretur: quia, vt dixi, ille archiepiscopatu non erat suus.

Secundo respondeo, quod non tenetur ad restitutionem fructuum illorum annorum, pro quibus se composuit cum Capitulo, si verè est, vt narratur, quod fructus beneficiorum, super quibus litigatur, &c. pertineant ad Capitulum.

Tertio, quod consulendum videtur ei, vt partim pro penitentia tot peccatorum, partim pro tranquillitate sua conscientia, partim quia non omnis sententia, que tuetur in foro exteriori, tuetur & tranquillat in interiori, restituat, aut certe componeret se super fructibus perceptis a tempore, quo desuerunt illi pertinere ad Capitulum, per multa que non vacat scribere. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Beneficium habens curam iurisdictionalem spiritualem, dicitur habere curam animarum.
2 Dignitas iurisdictionem spiritualem habens minori 25. annorum non confertur, in quo & ad causandum vitium execrabili, equiparatur parochiali. nu. 3.

CONSILIVM IIII.

AN qui est minor 25. annorum possit obtinere dignitatem curam iurisdictionalem habentem, & an idem tempus requiratur ad huiusmodi dignitatem, ad habentem curam animarum?

Respondetur primo, quod propositio questionis videtur secum pugnare, quatenus presupponit esse aliquod beneficium non habens curam animarum, & habens curam iurisdictionalem. quia omne beneficium habes curam iurisdictionalem spiritualem visitandi, excommunicandi, interdicendi, & alia huiusmodi spiritualia faciendi, censetur habere curam animarum, iuxta text. in hoc celeberrimum, a vbi hoc adnotauit Panor. b Quoniam duplex est cura animarum. Altera fori conscientia, de qua in c. omnis. c Altera fori contentiosi, de qua in dict. cap. d in quo tam Zenzelin. in gloss. quam habet inter extrauag. Ioan. xxij. quam Guliel. in gloss. quam habet inter communes id adnotauerunt ante Panor. licet ipse non alleget illas.

Secundo, quod dignitas habens iurisdictionem spiritualem predictam fori contentiosi non potest conferri ei qui xv. annum non attigerit. e Nec obstat c. r. f quod permittit Episcopus conferre dignitates no curatas habentibus. 20. annos completos: neque Concil. Trid. g quod permittit eadem conferri non minoribus 22. annis: quia loquitur de dignitatibus non habentibus curam animarum, quastio autem proponitur de dignitate habente curam iurisdictionalem, & consequenter de habente curam animarum per supradicta.

Tertio, quod idem est dicendum de huiusmodi dignitate, quod de ecclesia parochiali, quo ad etatem, immo etiam, quo ad modificationem extrauag. execrabilis Ioan. xxij. h adiunctis glossis supradictis Zenzel. & Guliel. i Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Pralato collegiata nullo iure prescriptum est certum tempus, intra quod teneatur ordinari, at monitus ordinari tenetur proximis temporibus.
2 Pralatus collegiata suo inseruiendo Episcopo non excusatur a residentia, nisi magna urgeat causa.

SVM MARIVM.

Queritur, quando teneatur promoueri prelatatus aliqui ecclesie collegiata curata?

Respondetur, quod non est statutum iure communi, etiam Tridentino, intra quod tempus teneatur huiusmodi prelatatus fieri presbyter, sub pena priuationis ipso iure incurrenda: debet tamen promoueri proximis a iure statutis temporibus, si monitus a superiore fuerit, vt id faciat, k & ibi Panor. Francus. l

AN PRODERIT eidem absentia, quo ad forum conscientie, percipiendo fructus, q. inseruiat Episcopo suo: m

Respondetur, quod non, nisi magna causa urgeat Episcopum ad retinendum eum in suo seruitio: qua est opinio Panor. in d. c. ad audientiam, Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Irregularis post assumptos ordines sine sui culpa, puta ex mutilatione factus, omnia vt prius exercere potest, quibus dictus defectus non contrariatur: at qui ob defectum etatis ex sua culpa incidit in suspensionem, & successiue ministrando in irregularitatem, nihil de omnibus, que sunt specialiter actui cuiusvis ordinis deputata, nu. 3. ita vt nec in officii defunctorum possit dicere, Dominus vobiscum, nec collectam quam soli presbyteri in illis solent dicere. nu. 4. celebrando tamen, nouam non incurrit irregularitatem. nu. 2.

CONSILIVM VI.

Sacerdos ante legitimam etatem creatus, an licet non possit sacrificare, alia tamen valeat exercere munera, qua alii sacerdos non irregularis potest?

Respondetur sequentia, Primum, eum, qui factus est irregularis sine culpa sua, vt cui abscissum est aliquod membrum violenter ab alio sine culpa sua, posse gerere omnia munera, quorum exercitio non repugnat abscissio illa, per ca. 2. n vbi Panormitanus communiter receptus id adnotauit.

Secundum, quod nullus irregularis, celebrando contra iura, incurrit nouam irregularitatem: qua est doctrina Innocentij recepti, o quem post alios etiam nos sequimur in Manual. confessari. p

Tertium, quod irregularis, de quo in casu proposito, ex culpa sua est irregularis, & ideo non solum arceatur a missa facienda, sed etiam ab omnibus illis actibus, qui sunt ordinibus specialiter deputati, a quibus etiam est alienus, sicut interdictus, secundum theoricam Imola. q

Quartum, quod predictus consulens non potest absque peccato dicere in officii defunctorum illa verba, Dominus vobiscum, neque dicere orationem, quam soli presbyteri in talibus officii solent dicere tamquam sacerdotibus: quia illi actus peculiare sunt presbyterorum. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Legi bona fide auctoritate sui prelati contrariens non peccat.
2 Dispositio generalis, cum militat diuersa ratio, minimum non includit.
3 Paruitas rei furto substracta excusat a mortali.
4 Legem humanam male intellectam, si subsit aliqua occasio sic male intelligendi, frangens, non peccat.

CONSILIVM VII.

In quadam religione statuto cauetur, ne aliquis ad dignitates promoueat, nisi qui litteris duodecim annos operam dederit, scilicet octo ante ingressum, & quatuor post ingressum religionis studiis & aliis operibus, que studia concernunt, concionando scilicet, & aliis huiusmodi instituit. Quidam antequam dicta religionem ingrederetur, septem circiter annis interpolatis studuit, & post illius ingressum quinq; prefatis negotiis, siue operibus instando, cum nondum per 25. dies duodecim annorum compleuisset, bona fide collationem abbatia a suo Generali factam sibi acceptauit. Queritur an sit tutus in conscientia.

Respondeo putare me prefatum D. consulentem non peccasse saltem mortaliter quo ad forum conscientie acceptando prefatam abbatia bona fide auctoritate sui Generalis. Tum quia constitutio prefata non requirit simpliciter studium continuum duodecim annorum, sed quod studuerit octo annos, & alii quatuor in religione manserit, & studiis, & aliis negotiis, quae studiis dicendi, vel concionandi, & alia huiusmodi requirunt, instituit: & is de quo agitur instituit quinque annis pro quatuor, quibus instare tenebatur.

Tum quia potuit tam ipse, quam prefatus Reuerendiss. Generalis probabiliter credere, quod prefata constitutio non haberet locum in defectu loquens & minimo: quoniam licet regulariter dispositio loquens generaliter etiam minimum includere videatur, iuxta c. 2. a fallit tamen, quando ratio, qua militat in magno, no militat in minimo, vt b adnotauit Panormitanus, & est textus in c. etsi questiones, c nam isto casu parum & nihil equiparantur, vt notat Bal. d Et ideo statutum, quod imponit penam pro vulnere, non habet locum in leui vulnere, vt notat Bart. e Et ita prefatus consulens, & Reuerendiss. Generalis probabiliter credere poterunt, quod in casu proposito defectus ille minimus viginti circiter dierum non erat attendendus respectu temporis magni duodecim annorum.

Tum quia S. Thomas communiter receptus, f tenet, quod etiam lex de non furando, qua de se obligat ad mortale, non obligat furem paruum rei ad peccatum mortale: pro quo solet allegari ca. vnum. g Tum quia de aequipollentibus non refert quod fiat. h At studium quod fecit ante ingressum ordinis, & quintus annus, quo post studiu Theologiae incubuit in conciones, & in alia studia requirentia, aequipollet, immo superat defectum prefatorum circiter viginti dierum, ipse factum coram Deo: ergo illud supplebit predictum defectum paruum.

Tum quia Innoc. tenet, i eum qui contrauenit legi positivae humanae, eo quod male illam intellexisset, excusari a peccato: & D. consulens male intellexit prefatam constitutionem, putando quod defectus studij tam parui temporis non noceret ei, & quod studium plurium annorum praecedens ingressum religionis iuuaret eum, & ita quia potuit ob prefatas rationes occasionem aliquam habere credendi illud, excusatur a peccato mortali coram Deo: quamuis in foro exteriori possit a maleuolis inquietari, a quibus per prefata fati defendi posset in pratorio iudicium eruditorum.

DE SACRA VNCIONE.

SVM MARIVM.

- 1 Balsamum Indicum verum est balsamum, & ex eo potest confici chrisma.
2 Chrismatis de essentia prout est materia necessaria sacramenti, non est balsamum. num. 4. & 8.
3 Confirmationis materia est chrisma ex oleo & balsamo, sed deficiente

In cap. cum nostris. de concess. prebend. De tempor. ordin. lib. 6. In cap. si eo tempo. de rescript. eod. libr. In verbo etatem. In ca. super inordinata. de prebend. Ca. 6. de reform. l. 24. Cap. preterea. de preb. Ca. de multa. Eod. tit. In cap. cum in cunctis. s. inferiora. de electione. Per eundem s.

Arg. ca. graue. de preb. In ca. in nostra. corollario. 2. de rescriptis.

Vbi supra.

In ca. dudum. 2. vers. san-dem. de elect. Nu. 7. & 8. In cap. de multa. n. 24. de prebend. De penit. Chremis. De multa In extrauag. execrabilis. Ioannis xxij. s. fin. Per ca. cum in cunctis. s. inferiora. de electio. De etate & qualitate. lib. 6. G. Sess. 24. ca. 12. de reform. h. De prebend. i. Per s. fin. ip. sum.

Ca. cum in cunctis. s. inferiora. de electio. In ca. statutum. de electio. lib. 6. m. Iuxta cap. ad audientiam. de clericis no resident.

De cleric. agrot.

In ca. celebrat. de clerico excommunicato ministr. p. Cap. 27. n. 194. q. In ca. s. de excess. prelat.

De appel. In cap. si propositio. de rescriptis. b. In dicto ca. 2. de appel. c. De simon. In ca. servulus. 12. q. 2.

In auth. preterea. C. unde vir. & uxor. c. In leg. praedium. C. de adilit. edit. cu similibus. f. In 2. 2. q. 59. art. 4.

G. S. fin. 25. di. h. l. fin. ff. ma. da. ca. licet ex quadam. de rescriptis. i. In cap. per suas. 2. de simon.



- ctus sacramenti non annullat sacramentum.
- 3 Confirmatus per vñtionem olei tantum, iterum vngi debet chrismate. & s.
- 4 Balsamum non est de substantia sacramenti, sed de precepto. n. 7.
- 5 Chrisma idem quod vñtio significat.
- 6 Confirmatio male ministrata tenet, sed supplendum quod defuit.
- 8 Chrisma faciendum ex oleo & balsamo, sed oleum tantum est de essentia sacramenti.
- 9 Confirmatio solo oleo facta secundum communem non est iterans sed supplenda, & quomodo. nu. 10.
- 10 Sacramenti ad reiterationem non sufficiunt materia, & verba sine intentione.

CONSILIVM I.

**A**n expediat, & quomodo, concedere Episcopis Hispaniæ, vt liceat eis vti balsamo Indiarum Occidentalium, quia deest Orientale balsamum?

**1** Respondeo, quod hæc quæstio videtur pendere ex solutione vnius quæstionis facti, & alterius iuris. Quæstio facti est, an balsamum Indicum sit verum balsamum: quæstio vero iuris, an balsamum sit de essentia vel substantia chrismatis, quo Sancta mater Ecclesia vitur in sacramentis, an solû de necessitate precepti, quo illa statuit balsamum miseri oleo, quo fiat chrisma. Si enim balsamum Indicum est verum balsamum, frustra est quæstio: & si balsamum non est de substantia, sed tantum de precepto iuris humani, facile S. D. N. omnium desiderio prouidere potest.

**AD PRIOREM QUESTIONEM** facti videtur respondere Plinius lib. 12. c. 25. (pro quo apud Scotum vitio impressio est India, c) per quod significat in sola Iudæa illud reperiri, cui consequens est indicum non esse verum balsamum, sed eius auctoritas non cogit nos id credere. Tum quia multa ille asserit, quæ alij negant. Tum quia multæ orbis partes, tum terræ continentis, tum insularum, nostra ætate repertæ sunt, quas etiam Arist. Aug. Lactant. & alij eruditione illustres viri ignorauerunt, in quibus multæ arbores, multæ radices, & herbæ antea incognitæ Europæ innotuerunt. Tum denique quod ipso Plinio auctore arboris balsami tria sūt genera: & fieri potest, quod licet in Iudæa non sint nisi tria, in alia tamen orbis parte tunc ignota essent plura: fieri etiã potest, quod balsamum sit genus subalternum, quod multas habeat species speciosissimas alias ab illis tribus quas ille tradit, & consequenter quod Indicum balsamum sit verum balsamum, licet nō sit eiusdem speciei specialissimæ, cuius sunt illæ tres Iudæicæ: sicut etiam pyrus est genus subalternum ad multas species pyrorum, vt & vitis est genus ad multas species vitium. Equidem ipse facile crediderim etiam apud Indos esse varias species balsami, quorum alia pretiosiorum & odoratiorum succum, quam alia, manant. Quod factum arbitror, vt Episcopi orbis noui sine vilo scrupulo cōficiant chrisma ex oleo & balsamo Indico, immo & multi orbis Hispanij, quod satis exprimit etiam Sotus.

**2 AD SECVNDAM** respondeo, quod pro parte asserente illud esse de substantia & essentia chrismatis, ita quod sine illo non potest consistere chrisma, facit primo c. 1. ibi, *Chrisma, quod ex oleo fit & balsamo mystica ratione, & paulo post ibi, Hoc vnguento caput & manus Episcopi consecratur.* vnguentum enim aliquid aliud vltra oleum require videtur. Facit etiam ratio, quam contextus appellat ibi mysticam, videlicet quod chrisma, quatenus cōstat ex balsamo, significat odorem famæ bonum, quem debet habere vñctus, iuxta illud Apostoli. *Christi bonus odor sumus.* Facit item illud c. ibi, *Vt omnes concurrant in odorem illius vnguenti, cuius nomen oleum est effusum.*

**3** Secundò, quod Concilium Florentinum in decreto vñtionis Iacobinorum & Armeniorum habet, materiam confirmationis esse chrisma ex oleo & balsamo confectum. Tertio, quod Sotus, & dicit pro hac parte esse vniuersalem fere omnium sententiam. Quarto, quod c. 1. h. adiuctis iis quæ adnotant Inno. Host. & alij, probat quod confirmatus per vñtionem olei tantum, debet iterum vngi chrismate ex oleo & balsamo confecto, & nō sufficit vngere balsamo, & debet repeti forma cōfirmationis, *consigno te, &c.* per quod significat, non esse tam supplendum omissum, quod defuit confirmationi, quam eam de nouo iterandam.

**4** His tamen non obstantibus, contrarium affirmat Ca-

**A**ictan. a quæ nos olim secuti fuimus in Manua. confess. b & postea secutus fuit etiam Dominicus à Soro. c Pro qua parte videtur esse fundamentum firmum. d in quo Inno. I. I. rogatus de confirmato linitione olei tantum, respondit nō esse iterandum sacramentum, sed quod defuit supplendum, cum tamen necessario debuisset respondere illud esse iterandum, si admixtio balsami fuisset de substantia, quod est materia sacramenti cōfirmationis, secundum omnes, cum nullum fuisset sacramentum, quod sine materia substantiali & essentiali consistere non possit etiam secundum omnes.

**5** Secundo facit, quod nullo iure videtur expressum contrarium. Tertio, quod verbum *chrisma* secundum propriam significationem, idem significat quod vñtio, deducitur enim à verbo *χρῖσμα*, quod est vngere, sicut vñtio à verbo *vngere*. Ad hoc autem, vt aliqua linitio dicatur verè vñtio olei, non requiritur vt balsamum admisceatur ei, vt probat prædictum c. 1. e quod multas vñctiones olei Regum, & Prophetarum, quæ sine mixtione balsami fiunt, appellat vñctiones, quod ipsum fit. r. Reg. 10. f

**6** Quartò, quod glo. g non dicit id quod ei Sotus imponit, appellando eam ridiculam, scilicet quod dicit, ideo in casu illius c. non esse iterandam confirmationem, quia nulla fuit. Quinimo expressè glo. ait ideo nō esse iterandam, ne fiat sacramentum iniuria, allegando in id c. quod quidam, h & ca. ostenditur, i per quorum allegationem, quia loquuntur de baptismo valido, licet male ministrato, præsupponit cōfirmationem, licet male ministrata esset, valuisse, & idē sentit Bernard. k & Ioan. And. Anton. & alij pro summario secundæ partis ipsius ponit hoc, *In confirmatio nō chrismatis, sed olei vñctione, non fiet iteratio, sed supplebitur prætermisum: sed nec Adrian. qui, licet teneat priorem partem, impoſuit eã prædictæ glossæ, neque Caiet. qui hanc partem tenet, reprehendit illam gloss. nec memini alios ibi contra tenere: & ita communis, immo omnium mens in illud c. comminiscendum est dicere, quod confirmatio tenuit, sed erat supplendum quod defuit.*

**7** Quintò, quod hoc ipsum videtur sentire S. Thomas m quamuis nec Caiet. neq; Sotus id ponderent in illis verbis, *Ideo oleum competit materia huius sacramenti: admisceatur autem balsamum propter fragrantiam odoris, quæ redundat ad alios.* per illam enim aduersariam, autem, inſinuat oleum quidē esse materiam substantialem, institutam à Christo, admixtionem autem balsami non item, sed de precepto tantum: vt in simili idem S. Thomas receptus dixit, n vinum quidē esse materiam substantialem Eucharistiæ sub specie vini, sed miseri ei aquam ad maiorem conuenientiam, vt colligitur ex cap. 3. o

**8** Sexto, quod non videtur verisimile D. N. Iesum Christum paupertatis cultorem Apostolos suos pauperes in vniuersum orbem dimissos, innumeros baptizatos, & confirmatos, voluisse onerare onere emendi balsamum, rem tãti pretij, quod sciebat in paucis terris inueniri, & nō posse ad tot alias adeo longè ab illis separatas comòdè aduehi, quo tamen in dies & horas tam ipsi, quam eorū successores administranda sacramenta essent opus habituri, si illud pro parte substantiali chrismatis instituisset.

**9** Ad primum argumentorum oppositorum respondetur concedendo Innoc. iij. p dicitur chrisma, de quo loquimur, fieri, immo & debere fieri ex oleo & balsamo: sed negando quod dicat vtrumq; esse de substantia sacramenti: sicut & Alex. Papa, q dixit aquam esse miscendam vino in consecratione calicis, & adeo quidē vt Cyprianus, r dicat adeo solum vinum non esse consecrandum, quod si contra fieret, inciperet sanguis Christi esse sine Christo. At tamen neuter eorum voluit dicere, quod aqua sit de substantia cōsecrationis vini, vt dicit S. Thom. receptus, s & probatur per c. Scriptura, t desumptum ex eodem Cypriano.

**10** Ad secundum responderetur concedendo Concilium Trid. probare chrisma debere confici ex oleo & balsamo, adeo quidem, quod mortiferè peccaret Episcopus, qui ex oleo solo id conficeret: sed negando, quod probet vtrumq; esse de substantia chrismatis, & materiæ confirmationis: sicut Alex. & Cypr. supra relati dicentes vinum aqua mixturum esse materiam sacramenti calicis, nolunt dicere vtrumque esse de substantia Eucharistiæ, vt prædictum est in responsione ad secundum.

*a In annotat. ad S. Thom. super 3. par. q. 72. art. 1. & 2.*  
*b Ca. 22. n. 8.*  
*c In 4. sent. dist. 7. art. 2.*  
*d Ca. de sac. non iteran.*

*e De sacram. vñct. f 15. & 16. & alibi sepe.*  
*g Ca. 1. de sacra. non iteran.*  
*h 1. quæst. 1. i Do consecrat. dist. 4.*  
*k In figuratio ne casus illius cap. 1 in 4. de sacra. confir.*

*m In d. art. 2.*

*n In 3. p. quæ. 74. art. 7.*

*o Ad iun. 1. & 2. de consecr. dist. 2.*

*p In cap. 1. de sacra. vñct. q Relatus in c. 1. de consecr. dist. 2.*

*r Relatus in ca. 2. eiusdem dist.*

*s Vbi supra. t Quod est tertium eiusdem dist. 2.*

*a Arg. c. cuncta per mundum. o. qu. 3.*  
*b Balsamum esse arbutulam vni terrarum Iudææ.*  
*c Concessam, vti similioris, quam myrto.*

*d De sacra. vñct.*

*e Ad Cor. 2. f In 3. quia vero.*

*g In 4. sent. d. 7. art. 2.*

*h De sacra. non iterand.*

**10** Ad tertium responderetur negando quod vniuersa fere omnium sententia teneat confirmationem factam vñctione folij olei benedicti esse nullam, & iterandam: quia contrarium patet per suprascripta.

Ad quartum responderetur, concedendo quidem Host. & posteriores dixisse, quod suppletio defectus balsami, quæ in confirmatione contingit, non potest fieri per solam linitionem balsami, & quod debet fieri illis verbis, quibus fit ipsa confirmatio, non quia confirmatio facta sine balsamo est nulla, sed quia non potest fieri suppletio per alium actum, nec per aliam orationem: quod declarat ibidē Antonius de Butr. Nec obstat quod suppletio per linitionem chrismatis facta cum eadem oratione, qua fit chrismatio siue confirmatio, est reiteratio sacramenti: quia ad reiterationem sacramenti non sufficiunt materia & verba sine intentione id faciendi, cum sine intentione debita conficiendi sacramentum, non conficitur illud, secundum Thoreceptum per omnes, a & ita cum secunda linitio non fiat intentione ministrandi sacramentum, sed solum supplendi defectum eius, quod illi iam ministrato defuit, non potest dici iteratio, sed suppletio. Salua, &c.

DE SACRAM. NON ITERANDIS.

SVM MARIVM.

- 1 Ordinatus per saltu peccat, & est suspensus, sed nō est irregularis.
- 2 Ordinis sacri iteratio irregularitatem inducit.
- 3 Bis ordinem sacrum sumens est irregularis.
- 3 Irregularis incapax beneficij.

CONSILIVM I.

**Q**uidam suscepit ordines sacros antequam suscepisset minores, & postea suscepit minores, & iterum maiores, & tandem beneficium. Quaritur an sit irregularis.

**1** Respondeo primò, quod cōsulens bis grauissimè peccauit: primò quidem, quod per saltum fuit promotus ad maiores ordines, omisis minoribus: secundò, quod bis suscepit ordines eisdem sacros.

Secundò respondeo, quod propter promotionem per saltum non est irregularis, sed solum suspensus, vt diximus in Manuali confess. b

**2** Tertio, quod propter iteratam susceptionem sacri ordinis incurrit irregularitatem secundum opinionem D. Antonini, quam secuti fuimus, c secundum quod non solum bis baptizatus saltem scienter est irregularis, sed etiam bis scienter suscipiens sacramentum inaprimens characterem indelebilem, quod non est iterabile per c. 1. d quod agit de bis ordinatis, & per cap. aditum. e quod agit de bis confirmatis: licet Scotus, vt ibi dixi, cōtra teneat non absq; valido fundamento: sed prædicta duo capitula cum consuetudine recepta, & ratione satis munita, visa fuerūt nobis satis probare casum hunc esse de expressis, in quibus irregularitas cōtrahitur, per quod respondetur fundamento Scoti.

**3** Quarto, quod cum in hoc casu agi videatur de retentione beneficij quod ordinem sic susceptos accepti, videtur referendus ad Sanctissimum, cum probabilius videatur incurrisse irregularitatem, quæ facit consulentem eius incapax. Salua, &c.

SVM MARIVM.

**1** Benedictio Abbatis secundum aliquos est iterabilis, & secundum communem non. Abbatem autem non posse secundo benedici, verius est: quod si de prima fidei facere non possit, poterit tamquam dubians iterum sub conditione benedici, intelligendo in mente sua se dubitare respectu fori exterioris. nu. 2.

CONSILIVM II.

**B**enedicitur aliquis in Abbatem, qui sup benedictionis fidei facere nequit per authenticas literas, propterea q̄ interuenerit mors benedictis. Interim ipse Abbas benedictus vocatur ad digniorē Abbatiam eiusdem sui ordinis. Quaritur an secundo ipse D. Abbas possit benedici.

**1** Ad hanc quæstionem responditur, præmittenda est decisio alterius, an scilicet benedictio Abbatis sit iterabilis: & licet glossa solemnis dubitare videatur de hoc, f communis tamen sententia Doctorum, quos sequitur ibidem Bonifacius, tenet quod non. Et sic ad quæstionem propositam responderetur ex præcedenti decisione, quod præfatus Abbas promotus ad secundam abbatiam nō debet rebenedici, quia benedictio eius non est iterabilis, vt dictum est: nam nec benedictio Abbatis (qua longè est minor &

*a 3. p. qu. 64. art. 8.*

*b Cap. 25. nu. 71. & cap. 27. num. 242.*

*c In d. ca. 27. num. 246.*

*d 88. dist.*

*e De consecr. dist. 3.*

*f In elem. as. sentent. §. statimus. verbo benedicti. de statu monach.*

**A** simplicior benedictione Abbatis) est iterabilis, vt ipsemet Bonifacius, qui fuit Auditor Rotæ, concludit. a Sed quicquid sit de benedictione Abbatis, quam tenuit esse iterabilem Felin. b benedictionem tamen Abbatis credo non esse iterabilem. Tū quia longè plus accedit ad ordinem imprimētē characterem, quam benedictio Abbatis: Tum quia multa sacramentalia, quæ nō imprimunt characterē, non sunt iterabilia, vt benedictio nuptialis, c & penitentia solemnis. d

**2** Ad aliam quæstionem implicite propositam, scilicet quid oporteat facere præfatum Abbatem assumptum ad secundam abbatiam, cum nō possit habere literas primæ benedictionis mortuo iam primo benedicente literis nō expeditis: Respondeo, quod potest à cōpetente superiori accipere testimonium testium, qui fuerunt præsentēs benedictioni primæ, quod legitime assumptum tenuerit pro literis non expeditis, e quod si nulli testes inueniri possent, qui de prima benedictione deponerent, nec aliter posset probari benedictio prima, & eius probatio esset necessaria quo ad forum exterius, non deberet dicere se benedictum, sed dubitare de benedictione, & ita assumere secundam benedictionem cum illa conditione, quæ solet apponi, quando baptizatur aliquis, de quo dubitatur an sit baptizatus, scilicet, *Si es benedictus, non te benedico: si autem nō es benedictus, benedico te, &c.* f Et ei qui opponeret, quod ipsemet, qui fuit benedictus, scit se esse benedictum, & nō potest dubitare an sit benedictus, nisi mœtatur: potest excusari à mendacio per illa, quæ nos nuper edidimus, g (subintelligendo intra mentem suã, quod dubitat quo ad faciendam fidem in foro exteriori. Salua, &c.

SVM MARIVM.

**1** Diaconatus ordinis sumens, si nō accipit, nec tangit librum euāgeliorum, in cuius traditione imprimitur character, ordinem nō accipit.

**2** Intentio conditionalis, quam gero, non recipiendi sacerdotium, si non sum diaconus, operatur, vt si detegatur me non fuisse diaconum, vt etiam non sum sacerdos.

**3** Ordinis characteres, qui dum ordinatur non recipit, potest sine dispensatione iterum illos accipere, modò in eis nō ministrauerit: quia tunc esset petenda dispensatio à Papa. nu. 4.

CONSILIVM III.

**R**espondeo primò, D. consulentem nō accepisse ordinem, siue characterē ordinis diaconatus: quia non accepit nec tetigit librum euāgeliorum, in cuius traditione imprimitur magnus ille character diaconatus, ita quod illi traditio est de essentia & substantia ordinis diaconatus.

**2** Secundo, quod præfatus cōsulens nō accepit etiã ordinem presbyteratus, siue sacerdotiū: quia nō habuit intentionē actualem, nec virtualē accipiendi eū, immo habuit intentionē actualē non accipiendi illū, si non erat diaconus: & per suprascripta constat non fuisse ipsum tunc diaconum.

**3** Tertio, quod oportet ipsum iterum accipere ordines prædictos duos, diaconatum scilicet, & presbyterium, perinde ac si numquam accepisset eos.

**4** Et quia post hæc responsa additur à cōsulente, quod vsus est ordinibus prædictis: addo etiã ipse quinto, quod ipse est irregularis, & indiget dispensatione Papali ad hoc, vt possit ordinari iussu præfatis duobus ordinibus diaconatus, presbyterij, h p quod hoc dixim⁹ in Man. cōf. i Salua, &c.

SVM MARIVM.

**1** Prima tonsura non est ordo proprius.

**1** Prima tonsura insignitus est quoddam medium inter laicum, & ordinibus insignitum.

**1** Catechumen⁹ est quid mediū inter baptizatum, & nolentē baptizari.

**2** Prima tonsura de essentia non est vt verba aliqua dicantur.

**2** Baptizatur cū adult⁹, requiritur quidē patrum, sed nō est de essentia.

*a Ibidem nu. 20.*  
*b In ca. meminitus. nu. 5. de accusatio.*

*c Cap. 1. & 3. de secundis nupt.*  
*d Ca. quatuor. & cap. in capite. so. dist.*

*e Iuxta ca. significauit. & ca. Albericus. de testibus.*

*f Ca. 2. de baptiz.*

*g In c. humane aures. 22. quæst. 5.*

*h Cap. 1. de cler. non ord. ministr. i Cap. 27. nu. 242.*

CONSILIVM IIII.

**A**d quaestione de illo, qui accepit primam tonsuram, & non dixit saltu atente, Dominus pars hereditatis meae. Respondetur, quod dominus consulens nullo debet scrupulo angere sui ordinis defectu. Tu quia secundum S. Th. & omnes Theologos, immo neque secundum nos, qui media inter Theologos & Canonistas opinionem sequimur in Manu. nostro conf. prima tonsura non est ordo proprie, nec ad suam essentiam & substantiam requirit, ut illam assumens dicat verba praedicta, aut alia, sed satis est, quod Episcopus faciat ea, quae sufficiunt ad hoc ut segregetur a populo laico, & aggregetur clero, & fiat quidam medius inter utrumque, ut est catechumenus inter baptizatum, & nobilem baptizatum, & novitium inter omnino saecularem, & religiosum profectum, ut notabiliter dicit Sotus.

Tu quia nullo iure, nec libro pontificali probatur dictione illorum verborum, Dominus pars, &c. esse de substantia & essentia primae tonsurae: nam non sunt materia, nec forma. & licet liber pontificalis dicat Episcopum debere facere quaedam, quo illa faciente dicat ordinatus, Dominus pars, &c. non tamen ita dicit illud, ut significet illa esse de substantia ordinationis: sicut & cum baptizatur aliquis adultus, satis est ad baptismi substantiam, quod consentiat ille, quavis requiratur patrinus, sed non quod ad substantiam baptismi. Tum quia rari sunt, qui meminerint dixisse illa verba, cum tonsurarentur: & ita timere praefatum defectum, est timere, ubi non est timor, seu timendum. Salua, &c.

SVM MARI VM.

- 1 Explicitam habet intentionem ordines suscipiendi, qui scrupulosus patiens, ad ordinem, parendo eis quae ille mandat, ita accedit, ut velit recipere id quod Ecclesia intendit dare, unde & veros ordines recipit. & nu. 4.
- 2 Vestes non sunt nec de substantia, nec de essentia ordinum: unde illarum defectus, vel mutatio, seu subrogatio nihil nocet.
- 3 Fides quidem, & scientia non potest in eodem simul esse cum ignorantia, nec scientia, & dubitatione, potest tamen esse cum scrupulo.
- 3 Scrupulos qui patitur in fide, non ideo desinit esse fidelis, nec peccat, licet eos non possit expellere.
- 4 Libidinis aculeos qui in sensualitate patitur, licet eos, ut vellet & nititur, expellere nequit, non tamen peccat.

CONSILIVM V.

**D**ubitat A. presbyter an verum ordines susceperit, quia cum ordinaretur, dubitabat, an per illas actiones, & verba Episcopi conferrentur ordines, cum sit alius valde scrupulosus, licet conaretur resistere, & expellere tentationem, & quia aliqua ex solitis sacris vestibus ex incuria in illa ordinatione ei defuerunt.

1 Respondeo debere A. certo putare se esse ordinatum. Tum quod illi viri docti, quorum iudicia non erant scrupulis impugnata & turbata, id ei responderunt. Tu quod non solum implicititer & virtualiter, sed etiam explicititer ac formaliter voluit ordinari, & facere, & recipere quod S. Mater Ecclesia indicat in tali ordinatione dari, & recipi.

2 Et palam est totam Ecclesiam iudicare in ordinationibus talibus, ob defectum illarum sacrarum vestium cum aliis eis similibus, eos ab ordinantibus veros accipere ordines, immo quod etiam qui sine illis talibus vestiti ordinarentur, acciperent eos: quia vestis non est de substantia, neque essentia ordinationis.

3 Tum quod nihil obstat illa imaginatio scrupulosa contraria iudicio vero, cum quo consistere potest, licet non penitus pacifice. Nam ut nos late tradimus, licet scientia ac fidei repugnent ignorantia, nescientia, & dubitatio, scrupulus tamen non repugnat: unde non peccant, nec desinunt habere fidem, qui scrupulis anguntur, etiam si eos omnino expellere nequeant.

4 Sicut neque qui libidine aliqua sensualitatis impugnantur, peccant, licet eam omnino sedare nequeant, immo pugnando merentur. & ita A. credebatur quidem implicititer & virtualiter, immo & explicititer id quod credit Ecclesia, exequendo illam credulitatem accedendo ad Episcopum, & faciendo, & patiendo quae ille iubebat, & resistendo tentationi contrariae, licet non posset omnino expellere illam, & desiderando eius expulsiorem, & resistendo ei adeo, ut non sequeretur scrupulum, sed fidem Ecclesiae, & iudicium

eius. Quare ipsum hortor ut sit fortis, & pugnet cum antiquo serpente, & accipiet regnum Dei, qui nos sua benignitate seruet. Amen.

SVM MARI VM.

- 1 Ordines accipiendi intentione illos accipiendi, licet cum scrupulo non accipiendi, verum ordinem accipit, & sequent.
- 1 Ordinatus censeri debet, qui voluit bene vel male ordinari, etiam metu mortis coactus. & nu. 2.

CONSILIVM VI.

**R**eligiosus accessit ad ordines accipiendos, & antequam eos acciperet, insurrexit dubium nolendi & volendi accipere illos, licet in parte affirmatiua potius inclinaret: & cepit tentari, quamuis a principio restitit illi tentationi, de doctrina & opinione falsa significationis mitre: & tunc fortius dubitavit, utrum acciperet ordines, & deinde quietus nihil recordatus praeter tentationis accessit, & ordines accepit. Quaritur an sit verum ordinatus.

1 Ad propositam quaestionem respondeo, quod meo iudicio praefatus religiosus censendus est habuisse sufficientem intentionem recipiendi ordines. Tum quia ipse magis inclinavit in partem affirmatiuam, quam negatiuam. Tum quia ad habendam sufficientem intentionem ordinem suscipiendi non requiritur, quod absolute sine illo scrupulo, & sine inclinatione in contrarium velit accipere ordines: quia sufficit, ut velit accipere illos bene vel male, immo quod velit accipere etiam metu mortis coactus, ut singulariter determinat Innocentius iij. Papa.

2 Tum quia certum est, quod praefatus religiosus voluntarie iuit ad accipiendum ordines, & recepit eos voluntarie sine metu mortis, ergo propterea quod habuisset scrupulosos volendi, & nolendi, & quasdam trepidationes scrupulosas, & de more scrupulosorum, non est censendus non accepisse ordines, immo iudicandus quod accepit eos calcatis scrupulis iniectis a daemone transformante se in Angelum lucis. Tum denique quod restitit a principio tentationi de doctrina & opinione falsa significationis mitre: & ideo, quod ait postea se dubitasse, non est intelligendum de vero dubio, sed de scrupulo, quod longe diuersum est a vero dubio, ut nos tradimus post alios in Man. confel. & huiusmodi scrupulus nihil obstat praefato religioso, nisi quod ad inquirendum, quae inquietatio cessabat, cessante calcato scrupulo, ut nos diximus ibi, & latius alibi, quod confirmatur, eo quod quietus accessit nihil recordatus praeter tentationis, ita quod vir hic bonus vexatur scrupulis, qui sunt argumenta contra recta iudicia, & non vera dubia, ut ibidem latius dicitur. Salua, &c.

SVM MARI VM.

- 1 Characterem alicuius ordinis qui ob defectum intentionis suscipiens, vel ministri, non suscipit, de licentia sui Episcopi, vel Papae, potest illos contra suscipere ab alieno Episcopo, ubi sit incognitus.

CONSILIVM VII.

**Q**uestum est, quo remedio succurreret eis, qui nullatenus sunt ordinati ob defectum sui consensus, & intentionis ministri, ad hoc ut iuste reputentur ordinati ad verum suis ordinibus, qui eis deficiunt, ne accusentur bis ordines suscepisse, & irregularitatem contraxisse, sicut contrahit is, qui bis baptizatur, per cap. eos & notata per nos in nostro Man. confel. & ubi sequimur S. Antoninum, qui tenet, eum qui bis confirmatur, & ordinatur, incurrisse irregularitatem per cap. dictum, quod agit de bis confirmatis, & ca. i. quod agit de bis ordinatis.

1 Ad hanc quaestionem respondimus visum fuisse nobis in quodam casu occurrenti aptum remedium, ut adirent suos ordinarios, & confiterentur eis sacramentaliter, ne reuelare possent, & peterent ab eis licentiam suscipiendi ordines illos a quibuscumque; mallerent Episcopis, & post adirent aliquos Episcopos longissimè absentes in aliqua terra, ubi essent incogniti, & virtute dimissorias, ob quas fuerunt antea ordinati, reciperent praefatos ordines, quibus deficiunt: quod tamen remedium non esset aptum eis, qui essent prius ordinati a propriis Episcopis sine literis dimissoriis; quia non possent impetrare aliam, quae praecederet ordinationes priores, pro quibus videtur remedium impetrare a S. S. dimissorias ad quoscumque Episcopos, & adire aliquos lo-

gissimè absentes, ut praedictum est. Sed obstat, quod Sedes Apostolica non concedit post Concilium Tridentinum huiusmodi dimissorias, nisi cum clausula, de consensu sui ordinarij, de quo non potest constare sine literis eius, nec illae possunt haberi sine detectione malae ordinationis: & ita curandum esset: ut concederentur sine illa clausula.

SVM MARI VM.

- 1 Episcopus tollerare potest male ordinatos existentes in probabili ignorantia.
- 2 Ordines minores male sumes suspensus esse sed non est suspensus.
- 3 Ignorantia probabilis male ordinatum maioribus excusat a suspensionis pena.
- 3 Praesumentem cum punit lex, facientem bona fide non ligat.
- 4 Ordines illos resumere debet sub conditione us, qui probabiliter dubitat, an eos, receperit.
- 5 Error communis tunc facit ut gesta ratione publici officij valeant, quando latet defectus, & constat officialem (et si male) a superiore officium habuisse.
- 5 Presbytero ordines minores conferendi potestas a Pontifice data non praesumitur, etiam accedente longissima quadraginta annorum possessione. num. 1.
- 6 Promotis per saltum ignoranter beneficiorum facta collatio tenet.
- 6 Laici beneficiorum incapaces sunt.
- 7 Beneficij collatio nulla tacite reualidatur, cum cessante impedimento, is ad quem promissio spectat, sciens patitur promissum illud retinere.

CONSILIVM VIII.

**D**e quibusdam ordinatis ad quatuor minores a quodam Protonotario presbytero, dicente se habere facultatem id faciendi a Papa, credente id populo 40. circiter annis, quibus id publice faciebat, quos Episcopus praesens cogit impetrare dispensationem a Sede Apostolica infra sex menses, alioqui habiturus eos pro suspensis. Quaritur primo, an dispensatione indigeant, stante eorum probabili ignorantia. Secundo, an si est necessaria dispensatio, teneantur resumere ordines minores. Tertio, de beneficiis postea obtentis quid agendum.

1 Ad primam quaestionem responderetur primo, quod potuit Episcopus dissimulare cum iis, per cap. quia circa, secundum intellectum Goffredi, quem nos monstramus esse verum, contra Hostiensium communiter ibi receptum, quatenus probat dissimularem posse iuste Superiorem cum subdito bona fide credente suam dispensationem circa ius humanum esse legitimam, licet de iuris rigore non sit talis.

2 Secundo, quod merito iure non indigent dispensatione. Tum quia per malam assumptionem ordinum minorum non incurrit quis ipso iure suspensionem, licet mereatur suspendi, ca. vel non est compos. ibi, suspendendos. Nec obstat extrauagas Pij I. quae incipit cum ex sacrorum, quia solum loquitur de fumentibus ordines sacros. Tum quia etiam fumentes ordines sacros bona fide; & ignorantia probabili, qualis videtur haec, non incurrit ipso iure suspensionem, ut nos declaramus in repetit. c. accepta. & eo quia praefata extrauagas imponit poenam praesumentis fumere, & ita dolose id agenti, & sic non incurrit bona fide fumens, iuxta theoriam Cardinalis.

4 Ad secundam responderetur, quod etiam si non sit necessaria dispensatio, debent tamen resumere ordines minores cum conditione: quia cum dubitatur, an vere quis sit baptizatus, an ecclesia sit consecrata, vel an susceptum sit aliud sacramentum, vel sacramentale, quod est suscipiendum vel faciendum, debet illud resumere sub conditione si & quatenus non est susceptum, vel factum.

5 Nec obstat I. Barbarius & ca. nonne. & alia iura eis concordantia, quibus videtur probari, quod gesta ratione publici officij valent propter errorem communem; quia illud est verum, cum constat, quod auctoritate Superioris fuit illud officium sibi commissum bene, vel male sine notorio defectu, & toleratur in eo, ut resoluunt Panormitanus post alios; & in casu proposito non constat, quod praefatus presbyter habuerit potestatem ordinandi, immo grauius praesumitur contrarium, arg. ca. quanto. & eorum quae ibi notantur, soluendo oppositionem qua illi fit ex cap. peruenit, & adiuncto praesertim Concilii Tridentino, quod habet haereticum esse illum, qui dixerit, Episcopis, &

presbyteris eadem potestate ordinandi & confirmandi esse.

6 Ad tertiam responderetur primo, quod collationes beneficiorum factae illis, postquam fuerunt sacris ordinibus initiati, valuerunt, nec indigent renouatione; alia vero quae factae fuerunt, antequam ordinibus sacris ordinarentur, non valuerunt a principio; quia collatarij erant laici, & laici sunt incapaces beneficij ecclesiastici iuxta iura & colligitur ex ca. cum adeo.

7 Secundo, quod si praefati possederunt illa beneficia videntibus, & tolerantibus collatoribus eorum, videntur tacite resecta per ea, quae nos diximus in praedictione capit. si quando, & argumen. eorum quae Felinus post Panormitanum & alios scripsit, de collatione beneficij pertinentis ad ius patronatus, facta intra tempus praesentandi, & patrono postea non praesentante, & deuoluta potestate liberè conferendi ad Episcopum. Salua, &c.

DE FILIIS PRESBYT. ORD. VEL NON.

SVM MARI VM.

- 1 Matris etiam morientis dicto filius natus in figura matrimonio, & pro legitimo tractatus, non tenetur credere, quod sit adulterinus, immo potest credere se legitimum, num. 5. quod si credat, non potest ordinari, nisi iterum credat se legitimum num. 1.
- 2 Fidem ad generandam seu credituram affectio pia, & motiuum etiam paruum sufficiunt, modo illud sit iustum, num. 5.
- 3 Intellectus non nisi principis, & ex eis per demonstrationem deductis assentitur necessario.
- 3 Voluntas beatitudinem solum, & ea quae ei per intellectum necessario demonstrantur consequentia, vult necessario.
- 4 Credere potest qui vnum, & eius contrarium diuerso respectu, etiam stantibus eisdem motiuis.

CONSILIVM I.

**Q**uid debeat facere filius natus in figura matrimonij, qui 12. annis credit se filium mariti matris suae, & postea 14. credit se filium adulteri, dicto matris viuentis & morientis persuasus, ad hoc ut possit ordinari sine dispensatione?

1 Respondeo primo, quod fidem, siue credulitatem, quam postremo loco habuit, deponere debet: quia qui contra conscientiam agit, adificat ad gehennam.

Secundo, quod non sufficit deponere illam, & ponere se in statu dubij: quia etiam qui contrauenit conscientiae dubia peccat, & per multa alia, quae praeter alia adducimus alibi.

2 Tertio, quod ex his sequitur oportere eum credere firmiter coram Deo se esse legitimum. Tum quia ad generandam fidem siue credulitatem, ut duo requiruntur, ita duo sufficiunt, videlicet motiuum; & pia affectio ut in li. posteriorum docetur: nam sicut nullo motiuo qualibet magno cogi potest quis ad credendum si nolit, ita volenti credere paruum motiuum sufficit. Unde licet multi habentes maximum motiuum credendi Christo non crederint ei, ita multi habentes longè minus crederint & hodie credunt eidem. Tum quia qui vno tempore credidit vnum pro vnum motiuum, alio tempore potest credere contrarium propter aliud; ut multi, qui vno tempore crederent Christo, alio tempore negauerunt eum, & e contrario.

3 Tum quia hoc procedit etiam durantibus eisdem motiuis, sicut in casu proposito durant, eisdem enim argumētis durantibus multi infideles efficiuntur fideles, & e contrario: quia voluntas pro libertate, quam habet, vult credere nunc vnum, & postea aliud: nam ut colligitur ex S. Thoma, sicut intellectus non assentitur necessario nisi primis principis, & conclusionibus ex eis per demonstrationem deductis, ita voluntas non vult necessariò nisi beatitudinem, & quae monstrantur ei per intellectum necessariò illam consequentia, quorum de numero in hac vita sunt pauca, a quibus longè abest, quod in nostro casu proponitur: & ita consulens potest velle credere vtram partem voluerit.

4 Tum quia nos per multa argumenta probauimus, quod potest quis credere aliquid ad vnum effectum; & credere contrarium ad alium, non quidem vno & eodem momento, quia id implicaret contradictionem, sed diuersis

a In 4. l. sent. dist. 24. cap. 21. nu. 18.

c In li. 4. dist. 24. q. 1. art. 1. circa finem.

a In ca. minor. res. 8. tit. 4. que. riu. de bapt. dist.

b Cap. 27. nu. 273.

c In ca. si quis autem. de pen. dist. 7. d. na. 8.

d Et capi. qui bis. de consec. dist. 4. cap. 27. nu. 247. De consec. dist. 5. g. 88. dist.

d In c. si quis autem. de pen. dist. 7.

a Ca. 2. de instit. & c. ex literis. de transact. b De rescript. c De rescript. except. 17. d Ca. cum ex officio. de praes.

e Cap. fin. de praescript.

f Cap. ad audientiam. de homine. g In ca. si quis autem. de pen. dist. 7.

h 1. par. que. 82. ars. 2.

i In d. cap. si quis autem. de peniten. dist. 7.



a De sententia excomm.

b L. filium ff. de statu hominum.

etiam durante eodem penitus motiuo. pro quo pondera-

Quarto qd consules potest, si vult, iuste, firmiter credere se esse verè legitimum, si habet iustum motiuum ad illud.

S V M M A R I V M.

- 1 Dispensatio Comitum Palatinorum ad ordines non extenditur, nec ad beneficia ecclesiastica.
2 Illegitimus ordinatus minoribus non est suspensus.
3 Illegitimus beneficij ecclesiastici incapax.

CONSILIVM II.

Illegitimus à Comite Palatino legitimatus ordines minores & beneficium simplex accepit: deinde super his, & ad omnes alios ordines, & beneficia etiam curata accipienda à summo Pœnitentiario, nulla facta mentione beneficij obtenti, dispensatus, aliud curatū impetrauit, quod ei inferuendo vna cum supradicto simplici possedit 12. annis, & 130. ducatos toto illo tempore percepit.

1 Respondeo primò, quòd D. consulens fuit malè ordinatus: quia, vt ipse fatetur verbo extra ea quæ dicit in scripto, suscepit ordines etiam sacros virtute legitimationis factæ à Comite Palatino: & huiusmodi Comites communiter non habent facultatem legitimandi quo ad ordines, neque quo ad beneficia ecclesiastica.

2 Secundò, quòd licet defendi posset collationem primi beneficij simplicis ei factam non fuisse nullam propter malam ordinationem, quia per illam non fuit incurta suspensio ipso iure, quamuis potuit suspendi, e qua per malam ordinationem non suspenditur ordinatus ipso iure, nisi quado ordinatur ad sacros sine dimissoriis, vel ante legitimam aetatem, vel extra tempora iuris per extraneam Pij I. cum ex sacrorum.

3 Tamè ex alio capite fuit mala & nulla, quia erat illegitimus, qui est in capax beneficij ecclesiastici ante legitimationem, vel dispensationem.

Terrio, quòd D. consulens videtur sufficienter factus habilis ad suscipiendos ordines, & exequendos eos per dispensationem summi Pœnitentiarj, per quam sublatus fuit defectus natalium, & etiam malitia malè ordinationis. Nec obstat quòd tacuit beneficium: quia quo ad tollendam malitiam ordinationis non fuit necessaria eius expressio.

4 Quarto, quòd quamuis saltem quo ad forum cons-

cientia defendi possit, taciturnitatem præfatam D. consuletis, quæ tacuit bona fide per ignorantiam iuris primum beneficium, quòd verè, non erat suum, sed habuit grandè causam credendi, quòd erat suum, non nocuisse impetrationi dispensationis ad beneficium curatum; securius tamen videtur, præsertim quo ad forum exterius, dicere contrarium, iuxta glossam.

Quintò, quòd certè est collationem beneficij simplicis fuisse nullam, & tenendo quòd in 4. dicto dictum est, securius esse dicere, quòd etiam collatio beneficij curati fuit nulla, restat omnium prædictorum beneficiorum fructus fuisse malè perceptos, & consequenter restituendos esse, nisi aliquid aliud excusauerit.

Sexto, quòd præfatus D. consulens videtur excusari à restitutione, duplici capite: alterè est inopia & paupertas, quæ excusat, saltem donec ad pinguiorem fortunam veniat, iuxta ea quæ nos latius tradimus in Man. confell. b alterum est quòd seruiuit prædicto beneficio curato, cui necessario seruiendum erat per aliquem vicarium idoneum cui dandum erat tantum vel maius salarium, quam valebant fructus illorum beneficiorum, cum in duo decim annis non perceperit ex eis nisi valore centum triginta seu toru, & ita pro seruitio factò potest eos retinere, iuxta ea quæ nos dicimus in d. Man. confell. c

Septimo, quòd iuxta ea quæ prædicta sunt in 4. & 5. dicto, eger D. consulens quo ad forum præsertim exterius dispensationem ad beneficium simplex, & etiam ad retinendum illud curatum, quòd habuit, cum reualidatione tituli, quem habuit ab ordinario, vel concessione noui, si & quatenus opus est. Missam autem videtur posse dicere: quia quo ad ordines & executionem eorum satis videtur posse dicere: quia quo ad ordines & executionem eorum satis videtur dispensatus, per posita in tertio dicto super defectu natalium. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Dispensatus censetur alius inhabilis, eo ipso quòd à Papa scienter, etiam sine alia causa cognitione, promouetur; secus in Episcopo, nisi expresse dispense, vel saltem præmissa causa cognitione promoueat.
2 Subreptitius est, qui habens mandatum, vt secum dispense, asserit se dispensatum.
3 Commissio Papa facta ordinario vt cum aliquo illegitimo dispense, expirat, Papa re integra moriente.
4 Suspensioem incurrit secundum Syluestrum, qui malè ordines accipit, & si ministrat, sit irregularis.

CONSILIVM III.

Illegitimus obtinuit commissionem à Papa ad Episcopum suum, vt secum dispenseret: & antequam dictus Episcopus commissionem exequeretur, prima tonsura initiatus canonicatum à Papa impetrauit: demum alterius commissionis virtute, quæ post committentis mortem executioni demandata fuit alios ordines suscepit. propter quòd petiit à facta Pœnitentiaria super præmissis remedium oportunitum.

1 Pro informatione Pœnitentiariæ ponuntur sequentia. Primò, quòd hic consulens videtur indigere remedio tam quo ad forum exterius, quam quo ad interius. Secundò, quòd consulens malè fuit ordinatus ab Episcopo ad primam tonsuram; quia inter Papam & inferiores in hac materia hoc differt, quòd Papa faciens gratiam alicui, quæ scit pati aliquem defectum, quo fit inhabilis ad illam, videtur dispensare, etiam si non dicat se dispensare, neque causæ cognitionem præmiserit: ordinarius autem non; etiam in casu quo posset, nisi expresse dispense, vel saltem causæ cognitionem præmittat, iuxta resolutionem Panormitani d hoc modo conciliando dicta Innocentij, quorum alterum ponit in ca. veniens. e & alterum in dict. ca. diuersis fallacijs. quæ communis sententia est, quam etiam tenet Antonius post Hostiensè, f & Episcopus prædictus ordinauit consulentem sine vlla causæ cognitione, & non dicendo quòd dispensabat.

2 Terrio, quòd prouiso, canonicatus facta à Papa huic consulenti non videtur valuisse; quia in eius impetratione falso fuit expressum cum eo fuisse super defectu natalium dispensatum, cum solum fuisse mandatū dispensari, & non fuisse dispensatum, vt prædictum est. Quarto, quòd

Quarto, quòd quamuis saltem quo ad forum cons-

c Ca. vel non est compos. de temp. ordin.

d Toto titulo de filijs presbyterorum. & clarior eodè tit. lib. 6.

a Cap. eū qui de prob. lib. 6.

b Cap. 17. d. n. m. 75.

c Cap. 23. n. 4.

e Cap. 25. n. 70. & ca. 27. n. m. 241.

f In d. cap. 25. n. m. 70. g Oppos. s. de restit. spol.

h In §. hia autoritatibus. sub c. non inuitati. q. 2. i Eadem caus. & questione. k In verb. suspensio. q. 8. arg. c. nuper. de sent. exco. l Cap. 27. n. 162.

m Ca. 27. n. 272. sub finè. n Cap. 27. n. 194. & 250.

a Iuxta c. re-latum. & ca. gratiū. de officio delegati. b Verb. irregularitas. qu. 11. c Per ca. sollicitudo. 52. d. d. Cap. 1. de sent. excomm. lib. 6.

e Cap. 25. n. 70. & ca. 27. n. m. 241.

f In d. cap. 25. n. m. 70. g Oppos. s. de restit. spol.

h In §. hia autoritatibus. sub c. non inuitati. q. 2. i Eadem caus. & questione. k In verb. suspensio. q. 8. arg. c. nuper. de sent. exco. l Cap. 27. n. 162.

m Ca. 27. n. 272. sub finè. n Cap. 27. n. 194. & 250.

prædictus consulens malè fuit etiā promotus ad quatuor minores, & duos primos sacros, per prædicta: & quia commissio de ordinando iam expirauit per mortem committentis. a Quintò, quòd prædictus consulens iudicabitur irregularis, secundum mentem Siluestri. b Eo quòd ordine sacro malè suscepto est vltus: & secundum eum videtur suspensus accipiens male ordinem, c & suspensus ab ordine eo vtens sit irregularis. d Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Illegitimus bona fide credens secum dispensatum, ordinatus sacris, non incurrit penam suspensionis, nec irregularitatis, nec extraneantis Pij Secundi.
2 Episcopus dispensare potest in omni suspensione à iure lata pro delicto minore adulterio, qualis est illegitima ordinis assumptio.
2 Illegitimus, si antequam cum eo virtute mandati Apostolici dispensatum esset, subdiaconatum accipiat, potest ab Episcopo suo absolui: ita vt possit ad alios ascendere, scilicet postquam iuxta dictum mandatum cum eo fuerit dispensatum, vt eos accipiat.
3 Iobela ab irregularitate nullo modo, à suspensione autem in foro conscientia tantum, nisi aliud exprimat, absoluedi dant potestatem.
4 Illegitimus ab Episcopo simpliciter dispensatus vt vnus possit habere beneficium, non censetur dispensatus ad canonicatum in cathedrali, nisi hoc exprimat.

CONSILIVM IIII.

Mltarum questionum incidentium prima est, vtrū illegitimus, qui putans se habere dispensationem Papa ad ordines sacros, cum tamen non haberet nisi commissionem de dispensando ordinario missam, bona fide accepit subdiaconatum ab alio Episcopo cum literis dimissoriis, incidat in suspensionem & irregularitatem extraneantis Pij I. cum ex sacrorum. relatæ à nobis in Man. confell. e

1 Ad hanc primam questionem respondeo quòd non. Tum quia illa extraneas solum punit eum, qui suscipit ordinem sacrum ante legitimam etatem, vel sine dimissoriis, vel extra tempora; & ita non tangit hunc casum. Tum quia punit præsumptos suscipere, non autem bona fide sine dolo id facientem, vt diximus; & latius antea in repetitione ca. accepta. b

Quæstio secunda, vtrū Episcopus originis possit dispensare cum illegitimo promotò ad ordinem subdiaconatus sine dispensatione Papæ.

2 Ad hanc secundam questionem respondeo quòd sic. Tum quia ita decidit ipse magister Gratianus, h qui allegat & subiicit textum ad hoc solemnissimum in ca. Lugdunensis. i Tum quia Episcopus potest regulariter absolue ab omni suspensione lata à iure, vt post alios resoluit Siluester, k à cuius resolutione licet discadamus nos in Mā. confell. l quòd ad alias suspensiones, conuenimus tamen quòd ad illas, quæ imponuntur pro adulterio, & aliis minoribus criminibus, de quorum numero est præfata ordinatio, præsertim facta bona fide, & sine dolo, vt in casu proposito.

Quæstio tertia; an præfatus consulens fuerit satis iuste absolutus à suspensione, quam incurerat malè ( sine dispensatione) suscipiendo subdiaconatum: ita quòd etiam iuste potuisset ascendere à superioribus. Hoc corollariè soluitur ex responsione ad questionem secundam, cum Episcopus originis iuste potuisset illum absolue ab ea, & absoluit, vt habetur in facto & casu.

Quæstio quarta, an absolutio virtute Iobelæi accepta potuisset consulentem liberare à præfata suspensione & irregularitate, si quam contraxisset celebrando suspensus. 3 Ad quam respondetur primo, quòd potuisset liberare illum à suspensione quo ad forum conscientia: tantum: quia per Iobelam non fit absolutio quo ad forum exterius, nisi id in eis exprimat, quòd tamen rarissimè fit, vt colligitur ex Man. m Secundo, quòd non potuisset liberare ab irregularitate, si quam contraxisset; quia nec Iobela, nec alia bulla præstant facultatem absoluedi siue dispensandi ab irregularitate etiam quo ad forum conscientia, vt nos monuimus in dicto Man. n

4 Quæstio quinta, an collatio canonicatus facta consule

ti fuerit valida. Ad quam respondetur quòd non, si Episcopus originis solum dispensauit cum eo ad ordines minores tantum, & non ad beneficium, vt significatur in casu: quia collatio beneficij facta illegitimo ante legitimam dispensationem non valet, vt probatur in ca. f. a & ibi latius tractat Antonius. Si autem præfatus Episcopus dispensauit quo ad ordines minores, & beneficium simplex, iuxta c. 1. & 2. b ita extendetur ad canonicatum Ecclesiæ cathedralis, ad quam potest Episcopus dispensare cum illegitimo, secundum opinionem Archidiaconi communiter receptam, c tenuit præfata collatio.

Aduertendum tamen, quòd licet Episcopus possit dispensare cum illegitimo ad omne beneficium simplex, & ita etiam ad canonicatum Ecclesiæ cathedralis secundum præfatum opinionem Archidiaconi; non tamen videtur dispensare ad talem canonicatum, nisi id exprimat, secundum Francum, d per quādam rationem coloratā. Salua, &c. Aduertendum dispensationem episcopi de qua hic per Nauarrum m. 2. non respicere impedimentum proveniens ex defectu natalium: sed illud quòd provenit ex eo quòd sine dispensatione Papa assumpsit sacros ordines vel sufficientibus dimissoriis ab alieno.

S V M M A R I V M.

- 1 Dispensare, etsi censetur Pontifex, quando facit aliquid contra ius super quo dispense potest, secus tamen est in Episcopo.
2 Ordines non bene accipiuntur ab Episcopo, nisi sit illius subditus ratione originis, vel beneficij, vel domicilij, vel saltem triennalis familiaritatis.
2 Domicilium non præsumitur ante decennium, nisi probetur.
3 Consensus nouus presentatis vel consentientis pensionis reservationi non requiritur, quando Papa institutionem de beneficio & reservationem pensionis nulliter facta ratā habet.
4 Dispensatio super beneficio, & pensione male obtenta obrinet vires à die eius conualidationis, nisi Papa iubeat eā retrahere.

CONSILIVM V.

Illegitimus ab Episcopo Ecclesiæ A. eius auunculo, licet non esset eius subditus, sine alia expressa dispensatione accepit minores ordines, & postea à Papa ad nominationem Regis obrinuit beneficium, ac pensionem. Queritur quid iuris; & dato quòd eger dispensatione ab illegitimitate, an sit necessariū, quòd Papa ratam habeat collationem beneficij, & constitutionem pensionis.

1 Pro resolutione dubiorum, quæ ex proposito factò oriuntur, respondeo primò præfatum N. certò & indubitatè dicendum esse malè ordinatum. Primò quidem ex defectu natalium, quia non erat legitimus; & qui non est legitimus, non potest sine dispensatione saltem Episcopi ad ordines etiam minores promoueri, per ca. i. e Et non prodest ei dicere, quòd Episcopus Ecclesiæ A. ordinando eum visus fuit dispensare cum illo, vt posset ordinari; quia superior, eum facit aliquid contra illud, super quo dispensare potest, videtur tacitè dispensare, iuxta l. quidam consulebat. f Quoniam illud verum est, cum superior est Papa; nõ autem est verum, cum superior est Episcopus, vt tradit ele-ganter Panormitanus receptus ab alijs g concordado duo dicta Innocentij, h & assignando pulchram concordia rationem.

2 Secundò quòd etiam videtur malè ordinatus ex eo quòd Episcopus Eccl. A. auunculus eius nõ potuit eum iure ordinare, quia nõ erat subditus eius ratione originis, nec ratione beneficij neque ratione domicilij, quorū triū saltè vnū requiritur ad hoc, vt Episc. possit aliquid ordinare, & constat præfatum N. nullo illorū modorum subditum fuisse illi, quia non fuit natus in diocesi ecclesiæ A. nec habebat beneficium in illa, vt colligitur ex facto narrato, neque etiam habebat domicilium, quia licet inferuisset Episcopo suo auunculo, & aleretur ab eo, non tamen acquisiuit domicilium: quia illud non queritur, nisi habenti animum viuendi perpetuo in aliquo loco, & ipse non videtur transisse ad auunculum suū animo transferendi, vel acquirendi domicilium per habitationem perpetuam, sed vt esset eius familiaris; per quod in dubio non præsumitur talis animus, saltem ante decem annos. i Nec prodest illi quòd per consilium Tridentinum permittatur Episcopis ordinare familiares suos triennales conferendo eis statim beneficia,

a De fil. presbyter. b De filijs presbyter. lib. 6. c In dist. cap. 1. & 2. de filijs presbyter. lib. 6.

d In d. cap. i. n. m. 6.

e De fil. presbyter. lib. 6.

f ff. de re iud. g In ca. diueris fallacijs. de cler. coniug. h Num. 5.

i Le. 2. & per totum lib. 10. C. de incolis. & le. domicilium. cum ei adnot. ff. ad municipal.

a Sess. 23. c. 9. de reform. b Ca. cum in iure. de offic. deleg. & le. 1. C. de mādāt. princip. c Arg. cap. ad d. cum ei ad notariis, de spons. & cap. quodā semel. de re. iur. l. 6. d Arg. cap. proposuit. de concess. preb. & ca. cuncta per mudum. 9. quæst. 3.

beneficia: quia non narratur in facto, quod & in dubio non præsumitur factum, nisi probetur. b Tertio respondeo, quod non videtur necessarius nouus consensus Regis, neque Episcopi. Tum quia videtur consensus antiquus durare, non quidem quo ad hoc, ut presentatio regia, vel consensus, ut pensio constitueretur, valeret à principio, & à tempore, quo facta, vel præstitus consensus, sed sic quo ad hoc ut non possit dici quod Papa concessit pensionem sine consensu regio & Episcopi: si enim Papa narratis præfatis defectibus suppleverit ea, quæ defuerunt, valida censentur omnia à tempore, quo sua sanctitas illa suppleverit, & voluerit omnia esse iurè & rectè facta. d

Quarto, quod expediet dicto N. ut Papa in concessio ne huius gratia dispense primò super defectu natalium: & secundò ratam habeat collationem beneficii, quam habuit; tertio quod habeat ratam constitutionem pensionis si fieri potest, à tempore constitutionis eius, attentò consensu tum regio, tum eius qui soluit pensionem, propter supradicta. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Illegitimus nullus sine dispensatione Papa vel Episcopi potest habere vllum beneficium Ecclesiasticum: fallit religioso professio, qui habet sui ordinis beneficia & officia, modo non sit dignitas, nu. 2. nec habeat curam animarum ex fundatione, priuilegio, vel vsucapione, num. 6. & 7.
2 Beneficium obtinens ecclesiasticum, cateris paribus, præfertur non habenti.
4 Communis vsus loquentium, præsertim legislatorum, attendendus.
3 Prælatorum, seu præfectorum appellatione secundum communem vsum loquendi, solum veniunt Episcopi, & eius superiores, præfectique ecclesiarum collegiarum secularium, & regularium, quales non sunt rectores parochialium.
5 Et coniunctio, proprie diuersa coniungit.
7 Dispensatus illegitimus ad omnes etiam presbyteratus ordines non est dispensatus ad beneficia.

CONSILIVM VI.

AN illegitimus factus canonicus regularis ecclesiæ cathedralis, possit esse archidiaconus eiusdem sine dispensatione Papæ?

Pro parte negante facit primò, quod nullus illegitimus potest sine dispensatione Papæ, vel Episcopi, habere vllum beneficium Ecclesiasticum, iuxta glossam communem recept. & negari non potest hunc archidiaconatū esse beneficium Ecclesiasticum per definitionem beneficii, quā tradit Calderinus f & ibi Felin<sup>9</sup> & Anch aran<sup>9</sup>. h Secundo, quod non videtur esse vllus textus, qui pro bet religiosum illegitimum posse habere vlla beneficia absq; dispensatione, quia c. r. i. quod maximè in hoc citatur, solum probat posse assumere ordines sacros: sed nihil dicit de beneficiis; immo expressè prohibet sibi prælationes: & constat omnia beneficia esse quædam prælationes quia qui illa habent, præferuntur cæteris paribus iis, qui non habent illa. k

Pro parte autem affirmante facit primò præfatum c. r. i. quatenus probat, illegitimum factum monachum, vel canonicum regularem, posse abique dispensatione assumere ordines sacros, sed non prælationem: per quam exceptionem significat à contrario sensu, posse habere alia beneficia, vel officia regularia, quæ qui habent non dicuntur prælati.

Secundò quod etiam in monasteriis regulatibus inueniuntur beneficia Ecclesiastica præter abbatias, & alias præfecturas, siue prælaturas conuenticuales, ut prioratus claustrales, officia, & administrationes, m ad quæ omnis monachus professus etiam illegitimus videtur habilis. n

Tertio, quod communis vsus loquendi præsertim legislatorum est attendendus quo ad intelligendum leges ab eis conditas. o At communis vsus loquendi habet appellare prælatos solos Episcopos, & superiores eorum; & præfectos Ecclesiis collegiatis secularibus vel regularibus, & non alios, etiam si copiosos redditus habeant: quin & legislatores ipsi in eadem significatione vruntur illo nomine, vt in cap. cum ab Ecclesiis prælatis, p clem. dudum. §. ab olim. q ibi, prælatos & rectores.

e In ca. fin. de fil. presbyt. & arg. c. 1. & 2. eod. tit. lib. 6. f In c. postul. g Nu. 4. & 5. de rescrip. h In cap. 1. de regul. iur. lib. 6. i De filijs presb. k Arg. c. sanctorum. & c. neminem. 70. dist. 6. c. cum secundum. & c. ius. de preben. l De fil. presb. m Ca. cū singula. in princ. & § prohibemus. & ca. cū de beneficio. de præb. lib. 6. & clem. 1. de supplic. negli. prælato. n Arg. d. iurium. o Le. libro. §. quod tamen Casius. ff. de leg. 3. p De off. ord. & in rubrica de his que fiut à prælat. & in rub. ne prælati viceas suas. & in rubrica de exco. cess. prælat. & in c. cum illis. §. illis. vero. ibi. prælaturas. & c. de præb. lib. 6. q De sepul.

Significando per illam coniunctionem, & quæ proprie coniungit diuersa, iuxta glossā, a quod etiam rectores ecclesiarum parochialium non dicantur prælati. & in eadem clem. §. nos autem. per illa verba, Prælati locorum, solum intelliguntur Episcopi, & alij iurisdictionem quasi episcopalem habentes, secundum Cardinalem & eos quos ipse refert. b Quamuis Bonifacius c solos Episcopos putat ibi appellandos esse prælatos.

Quarto, quod etiam Antonius & Cardinalis d asserunt illegitimos per professionem regulare legitimatos posse habere sine alia dispensatione administrationem, quæ tamen est beneficium regulare, vt probat clem. 1. e & consequenter possunt habere prioratus, & officia sui ordinis & monasterij, iuxta cap. cum singula. f & consequenter præfatum archidiaconatum mensā, quæ qui tenet, non est prælatus, sed potius cellarius, qui mēsa necessaria præbet. Nec obstat, quod illi loquantur de administratione manuali: quoniam omnia beneficia regularia præter prælaturas conuenticuales iure communi sunt manualia, & ita eadem ratione potest habere vnam, sicut aliam, & consequenter præfatum archidiaconatum, sicuti quemcūque prioratum suæ ecclesiæ alium à conuenticuali.

Ex his pro vtraque parte consideratis apparet primò quæstionē hanc esse magnā, & parū à doctoribus tractatā. Secundò colligitur, quod duplex ratio videtur vrgeri ad dicendum quod requiritur dispensatio. Altera est, quod hic archidiaconatus videtur prælatura: altera quod est beneficium, & quod dispensatus ad omnes ordines, non videtur dispensatus ad beneficium, si nihil dicatur de beneficio in dispensatione ad ordines.

Tertio, quod prior ratio prælationis nō cōcludit: quia efficaciter probatur per adducta pro parte affirmate præfati archidiaconatū non esse prælaturā, siue præfecturā.

Quarto, quod nec ratio secūda videtur concludere dispensationem esse necessariam in hoc casu, attēto solo iure communi & attentā natura, quam habent solo iure communi beneficia regularia: quia efficaciter probatur illegitimum factum religiosum posse abique dispensatione habere beneficia manualia sui ordinis, & monasterij, si cura animarum careat; & quod solo iure communi attentò omnia beneficia regularia, quæ non sunt capitula conuentuum, sunt manualia; & quod is archidiaconat<sup>9</sup> solo iure communi attēto, cum non sit abbatia, nec prioratus conuenticualis, esset officium manuale, quod qui habet, vocatur cellarius, h & nō potest conferri alicui ad tenendum illud perpetuo durante vita, sed solum ita vt ad nutum reuocari possit. i

Quintò quod quia ex fundatione, priuilegio, vel immortali possessione vsucapum est, quod præfatus archidiaconatus sit beneficium perpetuum, & non ad nutum reuocabile; & beneficium non quale quale, sed dignitas, personatus, vel officium incompatibile cum alio simili, vel Ecclesiæ parochiali, k non sine colore videri possit, quod illegitimus dispensatus ad ordines per religionis ingressum, non censetur dispensatus ad beneficium perpetuum, quod est dignitas, officium, vel personatus perpetuus lōgè distans à natura officiorū religionis canonicorum regularium, quæ iure communi sunt manualia.

Tum per adducta pro parte negante. Tum quia secundum Antonium & Card. l communiter receptos, m non possit huiusmodi illegitimus dispensatus ad omnes ordines per religionis ingressum habere sine dispensatione beneficium etiam manuale, si curam habeat animarum, si cut secundum eosdem, n & Dominicum & Perusinum & Francium, o illegitimus etiam dispensatus ad ordines omnes, etiam presbyterium, non censetur dispensatus ad beneficium curatum; licet presbyter videatur ad id esse habilis. Tum quia stylus Curia, qui haberet, vt illegitimus dispensatus per professionem, non indigeret dispensatione ad officia sui monasterij & ordinis, videtur posse restringi ad illa que seruāt naturam officiorum sui ordinis; & quod nō extenderetur ad alia, quæ exerunt illā naturā & induerunt aliā longe diuersam, arg. c. statutum. p quo declaratum est dispositione c. licet canon. q de Ecclesiā parochiali non includere Ecclesiā parochialem collegiatā: quia accidens additum generi, videtur eximere id cui

a In rub. ff. de iuris & facti ignor. & cap. quærela. de simon. b In d. clem. §. statumus. quæst. 9. c In d. clem. §. ad honore. num. 37. d In d. cap. 1. de fil. presb. e De supplen. negli. prælat. f In princ. & sine de præb. lib. 6.

g Ca. 2. & c. cum ad monasterium §. tales. de statu monach.

h Ca. cum ad monasteriū. vers. quod si quidquam de stat. monach. i Iuxta d. c. cū ad monasterium. §. tales.

k Iuxta. c. de multa de preben.

l q. 8. & 9. m In d. cap. 1. de fil. presb.

n Ibidem. o In cap. 1. in glo. maiores. de fil. presb. l. 6. p De elect. l. 6.

q Eod. tit. & lib.

additum est, à suo genere. Tū quia, vt puto, difficile probari possit in Rota, si quæstio verteretur in illa, quod stylus Curia extenderetur ad hunc casum: quamuis pro aduersa parte dici posset, quod originaria & naturalis cōditio: quam iure communi deberent habere hæc officia. potius sit attendenda, quàm accidetaria, quæ quodā vsu antiquo, & forte magis ex ambitione, quam caritate est inducta, a quæ probat naturalem causam præferri accidetaria; quando ambe concurrunt. Quare vltimam resolutionem referuo S. D. N. & cuius melius sentienti.

Ad hæc adde constitutionem S. D. N. Sixti Quinti, & eius declarationem cōtra illegitimos & illarum moderationem à Gregorio XIII. promulgatam, tam in his, quæ in hoc casu dicta sunt, quam quæ in aliis dicuntur.

S V M M A R I V M.

- 1 Capitulum sede vacante succedit Episcopo in ijs, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ etiam voluntariæ, præterquam in casibus expresse exceptis.
2 Dispensare potest Capitulum sede vacante cum illegitimo ad minores ordines, & vt possit simplex beneficium obtinere.

CONSILIVM VII.

AN capitulū Sede vacante possit dispensare cum illegitimo ad ordines minores, & beneficium simplex, sicut potest Episcopus, iuxta cap. 1. b

Respondetur; quod licet Ioannes And. quem ad verbum sequitur Dominicus & Francus dicat e eam Papali decisione indigere propter varias opiniones, quæ versantur super potestate Capituli sede vacante ad dispensandū: licet inquam hoc dixerint illi, & glossa d videatur resolue re, quod Capitulum non succedit Episcopo in his, quæ sūt iurisdictionis voluntariæ, qualis est dispensatio: contrariū tamen videtur verius, quod tenet Panormitanus, e cui factis accedit Franciscus Pauinus, f sed longe altius & resoluti<sup>9</sup> Federic<sup>9</sup> Senensis, g cui<sup>9</sup> multis rationibus addo illā firmam, quod circa potestatem Capituli sede vacante debet fieri regula affirmatiua, videlicet, quod succedit Episcopo regulariter in omnibus quæ sunt iurisdictionis ordinariæ Episcopi, & quod in nulla parte iuris ille casus excipitur ab illa regula: ergo standum est ei. i Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Vt dictio posita in proemio; immo & verba proemij denotent causam finalem, qua cessante, cessat dispositio: & hoc modo dicta ratio ex toto deficiat, quia sufficit quod minus in vno quam in aliis, militet. num. 3.
2 Dispensatio tollit impedimentum, quod ex facto oriebatur.
3 Intellectus Concilij sess. 25. cap. 15. est, vt filius qui ex dispensatione Apostolica ante Concilium obtinuit beneficium in Ecclesia in qua pater mortuus fuerat beneficiatus, non possit modo aliud in illa obtinere.
4 Dispositio non odiosa, sed fauorabilis est censenda, quæ principaliter intendit inducere aliquid fauore dignum, licet minus principaliter id cedat in pœnam & odium aliquorum.

CONSILIVM VIII.

AN<sup>k</sup> Concilium Tridentinū habeat locum in eo, qui vnū beneficiū in Ecclesia in qua pater obtinebat aliud, ita quod & patre mortuo non possit in ea quærere de nouo aliud?

Et pro parte quidem negatiua facit primò, quia vera & finalis ratio dicti cap. est in eius princip. ibi, Vt paterna incontinentia memoria. quæ sumpta est ex cap. proposuisti. l & ratio principalis secundum communē opinionem latè tti tam sumitur ex proemio, m vt ait Aymon. n latè Sarnensis, o vbi dicit quod illa dictio, vt, significat causam finalem canonis, quæ solū debeat inspicere. sed hæc ratio cessat in proposito: quia iam ante Concilium dispensatus à Sede Apostolica est N. vt possit obtinere canonicatum, & dignitates in ecclesia, in qua pater obtinuit abbatiam, & canonicatum: p in iis, qui obtinebant ante Concilium patre iam mortuo, nihil innouat, vt ibi in ver. quod si in present. i, & c. de merito, cū ex prouisione archidiaconatus in personam dicti N. qui iam ex plena dispensatione à sede Apostolica est, lege permittente, in dicta Ecclesia graduatus

a Arg. l. 3. ff. de iur.

b De fil. presbyt. lib. 6. c In d. ca. 1. de filijs presb. lib. 6. d In clem. 1. §. 1. verb. capituli. de heret. e In cap. cum olim. de maior. & obed. f In tracta. de officio Capit. sede vacante. 7. par. prima. & melius. 2. part. ca. 1. nu. 3. g Conf. 40. & melius conf. 30. h In d. tract. par. 1. capit. 1. num. 3. i Arg. gloss. solenn. in l. omnia definitio. ff. de reg. iur. & rub. eodem tit. lib. 6.

k Cap. 15. sess. 25.

l 82. dist. & ex cap. literas. de fil. presb. m L. fin. ff. de hered. instit. n Conf. 192. num. 21. o In regul. de annali. qu. 1. num. 1. & 2. p Et d. cap. 15.

cum cesserat ratio inducēda memoria paternæ incōtinentiæ; & sic cesset finalis ratio. b nihil obstat debet ei<sup>9</sup> dispositio, vt ait Sarnensis, c latissimè omnes adducit Tiracuellus e per vulgata m. l. adigere. d

Secundò res redditur clara: nam ex dispensatione Apostolica sublatum est impedimentum beneficii iam obtenti per eius patrem, vt est textus in cap. dilectus, cum ibi notatis per Doctores Abbatē & alios e & ca. 15. in similibus casibus de dispensatis, & ante Concilium obtentis, patre iam mortuo, nihil disponit. Vnde sequitur communis, & approbata conclusio, quod dictum capi. ita dispensans in casibus obuenturis post Concilium recipit interpretationem passiuam à decretis antiquis disponentibus in casibus, quando quis est dispensatus, & iam obtinet dignitates in ecclesia, in qua ei<sup>9</sup> pater obtinuit, vt ait Decius, f Dinus, g Alexander, h Iason, i & doctrina Alexand. qui semper allegatur. k

Sed pro parte affirmatiua faciunt Cōcilij verba, quæ sunt clara: quia palam est, verba Concilij comprehendere eum de quo quæritur. Et ad præcipuum oppositorum responderi potest, negando quod cesset ratio, & causa finalis illius ca. quia etsi non sit tanta ratio, quare is, de quo quæritur, arceatur à beneficio ibi nouè quærendo, quanta in eo, qui nullum habuit ante Concilium in ea, negari tamē nō potest, subesse aliquantam rationem, etsi non tantam; & lex generaliter loquens habet locum in omnibus contentis sub genere, etsi non militet tanta ratio in aliis iuxta iura l & tradimus nos in Comment. de paupert. m post Decium n quod ipsum multo alij tradunt. Quod autem ratio illius canonis non cesset omnino, constat ei qui considerat quod cum is, de quo quæritur, quæret archidiaconatum præfatum, in toto populo refricabitur memoria incontinentiæ paternæ; eo quod vt minimū dicitur, N. filius N. quærit nunc & accipit archidiaconatum, eo quod cum dispensatione legitima habuit ante Cōcilium canonicatum in Ecclesia vbi pater suus habuit beneficium, & adeo quidem refricabitur, quod multi dicent id esse male factum, licet etiam multi dicerent contrarium; quæ contrarietate plurimum renouatur memoria incontinentiæ paterna; vt palam est. Nec obstat, quod dispositio illius canonis videtur aliqua ex parte odiosa, & ideo restringenda. o Tum quia finis, in quem conditus est, fauorem meretur, vt pote munditia, & decentia castitatis clericalis, & sublatio infamie contrarij vitiij, quæ principaliter indēdit quam pœnam, & inhabilitatem; quo casu fauorabilis iudicatur, cap. non dubium, cum annotatis ei per Panormitanum & latius Felinum. p Tum quia lex etiam odiosa includit omnia sub verbis eius proprie contenta, l. cum lege, iuncta glof. & doctrina Aretini. q recepta à plerisque omnibus, & in his à Decio r & alibi sæpè, Alciatus. s Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Nepotes presbyterorum nequaquam prohibiti leguntur habere beneficia aui: & hoc siue attendatur ius commune siue constitutio Clementis VII. siue Conc. Trid. que iura cum loquantur de filiis, ad nepotes secundum magis veram & magis communem opinionem non sunt extendenda, & n. 2. & 3. & hoc tanto magis quando filius superuixit patri. n. 4. & 5. vel constitutio fuit facta in odium filiorum, vel non militat eadem ratio. nu. 7. & prædicta citra omnem controuersiam procedunt, si qualitas, sub qua de filio facta est mētio, non militat in nepote, vt est in terminis sacri Concilij. Trid. & dicta constitutionis: quæ cum loquantur de filiis illegitimis, nequaquam extendi debent ad nepotes legitimos. num. 9.
3 Opinio Doctorum fundata pluribus & melioribus rationibus, est in agis tenenda, quam contraria, licet sit communis.
7 Extensio faciendā non est à casu, in quo vertitur maior ratio, ad casum, in quo vertitur minor.
7 Filij presbyterorum in Ecclesiis, vbi eorū patres beneficiū obtinuerunt, nequeunt etiam dissimile obtinere, nec pensiones super fructibus eius habere. nec quoquo modo ministrare.
8 Ort<sup>9</sup> à radice infecta, si nō admittitur, is à quo originē habet nec ipse admittitur, si cōsequitur ei<sup>9</sup>, vel i<sup>9</sup> locū sū ponēd<sup>9</sup>.
8 Natus ex illegitimo non admittitur ad successione, cum non sit cognatus, nec agnatus, & iura agnationis & cognationis per illegitimum acquirere nequeat.

a d. cap. 15. b In regul. de verisim. q. 3. num. 6. c In tract. ces. santo causa, par. 1. nu. 25. vers. legis ratione cessante. d §. quamuis. ff. de iure patris. e De fil. presbyt. f Conf. 445. num. 49. g Conf. 135. n. 7. vol. 3. h In le. fin. §. in cōpotatione. col. pen. circa fin. C. de iur. delib. i In le. sciendum. nu. 4. ff. qui satisficere cogant. & in l. præterea. nu. 14. unde vir. & uxor. k In l. 1. §. lex Falcidia. n. 7. ff. ad leg. Falcid. l. 1. §. qui autem. ff. de al. luf. m In c. statumus. 9. qua. 3. num. 73. n Conf. 609. num. 3.

o Ca. odia de reg. iur. lib. 6.

p De sent. excomm.

q ff. de testa. l. in le. facti. §. in pœnalibus. ff. de reg. iur. in ca. cum ordin. de rescrip. s In princ. sit. de verbo. signif.



CONSILIVM IX.

AN nepotes presbyterorum excludantur ab eorum beneficiis, sicut filij?

1 Siue attendamus ad dispositionem iuris communis, siue ad dispositionem clementinae, siue etiam ad dispositionem Concilij Tridentini, nullibi reperitur facta mentio de nepotibus, sed tantum de filiis; & propterea videndum est, an ista dispositiones loquentes de filiis habeant etiam locum in nepotibus. Et licet Antonius de Butrio & Abbas a dixerint, communem opinionem esse, quod idem sit in nepotibus, tamen, pace eorum sit dictum, contrarium est verius; quoniam communis opinio se habet in contrarium, ut apparebit ex infra dicendis.

2 Nam quod ista prohibitio non extendatur ad nepotes voluit, glossa b & ibi post Gofredum Raynerius per eum allegatus bene declarat, & voluit Geminianus, vbi etiam Præpositus, d & idem voluit Abbas antiquus, e ibi. Adde quod in hoc contradicit, f vbi etiam Ioannes Andreas & ibi, nepotes, vbi etiam adducit Bartholomæum Brixensem, & ibi etiam late Egidius Bellamerâ, h vbi etiam adducit Fratrem Ioannem i & Martinum Pampilonensem; & hoc etiam ibidem voluit Card. k vers. quæro an quod hic dicitur de filiis, & Ancharanus l vers. querit glossa, dicitur in rubrica, & Antonius de Butrio videtur residere in hac opinione, cum illam vltimo loco referat, glossa m Bartholus. n Et hac ratione dici potest, quod idem teneat Abbas. o

3 Et ex his apparet, quod ista est magis communis opinio; quia Doctores tenentes hanc opinionem longe excedunt numerotenes contrariam opinionem. Itæ cum, ut ex lectura dictorum Doctorum apparet, isti moueantur longe pluribus & melioribus rationibus, quibus non respondent tenentes contrariam opinionem; ista opinio esset tenenda, etiã quod apparet, quod contraria opinio esset magis communis ut ait Abbas p & post alios Doctores alibi. q

4 Præterea etiam dato quod contraria opinio esset magis communis, & de iure verior, tamen non potest applicari casui nostro: quia in casu nostro filius superuixit patri, ita quod nepos non subintravit in locum filij; & in hoc casu omnes Doctores qui tenent contrariam opinionem, & qui fuerunt post Hostiensem, fatentur dictam opinionem non habere locum in isto casu, ut per Hostiensem r & per Ioannem Andream, s vbi etiam Henricus Bohic, Antonius de Butrio, Abbas & omnes alij tradunt.

5 Nec obstant ea quæ habentur per Rebuffum: t Quia responderetur, quod quicquid ipse dicat, ista declaratio tenetur per omnes Doctores qui tenent contrariam opinionem; & propterea ab ea non est recedendum; & est fundata in bona glossa, v quæ tenet contrariam opinionem, & Innocentius etiam, & omnes qui illam sequuntur, mouentur hac ratione, quia nepos subintrat in locum filij, x quæ ratio cessat, quotiescumque filius superuixit patri y & ita declarat Ioan. Andreas z & Geminianus & Præpositus. a

6 Nec præmissis obstant, quod nec clem. nec Concilium Tridentinum fuerint fundata propter tollendam successionem, sed propter tollendam memoriam incontinentiæ paternæ; & quod propterea ista, quæ dicuntur de successione, non possunt applicari casui nostro. Quia responderetur, quod ista, quæ pro parte nostra adducuntur de successione, non adducuntur ad fundandam intentionem partis nostræ, sed ad tollendum motiuum glossæ, & Doctorum tenentium contrarium, qui pro eorum opinione hoc principali motiuo vtuntur, quod nepos in successione subintrat in locum sui patris. & propterea si in terminis clæ. & Concilio Tridentino non fuit considerata successio, ergo tanto magis dicta per glossam & alios illam sequentes non possunt applicari casui nostro.

7 Minus obstant, si dicatur, quod ratio reddita per Concilium & clementinam habet locum etiam in nepotibus, cum hoc videatur redundare in fauorem Ecclesiarum; & præsertim quia dispositio Concilij vtitur illis verbis, Quæ longissime arceatur. Quia responderetur, quod postea dispositio Concilij & clementina restringit se ad filios; quo casu cum tractetur de odio principaliter ipsorum filiorum, eorum dispositio non porrigitur ad nepotes, b & in terminis nostris tradit omnes Doctores in principio informationis allegati, & propterea cum dispositio Concilij se restrin-

gat ad filios, verba quantumuis generalia, respectu filiorum sunt intelligenda, tradit communiter Doctores a & præsertim, quia non est tanta ratio in nepote legitimo ex filio, quemadmodum est in filio ipso illegitimo; & non debet fieri extensio de casu, in quo vertitur maior ratio, ad casum in quo vertitur minor ratio, ut ait glossa. b Et dum Concilium dixit, quod longissime memoria arceatur, verificatur in filiis, in quantum prohibet eis quod in Ecclesiis, vbi patres beneficium aliquod obtinuerunt, non possint etiam disimile beneficium obtinere, nec in dictis Ecclesiis quoquo modo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obrinuere, habere.

8 Sicut etiam non obstat illud, quod dici solet, quod quando quis venit ex radice infecta, tunc si non admittitur ille, a quo ipse causam habet, nec etiã ipse admitti potest. Quia responderetur, quod ista non possunt applicari casui nostro; nam procedunt, quotiescumque iste consequitur ius, vel ponitur in aliquem locum, media persona incapax: quo casu si medium est incapax, nec ipse admitti potest. Exempli gratia: natus ex illegitimo regulariter non admittitur ad successionem; quia ad hoc, ut quis admittatur ad successionem, oportet ut sit agnatus, vel cognatus; non potest eius filius, media eius persona, nancisci iura agnationis, & cognationis.

9 Præterea est diligenter animaduertendum, quod Cl. loquitur non simpliciter de filiis, sed cum hac qualitate, ex fornicatione nati: & similiter Concilium loquitur de filiis cum hac qualitate, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio. quæ qualitates cum non conueniant nepotibus ex legitimo matrimonio natis, idcirco in hoc casu sumus extra omnem controuersiam, quod non comprehenduntur nepotes, ut in terminis nostris, & est textus & ibi declarat Bartholus d & etiam in terminis nostris tradit Alciatus, e Alexander, f Salua, &c.

SVMARIUM.

1 Nepos legitimus ex filio illegitimo nec per sacrum Concilium Trid. nec per constitutionem Clementis VII. comprehenditur & nu. 6. potestque heres ab auo institui, num. 2. nec venit appellatione filiorum, nisi ut infra, num. 4.

2 Qualitas sub cuius consideratione constituitur aliquid disponit, si cesset, & cessabit & dispositio.

3 Verba dispositionis vbi non conueniunt, vtique nec dispositio.

4 Dispositio prohibens filium obtinere beneficia patris, cum sit exorbitans & odiosa, non comprehendit nepotem; & hoc nedum ad terminos sacri Concilij, seu constitutionis Clement. VII. sed etiam ad terminos iuris, secundum magis veram & magis communem: licet aliqui hallucinantes scripserint contrarium, nu. 5. nec interest an pater adhuc viuat, vel non; licet aliqui distinguant, num. 4. & 5.

4 Filiorum appellatione veniunt nepotes si tanta est ratio in vno sicut in altero, & dispositio respectu filiorum fauorabilis est, alius non: vnde dispositio loquens de filio illegitimo non procedit in nepote legitimo in quo non subest timor paternæ incontinentiæ, num. 3. & 6.

CONSILIVM X.

CVm Illustrissimi & Reuerendissimi Cardinales congregationis sacri Concilij Tridentini quæsiuissent an clem. facta à Clemente VII. in filij illegitimi possint beneficium paternum obtinere, eam acciperet interpretatio, vt & comprehenderet nepotem legitimum ex filio illegitimo, respectu beneficii auiti; nullaque in his terminis Roterodensis reperta fuisset; vltimum fuit eisdem amplif. Patribus etiam ex ordine S. D. N. Gregorij XIII. intelligere, quid in hac facti specie Rota sentiret, addito maxime decreto eiusdem sacri Concilij. s

1 Quapropter proposita per me eiusmodi difficultate sub die Veneris 12. Febr. 1574. fuit per Dominos conclusum non comprehendere nepotem legitimum ex filio illegitimo, neque sub clementina neque sub Concilio tam inspectis verbis, quam etiam inspecta mente seu ratione, tam clem. quam canonis præfati.

Nã quo ad verba, cle. certum est illa non conuenire nepoti legitimo, ut patet ibi, In ipsorum resignantium filios ex fornicatione genitos. & ibi: Super defectu natalium, quem ex dictis sacerdotibus resignantibus geniti patiebantur. & ibi: Ob inordinatum spuriorum filiorum amorem. & ibi: Quod de cetero filij presbyte-

a In leg. si de certa. lib. C. de tran. sa. b In c. in fidei fauor. de ha. ret. lib. 6. Pa. rissinus in cons. 110. num. 22. vol. 3.

b In c. in fidei fauor. de ha. ret. lib. 6. Pa. rissinus in cons. 110. num. 22. vol. 3.

d In leg. si de natura. lib. C. de nat. lib. 6. In l. libero. rum. sub nu. 10. vers. tertius casus est. ff. de verb. signifi.

e In cons. 4. col. 2. vers. similitur cons. manent prædicta alia. n.

7. lib. 4. g. De quo in cap. 15. sess. 25.

A omnes Doctores de quibus in prima opinione post Ioannem Andream. a Et facile fuisset sacro Concilio, si nepotem legitimum voluisset excludere in illis verbis, vt paterna incontinentia, &c. addere, siue auita. ad textum. b Et ita fuit conclusum, nepotem legitimum non excludi. Aduerte quod hoc consilium non ponitur, ut consilium Nauarri, sed vt resolutio eidem in principali puncto concordans.

DE CORPORE VITIATIS ORDINANDIS VEL NON.

SVMARIUM.

1 Pollex non est membrum; cuius parte qui priuatus est modo per indignationem sibi non abstulerit, non efficitur irregularis, si inde non inducatur impotentia, nec magna deformitas seu scandalum in celebrando, nu. 2. de qua si probabiliter dubitatur, Episcopi declaratio, sed non aliter inferioris sufficit, num. 3. qui si declarat magnum induci scandalum, esset irregularis, & à Papa esset petenda dispensatio, num. 4.

CONSILIVM I.

A D hanc Quæstionem respondeo primò, D. consulentem non esse irregularem simpliciter, quia non est mutilatus membro aliquo principali, neque est priuatus à se per indignationem parte aliqua alicuius membri, vt tradimus in nostro Manua. cons. l. c. quia solum est mutilatus parte membri, scilicet pollice manus, qui non est membrum, vt nos post alios in dicto Manua. vbi supra, d late probamus pro communi contra Caietanum & Soru.

2 Secundò, quod si præfata mutilatio pollicis non inducit impotentiam celebrandi, nec magnam deformitatem in celebrante, poterit ipse celebrare sine vlla dispensatione, quia non est irregularis, vt dictum est.

3 Tertiò, quod si dubitatur an possit absque scandalo celebrare, & an inducat magnam deformitatem, quæ id impediatur, recurrendum est ad Episcopum, ad quem dicitur hanc determinationem spectare, e ita quod non sufficit arbitrium confessorij, vel alius prælati inferioris, vt ibidem subiicimus. Sed neque requiritur dispensatio Papalis, neque episcopalis, sed solum prædicta determinatio: quia non est irregularis, qualis si esset, deberet recurri ad Papam, per ea quæ nos dicimus in d. Manu. f

SVMARIUM.

1 Castratus ob aegritudinem de consilio medicorum, potest sine alia dispensatione omnes sacros ordines accipere.

CONSILIVM II.

T Itio Clerico fuerunt propter aegritudinem v irilia à medicis abscissa; qui nunc desiderat ad omnes etiam presbyteratus, ordines promoueri; Queritur, an possit sine sanctæ Sedis Apostolicæ dispensatione ad maiores ordines promoueri à suo Episcopo.

1 Respondeo, quod proculdubio potest, s & per regulam, quam nos quoque post alios posuimus in Man. cons. l. h

SVMARIUM.

1 Matrimonio, quod impotens cum virgine contraxerat, nullo declarato potest talis sine dispensatione ordines & beneficia suscipere.

2 Bigamus nullo modo dici potest, qui cum vnica & virgine ob impotentiam nulliter contraxit.

3 Impotens ad matrimonium licet quis sit, non tamen inde efficitur, vt non possit ordines suscipere.

3 Castratus, siue eunuchus, modo se ipsum non castrauerit, est capax ordinum, & beneficiorum.

4 Corpore vitiatus potest ordinari, nisi sit mutilatus membro, vel taliter vitiatus, vt non possit ordines sine scandalo exercere.

CONSILIVM III.

A N contrahens cum vnica & virgine matrimonium per verba de præfenti, possit legitime ordinari etiã sacris ordinibus, si matrimonium fuit inualidum propter suam impotentiam coeundi, ob quam declaratum fuit matrimonium fuisse, & esse nullum; & data licetia contrahendi cum alio femina, quæ contraxit cum illo; & an ipse possit iuste sine dispensatione simpliciter ordinari sacerdos, & habere beneficia?

a In d. cap. ad extirpandas. b In l. e. vn. s. in autem ad deficientes. C. de cad. toll. c. ad audientiam. de decim.

c Cap. 27. nu. 198. d Nu. 206. & 202.

e Vbi supra num. 200.

f Vbi supra num. 239.

g Cap. si quis à medicis. & ca. eunuchus. & cap. si quis pro egritudine. pro infirmitate. ss. dist. h Cap. 27. nu. 199.

a In c. ad extirpandas. de fil. presbyr.

b In ca. presbyterorum. 50. dist. c Circa med. vers. glossa. 2. quarit. d Colum. 2. vers. gloss. 2. quarit. e In d. cap. ad extirpandas. f De fil. presbyr. g Paulo post princ. vers. in gloss. i. h Num. 3. i In sum. conf. k Paulo post princ.

l Paulo post princ. m In l. qui filium. s. Sabini. ff. ad Tre. bel. n In leg. bonæ fides. ff. de pos. o In d. cap. ad extirpandas. num. 8. p Cap. capellanus. de ser. q In ca. i. in l. lectura. n. 29. de constitut. r In cap. ex transmissa. de fil. presbyr. s In d. cap. ad extirpandas. t In titul. de dispens. & de. sess. natal. ci nu. 26. v In d. cap. ad extirpandas. x s. sui. iust. de hered. qual. & differend. y Aushen. successione. C. de legit. hered. z In d. cap. ad extirpandas. a In d. c. presbyter. 50. dist.

xx In l. qui filium. s. Sabini. ff. ad Tre. bel. n In leg. bonæ fides. ff. de pos. o In d. cap. ad extirpandas. num. 8. p Cap. capellanus. de ser. q In ca. i. in l. lectura. n. 29. de constitut. r In cap. ex transmissa. de fil. presbyr. s In d. cap. ad extirpandas. t In titul. de dispens. & de. sess. natal. ci nu. 26. v In d. cap. ad extirpandas. x s. sui. iust. de hered. qual. & differend. y Aushen. successione. C. de legit. hered. z In d. cap. ad extirpandas. a In d. c. presbyter. 50. dist.

xx In l. qui filium. s. Sabini. ff. ad Tre. bel. n In leg. bonæ fides. ff. de pos. o In d. cap. ad extirpandas. num. 8. p Cap. capellanus. de ser. q In ca. i. in l. lectura. n. 29. de constitut. r In cap. ex transmissa. de fil. presbyr. s In d. cap. ad extirpandas. t In titul. de dispens. & de. sess. natal. ci nu. 26. v In d. cap. ad extirpandas. x s. sui. iust. de hered. qual. & differend. y Aushen. successione. C. de legit. hered. z In d. cap. ad extirpandas. a In d. c. presbyter. 50. dist.

xx In l. qui filium. s. Sabini. ff. ad Tre. bel. n In leg. bonæ fides. ff. de pos. o In d. cap. ad extirpandas. num. 8. p Cap. capellanus. de ser. q In ca. i. in l. lectura. n. 29. de constitut. r In cap. ex transmissa. de fil. presbyr. s In d. cap. ad extirpandas. t In titul. de dispens. & de. sess. natal. ci nu. 26. v In d. cap. ad extirpandas. x s. sui. iust. de hered. qual. & differend. y Aushen. successione. C. de legit. hered. z In d. cap. ad extirpandas. a In d. c. presbyter. 50. dist.

xx In l. qui filium. s. Sabini. ff. ad Tre. bel. n In leg. bonæ fides. ff. de pos. o In d. cap. ad extirpandas. num. 8. p Cap. capellanus. de ser. q In ca. i. in l. lectura. n. 29. de constitut. r In cap. ex transmissa. de fil. presbyr. s In d. cap. ad extirpandas. t In titul. de dispens. & de. sess. natal. ci nu. 26. v In d. cap. ad extirpandas. x s. sui. iust. de hered. qual. & differend. y Aushen. successione. C. de legit. hered. z In d. cap. ad extirpandas. a In d. c. presbyter. 50. dist.

b Le pater ff. de adulter. l. leg. Julia. §. hoc capite. ff. de rit. nups.

1 Respondeo, prædictum D. consulentem posse sine vlla dispensatione iuste ordinari sacerdotem, & quarere & retinere beneficia Ecclesiastica. Tum quia nullo impedimento iuris naturalis, diuini, neque humani canonici ab eo prohibetur. Tum quia, si quo prohiberetur, maximè esset impedimentum bigamie, iuxta totum titulum de bigamis.

2 Sed hoc est falsum, quia bigamie impedimentum non inuenitur nisi in eo, qui bis verè, putatiuè, interpretatiuè, vel similitudinariè antea matrimonium contraxit. At D. consulens nullo illorum modorum contraxit bis matrimonium, immo nec semel: quia id quod voluit contrahere, & de facto contraxit, non fuit verum matrimonium ob impedimentum legitimum frigiditatis naturæ, vel maleficii legitime probatum, & per sententiam definitum, vt in facto proponitur.

3 Tum quia impedimentum impotentie contrahendi matrimonium non impedit habilitatem assumendi ordinis, & beneficia, nisi impotentiam illam cõcomitetur aliqua irregularitas, vel inhabilitas alia, & etiam si sit eunuchus, siue castratus, non impedit ordinationem, nisi se ipsū iniuste absciderit, & castrauerit.

4 Tum quia nullus corpore vitiatus excluditur ab ordinatione, nisi sit mutilatus mēbro, vel tali vitio vitiatus, vt sit inhabilis ad exercendum ordines sine scandalo, vt probatur per prædictam fere totam dist. & totum tit. de corp. vitiatis.

S V M M A R I V M.

2 Irregularitatem impediētem promotionem ad ordines & beneficia non inducit defectus partis mēbri, vt sunt omnes quatuor digiti pedum, nisi inde oriatur magna deformitas, aut impedimentum vsus ordinum.

1 Virilia licet sint integrum membrum, tamen si sunt abscissa à medicis, non inducunt irregularitatem.

CONSILIVM IIII.

**A**n clericus minorum ordinum, qui per infirmitatē & ægritudinem perdidit omnes digitos vtriusque pedis, exceptis pollicibus, sit irregularis, & possit ordinari maioribus?

1 Respondeo, quod non est irregularis, & potest ascendere ad maiores ordines, & beneficium assecutum retinere. Tum per c. qui partem & alia, b quatenus probant, eum, qui partem alicuius membri perdidit per læguorem, vel cui à medicis pro ægritudine secta est pars membri, immo & virilia, quæ constituunt membrum, non esse irregularem. Tū per c. 2. c. quatenus probat, vt ibi annotat Pan. ab omnibus receptus, quod defectus partis membri non facit, quem irregularem, nisi induceret magnam deformitatem, aut redderet impotentem ad vtendum ordinibus: & prædictus defectus nec inducit talem deformitatem, nec impotentiam, vt palam est. Tum per ea quæ latius tradimus in Man. d adiunctis eis quæ tradimus in eodem cap. e probado efficaciter, quod digitus non est membrū, sed pars membri. Salua meliori, & c.

S V M M A R I V M.

1 Auris cartilagine in tam modica carens quantitate, quæ potest ita regi, vt possit sine scandalo ministrare, non eget aliqua dispensatione.

CONSILIVM V.

**Q**ueritur, an carens particula cartilaginæ auris sit irregularis, ita vt ad celebrandum indigeat dispensatione.

1 Respondetur, D. consulentem posse iuste celebrare, per ea quæ tradimus in nostro Man. cõf. f Nec obstat id quod dicimus ibid. s de carentia cartilagine: quia D. consulens non caret tota, nec dimidiata, nec tota tertia parte, sed tantula, quæ potest regi, vel ita dissimulari, quod non inducat scandalum, vtendo capillo coronæ demissione, saltem in illa parte.

S V M M A R I V M.

1 Missa sine ministro respondente celebrari potest.  
2 Surdus vix sine peccato presbyterio insignitur.  
2 Surdo ad Missam celebrandam vtilis dispensatio Papa, sed nõ necessaria, vt possit sine ministro saltem in loco secreto celebrare.

2 Missa celebranda videtur ex decreto Ecclesie coram duobus: at ex generali consuetudine satis vt vnus sit presens.

a Cap. si quis absciderit, e Eunucho. & c. si quis in infirmitate. & alijs multis. ss. dist.

b Et ca. si quis à medicis. & c. si quis in ægritudine. ss. dist. c De corp. vitiatis.

d Ca. 27. nu. 198. & sequenti. c Num. 206.

f Cap. 27. nu. 199. g Num. 223.

CONSILIVM VI.

**Q**uidam omnino surdus ad omnes etiam presbyteratus, ordines se promoueri fecit. Queritur an mortiferè peccauerit.

1 Respondeo primo, quod vix defendi potest eum non peccasse mortaliter, quado suscepit ordinem presbyteratus, etiam eo solo, quod cum esset omnino surdus, suscepit presbyteratum: quia licet surdaster, siue difficulter audiens ordinari possit presbyteratus, non videtur tamè posse ordinari, qui omnino est surdus, vt dicit R. D. Simo Maiolus Episcopus Vulturienfis. a Dixi, vix, quoniã et si cum difficultate, videtur posse iure defendi. Tum quod licet prohibeantur canonibus ordinari presbyteratu cæcus; claudus & alij, qui non possunt facere illa, quæ requiruntur in celebratione Missæ per ca. i. b & per totum titulum de corp. vitia. nullibi tamen videntur prohiberi surdi, etiam qui penitus non audiunt: quoniam possunt dicere Missam soli, & sine ministro respondente. & consequenter non audiendo illum, vt tenuit glossa singularis, c loquendo de inclusis.

2 Secundo quod vtilis esset ei licentia Papæ ad celebrandum aliquoties Missam, saltem in aliquo loco secreto etiam vt sine ministro respondente eam dicere possit. Dixi, vtilis, quia statutū Eccl. videtur habere, vt dicatur coram duobus, d & consuetudo generalis, quod saltem vnus sit præses per gloss. eius. Non dixi, necessaria; quia excusaretur à peccato & culpa dicendo eam sine ministro propter impedimentum tantæ surditatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Suspendus ter est, qui sine dimissorijs ordinarij tres accipit ordines sacros. num. 2.
- 3 Surdaster et si presbyterio possit insigniri, id tamen de omnino surdo vix potest defendi.
- 3 Surdo, qui presbyteralem suscepit ordinem, et si non necessaria, vtilis saltem est dispensatio Papæ, quæ ei permittatur vt in occulto sine socio aliquando celebret. num. 6.
- 4 Falsans literas sui Episcopi grauius peccat, itemque & qui falsis vtitur literis in iudicio, ac per illas absolutionem obtinet, ne priuaretur beneficio alius legitime obtento. nu. 5. non tamen ob id tenetur petere reuadationem tituli, sicut nec qui post illum obtentū in irregularitatem incidit. n. 7.

CONSILIVM VII.

**C**lericus quatuor minorum, cum esset factus surdus, & sciret quod propterea non initiaretur sacris à suo ordinatio, cum falsis literis dimissorijs à se confectis suscepit ab alieno duos ordines sacros, subdiaconatum, & diaconatum; & inde cum falsis testimonialibus, quod esset rite initiatus dictis sacris ordinibus, ab alio Episcopo ad presbyteratus ordinem se fecit promoueri; & præterea falsis literis ab eo fabricatis obtinuit à suo ordinario absolutionem ab accusatione, quod nõ esset ordinatus presbyteratus, quem suum beneficium requirebat. Queritur, quas censuras, seu penas incurrerit, & quo remedio indigeat, vt possit in susceptis ministrare.

1 Respondeo primo, præfatum consulentem esse suspensum per extrauagantem Pij I I. quam nos citamus in Mā. confess. e quia sine literis dimissorijs ordinarij sui suscepit ab alieno Episcopo duos ordines sacros, scilicet subdiaconatum, & diaconatum.

2 Secundo, quod etiam est suspensus, eo quod ordinem presbyteratus suscepit ab alieno Episcopo sine dimissorijs sui ordinarij, per præfatum extrauagantem.

3 Tertiò, quod vix iure defendi potest eum non peccasse mortaliter, quando suscepit ordinem presbyteratus: etiã eo solo quod cum esset omnino surdus suscepit presbyteratum: quia licet surdaster siue difficulter audiens ordinari possit presbyteratu, non videtur tamè posse ordinari qui omnino est surdus, vt dixit Reuerendissimus D. Simon Maiolus. f Dixi, vix, quoniã cum difficultate videtur posse iure defendi. Tum quia licet prohibeantur canonibus ordinari presbyteratu cæci, claudi, & alij qui nõ possunt facere illa quæ requiruntur in celebratione Missæ, per c. i. s & per totum titulum de cor. vitii. nullibi tamè videtur prohiberi surdi

a Li. i. ca. 25. de irregul.

b 49. dist.

c In cap. hoc quoque. de cõfess. dist. 1.

d Prædicto ca. hoc quoque.

e Cap. 27. nu. 241. & c. 25. num. 7.

f Li. i. ca. 25. de irreg. g 49. dist.

a In cap. hoc quoque. de cõfess. dist. 1. b Ca. 22. nu. 86. c 67. num. 5.

d Prædicto ca. hoc quoque. e In c. cum no sitis. de concessione præben.

f Cap. is qui. de sent. exco. lib. 6.

g In ca. 2. eo. tit.

h De dispensatio. §. iuxta. num. 6. i Ca. 27. nu. 195.

k 27. q. 1.

etiam qui penitus non audiunt, quoniam possunt dicere Missam soli, etiam sine ministro respondente, & consequenter non audiendo illum, vt tenuit gloss. sing. a loquendo de inclusis, quã nos defendimus in enchi. de orat. b & Miscel. c

4 Quarto, quod etiam præfatus consulens grauius peccauit fingendo literas falsas, quibus fiebat fides quod quidam Episcopus alius, quam suus ordinarij, affirmabat se ordinasse præfatum consulentem, visis literis, quæ attestabantur eum fuisse ordinatum subdiaconatu, & diaconatu antea legitime ab alio Episcopo.

5 Quinto, quod etiam peccauit grauius procurando & obtinendo absolutionem à suo Episcopo ordinario ab accusatione, qua accusabatur non esse ordinatum presbyteratu, quem suum beneficium, etiam si esset simplex, requirebat: quia fuit fabricator falsarum literarum, licet non apostolicarum, & vsus fuit illis in iudicio, & obtinuit absolutionem ab accusatione, qua corã ordinario accusabatur.

6 Sextò, quod præfatus consulens indiget primò vera pœnitentia cordis & oris præfatorū erroratorum. Secundò, quod indiget absolutione à tribus suspensionibus per tris ordinum sacrorum suspensionem incurfis. Tertiò, quod vtilis esset ei licentia Papæ ad celebrandum aliquoties Missam saltem in aliquo loco secreto, vt eã sine ministro respondente dicere possit. Dixi, vtilis, & non necessaria: quia excusaretur à peccato & culpa non dicendi eã propter impedimentum tantæ surditatis, & quia statutum Ecclesie videtur habere vt dicatur coram duobus, d & consuetudo generalis, quod saltem vnus sit præses, per glossam eius. e

7 Septimò, quod nõ indiget noua collatione beneficij, neque noua facultate retinendi illud: quia per prædicta delicta non perdidit ipso iure beneficium, quod habuit priusquam surdesceret, & peccata prædicta perpetraret: quia beneficium legitime collatum nõ perditur ipso iure, etiam per irregularitatem regulariter, vt determinat Innoc. receptus. f

Aequi boniq. consulat lector, si hoc responsum videatur aliquatiter differre ab alio posito sub num. 6. quod super eodem facto videtur datum. Nam diuersitas copiarum ita suasit faciendum.

DE BIGAMIS NON ORDINANDIS.

S V M M A R I V M.

- 1 Irregularitas in casibus tantum à iure expressis contrahitur.
- 1 Bigamus non est laicus nulliter cum corrupta contrahens, contra Butrium, nu. 5. nec clericus minorū ordinum, nu. 2. quia nulla ex omnibus tribus speciebus irregularitatis eis competit.
- 1 Bigamus est, bigamia videlicet similitudinaria, contrahens matrimonium, etiam inualide, post votum solemne religionis, vel sacri ordinis, quo quis contrahit matrimonium spirituale cum Christo.
- 2 Pœne de vno casu ad alium non extenduntur.
- 3 Matrimonium spirituale cum Christo non contrahitur per ordines minores, nec incurritur inhabilitas ad contrahendū matrimonium carnale.
- 4 Dicitio, huiusmodi, in iure est restrictiua.

CONSILIVM I.

**Q**uidam laicus contraxit matrimonium cum corrupta inualidè ob aliquod impedimētum. Queritur an contraxerit bigamia irregularitatem.

1 Respondetur quod non. Primò quidem, quod irregularitas non contrahitur nisi in casibus à iure expressis, s & nullibi reperitur expressum quod in hoc casu cõtrahatur.

Secundò, quod omnis bigamia vel est vera, vel interpretatiua, siue similitudinaria, vt habetur in rubrica de bigamis post gloss. h & Specul. i at in hoc casu non est vera, quia non contraxit validè cum duabus successiue, quæ dicitur vera bigamia: nec interpretatiua, quia non contraxit cum duabus inualidè, vel cum vna validè, & cū alia inualidè, nec cum corrupta validè, quæ dicuntur tres species bigamie interpretatiuæ, vt diximus in Man. nostro confess. k neque similitudinaria, quia non contraxit cum vna validè, neq; inualidè post votū solemne religionis, vel sacri ordinis, quo dicitur quis contrahere spirituale matrimonium cum Christo per ca. i. & multa seq. præsertim cap. quotquot, l cuius verba sunt: Quotquot virginitatem pollicitam præuicari sunt, professione contempta, inter bigamos, id est, qui ad secundas nuptias transferunt, haberi debent.

g In ca. 2. eo. tit.

h De dispensatio. §. iuxta. num. 6. i Ca. 27. nu. 195.

k 27. q. 1.

l Li. i. ca. 25. de irreg. g 49. dist.

2 Nec obstat primo ca. i. a quia loquitur de presbytero; qui post votum solemne, quod cõtrahitur per suspensionem ordinis, b & ita post contractas nuptias spirituales cū Christo, contrahit alias carnales, licet inualidè cū alia.

Secundo non obstat ca. fin. c quia non loquitur de clerico minorū ordinum, sed de subdiacono, qui per subdiaconatus suspensionem obligatur voto solemni, quo contraxit matrimonium spirituale, sicut presbyter, per cap. a multis. d adiuncto d. ca. i. e

Tertiò non obstat Rota decisio, f quæ habet clericū in minoribus ordinibus constitutum incurrere bigamie irregularitatem contrahendo matrimonium inualidè cū corrupta: & cum pares videantur esse quo ad hoc propositum laicus, & clericus in minoribus constitutus, cui licet ducere vxorem, sequitur idem dicendum esse de vtroque: non inquam hoc obstat. Tum quia prædictum ca. vlt. non agit de clerico in minoribus constituto, sed tantum de subdiacono. Tum quia non potest extendi per identitatem rationis: quia logè alia ratio est de subdiacono, quã de clerico in minoribus constituto: quoniam ratio quare subdiaconus, contrahendo matrimonium etiam inualidum, incurrit irregularitatem bigamie similitudinaria, est illa, quod iã antea contraxerat aliud matrimonium spirituale per votum solemne cum Christo, vt prædictum est; quæ ratio penitus cessat in clerico in minoribus tantum constituto, vt palam est. Tum quia illa constitutio est pœnalis inducit enim pœnam irregularitatis bigamie, vt etiam expressit Egidius g & pœna de vno casu ad alium nõ extenditur. h Tum quia Rota non considerauit rationem prædictam, videlicet quare subdiaconus contrahendo matrimonium incurrit prædictam irregularitatem: quam rationem si inuenisset, contrarium vtiq; decidisset.

3 Quarto non obstat, quia significat aliud esse in laico, & aliud in clerico in minoribus constituto: quod tamen nulla ratione defendi potest, cum per ordinem minorū assumptionem nullum matrimonium spirituale contrahatur cū Christo, per quod incurritur inhabilitas ad matrimonium carnale contrahendum, & hanc partem significauit Innocentius, i dum verbo clericis in textu posito addit hæc verba, in sacris constitutus, & rectè quidem.

4 Quia textus addit verbum huiusmodi, quod est restrictiuū restringens ad clericos, de quibus meminerat antè, k meminerat autè de constitutis in sacris: quia egit de clericis non potentibus vxores ducere. Idem etiam significat, l ipsemet Innocentius per illa verba, Idem dicrem de monacho, & quidem rectè: quia ille etiam tenetur voto solemni, quo contraxit matrimonium spirituale per prædictum ca. i. & multa alia, m præsertim ca. quotquot, quo cauetur expresse fieri bigamum eum, qui post solemne votum contrahit. & quidem vtriusque eruditissimus, si idem sensisset de laico & clerico in minoribus constituto, quod de monacho, exerte dixisset, de omni alio siue laico siue clerico, sed ideo non dixit, quia non nouit, & meminit prædictã ratione diuersitatis.

5 Quinto non obstant etiam verba Antonij de Butrio, quatenus ait n bigamiam incurri contrahendo matrimonium inualidè in omnibus casibus, in quibus incurritur contrahendo validè: quia loquitur de contrahente secunda vice, & sic de bigamia interpretatiua, non autè de cõtrahente vna tantum vice, & sic de bigamia similitudinaria. Facit pro hac parte, quod nullus commentantium ibi, nec alibi, nec S. Thomas, Paludan⁹ nec alij, o vbi de bigamia tractant, faciunt prædictam extensionem.

Ex quibus palam colligitur idem esse dicendū de clerico in minoribus constituto, quod de laico: & quod Siluester, p post alios summistas ait octauo modo contrahi bigamiam, quando quis post votum solemne religionis vel ordinis sacri contrahit cum aliqua, siue sit virgo, siue corrupta. Salua, & c.

S V M M A R I V M.

- 1 Bigamia, & non trigamia ius meminit.
- 2 Inhabilis ad ordines tam est qui bis, quàm qui pluries nuptias contrahit.
- 3 Bigamus, & non trigamus est, qui cum virgine, & cum corrupta successiue contrahit.
- 3 Improprietates, etiam quibus iura quandoque vtuntur, non

a De bigam. b Cap. i. de voto lib. 6. c De bigam.

d De atate & qualitat. e De voto lib. 6. f i. de bigam.

g In d. ca. nuper. h L. interpretatiōe. ff. de pœnis. & cap. pœna. de pœnis. dist. 1.

i In d. ca. nuper. k L. huiusmodi. ff. de leg. 1.

l Ibidem.

m 27. qua. 1.

n In d. ca. nuper.

o In 4. li. sentent. dist. 27.

p Verbo bigamia. in princ.



a Et per tot. 26. dist. 27. de bigam. b In 4. sent. dist. 27. c Ca. cu. consuetudin. de consuetud. d I. in rebu. ff. de legib.

e Li. 4. sent. dist. 27. qu. 3. art. 1. f In c. de bitu. de bigam.

g Capi. super eo. de bigam. h Le non aliter. ff. de leg. 3.

i In c. 1. de bigam. num. 25.

3 Bigamus est quidem etiam semel cum corrupta contrahens, sed interpretatur & improprie.

Q Væritur, an laicus coniugatus cum virgine, qua mortua contraxit cum vidua, sit trigamus, ad hoc vt sit ei neganda dispensatio, quæ concederetur bigamo.

1 Respondet quod non. Primò quidem, quòd licet multi Canonistæ, meminerint bigamie, & deciderint questiones super bigamia propolitas, vt in c. 2. & alibi saepe, & Magister, b & ibi S. Thomas & omnes alij, nullus tamè Canonistarum, neque Theologorum vllam facit mentionem de trigamia, nec vllam questionem super illa proponit, sed solum de bigamia, & de questionibus super ea propofitis. Quare cum nouitates sint vt plurimum vitandæ, vbi glossa iuxta iura recepta citat illud: in rebu nouis constituendis maximam esse debere vtilitatem, d non videtur curandum de trigamia, de qua numquam habita est cura, sed tantum de bigamia.

2 Secundò, quòd ratio quare nulla de trigamia facta est mentio à Theologis, & Iurisperitis, videtur esse, quòd tam inhabilis est ad sacramentum ordinis, qui bis cõtraxit nuptias, quàm qui pluries, quoniam ratio potissima, qua bigamus est irregularis, & iudicatur inhabilis ad sacramentum ordinis, est ineptitudo ad significandam coniunctionem Christi cum Ecclesia vnica sua sponsa, vt declarat S. Tho. recep. e & ante illum gloss. celeb. & recep. f At tam inhabilis est ad significandam coniunctionem Christi cum Ecclesia vnica sua sponsa, qui contraxit cum duabus, sicut qui contraxit cum tribus, vt palam est, quia iam diuisit carnem suam cum duabus, ergo tam inhabilis est qui contraxit cum duabus, quàm qui cum tribus.

3 Tertio, quòd D. consulens nulla ratione iuris, nec recti sermonis potest dici trigamus: non quidem iuris per prædictas rationes: nec ratione recti sermonis: quia trigamus ex propria verborum significatione est, qui ter nuptias contraxit, & apud enim nuptias significat: & D. consulens non contraxit ter, sed solum bis. Nec obstat, quòd dicitur quis bigamus, licet vnica nuptias contraxerit, si eas cum vidua vel corrupta contraxit: quoniam iura Pontificia iustis de causis improprie, & interpretatiuè, & non secundum propriam significationem illam extensionem fecerunt, vt cõstat ex glo. s & improprietates non sunt extendendæ: quia non est recedendum à propria verborum significatione, nisi quatenus reperitur recessum, h & ideo non est extendenda illa improprietates ad trigamiam, ad quam non reperitur à iure extensio.

4 Quintò facit, quòd D. consulens non erat clericus etiã minorum ordinum, sed purus laicus, cum duxit præfatas duas vxores: & ita non tantum videtur depexisse ordinem clericalem, quantum si existens clericus minorum ordinum eas duxisset: adeo quidem vt Henricus Boic. i censuerit Episcopum posse cum tali bigamo dispensare, cui tamen non assentimur, licet credamus multum id facere ad hoc, vt S. D. N. inclinetur ad facilius cum eo dispensandum, nõ curando de trigamia opposita. Tum quia nullus vnquam Max. Pont. videtur de illa curasse. Tum quia nulla ratione recti sermonis, nec per vllam iuridicam extensionem potest D. consulens trigamus dici. Salua, & c.

CONSILIVM II.

1 Beneficij collatio facta bigamo, cum sit irregularis, non valet. 1 Episcopus ordinando bigamum, ab eo ordine conferendo, & celebranda Missa per annum est suspensus, & videtur deponi posse.

SVMARIUM.

Episcopus quidam insigniuit prima tonsura bigamum & contulit ei beneficium simplex. Quaritur quam pœnam incurrant ordinans, & ordinatus, & conferens, & collatarius.

1 Respondeo primo, grauiter illos peccasse per totum titulum de bigam. in volumine Gregorij, a & colligitur in dist. 26. Secundo, quòd præfati Episcopi collatio facta bigamo non valuit, quia collatio facta irregulari non valet secundum Innocentium receptum. b Tertio, quòd præfatus Episcopus videtur suspensus à collatione ordinis, quem contulit bigamo, ipso iure per vnum annum. c & ca. nullus penitentem, nullus bigamum. dist. 55. per quod potest dici etiam suspensus ipso iure vno anno à missando; & potest deponi ab ordine, vt tenet glo. d pro qua ibi Archidiaconus citat ca. vlt. e

Refertur, Congregationem censuisse Episcopum non potuisse dictas collationes facere, sed quod non incurrat ob hoc ipso iure in aliquam certam pœnam.

SVMARIUM.

1 Bigamo male & nulliter confertur beneficium: & qui illum ordinat, peccat, & potest iuste priuari omni potestate ordinandi, ac etiam perpetuo deponi. num. 4. sed ipso iure non est nec priuatus, nec perpetuo, num. 2. immo secundum rigorem nec ad annum: licet æquius videatur, vt ad annum sit suspensus à collatione ordinis quem contulit, num. 1. & 3. extendendo alios canones ad hunc casum, num. 5.

CONSILIVM III.

IVsus respondere, quibusdam iuribus, quæ dicuntur citari contra supradicta responsa mea, respondeo nulla videri allegari talia.

1 Nam ego respondeo, præfatum Episcopum, qui ordinauit scienter bigamum minoribus ordinibus, peccasse quidem, per totum titulum de bigam. f & male contulisse beneficium illi, qui erat irregularis, & eius collationem non valuisse secundum Innocentium receptum, s & prædictum Episcopum videri suspensum à collatione ordinis, quem contulit bigamo, ipso iure vsque ad vnum annum: contra quæ responsa nihil allegatur quod vere sit eis contrarium; immo per eadem iura, quæ ego citavi, confirmatur. Nec etiam obstat ca. literas. h Tu quia nõ loquitur de ordinante bigamum, de quo ego respondi. Tum quia disponit, Episcopum ordinantem aliquem duobus ordinibus sacris, eodem die vero, vel facto, esse suspensum ipso iure à collatione illorum, donec aliud censeat Papa: quod nihil obstat nostris responsis, immo ea confirmat. Tum quia dictum Hostiensis super eo allegatum non probatur per ca. dilectus, ab eodem citatum, quatenus suspenderit ordinatorem, & non ait suspensum esse. Tum quia nõ loquitur de ordinatore bigami, de quo fui interrogatus. Tum quia secundum Innocentium & omnes Papa gratiã fecit ei ob quosdam respectus. Tum quia multa iura vtuntur verbis præsentis temporis, quibus dicuntur irritare aliqua, quæ per iura priora sunt irritata.

2 Non obstat etiam ca. 2. i & ca. ex penitentibus. k quatenus habent ordinatorem bigami esse priuandum potestate ordinandi, & non ait esse ipso iure priuandum, quia non loquuntur de suspensione ad annum ab ordine, quem contulit, sed de priuatione perpetua potestatis cõferendi ordines, quæ est multò maior pœna; quam suspensio temporalis ad annum à collatione ordinis, de qua nos respondimus. Nõ obstat etiam distinctio Archidiaconi & aliorum. l Tum quia est generalis de ordinatore digni, vel minus digni, vel indigni, & non de ordinatore bigami. Tu quia non loquuntur de pœna suspensionis temporalis, de qua nos agim, sed de priuatione perpetua ordinis indigni.

3 Tum denique quòd non respondi ego penitus asserendum prædictum Episcopum esse ipso iure suspensum ad annum, sed videri posse dici: disputado enim posset teneri non incurrisse illam pœnam, ab eo qui niteretur solo illo rigore iuris, qui ait pœnam non esse ad aliud casum extendendam. m Nec nos damnaremus illud, sed æquius videtur consulendum contrarium: eo quod quilibet ordina-

a Et in cap. 1. eod. tit. lib. 6. b In c. cu. no. stris. de concess. præb. c Arg. ca. eos. & cap. vlt. de temp. ord. l. 6. d In d. c. nullus penitentem. ss. dist. in verbo successores. e 62. dist. & cap. 1. dist. 55.

f Et in cap. 1. eod. tit. lib. 6. & colligitur in dist. 26. g In c. cu. no. stris. de concess. præb.

h De tempor. ordin.

i De bigam. k 50. distim.

l Postea in ca. qui ecclesiasticis. 36. dist.

m S. Pœna de penitentia dist. 1. & qui ibi scripsimus.

tor infantis, coniugati, & illiterati, etiam sui subditi, immo & quilibet ordinator cuiuslibet extranei quantumlibet digni & sancti, incurrit illa pœna ipso iure.

4 Et inde inferri potest, quòd ordinator bigami ipso iure incurrit suspensionem à missando per vnum annum, immo & quòd iuste potest priuari omni potestate ordinandi, immo & perpetuo deponi, vt probat iura per me allegata.

5 Et quòd Pontifices Maximi, qui statuerunt pœna illa parua cõtra ordinatores extraneorum etiã dignissimorum, si fuissent interrogati an tantã pœna statuisent cõtra ordinatorem bigami, qui omni iure etiã diuino secundum aliquos est indignus, & secundum aliquos est indispensabilis, respondissent profecto, mea sententia, nõ solũ illa, sed maiore imponendam illi: & ita succedit illa cõclusio gloss. a non solum includi sub lege quæ exprimitur in ea, sed etiã quæ legislator expressisset, si fuisset interrogatus de illis. Salua in primis eius, qui iulsiit me secundo respondere, graui sententia, & cuiuslibet alterius vero propiori.

DE CLERICIS PEREGRINIS.

SVMARIUM.

4 Peregrinus sacerdos etsi male faciat alibi celebrando sine sui Episcopi dimissoria speciali celebrandi, non tamen incurrit aliquam censuram: admitti autem potest, vt secreto celebret, at vt celebret in publico, nõ debet admitti, nisi habeat fidẽ de ordinibus, nu. 1. & recens à suo ordinario testimonium de moribus, & quod non sit censuratus, nu. 5. & 6. sciat que ceremoniam missandi, num. 3. antiquum autem testimonium non sufficeret, nisi aliter iustificaretur, num. 6. in sin. licentia autem sui ordinarij sicut nõ sufficit, num. 1. ita nec videretur necessaria, nu. 5.

CONSILIVM I.

AN ordinatus diaconatu à suo Episcopo, & postea per literas dimissorias ipsius ordinatus presbyterio ab alio Episcopo, egeat licentia superioris Episcopi ad celebrandum in episcopatu ordinantis, vel alio?

1 Pro parte negante, quòd non egeat, facit primò, quòd illa nõ potest ei ad id prodesse: quia nullus Episcopus potest dare alicui licentiam celebrandi in alieno episcopatu, b quod etiam vltus seruat. Non enim Romæ permittitur alicui celebrare propter licentiam celebrandi, quam habebat in partibus. Secundò, quia peregrinus clericus faciens fidẽ iustam de sua ordinatione potest admitti ad celebrandum, vt videtur probare c. 1. c

2 Tertio, quòd qui potest iuste ordinari ab aliquo Episcopo, potest de licentia eius celebrare in suo episcopatu, cum nullum ius, nec vlla ratio firma videatur contrarium suadere. Illa enim, quæ sufficiunt ad hoc, vt quis ordinetur ad presbyterium, videntur sufficere ad celebrandum, si adfit modus celebrandi, ergo sufficere ei, quòd inueniatur doctus modum & artem missandi sine vlla licentia prioris Episcopi.

3 Pro contraria parte affirmante facit, quòd ad hoc, vt cuiuspiam permittatur dicere Missam, oportet primò, quòd sit ordinatus presbyter. Secundò, quòd sciat artẽ vel modum missandi. Tertio, quòd nõ sit suspensus, excommunicatus, irregularis, vel alias prohibitus. d At clericus alienus post impetratas literas dimissorias ad presbyterium assumendum potest incurrere excommunicationem, suspensionem, & irregularitatem à iure, vel ab homine in suo episcopatu, antequam ordinetur, & post ordinationem, antequam dicat Missam: ergo debet habere literas certicatorias, quod non est impeditus vllò tali impedimento. Secundò, quòd etiam literæ dimissoriae sui Episcopi non videntur sufficere: quia fieri potest, vt ipso & etiam Curia sua ignorantibus ipse sit impeditus impedimento aliquo huiusmodi: ergo saltem requiritur dimissoria certicatoria proprij Episcopi. Quarto, quòd à diuersis non fit illatio: & esse quem presbyterum, est aliud ab esse quem habile ad celebrandum: ergo dimissoria ad ordinem suscipiendum, non sufficit ad eo suscepto vtendum.

4 Pro resolutione dico primò, quòd præfatus D. consulens iure communi non eget dimissoria particulari ad celebrandum, ad effectum, q celebrando sine illa incurrat irregularitatem, nisi iure particulari esse indicta suspensio clericis peregrinis, donec licentiam assequeretur: quia licet male faceret, e nullo tamen iure irregularitatem contraheret, & illa nõ cõtrahitur, nisi in casibus à iure express-

a Le. tale patrum. s. ff. de patib.

b Arg. l. fin. ff. de iurisdic. om. iud. c. 2. de consil. l. 6.

c De cler. peregr.

d Cap. si celebrat. cu. ei adnot. de cleric. excomm. minor.

e Iuxta c. extraneis. & ca. primatus. 71. dist.

fit. a Secundò, quòd non eget etiam ad hoc, vt secretò admitti possit ad missandum. b

5 Tertio, quòd non eget etiam quo ad effectum dandi ei licentiam publicè missandi, si literæ dimissoriae ad presbyterium suscipiendum fuerunt paulo antea data: quia qui Episcopus approbat aliquem ad presbyterium suscipiendum, satis videtur approbare, & testari cum non haberi pro excommunicato, suspensò, neque irregulari, cũ isti non possint ad presbyterium ordinari.

6 Quarto, quòd si magnum interuallum interfuit inter dimissorias ad presbyterium & inter illius assumptionem, satis videretur egere noua dimissoria; quo ad hoc, vt iuste possit, & debeat reputari non impeditus ad celebrandum, non quidem eo quòd dignus ad presbyterium, non sit dignus ad celebrandum, si sciat artem & modum celebrandi: sed quòd testimonium tacitè datum de moribus eius per licentiam accipiendi presbyterium longè ante, quàm illud acciperet, non videtur satis probare mores præfatos. Vnde nec dimissoria, qua Episcopus proprius significaret dimissum esse probatis moribus, videtur sufficere, si multo tempore antea fuisset concessa. Dimissoria enim ante decem annos data, non videretur satis probare mores præfatos, nisi probaretur iustum impedimentum, ob quod ea non fuerit vltus. Salua, & c.

DE OFFICIO VICARII.

SVMARIUM.

1 Vicarius generalis sede vacante à Capitulo deputandus, debet esse doctor, vel licentiatus iuris Canonici, vel alias quantum potest idoneus: Episcopus autem si deputet linguæ Latina ignorans, tenet deputatio, sed peccat cum sic deputato, deputando minus idoneum.

CONSILIVM I.

AN ille, qui non solũ nõ est doctor, sed nec linguam Latinã intelligit, dõsit esse vicarius generalis Episcopi; ad quod facit c. fin. c

1 Quoniam is dominus consulens, qui quatit ista, ait ea esse definienda ab Illustrissima Cõgregatione interpretationi Concilij Tridentini deputata; & quia non vacat tractare lati<sup>9</sup> illarum, remitto me simul, & submitto determinationi eius. Quamuis forte responderi possit primò, vicarium generalem constituendum à Capitulo sede vacante, debere esse Doctorem, vel licentiatum iuris canonici, vel alias quantum fieri poterit idoneum; per d Concilium Tridentinum. e Secundò, quòd non videtur satisfacere suo munerì Episcopus, qui constituit sibi vicarium generalem aliquem, qui non calleat Latinè apud Latinos, vel Græcè apud Græcos. Tum quia Vicarius Episcopi debet esse idoneus ad id, in quo vices eius est gesturus. f Et quia vicarius generalis constituitur fere ad omnia, quæ gesturus est Episcopus, oportet profecto eum esse valde idoneum. Facit etiam ratio, qua Pan. per aptos in hoc canones concludit Episcopum quemlibet teneri ad constituendum sibi vicarium idoneum. g Tertio, quòd forte teneri posset, quòd licet vicarius idoneus debeat constitui, & quòd licet peccet constituens vicarium indignum tali munere, & etiam qui illum suscipit, nisi sit idoneus, h constitutio tamen vicarij teneret ipso iure, modo esset clericus saltè in minoribus constitutus & quod facta ab eo, vel corã eo, tãquã coram vero vicario, valeret per multa, quæ possunt, sed non expedit nunc congerere.

Vide infra Concilium 2. de officio Ordinarij.

DE OFFIC. ET POTEST. IVDICIS DELEGATI. SVMARIUM. 1 Põifex causam alicui delegando non censetur illam ad se auocasse, vnde si re integra expirat dicta commissio, primus iudex, siue ordinarius, siue delegatus, potest sine noua delegatione procedere. 2 Delegationem causæ à Papa impetrans potest re integra ei renunciare, & agere causam coram primo iudice. 3 Metu ordines recipiens an teneatur seruire illa, ad que alij ordinati tenentur, non potest firmiter dignosci, nisi sciatur an metu practico illos acceperit, vel non, & an metus fuerit iustus, vel non.

f Capi. is qui. de senten. excomm. lib. 6. a Per ca. 111. de cler. peregr.

b De atate & qualis. cu. ibi notat.

c Cap. 10. de reform. d Sess. 24.

e Ca. quoniã in plerisque. & c. inter cetera. de officio ordin.

f d. c. quoniã in plerisque. g Arg. l. idem iuris. ff. ad le. Aquil. ca. non est putanda. 1. quæst. 1.

CONSILIVM I.

Respondeo primò, quod duo videntur hic implicite querri. Alterum est, an prædictus Illustrissimus Cardinalis dominus meus possit cognoscere de hac causa, nõ obstante commissione prædicta, sine noua cõmissione facta. Alterum est, an orator debeat centeri obligatus ad seruanda illa, quæ ordini sacro sunt annexa, an non.

Secundo, quod ad horum prius respondendum est affirmatiuè. Tum quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum quæ regula est in lib. 6. a & commissio præfata expirauit re integra, vt in facto proponitur. Tum quia est casus in cap. vt debitus honor, b in quo probatur, quod ordinarius potest procedere ad instantiam vnus partis in causa, etiam postquam altera pars misit ad impetrandas literas à Sede Apostolica super eadem causa, & etiam postquam eas impetrauit. Illud enim ca. vt debitus secundum glossam & communem, vt tradidit Philippus Decius, procedit tam in ordinario, quàm in delegato. Tum quia non obstant ca. vt nostrum, c & collecta ibi à Decio: quia illud agit de auocatione causæ pendens ad se per Papam facta, nõster autem casus agit de rescripto, quo causa fuit commissã cuidam delegato. Item illud loquitur de auocatione quæ non expirauit, nõster autem casus de delegatione & commissione, quæ expirauit.

Item illud agit de auocatione, contra quam altera pars opponere commissiõnem, vel litè motam, in nostro casu agit de eo, in cuius fauorem fuit facta commissio, & in cuius fauorem petitur auxilium ordinarij, quod posset facere renunciando extraordinario delegationis in fauorem suum facta, etiam si non expirasset, iuxta regulam quod ob gratiam, d quæ etiam procedit in rescriptis: nam qui impetrauit prius, potest, si vult, renunciare illud, immo renunciat tacitè, si non excipiat contra posterius. e

AD POSTERIVS autem dubium nõ potest responderi sufficienter, donec sciatur qualis metus intercessit in ordinatione oratoris, an iustus, an iniustus, & donec sciatur qualis mens fuerit illi, an scilicet omnino renitens, & nullatenus volens, an vero nolens quidem liberè & sponte, sed conditionaliter sic. f

SVMMARIVM.

- 1 Gratia per mortem concedentis non expirat, licet mandatum de ea faciendã expirat.
1 Licentia concessa Episcopo dispensandi cum aliquibus, eorum nominibus non expressis est gratia quæ non expirat morte concedentis, at si ei committatur, vt dispenset cum N. est mandatum, & expirat.
2 Ignorantia probabilis iuris positiui excusat, quousque scientia superueniat.
2 Credens dispensationem sibi à suo superiore impartitam validam esse, cum non sit, in probabili versatur ignorantia.
3 Dispensatio seruat a forma faciendã.

CONSILIVM II.

Papa quibusdam Episcopis facultatem dispensandi cù quibusdam personis, qui matrimonia in gradibus prohibitis contraxerant, concessit, sub forma, vt Episcopus primum debeat declarare matrimonia esse, fuisseque irrita, & postea absoluat, contereantur peccata sua, cõmunicent, dispenseantur, & de nouo contrahant.

Queritur primo, an facultas prædicta per obitum concedentis expirauerit. Secundo, casu quo facultas esset inualida, & Episcopus validam credens, dispensauerit, & bona fide sic dispensati contraxerint, an tuta conscientia possint perseverare in contracto matrimonio.

Tertio, quomodo Episcopus absolueret & dispensare valeat, quando altera persona est implicata peccatis, & restitutioni obnoxia, & an publicè seu occultè matrimoniũ debeant contrahere.

AD PRIMAM respondeo, quod per solam mortem concedentis non expirasset. Quia gratia facta non expirat per mortem eam facientis, & licet mandatum de faciendã ea expiret, h & quamuis commissio de dispensando cum aliquo expiret per mortem committentis, quia

est mandatum de gratia faciendã; cõcessio tamen facultatis ad dispensandum, nemine nominato, est gratia facta illi, cui datur facultas; & ita non expirat morte concedentis, sicut commissio morte committentis.

Ad secundam respondeo, quo ad forum conscientie per illam ignorantiam, donec superueniat scientia contraria; quia ignorantia probabilis iuris positiui excusat, a qualis est hæc, de qua quæstio proponitur: cum in dubio credendum sit, & obediendum superiori. b

Ad tertiam respondeo, quod debent prius absolui ab excommunicatione incurta, per Episcopum, qui potest absolueret ab ea, cum non sit reseruata Papæ, vt patet per contextum clem. i. c deinde debent confiteri, & communicare. Nec obstat, quod sũt peccatis irretrici: quia ad irritanda, & absoluedi ea, instituta est confessio. d Nec obstat obligatio ad restituendum: quia illa de necessitate est faciendã eo modo, quo debet fieri à cõsistentibus in Quadragesima, vel aliis temporibus. e Tertio debent contrahere de nouo publicè, si prius matrimonium fuit clandestinè contractum; alioqui sufficit contrahere de secreto, vt nos declaramus in Manual. confess. f

SVMMARIVM.

- 1 Conseruatores, & Inquisitores sunt delegati.
2 Intellectus cap. 20. de resor. sess. 24. Concilij Trid. & num. 4.
2 Conseruatores in prima instantia possunt, vt asseritur, cognoscere de causis.
3 Conseruatores esse ordinarios probabile, quo ad effectum vt cõprebendantur sub dispositione ca. 20. de reform. sess. 24. in se tamen eorum iurisdictione est extraordinaria, & restringibilis.
3 Iurisdictione ordinaria fauorabilior delegata.
5 Iurisdictione in matrimonialibus & criminalibus potest ab inferiori Episcopo præscribi, & consuetudine ac privilegio acquiri, num. 6.
6 Lex generalis statuto particulari, vel consuetudini non derogat, nisi de potentis derogare contraria constet mente.

CONSILIVM III.

Quæsitum fuit primo, an s Concilium Tridentinum habeat locum in iudicibus conseruatoribus.

Secundo, an illud ipsum, h tollat facultatem cognoscendi de causis matrimonialibus inferiori Episcopo, qui prescriptione, cõsuetudine, vel priuilegio eã sibi quæsiuit.

Ad priorem quæstionem respondeo primò, certum esse conseruatores esse iudices delegatos: quia ideo de illis tractatur in c. i. & vl. i quia etiam Inquisitores hæreticæ prauitatis etiam dati à Sede Apostolica secūdũ reperiuntur sententiã dicuntur delegati, vt inter alios notat Francus, k quidquid Archidiaconus dissentiat ibidem.

Secundo, quod ex hoc videtur argui posse per parte negatiua quæstionis proposite, scilicet quod principium præfati ca. l non habeat locum in conseruatoribus, cum solum loquatur de ordinariis iudicibus.

Tertio, quod per parte contraria facit, quod hæc quæstio præsupponit cõseruatores posse cognoscere de causis Ecclesiasticis in prima instantia, in qua non possunt cognoscere nisi iudices ordinarij; quod puto audiuisse me ita definitum fuisse ab Illustriss. DD. meis Cardinalibus ad dubia Concilij Tridentini declaranda deputatis; & consequenter reputari eos quo ad hoc ordinarios: & si res ita se habeat, quæstio hæc videtur digna declaratione Papali, cui me humiliter subdo.

Quarto, quod antequam illa fiat à sua Sanctitate, aut ab Illustrissimis Dominis meis Cardinalibus in id deputatis, Concilij menti consonantius arbitraret, vt præfati conseruatores quo ad vtrumque articulum haberentur pro ordinariis. Quo ad priorem quidem, ne gratia principis conseruatoria eis pereat. m Quo ad secundum autè, ne iurisdictione extraordinaria sit fauorabilior ordinaria, contra glossam sing. n & alia ei adnotata: & quia iurisdictione conseruatoria, & omnis alia delegata, est odiosa, quatenus præiudicat ordinario, & restringenda, iuxta regulã odia. disputando vtraque pars quæstionis iure defendi potest.

Ad secundam respondeo primò, audisse me magnas cõtrouersias motas fuisse in Hispania inter Episcopos ex vna parte, Abbates, & alios inferiores prælatos ex

altera

a Tit. de regn. iur. c. ex renou. cum gloss. de rescript. b De appell.

c De appell.

d Lib. 6. c. l. quod fauore. C. de legib. c. Ca. ceterũ. c. si autem. c. c. plerumque. de rescriptis.

e Iuxta c. maiores. §. item quaritur. de bapt.

g Ca. si super gratia. de off. deleg. lib. 6. h Ca. relatiũ. de off. legat.

a Ca. 2. de cõstit. & notat. in c. ignorantia. de reg. iur. lib. 6. b Ca. quid culparum. 13. q. 1. sub finem cũ allegatis ibi à gloss. in verbo iniquitas. c De consangu. & glo. penult. ipsius. d Ca. omnis. de pæn. & remiss. e Per ca. peccatis. de reg. iur. lib. 6. f Cap. 22. nu. 70. & 80.

g Capi. 20. de resor. sess. 24. h Cap. 20. §. ad hæc.

i De off. deleg. lib. 6. k In c. ne aliqui. de heret. li. 6. arg. c. vt off. & c. per hoc. eod. titu. & lib. l 20. sess. 24.

m Iuxta c. decer. de reg. iur. lib. 6. & iuxta alia per gloss. & doct. ibi citata. n In clem. 2. de off. ordin.

scopi, qualem se tacitè datum ab eo forte præfente credere coram Deo poterat, & consequenter per bonam fidem in prædictis fundatam excusari potest, & si non à tota culpa, certè à maxima eius parte.

SVMMARIVM.

- 1 Delegatio, seu commissio de conferendo beneficium facta vicario ordinarij, non transit in ipsum ordinariũ, etiam si vicarius sit remotus ab officio.
1 Episcopus vicario commissã expedire nequit, & contra.
2 Possessor beneficij triennalis, bona fide illud cum titulo colorato possidens, sit dominus eius.

CONSILIVM V.

AN commissã per Papam officiali, vel vicario generali, possit expedire Episcopus, & an collatio sic facta à tali Episcopo valeat.

Respondeo primò, quod delegatio facta officiali, vel vicario Episcopi non censetur facta Episcopo, nec transit in Episcopum, ipso delegato remoto, vt determinat Paulus, quem sequitur Cardinalis a & Bonifacius, b quod ipsum tenet Decius & citat alios c & Rebuffus, d sicut nec vicarius potest expedire commissã Episcopo. Et consequenter, quod non valet collatio ab Archiepiscopo facta.

Secundo, quod dici potest beneficium præfatum factum esse suum per triennem possessionem cum titulo bona fide pro bono habito continuatam, per glossam antiquam regulæ Cancellariæ, quam antehac respondendo in Vrbe secuti fuimus, licet antea multo tempore dubitassetur.

Tertio, quod ad maiorem cautelam posset peri, & impetrari quoddam Perinde valere quo ad forum conscientie per aliquem Pœnitentiarium ab ipsomet Papa, quod facile concedet verbo, & sufficere, quoniam quo ad forum exterius securius est per præfatum regulam Cancellariæ de triennali possessore.

Aduerte quod Rota tenet Episcopum non posse cogi vt habeat vicarium vt habet Puteus lib. 2. decis. 43. Methodanus de officio vicarij decis. 4. sed nec Felinus dic. cap. quoniam, sequitur Abbatem: vide etiam supra de officio vicarij c. 1.

SVMMARIVM.

- 1 Clausura rescripti, Conscientiam tuam onerantes, non tollit potestatem quin possit alteri committi, etiam si sit exammen, maxime si competeat ei prius iure ordinari.

CONSILIVM VI.

AN Episcopus possit committere examen sibi à Papa commissum per hæc verba, scilicet, In quo oneramus conscientiam tuam, & c. sed non exprimitur nomen propriũ.

Super hac quæstione multi multa varia scripserunt, & contraria, vt videre est per citata à Felino, e qui nifus fuit conciliare opiniones contrarias, secundum cuius concordiam videntur prædicta verba posita in vim monitionis potius, quàm in vim formæ delegationis, & consequenter poterit per alium expediri negotium commissum & si in casu proposito, iure ordinario conueniret prædicto Episcopo prædicta examineatione, magis aptaretur hæc decisio, per ea quæ tradit Rota, f Salua, & c.

SVMMARIVM.

- 1 Prædicare non est actus sacri ordinis, vnde potest etiam ei, qui non est in sacris, ab habente iurisdictionem mandari. nu. 4.
2 Prædicare ratione officij solis curatis competit, etiam si non sint sacerdotes. num. 3.
2 Prædicare de licentia sacerdotis etiam laicus potest.
3 Prædicandi actus non est diaconatus peculiaris.
4 Consuetudo Ecclesie habet, vt etiam qui non est in sacris, rogatus ab eo qui potest demandare, prædicet.
4 Delegabilia sunt iure canonico omnia quæ sunt iurisdictionis.

CONSILIVM VII.

AN prædicare sit actus ordinis sacri, ita vt non possit per Episcopum alicui, qui non sit in sacris constitutus, demandari?

Videtur dicendum quod non. Tum quia nullo iure natura, neque diuino, neque humano canonico, saltem scripto reperitur verita huiusmodi commissio: ergo non

a Ca. 20. sess. 24.

b De cõstit. li. 6. c. l. 3. §. diuus Hadrianus. ff. de sepul. viola. c De consangu. d De præfati. & in c. accedentibus. de excess. prælat. e In epist. 4. 2. parte ca. 8. §. 11.

SVMMARIVM.

- 1 Vicarius generalis Episcopi deputati conseruatoris priuilegium à Sede Apostolica alicui concessorum, hac viens iurisdictione, videtur posse excusari, & tantò magis si ea præfente Episcopo vteretur. num. 4.
2 Extrauagans etiam in corpore iuris posita, si sit talis quæ etiam à doctis vt plurimum solet ignorari, iuste potest ignorari.
3 Iurisdictionem duplicem habens, in dubio ea videtur vti, qua magis processus firmatur.
4 Delegatio Episcopo etiam perpetuo facta, vt sunt conseruatoria, non transit in eius vicarium generalem, licet possit specialiter subdelegari.

CONSILIVM IV.

VICARIVS Episcopi Vrbeueranensis, tamquam executor & defensor immunitatis Abbati & subditis concessã, monuit prætorem, & homines de magistratu sub excommunicationis pœna, vt deberent innouata reponere, & ne dictum Abbatem in sua iurisdictione inquietarent. Dubitatur, an vicarius iuste sub dicta censura potuit prætorem, quem ibi constituere solet Sedes Apostolica, monere.

Pro exoneratione prædicti vicarij, quæ tangitur in argu. facit multum, quod Episcopus Vrbeuetanus est executor, & defensor immunitatis, exemptionis, & libertatis concessã prædictis Abbati, & subditis suis, vt patet per literas Innocentij viij. & ita sine culpa, saltem graui, potuit credere sibi esse iurisdictionem ad faciendã illam, quam picitur fecisse, monitionem prædicto gubernatori. Tum quia potius fuit vrba, & quædam fraterna, Christianaque, quam iudicialia fundata in opinione, qua eum variè excommunicatum putabat.

Tum quia extrauagans cum Mattheus, f quæ sola videtur ei ob stare in hoc, est posita extra corpus iuris, & quæ plurimis etiam doctis ignorata: & ignorantia iuris humani dubij excusat à peccato mortali, secundum Innocentium s relatum à Baldo h & probatur à Felino i & à nobis in comment. cap. nullam. k

Nec obstat, quod forsam non fuit protestatus se procedere auctoritate delegata. Tum quia habens iurisdictionem delegatam, & ordinariam, videtur in dubio procedere delegata, aut certe illa qua magis firmatur processus, per resolutionem Innocentij l quo cum alijs multis relato sic resoluit Felinus. m

Et quia licet delegatio facta Episcopo non transit in omnem vicarium eius à se constitutum, secundum communem, quam alias defendit Decius: n sunt tamè qui contra putent: & poterat procedere saltem vt delegatus Episcopi,

f De hæret. g In capi. per tuas. 2. nu. 4. de simonia. h In l. ab eo. c quemdo & quando iud. i In c. nam. de cõstit. k 18. q. 2. nu. 32. l In c. cum ex officij. de præfati. m Ibid. n. 31. n In ca. quoniam Abbas. de officio deleg. nu. 15.

a q. 9. b Num. 52. in clem. 2. de rescriptis. c In ca. quonia abbas n. 9. col. 7. de off. deleg. d In praxi, de forma vicariatus, n. 159. & 161.

e In c. f. §. is autem. de off. deleg.

f In decis. 14. de off. deleg. in nouis, quæ in ordine decisio num. est 368.



a Cap. consulti. 2. q. 5. & 9. consideremus. auct. de iuri. & se. miss. colum. 3. b Ad Rom. 10. c De hereti.

d Eiusdem c. verb. sacerdot. e Ca. mulier. 23. dist. f 25. dist. 1.

g In ca. inser. ca. de off. ord. b Ca. 25. nu. 141.

i In c. peruenit. 95. dist.

k In lib. 2. & alii de constitut. Euan. gel. l Vbi supra. m In 4. dist. 1. q. 5. art. 6.

n Capi. P. & G. de off. deleg.

o Le. 1. §. qui mandati. ff. de off. eius cui mand. est iuris. p ff. de regul. iuris.

est dicendum. a Tum quia licet statutum sit, ne quis praedict, nisi mittatur, iuxta Apostolum b relatum in capit. cum ex iniuncto, c non tamen est statutum, quod mittendus debeat esse ordine sacro initiatus.

2 Tum quia cap. aduicimus. 16. q. 1. quod sic habet, Nullus praeter sacerdotes Domini audeat praedicare, intelligitur de praedicatione facienda auctoritate propria, & ratione sui officij, quale habet sacerdos curatus. Vnde monachus, etiam si sit diaconus, vel sacerdos simplex non habens Ecclesiam curatam, non potest praedicare, nisi de licentia Episcopi, vel sacerdotis curati, vt praedictum cap. aduicimus. adiuncto §. ecce, quem Gratianus ei subiicit, efficaciter probat: per licentiam autem sacerdotis sic, vt habet glossa recepta. d

3 Tum quia etiam laicus potest praedicare de licentia sacerdotis, & clericorum. e Tum quia cap. perlectis. f & cap. in sancta 92. dist. qua habent, ad diaconum pertinere praedicationem, recte possunt intelligi de cantione, vel lectione euangelij ad Missam, vt glossa utrobique dicit: nam certum est per ordinem diaconatus non dari cuiquam potestatem concionandi populo more vsitato, sine licentia parochi, Episcopi, vel Papae, nisi ipsemet habeat Ecclesiam parochialem, & velit in ea praedicare, vt habet communis resolutio Panormitani & aliorum g & aliis locis citatis in nostro Manua. confess. h

4 Tum quia communis vsus totius orbis Christiani videtur habere, vt parochi frequentissime rogent clericos Theologos doctos nondum sacris ordinibus, vel solum subdiaconatu initiatos, vt praedicent in suis parochiis, & solemniter praedicant. Tum quod omnia, quae pertinent ad iurisdictionem, sunt delegabilia iure canonico, iuxta glossam singularem & receptam. i Tum denique quod per praedicta probatur omni iuri propius esse, quod actus concionandi populo more vulgato nostro, non sit peculiariter diaconatus, quam subdiaconatus: nam Clemens, qui tot & tanta tradit de pertinentibus ad diaconum k nihil tale scripsit: & vt praedictum est, iura significantia illud possunt recte intelligi de lectione, vel cantione solemni euangelij ad Missam, tamen si multum circa hoc videtur euadere Caeteranus in locis per nos citatis, & ita etiam illi contradicit Dominicus Sotus. m Salua, & c.

SVMMARIVM.

- 1 Delegata iurisdictione non potest prorogari de persona ad personam etiam iudice in id consentiente. num. 2.
2 Penitentis postquam elegit vnum confessarium, cui acceptanti literas sacrae Penitentiarie praesentauit, non potest, eo dimisso, alterum eligere, etiam si primo electus consensiat.

CONSILIVM VIII.

AN Postquam penitens, cui officium sacrae Penitentiarie dedit literas sigillatas directas discreto viro confessario per latorem praesentium ad introscripta specialiter eligendo, elegit vnum confessarium, possit saltem de voluntate dicti confessarij, eo dimisso, alterum eligere? 1 Quod non possit, facit primo, quod iurisdictione delegata non potest prorogari de persona ad personam, a at bulla praedicta diriguntur ad eos, quos in eis contenti elegerint, & consequenter eo ipso, quod nominati fuerint electi, videtur expressi ab ipso Illustrissimo summoque Penitentiarario, & si a principio ab ipso essent expressi, nullatenus possent alij eligi, ergo neque posteaquam fuerint a partibus nominati electi, & expressi. Secundo facit illa firma ratio, quod iurisdictione delegata est iurisdictione delegantis, o & ita ad ipsum delegantem, cuius illa est, pertinet eam extendere, & non ad partes, nec ad iudicem, quorum illa non est. arg. l. id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest. p

SVMMARIVM.

- 1 Intimatio alicuius rescripti, ad hoc vt obliget ad credendum ei, requiritur quod fiat per porrectam scripturam authenticam, & per habentem interesse, seu illius procuratorem nu. 2. & 12. accidentibus tamen alijs adminiculat obligat. maximè inter regulares ad credendum. num. 6.
3 Cardinalis dicto in praedictum meum deponenti credere non teneor, nisi quo ad ea que asserit sibi viua vocis oraculo a Papa mandata. nu. 7.
4 Transumpto alicuius instrumenti non teneor credere, nisi cita-

ta parte cuius interest de mandato iudicis sit sumptum.

5 Appellatio ex causa probabili interposita annullat omnes censuras postea contra appellatam latas. & nu. 9. & 13. nec taliter excommunicatus est vitandus in extrajudicialibus. num. 15. & hoc etiam quod postea causa appellandi declaratur iniusta.

6 Commissarius generalis ordinis dicitur habere auctoritatem ordinariam, vnde transumptis eius auctoritate per notarium sumptis religiosi tenentur credere: itemque potest delegare suas vices. num. 10.

8 Subexequutor processus fulminati non potest per clausulam, ceterum, habere iurisdictionem, nisi sit in ecclesiastica dignitate, vel canonicus cathedralis: & successus eius excommunicationes & declarationes sunt nullius momenti.

9 Delegatus principis etsi possit iurisdictionem subdelegare, subdelegatus tamen non potest illam alteri demandare.

10 Potestatem duplicem habens, delegatam, & ordinariam, si ex vtraque procedat, sustinetur actus ex illa, secundum quam potuit id facere.

14 Eligere praetatum possunt capitulares legitime congregati, etiam cum absit is, qui si adesset, Capitulo deberet praesidere.

15 Electio est de actibus extrajudicialibus: factaque ab is, qui vere non habent ius eligendi, nec sunt in eligendi possessione constituti, non tenet, etiam si crederetur probabiliter potestatem adesse, sicut dicitur de praesentante. num. 16.

16 Suspendio facultatis concessa, etiam si ignoretur, tamen vere suspendit.

17 Electio & praesentatio facta a possessore, si sit male fidei, non tenet.

18 Errans circa ius humanum dubitum excusatur a peccato mortali, & successus ab excommunicatione fulminata contra contumaciter non obediens, qua ligarentur inobedientes in mala existentes fide.

CONSILIVM IX.

CONSIDERATVR primò, quod vtraque pars confitetur S. D. N. concessisse menfe Februario anni 1581. breue, de quo agitur, & cui nituntur admodum reuerendi PP. recollecti, quibus fuit concessum: nec dubitatur de fulminatione, & legitima intimatione ipsius, & minus de summa concedentis potestate, qua potuit ordinare, & iubere quae in eo continentur. a

1 Secundò consideramus, quod, vt credo certò S. D. N. illud suspendisse, ita puto aliquos ex recollectis in quorù fauorem praetatum breue concessum fuit, a principio non fuisse obligatos credere, quod suspensio eius legitime fuit praefatis recollectis intimata. Tum quia clem. causam b requiritur vt intimatio fiat per porrectam scripturam authenticam, qualis non videtur porrecta in intimatione praefate suspensionis. Tum quia etiam requirit vt intimatio fiat per partem aduersam, vel procuratorem eius, quia non sufficit vt fiat per negotiorum gestorem, vt post Bartholum & alios c tradit Felinus. d

2 Quamuis huic rationi responderi posset, quod sufficit vt intersit intimantis, esto non habeat mandatum ab alio ad intimandum, vt post Bartholum & alios tradit idè Felinus, e & constat praefatam intimationem factam fuisse per fratres eiusdem ordinis, quorù intererat illam fieri.

3 Tum quia possunt dubitare de asserione praefati domini protectoris Illustrissimi, dicentes non credi vni soli, etiam Cardinali, deponenti in praedictum tertij, iuxta glossam singularem & receptam. f At in praesenti casu solo dicto Illustrissimi Cardinalis protectoris probatur praefata suspensio.

4 Tum quod nullae literae originales praefati Cardinalis Illustrissimi fuerunt praedictis recollectis intimatae, sed solum quaedam copia exemplata à commissario generali Vlyssipone residente, cui non tenebantur credere: quoniam transumpto etiam instrumenti authentici non tenetur quis credere, etiam si tenor instrumenti inferatur, g nisi transumptio fiat auctoritate iudicis, & parte, cuius interest, citata, vt omnes communiter concludunt, h & constat praefatam transumptionem non fuisse factam citata parte.

5 Tum quia appellatum fuit à mandato & praepcepto praefati commissarij generalis, qui faciebat fidem de praefata domini Cardinalis & protectoris asseritione suspen-

a Arg. c. cuncta per mandatum. 9. q. 3. cum ei similibus.

b De elect.

c In l. non solum. §. morte. ff. de noui. op. nunciat. d In c. ubi. de constitut. num. 43. e Vbi supra num. 40.

f In cap. sicut nobis. de sent. excom.

g Authen. si quis in aliquo. C. de e. dend. h In c. fin. de fide instrum. & in dict. auben. si quis in aliquo.

a Ca. per tuos. de sent. exco. b Ca. solet. de sent. excom. lib. 6.

c Iuxta c. qua. l. ter. & qua. d. 2. sub fine de accusa. d L. repetita. C. de episcop. & cler.

e In clem. ne Romani. ver. eo ipso. de electio. f In ca. quod super his. de fide instrum. g In cap. cum in iure pers. de offic. deleg.

h De rescript. a num. 7.

i Per cap. k De praeben. l In c. cum ex officio. nu. 21. de praescript.

fionis breuis. Appellatio enim ex causa probabili interposita annihilat censuras omnes post eam latas, a etiam si postea declararetur causam appellandi non fuisse iustam, vt declarat glossa penultima. b

6 Tertio consideramus, quod licet praefati patres recollecti ab initio potuissent de rigore iuris in foro exteriori dubitare de praerata suspensione ob rationes praefatas: nunc autem, posteaquam per multas, vt credo, epistolas, non uerunt praefatum D. Illustrissimum Protectorem praestare in asseritione sua, vix possent in foro conscientiae excusari ob ignorantiam Praedictae suspensionis, attentae per seuerantiam praefati Illustrissimi Protectoris in affirmando id quod per epistolam scripsit, & attenta generalis commissarij asseritione quod recepit fidem praefati Illustrissimi Protectoris, & eam fideliter fecit à notario fidei scribi auctoritate sua ordinaria, & quod fundado se super illa fide pronunciauit grauisima mandata grauisimis censuris munita in omnes recollectos, qui praefato Illustrissimo domino Cardinali & sibi non crederent, neque parent: Attento item, quod rigor iurium humanorum circa ea quae apices eorum respiciunt, non est adeo seuerè obseruandus apud regulares, c & quod ignorantia eorum magis quam scientia est tanta religionis virtus laudabilis: quandoquidem opprobrio est illis, se disceptionationum forentium peritos ostendere. d

7 Attento item, quod siue iure communi, vel consuetudine, siue obseruantia Curiae, creditur Cardinali asserenti aliquid sibi esse commissum à Papa viua vocis oraculo, vt colligitur ex Cardinali e & Panormitano, f & Felino, g & aliis ab eo citatis, praesertim Cardinali adeo maximo, ac est praefatus Illustrissimus: & attento quod est Protector ordinis, & adeo alienus à suspitione, & quod suspensio, de qua deponit, non videtur suapte natura praedicta tertij, immo vtilis toti ordini, & eius tranquillitati.

8 Quarto consideramus, quod subexequutor processus fulminati ab Illustrissimo Archiepiscopo Tarraconensis non erat canonicus Ecclesiae cathedralis, nec constitutus in ecclesiastica dignitate, & ita non potuit esse iudex, nec habere iurisdictionem per virtutem clausulae ceterum, positam in processu fulminato, secundum verum intelligendi modum eius, quem nos tradimus & irrefragabiliter probamus in ca. cum contingat. h & ita omnia quaecumque ille fecit tamquam iudex executor, excommunicando, & declarando excommunicatos, & id genus alia, quae non potest facere merus executor, fuerunt nulla, & nulliter facta, & non profunt quicquam praefatis recollectis, nec nocent eorum aduersariis, quamuis ipsi, vt puto, bona fide crediderunt ea fuisse valida, quia non satis intellexerunt praedictam clausulam ceterum, vti parum in litigandi arte exercitati, cum etiam in ea exercitatisimi ignorent intellectum eius in tota fere Hispania, donec nos Comibrice illum latissime tradidimus, & probauimus, & nuper in vrbe nouè edidimus.

9 Quinto etiam consideramus, quod etiam executor subdelegatus domini commissarij generalis deputatus ad intimandas literas praefati Cardinalis Illustrissimi, non satis iuridice fecit ea quae fulminauit contra praefatos recollectos. Tum quia fecit ea post appellacionem interpositam. Tum quia non potuit ea facere vt subdelegatus praefati domini Protectoris: quia licet delegatus Papae possit subdelegare, delegatus tamen delegati ab eo non potest id facere: & intentio praefati generalis commissarij videtur fuisse subdelegare potestatem, quam praedicta debet habere virtute literarum domini Cardinalis Protectoris.

10 Quamuis huic rationi responderi posset praefatum commissarium generalem habuisse potestatem ordinariam ratione sui officij, licet praetenderet habere talem tacite etiam potestatem delegatam ab ipso domino Protectore: & quod habens duplicem potestatem procedendi, potest per vtramque procedere, & valebit actus, i nisi essent viri prouidi. k & alia singularia, quae tradit Felinus, l & consequenter quod facta per subdelegatum, vel subexecutorem generalis commissarij, valebunt tamquam facta à delegato ipsius virtute ordinariae iurisdictionis, quamuis non valeant tamquam facta à subexequutore praefati domini protectoris.

Sexto consideramus, quod praefatus commissarius generalis iuste potuit prohibere praefatis recollectis, ne facerent Capitulum, quod praetendebant, absque ipso, & intinimare quod volebat interesse illi, quia praefatum breue faciebat ei praefatam facultatem: & ita praefatos recollectos, qui praetendebant praefatum breue non esse suspensum, teneri ad admittendum ipsum in praefato Capitulo iuxta illius tenorem.

11 Nec obstat dicere, quod cum praefatus commissarius praetenderet breue praefatum esse suspensum, non poterat vti eo, argu. regula. ex eo non debet quis fructum consequi, quod visus extitit impugnare. a Quia responderi potest noluisse praefatum commissarium, quod facultate praefata interessendi Capitulo, ex eo solo, quod eam praebat ei breue, sed potius eo quod non tollebat eam ei breue praefatum, sed iure officij sui, habebat eam.

12 Septimo consideramus, quod rationibus quae insinuantur ad probandum electionem praefatam esse nullam, responderi posse videtur. Primo quidem ad primam, quod suspensio breuis non erat legitime intimata, vt supra dictum est, & quod de non apparentibus & non existentibus idem est iudicandum. b

13 Ad secundam, quod à mandato commissarij fuit appellatum ex probabili causa, & ideo prohibitio eius non nocebat recollectis, nec proderat aduersa parti. c

14 Ad tertiam, quod nullo iure cauetur quod Capitulum legitime congregatum non possit eligere praetatum, absente illo, qui si esset praesens, deberet praesidere Capitulo, dummodo maior pars conueniat in aliquem idoneum eligendum.

15 Ad quartam, quod excommunicatus post appellacionem ex probabili causa interpositam non est vitandus in extra iudicialibus, quales sunt electiones, d & quod non est asserendum, quod iure non est cautum. e

16 Alia tamen duplici ratione videtur electio praefata inualida. Prima est, quod Capitulum praefatum congregatum contra praepceptum commissarij, nullo iure habebat verum ius eligendi, neque erat in possessione illius, non enim habebat iure communi & sua regula, neque iure speciali praefati breuis, quia vere erat suspensum, quamuis verè nesciretur à Capitulo suspensio: sicut praesentatio facta à patrono, qui verè non est patronus, nec est in possessione iuris praesentandi, licet crederetur talis, non valet, & est declaranda nulla, simulac constituit praesentantem non esse patronum, neque esse in quasi possessione iuris praesentandi, vt docetur communiter. f

17 Secunda ratio est, propter malam fidem, si capitulares & vocales fuerunt in ea constituti per praepceptum & censuras praefati domini commissarij: quoniam electio & praesentatio à male fidei possessore facta non valet, iuxta notata in dicto cap. consultationibus. g Sed quia recollecti negare possunt se fuisse in mala fide constituti, dicentes non credidisse breue praefatum fuisse suspensum efficacior est ratio praecedens.

18 Octauo consideramus, neutros praefatorum fratrum, nec obseruantes, neque recollectos peccasse mortaliter, faciendo quae fecerunt, nisi mala fide fecerint illa, credendo, vel debentes credere praefatum breue fuisse vel non fuisse à S. D. N. suspensum, atequam congregarent Capitulum, & eligerent ministrum. Tum quia qui bona fide facit aliquid, quod non licet iure humano positum, errando circa intellectum eius dubium, non peccat mortaliter, iuxta celebre Innocentij dictum h à plerisque omnibus receptum, vt vtiliter de more scripsit Felinus i & praefati omnes fratres, qui bona fide credebant esse iusta quae faciebant, alioquin non facturi, fecerunt ea, errando circa intellectum iurium humanorum adeo dubiorum, quod multi etiam Iurisperiti eruditissimi habiti errauerunt, & errant.

10 Nono ex praemissis considerationibus inferimus, praefati Illustrissimi Domini Protectoris, & aliorum superiorum ordinis praefati Illustrissimi eiusdemque altissimi partes esse, declarare primum praefatas electiones tam ministrum, quam aliorum custodis & guardianorum in praefato Capitulo factas, fuisse ac esse inualidas & nullas: deinde declarare: nullos eorum qui praefato Capitulo inter-

a Lib. 6.

b L. duo sunt Titij. ff. de testament. susel. c Arg. sit. nihil innovari appell. pend. ff. de non solum. de appell.

d Ca. solet. de sent. excom. lib. 6. e Cap. consulti. 2. q. 5. §. consideremus in authen. de triente & sem. col. 3.

f In c. consultationibus de iure patro. & in ca. cum ecclesia Surri. na. de cau. poss. g Et d. c. cum ecclesia.

h In capi. per tuos. 2. de simon. i In c. 1. colli. penult. de re iudic.

fuerunt, neque illos qui contra eos protestati vel alloqui fuerunt, exceptis, qui mala fide id fecerunt, peccasse mortaliter, & subinde non incidisse in vllas censuras, nec vllam irregularitatem contraxisse ob id, quod eis ligati diuina celebrarunt, saltem vsque ad tempus in quo constitit, vel debuit constare ipsis de predicta suspensione.

SVM MARIVM.

1 Episcopus delegatus non habet maiorem coniunctionem cum Capitulo, quam Legatus, nec Capitulum est magis suum, quam Legati.

1 Vniuersi si Episcopus tamquam Sedis Apost. delegatus beneficia ex Concil. Trid. sess. 21. cap. 5. consensus Capituli non videtur necessarius.

2 Delegatus in causa sibi delegata est maior quam Legatus.

CONSILIVM X.

AN Episcopus tamquam delegatus possit vnire beneficia sine consensu Capituli per Concilium Tridentinum.

1 Respondeo ad hanc questionem, quod videtur posse. Tum quia Legatus potest id facere, vt determinat Perrus à Perusio. b Tum quia omnes rationes, quibus potest id facere Legatus, probant idem facere posse Episcopum tamquam delegatum, cum Episcopus, vt delegatus, non habeat maiorem coniunctionem cum Capitulo, quam Legatus, nec Capitulum sit magis suum, quam Legati.

2 Tum quia delegatus in causa sibi delegata est maior quam Legatus.

Aduertendum, referri sacram Congregationem censuisse contrarium.

DE OFFICIO IVDICIS ORDINARI.

SVM MARIVM.

1 Possessionem beneficii taliter non amittit etiam sponte resignans, quin spoliatus possit agere de spolio.

2 Gestis ab eo qui titulum beneficii, seu officij, etiam per spontaneam renunciationem perdidit, si non perdidit possessionem, cum retineat administrationem, etiam si sint absolute sacramentoales, tenent: & idem si titulum habuit à superiore quidem, sed inualide.

CONSILIVM I.

VT RV M gesta à beneficiario priuato beneficio ipso iure per promotionem, vel aliam causam, antequam expellatur à possessione, vel relinquat illam, valeat.

1 Et pro parte quidem affirmante facit primo cap. licet quatenus probat non perdere quem possessionem, & administrationem beneficii, eo quod perdat illud, & eius titulum ipso iure. Secundo faciunt multa, qua nos scriptimus in repet. cap. accepta. e per qua probamus possessionem beneficii non perdi ipso iure per renunciationem etiam spontaneam, adeo quod, si spoliaretur, posset agere de spolio contra spoliantem, iuxta dictum Innocentij, f & consequenter non potest ei tolli administratio beneficii renunciati, donec relinquat possessionem, vel expellatur ab ea legitime, & gesta interim per eum valent.

2 Tertio facit l. Barbarius, g quatenus probat gesta ratione publici officij possessi ab eo, qui caret vero titulo eius, valere. Quarto, quod per illum textum, & alia concludit Panormitanus communiter receptus, h quod gesta à praelato, qui habuit titulum à superiore, & adeptus possessionem, valent, etiam si titulus sit inualidus, vel perditus ipso iure, & nihil iuris habeat in suo beneficio, episcopatu, vel dignitate. Quinto, quod ipsemet Panormitanus communiter receptus affirmat i quod absolutio à peccatis facta à praelato tolerato, & possidente beneficium, vel dignitatem, ratione cuius audit celsionem, valet, etiam si ipso iure perdidit titulum, & nihil iuris habeat in eo. ergo etiam ea, que facit aliquis Episcopus manens in possessione sui episcopatus, & ante quam derelinquat eam, vel priuatur ea, valent, etiam si ipso iure perdidisset episcopatum, vel ita ille vacasset, vt nihil iuris haberet in eo præter possessionem, & administrationem, quam habebat ratione tituli prius à Summo Pontifice habiti. Salua, & c.

SVM MARIVM.

Episcopus in quolibet loco sua diocesis non exempto, etiam in sua camera pro tribunali sedere, & ius dicere, tam per se, quam per alium potest, modo locus sit honestus, & illum partes possint sine magno incommodo adire. nu. 2. sic & Ar-

a Ca. 4. de reform. sess. 21. b In tract. de unione cap. 5. nu. 18. c. c. si quis vnire de excessib. praelat. clem. 2. de reb. eccl. aliis. c Ca. studij. de off. legat. c. sano. de off. delegat.

d 2. de prob. lib. 6. e Oppo. 7. de restit. spolia. f In cap. super hoc. de reuic. g ff. de offic. pratoris. h In c. nihil. n. 11. de elect.

i In c. dudum. 2. de elect. num. 20.

Archiepiscopus in sua diocesi archiepiscopali. num. 1.

1 Legatus plurium prouinciarum potest negotia vnus prouincia in alia expedire.

1 Limitatio legis penul. ff. de iust. & iure.

2 Arbitrarius in quolibet honesto loco sententiam ferre potest.

3 Episcopus constituere debet vicarios statarios, nu. 5. item & archiepiscopos. num. 7.

4 Prescriptio immemoralis, item & 40. annorum liberat ab obligatione iuris, sed non contra id quod dicitur ius naturale, quia esset irrationabilis. num. 7.

5 Consuetudo fere totius orbis ab omnibus seruanda est.

5 Episcopi ad vicarios generales constituendos cogi possunt ab Archiepiscopo: quia aliter non possunt bene regere sibi commissos. num. 7.

6 Concesso vno, conceditur & id sine quo concessum commodè fieri non potest: sed & qui tenetur & debet aliquid facere, tenetur etiam ad id sine quo debitum commodè prestare non potest.

CONSILIVM II.

CVM in Polonia diocesis vnus Episcopi per dietas circiter 10. vel plures extendatur, & Episcopi tribunalia stataria nullibi habeant, & modo in vno, modo in alio oppido habitent: Quæritur primo, an citati ab Episcopo, seu coram eo item habentes teneantur in quolibet loco, vbi sit Episcopus, comparere, & ius suum prosequi. Secundo, an dicti Episcopi cogi possint ad tenendum in aliquo certo loco vicarium statarium.

1 AD PRIMAM QUESTIONEM dico, quod quarela hæc cleri Poloniae videtur esse contra ius expressum à Bonifacio Papa scriptum. a cuius verba sunt, Cum Episcopus in tota sua diocesi iurisdictionem ordinariam noscatur habere, dubium non existit, quin in quolibet loco ipsius diocesis non exempto per se, vel per alium possit pro tribunali sedere, causas ad ecclesiasticum forum spectantes audire, personas ecclesiasticas, cum earum excessus exegerint, capere ac carceri deputare, necnon & cetera quæ ad ipsius spectant officium liberè exercere. sic etiam Legatus in qualibet parte suæ legationis potest expedire, quæ ad illam spectant, etiam quæ negotia vnus prouinciæ in alia suæ legationis, si ad multas est missus, b sic Archiepiscopus in quolibet loco suæ diocesis archiepiscopalis, c vnde Baldus Angelus, & Iason limitauerunt legem penult. d quatenus habet ius esse dicendum in loco maiorum, vt non procedat in Episcopo per predictum cap. cum Episcopus. e

2 Facit quod etiam arbiter potest iudicare vbi voluerit, modo locus sit honestus, f poterunt ergo Episcopi Poloniae in quacumque parte suarum diocesium audire & definire causas spirituales, criminales, & ciuiles, inter sibi subditos, & in sua camera, vt dicit Francus, g modo locus sit honestus, vt dicit glossa ibi, & modo partes sine magno incommodo litigare possint, quod solus Francus dicit ibi, & potest pro eo allegari præd. §. si arbiter, in illis verbis, si litigatores facile eo loci venire possunt, quamuis illum §. ad hoc ipse non pöderet, & alii textum idoneum ad id allegarint.

3 AD SECUNDAM dico primo, quod non videtur vllus canon id præcipere, & quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinventione non est præsumendum. h Secundo, quod Panormitanus i dicit non meminisse textum, qui clarè probet teneri Episcopum ad constituendum vicarium generalem, etiam non statarium: quamuis id efficaciter probetur in cap. in officio. archiepiscopos. l. 1. ad Corinthios 6. m 14. que. 1. n Arg. cap. de quarta. de prescrip. & c. super quibusdam. de verb. sign. & l. hoc iure. §. autem aqua. ff. de aqua quousid. & l. siua. o Cap. contra morem. 100. dist.

4 Quarto, quod Episcopi Poloniae possunt dicere se non habuisse antehac huiusmodi tribunalia stataria, & ideo etiam si iure debuissent ea habere, præscriptione tamen ordinaria quadraginta annorum, cum immemoralis, de cuius initio nõ est memoria, essent à tali iure liberati. n

5 Pro parte autem affirmante facit primò, quod consuetudo totius fere orbis Christiani habet, vt Episcopi teneat huiusmodi tribunalia stataria in ciuitatibus primarijs suarum diocesium: & huiusmodi consuetudo generalis ab omnibus seruanda videtur. o Secundo, quod omnes Episcopi tenentur constituere vicarios generales, & possunt

Archiepiscopus in sua diocesi archiepiscopali. num. 1. Legatus plurium prouinciarum potest negotia vnus prouincia in alia expedire. Limitatio legis penul. ff. de iust. & iure. Arbitrarius in quolibet honesto loco sententiam ferre potest. Episcopus constituere debet vicarios statarios, nu. 5. item & archiepiscopos. num. 7. Prescriptio immemoralis, item & 40. annorum liberat ab obligatione iuris, sed non contra id quod dicitur ius naturale, quia esset irrationabilis. num. 7. Consuetudo fere totius orbis ab omnibus seruanda est. Episcopi ad vicarios generales constituendos cogi possunt ab Archiepiscopo: quia aliter non possunt bene regere sibi commissos. num. 7. Concesso vno, conceditur & id sine quo concessum commodè fieri non potest: sed & qui tenetur & debet aliquid facere, tenetur etiam ad id sine quo debitum commodè prestare non potest.

a In cap. cum Episcopus. de offic. ord. li. 6.

b Cap. nouit. de offic. deleg. c Cap. ut iungantur. de offi. ordin. lib. 6. d ff. de iustit. & iure. e De offi. ord. lib. 6. f L. si nõ dies. §. si arbiter ff. de recept. arbit. g In d. c. cum Episcopus.

h 2. que. 4. ca. consuluisti. i In c. quousid. in plerisque. de officio ord. k 10. que. 7. & in cap. fin. de officio. archiepiscopos. l. 1. ad Corinthios 6. m 14. que. 1. n Arg. cap. de quarta. de prescrip. & c. super quibusdam. de verb. sign. & l. hoc iure. §. autem aqua. ff. de aqua quousid. & l. siua. o Cap. contra morem. 100. dist.

cogi ad eos constituendos per suos Archiepiscopos: immo Archiepiscopi videntur posse ipsos constituere, si ipsi noluerint illud facere, a & tradit Panormitanus receptus. b At vicariorum constitutio parè satisfaceret clero, & populo eorum, nisi haberent tribunal statarium: ergo debent illud habere. Tertio, quod non possunt excusari dicendo quod ipsi soli sufficiant toti clero, & populo regendo, quoniam hæc allegatio confutatur in cap. fin. c

6 Quarto necrosè facit, quod sicut cui conceditur aliquid, nõ solum videtur concedi illud sine quo concessum fieri nequit, d sed etiam illud sine quo id commodè fieri potest, vt eleganter de more asseruit Aretinus e quem sequitur Decius f contra glossam g quod irrefragabiliter probatur per l. penult. h ita quicumque tenetur facere aliquid, tenetur ad faciendum illud sine quo id vere fieri nequit. At Episcopi Poloniae tenentur reddere ius clero suarum diocesium, immo & populo quo ad negotia ecclesiastica, & nequeunt id satis & bene facere sine huiusmodi tribunalibus statarijs: ergo debent ea designare.

7 Quinto facit, quod ratio canonica, qua Episcopi tenentur constituere vicarios, & habere archiepiscopos, est, quia non possunt satis bene regere per solos semetipsos, etiam si plurimum valeant, vt probatur cap. fin. i & eadem ratio suadet, vt teneant prædicta tribunalia stataria: ergo debent ea tenere. k Sextò, quia non obstant opposita: quoniam illa procedunt, quando ius naturale non obuiaret eis: at ius naturale, & ratio naturalis ex eo fluens, quæ dicitur, eum qui tenetur ad aliquid, teneri ad ea, sine quibus id satis bene fieri nequit, obuiant eis, vnde nec vlla præscriptio & consuetudo possunt eis prodesse, quippe quæ essent irrationabiles, & contra ius naturale, contra quod illæ non valent, l Salua, & c.

SVM MARIVM.

1 Episcopus iure antiquo communi non potest quidem cognoscere, neque conferre, neque confirmare, neque statueri, neque corrigere sine consilio Capituli, nunc verò videtur iure quod ei competit ex statuto, priuilegio, consuetudine, concordia, vel quouis alio quæsito titulo, & vltius ex sacro Concilio procedit contra Capitula exempta tamquam sedis Apostolicæ delegatus, tam in visitatione, quam extra, limitatè tamen secundum formam capit. 4. sess. 6. & cap. 6. sess. 25. eiusdem Concilij. num. 3. 4. & 5. que duo capita secundum Auctorem videntur etiam seruanda in cathedralibus & collegiatis non exemptis, in quibus Episcopi ante Concilium aliter non præscriperunt. num. 5.

1 Praelati collegiatarum, quibus scilicet collegiatis competit ius presentandi, presentant quidem, sed cum consensu Capituli. 2 Praelati contra ius Capituli, & è contra, multa & valide præscriperunt.

CONSILIVM III.

AN Cap. 6. m Concilij Tridentini declarans cap. 4. n habeat locum in Ecclesijs etiam non exemptis quo ad moderationem de eligendis in principio anni duobus canonicis ex Capitulo, cum quibus teneatur procedere Episcopus, cum extra visitationem ex officio, vel ad instantiam partis procedit contra aliquem capitularem?

1 Respondeo primò, quod iure antiquo communi Episcopus non potest conferre, neque confirmare, neque statueri, neque corrigere sine consensu Capituli, o immo requiritur consensus Capituli in presentationibus faciendis à praelatis Ecclesiarum collegiatarum. p 2 Secundo præsuppono, quod multa circa hoc inueniuntur vlucapta, siue præscripta à praelatis contra ius commune, & declaratum est præscriptionem illam valere, q & contra à Capitulis contra praelatos. r

3 Tertio, quod in multis Ecclesijs tam collegiatis, quam cathedralibus erant multæ cõtentiones ante Concilium Tridentinum super correctione & punitione canonicorum, & aliorum Capitularium, eo quod multi praelati potius arbitrio, & libito suo, quam sacrorum canonum, puniebant, & corrigebant eos, & ita in multis Ecclesijs erant statuta, vt praelati adiungerent sibi aliquos de Capitulo, de quorum non solum consilio, sed etiam consensu debebant praelati procedere: & ideo sacrum Concilium videtur statuisse duo prædicta capitula ad sedandas discordias.

a Ca. cum fin. nu. 9. q. 3. b In dicit. cap. quoniam in plerisque. c De offic. archiepiscopos. d Leg. 2. ff. de iurisdic. omnium iudic. c. prætorea. de offic. deleg. e In c. de testi bus. colum. 3. de testi bus. f In c. v. debitus honor. colum. 8. de appellat. c. in d. c. prætorea. g In ca. solet. de senten. exco. l. 6. h ff. de usufruct. & in l. quicumque. §. si ei quem. ff. de iust. ad. i De offic. archiepiscopos. k Arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. ca. dudum. 2. de elect. l. Capit. fin. de consue. c. que contra. a. dist.

4 Quarto, quod cum sacro Concilio non interessent Capitula, & soli Episcopi sine Capitulis illa statuisent, visum est nonnullis inclinasse magis in fauorem Episcoporum, quam Capitulorum & quod in fine prædicti ca. 6. referuatur Episcopis salua omnis potestas, qua vltra illa, quæ ibi statuitur, competeret eis statuto, priuilegio, consuetudine, concordia, vel quocumque alio iure, cum tamen Capitulis nihil tale videatur referuatum: nam in d. cap. 4. tolluntur eis iura sibi quæ sita per exemptionem, consuetudinem, priuilegium, vel alium modum, adeo quod Episcopi possunt tamquam delegati auctoritate Apostolica procedere contra illa: & ampliat, vel declaratur, quod facultas in eo data Episcopis competat eis, etiam cum procedunt extra visitationem, cum moderatione, de qua ibi, scilicet quod adiungat sibi duos canonicos electos per Capitulum, & de consensu tantum illorum procedat, nisi quo ad apprehensionem.

5 Quinto, quod videtur posse probabiliter dici, quod prædicta duo capitula vendicant sibi locum in omnibus Ecclesijs cathedralibus & collegiatis exemptis, & non exemptis, in quibus Episcopi non quæserunt ante prædictum Concilium ius pacificum vltra potestatem, quæ ipsis datur per ius commune aliquo titulo legitimo. Tum quia generaliter loquuntur, & ita generaliter sunt intelligenda. b Tum quia ratio pacis & concordia, quæ desiderauit Concilium inter praelatos & sua Capitula, videtur id suadere: & lex extenditur ad limites suæ rationis. c Tum quia experientia constat conuenire reipub. vt aliquorum praelatorum plus volentium dominari, quam pascere gregem, & pro libito amore vel odio absoluere & condonare hos & illos capitulares sibi resistentes vel obsequentes, potentia obuietur per adiunctionem duorum canonicorum, vt prædictum statuit Concilium.

Congregatio tamen, vt refertur, censuit. cap. 4. sess. 6. & cap. 6. sess. 25. procedere in Capitulis exemptis tantum.

SVM MARIVM.

1 Episcopus ex officio cogere potest beneficiarium ad exhibendum titulum.

1 Possessio decennalis non sufficit sine titulo ad beneficium petitorie repetendum, sed sic ad titulum præsumendum. nu. 4. 5. 6. & 10. nisi quando in matrimoniali cum possessione concurrat fama tituli, quia tunc repetit. num. 3.

2 Beneficium sine institutione canonica non potest obtineri.

2 Animarum salus omni alij commodo preferenda.

2 Beneficium sine titulo retinens, etiam post longum tempus peccare videtur.

3 Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale validum.

4 Possessio triennalis queri titulum possidenti, secundum opinionem glossæ regularum Cancellaria.

4 Titulus ex antiqua possessione præsumitur. n. 6. & 10.

5 Solemnitas extrinseca præsumitur ab lapsu longi temporis.

5 Subdiaconus præsumitur, qui diu vsus est subdiaconatu.

7 Possessio antiqua defendit beneficiarium etiam contra praelatum, ne ab eo exigat probationem tituli, aliter quam per iuramentum: immo nec hoc exigat, si alius hunc approbauit etiam tacitè puta accipiendo ab eo procuracionem in visitatione tamquam à titulari.

7 Procuracionem, visitans Episcopus, accipiens ab aliquo tamquam beneficiato, censetur eius approbare titulum.

8 Insolita fraudem quamdam præferre videntur.

9 Regula de triennali inuat execrabilem contra tertium, & si sit decennalis, etiam contra Episcopum; modo alleget dispensacionem.

10 Argumentum à contrario desumptum ex dictis non dispositis, sed narratis parum valet.

11 Cap. ordinarij. de off. ordin. lib. 6. habet locum nedum in beneficijs que possidentur in titulum seu commedam, sed etiam que possidentur vt vnita.

12 Episcopus cogere potest decennale execrabilem ad iurandum credere se canonicè obtinuisse dicta beneficia.

CONSILIVM IIII.

QVÆ SITVM est primo, an Episcopus nouè creatus cogere possit beneficiarium suum subditum ad ostendendum titulum sui beneficii, quod pacificè vltra 20. & 30. annos possedit.

Secundò, an cogere possit possidentem incompatibi-

a In d. cap. 6.

b Cap. si Romanor. 19. disti. l. de pretio. ff. de publ. in rem actio. c ca. suggesti. & ca. meminimus. de appell. in quibus id notat Panorm.



a Ca. i. de reg. iur. lib. 6.

b In cap. con. sing. de dol. & cont.

c In ca. illud. de presump. d De reg. iur. li. 6.

e De eo qui mit. in poss. eo. lib.

f De instit. g. i. q. 7. c. Jan. cimus. & c. il. le. 22. q. 5. c. si habes. 24. qu. 5.

h Per d. ca. 1. de reg. iur. li. 6.

i In c. eotingit. a. n. 10. de dol. & cont.

k Arg. c. i. de off. ord. & l. c. i. g. ruit. ff. de off. praesid.

l De presump. m Cap. bono. 2. de elect.

n De traslat. pralat.

o 33. sine de trien. poss.

p Pag. 4. q In cap. licet Heli. n. 10. de simon. & in d. c. illud. de praesump. & c. Al. bene. de res. & in c. si. iur. a. num. 26. de re iud.

r L. quicun. que. §. fin. de publ. in rem auct.

s In c. pervenit. ut emp. & vend.

t In ca. super his. sub sine de accusat.

v C. de peit. hared.

x §. 1. de acquir. hared.

y In decis. 8. super regula. Conc.

z In ca. illud. de presump. & in ca. licet Heli. de simo.

a Conf. 87. ap. paret. 3. col. b Ca. ordinarij de off. ord. in 6.

c De prob. d In d. conf. & in d. ca. ordinarij.

e In d. ca. licet Heli.

f In re de par. off. poss. & ord. in d. verb. inquirat. pag. 207.

lia beneficia pacificè vltra praedictos 20. vel 30. annos ad exhibendum dispensationem, qua ea iuste retinere potuit. 1 AD PRIOREM QUAE STIONEM respondeo, quod pro parte affirmatiua facere videtur primo glossa vltima a quatenus asserit posse Episcopum ex officio cogere subditum ad exhibendum titulum sui beneficii. Secundo glossa vltima b quatenus habet, petentem beneficium in titulum non se posse iuuare praescriptione. Tertio iura multa, quibus praedicta glossa nituntur. Quarto, quod Innocentius licet aliqua ex parte variare videatur, tandem tamen concludit saltem per relationem ad textum, c quod volenti repetere beneficium, non sufficit quod possederit illud pacificè etiam per decem annos, etiam cum fama tituli canonici.

2 Quinto, quod est regula firma tam in cap. i. d quam in alio ca. i. e qua etiam in c. ex frequentibus. f quod beneficium à nemine potest sine canonica institutione licite obtineri. Sexto, quod animarum salus praefenda est omni alij commodo. g At beneficiarius tenens beneficium sine canonica institutione, etiam post decem annos, & quodcūque aliud tempus, peccare videtur, h quia licet contra alium quarat exceptionem, sibi tamen non quarit dominium beneficii, vt latè asserit Panormitanus communiter receptus i & communiter videtur Episcopus habere potestatem eum ex officio suo expellendi à beneficio, quod tenendo peccat. k

3 Pro parte autem negatiua facit primo cap. illud. l quatenus habet, eum, qui fuit in possessione matrimonij cum fama de matrimonio per 10. annos, posse repetere illam, quam pro coniuge per tantum tempus possedit: & cū argumentū à matrimonio carnali ad spirituale valeat, iuxta glossam celebrè, m pro qua est c. licet. n consequens est, q etiam beneficiarius, qui possedit beneficium pacificè per 10. annos, saltè cum fama tituli, debet praesumi beneficiarius. + Secundo facit regula Cancellaria, o qua statuit ne possessor huiusmodi triennalis molesteretur. & glossa illius antiqua p tenuit per huiusmodi triennalem possessionem quaeri titulum possidentis.

5 Tertio, quod quamplurimi citati à Felino q & quos sequitur ipse, tenent ex antiqua possessione pacifica beneficii praesumi titulum beneficii, ea ratione, quia licet solemnitas extrinseca non praesumat regulariter interuenisse, r fallit tamen ob lapsum longi temporis, iuxta glossam & omnes, s vnde & Innocentius dicit eū qui subdiaconatu vsus est longo tempore sine literis, esse praesumendum subdiaconum. & ita non videtur esse mirandū, quod praesumatur titulus beneficii in longi temporis possessore: pro quo aptè facit l. si filius. iuncta glossa v & l. que in aliena. x & illa qua eis adiunguntur ibi, & alibi saepe.

6 Quarto quod Rota etate nostra pro hac parte sententiam dixit, vt restatur Cassadorus y ibi. Voluerunt Domini in vna causa Bononiensi de mensē Martij 1510. coram D. Petro de Capizucchi inter Aemilium de Blanchis & quemdam alium, quod regula Cancellaria de trien. etiam locū haberet in eo qui decennio possederat. & nullum titulum producebat, ex eo quod ius praesumit titulum ex sola possessione antiqua: nam si quis vt rector beneficii tanto tempore possidet, in eo ius habet, & praesumitur titulus, vt dicunt Innocentius & Hostiensis z & Dominicus a Ratio, quia cum Episcopi visitando inquirant de titulo, b non est praesumendū, quod ipsimet subditi quo ad curam permisisissent tali cursu temporis retineri Ecclesiam absque canonico titulo, haec ille.

7 Et ne cui videatur, Cassadorum sentire huiusmodi triennalem possessorem posse defendi quo ad aduersarium volentem ex officio cogere ad ostendendum titulum, pendat haec verba, quae subdit: Verum est, quod praelatus, licet ex quo tolerauit diu in possessione subditum, non possit eum compellere ad ostendendum titulum beneficii, tamen potest in se suscipere onus probandi defectum tituli, vt cap. dilecto. & ibi Abbas c & in d. cap. licet Heli. & Dominicus. d Quinto, quod communis opinio secuta Hostiensis, e tenet non posse Episcopum cogere huiusmodi beneficiarium ad aliud, quam ad iurandum se habere titulum, neque ad hoc, si expressè, vel tacitè confentierit in illo, secundum Cosinam, f ea ratione, quod praelatus, qui tacitè vel expressè approbauit beneficiarij ritum, non potest cogere ipsum ad ostendendum illū, a & addit quod accipiens à beneficiario procuracionem illum visitado, videtur tacite approbare eum esse talem, quamuis Innocentius quem ad hoc citat b id non videatur asserere.

8 Sexto facit, quod insueta videntur praeferre aliquid fraudis, iuxta l. si quis sub conditione. adiuncta glossa quam ad hoc ponderat Baldus ibi, c & insuetum & insolitum videtur, quod aliquis post possessionem 20. aut 30. vel 40. annorum pacificum compellatur edere titulum sui beneficii. Et ita quamuis forte incomparabilis praedicti Episcopi virtus splendore suo omnem dolum & fraudem auertat apud eos qui eum nouerunt, apud tamen iudices, qui non adeo respiciunt personam, forte non omnino dilucet. Per qua arbitror Reuerendissimo summi Auditorij Rotae Patres in hanc partem negatiua inclinatos, & responsuros ad contraria quod procedant in beneficiario, qui non ostendit titulum verum, nec longi temporis possessione praesumptum.

AD SECVNDAM respondeo, quod pro parte affirmante videtur canon exprellus in cap. ordinarij. d innotuatus per Concilium Tridentinum. e Secundo faciunt illa multa, qua tradit Gomezius f in fauorem opinionis eorum, qui tenebant in Rota, quod regula de triennali possessore non iuuat execrabilem, siue illum qui teneret duo incompatibilia contra extrauagantem execrabilis Ioannis XXII. si non monstratur dispensatio legitima.

9 Pro parte vero negante faciunt alia plura, qua citat ibidem pro opinione contraria, quam tenuisse Rotam in tribus vel quatuor causis asserit, videlicet quod triennalis possessio pacifica defendit etiam execrabilem, etiam non monstrata dispensatione, modo allegerat. At idem, quod facit triennalis possessio contra aduersarium agentem, videtur facere decennalis siue longi temporis possessio contra Episcopum volentem cogere beneficiarium ex officio ad ostendendum titulum, vel dispensationem, per citata in responsione praecedentis dubij. Secundo, quod non obstat id, quod ait g Gomezius alium, quam ordinarij, non posse cogere triennalem possessorem ad ostendendum dispensationem incompatibilium: innuendo à contrario sensu, quod ordinarij potest cogere.

10 Non, inquam, hoc obstat. Tum quia argumentum à contrario in verbis narratiuis eius, qui non disponit, parū virtutis habet, vt post Antoninum h tradit Felinus. i Tum quia loquitur tantū de triennali possessore, & non de decenniali, vel antiquiore, quem titulus praesumptus defendit etiam aduersus superiorem inquirentem, vt dictum est.

11 Tum quia Dominicus & Francus super eod. cap. ordinarij. communiter receptus dicunt illum textum non habere locum contra antiquum decennalem, vel longioris temporis possessore. Tum quia eadem ratio videtur suadere, ne teneatur ostendere dispensationem, quae suadet vt non teneatur ostendere titulum: quia tam contra ius est tenere beneficium sine titulo, quam tenere duo beneficia cum titulis alijs canonicis, sine dispensatione: immo fortè magis, si res satis expendatur. Tum denique quod ratio illa praesumendi interuentum solennitatis extrinsecae, qua supra diximus niti Felinum post alios in supradictis locis, & ratio praesumptionis, quo tanto tempore non sustinuit ordinarij possidentē sine titulo, qua nititur Cosinam k immo & ratio Innocentius quam tangit l videlicet quod tanto tempore non est facile seruare titulos, & scripturas, videntur ita excusare ab ostendenda dispensatione, sicut ab ostendendo titulo. Omitto, quod posset alicui videri satis probabiliter praedicto cap. ordinarij, esse quidem locū in beneficijs qua tenentur in titulum, vel commendam, non autem in ijs qua obtinentur per vnionem & annexionem ad aliud beneficium, vel religionem, & ordinē. m

Ommitto, inquam, hoc: quia licet in recuperanda quadam commenda Ronecaualis, quam quidam Commendator sancti Iacobi per viam vnionis detinebat, multum negotij mihi olim fecerit, non tamen arbitror satis firmum ad hoc, vt censeatur praedicta Ecclesia ista ratione exclusa à praedicto cap. ordinarij sicut etiam praedicta vnio, qua non est perpetua, sed solum ad vitam eius, cuius commenda vel ordini annexa est, non potest cadere sub cap. 6. n nec sub cap. 13. o Concilij Tridentini.

a Arg. c. dilecto. de probat. & ca. ex ore. de his qua fiunt à maior. part. Capitu. cū eis adnot. b In c. veniens. de fil. presb. c ff. de cond. instit.

d De off. ordin. lib. 6. e Sess. 7. ca. 5. f In regul. de trien. q. 10.

g Ibidem.

h In cap. cum Apostolica de his qua sunt à maiori parte Capit. i In ca. signifi. casti. de for. compet. n. 13.

k Vbi supra. l In d. illud. de presump.

m Arg. c. su. per eo. de prob. lib. 6.

n Sess. 7. de reform. o Sess. 24.

a In ca. 18. de reform. sess. 24.

12 Itaq; arbitror DD. Rota, si de hac causa iudicauerint, iudicatos ad summum, quod Episcopus poterit praedictum beneficiarium execrabile cogere ad iurandum quod credit bona fide se obtinuisse canonicè praedicta beneficia, & quod si Episcopus voluerit probare defectum tituli, siue quod beneficiarius non habuit illa canonicè, modis, quibus id legitime probare poterit, est admittendus, Salua, &c.

SVM MARIUM.

- 1 Vicario parochiali vacanti simpliciter dato, non omnes fructus, sed congrua portio debetur: sed nec Episcopus vsque à principio possit omnes eidem assignare, nisi omnes essent necessarij. nu. 2. 2 Intellectus cap. 18. sess. 24. Concil. Trid. de reform.

CONSILIVM V.

1 AD quaestionem responderet primo, D. ordinarij fuisse aliqua ex parte negligentem, eo quod non praestitit D. cōsultenti certam partem fructuum congruā in suum stipendium. 2 Secundo, quod non potuit à principio statuere congrua portione omnes fructus Ecclesiae praedictae. Tum quia facultas concedendi stipendium concessa ordinario à Concilio Tridentino, a restringitur ad certam partem fructuum. Et quamuis posset dicere ordinarij, quod omnes fructus posset concedere, si omnes coniuncti non excederent congruam portionē annuam, tamen in casu proposito, attenda Ecclesiae qualitate, non sunt omnes ad id necessarij: quia praesupponitur eos ascendere ad centum aureos. Et ideo videtur quod aconomus debet esse contentus ea parte illorum, qui sufficiunt ad congruam portionem arbitrio ordinarij iuste determinandam.

SVM MARIUM.

- 1 Exorcismus in genere sumptus, est omnis adiuratio & increpatio qua contra demonem exercitur: & sic acceptum nec Episcopus, immo forte nec Papa potest Christianis, cum ea à Christo accipiant, prohibere, nu. 2. illum autem qui praestititur baptismo, & à solis sacerdotibus baptizantibus de consuetudine exhibetur, non potest Episcopus restringere, nec decet vt Papa id faciat. nu. 3. sed nec illi, qui sine alia cerimonia super obfessos exercitur, potest quis saltem Papa inferior, nisi quo ad indecessum prohibere. nu. 4. & §. illum autē qui super dictos obfessos soler exerceri pot Episcopus modestè restringere. 5. 6 Parochus clericos intra fines suae parochiae morantes potest quide vrbane, sed non vt ad id obligatos, hortari vt ipsum in exercitio doctrinae Christianae iuuent.

CONSILIVM VI.

AN Sacerdoti vel clerico saeculari, aut regulari interdici possit, ite exorcismum energumenis adhibere possit, nisi is exorcizandi facultatem scripto exaratum ab Episcopo impetrarit: Et an rectè prohibeatur, ne in adibus laicalibus, locisve priuatis, sed in Ecclesiae loco aperto, & conspicuo, neque in omni & quauis Ecclesia, sed in iis solis, quas certas Episcopus statuerit, fiat exorcismus? Item ne ante ortum, nec post occasum Solis quisquā exorcizetur: Et an rectè statuatur, vt si qui exorcizatur, sacerdos sit, antequam exorcismus inchoet, Missae sacrum faciat? Secundo, an clericos, qui Dominicis, festisque diebus, qua hora in choro diuini officijs celebrandis astricti non sunt, parochus, intra cuius parochiae fines habitant, in doctrinae Christianae scholis vbicumque loci intra fines parochiae constitutus, vt sibi in hoc munere opem ferant, cohortari debeat?

1 AD QVATVOR in priori quaestione proposita responderet primo, quod cum omnis adiuratio & increpatio demonis possit dici exorcismus energumenum, vt significat ca. clericos. b & S. Thom. c dum ait exorcismū catechumenorum, qui praeponebat baptismo, rectè dici posse exorcismum energumenum: cumq; omnis Christianus habeat potestatem exorcizandi, & adiurandi demones increpando, iuxta illud. d In nomine meo demonia eiciunt, vt tradit S. Tho. e titulus huius quaestiones videtur generalis ad omnem exorcismum & adiurationem increpatiorum demonum. 2 Secundo, quod accipiendo verbum illud tam latè, vt dixi, respondendum videtur quod non potest id facere

b §. exorcista. 21. dist. 6. c In 4. dist. 6. q. 2. art. 3.

d Marci. ult. c. 2. qu. 90. art. 2.

e Sess. 7. de reform.

inferior Papa, immo nec fortè ipse Papa: quoniam Christiani omnes accipimus potestatem adiurandi demonem increpatoriè nocte, dieque, idque frequenter facimus aspergentes nos aqua benedicta, & dicentes: Ecce crucem Domini, fugite partes aduersae, &c. signantēque nos signo crucis, dicentes: In nomine Patris, &c.

3 Tertio, quod si titulus quaestiones restringatur ad exorcismum, qui praemittitur baptismo, respondendum videtur, nō posse id facere inferiorem Papam, nec decere ipsam Papam id facere, cum consuetudine videatur restricta potestas illius exorcismi ad sacerdotes baptizantes, vt significauit S. Thom. a & omnino deceret, vt omnibus sacerdotibus baptizaturis imponeretur necessitas faciendi ea, qua in quaestionibus continentur.

4 Quarto, quod si tituli quaestiones restringantur ad solum exorcismum arreptiorum, siue à demonis obfessorum, non videtur etiam posse restringi saltem ab inferiore Papa quo ad potestatem generalem, quam omnes Christiani habent iure diuino eiciendi demonia, & adiurandi ea increpatoriè: quia tale statutum videretur contra ordinationem ab ipso meto Christo factam, b supra citatam. quam non potest tollere inferior Papa, c immo nec ipse Papa in totum, saltem sine iusta causa, iuxta c. sunt quidam, d adiunctis his, qua notantur latè per Innocentium & alios. e

5 Quantum autem ad particularem potestatem, quam habent quidam in aliquibus terris particulariter deputati ab Episcopis ad officij huiusmodi exorcizandi arreptios cum superpellicio, & stola, & quibusdā alijs caeremonijs, videtur, q qui deputauit eos, posset astringere ad aliqua seruanda, qua non tenerent seruare alij, qui volunt vti sola potestate à Christo tradita, qualiter multi Sancti sine aliquo apparatu solo verbo vexatos à demonijs liberauerunt. Posset item Episcopus statuere, ne quis inordinate ac immodestè vteretur huiusmodi potestate: quia id non esset legem nouam facere, sed confirmare legem naturalem, qua tenetur bene ac modestè facere qua facimus. Restrictiones autem tanta, quantas continent quaestiones praedictae, non videntur esse facultatis episcopalis per praedicta.

6 AD VLTIMAM quaestionem responderet, quod praedictis rectoribus licet rogare, & hortari vrbane praedictos clericos, vt eos adiurent: quia hoc nullo iure vetitum est, & de se bonum est: hortari autem eos, vt ad id obligatos, non liceret: quia ipsi ad id nullo iure sunt obligati, & ita iniuriam facerent eis imponentes obligationem contra iustitiam. f

SVM MARIUM.

- 1 Episcopus ex officio contra vtentes matrimonio nulliter clandestinè contracto, & alios peccatores procedere potest via inquisitionis, modo fama praecedat. nu. 2. potest item via denunciationis euangelicae & canonica. nu. 2. 1 Diocesim peccatoribus mortiferè peccantibus potest Episcopus ex officio ob publicam vtilitatem, inquirendo, sicut & Praeses prouinciam malis hominibus, purgare.

CONSILIVM VII.

AN Episcopus possit ex officio inquirere contra vtētes matrimonio clandestinè sine praesentia parochi contracto? 1 Responderet quod sic. Tum quia Episcopus potest ex officio suo nobili procedere ad vtilitatem publicam, & salutem animarum, & alia pia, secundum Bartholum receptum. g Tum quia sicut Praeses prouinciae in saecularibus potest inquirere, & purgare prouinciā malis hominibus, h ita potest Episcopus in spiritualibus, & ecclesiasticis purgare suā diocesim peccatoribus mortiferè peccantibus. i 2 Tum quia potest via denunciationis euangelicae vel canonica procedere contra peccantes mortaliter iuxta cap. nouit, k vbi nos latius alii, l tradimus. Tum quia etiam sine denunciatorum per viam inquisitionis fama praecedente potest procedere ad puniendā adulteria, & alia crimina mortifera praesertim Ecclesiastica, qua sacramenta tangunt, m & certum est esse crimen mortiferum, & grande, quod aliqui vtantur matrimonio nullo pro vali-

a In d. dist. 6. q. 2. ar. 3. q. 3.

b Marc. ult. c. Argu. capi. d. de maiorib. d. 1. qu. 1. c. In cap. cum ecclesia. de cōstitutionibus.

f ff. de inst. & iure. & §. 1. inst. eod. tit.

g In leg. 4. §. huc autem iudicium. ff. de damn. infec. per c. 1. de off. sic. ordin. h Iuxta l. con. gruit. ff. de off. praesid. i Per dist. ca. 1. de offic. ord. k De iudic. l In 6. notab. m Iuxta c. su. per his. & ca. qualiter & quando. 2. de accusat.

do, vt palam est: & certum est, matrimonium contractum sine praesentia parochi competentis esse penitus nullum, iuxta Concilium Tridentinum. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Iudex ecclesiasticus in concubinarios potest alius viis & poenis, quam in sacro Concilio statutis, procedere.
2 Lex noua remedium adducens non censetur tollere aliud per alias leges inductum.

CONSILIVM VIII.

AN contra concubinarios possit procedi alia via, & ad alias poenas, quam quae statuuntur in Concilio Tridentino?

- 1 Respondetur, quod iudex ecclesiasticus potest procedere contra concubinarios, & concubinas alius viis, & ad alias poenas, quam quae constituuntur in d. cap. 8. Tu quia iudex ecclesiasticus potest procedere contra predictos per viam accusationis, & denunciationis, iuxta cap. super his, & praedictum cap. 8. solum videtur agere de via inquisitionis, quamuis insinuet a contrario sensu per illa verba, Etiam nullo requirente, posse illum procedere etiam alia via: quia illud verbum, etiam, implicat casum minus dubium.
2 Tum quia finis illius cap. habet non tolli per illud alias poenas contra eos statutas.
2 Tum quia lex noua remedium adducens non censetur tollere aliud per alias leges iam inductum, & renunciatis vni ex duobus remediis competentibus sibi non videtur alteri renunciare.
Tum quia in hac ipsa materia punitio clericorum fornicariorum late resoluit Panormitanus, & quod varia poena sunt instituta contra huiusmodi clericos fornicarios, & ideo potest iudex arbitrari super poena imponenda, declinando praesertim ad imponendam mitionem.

SVM MARIVM.

- 1 Beneficium simplex perpetuum potest ordinari ex iusta causa de consensu patroni facere manuale amouibile ad nutum laicorum patronorum, ita vt desinat esse beneficium ab Episcopo conferendum.
1 Beneficia inferiora sui episcopatus, ordinarius potest vnire, diuidere, de nouo creare, & extinguere.
2 Amouibile ad nutum patroni laici beneficium, beneficium non est, sed seruitium quoddam manuale temporarium, quod a patronis laicis datur, & accipitur sine periculo incurrendi poenas, quas incurrunnt qui de manu laici capiunt beneficium.
3 Fructus veri beneficij, quos sacerdotes ad illud a solo patrono laico, tamquam esset manuale seruitium, & non beneficium, bona fide deputatus, percipit, non restituit.
3 Error iuris licet non proficit ad acquirendam rem ipsam, prodest tamen ad acquirendos fructus, & hoc (omissa opinione Bartoli, & aliorum distinguendum) etiam si esset error iuris resistens. Ratio est, quia in acquisitione fructuum sufficit quod absit mala fides.
4 Errorem facti & non iuris habet, qui putat se habere titulum, cum non habeat, sicut & qui possidet rem Ecclesiae ex sola concessione Episcopi, putans interuenisse consensum Capituli, prodestque ad acquirendum nedum fructus, sed & rem.
5 Error iuris dubius ad vsucapiendum prodest, sicut & error facti.

CONSILIVM XI.

AN Episcopus possit reddere beneficiu aliquod simplex, sine capellaniam de perpetua manualemente?

- 1 Respondetur, quod facile defendi potest, ordinarium praesentium Legatum, posse iusta de causa cum consensu patroni facere, vt aliqua capella perpetua, in qua ad praesentationem eius instituitur capellanus, & rector perpetuus, fiat temporaria, & ad nutum amouibilis: quoniam certum est ordinarium posse vnire, & diuidere, & de nouo creare, & extinguere beneficia inferiora sui episcopatus.
2 Nec obstat, quod collatio beneficij, & institutio praesentati in eo sunt res spirituales, & non cadunt in laicum, qui est incapax iuris non solum conferendi, & instituendi, sed etiam eligendi, quod est minus, nisi priuilegio papae, iuxta glossam celebrem. Non inquam hoc obstat, quoniam per ordinationem, qua capella perpetua fit

temporaria, & ad nutum amouibilis, non datur ius conferendi, vel instituendi patrono laico, sed extinguitur capella perpetua, & loco illius erigitur manualis, quod patronus potuisset ab initio ordinare etiam sine consensu Episcopi, vt scilicet darentur certa scuta annua alicui clerico ad feruendum capella, ita vt possit ad nutum amoueri, & poni sine aliquo titulo perpetuo Episcopi, ita quod extinguitur beneficium, quod debet esse perpetuum. & consequenter definit ordinarius habere ius instituendi, sed non queritur illud patrono, qui etiam perdit ius praesentandi ad beneficium: quia iam non est tale, sed libertatem querit ponendi, & tollendi, quem, & quoties voluerit, quod est grande & vile frenum ad continendum capellanum in officio virtutis, ne patronus resciscens illius vitium amoto eo ponat alium, quae possit esse magna causa faciendi capellam, siue beneficium de perpetuo manuale.

SED DATO, quod fuerit declaratum ordinatum non potuisse hoc fecisse; Queritur, an qui bona fide possidet huiusmodi beneficium, siue capellaniam per multos annos, vt manualemente & tantum auctoritate patroni, teneatur ad restitutionem fructuum?

- 3 Responderi potest, quod non tenetur restituere, per l. bona fidei, Panormitanum & alios, post Bartholum, & omnes. Couarruuiam: quia licet error iuris non proficit ad vsucapiendam rem ipsam, & prodest tamen ad vsucapionem fructuum per l. sed & si: & Dinum, quod ponitur pro regula a multis, quos refert Felinus, & quamuis trepidè hanc rem tractet, & Franciscus Balbus.
4 Primo quidem ea ratione, quod iusta credulitas tituli, quae ex errore facti descendit, prodest ad vsucapiendum, & praescribendum etiam ipsam rem, de qua queruntur fructus, quod affirmant, & confirmant auctoritate multorum praefati Felinus & Baldus. At praefatus consulens videtur errasse errore facti, credendo quod in praefata ordinarij dispositione interuenit iusta causa cum aliis necessariis ad sic disponendum, qui error facti est. Tum quia, qui possidet aliquod Ecclesiae per concessione Episcopi dicentis se illam de consensu Capituli facere, si verè capitulum non consentit, dicitur duci errore facti, & praescribit, vt determinat Rota, & quam etiam Felinus & Baldus sequuntur. Tum quia credere quod Episcopus potuit illam facere iusta de causa cum consensu partium, & aliis necessariis, non est profectò error iuris, sed vera illius scientia, per ea quae nos allegauimus, per quae irrefragabiliter probatur ordinatio fuisse potestatem etiam extinguendi penitus illud beneficium iusta causa, & aliis necessariis interuenientibus: quanto magis mutandi illud in aliam formam in mille mundi partibus vsitatam?

Secundo, quod error iuris dubij perinde prodest ad hoc, sicut error facti, vt est textus, quem ad hoc multum commendat Panormitanus in cap. cum dilectus, p & alij alibi, glossa memorabilis, & quod etiam confirmant praefati & alij citati ab eis, & in his Felinus, & est celebre dictum Innocentij, in multis locis a Baldo commedatum, quod contraueniens iuri humano dubio per errorem non peccat: & sententia lata contra ius dubium vel obscurum non censetur nulla, vt late tradit Felinus, licet sententia lata contra ius regulariter sit talis. At error, quo dominus consulens creditit praefatam dispositionem ordinarij valuisse, est error facti, vt dixi, aut falsè error iuris dubij & obscuri: ergo ille excusat, & ad hoc prodest. Non est verò curandum de illa distinctione Bartoli an sit contra ius assitens, vel contra ius non resistens, quamquam eam multi sint secuti. Tum quia praefatus S. scire, sine vlla distinctione determinat bonae fidei possessorem querere fructus, dummodo non sit prado, id est malae fidei possessor, quem non debuit Bartholus & qui eum sequuntur ex suo capite limitare. Tum quia non est vllus textus, nec vlla ratio efficax, quae illam limitationem prober. Tum quia error iuris, siue sit contra ius non assitens, siue contra ius resistens, est error contrarius: & ita vel neuter deberet prodesse, aut vterque. Tum quia ad querendos fructus sufficit, vt mala fides absit, licet bona fides posituè non adsit, etiam secundum eundem Bartholum, & Felinum ac alios sequaces eius.

- 5 Secundo, quod error iuris dubij perinde prodest ad hoc, sicut error facti, vt est textus, quem ad hoc multum commendat Panormitanus in cap. cum dilectus, p & alij alibi, glossa memorabilis, & quod etiam confirmant praefati & alij citati ab eis, & in his Felinus, & est celebre dictum Innocentij, in multis locis a Baldo commedatum, quod contraueniens iuri humano dubio per errorem non peccat: & sententia lata contra ius dubium vel obscurum non censetur nulla, vt late tradit Felinus, licet sententia lata contra ius regulariter sit talis. At error, quo dominus consulens creditit praefatam dispositionem ordinarij valuisse, est error facti, vt dixi, aut falsè error iuris dubij & obscuri: ergo ille excusat, & ad hoc prodest. Non est verò curandum de illa distinctione Bartoli an sit contra ius assitens, vel contra ius non resistens, quamquam eam multi sint secuti. Tum quia praefatus S. scire, sine vlla distinctione determinat bonae fidei possessorem querere fructus, dummodo non sit prado, id est malae fidei possessor, quem non debuit Bartholus & qui eum sequuntur ex suo capite limitare. Tum quia non est vllus textus, nec vlla ratio efficax, quae illam limitationem prober. Tum quia error iuris, siue sit contra ius non assitens, siue contra ius resistens, est error contrarius: & ita vel neuter deberet prodesse, aut vterque. Tum quia ad querendos fructus sufficit, vt mala fides absit, licet bona fides posituè non adsit, etiam secundum eundem Bartholum, & Felinum ac alios sequaces eius.

a Cap. inuen. sum. 16. qu. 7. & ca. presby. 50. dist.

b ff. de acqui. rerum domi. & si quis a non domo. Insti. de reru diuis. c in ca. graui. de restituitio. spolia.

d In l. ex diuersis. ff. de rei vendic. c in l. si meo Titium. ff. si certum peta. l. lib. 1. var. cap. 3.

e l. numquam. ff. de vsucapion. h S. scire. ff. de petition. haredit. & gloss. in l. si fur. ff. de vsucapion. i In regula possessio. de regu. iuris. li. 6. k In cap. de quarta. de praescrip. l. Num. 24. m In l. Cel. sus. not. 4. de vsucapion. & alij ab eis citati. n L. 2. in prin. ff. his qui pro emp. o In titul. de praescrip. in decisio. 3. in nouis. p Num. 12. de consuetu. q In c. 1. verbo de cetero. de postul. pralat. lib. 6. r In ca. 1. columna. penul. de re iudic. s In cap. per tuas. 2. de simon. t In d. colu. penul. v Cap. de re iudic.

b 11. q. 3. coroll. 6. coroll. 66. num. 331. c S. tertio. & c. qualiter & quando. 2. de accus. l. Diu. 2. ff. de iustitia. ca. presby. c. mala. 2. q. 5. c. vestra. de cohabitata. cler. & mulieru. c. manifesta. 2. q. 1. c. si sacerdos. de offic. ordin. d Ca. ex parte. de verbo. singul. e De excess. pralat. c. consanguineos de repudiis. & in d. ca. si sacerdos. f Cap. nemo. 2. 11. q. 5. & c. sed illud. 45. dist. g Ca. ex parte. 1. de verbo. sign.

a 10. qu. 7.

6 Tum denique, quod credulitas iustitiae tituli, quam habuit praefatus, plus fuit error facti, quam iuris, vt supra dictum est: & si fuit error iuris, non fuit plus contra ius resistens, quam illa, de qua loquuntur S. scire, & Bartholus qui loquuntur de credulitate, qua haeres credebatur testamentum valere: quia credebatur fuisse factum solemniter.

Per quae nullius inhabilitatis timor est habendus, eo quod videatur accepisse beneficium ecclesiasticum de manu laici contra multa cap. quia non accepit vt beneficium perpetuum, sed vt seruitium manuale temporarium, quod potest, & quotidie dat laicus, & quod illa iura loquuntur de capiente beneficium sine colorato titulo. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Monitoria generalia praecipientia testificationem, reuelationem, ac restitutionem sub variis formis concedi solent, & possunt, modo non transgrediantur dispositionem canonum de re super qua feruntur statutum. 2. Unde licet Episcopi de iuris rigore possint mandare vt blasphemantes denuncientur, non tamen possunt mandare vt id fiat omisso: fraternali correptione, nec vt denuncientur ea quae non possunt probari: immo dicti casus excepti: etiam quod monitoria illos in specie non excipiunt. num. 5. Substiti item cauere debet, ne cadant in peccatum detractionis. nu. 2. & 4. sed & forte expediret magis, si Episcopus omisso hac via, quae populum perturbare, ac rixarum fomes, ac aliorum peccatorum occasio esse solet, nu. 3. & 4. in visitatione a generali ad speciale contra blasphemos procedendo inquisitionem, blasphemiae extirpare delictum curabit. num. 6.

- 1 Excommunicatio est pro futuro peccato, vel contumacia non satisfaciendi possit ferri, at quod pro praeterito peccato ferri possit, non videtur, nisi sit notorium.
4 Duobus procedendi modis sese offerentibus, illum ligat iudex, qui plenior & placidior sit.

CONSILIVM X.

CONqueritur ciuitas quaedam, eiusque diocesis, quod Episcopus publicare vult monitorium quoddam, ad finem reuelationis sub poena excommunicationis contra eos, qui blasphemant nomen Dei, aut sanctos eius, vel qui praesentes fuerint. Queritur itaque, an huiusmodi monitoriu possit licite publicare Episcopus, & si liceat, an generaliter expediat propter similitates, & alia, quae inde possunt oriri inter virum & uxorem, patrem & filium, alioque vinculo societatis coniunctos: deinde, quia, cum videatur esse crimen mixti fori, hac via daretur occasio declinandi a foro saeculari.

Ad hanc quaestionem respondeo primò, non posse aliquem illi satisfacere non facta copia monitorij, quod dicitur esse publicatum, quoniam, vt ipse in repetitione ca. inter verba, de monstratu, multiplicis formae possunt esse huiusmodi monitoria: aliquando enim monet subditos, vt denuncient, aliquando vt testificentur, aliquando vt denuncient notoria vel famosa, vel testificentur super illis, denuncient etià secreta, aliquando vt restituat, aliquando vt dicant momenti tamquam iudici, aliquando vt dicant ei tamquam bono viro, qui prodesse possit, & non obesse, &c. vt colligitur ex ca. inquisitionis.

Secundò respondeo, quod Episcopus potest ferre huiusmodi monitoria, non transgrediendo dispositionem canonum disponentium super materia, in qua ea vult ferre, iuxta glossam solemnem, & textum cap. qui cum fure. & ibi annotata per Panormitanum, & ab aliis alibi. Tertiò, quod huiusmodi monitoria variè pro varietate formarum illorum magna cum prudentia & discretione sunt a subditis obseruanda, ne incidant, & incurrant vitium detractionis, & infamationis, & ne grauitè & mortiferè peccent, vt ipsi in dicto coroll. 66. admonemus.

Quartò, quod pro parte negatiua quaestionis propositae facit primò, quod Episcopus non videtur posse excommunicare aliquem pro peccato praeterito, nisi sit notorium, vel fuerit condemnatus de illo, & noluerit parere, sed solum pro futuro, vel pro contumacia nolendi satisfacere pro praeterito, per ea multa quae glossa memorabilis, & adducit. At Episcopus praefatus poenam excommunicationis infligit, vel intentat subditis innocentibus: ergo illud ei

non licet. Secundò, quod non est danda vlli occasio peccandi, & praefatum monitorium videtur dare occasionem peccandi per rixas, & odia, quae ex huiusmodi denunciationibus concipiuntur a denunciatis contra denunciantes, vt palam est.

Tertiò, quod de duabus viis perueniendi ad aliquem finem eligenda est plenior, & placidior. At dominus Episcopus possit per visitationem, & inquisitionem generalem informare se de huiusmodi blasphemis, & blasphemis, & postea sine turbatione populi per inquisitionem specialem procedere contra eos, quos inuenit culpabiles, praesertim quod non est periculum in mora breuis temporis. Quarto, quod per ea, quae ipse late vbi supra scribo, credibile est multos peccatores multum in hac re, alios quidem denunciando secreta, & ante correctionem fraternam, alios denunciando ea, quae non debent denunciare, & quando, & alio modo quam oportet, praesertim si non detur iusta dilatio ad consulendum peritiores, & prudentiores, alios autem aliis modis, quos ipse vbi supra tracto.

His tamen non obstantibus, credo, quod de rigore iuris possit Episcopus ferre eiusmodi monitorium temperatum, & modificatum, ne includeret secreta, & quae non possent probari, nec personas, quae ad id non tenentur, nec excluderet correctionem fraternam, quam ipse non potest excludere, nec iuberet, vt statim antequam illa congruo tempore, modo, & ordine fieri possit, huiusmodi blasphemiae sibi statim denunciarentur, per ea quae D. Thomas scribit, & alia quae nos addimus vbi supra: immo etiam, si hic Episcopus non temperaret suum edictum, ita temperandum esset per supradicta, dolentes, quod plurimi plerumque errant in respondendo, non solum huiusmodi edictis durissimis, sed etiam charitis, & monitionibus, quas super rebus perditis & furto sublati passim solent dare ordinarij, & solemnius Curia, appellando illas significauit. Ad opposita responderi possit eo fere modo, quo respondendum esset ad defendendas praedictas chartas. Mea tamen sententia prudētius, & Deo gratius ageret Episcopus, si procederet primum per viam visitationis, & inquisitionis generalis, & postea per inquisitionem specialem, vt supra dictum est.

SVM MARIVM.

- 1 Edicta Episcoporum procedere quidem debent a puritate conscientiae & zelo iustitiae, sed discretionis ratione carere non debent: vnde poterit ab eis appellari, si nimis breuem dilationem pro qualitate rei agende necessarium num. 2. vel obcurritatem sine repugnantiam contineant. nu. 3.
4 Edicta quae obligant ad denunciandum, non obligant eos qui non possunt probare, nec quae sunt ad reuelandum, obligant vbi non processit fama, nec ante praecedentem correctionem fraternam, quam si emitti iuberet praelatus, peccaret simul cum ei parentibus: aliud verò est quando fiunt ad testificandum.
6 Blasphemiae peccatorum, optimum quid est, extirpare, sed omissa via edictorum praecipientium reuelationem, satis videtur a via inquisitionis generalis ad inquisitionem particularem contra culpabiles repertos descendere. nu. 1.

CONSILIVM XI.

SVMma edicti Episcopi haec est, Praecipimus tam maribus, quam feminis insolidum praedictas blasphemias sententibus, audientibus, vel aliquam de his notitiam seu scientiam habentibus, vt eodem, vel sequenti die, quo id nouerint, reuelent coram nobis, vel vicario nostro, & notario rogato in forma debita, personam que blasphemauerit, aut ignominiose nominauerit Deum, Virginem matrem, vel aliquem Sanctum, sub poena excommunicationis, & decem ducatorum: & quod ab huiusmodi excommunicatione nullus confessorius absoluat, nisi prius mandato, vel precepto praefato satisfaciatur.

Interrogatus, an ciuitas, in qua praefatum edictum publicatum est a suo reuerendissimo Episcopo, iuste de illo conqueri possit? Respondeo primo laudandum esse plurimum zelum eius erga Deum, Virginem matrem, & alios Sanctos, quo motus est contra vitium blasphemiae, quod iure quis miretur adeo apud aliquos vsitari, cum nullam vtilitatem, nec voluptatem habeat sibi coniunctam, neque vllum honorem, sed potius magnam infamiam. Secundo, quod non est danda vlli occasio peccandi, & praefatum monitorium videtur dare occasionem peccandi per rixas, & odia, quae ex huiusmodi denunciationibus concipiuntur a denunciatis contra denunciantes, vt palam est.

a Cap. fin. de iniuriis.

b Iuxta ca. 1. de off. ordi. & l. congruis. ff. de offi. praejud. c Iuxta c. inquisitionis. de accusa. d L. si de bitore. ff. de iudic.

c 2. 2. qu. 33. art. 7.

a Ca. 1. de re. for. matrim. ff. 24.

b Cap. 8. sess. 24. de re. for. matrim.

c De accusa. tion.

d Arg. l. etià. ff. de minorib.

e Le. quoties. ff. de actio. & obligatio.

f Le. quoties duplici. ff. de reg. iur. arg. l. si domus. vbi Bart. ff. de ser. ut. vrb. pra. b. & c. extuarum. de auct. & v. pallij. g In cap. nisi clerici. nu. 36. de iudic. & c. si autem de cohabit. cler. & mulier.

h Ca. sicut vnire. de excess. sibus pralato. rii. & ca. praecipimus. & c. piuribus. 16. q. 1. & cap. 1. de reb. eccles. no alienand. lib. 6. & elem. 2. eod. tit. & ca. cum accessissent. & ca. ex parte. de constitut.

i Cap. sacrosancta. & ca. Messana. de elect. capi. inuentum. & c. memini. 16. qu. 7. k In ca. imperium. 10. dist. & in summa. 10. qu. 7.



a In e. non so- lum. de regul. lib. 6.

b Ca. 1. de dilatione. per illum. etc. c In repet. ca. inter verba. 11. q. 3. cōcl. 6. corol. 66. nu. 280.

d Ca. 1. de sagit. e Ca. ad dis- solvendum. de despons. im- pub.

f In d. 66. co- rol. num. 280.

g Ca. placuit. 6. q. 2. & no- tatur in cap. qualiter. & quando. 1. de accus. h In di. corol. 66. num. 301. i In corol. 46. & sequen.

k d. corol. 66. num. 283.

l Iuxta c. 1. de off. ord. & le. congruit. ff. de off. prefid. m Iuxta c. in- quisitionis. de accusationib.

dō, quod forte in casu proposito locus est illi elogio Alex. iij. Puritati conscientia non debet deesse discretio rationis. cum in proferendo edicto adeo duro in ciuitate, quæ numquā simile audierat, maior moderatio desiderari potuisset.

2 Tertio, quod ciuitas appellare potuisset ab eiusmodi edicto ob nimiam breuitate temporis, quod præfixit subditis ad denunciandum, iuxta dictum Innocentij, b nimis enim breue tempus præfigitur denunciaturis, vt eodem die vel sequenti id faciant, cum vt nos latè probamus, c magna prudentia & discretione vt oporteat in respondēdo huiusmodi edictis, ne quis reuelando quod non debet, vel alio modo, quam debeat, peccet mortiferè infamando proximum.

3 Quarto, quod etiā poterat appellari ab eo ob obscuritatem & repugnantiam, qua secum videtur pugnare, cū præfatus Reuerendissimus non ferat, sed tantum comminetur excommunicationem, & postea iubeat ne confessarij absoluant ab ea, donec satisfaciatur præcepto. comperti enim iuris est, quod per sola illa verba, sub pena excommunicationis, non fertur excommunicatio, nisi addatur illa, Late sententia. vel alia eiusmodi, iuxta glossam receptam, d & quod non est, non potest solui, e & ita vel debuerunt addi illa verba, Late sententia, vel alia iis æquipollentia, vel non debuit referuare absolutionem vinculi, quod non præmisserit.

4 Quinto, quod debuisset animaduertere quod verba huius edicti obligant subditos ad denunciandum, & non tantum ad testificandū, per ea quæ nos tradimus, f & quod nemo debet denunciare, nisi quod probari potest, & peccat si aliud faciat. s Animaduertere item potuit, quod non debet quis reuelare prælato etiam visitanti generaliter peccatum occultum, de quo non est fama, vt nos probamus, h & latius superius. i Animaduertere item potuit, quod non poterat præcipere reuelationem prædictarum blasphemiarum, nisi saluo ordine correptionis fraternæ, iuxta illud S. Thomæ recepti in 2. 2. quæst. 33. artic. 7. ad 5. Quando prælatus præcipit, quod sibi dicatur quod quis sciuerit corrigendum, intelligendum est præceptum sanè saluo ordine fraternæ correptionis, siue præceptum fiat communiter ad omnes, siue ad aliquem specialiter. Sed si Prælatus expresse præciperet contra hunc ordinem a Domino institutum, & ipse peccaret præcipiens, & ei obediens, quasi contra præceptum Domini agens, vnde non esset ei obediendum. Hæc ille, & traditur etiam à nobis. k Considerare item potuisset, quod lenius, & minus amare potuisset procedere ad puniendum has blasphemias, primum inquirendo generaliter, l & postea procedendo per inquisitionem specialem contra eos quos inuenisset blasphemasse. m Hęc respondimus interrogationi generali responsuri, si opus fuerit, interrogationibus specialibus, in gratiam eius qui me interrogauit, & in gloriam Dei, qui nos omnes seruet, Amen.

DE OFFICIO IVDICIS. SVMMARIVM.

- 1 Iudex rogatus instrumentum, quo centum mutuo data, & quinque pro interesse taxata petuntur, exequi debet, nec ex officio potest, reo non opponente, actorem, nisi ei tamquam iudici constet de vsurarij prauitate, tamquam vsurarium repellere, cum in dubio delictum non sit præsumendum. 1 Interesse verisimile à principio pacisci potest. 2 Iudex secundum allegata & probata iudicare debet, & non ex priuata scientia. 3 Iudex de crimine generaliter, nulla persona expressa, inquirere potest, at contra certam personam non potest, nisi præcedente fama probata per acta publica. nu. 5. & 6. 4 Vsurarios notorios tantum iudex ex officio declarare potest. 5 Iudex vt actorem repellat, non sufficit reum non audere quidquam opponere. 5 Inquirere vt possit iudex contra certam personam, requiritur quod præcedat fama iudicialiter probata, vel saltem semiplena probatio iudicialis delicti, num. 5. nec admittenda praxis inquirentium ex suspicionibus leuiter & extraiudicialiter conceptis. nu. 6.

CONSILIVM I.

Q Vidam A. petit à iudice executionem instrumēti, quo se quidam B. obligauit ad restituendū præfato A. 100.

A mutuo accepta, & quinque pro interesse pro tempore, in quod illa accepit. Quæritur, quæ sint partes iudicis in admittendo, vel repellendo præfatum A. à iudicio.

Respondet primò, quod si debitor opponat contractū esse vsurarium, audiendus est, iuxta formam legum, & statutorum circa hoc disponentium.

1 Secundo, quod si debitor nihil opponit, & iudex nihil nouit tamquam iudex, & tamquam publica persona contra illud instrumentum, neque contra in illo contenta, quia neque notoriè, neque per confessionem actoris, neque per sententiam contra eum latam, neque per probationes corā ipso factas constat ei contractum illum esse vsurariū, debet exequi instrumentum. Primò, quod iudex nō debet in dubio præsumere actorem delinquere, malicq; agere. a At nō est certum actorem præfatum male petere, præsupposita opinione, quæ habet posse mutuantem & mutuatarium conuenire super interesse probabile, vt nobis visum fuit b in Manua.

2 Secundo, quod debet iudicare secundum allegata & probata, & non secundum suam priuatam suspensionem, immo nec secundum suam scientiam priuatā, c & est determinatio S. Thomæ à plerisque omnibus Theologis & Iurisperitis recepta. d At præfatus iudex, vt iudex, nescit quicquam contra præfatum instrumentum, neque præfati actorem: quia præfatum instrumentum in sua forma nihil continet vsurarium, neque reus quicquam tale obiecit coram ipso. ergo malefaceret, si per suā suspensionem priuatā negaret ei iustitiam, contra illud Ambrosij, Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & proposito domestice voluntatis: sed iuxta leges, & iura pronunciat, statutis iuris obtemperat, non indulget propria voluntati, & c.

3 Tertio, quod licet iudex possit ex officio inquirere generaliter de criminibus sui territorij nulla expressa persona, f non tamen potest inquirere contra aliquem particularem, nisi per talem generalem inquisitionem fuerit notatus, vel nisi præcedente saltem fama iudicialiter contra illum probata coram ipso, vt nos latè probamus in rubrica de iudiciis, s & est casus in c. qualiter & quando, h suntq; ad id multæ rationes iuris naturalis ibidem à nobis adductæ: nec sufficit fama extraiudicialis, de qua profundius aliis tractamus nos in eadem rubrica. i Ergo iudex neque debet, neque potest inquirere contra actorem de vsura in contractu commissā, ex officio, ob id solum, quod petat pecuniam à se mutuatam cum interesse à principio conuēto, cum per præsentationem præfati instrumenti non constet ei notoriè, neque per famam de tali vsura: quandoquidem licet partibus à principio conuenire de illo interesse probabili, vt prædictum est, præter quam de interesse cābiorū propter nouam Pij V. prohibitionē, de qua nos in nostro Man. confess. bis fecimus mentionem.

4 Quarto, quod nihil obstat ca. cum in diocesis: k quia solum probat iudicem posse, vel debere declarare ex officio esse vsurarios eos, qui sunt notoriè tales, vel saltem sunt contra eos fama vel alia sufficiētia argumenta, quæ iudex, tamquam iudex & publica persona nouit, secundum mētem omnium Doctorum, l cum, vt prædiximus, informatio iudicialis de fama ad id requiratur.

5 Quinto, quod vt iudex repellat actorem à sua petitione, quæ secundum suam formam est iusta, nō sufficit quod reus ob aliquos respectus in mente retentos nō audeat opponere exceptiones sibi conuenientes. Tum quia non cōstat illi iudici iudicialiter, & vt iudex ignorat omnia, quæ vt talis non cognoscit, per supradicta. Tum quia iudex nō requisitus non tenetur, nec iuste potest impartiri officium suum in damnum saltem tertij ad vtilitatem priuatam, m neque ad vtilitatem publicam inquirendo particulariter contra aliquem non præcedentē fama iudicialiter probata, vel saltem semiplena probatione iudicialiter facta, per ea quæ alibi, n dicimus.

6 Sexto, quod iudex satisfacit suæ conscientiæ, quam debet habere vt iudex, inquirendo ex officio generaliter in suo territorio, si quod habet, an sint aliquot vsurarij, nulla particulari persona nominata, & si per illam generalē inquisitionem inuenit esse aliquem, vel aliquos particulares, poterit procedere contra illos particulariter texendo nouam telam iudicij, secundum mentem omnium rectè

a Le. merito. ff. pro socio. c. fin. de præsumpt. b Cap. 17. nu. 21. vers. & quod inter. & ca. 25. n. 9.

c Le. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid. cap. pasto. ralis §. quia vero. de offic. deleg. d In 2. 2. quæ. 07. art. 2.

e Ca. iudicis. 3. quæst. 7.

f Iuxta l. congruit. ff. de officio præsid. c. 1. de off. ordina. g à num. 53. h 2. de accusatio. i Num. 55.

k De vsurarij.

l Ibidem.

m L. 4. §. hoc autē iudicij. ff. de damno infect.

n In d. nu. 53. & seq.

intelligentium, & leges naturales, diuinas, & humanas canonicas rectè intelligentium omnia pessima praxi quorundam iudicum infamantium multos procedendo cōtra eos ex suspicionibus leuiter & extraiudicialiter conceptis, ducentes se per scientiam priuatam, quam habent aliunde, quam ex actis coram se, & aliquando nimis audētes, aliquando nimis timentes omittunt viam regiam, quā iura naturalia, diuina, & humana strauerūt, & eunt per semitas nouas, & suo capite & sensu inuentas contra præfatum Ambrosij dictum, & alia multa, quæ non expedit referre apud virum, & iudicem doctissimum: cuius & alius cuiusuis melius quam nos sentientis censura omnia prædicta subiicimus. Salua, & c.

DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA. SVMMARIVM.

- 1 Vicarius Episcopi de iure omnes præter Episcopum præcedit, sed contraria consuetudo valet. 2 Præsides Capituli præcedit suum Episcopum, cum ei vnus de Capitulo interest. 3 Consuetudo rationabilis præscripta omni humano iuri derogat. 3 Consuetudo, vel lex rationabilis vt sit, sufficit aliquo respectu esse talem.

CONSILIVM I.

A Vicario Episcopi, si sit vnus de Capitulo, debeatur præcipuus locus in choro, necdū abente Episcopo, sed etiam præsentē, cuius est vicarius?

1 Respondet primò, quod Panorm. per multa argumenta nititur probare, a quod vicarius Episcopi debet præcedere omnes clericos post Episcopū, immo & archidiaconum ipsum: & b vehementi animo tenet etiam quod consuetudo contraria non valet, immo est corruptela, & eum sequitur Felinus, c & eos videtur satis probare Castanæus. d

Secundo dico, primum dictum Panorm. satis defendi posse iure communi attentō per illius argumenta, & etiā disputando.

Tertio, quod ego semper tenui contrarium secundi dicti. Tum quod vidi seruari contrarium in aliquot ecclesiis Hispaniæ, & quod etiam seruari in ecclesia Hedueni dicit præfatus Castanæus vbi supra, addendo quod omnes antiquiores in promotione præcedunt vicarium Episcopi.

2 Tum quod archidiaconus, siue decanus, & præfatus præcedit etiam ipsum Episcopum suum, cum interest Capitulo vt canonicus, quod etiam glossa recepta ab omnibus tenet, e & illam tenet communis, f & certum est magis irrationabile videri, quod archidiaconus præcedat Episcopum suum, quam vicarium eius: quod nescio quomodo nō aduertit noster auriga Panorm. s neque Felinus nec, Castanæus. h

3 Tum quod omnis consuetudo rationabilis præscripta valet contra quodcumque ius humanum. i Tum quod cōsuetudo vt archidiaconus præcedat vicarium generalem, potest esse rationabilis aliquo respectu, licet altero videatur parum rationabilis, vt rectè considerauit Fel. ad aliud propositum. k Tum quod non requiritur ad hoc vt consuetudo vel lex sit rationabilis, quod omni respectu sit talis, sed sufficit quod aliquo respectu sit rationabilis, alioquin nulla consuetudo tolleret legem humanam contrariam rationabilem, vt potest monstrari per mille exempla, in quibus potest esse l. maximum verum, l & in legibus, quas illa corrigit, & in statutis & primogeniis, in quibus statuitur rationabiliter, vt familia: conferuntur, ne extantibus masculis feminæ succedant. Tum quia tres rationes, quas ipse Panorm. proponit contra se, m sufficunt ad faciendam consuetudinem prædictam rationabilem. Tum denique quod falsum est, quod præfata consuetudo sit contra ius naturale, vel diuinum: & rationes, quibus id asserunt Panorm. & Castanæus sunt crassæ, siue grossæ, & fundatæ in intellectu parū dolato legis naturalis, & diuinæ. Salua, & c.

SVMMARIVM.

- 1 Vicarius generalis Episcopi, simul & canonicus, debet & in choro & Capitulo, sedere in loco qui ei debetur vt canonico, si cōsuetudo non sit contraria.

CONSILIVM II.

A Episcopi vicarius, cum etiam sit canonicus in eadem Ecclesia, in choro, & in Capitulo debeat sedere

a In consilio 21. primæ partis.

b In cons. 22. eiusdē partis. c In c. statuumus. col. 1. de maior. & obed. d In suo libro de gloria mudi, parte 4. confid. 44. & 45.

e In ca. à collatione. de appellat. lib. 6. f In ca. in ecclesia. de præben. lib. 6. g In di. conf. 22. h In prædict. locis. i Ca. fin. cum similibus de consuetud. k In d. ca. statuumus.

l C. de iuris præteri.

m In d. conf. 1.

A in loco canonici: de quo Geminianus, a ait quod sic. 1 Ad quæstionem respondeo, semper mihi placuisse opinionem Geminiani supra citatā, scilicet vicarium, qui est canonicus, in choro & Capitulo debere tenere locum: quoniam, nisi consuetudine contrarium esset inductum: quæ ratione in quadam Ecclesia audiuius contrariū esse seruatum, & seruari. Salua, & c.

SVMMARIVM.

- 1 Abbas priuilegiatus mitra, & baculo, carens collegio, dignitates Episcopo inferiores præcedit, non autem Capitulum cathedralis collegialiter sedens vel incedens. 1 Rector parochialis destitutus non videtur habere beneficium curatum, sed simplex.

CONSILIVM III.

A Abbas priuilegiatus, vt possit vti mitra, baculo, & aliis insignibus episcopalibus, carens autem collegio monachorum, debeat præcedere omnes alios beneficiarios, & habentes dignitates inferiores episcopatu?

1 Respondet primò quæstionem hanc videri magnam, pro cuius vtraque parte multa possunt adduci. Nam pro parte affirmante facit, quod receptum esse videtur per ea multa, quæ adducit Philipp. Decius in ca. 2. de iudic. Abbatem huiusmodi priuilegio insignitum habere dignitatem, debereque præcedere Archidiacono Ecclesiæ cathedralis, & aliis dignitatibus episcopo inferioribus, b excepto Capitulo Ecclesiæ cathedralis collegialiter sedente, vel incedente. Et pro parte negante facit primò, quod rector Ecclesiæ parochialis destitutus non videtur habere Ecclesiæ parochialem, & quod rector parochialis habitu, & nō actu, non videtur habere beneficium curatum, sed tantum simplex iuxta glossam celebrem & communiter receptā, b & Panormitanum communiter receptum, c quod praxis vbique seruatur.

Secundò, quod quamuis non liceat mihi nunc occupato satis perpendere, & librare textus, & rationes, quæ pro vtraque parte inueniuntur, magis tamen in præsentia inclino in partem affirmantem, attentis eis quæ post Antoninum à Burzio tradit Dominicus, d super prædicta glossa, distinguendo, an disponatur de aliqua re, habita consideratione ad habitum tantum, aut ad exercitium tantum, aut ad vtrumque, aut simpliciter: & quod in casu proposito agitur de honore, ac præminētia ipsius abbatia, & priuilegium eius, in quo videtur potius considerari dignitas ipsius, & reuerentia, quæ debetur ei propter se, ac sua insignia, quam exercitium regendi suum collegium. Salua, & c.

SVMMARIVM.

- 1 Collegiata ecclesia Prior titularis, habens in cathedrali canonicatus & dignitatem, tunc præcedit alios, quando vt singuli incedunt, secus si collegialiter stent, vel incedant: sicut & vnus monasterij Abbas. nu. 2. cui hic Prior aquiparatur, nu. 3. & si sit etiam ipse canonicus, manebit in loco, qui ei competit vt canonico, etiam si esset I. V. D. & protonotarius, & aliam etiam maiorem haberet dignitatem. nu. 4. 2 Abbas vnus monasterij præcedit singulos de capitulo cathedrali, sed non ipsum capitulum capitulariter congregatum. 3 Collegiata ecclesia caput habens illam in titulum beneficij, appellatur & est prælatus habens iure communi iurisdictionem fori exterioris in eos, qui sunt de collegio.

CONSILIVM IIII.

Q Varitur an Prior Ecclesiæ collegiatæ, qui est etiam protonotarius, & D. V. I. quique est canonicus Ecclesiæ cathedralis eiusdem ciuitatis, in qua est illa Ecclesia collegiata, debeat præcedere canonicos, & dignitates Ecclesiæ cathedralis, quæ non habent eiusmodi qualitates.

1 Respondet primò, quod multa super hoc dubio afferri possent: sed paucis meam sententiam sic resoluo. Primò, quod præcedit prædictos canonicos, & præfatas dignitates habentes temporibus, & locis, in quibus prædicti canonici & dignitates, non sedent, nec incedunt collegialiter, sed singulariter tantum, non autem cum manent, vel incedunt collegialiter, vel capitulariter.

2 Tum quia secundum veriorem sententiam, Abbas vnus monasterij non præcedit Capitulum Ecclesiæ cathedralis manens, vel sedens collegialiter, præcedit tamen

a Cap. cum à collatione. de appellat. in c.

b In cap. licet canon. verbo parochialis. de electio. l. 6. & in cap. statuumus. eodē tit. & lib. c In c. de multa. de præb. d In d. c. licet.

a In catalogo gloria mundi, 4 par. confid. 2. b De ind. c Nu. 3. 4. & 5. d De offi. de leg. lib. 6. e §. quā. nū. de prob. lib. 6. f Vbi supra. g Nu. 5. in ca. cum illorum. de sent. excomm. h In ca. cū ab ecclesiis praelatis. de of. sic. ord. i De elect. l. 6. k De maiori. & obed. l. In catalogo gloria mundi. 4. par. confid. 38. m In ca. cōlatio. in fi. de app. l. 6. n De concess. prob.

eos, qui sunt Capituli, siue sint canonici, siue dignitates, cū manent, vel incedunt singulariter, vt per longam disputationem concludit Bartholomæus Cassianus, a vt colligitur ex ca. decernimus; b & adnotatis ei per Panormitanum, Andream, Siculum, & Decium, c & ex ca. fi. d & ca. quamuis, e quā cum aliis multis citat Philippus Decius. f  
3 Tum quia prælatus Ecclesiæ collegiatæ secularis, per cuius mortem sic vacat Ecclesia, ac per mortem Abbatis monasterium, æquiparatur Abbati, vt colligitur ex glossa & Panormitano, g & fundatur ea ratione, quod omnis qui est caput Ecclesiæ collegiatæ, siue regularis, siue secularis, habet iurisdictionem in foro contentioso super eos, qui sunt de suo collegio iure communi, & non solum habet dignitatem, sed etiam prælatus Ecclesiæ dicitur, vt ait glossa & latius ibi Panormitanus receptus ab aliis, h & facit castatutum, i & ca. iū. k & tradit Bartholomæus Cassianus. l  
4 Secundo, quod cum prædictus Prior interfuerit canonicis cathedralis Ecclesiæ collegiatæ manentibus, vel incedentibus, debet sedere, stare, vel incedere in eo loco in quo deberet, si non esset prælatus, neque Prior Ecclesiæ prædictæ collegiatæ, neque Protonotarius, neque Doctor, quia canonicus habens maiorem dignitatem, vel qualitatem, quā alij canonici, cum manet inter eos collegialiter congregatus vt canonicus, debet manere in loco, qui competit ei vt canonico, vt determinat expresse Dominicus & Philippus Francus, m & fundari potest etiam per cap. postulat, n & per alia multa. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Precedentia præpositi collegiatæ sanctæ Mariæ de Scala.
- 2 Precedentia prælatorum eiusdem dignitatis & nominis, quando conueniunt cum conuentibus suis inter sunt actibus, attenditur secundum antiquitatem ecclesiæ seu conuentus: quod si intersunt singulariter, qui prius fuit promotus, præcedit, vt fuit resolutum in causa precedentia inter canonicos regulares & sancti Benedicti monachos, numero 13. seruatur, consuetudo, vt primo creatus Episcopus primum habeat locum, numero 3. & hoc vltimum procedit etiam si posteriori loco promotus haberet plures alios gradus, quorum nullus per se sufficeret ad causandam prælationem, numero 4. quandoquidem prioritas temporis præualeat illis, numero 8. & 14. licet hoc vltimum sit dubium: nam qui est Doctor vtriusque iuris præcedit Canonistam, numero 15. fallit autem quando posterioris dignitas habet qualitatem, ob quam iura saltem implicite determinat eandem aliis antecellere, numero 14. vt est vsus mitræ vni ex duabus præposituris concessis, quia posteriori præcederet nedom in locis, in quibus mitra gestatur, numero 7. & 8. sed etiam alibi, numero 5. 9. 10. 12.
- 3 Consuetudo optima legum interpret.
- 4 Plures gradus habens, quorum nullus per se sufficit vt alium præcedat nec virtute omnium simul iunctorum præcedat, contra numero 15.
- 4 Precedentia concurrentium in tempore, habentiumque dignitatem eiusdem nominis & honoris attenditur ex additamento aliarum qualitatum etiam de se alias non causantium prælationem contra concurrentem: vnde qualitas doctoratus & protonotariatus attenderetur. & nu. 8.
- 5 Vincula duo vno fortiora.
- 5 Abbas mitra & baculo vtens alios præcedit.
- 6 Dignitas maioris loci alius eiusdem ordinis præcedit, & Doctor duarum facultatum Doctorem vnius.
- 8 Promotionis prioritas præualeat qualitati doctoratus & protonotariatus extraordinarij. & num. 5.
- 9 Dignitatis maioritas prioritati promotionis præualeat.
- 10 Dignitas episcopalis insignibus decorata alius eiusdem nominis maior.
- 11 Clausula per se posita trahitur ad antecedentia & sequentia, postea accessorie, restringitur ad id cui accedit.
- 13 Canonici regulares quando Benedictinos præcedunt.
- 13 Precedentia prescriptione & priuilegio nisi potest.
- 15 Precedentiam non faciunt plures gradus inferiores in vno existentes contra habentem vnum singulis his superiores: vnde magister artium & licentiatas in iure non præfertur Doctori canonum.

CONSILIVM V.

Præsupponitur in facto, quod præpositura collegiatæ Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Scala ciuitatis Mediolani vl-

timo loco post omnes alias collegiatas dictæ ciuitatis fuerit erecta in collegiatam, & quod in processionibus conuenerint præpositus & Capitulum dictæ Ecclesiæ simul incedentes vltimum locum inter alios præpositos & Capitula obtinere: quamquam deinde eidem R.D. præposito sanctæ Mariæ de Scala summi Pontifices contulerint insignia pontificalia, ac facultatem conferendi primam tonsuram, benedicendi, & multa alia ad pontificiam dignitatem spectantia.

Quaritur modò, an ipse præpositus, licet incedens cum suo Capitulo habeat locum vltimum in processionibus, stantibus dictis prerogatiuis, & quod est Protonotarius Apostolicus, ac Doctor. I. V. ratione personæ, ac præpositura, debeat alios præpositos præcedere in actibus extra processiones & separatim à Capitulo, an secus, & quæ locum obtinere debeat.

1 Quæstio hæc satis difficilis est explicatu, eo quod varij Doctores variè locuti sunt in variis locis, nempe in *leum quid*, a in *c. clericis*, b *c. placuit*, c & in multis aliis locis citatis à Nicolao Boerio, d & Bartholomæo Cassian. e quorū aliqui dum plus tribuunt copiam dictorum variorum, auctorum quam radici, per quam illa resoluti debent, plus satis rem confundunt. Quare breuiter proponemus aliqua, quæ in vtramque partem faciunt, & postea resoluemus dubium in eam partem, quæ nobis vtro propior videbitur.

Contra præpositum facit primò, quod eius præpositura fuit creata post alias præposituras, cum clausula sine præiudicio alicuius, vt habet eius auctarium. Secundò, quod in processionibus ipse cum sua Ecclesia postponitur aliis, vt in facto præsupponitur, nec de illa prælacione dubitatur.

2 Tertio, quod habentium dignitates eiusdem ordinis, & nominis ille præfertur alteri in honoribus, qui prior aut eam est assumptus, f & præpositus sanctæ Mariæ de Scala Mediolanensis & alij præpositi aliarum Ecclesiarum collegiatarum eiusdem ciuitatis habent dignitates eiusdem ordinis, & nominis, videlicet præpositus: ergo inter eos debet præcedere is, qui prius præposituram obtinuit.

3 Quarto, quod consuetudo, quæ est optima legum interpret, g Conciliorum œcumenicorum, & aliarum congregationum, item quæ in capella Papæ vel coram eo, vel de mandato illius sæpe fiunt, habet, vt Episcopi sedeant, & suas sententias dicant prius, vel posterius iuxta priorem, vel posteriorem promotionem illorum, non habito respectu notabilitatis, vel magisterij.

4 Quintò, quod habent plures gradus, quorum nullus per se sufficit ad præcedendum alium, non præcedit virtute omnium illorum, l. *spadonem*, h per quam id affirmat Ludouicus Romanus receptus, i & ait Felinus. k At præfatus Præpositus sanctæ Mariæ non videtur habere plures qualitates, quarū aliqua per se sufficeret ad præcedendū alios præpositos: non enim videtur talis qualitas doctoratus, vt palam est, neque protonotariatus: quia Protonotarius, qui nō est de ordinariis & participatibus, nō habet tantā qualitatem, vt constet ex consuetudine Urbis & orbis, & ex traditis per Bartholomæum Cassianum. l Nec obstat dictum Felini, m afferentis Episcopum Doctorem præcedere non Doctorem etiam prius promotum: quia illud procedit, quando eodem die fuerunt ordinati, non autem quando diuersis, vt significat glossa, n & exprimit Nicolaus Boerius. o

5 Sed pro domino Præposito facit primò, quod duo vincula sunt fortiora vno, p & ipse est præpositus, sicut ceteri, & præter id insignibus episcopalis insignibus, quibus carent alij. Secundò, quod ca. vt *Apostolica*, q expresse habet maiore gloria & honore dignos esse Abbates prædictis insignibus insignitos aliis eis non insignitis. Tertio, quod idem cap. probat partim directè, partim à contrario, Abbates insignitos eiusmodi insignibus in Conciliis episcopalis & synodalibus exemptos quidè pretiosioribus, non exemptos autem vilioribus, & alios hoc priuilegio carètes non posse vti eis: & quos consequenter, si præpositus dictæ Ecclesiæ sanctæ Mariæ inueneretur in eiusmodi Concilio, deberet præcedere alios non habentes simile priuilegium, quandoquidem nullatenus deceret vt post

a ff. de rebus. cred. b De iudi. c §. Isidorus. 16. dist. & ca. Episcopo. 17. dist. c. m. rub. & c. i. & ca. per tunc. de maior. & o. b. d. c. i. In tra. de ord. & pra. c. i. grad. e. In catalog. gloria mundi. f Leg. 1. c. de comp. lib. 12. g. l. 1. f. de alio. scrib.

g Ca. cum dilectus. de consuet.

h §. qui iura. ff. de excusat. l. 1. c. 333. k In d. rub. de maior. & o. bec. col. 1.

l In catalog. gloria mundi. 4. par. confid. 2. m In dicta rubrica. n In ca. sacro sancta. verb. presentis. de auctor. gener. concil. in pragmat. o In tra. de ordin. grad. 1. part. num. 19. p Cap. 1. de treug. & p. ce. & Auth. itaque. C. cōmunia de suc. test. q De priuileg. lib. 6.

a 4. par. confid. 13.

b In c. Episcopo. 17. dist. c In cap. sedes Apostolica. verbo maior. de referri. d C. vt digni. ord. ser. li. 12. e Num. 1. sub. fin. f In cap. 2. de iudic. g In leg. cum quid ff. de rebus. cred. h In d. l. 2. C. vt dig. ord. ser. lib. 12.

i §. Inordinat. se. Auth. de heredit. & falcid. coll. 1. & extra. au. gan. vna sanctam. de maior.

k 17. dist. l. In verb. tē. pus.

m Verbo præpositum.

n C. de consul. lib. 12. o L. nemini. eod. tit.

Episcopos, vt ita dixerim, mitratos sederent prius præpositi non mitrati, quam mitratos.

6 Quarto, quod ceteris paribus & Cardinalis Vicecellarius præcedit alios Cardinales, secundum eundem Cassianum vbi supra, a & Cardinalis presbyter Cardinalis diaconum de iure secundum Præpositum, b & inter dignitates eiusdem ordinis præcedit qui est maioris loci, ex mente Innocentij, c & inter doctores præcedit actu legens, iuxta l. 2. d vbi hoc notat Ioannes de Blal. e & Doctor duarum facultatum de iure præcedit doctorem vni tantum, iuxta communem, resolutionem Panormitani & aliorum, f & communem. g

7 Quinto denique quod omnis, qui habet dignitatem æqualem habenti aliam, & qualitatem aliam notabiliter considerabilem ad præcedendum de iure, præcedit alium habentem aliam similem sine tali qualitate, vt videtur probare textus, h & certum est prædictum Præpositum sanctæ Mariæ habere præposituram similem aliis, & præterea habet qualitatem doctoratus & protonotariatus, & facultatem vtendi insignibus episcopalis. ergo, &c.

8 His pro vtraque parte expensis, videtur dicendum primò, quod prædictus Præpositus sanctæ Mariæ præcedere deberet alios Præpositos etiam prius ordinatos ratione doctoratus, & protonotariatus, & ratione insigniū episcopalis præcedere in illis congregationibus, in quibus ille debet illis vti: quia nihil debet esse inordinatū, i & res inordinata videretur, vt colligitur in 3. argumento pro ipso adducto, vt post Episcopos mitris insignitos immediatè sederent præpositi eis non insigniti, ac post illos præpositi eis insigniti, vt palam est: q iuri propius videretur.

Quod autem etiam extra illa loca, in quibus vtitur insignibus episcopalis, debeat præcedere alios etiā prius institutos, facit primò, quod quatenus est præpositus & ordinatus eodem die, quo illi, est vt minimum æqualis, eis, & qualitate doctoratus & protonotariatus excedit illos: & duorum parium alterum cumulatam est maius altero, vt habet primum argumentum pro parte præpositi adductum; ratione tamen doctoratus & protonotariatus nō debet præcedere alios Præpositos prius promotos: quia prioritas promotionis est maior qualitas, quam doctoratus, & protonotariatus, vt satis probat d. ca. *Episcopus*, k iuncta expositione Gratiani & glossa, l quæ dictum Gratiani corroborat.

9 Secundo quod qualitates & insignia suæ præposituræ aliis antecellunt, quia ceteris paribus maior & maiori honore digna videtur dignitas insignibus episcopalis decorata; quam alia similis eis destituta, vt efficaciter probat prædictum ca. *Apostolica*. in argumento 2. & 3. pro ipso formati: & maioritas dignitatis præponderat prioritati promotionis, vt probat d. §. *Isidorus*. iuncta glossa, m quo fit vt Episcopus factus Archiepiscopus præcedat Episcopum ante ipsum factum Episcopum; & canonicus factus archidiaconus, vel alia dignitate præditus præcedit alium prius factum canonicum, secūdum omnes, pro quibus est casus irrefragabilis in l. 1. n quatenus vir consularis ornatus patriciatus, qui est maior consulari, o præfertur ei qui prius fuit consul; vt ibi glossa communiter recepta per Ioannem de Platea & alios id annotat.

10 Tertio, quod difficultas huius quæstionis est sita in eo, an inter dignitates eiusdem nominis & ordinis censenda sit maior alius illa, quæ est decorata insignibus episcopalis: nam si maior censetur, eam habens debet præferri etiā antiquius promotus, alius secus: & meo iudicio efficaciter videtur probare prædictū c. vt *Apostolica*. quod sit maior & honore maiore digna in illis verbis, *In ecclesiis suarum gloriam & honorem. quod mitra & alijs pontificalibus vti possint*. & hæc præpositura non solum fuit decorata insignibus episcopalis, sed etiam facultate conferendi ordines minores, benedicendi vestes sacras, recōciliandi Ecclesias, & aliis multis, per quæ exequata fere fuit episcopatus, vt ex bulla, quæ fuit aucta, colligitur.

11 Non obstat argumentum primum contra ipsum Præpositum quod eius præpositura videatur aucta honore cum clausula, sine alterius præiudicio. Tum quia illa clausula non refertur ad facultatem habendi prædicta insignia, sed solum ad facultatem ordinandi interuenientes Ecclesiæ suæ,

& dandi licentiam eisdem, vt ab aliis ordinari possint, vt ex cōtextu bullæ apparet: nec valet dicere, quod clausula in aliqua dispositione posita ad omnia capitula illius refertur, a quia illud fallit, quando non ponitur per se, sed accessorie ad aliquid capitulum: nam tunc ad illud tantum refertur, vt post Panormitanum & alios tradidit Decius, b & in prædicta bulla ponitur accessorie ad clausulam, quæ fiebat ei facultas ordinandi, reconciliandi, & alia faciendi.

12 Tum quia illa conclusio; *Gratia principis*, est intelligenda sine præiudicio tertij, c debet intelligi in dubio, & quando non constat de mente principis, in nostro autem casu constat de hac mente: quia Papa, cui omnia iura sunt nota, d & consequenter c. vt *Apostolica*. e per quod declaratur maiori honore esse dignum Abbatem, qui episcopalis insignibus vti potest, quam alium, qui non potest vti, animum habuit præiudicandi similibus præpositis quo ad hoc honoris auctarium, quod ei ex illa concessione resulabat, arg. l. 1. f & eorum quæ tradit Felinus. g

13 Non obstat etiam quod in processionibus ipse cum sua Ecclesia postponitur aliis. Tum quia circa honorem exhibendum prælatis alia ratio habenda est, cum conuēntialiter cum suis Capitulis concurrunt, & alia cum sine illis: vnde fe. recor. Pius III. in lēt. quam protulit pro canonicis regularibus contra monachos Benedictinos, cuius tenorem cū aliquot scholiis retulimus, h diffiniuit, quod cū prælati concurrerent incedentes conuēntialiter cum suis Capitulis siue conuentibus in processionibus & aliis locis, prælati canonicorum regularium cum suis Capitulis præcederent prælatos monachorum Benedictinorum incedentes cum suis Capitulis: quando tamen prælati singulariter concurrerent sine suis conuentibus, illi præcederent, qui prius inuenirentur promoti: & ita cum à diuersis non fiat illatio, i à prælacione vel postpositione prælatorū cōcurrentiū cōuentualiter nō potest efficaciter argui ad prælacionem vel postpositionem eorūde cōcurrentiū singulariter. Tū quia fieri potest vt prælacione illa vel postpositio concurrentiū cōuentualiter nitatur priuilegio; vel præscriptio aliqua, que non debent extendi extra casū priuilegiatum, vel præscriptum, iuxta ca. *auditis* adiuncta glossa, k & alia plurima adducta ibi per Felinum. l

14 Non obstat tertium: quia regula in eo assumpta procedit regulariter, sed fallit, quando vna illarum habet aliquam adeo insignem qualitatem, vt ob eam iura determinent illam esse magis honorabilem, quam alia sui ordinis & nominis; & talis est præpositura prædicta, quæ habet prædictam qualitatem vtendi insignibus episcopalis: nam ius expresse, m determinat, quod qualitas illa facit, vt illa dignitas, quæ habet eam, sit maiori honore digna.

15 Non obstat quartum: quia licet prioritas promotionis debeat magis attendi regulariter, quam alia qualitates; fallit tamē in qualitate illa, quam iura expresse vel implicite statuunt esse potius attendendam, quam prioritatem: & ita diximus supra in primo dicto prioritate institutiōnis præponderare doctoratui, nobilitati, ac protonotariatui: quia nullo iure determinatur, nec significatur ea esse præferenda prioritati promotionis in dignitatibus, quæ de se præcellunt habentes illa sine talibus dignitatibus.

16 Non obstat quintum. Primo quidē, quia nec Ludouicus Ro. in eo citatus dicit id quod imponit ei Fel. nec lex *spadonē*, n probat illud, nepe quod habes plures gradus, quorū vnus per se nō sufficit ad præcedendū aliū, nō præcedit virtute omnium illorū; sed quod habes plures gradus inferiores gradu vnus, sed et alius habet, nō præcedet illū; puta magister artium, & licentiatus iuris, qui habet duos gradus; nō præcedit Doctorē decretorū, qui habet vnicū superiorem illis duobus, & nō solū Ludouic. nō dicit illud, neq; illa lex probat, sed est falsū: nā doctor vtriusque iuris præcedit doctorē iuris cōnici, secūdum cōmuniter receptā sētentiā, o & tamē nullus illorū duorū graduū sufficit ad præcedendū eū: & ita sufficit ad præcedendū aliū q habeat vnū graduū equalē gra duū alteri, & aliū quē ille nō habet. Nec animus Fel. fuit aliud dicere, licet verba ei alud sonēt. Secūdo respōdeo negando quod prædictus præpositus non habeat aliquā qualitatem & graduū per quē solū debeat præcedere alio præpositis: habet enim præpositurā insignitam facultate

a Ca. secundo requirit. de appellat. cum concordant. à glossa. ibidem citat. b lib. num. 2. c Leg. 2. §. si quis a princip. ff. ne quid in loco publico fiat & ca. super eo. de offi. iudi. de leg. d Cap. 1. de consil. li. 6. e De priuileg. eod. lib. f ff. de re iud. & l. idem vlt. piam. ff. de excus. tu. or. g In ca. fin. de consuetu.

h In committ. 4. de regularib. sub ca. sua vniuers. 19. q. 3. num. 6.

i L. Papien. ff. de minor. c. ad audientia. de decim. k Verb. interruptione. de præscript. l. an. 10. ver. ceterum.

m In d. ca. vt Apostolica.

n §. qui iura ff. de excusat. tutor.

o In d. c. clerici. & in d. l. cum quid.



vtendi insignibus episcopalibus, & aliis multis prerogatiuis, ob quas fere exaequatur Episcopis, qua ratione sua prapositione per se sola est longe maior, & dignior aliorum prapositionis. Salua &c.

S V M M A R I V M.

Archiepiscopus in Concilio provinciali praestit ut caput, non eo modo quo Episcopus praestit synodo dioecesane, sed ut decanus Capituli, ut conuocet, congreget, primamque habeat sedem: non tamen habet eandem iurisdictionem quam habet Concilium nec ei parem, num. 5. immo tamquam vnus de Concilio ei subest, num. 3. & post ab eodem excommunicari, num. 2. & ab Archiepiscopo ad Concilium appellatur, num. 4.

- 1 Par in parem nec in se ipsum habet iurisdictionem.
2 Vniuersitas, collegium, & Concilium differt a singulis ea constituentibus, super ipsos, potestatem habet, etiam eos multandi, & excommunicandi, num. 3.
3 Capitulum, ad quod ex consuetudine spectat potestas corrigendi canonicos illam, & sede vacante iurisdictionem, in qua succedit Episcopo, contra singulos, etiamq, contra Decanum Capituli exercet.

CONSILIVM VI.

AN in Concilio provinciali Archiepiscopus excommunicari possit? Respondeo quaestionem esse dubiam. Nam pro parte negante facit primò, quod Archiepiscopus videtur esse caput Concilij, & ita non subesse Episcopis Concilij, cum suis membris non debeat subesse caput. Deinde quod idem super se ipsum non potest habere iurisdictionem, nec par in parè, & iurisdictione Concilij provincialis pertinet ad Archiepiscopum tamquam parem & caput eius. Tertio, quod Archiepiscopus ad suum Concilium ita videtur se habere, vt Episcopus ad suum Capitulum. At nullo casu potest Capitulum excommunicare suum Episcopum: ergo nec Concilium Archiepiscopum.

2 Pars tamen affirmatiua videtur de rigore iuris verior. Tum quia aliud est Concilium, vel collegium, & aliud sunt singuli de collegio, & Concilio: & manumissus a collegio vel vniuersitate aliqua, non est libertus singulorum illius: & ideo potest eos in ius vocare sine venia, licet non collegium, vel vniuersitatem ipsam, qua eum manumissit. 3 Tum quia Concilium est superius singulis omnibus qui constituunt illud, quorum vnus est ipse Archiepiscopus, & poterit ab ipso multari, & excommunicari, 4 Tum quia vacante Ecclesia cathedrali iurisdictione deuoluitur ad Capitulum, & Capitulum habens illam iurisdictionem potest eam exercere contra singulos de Capitulo, & etiam decanum, vel prapositum ipsius Capituli secundum omnes. Tum quia Capitulum, ad quod de consuetudine pertinet correctio canonicorum, potest corrigere singulos eorum: & eadem ratione Concilium provinciale poterit singulos Episcopos, qui constituunt Concilium, corrigere, & si opus fuerit, excommunicare, & pati ratione Archiepiscopi, cum sit vnus de singulis constitutibus Concilij.

4 Tum denique quod Concilium adeo maius est Archiepiscopo, quod ab eo appellatur ad illud, vt dixit Paulus de Eleazaris receptus a Cardinali, & ab aliis. 5 Non obstant opposita. Ad primum enim respondeatur concedendo quod Archiepiscopus est caput Concilij ad hunc effectum, quod ad eum pertinet vocatio, & congregatio eius, & vt debeat habere primam sedem, vt habet decanus, vel canonicus senior in Capitulo Ecclesiae cathedralis, sed non quo ad hoc, vt sit superior eius, vel maior eo iam congregato, neque quod habeat eandem iurisdictionem, quam habet illud, immo est tantum coniudex, & collega aliorum Episcoporum, vt praedictum est. Ad secundum respondetur concedendo, quod nemo habet imperium & iurisdictionem super se, & super sibi pari: negando tamen quod Archiepiscopus sit idem quod Concilium provinciale, vel par ei, & qui quatenus est Archiepiscopus & Praeatus Particularis habeat illam iurisdictionem, qua habet ipsu Concilium, vt praedictum est. Ad tertium negamus quod Archiepiscopus se habeat ad Concilium vt Episcopus ad suu Capitulum, sed potius vt decanus, aut canonicus senior Capituli Eccl. cathedralis ad ipsu Capitulum, in quod Capitulum potest exercere iurisdictionem competentem ei, vt Capitulum, iuxta praedicta, Salua &c.

a Ca. cum no liceat a capite mēbra recedere. de praescrip. b L. ille a quo. §. tempus. ff. ad Treb. c in le. penul. ff. de recep. arb. c Ca. innotuit de elect. d Arg. tot. tit. ff. si quis ius dicem. non obtempe. e Ca. his qua. §. c. cum olim. de maior. f In clem. 1. §. quod etia in interd. de sent. excomm.

- 1 Episcopus impeditus adire Concilium potest se per procuratorem excusare.
1 Concilium provinciale potest absentis Episcopi procuratorem habentem speciale mandatum ad decidendum admittere, sed non cogitur, nisi saltem sit vnus ex suffraganeis.
2 Vices gerens honorari debet tamquam representans suum principalem, sed non quantum ille.
2 Abbates in Concilio provinciali praecedunt procuratores Episcoporum absentium.

CONSILIVM VII.

QVod Episcopus legitime impeditus vocatus ad Concilium provinciale possit se excusare per procuratorem, certu est, & quod etiam habens speciale mandatum ad decidendum possit admitti ad Concilium, si ei placuerit, etiam est certum per ca. cum ecclesia Sutrina, quatenus habet canonicos habentes potestatem eligendi posse admittere alios non habentes illam ad coeligendum seculum. Quod autem non teneatur Concilium ad id admittere illum, saltem si non est vnus ex Episcopis suffraganeis interessentibus Concilio cum aliis Episcopis, videtur verius; quod videtur satis sensisse Petrus de monte. Sed quaeritur an ille procurator debeat Abbates praecedere. Et videtur dici posse procuratorem huiusmodi debere postponi Abbatibus per sese praesentibus: quia licet vices gerens alterius debeat honorari tamquam representans eum, non tamen quantum ille, vt pulchre resoluit Decius, & dicens merito regiam maiestatem Christianissimam praeposuisse Ducem Sabaudiae Legato Venetiarum: quia Dux personaliter aderat, & Legatus non erat Dux, sed Ducem Venetiarum representans, vbi multa huic sententiae specialiter accommodant. Salua &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Praepositus est Dux, Abbas inferioris dignitatis Legato procuratori representati Duce, vel Abbate excellentioris gradus.

CONSILIVM VIII.

AN PROCURATOR Abbatis in synodo debeat habere eundem locum inter Abbates, que habiturus foret Abbas constituens, si esset praesens?

An huiusmodi quaestionem videtur dici posse, huiusmodi procuratorem postponendum esse Abbatibus per sese praesentibus: quia licet vices gerens alterius debeat honorari tamquam representans eum, non tamen quantum ille, vt pulchre resoluit Decius in d. ca. sane not. 2. dicens, merito regiam maiestatem Christianissimam praeposuisse Ducem Sabaudiae Legato Venetiarum: quia Dux personaliter aderat, & legatus non erat Dux, sed Ducem Venetiarum representans, vbi multa huic sententiae specialiter accommodata citat, quae hic non refero, quia ibi videri possunt, & quia debilitate visus, & auditus, & pluribus, quam ferè dicere liceat, obruto, vix ad praedicta dicenda vacauit.

S V M M A R I V M.

- 1 Primatus locorum congregationis clericorum regularium debetur monasterio sancti Siluestri Vrbs, quia ibi dicta congregatio fuit primum instituta & confirmata, & dictus locus primum ab ea inhabitari cepit, & sic dicta congregationis primogenitus fuit dictus Vrbs conuentus, nu. 2. illiusque persona ceperunt primum esse ciues Vrbs, quam aliarum ciuitatum, ad quas postea migrauerunt, num. 3. cum per dictam migrationem praedictum locum Vrbs minime amiserint, num. 4.
3 Capitulum & singuli eius ciues sunt ciuitatis vbi est ecclesia.
4 Migrent licet omnes alicuius congregationis, religiosorum de vna ciuitate ad aliam, non tamen ob hoc perdit loca, quae habebat in prima ciuitate, nisi sint ad minus lapsi quadraginta anni necessarii ad hoc, vt res Ecclesiae praescribantur.

CONSILIVM IX.

CONgregatio Clericorum regularium instituta fuit Romae, & approbata a Clemente Septimo, & in eadem Vrbe cepit habitare in ecclesia Sancti Siluestri, & ob inuasionem Vrbs duce Borbonio fugit Venetias anno 1532. & habitauit in Ecclesia S. Nicolai de Tolentino, quae per aliquos religiosos fratres suos missos Neapolim cepit per eosdem habitare in Ecclesia sancti Pauli: re-

A B C D E F

a De causa possess. & proprietaria cum ei adno. b Argu. ca. si quis iusto. §. porro. de electio. lib. 6. c In sua monarchia conciliorum q. 3. num. 2. d Ca. sane. 2. de offic. deleg. §. ca. fin. 93. distinct. e In d. ca. sane. num. 2.

f Cap. sane. 2. de offic. deleg. §. ca. fin. 93. dist.

redierunt postea Romam Paulo Quarto institutore suo Papa facto anno 1560.

Quaeritur quis locus harum trium urbium debeat dici primus locus huius congregationis & religionis.

Responsum mihi ostensum ad hanc quaestionem, a viro erudito, quem tamen de facie minime noui, datu, videtur mihi iuridicum, scilicet Vrbein Romae debere censeri primum locum praefati ordinis Illustrissimi. Tum ob fundamenta per eundem dominu consultiore adducta, quamuis aliqua eorum videri possint è longinquo petita. Tum quia in facto proponitur eum esse primum Romae institutum, & Romae primum a Clemente Septimo confirmatum, & eius professores Romae primum multo tempore incoluisse, & iusta de causa inuasionis Vrbs Venetias abiisse, ibiq; secundo loco habitasse & tertio loco Neapoli quamdam felici coloniam misisse. Non ergo negari potest Romam fuisse primum locum sui ortus, & natiuitatis, & educationis.

2 Tum quia primogenitus dicitur, qui primo natus est, siue postea alius nascatur, siue no, & proximus est is, que nemo antecedit, & sicut supremus est, post quem nemo est, ita primus est, quem nemo antecedit. Cum ergo Roma sit locus in quo priusquam in alio praefatus ordo educatus est, & creuit: ergo primum locus eius est Roma.

3 Tu quia ciues facit origo, & ita congregatio praefata, & conuersus eius, qui cepit esse in dicta Ecclesia sancti Siluestri, primum fuit ciuis Romanus, quam Venetus, vel Neapolitanus: Capitulum enim, seu conuentus alicuius Ecclesiae vniuersalis, & singuli eius sunt ciues ciuitatis, in qua illa sunt, vt eleganter & late tradit Bartholus communiter receptus, vbi concludit idem dicendu de quolibet alio prelatu, & abbate, seu rectore Ecclesiae: & ita negari non potest praefatam congregationem primum locu & primam ciuilitatem habuisse Romae, immo & primum incolatum.

4 Tum quia, si ecclesia praefata sancti Siluestri, & aliqua pars eius, vel aliquid aliud pertinens ad illam vel ad aliquid alium, fuit praedicta congregationi legitime donatum, vel per alium iustum contractum & iustum vltima voluntatem quaesitum, semper remansit suum; licet aliud migrasset, quia solum vigintio octo annis ad summum remansit absens a praefata Ecclesia sancti Siluestri: & res Ecclesiastica non perduntur per praescriptionem minore quadraginta annorum. Tum quia praefata congregatio habet plurima & grandissima priuilegia summorum Pontificum, per quae non solum conseruatur eis iura, quae ab initio ceperunt ad eos pertinere, sed etiam additur multa alia, quae vix credidisset, nisi ea legisset; quod certè magna cum voluptate feci; & consequenter non solum non perdidit vllam praerogatiua alicuius iuris, vel loci primi, sed etiam acquisiuerunt multo plura, quam habebant, in gloria Dei, & Domini nostri Iesu Christi, qui suo sanctissimo eodemque maximo fauore ita sua exuberanti gratia faueat eis, vt quod obsequium eius feliciter facere ceperunt, & felicius & amplius nunc proficiantur, felicissimè in fine vsq; speramus, perficiant, Amen.

S V M M A R I V M.

- 1 Praecedentia ex antiquitate gradus & promotionis metitur.
2 Vnicum beneficium non auget dignitatem illius cui vnitur, nec facit illud curatum, aut dignitatem, si non erat: immo sequitur naturam illius cui vnitur, perditque propria praerogatiua, num. 3.
4 Praecedentiam qui non habet eam alij dare nequit.
5 Ius semel extinctum non reuiuiscit, nisi per principem.
6 Iura omnia ecclesiastica spatio 40. annorum praescribuntur.
7 Praecedentia Prouincialium ex antiquitate prouinciarum attenditur, ex statuto Minorum, & non ex antiquitate professionis.
8 Prior tempore, potior iure, si cetera sint paria, & iure contrarium non sit expressum.

CONSILIVM X.

AN in capitulis faciendis in ordinibus Illustrissimi ordinis Minorum debeat assignari locus honoratior Prouinciali Lugdunensi, quam Prouinciali Aquitaniae, cuius caput est Tolosanum conuentus ratione vnionis illi factae de antiquiori conuentu, nempe de Gratia-

nopolitano vnito Lugdunensi prouincia, licet prouincia Aquitania fuerit prius erecta.

Pro parte quidem affirmante facit, quod qui prior est tempore, potior est iure, & prius ordinatus praefatur ordinato posteriori, quia ille gradus ceteros antecedit, quem labor prolixior, & stipendia longiora fecerunt anteriori, & habens prius mandatum de prouidendo praefatur habenti posteriori, & prior emptor, vel prior donatarius praefatur secundo, quae probat, inter decem iurales antiquissimum esse praefendum, & glossa, f arguit Praedicatoris ideo prius quam Minores nominari, quia sunt antiquiores, & glossa, g arguit Mediolanensem Ecclesiam digniorem esse Rauennateni: quia prius nominatur. At in casu quaestionis proponitur conuentum Gratianopolitanum praefati ordinis fuisse praecedentem, quam Tolosanum, & Aquitanicum, & quod vnitus est Lugdunensi prouincia: ergo ratione illius annexionis debet Lugdunensis Prouincialis praecedere Tolosanum in sessionibus, & votis reddendis, & aliis in Capitulo generali faciendis.

2 Pro parte autem negante facit primò, quod prouincia Aquitania prius fuit constituta, & erecta, quam prouincia Lugdunensis: ergo per ipsam iura pro parte affirmante allegata Prouincialis eius debet praecedere Prouincialis Aquitaniae, quam Lugdunensis.

Secundò, quod nihil obstat, quod conuentus Gratianopolitanus sit vnitus conuentui Lugdunensi ad faciendam prouinciam Lugdunensem; quoniam vna dignitas, vel beneficium non crescit in magnitudine dignitatis, eo quod vnitur ei alia dignitas vel beneficium, quod sit maioris qualitatis, vel dignitatis, vt habet ca. super eo, h quod probat posse quem habere personatum incompatibilem Ecclesiae parochiali, & simul habere sine dispensatione praebendam, cui esset annexa vel vnita Ecclesia parochialis, licet non posset obtinere illum personatu, & illam Ecclesiam parochialem separatam.

3 Quia per illam annexionem praebenda illa, quae per se est simplex beneficium, non crescit, nec fit curata per Ecclesiam parochialem ei annexam: immo potius parochialis ipsa quadamtenus recipit simplicitatem praebendae, cui vnitur, eo quod vnitur, & annexetur beneficio simplici, & ita licet conuentus Gratianopolitanus habeat praedicta praerogatiua sessionis, quam tamen negamus habere, vt mox dicemus, eo quod fuerit aliquando vnitus prouinciae Aquitaniae, ipsam tamen praerogatiua non posset infundere in prouinciam Lugdunensem, cui fuit nouè annexus immo potius eam perderet, propterea quod vnitus & annexus fuerit prouincialatui Lugdunensi, qui non habebat illam praerogatiua sedendi.

4 Tertio, quod quis non potest dare quod non habet, i At praefatus conuentus Gratianopolitanus non habebat praefatam praerogatiua, sedendi, antequam vniretur prouincialatui Lugdunensi: ergo non potuit illam infundere, & tradere illi. Nec obstat responsio eius, qui diceret posse aliquos dare id quod non habent, ratione officiorum suorum, vt tutores, curatores, & procuratores, qui dant multa eorum, quorum tutelam, curam, vel procuratiua, aut mandatum habent. Non inquam hoc obstat: qui praedictus conuentus Gratianopolitanus non habebat praedictam praerogatiua sedendi, nec officium, ratione cuius competeret ei ius dandi eam, vt palam est; quia quando fuit vnitus prouincialatui Lugdunensi, erat conuentus simplex prouincialatus Aquitaniae, & non pertinebat ad eum facere, quod alius conuentus simplex esset prouincialatus, neque ambo conuentus poterant seipso facere prouincialatum, argum l. pen. & l. ille a quo. l. qui habet non posse quem imperare sibi, nec habere in se iurisdictionem. Tum quia ius faciendi illud non pertinebat ad illos, sed ad Papam, vel ad Capitulum generale ordinis praedicti.

5 Quarto, quod id quod semel est nullu, & extinctum, tractu temporis non potest reconstituere, l. inter stipulatorem, n quae habet, illu qui stipulatus est sibi dari rem sacram, non posse illam petere, licet fiat profana, vbi alia multa exempla post alios refert Iason: in quibus est etiam illud quod ponitur in l. qui res. n de obligatione

B C D E F

a Regul. qui prior. de reg. iur. lib. 6. b Ca. fin. 17. dist. §. c. 1. de maiorit. & obedient. c L. memo. C. de offic. magistr. offi. d Cap. cu cui. de praben. li. 6. e L. 1. & 2. C. de rei vend. §. leg. 1. ff. de albo scribendo. f In c. quoru. dam. de elect. in verb. praedicatorum. g In cap. bene quid. dist. 96. in verb. Mediolanen. ses.

h De praben. lib. 6.

i Cap. quod aut. de iure patron. l. si vnuer. ff. de leg. 1.

k ff. de arbitris. l. §. de peffiuu. ff. ad Trebellian.

m §. sacram. ff. de verb. oblig. n §. aream. ff. de solutio.

dandi nauem, quæ semel conuersa per dissolutionem ad alium vltim amplius non reuincit, licet postea mutato animo illa refecta fuerit ad eundem. At quicquid prædictus conuentus Gratianopolitanus habebat in iure prouincialatus Aquitaniæ, perdidit per separationem, & diuisionem, qua separatus fuit à prouincia Aquitaniæ: ergo nõ potuit illud reuincere propter hoc, quod fuerit vnitus prouinciæ Lugdunensî, cũ iã illud fuerit semel extinctu.

Quintò, quòd licet aliquando ius semel peremptum redeat ad pristinum statum per aliquam innouationem factam ab eo, qui poterat producere illam resurrectionem, vt v.g. Papa, vel Princeps, qui non recognoscit superiorē, vel alius potestatem habens ad id faciendum, vt in casu c. eos qui, in nostro tamen casu non interuenit Papa, nec alius potestatem ad id faciendum habens. Nec obstat dicere quod interuenit Capitulum generale; quia capitulū generale non reduxit prædictum conuentum Gratianopolitanum in pristinum statum, sed in longe alium: quia non reuincit prouinciæ Aquitaniæ, cui erat vnitus ante; sed conuentui Lugdunensî, vel prouincialatui eius, qui longè diuersus est à prouincialatu Aquitaniæ.

6 Sextò, quòd prouinciæ Aquitaniæ fuit assignat⁹ sextus loc⁹ in Capitulo Romæ celebrato anno Domini 1517. à quo tempore posse hunc illum pacificè cum illo titulo vsque ad annum 1571. & ita per 54. annos, vt constat ex Capitulis celebratis ab ordine prædicto, & cõsequenter præscriptis siue vscepit illum locum; cum iura etiam ecclesiastica præscribantur 40. annis, b vbi gloss. approbata dicit omnia iura Ecclesiastica tam Ecclesiarum quàm monasteriorum præscribi seu vltimari iure pontificio per 40. annos: & sic in proposito casu redundant 14. anni.

Septimò, quòd conuentus Gratianopolitanus numquã fuit prouincia per se; quia vnus solus conuentus non facit prouinciã; neque fuit vnquam caput prouinciæ: nã toto tẽpore, quo fuit pars prouinciæ Aquitaniæ, caput eius erat cõuentus Tolosanus; & quando fuit pars prouincialatus Prouinciæ, conuentus Foroiulienfis erat caput eius; & hoc tempore, quando est factus pars prouinciæ Lugdunensî, conuentus Lugdunensî est caput eius. Itaque nullo vnquam tempore prædictus conuentus Gratianopolitanus fuit, nec est prouincia, neque caput prouinciæ; & ita nõquã habuit ius prouincialatus, neq; capitis eius.

7 Octauo denique, quod in Cõcilio quarto Romæ habito anno 1517. & in Concilio decimo habito N. anno 1535. & in Concilio vigesimo habito Barchinonæ 1581. tit. de anterioritate & antiquitate prouinciarum in uenitur declaratum, sessionem & præminentiam dandã esse prouincialibus secundum antiquitatem institutionum suarum prouinciarum, & nõ secundum antiquitatem ingressus eorum in ordinem, vel religionem. ex quo clarè colligitur, quòd antiquitas, vel prioritas erectionis monasteriorum, neque antiquitas ingressus in religionem est attendenda in distribuendis locis & præminentis prouincialium, sed tantum antiquitas institutionum prouinciarum; & consequenter quod antiquitas erectionis monasterij Gratianopolitani nihil facit ad hoc, vt locus vel præminentia detur prouinciæ, cui est annexus: quia aliud est antiquitas erectionis monasterij, & aliud antiquitas institutionum, vel erectionis prouinciæ, & à separatis non fit illatio.

8 Non obstat argumentum in oppositum formatum. Tum quia regula illa, qui prior est tempore, prior est iure, habet locũ, quando cetera omnia sunt paria, vt ait gloss. eius. At in casu proposito non sunt cetera paria. Tum quia prouincia Aquitaniæ est nunc & fuit semper saltem post Cõcilium 4. Romæ celebratum anno 1517. prouincia, & cõuentus Tolosanus caput illius prouinciæ, & conuentus Gratianopolitanus numquã fuit prouincia per se, neque caput prouinciæ, vt prædictũ est; licet fuerit pars prouinciæ: & in casu proposito non agit̃ de Correctore Tolosani conuentus, & de Rectore conuentus Gratianopolitani, sed de Prouinciali Aquitaniæ, cuius caput est conuentus Tolosanus ex vna parte, & de Correctore Gratianopolitano ex altera, qui non est nec fuit in quantum Corrector Prouincialis, neque caput Prouinciæ: & itẽ nõ sunt cetera paria. Tum quia per adnotata in argumento 8. lo-

a De sent. ex. commu. lib. 6.

b Ca. de quar. ra. de præscriptio.

c L. Papinianus. ff. de minoribus. & c. ad audientiam. de decimis.

cus præminentia Prouincialis non debet dari secundũ prioritatem erectionum conuentuum, sed secundũ prioritatem institutionum Prouinciarum, & ita non sunt cetera paria: quia pro Prouinciali Aquitaniæ allegatur prioritas institutionis Prouinciæ; & pro aduersa parte tantũ prioritas erectionis monasterij, quæ ad propositum nihil prodest. Tum quod pars aduersa, quæ arguit pro se ex prioritate erectionis, nititur argumento contra declarationem triũ capitulorum in prædicto argum. 8. adductorũ.

9 Tum denique quod prædicta regula, qui prior, nõ habet locum quando est expressum in iure contrariũ; quia in casibus à iure expressis, in quibus exprimitur, vt posterior præcedat priorem qui sunt multi, quorum aliquos refert prædicta glossa prædicti ca. qui prior, palam est quod posterior præfertur; & ita cum in capitulis prædictis exprimitur, quòd prioritas institutionis Prouinciarum debeat magis attendi, quam prioritas erectionis monasterij, vel ingressus in illud, clarum est Prouinciã Lugdunensẽ arguere contra declarationem ipsorummet capitulorum ordinis: & idẽ non est audienda. Per quæ omnia palam fit, iudicandum esse prædictum locum sextum competere Prouinciali Aquitaniæ absq; vlla dubitatione. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Translatus ad aliam religionem sedere debet iuxta professionẽ ibi emissam.
2 Translatus, vt præfesset, dimissa prælatura, secundus post prælaturam sedere debet, nisi adsit qui maiorem gesserit honorem.

C O N S I L I V M X I.

AN regularis translatus in alteram religionem debeat sedere in Capitulo ad suam vocem dandam, iuxta tempus, in quo emisit professionem in priori monasterio, à quo fuit translatus, vel in quo fuit professus in secunda?

- 1 Respondetur, quòd debet sedere secundum tempus, quo professus fuit in secunda, per ea quæ aliàs dicta sunt. Tum quia eo tempore incipit esse regularis illius religionis, & secundũ illud tempus debet scribi, & sedere, quod est in eo, qui trãsfertur, & fit in eo subditus, & filius.
2 Si autem est translatus in præfectum, & renunciauit præfecturam, sedebit in primo loco post præfectũ, in memoriam honoris quem gessit, nisi concurrant alij, qui maiorem honorem gesserunt, argum. dictẽ l. i. b quæ rectè ad ducit Felinus. c Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Rectores parochialium nullius diocesis ad Synodum compelli non possunt: licet possint à proximiori Episcopo visitari.
2 Lex superioris, quatenus commodè potest, interpretanda vt ratio non præiudicet.
3 Dispositio eos non includit, quibus verba eius non aptantur.

C O N S I L I V M X I I.

AN rectores parochialium, quæ in nullius diocesi sunt, teneantur accedere ad Synodum diocesanam illius Episcopi, qui tamquam proximior potest eas ecclesias visitare ex decreto Concilij Tridentini.

- 1 Videtur dicendum quòd non. Tum quia lex superioris, quatenus id commodè fieri potest, intelligenda est sine præiudicio tertij. c Tũ quia non fit à separatis illatio. f At aliud est ius visitandi, & aliud ius vocandi ad Synodũ, ergo ex concessione huius non inferitur concessio illius. Tum quia licet Archiepiscopus possit visitare ecclesias sui suffraganei post visitationem suæ propriæ diocesis, & non tamen potest vocare rectores earum ad Synodũ suã particularem, secundum mentem omnium. Tum denique quòd dispositio non includit eos, quibus sua verba non aptantur, h & verba prædicti ca. 9. nõ aptantur vacationi ad Synodum. Salua, &c.

D E P A C T I S.

S V M M A R I V M.

- 1 Creditorum maior pars debita in prauidicium minoris remittere valet, debitori non valenti totum soluere.

a Iuxta l. i. ff. de albo scrib. arg. ca. i. & c. statum. de maioribus. & obedientia. b De albo scrib. & aliorum. c Vbi supra. num. 5.

d Sess. 24. ca. 9. de reform. c Capi. super eo. de offi. deleg. leg. 2. §. si quis à primis. pe. ff. ne quid in loco. publ. f L. Papinianus. ff. de minoribus. cap. ad audientiam. de decimis. g Cap. i. §. 1. de censib. li. 6. h Cap. in demeritis. §. presata. de electis. lib. 6.

- 1 Debitor, si perueniat ad pinguiorem fortunam, minori parti, quæ recusauit debita sua remittere, restituere nõ tenetur.
2 Remissio partis debiti facta à creditore ob timorem, ne aliter faciendi nihil exigeret, non ideo minus in vtroque foro liberat debitorem, qui citra dolum inopiam illam impetrauit.

C O N S I L I V M I.

AN debitor, qui decoxit, cui vt cognati eius solueret remissit duas partes sibi debitorum, & fecit pactum de nõ petẽdo remissã, si per postea quesita veniret ad pinguiorẽ fortunam, teneatur in foro conscientia: restituere creditoribus suis, saltem minori parti, quæ noluit consentire remissioni, illa quæ sibi fuerunt remissã?

- 1 Respondeo, multa posse pro vtraque parte adduci, & quod pars affirmatiua videtur elici ex Siluestro, a dum ponit differentiam inter concessionem dilationis quinque nalis, iuxta l. finalem b & inter remissionem partis, iuxta l. & suum. c Sed pars negatiua videtur iure verior. Primò quidem, quia non concludit ratio, quam insinuat Siluest. videlicet, quod in ijs quæ sunt communia pluribus vt singulis, maior pars nõ potest minori præiudicare, d quia illa regula fallit in multis casibus, & in iis fauore liberationis partis debitorum faciendã illi, qui nõ est soluendo, e vt annotatur per Iasonem f post alios, & glossam magnẽ & Socinatem. g Secundò, quòd non obstat dicere, quod illæ leges procedunt quo ad forum exterius tantum. Tum quia id necunde constat. Tum quia leges illæ non funduntur super præsumptione, sed super veritate, & æquitate, quam suadet caritas, & misericordia subueniendi indigentibus cum vtilitate omnium creditorum, vt sentit glossa prædicta recepta per omnes.
2 Tertiò, quòd nõ obstat dicere qd remissio partis debiti facta debitori ob timorẽ perdẽdi totũ, eo qd deliberauit nihil soluere, nisi pars illa ei remitteretur, nõ liberat eũ in foro conscientia: ab obligatione soluẽdi, quod sibi remissũ est, vt post Caietanum & Siluestrum diximus in Manual. confess. h & quod creditores, qui remiserunt in casu proposito, videntur remississe ob timorem perdendi totum. Tum quia illud procedit, quando debitor habet vnde soluat vel de sua malitia nascitur ille timor, nõ autem cum nascitur ex aliis causis, vt ex vera inopia, vt ibidẽ insinuauimus; & in casu proposito timor nihil recuperãdi nascatur ex inopia. Tum quia illud procedit, quando sine iusta causa & vtilitate creditorũ fit remissio; in nostro autẽ casu ex iusta causa, scilicet inopia, & pro vtilitate creditorum omnium facta fuit, vt dictum est.

S V M M A R I V M.

- 1 Pensio integra transit contra successorem in beneficio, licet inter pensionarium & prædecessorem conuentum fuerit, vt recepta certa pecunia per sedem Apostolicam ad minorem summam reduceretur.
2 Pensio potest quidem sine auctoritate sedis Apostolicae gratis remitti, non tamen recepto pretio.

C O N S I L I V M I I.

AN Pensionarius conuenit cum l. beneficiario o absente & pensionem 80. ducatorum sibi debente; vt pensio illa reduceretur ad 30. ducatos, & quod solueret pro pensionibus decursis 300. ducat. & pro impensis factis in lite & reductione dictæ pensionis alios 200. & l. soluta maiore parte horum 500. ducat. antequam reduceretur per Papam pensio ad 30. ducat. & solueret omnes quingentos, obiit mortem. Quaritur primo an B. exigere possit pensionem 80. ducat. à successore I.

- 1 Respondeo primò, multa posse in hoc casu pro vtraque parte adduci; sed videri pro parte affirmatiua resolucendũ. Primò quidem, quod actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, i & intentio B. fuit quòd redutio prædictæ pensionis 80. ducat. in pensionem 30. fieret auctoritate Papæ, quæ tamen non fuit facta.
2 Secundo, quod licet pensio possit gratis remitti absque auctoritate Papæ, non tamen potest sine illa pretio redimi, vt alibi dictum est. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Contrahere quæ ex statuto sine consensu viri non potest vxorata.

a Verbo restituo. o. §. 3. b C. qui bon. ced. pos. c In le. maior. rem. ff. de pactis. d L. per fundum. ff. de seruit. rust. præd. e L. iuris gentium. §. fin. & l. & suum. & l. maior. & l. rescriptum. ff. de pactis. f Num. 3. g In d. le. rescriptum.

h Cap. 17. nu. 75.

Capit. fin. de præbend. cum similib.

- 1 si contrahat, potest sine peccato promissa non obseruare; quia stante dicta prohibitione, promissio fuit facta cum peccato, nu. 4. seu de re non licita, num. 7.
2 Promissio facta ob causam honestam, ea sequuta, obligat in conscientia, & nu. 3. & hoc dummodo promittens habeat personam legitimam se obligandã, num. 5. & fit facta de re licita, num. 7.
3 Damni causa qui dat non seruando promissã, tenetur in conscientia illud rescire; qualem tamen non dat qui promittit scienti, vel scire debenti promissionem non tenens, nu. 6. Conuentio facta ab eo qui non potest se obligare, etsi non liget, attamen si sit de re honesta, & potest sine peccato seruari congruit vt obseruetur.

C O N S I L I V M I I I.

QVaritur, an promissio coniugata in regno Castellæ relinquendi bona sua Petro, si duxerit neptem suam in vxorem, conditione impleta ita valeat, vt reuocari nequeat.

- 1 Respondeo primò, promissionem prædictã mulieris non valere via contractus, neque quasi contractus; quia mulier nupta in regno Castellæ non potest contrahere, neque distractum, neque quasi contractum facere sine licentia mariti. a

Secundò, quòd non potest valere via donationis causa mortis, adeo vt non possit reuocari; quia omnis donatio causa mortis reuocari potest. b Et si apponatur clausula, ne reuocari possit, delimit esse donatio causa mortis & incipit esse donatio vera inter viuos. c Et hæc non potest fieri à muliere sine licentia mariti, vt prædictum est.

- 2 Tertiò, quòd magis dubitari potest, an prædicta mulier peccet reuocando, & nõ adimplendo promissionem prædictam in foro conscientia. Nam pro parte affirmante facit, quòd qui promittit aliquid ob honestam causam, peccat non præstando illud causa consecuta. d Et prædicta promittit ob causam honestam, scilicet nuptiarum.

- 3 Deinde facit, quòd qui dat causam damni, tenetur in conscientia rescire illud. e At prædicta sua promissione dedit causam, vt duceret suam neptem alias pauperem. f Tertiò, quòd peccatum est non præstare promissum, f iuxta resolutionem positam in Man. confess. g præsertim quãdo sine peccato præstari potest; vt in casu proposito, in quo prædicta mulier potest abstinere se à reuocanda promissione prædicta, siue dicatur facta inter viuos, siue causa mortis, vt palam est.

- 4 Pro parte verò negante, scilicet, non peccaturam illã, facit, quòd iustè potest reuocare eam, quatenus est donatio inter viuos, cum faciendõ illam peccauerit. h Nec peccat si reuocauerit eam tamquam continentem donationem causa mortis, quia id faciet lege approbãte, & factum lege approbante non est peccatum. i

- 5 Ad primum pro parte affirmante adductum responderetur, illud esse verum in persona potente legitime promittere ob causam, qualis non est prædicta donatio sine licentia mariti.

- 6 Secundo responderi potest negando, quòd dederit causam sufficientem damni: quia is cui promittebat, si sciebat, aut certe scire debebat non posse ipsam facere illã promissionem sine licentia mariti, & scienti, & consentienti non fit iniuria, neque dolus. k

- 7 Tertiò responderetur assumptum in eo procedere tantum in promissione rei licitè facta, qualis nõ videtur prædicta, per prædicta. Ob quæ omnia hæc pars negatiua videtur iuri consonantior.

- 8 Quartò principaliter dico prædictam non obligari magis ad reuocandam & infirmandam prædictam promissionem, sed posse eam iustè implere clam, vel palã disponendo, vel via institutionis, vel donationis causa mortis, id quæ vt faciat omnino est consulendum, vti rem faminã nobili decoram, & Christiana caritate dignissimam Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Promissio facta dandi aliquid pro palmario litis valida est, si sit moderata quantitatũ, alias non. & nu. 4.
2 Prodigalitas regulariter peccatum veniale.
3 Pactum de quorũ litis vel certa quantitate danda in casu victoria reprobatur à iure.

a L. 55. Tauri.

b Le senatus. §. i. ff. de donat. causa mortis.

c Leg. ubi ita donat. ff. de donat. causa mortis.

d L. i. & toto tit. ff. de condit. causa da. causa non. c. l. e. qui occidit. ff. ad l. A. quil. ca. fin. de iniur.

f Ca. i. de pactis.

g Ca. 18. n. 6.

h Per prædictam leg. 55. Tauri.

i Ca qui peccat. 23. qu. 4.

k Ca. scienti. de reg. iur. li. 6.



**3** Occasionis cuiuslibet ad peccandum datio licet non semper sit peccatum, dare tamen illam quam ius dare specialiter prohibet, semper est peccatum.

CONSILIVM IV.

**Q**uidam, qui super domus caducitate valoris 1500. ducatorum agebat coepa lite, cum aduocato conuenit, si eam vinceret, ei pro palmario & mercede 500. ducatos daturum. Dubitatur an conuentio predicta seu pactum licitum sit & validum.

**1** Pro parte affirmante facit primo, quod pacta regulariter valent. **2** Secunda, quod in specie pactum de dando aliquid pro palmario litis valet. **3** Tertio, quod de rebus suis quilibet pro libito disponit, adeo quod potest eis etiam abuti, & S. Thomas, quem omnes sequuntur, esse rit prodigialitate bonorum fuorum regulariter esse peccatum veniale.

**2** Pro parte vero negante facit primo, quod pactum de quota litis danda aduocato, casu quo vincat, reprobatum a iure, & etiam de pacto dandi certam quantitatem, secundum glossam, & communiter receptam: quia est eadem ratio. Secundo, quod idem est dicendum secundum omnes de pacto dandi factio procuratori.

**3** Tertio, quod peccatum est iure naturali, diuino, & humano prohibitum, dare occasionem peccandi alteri, i at promittere patrono seu aduocato causam magnum palmarium in solo casu victorie, est dare magnam occasionem tractandi causam illicitam, vt per fas & nefas vincat; eo quod dabitur ei palmarium, si vincat, & non si vincatur. **4** Quarto quod licet non cuiuslibet occasionis ad peccandum datio sit peccatum, vt late tradimus in nostro Man. cofess. **1** datio tamen occasionis prohibita a lege secundum omnes est peccatum; & promissio prefati palmarii magni spectatim videtur per prefatas leges prohibita.

**4** His pro vtraque parte consideratis, & multis quae in praefatis locis tum distincte tum confuse traduntur, quae non vacat satis dicere, arbitror tutiorem esse opinionem quae ex Alexand. & Saliceti mente, & Siluestro colligi potest, scilicet quod promissio prefata quingetorum ducatorum pro palmario in casu proposito est illicita, eo quod prefatus aduocatus debet esse contentus sumptibus & salario moderato, cum aliquo palmario pro personarum qualitate temperato. Et ita est intelligendum quod asserimus in Man. cofess. cum dicimus licere accipere aliquid pro palmario.

SVM MARIUM.

- 1** Dux certum numerum militum ex ordine principis in oppidum introducendorum, recepta ab oppidanis pecunia, minus, ita demum quod sic peccando turpiter accipit dantibus restituet, si ipsi immunes a peccato reputantur.
- 2** Restitutio male accepti non est facienda sponte turpiter danti, sed ei a quo iniuste fuit extortum, vel qui sine peccato dedit. & num. 3.

CONSILIVM V.

**Q**uidam Dux militum potens auctoritate regia inducere 64. milites, & dare illis stipendia impenfis alicuius oppidi, seu pagi, conuenit cum oppidanis, vt non in duceret in oppidum plures quam 60. & non induxit nisi 30. sed cepit ab oppidanis stipendia omnium sexaginta.

Quaeritur primo, an iniuste acceperit stipendia absentium.

Secundo, an teneatur cuiquam restituere ea quae accepit pro 30. quos non induxit.

Tertio, cui an Regi, an communitati restituendum sit.

**1** Ad primam quaestionem respondeo, quod pro parte negativa eius, scilicet quod non ceperit iniuste, facit regula scienti & consentienti. **2** Pro parte positiva, facit regula scienti & consentienti. **3** Pro parte negativa, facit regula scienti & consentienti. **4** Pro parte positiva, facit regula scienti & consentienti. **5** Pro parte negativa, facit regula scienti & consentienti. **6** Pro parte positiva, facit regula scienti & consentienti.

a Leg. 1. ff. de pact. cum concordantijs. b L. 1. §. 1. ff. de var. & extra ord. cognitio. c L. in re mandata. C. de mandato. d L. sed et si §. 1. de iur. iud. ff. de iur. iud. c. in 2. 2. qua. 119. art. 3. e L. si quis. C. de postul. & c. arceantur. 3. quaest. 7. g In le. sumptu. ff. de pactis. h L. item. C. de procuratoribus. i L. conueniri. ff. de pact. dot. tal. C. de pact. & c. 2. de coess. praben. in decretalibus, qua in sexto. k Arg. c. quia radix. de punit. d. 1. l. Ca. 3. nu. 10. & c. 14. n. 25. m In d. l. licet. n Verb. aduocatus. qua. 4. o Cap. 25. nu. 30. in fine.

**A** num ex opere bono quod facit, sicut nec bonum ex malo. **2** Pro parte vero affirmante, scilicet quod iniuste accepit facit, quod illa conuentio non fuit iusta, quippe quae erat damnofa rei militari; eo quod minuebat numerum militum. Deinde quod sine vilo iusto titulo cepit stipendia absentium: & quod Rex vel princeps militiae iuste posset eum punire ob eiusmodi conuentionem, & stipendiorum absentium perceptionem. Per qua necessario videtur dicendum, quod predictus dux iniuste accepit stipendia absentium.

**2** Ad secundam respondeo; quod huius decisio videtur pendere ab his, quae nos cum magna cura resoluimus in Man. vbi conclusimus, quod iniuste acceptum contra voluntatem alicuius, vel de voluntate eius sine turpitudine & peccato ipsius, est illi restituendum: acceptum vero iniuste de voluntate alterius, si ab vtraque parte versatur turpitudine & peccatum, non est de praepo restituendum, licet de consilio & honestate pauperibus esset erogandum.

**3** Et cum in proposito casu iniuste acceptum fuerit acceptum de voluntate damnus passus; sequitur quod si ex vtraque parte fuit commissa turpitudine; & peccatum, non tenetur restituere dux de praepo; sic autem, si ex sola ipsius parte, & non communitatis versata fuit turpitudine, & peccatum. Quare videndum est, an communitas peccasset, & in turpitudine versata fuisset. Quod autem peccasse videatur, facit quod consensus diminutioni militum, quatenus sexaginta quatuor reduxit ad 60. quatenus item consensus, vt triginta manerent absentes, ita quod cum duce & vexillo non remaneret dimidium militum, quod potuit cadere in graue damnus belli & Reip. siue Regis bellantis: & quod in hoc consensus propter suum commodum priuatum, quod erat postponendum publico. **4** Quod autem non peccasset, facit, quod sperabatur pax, & quod probabiliter putabatur absentiam illorum 30. nihil nocituram, & quod verisimile est rectores communitatis non esse confessos hoc peccatum. Equidem arbitror eos sic contrahendo peccasse post intimatum regium sibi praepo ad soluendum stipendia 64. praesentium; quia pactis priuatorum ius publicum non est diminuendum, non autem si non obligantur ad illa soluenda: & quia iuxta leges illius terrae particulares, & iuxta consuetudinem regni & rei militaris in ea prouincia seruari solitam debet iudicari, an communitas eius, & rectores eius ex sua parte peccauerint ita conueniendo, an no, & quia ego non satis eas noui, huius articuli resolutionem remitto ad eos, qui eas nouerint; resoluendo, quod, si no peccauerunt, dux teneatur ad restituendum de praepo; si autem peccauerunt, solum de consilio, & honestate, vt praedixi.

**3** Ad tertiam respondeo, quod si nil est restituendum, nulli est facienda restitutio, si quid autem est restituendum, restitutio est facienda damnus passo, & cum ex illa stipendiorum absentium solutione nulli alij, quam communitati soluendi euenerit damnus, illi soli, & non alij est facienda restitutio. Salua, &c.

SVM MARIUM.

- 1** Actio pacto nudo non oritur licet obliget pacifcentem sub peccato & nu. 5. imo ex ea si sit geminata vel iurata, nedum iure canonico sed etiam ciuili oritur actio. nu. 4.
- 2** Consilium, nisi sit fraudulentum, neminem obligat ad resarciendum damnus ex eo sequurum, & idem videtur de adhortante. nu. 5.
- 3** Promissio legitima deliberate sine dolo & metu facta seruanda.
- 4** Actiones actiuas, & passiuas in haeredes transire.
- 4** Obligatio naturalis ex pacto nudo oritur, obligatque sub pena pec. mort. ad seruandum promissa.
- 5** Probationis defectus iuris defectum non inducit.
- 6** Litera monitoriales ad manifestandum quae nouit vel audiuit de aliqua re impetrari possunt, item & vt qui habet re situat.

CONSILIVM VI.

**R** vir valde nobilis, & coniugatus cuidam ex fratre nepoti G. tractanti magnam litem per appellationem ad Curiam Apostolicam deductam, venienter ad eam ex Hispania promisit 100. scuta aurea pro impenfis in illius prosecutione faciendis: qui perueniens ad eam, & aliquot

a 2. q. 4. cap. quanto. c. 1. de postul. pralat. l. itaque sullo. ff. de iur.

b Cap. 17. nu. 29.

c Ca. licet de regul.

d L. ius publ. ff. de pact. c. si diligenti. de foro compet.

a L. duo sunt Tui. ff. de testamen. tutel. & ca. si sacerdos. adiuncta gloss. de offic. ordin. b L. iurigenium. §. igitur nuda. ff. de pact. cum ei concordant. c L. consilij. ff. de regul. iuris & c. nullus ex consilio. eod. titulo. li. 6. d De pactis. e ff. de pollicitat. f De donat. ff. & c. Maxime §. vit. h Ca. 18. n. 6. i L. 1. vt actio. ad haered. & contra haered. & c. 1. de successione. ab intest. & c. in literis. de raptoribus. k In d. cap. 1. de pactis. l Iuxta c. iuramentum. 22. qu. 5. & l. 1. ff. de consil. pec. m Ad Hebr. 4. relatum in c. Deus omnipotens. 2. q. 1.

n In l. vram. ff. de fide iuss. & l. 1. c. vt actiones ab haeredibus. & c. haered. o Ca. 3. de re for. sess. 25. p De iur. iur. & c. si sacerdos. de off. ord. & c. constitutus. de testib. q In addit. ad Ioan. Mon. in c. 2. de consilij. li. 6. n. 29.

annos profecutus, lite pendente, fuit mortuus, antequam eam finiret, relicto multo arte alieno, & nihil bonorum, cuius bonam partem soluerunt quatuor fideiussores eius iussu Rota post magnam defensionem ab eisdem praestita.

Quaeritur est an haeredes R. pridem mortui teneantur soluere aliquam partem aris alieni a fideiussores soluti.

**1** Pro parte negante facit primo, quod promissio praefata nulla scriptura probari potest, & ignoti sunt testes, coram quibus facta fuit, & quod de non existentibus & non apparentibus idem est iudicandum. **2** Secundo, quod ex nudo pacto non oritur actio, nec ius agendi. **3**

**2** Tertio, quod nemo tenetur resarcire damnus alteri ex consilio eius proueniens, nisi fuerit fraudulentum, & praed. R. praedicto G. solum videtur dedisse consilium, quia consuluit ei prosecutionem suae propriae litis, praedictum R. nullatenus tangentis, nisi qua parte sibi coniunctus erat.

**3** Pro parte autem affirmante, quae tenenda est, facit primo, quod omnis promissio legitima, & deliberate abique dolo, & metu facta, est seruanda, ca. 1. ibi, Pacta seruuntur. & c. 3. ibi, Studiose agendum est, vt ea quae promittuntur, opere compleantur, in quo ponderandum est verbum promittuntur, quod includit etiam promissionem nudam, & pactum nudum iuxta l. 1. & praefata promissio R. fuit legitima, & actus virtutis liberalitatis, vt colligitur ex toto tit. praesertim ex l. si quis argentum, & tradimus nos post alios in Manua. confess.

**4** Secundo, quod actiones actiuas, & passiuas transeunt in haeredes. **5** Tertio, quod sola obligatio naturalis, quae ex pacto nudo nascitur, obligat pacifcentem ad implendam actionem, vel promissionem sub pena peccati mortalis, secundum Panor. communiter receptum post Hostium. & Ioan. Andr. & in casu praemisso interuenit obligatio, saltem naturalis, nata ex promissione, etiam vt creditur, iurata, & pluries geminata, quarum vtraque circumstantia efficit, vt non solum iure canonico, sed etiam a sacro sit efficax, & pariat actionem, & ius agendi. **6**

**5** Quarto, quod non obstant opposita. Ad primum enim responderetur primo, quod defectus probationis non inducit defectum iuris, saltem quo ad forum conscientiae, & Dei, cui omnia nuda sunt, & aperta secundum Apostolum, in Ad secundum responderetur negando, quod ex nudo pacto non oritur actio, nec ius agendi: quia immo oritur etiam obligatio obligans pacifcentem ad implendum, quod promissum sub pena peccati mortalis, vt praedictum est.

Ad tertium responderetur, quod in casu proposito non solum praedictus R. consuluit prefato G. prosecutionem praedictae litis, sed etiam adhortatus fuit ad eam, immo & promissit adiutorium non solum in genere, sed etiam in specie centum ducatorum: & non solum intererat praedicti G. prosequi praefatam litem, sed etiam eius patri R. qui erat eius ciuitatis, & parochianus, Ecclesia parochialis, super qua litigabatur, cui satis infestus erat aduersarij G. & quibus hac circumstantia non adesset, satis superq; erat quod ad hoc promissio praedicta pecunia legitima, & deliberata praedicti R. cuius valor non requirit illas, praesertim quod erat valde nobilis & diues & patrius cuiusdam M. qui obnixissimè non solum consuluit, sed etiam rogauit, iussit, & mandauit, vt frater primogenitus, praefato G. vt ea prosequeretur, promittendo ad id multa, immo & graues minas adiciendo, si concordaret, & non prosequeretur.

Per quae omnia satis superq; probatur primo, praefatum R. obligatum fuisse, cum viceret, ad soluenda centum scuta creditoribus G. defuncti nullis bonis relictis, & per consequentem fideiussores, qui pro eo soluerunt praedictis creditoribus, & consequenter haeredem eius per adnotata. **6** Secundo, impetrari posse a S. D. N. immo ab ordinario Episcopo iuxta. **7** Concilium Tridentinum & cap. ad nostram, & alia quae citat Philippus Probus, & monitionem sub pena excommunicationis lata sententiae, vt quisque manifestet ea quae nouit, vel audiuit de praedicta promissione centum scutorum ad probandum eam factam fuisse, si opus fuerit, in foro exteriori, & vt quisquis possidet bona praefati R. soluat praedicta centum scuta praedictis fideiussores.

- SVM MARIUM.
- 1** Pacta legitima iure naturali, diuino, & humano seruanda. n. 5.
  - 1** Fides etiam hosti seruari debet scilicet similiter seruanti. n. 5.
  - 2** Procurator pro vtilitate & gratia mandantis accipiens mutuum non obligatur.
  - 3** Fidem frangenti fides etiam iurata frangi potest.
  - 4** Regularis simplex nisi de licentia superioris obligari nequit, nec eius obligatio iuramento firmatur.
  - 5** Religiosi votum sine licentia superioris non est firmum.
  - 6** Iuramentum in prauidicium superioris sine eius cofesu illicitum.

CONSILIVM VII.

**Q**uidam frater N. procurator generalis cuiusdam ordinis, & specialis monasterij A. non solum ad negotia, & lites, verum etiam ad mutuandum 400. scuta in res & negotia eiusdem monasterij expendenda, accepit ad cambium nomine etiam proprio, & pincipaliter 100. a B. ad expediendas quasdam bullas dicti monasterij, pacto expresso conuenio inter ipsos, vt B. non daret bullas praedicto monasterio, nisi prius sibi soluta fuissent pecuniae: quod non impleuit B. & sic pecuniae non fuerunt ei die constituta soluta a monasterio. Quaeritur quid iuris.

**1** Responderetur multa posse pro vtraque parte adduci. Et quidem pro B. facit primo, quod iure naturali, diuino, & humano pacta sunt seruanda. **2** Secundo, quod fides etiam hosti seruanda est, quod multis ornari & confirmari potest. Tertio, quod praedictus N. non solum accepit praedicta 100. a B. nomine praedicti monasterij A. sed etiam nomine proprio. Ergo licet accipiendo illa vt procurator, solum obligauerit monasterium, accipiendo tamen nomine proprio, videtur obligasse seipsum: quia mandatarius potest obligare seipsum accipiendo proprio nomine, & mandantem eius nomine accipiendo. **3**

**2** Pro fratre autem praedicto N. facit primo, quod accipiens ab aliquo mutuo aliquid mandato & nomine alterius pro vtilitate & gratia mandantis, non obligatur ipse ad soluendum mutuo acceptum, sed obligat ad id tertium, cuius mandato illud accepit, & praedictus N. accepit mutuum nomine & mandato praedicti monasterij A. ergo non ipse, sed ipsum obligatur ad soluendum.

**3** Secundo, quod frangenti fidem, potest fides frangi eidem, & etiam iurata, & praedictus N. & B. conuenerunt inter se, & fidem sibi mutuo dederunt, quod B. non traderet literas Apostolicas, nisi accepta pecunia expensa in illarum expeditione, & B. non seruauit illam fidem, ergo nec N. teneret illi seruare suam.

**4** Tertio, & irrefragabiliter, quod religiosus simplex non habens praelationem, nec administrationem, non potest obligare se ad aliquid, nisi de mandato & licentia superioris sui, per ea multa quae nos tradimus in Comment. **2** de reg. vbi probamus religiosum non habere voluntatem propriam, sed solum pendente a voluntate superioris, & ita non posse agere, nec posse vllum contractum suo nomine facere, iuxta doctrinam Innocentij communiter receptam, & praedictus N. est religiosus simplex non habens praelationem, neque administrationem, neque habebat mandatum, neque licentiam sui superioris ad accipiendum mutuo praedictos ducatos 100. suo nomine. Tu quia non est monachus praedicti monasterij A. nec Prior eius est superior ipsius; & ita mandatum praedicti monasterij, non erat mandatum, neque licentia superioris ipsi. Tum quia monasterium praedictum dedit quidem mandatum ad obligandum se, & bona eius, sed nullum dedit mandatum ipsi N. vt obligaret se ipsum. Tum quia certum est praedictum B. non mutuaturum esse praedictos 100. ipsi N. nisi innotuisset ei mandatum, quod habebat ad eos mutuo accipiendos, quod significat notarius, qui in instrumento obligationis mutui testatur praedictum N. accepisse mutuo praedictos 100. ducatos virtute illius mandati. Tum denique quod praedictus N. nullatenus intendebat, neque poterat obligare aliud monasterium, quam illud A. vt palam est: & si obligatio suae personae valuisset, obligasset aliud monasterium, illud scilicet, cuius filius erat ipse, vel in quo professus fuit: cum obligationes religiosi actiuas & passiuas cedant monasterio suo, cuius est filius, & non alij extraneo, per adducta a nobis, & absurdum esset dicere, quod virtute mandati obligauit monasterium

a Cap. 1. & 2. de pact. cum ius concordantibus. b Ca. noli. exi sumare. 23. q. 1. & c. inno. cens. 2. q. 4.

c Arg. lo. 1. & 2. ff. mandati.

d L. 1. & 2. & l. cum manatum. & l. mandatum. ff. mandati. e L. cum proponas. C. de pact. i Cap. peruenit. de iur. iur.

g Super c. no dicitis. nu. 30. & seg. h Ca. quorundam. c. si religiosus. de elec. lib. 6. i In c. olim. 2. de priuile.

k Vbi supra.

a L. nam quod ab iuridum. ff. de bon. lib.

b l. 2. qu. 89. art. 8. c. Cap. 12. nu. 32. d. 22. q. 88. art. 8. c. Vbi supra num. 64. f. Cap. non est obligatorium. de reg. iur. li. 6. c. in malis. 22. qu. 4. g. In d. art. 8. h. in f. i. ex l. i. de iure iuran. i. Ca. si res aliena. 1. a. q. 6. k. Auth. megref. su. C. de sacro san. eccle. c. in presentia de probat. l. Ca. cum ad monasterium. §. si. de statu. monach. m. L. n. quod absurdum. ff. de bonis liber.

A. & virtute suae personae illud, cuius erat filius, & cuius nihil intererat: ergo nullatenus hoc est dicendum. a

Ad secundum concedendo quidem fidem esse seruandam seruanti eam, negando tamen quod praedictus B. serua uerit eam, ut dictum est in §. arg.

Ad tertium respondetur quod praedictus N. non potuit suam personam obligare per praedicta in tertio argumento, etiam si maxime uoluisse, quod tamen non uoluisse iuramento suo affirmat. sed & quod praedictus N. non potuerit per suum iuramentum ualida facere obligatione, quia se obligauit sine superioris consensu, constat: nam uotum secundum receptiore magis obligat, quam iuramentum, iuxta S. Tho. b que cu quadam limitatione sequimur in Man. conf. c. At uotū religiosi factum sine superioris licentia, non est firmū, ut post S. Tho. d tradimus, e ergo neq; iuramentum praedicti N. factum sine superioris consensu ualebit.

6 Tum quod nullū iuramentū illicitū est validum. f At omne iuramentū factū in praedictū superioris quo ad ea in quibus est superior, sine illius consensu est illicitū, ut tradit S. Tho. f & omne iuramentū, quo se religiosus obligat extraneo sine superioris consensu, est in praedictum eius, quia in omnibus ei subditur: ergo est illicitum. Tum quia est calus expressus de iuramento religiosi praestito contra stabilitatem in monasterio. h Tum quod iuramentū, quo quis promittit alii ea quae sunt aliorū, est peccatū, & in eo promittens facit quoddā furtū. i At religiosus N. obligans se extraneo sine superioris consensu promittit alij, id quod est alterius, promittit enim se, & sua, quae sunt monasterij siue religionis, quam est professus, k ergo peccat, & facit quoddam furtum. Tum denique quod illa obligatio non potest impleri, nisi de bonis religionis vel monasterij, cum ipse nihil penitus habeat, nec habere possit, l & ita dicendum est per tale iuramentum non validari obligationem, vel contractum, vel quod esset adimplendus de bonis monasterij, cuius ipse est filius, quod est absurdum, & ita non dicendum. m Salua, &c.

DE TRANSACTIONIBVS.

SVMMARIVM.

- 1 Conuenire non possumus ut tu mihi super beneficio moueas litem, ad hoc ut postea per transactionem auctoritate Apostolica tibi super eodem constituatur pensio, immo esset simoniaca conuētio, nec ea sanaret dicta Apostolica auctoritas, nisi prima dicta conuentio etiam ei esset narrata. Tractare autē praedicta cum spe quod utrimque praestabuntur, sine tamen aliqua obligatione, possumus, quando tu habes iustam causam credendi quod super meo beneficio tibi aliquid competat ius: & successiue mora lite, liberē, si tunc placebit, transigere poterimus ut supra, auctoritate Apostolica intercedente, & nu. 2.
2 Transactionem super beneficio tractare possumus inter nos: quod si procedatur ad conclusionem illius, seu ad promittendum quod illam seruabimus, non licet, nisi adiecta clausula saluo beneplacito Sedis Apostolicae, & quod ea nisi post habitum beneplacitū non utamur.

CONSILIVM I.

Quidam Abbas conuenit cum N. amico suo, ut impetraret a Sede Apostolica tamquam deuolutū beneficiū quoddā suo monasterio unitū, & postquā illud impetrasset, pateretur sibi moueri litē, ad hoc ut pro bono pacis fieret cōcordia, & ipse N. teneretur praestare quēdā ipsi Abbati. Quare fuit expedita supplicatio. Querit qd iuris.

1 Respondeo primo, id quod praefati DD. consulentes cupiunt, non posse iuste fieri interueniente aliqua pactione, vel promissione sine beneplacito S. D. N. n Secundo, quod cessante omni pacto, & promissione, iuste potest D. consulens prouisus expe dire bullas super supplicatione iā signata sine alio beneplacito Papae, & eas notificare praefato D. Abbati: & ille si probabiliter credit prouisionem suę Sanctitatis continere aliquam iniustitiam, supplicare uerē sine vlla fictione a praefata bulla, vel eius executore, &

facere committi causam alicui DD. Rotae, vel alij. Tertio quod postea, si videbitur amobus, poterūt facere cōcordiam aliquam honestam saluo beneplacito Papae, antequam tamen vllatenus vtantur ea, & curare ut probetur, & cōfirmetur ab eodem narrata ueritate ad hoc necessaria. Quarto, quod quamuis non possint ipsi per se, neque per alios pacifici, aut promittere de faciendo, uel dando aliquid horum, nisi referuando beneplacitum Papae, neque referuato illo adimplere conuentas; antequam obtineatur illud, quod est maximē memorandum; possunt tamen cōfidere alter alteri, quod adimplebunt concordiam, immo & promittere se seruatuos illam, si Papae illa placuerit.

Quintō, quod debent cauere, ne vllatenus conueniāt inter se, quod alter expediat bullas, & alter supplicet ab eis, & quod postea faciant concordiam: quia si postea Papa confirmaret eam non facta mentione de huiusmodi conuentione, ut audiui frequenter male fieri, nihil ualeret confirmatio suae Sanctitatis, neque possent uti huiusmodi concordia. Sextō, quod satis iuste possent tractare per se, uel per alios, per hanc uia uel illā posse inter ipsos fieri concordiam, per quam cessaret lis modo a neutra parte fieret promissio de utendo illa uia; sed quod ante & post bullarum expeditionē, & intimationem remaneret integra libertas discedendi ab illa uia concordandi, antequā Papa confirmaretur. Salua, &c.

DE POSTVLANDO.

SVMMARIVM.

- 1 Patrocinari in causis: etiam criminalibus, clerico licet sine peccato, nisi sit in sacris, uel beneficium habeat. num. 1.
1 Irregularitatem incurrit quicumq; patrocinatur, si ex suo patrocinio sequatur mors, uel mutilatio membri, alias non, nec incurrit aliquā censurā, etiam si sit in sacris.
4 Precibus frustra impetratur, quicquid iure communi conceditur, num. 4.
4 Indultū concessū clerico minorū ordinū nō beneficiato, ut possit tam in ciuilibus quam criminalibus patrocinari, est frustratorium: unde si imitietur sacris, non ei proderit, & num. 5.
5 Ordinatus sacris non potest postulare nisi casibus a iure permisis. num. 5.

CONSILIVM I.

Clericus in quatuor ordinib; minorib; cōstitutus patrocinatus est in quibusdā causis: de quo dubitas, an ei liceret, fecit se absolui, & indultū obtinuit, ut liceret ei sine peccato patrocinari. Nunc iterum dubitat, & querit an fuerit bene absolutus, uel noua absolutione indigeat, & an patrocinando uirtute dicti indulti peccet.

1 Respondeo primō, quod nullus clericus, siue tantum quatuor minoribus, siue etiā sacris initiatus, incurrit excommunicationem, uel aliam censuram patrocinando in causis, siue sint Ecclesiasticae, siue saeculares, & siue criminales, siue ciuiles: quia nullo iure id cauetur: quamuis peccaret etiam moriferē id faciendo, si haberet beneficium Ecclesiasticum, uel si constitutus esset in sacris, licet non haberet beneficium, a incurreret tamen irregularitatem; si ex suo patrocinio sequeretur mors, uel mutilatio membri, per ea quae habentur in c. sententiam sanguinis. b

2 Secundo, ex hoc inferri, non posse satis facillē intelligi a quo fuit absolutus D. consulens, eo quod in quatuor minoribus constitutus patrocinatus fuerit, cum non dicat se tunc habuisse beneficium, neque proponat se incurrisse irregularitatem, nec petiisse dispensationem super illa.

3 Tertio, quod etiam ex praefato dicto sequitur non indigere ipsum absolutione aliqua noua, neque dispensatione, si non fuit patrocinatus in causis criminalibus, ita ut ex eius patrocinio mors, uel mutilatio sequuta fuerit.

4 Quarto, quod indultum praefatum, ut possit patrocinari in statu quatuor minorum, & carens beneficio, non fuit indultum, nec priuilegium, sed ius commune; quandoquidem constitutus in quatuor minoribus tantum, & omni beneficio carens, nullo iure prohibetur patrocinari, per praefatum c. 1. c. & resolutionem Panor. communiter receptam, & perinde debet iudicari de ipso, ac si non habuisset illud indultum: quia frustra precibus impetratur quod iure communi conceditur. d

5 Quintō, quod posteaquam fuerit aliquo sacro ordine

n Ca. quam pio. 1. q. 2. cap. 2. de pactis.

a Ca. 1. de postul. ubi dicit. b Ne cler. uel mon.

b ff. de reb. dubijs. c De testam.

d In c. qui abbas. de offic. deleg.

c De postul. d Leg. 1. ff. ad municip. & gloss. rap. 1. de rescript.

a De postul.

insignitus, non poterit patrocinari uirtute illius indulti, nec iure communi, nisi in casibus permisis in d. ca. 1. a

DE PROCURATORIBVS.

SVMMARIVM.

- 1 Mandatum datum alicui personae, ratione qualitatis, seu dignitatis cognita, magis dignitatis, quam personae respicere uidetur.
1 Appellatiuum nomen dignitatis uel officij sit ne magis attendendum, quam nomen personae seu personae, ex notitia disponētis diiudicandum uenit, itemque & ex aliis coniecturis.
1 Relictum Episcopo ab extraneo, censetur relictum ratione dignitatis, quae est notior.
2 Viam tutiorem quilibet in dubio uidetur eligere.
2 Procurator cōtēplatione societatis constitutus societate obligat.
2 Conuertisse in militiam, societatem, mercaturam, studium, praesumitur miles, socius, mercator, scholaris, qui pecuniam in dictas causas, uel illarum sequelas accepit. Idē est, si illas accepit ut talis. nu. 3.
3 Mercatorum libris saltem contra illos creditur.
4 Debita contracta durante societate sunt ab ipsa soluenda.
4 Praepositus alicui officio obligat praepositum etiam accipiendo pecunias ad commodum illud exercendum: quales sunt etiā plures socij eidem societati praepositi.
5 Societas imita ad mercaturam, seu artem campforiam, quicquid vnus tamquam socius facit, alium obligat.
6 Finis recipiendi aliquid in dubio ex effectu conicitur.

CONSILIVM I.

Quidam Illustrissimus Cardinalis cōstituit in his partibus tres procuratores, Iacobum, Petrum, & Ioannē mercatores, & socios vnus officij campforij, & eorū quilibet in solidum ad per eos recipiendum qualdam pensionem praedicti Cardinali debitas. uirtute illius constitutionis Iacobus vnus dictorum sociorum pensiones recepit, & pro summa pecuniaria recepta Cardinalem in libro societatis creditorem scripsit, fuerunt autem sex fēsemestrium pensiones ad Urbem nomine societatis transmissae, sed nūc remanet pensio vnus anni nō soluta, tandem societas defecit. Petri Cardinalis restantem pensionem sibi solui de pecuniis dictae societatis, attēto quod Iacobus erat socius. Ex aduerso Petrus & Ioannes praetendunt societatem non teneri pro facto dicti Iacobi socij: quia ipse dictas pensiones exegit iure proprio tamquam procurator in solidum praedicti Cardinalis, non autem nomine societatis, attēto quod ipsi non acceptauerunt mandatum, neque se immiscuerunt in exigendo dictas pensiones.

DE SOLA SUBSCRIPTIONE rogatus respondeo iuridicam mihi uideri conclusionem a viro doctissimo fundatam, considerando primō, quod praedictus Illustriss. in dādo mandatum praedictis tribus socijs potius rexpexit societatem, quam personas eorum. Tū quia solis iis tribus, iisdemq; socijs dedit illud. Tū quia nulla ratione alia, quam illorum societate, cognoscebat eos, & quod quidam bancharius eorum responsalis in Vrbe degens eorū societate fidā esse ei persuasit, & qui mandat, & relinquit aliqd alicui personae qualificatae, quā cognoscit ratione qualitatis, & dignitatis, quam personae, iuxta l. penul. b per quā definit ibi Bart. q. an nomen appellatiuum, uel proprium sit magis consideratum, ex qualitate notitiae est considerandū: facit c. requisisti, c quatenus probat, relictū Episcopo ab extraneo, ceteri relictū ratione dignitatis, quae est notior: ubi multis cōprobat Couar. nō esse curandū, an primū exprimat nomen appellatiuum, uel propriū, uel cōtra, quādo ex aliis coniecturis apparet, an persona, siue qualitas, siue dignitas sit magis considerata: quod etiā ante illū tradit Decius post alios citatos ab eo. d Cum ergo praedictus Cardin. cōstituerit praedictos tres procuratores nominando personas, & societate eorū, & cū non cognoscat ratione personarum, sed tantum ratione societatis, & persuasione de fide habenda eis facte per relationē responsalis societatis eorū, & cum nullis aliis dedisset mandatū, consequens est dedisse illis principaliter, eo quod erant socij illius societatis.

2 Confirmatur, eo quod Cardinalis erat vir prudentissimus, & ideo praesumendus est in dubio prauidisse tutius fuisse credere plus eis, & singulis eorum, tamquam socijs,

d In c. qui abbas. de offic. deleg.

quam tamquā singularibus, & diuisis personis: & in dubio quilibet uiam libi tutiorem uidetur eligere, a & ita cum tutius esset praedicti Cardinali dare mandatū eis tamquam socijs, quam tamquam diuisis, interpretandum est dedisse tamquam socijs: & ita Iacobus praesumitur constitutus procurator ea ratione, quā constitutus erat socius aliorum, & non tamquam diuisus, & separatus ab eis. Secundo reputo praedictam conclusionem iuridicam, considerando, quod praedictus Iacobus recuperauit pensionem praedictam tamquam procurator constitutus, cōtēplatione societatis, & quod obligauit eam. Primo quidē, quia praesumitur eā uertisse, & posuisse in re & uilitate societatis: quia, qui fungitur officio, uel exercitio aliquo, & accipit aliquid pro exequendo eo, uel sequelis eius, praesumitur uertere illud in rem & uilitatem eius. casus est in lege final. b quatenus habet, quod miles, qui accipit aliquid ad exercitium militiae, praesumitur uertisse id in illud, per quem definit ibi Bartholus scholasticū cui mutatur aliquid ad suum studium exercendum, praesumi uertisse in illud, per quem §. & praedictum dictum Bartholi definit Baldus, c mercatorem, qui accipit aliqua ad mercaturam exercendam, praesumi uertisse in eam.

3 Cum ergo praedictus Iacobus accepit praedictā pensionem ut socius, praesumitur uertisse in rem & uilitatem societatis. Deinde quod non solum praesumitur, sed constat ex libris eius, quod uerterit eam in rem & uilitatem suae societatis, siquidem fecit praedictum Illustrissimum creditorem societatis quo ad illam. Quod autem credatur libris mercatorum, saltem contra illos, communis cōclusio est Bartholi Iasonis & aliorum. d

4 Tertio, quod omne as alienum, quod manente societate contractum est, de communi soluendum est, quae sunt uerba l. omne as. e cuius gloss. f declarat eam dicens procedere, etiam si ab vno sociorū contractū est. Quarto, quod accipiens pecuniam ratione officij, cui praepositus, obligat eum, qui praeposuit illū, iuxta l. si ex qua hoc ibi colligit Bartolus, & praedictus Iacobus, & quilibet aliorum sociorum erat praepositus negotiationi societatis ab ipsa societate, ergo, & c. Quinto, quod praepositus alicui officio non solum obligat eos a quibus praepositus accipiendo ea, sine quibus id exerceri non potest, sed etiam accipiendo ea, cum quibus commodius potest, ut irrefragabiliter probant l. quicumque. h & l. penultima, i per quas hoc affirmat Aretinus, k & Decius, l ut utrobique; aliās docuimus. At praedictus Iacobus, & quilibet aliorum sociorum habebat officium exercendi societatem inuitam, ut proximē dictum est: ergo quilibet eorum poterat recipiēdo pensionem praedictam obligare societate, cum aliqua ex parte eius receptio commodaret officij exercitio.

5 Sexto, quod societas praedicta fuit inita ad negotiandum arte mercatoria, & campforia; & quicquid vnus socius capit pertinens ad societatem, obligat illam: casus est in l. quicumque. m At receptio pensionis pecuniariae suapte natura pertinet ad exercitium negotiationis artis campforiae, & mercaturae; ergo recipiēdo illam ad reponendā in societatem, ut reposuit, obligauit societatem.

6 Septimo, quod qualis fuerit finis recipiendi aliquid, in dubio cōicitur ex effectu subsequuto iuxta l. sed Iulianus. n quatenus habet, filium familias qui accipit mutuum pecuniam, praesumi accipere animo uertendi eam in rem patris, si in illam postea uerterit; per quem DD. dicunt ibi de scholastico mutuantē pecuniam, & postea uertente illā in exercitium studij, quod praesumitur eo sine mutua fuisse. Ultimo, quod ratio habitio retrorahitur, & mandato comparatur, o etiam in iis quae a principio malē capiuntur. At receptiones praedictae pensionis factas a Iacobus societas ratas habuit: quia multas earū remisit soluēda s ad Urbem per literas nomine societatis confectas; ergo proculdubio vel hoc solo argumento uera est conclusio. Saluo sanio ri iudicio.

DE IIS QVAEVI METVSVECAV-

SAFIUNT.

SVMMARIVM.

- 1 Ordinatus metu conditionali recipit characterem.
1 Facta ob metum sunt uoluntaria simpliciter, & inuoluntaria secundum quid.

a Leg. 3. ff. de milit. testam. cum similit.

b §. fin. ff. ad Maced.

c In l. antepe nul. eod. tit.

d In l. 1. C. de eden. c. 1. ad moxendi. ff. de iure iur. e ff. pro socio. f Verb. contractum. g ff. de instit. act.

h §. si ei que ff. de instit. act. i ff. de usu. fruit. k In ca. de testib. col. 3. de testib. l In ca. praeuere. col. 5. de offic. deleg. in ca. ut de ius honor. de appell. col. 5. m §. non tamē omne. ff. de instit. act.

n §. proinde. ff. ad Maced.

o Ca. ratiabitionem. de reg. iur. lib. 6. cum concord.





a In cap. cum loci de spons. b Ca. 22. nu. 51.

c In ca. veru. de iur. d In 4. de restitut. c. aggreg. d. i. q. 1. ex quibus omnibus. e Lib. 4. q. 7. de iust. c. iur. f Cap. 17. nu. 29. g In verbo metus. §. fin.

h Ca. in ma. li. 22. q. 4. i Capit. dixit Dominus. 23. q. 5. k Ca. magna. de vot. c. ca. quemadmo. du. de iur. i.

l i. dist. 6. ex le. i. §. ius naturale. ff. de iust. c. iur.

m Quasi. i. n. In 3. sent. dist. 37. o In 2. q. 17. ar. 2. c. 3. p L. ubi repu gnantia ff. de reg. iur. c. c. sollicitudinem. de appell. q In c. conu. nict. 13. q. 8.

ti esse monacho quidam carcer est, suscepit predictos ordines. Tu quia vt minor metus est iustus respectu mulieris, qua viri, iuxta glo. sing. ita eadem ratione minor erit iustus respectu pueri, vel adolefcentis incipientis, quam respectu viri perfecti, quod nos in d. Man. b efficaciter probamus. Et quidem si metus predicta inclusionis iudicatur iustus, sine vlla dispensatione possit predictus orator ducere vxorem, & a fortiori facere licite predicta, ad qua facienda petit facultatem.

9 Sexto, quod licet supponatur aliquod dubium super iustitia timoris, non tamen potest negari multum per eu iuari causas predictas, vt vna cum eo efficiat iustissimam causam dispensandi super petitis, si & quatenus opus est: & adeo quidem, vt suspicer non defuturum aliquem iurisperitum, qui arbitretur oratorem intus habere quod petit, maxime quod licet metus minor iusto communiter no sufficiat ad annullanda vel rescindenda facta per illum in foro exteriori, sufficit tamen ad annullanda & rescindenda in foro interiori: adeo quidem, vt non obligetur quis ad prastandum in illo foro ea que facit, vel dicit ob tale metu, qui fuit causa principalis ad ea facienda, vel dicenda, quod senserunt Hosti. & Ioan. Andr. c & expressit Adrian. d & Sotus, e & nos paulo latius tradimus in predicto nostro Man. f & Siluester, g & ita cum predictus orator quod ad forum conscientia: etia sine dispensatione excusari possit ad predictis obligationibus, iuste profecto Satisfissimus D. N. ob causas etia longe leuiiores possit facere oratori, quas petit, facultates,

10 Septimo facit, quod predictus orator volens vti predictis non male retrocedit, sed bene vltra procedit. Tum quia religionem sanctissimam & Christiano populo maxime necessariam, que ad longe plura obligat, quam prastati ordines suscepti, in magnum decus eius vult profiteri. Tum quia is dicitur male retrocedere, qui viam bene ceptam deserit. At orator non bene, sed male ceptam viam sacerdotij ambulare: quia non sponte, sed metu, & ante legitimam atatem suscepit predictos ordines: & ita dato quod rediret, non rediret a via bene cepta, sed male incepta, in qua Dominus non requirit perseverantiam. h Tum quia qui retrocedit a bene cepto iusta de causa, & ad maius obsequium Deo prastandum, non male retrocedit contra mentem Domini euangelicam, secundum quam etiam coniuat a prastata fide solemniter retrocedit ob sua coniugis fornicatione, i & quibus discedit iuste ab impleto voti, vel iuramenti, per dispensationem ob iustas causas obtentam. k Et predictus orator etiam si diceretur retrocedere, non retrocedit sine iusta causa, sed cum iustissima, vt predictum est. Per que omnia concluditur predictas causas non solum sufficere vt sancti. D. N. cedat predicto oratori absolutionem, & dispensationem quam petit, sed etiam vt declarat illum non teneri ad ea saltem in foro conscientia.

11 Quod autem clericis iure tantum humano prohibeantur ab armis propriis manibus in bello iusto exercendis, constat primo, ex eo quod non prohibentur iure naturali. Tum quod illud ius tantum est naturale, quod est per se notum, aut in bona consequentia ex per se notis deducitur, vt colligitur ex c. ius naturale, l adiunctis eis, que tradit subtilissimus Scotus, m & alij, prastertim coterraneus eius Maior, n & ante illos S. Thom. o At non est per se notum, clericis predicta non licere, peccareque ea exercendo, neque deducitur in bona consequentia ex aliquo per se noto, ergo non est ius naturale.

12 Tum quia non obstat argumentum, quod audio ob aliquibus magnificari, a sibi mutuo repugnantibus, p & quod vsus armorum corporalium, & vsus armorum spiritualium, que sunt lacryme, & orationes, quibusque sunt deputati clerici secundum Diuum Ambrosium, q videntur sibi repugnare. Non inquam hoc obstat. Tum quia maior propositio argumenti solum procedit de vsu facultatum cotrariarum eodem tempore & respectu: nam vnus & idem diuerso tempore & respectu potest cotraria operari: eadem enim aqua dum calet, calefacit; & dum friget, frigefacit: & idem Sol lutu

condensat, & ceram rarefacit: & idem homo vt Papa absoluit spiritualiter vnus & eundem a peccatis, & vt Rex corporaliter & pena sanguinis punit per eisdem. & sic ex predicta maiori ad summum solum potest inferri esse contra ius naturale, vt predictus orator eodem tempore sed diuerso respectu pugnaret, & in altari ministraret, vel quod eodem respectu quo est diaconus cantaret in Missa Euangelium, & hortaretur ad praelium, quod ipse no petit. Solum enim petit quod liceat ei predicta, quatenus, & eo respectu, quo est vir robustus & illustrissimo sanguine creatus; & ad bella propensus, & idoneus, tollendo ab eo impedimentum iuris humani, quo solo obligatur ad predicta; quod non repugnat: quemadmodum etiam potest eodem tempore sed diuerso respectu eadem persona appellari iudex a quo, vt pars Capituli, & iudex ad quem, vt Episcopus, a qui potest vt canonicus sedere in vno loco in Capitulo, & vt Episcopus in alio, iuxta glossam receptam, b & idem potest ab aliqua sententia appellare, & eadem approbare, confiteri, & negare eodem tempore, sed diuerso respectu. Tu q ideo no obstat, quia aliud est habere facultates diuersas ad operandum cotraria diuerso respectu & tempore: aliud vti illis simul eodẽ respectu & tempore quorum prius non est vetitum iure natura, nec in naturalibus, nec in moralibus: cum regulariter quilibet habeat facultatem seruandi continentiam, & ducendi vxorem. c quamuis non possit simul eodem tempore vtrumque seruare: & ita cui negatur hoc non negatur illud. vnde certum est quod ipsemet Papa habet facultate belladi, & pacandi, occidendi, & parcendi, pugnandi, & orandi, licet eodem tempore & eodem respectu circa idem non possit simul vtrumque facere. Et quilibet alius potest vno tempore bellare & pugnare, & altero tranquillus esse, & orare, & misereri, immo & diuerso respectu eodẽ temporis momento feriendo hoste Christi eum orare; & orando eum eius hostem ferire, licet non tantum petat orator.

13 Secundo idem probatur, quod si hoc iure naturali prohiberetur, non licuisset vnquam sacerdotibus & Leuitis propriis manibus pugnare, neque occidere iuste aliquem: quia ius naturale ab exordio mundi ligat. d At licuit olim non solum infidelibus, sed etiam fidelibus ludæis, sacerdotibus & Leuitis pugnare; & occidere, etiam manibus propriis: nam, e hortatu S. Moysis Leuitæ occiderunt 33000 fratrum suorum, & Phinees sacerdos occidit re habentem cum Madianita, f & Samuel sumus sacerdos suis manibus Agab Regem occidit. g & Matathias sacerdos occidit halta quemadmodum idolis sacrificantem. h immo & Petrus Pont. Max. Ananiam & Saphiram verbo suo peremit, i quamuis id aliqui aliter exponant. Ergo predicta non prohibentur iure naturali, sed humano tantum.

14 Tertiõ non prohibentur etiam iure diuino postiuo quia in nullo veteris, vel noui testamenti loco inueniuntur prohibita; si quis eni esset maxime esset, aliquis excitatis a Gratiano, k quoru nullus tamẽ cocludit: na si cocluderet, maxime esset illud Pauli, in d. dist. 4. citatur. Tu quia primo intelligi potest de percussore iniusto, & non de iusto, de quo agimus, vt intelligit Gratianus, m cum allegato c. cum beatus. in cuius fine ait licuisse Abbati Benedicto corrigere verberem, quem non potuit corrigere verbis.

15 Tum quia non loquitur de omnibus clericis, sed solum de Episcopo, in quo maior ratio militat. Tum quia Prælati Ecclesia licet etiam iure humano torquere, & verberare publicè. n Tu denique quod ordinationes illa Pauli non sunt diuina, sed humana: ipsius ab Ecclesia recepta: ibi enim ordinat, quod sit vnus vxoris vir, & ita non bigamus: per que verba tenetur bigamiam inductam fuisse, at secundum S. Thomam ab omnibus receptum, o non censetur illa iure diuino inducta, sed tantum humano. Sed neq; locus ille p a Gratiano citatus, Conuerte gladium tuum in vaginam, id concludit: nam per illud non prohibuit iustam educationem, sed iniustam, saltem secundum sensum literalem; sequitur enim ratio prohibendi: Quia omnis qui gladium accipit, gladio peribit. & ita exponit Augustinus. r

a Ca. a collatione. de appell. lib. 6. b Ibidem.

c Ca. integri. tas. 31. q. 2.

d 5. dist. in princ.

e Exod. 22.

f Num. 25.

g 1. Reg. 15.

h 1. Machab. 2.

i Act. 5.

k 45. dist. in princ. c. 23. q. 8. in princ. l Ad Timoth. 3. c. ad Tit. 1. m In princip. predicta dist.

n Ca. vniuersitati. de sent. excom. c. 1. de adult. c. probatur in ca. in archiepiscopo. tu. de rap. c. alibi sepe. o In quodlib. 4. ar. 13. p Matth. 26. q In d. q. 8. r In ille gladium accipit. 23. q. 4.

16 Quarto, quod eodem iure, quo inducta est irregularitas, prohibita est & clericis delatio armorum, & pugna proprijs manibus exercenda a clericis in bello iusto secundum omnium mentem. At in confesso est, quod irregularitas non est inducta iure diuino secundum Innocentium. b Ergo ius humanum est illud, quo clericis iustum armorum exercitium proprijs manibus vetatur.

Quinto, quod licet clericis etiam Episcopis hortari milites ad bellandum, c & in ipso praelio ad fortiter pugnandum, d nam cap. quod in dubijs. e quod cotrarium significat, f intelligendum est de incitantibus in bello iniusto, vt glossa & Innocentius communiter ibi recepti intelligunt. At si iure diuino prohiberentur clerici a bellando in iusto bello, non liceret eis hortari ad illud, nec interesse praeliantibus, & incitare eos ad fortiter pugnandum. Ergo prohibitio predicta iure humano inducta est, eo quod decentius & conuenientius est ne pugnēt etiam in bello iusto: & non quia si res de se mala, & iure naturali vel diuino prohibita.

17 Sexto, quod tam prohibitum est clericis condemnare iuste nocentem sententia sanguinis, & parrocinari, testificari, facere acta, & alia quibus peruenitur ad sententiam sanguinis etiam iustam, ac occidere iuste & praeliari in bello iusto, vt colligitur ex cap. sententiam sanguinis. g & tanta irregularitas contrahitur ex illis, quanta ex hoc. At illa nemo dixerit esse naturali vel diuino iure prohibita: ergo neque hoc.

18 Facit, quod Pontifices Max. siue Papa consueverunt iubere occidi, comburi, vel mutilari aliquos maleficos, quos tamen nemo vnquam dixit incurrere irregularitatem, vel vllam aliam pœnam: & non alia ratione, quam quia hoc non est clericis vetitum iure naturali, vel diuino, sed tantum humano, quo ipsi non ligantur, & pro re indubia prastupponit hoc Caietanus h in illis verbis: In primo casu clerici non peccant pugnando manu propria: quia lex positua, qua clerici arcentur, ne pugnent manu propria, venit ad casum, in quo si legislator adesset, dispenseret, &c. Per que in specie & expresse determinat predictam prohibitionem esse iuris positui, & circa eam posse legislatorem, qui nostro in casu Papa est, dispensare.

Septimo, quod prastepit quantum de non occidendo, i solum iniustam occisionem prohibet, & tam pertinet ad laicos, quam ad clericos. Et quod multa sunt testimonia, quorum aliqua supra citata fuerunt, quibus probatur, sacerdotibus, Leuitis, & alijs ad sacra, & orationes deputatis licuisse iuste pugnare, & ad mortem condemnare, immo & proprijs manibus occidere.

Cum igitur probatum sit, nec iure naturali, nec iure diuino noui Testamenti, vel veteris esse prohibitam prastatam facultatem clericis, consequitur iure tantum humano eis esse prohibitam: cui rursum adeo consequens est Papam posse iuste & sancte dispensare super ea iusta de causa, qualis in nostro casu occurrit, quod si absque vlla causa dispenseret, valeret dispensatio, licet peccaret saltem venialiter per ea que scripsimus in Comment. cap. non liceat. k Salua, &c.

Aduertendum ea que hic scribit Nauarrus num. 6. c. 7. in fine non ita esse intelligenda vt Papa sine dispensatione concedat alicui vt iuri naturali diuino non subsit, sed determinando materiam voto, quod iure naturali diuino obligat promissam in illo casu non esse congruam materiam voti, & sic non obligare, vt declarat S. Thomas 2. 2. q. 88. ar. 10. ad 2. c. q. 89. ar. 9. ad 1. ad quem locum se remittit idem Nauarrus de penit. dist. 6. cap. penult. sacerdos num. 132.

S V M M A R I V M.

- 1 Metu conditionali ordinato character imprimitur.
2 Metu inualida conualefcunt ratificatione etiam tacita; modo absit error, & adsit voluntas ratificandi. nu. 8. & 9.
3 Metu cessante reclamet, qui se eo iuuare vult.
4 Accessorium sequitur suum principale, nisi sit diuersa ratio. num. 5. & 12.
5 Ordinatio non omnis, nec character impressio matrimonium impedit.
6 Ordinis character infanti vnus diei baptizato imprimitur.

b In c. nisi cu pridem. de renuncia. c. in c. ad audientiam. de homicid. c. Ca. hortatu. c. ca. igitur. 23. q. 8. d Arg. c. Maximianus. 23. q. 3. e De penit. f In verb. incitant.

g Na cler. vel mon. c. cap. praelatis. de homi. lib. 6.

h In 2. q. 40. ar. 2.

i Exod. 20.

k 12. q. 2. §. 3. nu. 8.

- 6 Metu facta ipso iure regulariter valent: fallit in matrimonio, & voto.
7 Metus ordinatus non tenetur continere, secundum communem nam. 9.
8 Ratificatio matrimonij nulliter ob errorem persona contracti non sequitur, licet errans. cognito dicto errore persona, consenserit talem personam habere in vxorem perseuerando in primo consensu, quem validum putabat.
9 Metu facta expresse tacite ratificantur.
10 Metu gesta, eo cessante, qui sciens illa esse nulla exercet, ratificare videtur, alias non.
11 Ratificatio non prastimitur ex illo facto, quod ob aliam causam quam ratificandi actum, nullum fieri potuit.
12 Ignorantia iuris obscuri, quale etiam prastimitur id, quod est de apicibus iuris, excusat, vt ignorantia facti.

CONSILIVM IV.

QVID AM 17. annos natus metu iusto, & cadente in constantem virum a patre illato sacros subdiaconatus & diaconatus ordines suscepit: sed nunquam postea id vero animo ratificauit, licet longo tempore tacuerit, & non reclamauerit, putans se non posse id iuste facere: licet etiam per metum & errorem predictos nouies viuente patre, & semel post mortem eius epistolam in Ecclesia solemniter cantauerit.

Quaritur primo, an liceat ei ducere vxorem. Secundo, an saltem adsit iusta causa dispensandi, vt id facere possit.

1 Respondeo, quo pro parte negante facit primo, quod metus conditionalis, qualis fuit suprascriptus, cum non fuerit vis absoluta, non impedit impressionem characteris ordinis, nec alterius sacramenti cum imprimendis, a & consequenter D. consulens veros & indelebiles characteres predictorum ordinum suscepit, & verè coram Deo & hominibus est subdiaconus, & diaconus: & constat initiatis iis ordinibus non licere vxorem ducere. b

2 Secundo, quod gesta per metum, etiam si ab initio sunt inualida, & nulla, per ratificationem tamen subsequentem conualefcunt, c quod procedit non solum in ratificatione expressa, sed etiam tacita, vt est casus in d. cap. ad id, & ibi notat glossa recepta per omnes: & D. consulens per exercitium predictum ordinis subdiaconatus etiam post mortem patris, per quam cessauit metus, videtur ratificasse saltem tacite predictorum ordinum susceptionem: ergo eorum vinculis tenetur.

3 Tertiõ, quod qui vult se liberare ratione metus ab aliquo vinculo, debet illo cessante statim reclamare, iuxta illud distichon celebratum a predicta glossa. d

Effuge cum poteris, ne consensisse puteris: Nam si perstiteris, illius vxor eris.

At D. consulens diu etiam postquam cessauit metus, desinit reclamare: ergo non potest nunc id facere.

Quarto, quod accessorium sequitur naturam sui principalis. e At obseruantia castitatis est annexa ordini sacro, vt supra dictum est: ergo sequitur naturam eius. At ordo sacer est indebilis, & non obstante metu nascitur, & conferuatur etiam predictum est: ergo etiam obseruantia castitatis erit indebilis.

4 Pro parte autem affirmante, que videtur tenenda, facit primo, quod non omnis ordinatio, & characteris sacri ordinis impressio facit quem inhabilem ad matrimonium: nam etiam infanti vnus diei, modo sit baptizatus, imprimitur character cuiuslibet ordinis sacri, vt dixit Gulielmus de Monte Lauduno f communiter receptus ibi a Cardinali & alijs, & a Bonifacio, licet ipse g subdubitaerit: cuius conclusionis pulchram rationem tradit S. Thomas communiter receptus. h At ordinatus antequam vsu rationis assequatur, non obligatur ad seruandam continentiam: quia continentia est voti, & non precepti, i & tradit Innocentius communiter receptus, k & S. Thomas, l quem sequuntur alij, & Sotus ibidem. m

d Capit. quod quidam cum multis alijs. i. q. 1. c. cap. ubi ista. 74. dist. c. c. maiores. §. item quaritur. de baptis. b Capit. ante triennium. cum multis alijs. 31. dist. c. Cap. ad id. de spons. c. c. de illis 2. de despons. impub. c. l. i. c. quod metus causa.

d Distica. ad id.

e Ca. accessorium. de reg. iuris l. 6. cum concordantijs ibi a glossa citatis. f In clem. 1. de arate c. qualis. g In clem. generalis. h In 4. lib. 8. ten. dist. 25. q. 2. ar. 1. i Ca. integri. tas. 32. q. 1. k In c. vel no est impositus. de tempori. ord. l In 4. dist. 25. q. 3. m Quasi. i. ar. 2. concl. 3.



**a De iuribus.**  
**b In d. qu. 2. art. 1.**  
**c Iuxta d. ca. integras. 32. quæst. 1.**  
**d In c. abbas. de iis qua vi. e In l. de ult. sine iuris illatione 21.**  
**f Per ca. veniens. c. c. loci de spons. c. ca. 1. de iis qua vi mensura causa.**  
**g In cap. ubi ista. 74. dist. h In d. s. item quæritur.**  
**i In summa verb. ordo. 3. s. ult.**  
**k In 4. dist. 25. q. 1. art. 2. concl. 3.**  
**l In summa verb. ordo. m Ca. 22. nu. 51.**  
**n L. si per errorem. ff. de iurisdic. omnium iudic.**  
**o Consil. 229. p In conf. seq. 230.**  
**q In 2. qu. 129. art. 5.**  
**r In leg. 2. C. quod metu causa. nu. 7.**

Secundo facit, quod prædicta regula, *accessorium sequitur naturam sui principalis*, fallit, cum ratio diuersa diuersum in eo concludit, vt est casus in cap. *debitores*.<sup>a</sup> quatenus probat promissionem de soluenda vsura nõ valere, iuramentum autem sic, licet sit accessorium eius, propter diuersitatem rationis, quæ ibi à Doctõribus redditur. At ratio, qua valet ordo factus iusto metu acceptus quo ad characteris impressionem, non habet locum quo ad obligationem voti castitatis: ratio enim, quare ordinatio carentis vsu rationis, & metu facta valet quo ad characterem, est, vt eleganter de more ait D. Thomas<sup>b</sup> quia sacramenta imprimentia characterem non requirunt de necessitate sacramenti vllum actum ea suscipientis. At obligatio ad continentium, & votum continentie, requirunt actum, & consensum ipsius qui est obligandus.<sup>c</sup>

6 Tertio facit, quod licet regulariter omnia metu facta ipso iure valeant, vt resoluit glossa solemnis<sup>d</sup> fere ab omnibus iurifconsultis recepta, excepto Fortunio bene fortunato ingenio viro: e fallit tamen in matrimonio, & voto, secundum eandem glossam ab omnibus fere receptam, f & ideo merito ordinatio metu facta valet quo ad characterem, quia nullo iure declaratur nulla: non autem valet quo ad votum castitatis, cuius metu emissi nullitas iure declaratur.

7 Quarto, quod hanc partem tenent plerique omnes tam Theologi, quam Iurifconsulti, qui hanc quæstionem mouerunt, in quibus sunt glossa & Cardinalis<sup>h</sup> Angelus<sup>i</sup> & Sotus<sup>k</sup> Rosella, nos quoque idem tenuimus in Man. confell.<sup>m</sup>

8 Quinto, quod ad hoc, vt ratificatio actus, qui est nullus ipso iure, teneat, non sufficit quod vsus fuerit eo, vel exercuerit illum is, qui putat per errorem se ad id obligatum, nisi etiam nouerit illum esse nullum, & non obligari per eum, ita quod exerceat illum, vt tribuens illi nouum valorem per suum nouum consensum. Tum quia qui errat non consentit. n Tum quia mulier quæ nupsit alicui, qui intendebat contrahere cum eius sorore, & non cum illa, licet postea consensisset vir eius habere illam in vxorem, etiam durante consensu mulieris, non videtur ratificare matrimonium perdurando in suo consensu, putans per errorem, quod ipse consensit in illam ab initio, & quod matrimonium esset iam inde ab initio validum, vt eruditè & subtiliter determinat Antonius à Butrio in quodam consilio, quod est inter consilia Petri ab Ancharano, o quod ipsum affirmat idem Petrus ab Ancharano. p Tum quia qui fecit professionem nullam, & perseuerauit in illa etiam vltra annum, putans illam valere, & per eam obligari ad perseuerandum, non censetur ratificare illam, vt pulchre determinat Caietanus, q & consequenter qui metu iusto ordinatur ordine sacro, putans ordinationem illam ita validam, vt eius vinculis teneretur, & perinde ac si sponte fuisset ordinatus exerceat illam, non censetur suam ordinationem ratificare. Per quæ omnia videtur tenenda pars hæc affirmatiua.

Non obstant opposita. Quorum prius diluitur concedendo, quod per ordinationem iusto metu factam imprimatur character indelebilis: negando tamen, quod sola characteris impressio sine ordinati consensu sufficiat ad ligandum eum ad continentiam perpetuam.

9 Ad secundum respondetur concedendo, quod regulariter metu passus potest ratificare actum per merum gestum expressè, & tacitè: & quod exercendo illum postquam metu cessauerit, videtur ratificare, si sciat illum esse nullum, & exercet eum animo roborandi, & faciendi de inualido validum, non tamen si ignorat esse inualidum, & exercet eum putans per errorem esse validum, vt in casu proposito contingit, in quo dicitur quod D. consulens cantauit epistolam post mortem patris, qui vim intulit, putans per errorem, quod per ordinationem meticulousam erat obligatus ad ordinem obseruantiam, & non patebat ei remedium discedendi ab illa per adducta in 5. argumento pro parte affirmante formato, & per id quod eleganter ait Bartholus, t quod non videtur quis ratificare actum metu factum, quoties alia causa, quam ratificandi actum, occurrit.

10 Vnde licet soluens sponte, quod metu simpliciter

promisit, videatur metum purgare, si sciens soluit, non tamen si promisit, & iurauit soluere: quia videtur potius soluere, vt vitet peritium, quam vt ratificet promissionem, & purget metum: & consequenter cum d. consulens potuerit exercere actum subdiaconatus duplici de causa, altera, vt satisfaceret ordinationi, quam putabat esse validam, altera, vt ratificaret actum metu gestum, censendus est exercuisse illum, vt satisfaceret ordinis obseruantia, & non ratificaret ordinationem meticulousam.

11 Neque obstat replicatio, quod error & ignorantia iuris non excusat, a & quod error & ignorantia consulens fuerunt iuris, & non facti. Non inquam obstat ista replicatio: quia illa procedit in errore & ignorantia iuris clari, non tamen in errore & ignorantia iuris obsecuri: quia illa excusat vt ignorantia facti, iuxta glossa solemnem, b quæ multa iura in his citat, & est recepta per Dominicum & per Felinum & citatos ab eo, c & est textus memorabilis in cap. dilectus. d vbi Panormitanus communiter receptus illud ad hoc commendauit. & ius, quod habet, posse quem iuste recedere ab obseruatione ordinum sacrorum metu conditionali receptorum, & ducere vxorem, est obsecrum, & dubium. Tum quod glossa e de hoc dubitauit, & Panormitanus f tenet contrarium, immo & communiter teneri illud asserit, quamuis in vtroque dicto erret. Tum quod etiam hodie D. consulens, licet Doctorum grauium auctoritate pro se habeat, non tamen aude ducere vxorem inconsculta Sede Apostolica. Tum quod ius tractans de apicibus iuris censetur obsecrum, secundum Baldum: g & constat hanc quæstionem esse in iure subtilissimam, vt cuique docto est palam.

Ad tertium respondetur, assumptum in eo esse verum, quando metum passus nouit actum, quem metu gessit, esse omnino nullum. At in casu proposito consulens ignorabat ordinationem suam esse inualidam, immo verò erat valida quo ad characteris impressionem, licet fuisset inualida quo ad inducendam obligationem seruandi eam, & vincula ei annexa, vt supra dictum est.

12 Ad quartum respondetur, illam regulam, *accessorium fallere*, quando non est eadem ratio de accessorio, & principali, vt dictum est in secundo argumento pro parte affirmante formato.

AD POSTERIOREM quæstionem respondetur, quod ex adductis supra in responsione ad priorem, infertur pars eius affirmans, scilicet quod præfatus metus cum bonis, quæ ex matrimonio consequerentur, est iusta causa dispensandi. Tum quod per eadem potest declarari (quod est maius) consulentem non teneri ad continentiam. Tum quia nos alias respondimus metum grandem reuerentialem sufficere ad illud, vt scriptum in Manual. confessorior. h Salua quæ iustior fuerit sententia.

S V M M A R I V M.

1 Metu iusto ordinatus aut intendebat ordines non accipere, & non recipit characterem, aut abfuit hæc intentionis contraditio, & recipit characterem, sed non obligatur ad continentiam. num. 2. Idem est in foro conscientia, si metus non fuit quidem iustus, sed talis sine quo ordines non recepisset, num. 4. Vnde & matrimonium potest contrahere, num. 1.

3 Metu iusto facta, aut sunt nulla, aut annullanda.

3 Causa iusta super voto continentia dispensandi adest, vbi quis iusto metu est ad ordines sacros promotus.

CONSILIVM V.

N. X. V. I. Etatis suæ annum vix agens post Concilium Tridentinum iusto metu, & cadente in constantem virum sacris subdiaconatus & diaconatus ordinibus fuit insignitus, & ante cuiusque ordinis assumptionem proreftatus se male mortem oppetere, quam ducere vitam Ecclesiasticam, & quod vi & metu patiebatur ordinari: semelque postea durante eodem metu, citra tamen approbationem ordinationis, solemnitè euangelium cantauit. Quaritur an possit sine dispensatione vxorem ducere, vel saltem adire iusta causa secum, vt id facere possit, dispensandi?

a Ca. ignoran-  
 tia. de regul.  
 iuris l. 6. cum  
 cõcord. à glof  
 fa eius ibi ad-  
 ductis.  
 b In cap. 1. in  
 verbo de ca-  
 tero. de postu.  
 prelar. lib. 6.  
 c In cap. de  
 quarta. num.  
 27. de præser.  
 in ca. 1. limit.  
 7. de iudic.  
 d De consuet.  
 in cap. 1. de  
 clerico per  
 saltu promo.  
 f In d. cap.  
 quarta. num.  
 1. de iur. iudi-  
 c. g In l. vendi-  
 gione. C. de  
 vjucap. pro  
 empt. l. 3.  
 C. si quis i-  
 gno. rem mi-  
 noris esse.

h Ca. 22. nu.  
 51.

**a Par. 3. qua. 64. art. 8.**  
**b q. 07. art. 8.**  
**c s. item quæritur. de ba-  
 ptif.**  
**d s. item quæritur de ba-  
 ptifimo.**  
**e Cap. 1. de iis  
 qua vi.**  
**f l. ibi. c. in 4.  
 li. Senten. di-  
 stin. 38.**  
**g Ca. 12. nu.  
 52.**  
**h Verb. ordo.  
 3. s. ult.**  
**i In 4. dist. 25.  
 quæ. 1. art. 2.  
 concl. 9. vers.  
 hinc autè. c. d. 29. quæ. 1.  
 ar. 3. concl. 11.  
 c. de iust. c. iur. lib. 7. q. 2.  
 art. 1.  
 k De iis qua  
 vi.  
 l Pral. 6. n. 4.**  
**m In c. veru.  
 de iuribus.  
 n In 4. de res-  
 sicut. ca. aggre-  
 dior. vers. ex  
 quibus omni-  
 bus.**  
**o Lib. 4. q. 7.  
 de iust. c. iur.  
 p Verb. me-  
 tus. s. fin.  
 q Ca. 22. nu.  
 51. c. cap. 17.  
 nu. 5. c. 30.**

1 Ad hanc quæstionem breuiter respondeo affirmatiuè. Primò quidem, quod prædictus N. nullatenus videtur ordinatus: quia sicut ad substantiam & sententiam sacramenti requiritur intentio ministri illud conficientis, iuxta S. Thomam receptum: a ita requiritur intentio suscipientis illud ad hunc saltem sentum, vt abfit intentio non suscipiendi illud iuxta eundem vbi supra b vbi hoc late tradit Caietanus: & probatur in cap. maiores. c At in casu proposito D. consulens videtur non solum non habuisse intentionem suscipiendi ordinem, sed contrariam non suscipiendi: ergo verè & essentialiter non suscepit illum, & ita etiam sine dispensatione poterit vxorem ducere.

2 Secundò, quod licet ordinatio tenuisset quo ad characteris impressionem, eo quod sufficere quo ad id consensum metu extortus: per d. cap. maiores. d non tamen tenuit quo ad votum continentia, seu obligatione ad continentium ordini sacro annexam: quia votum iusto metu factum, est ipso iure nullum, e quæ communis est sententia Doctorum f quam affirmamus in nostro Manual. g & in specie de ordinato per iustum metum, quod non teneatur ad continentiam, determinat Angelus h & Sotus. i & ita prædictus N. licet consensisset suæ ordinationi, quia tamen iusto metu id fecit, vt in casu proponitur, non remansit obligatus voto solemni ad continentium, & multo minus si nullatenus consensit: sed solum metu iusto finxit se consentire.

3 Tertio, quod licet alicui videretur, quod aliqua obligatio ad continentium adfit, præsupposito quod saltem iusto metu consensit ordinationi, & exercuit illam: iusta tamen causa dispensandi inest, eo quod metu facta aut ipso iure sunt nulla, aut certe rescindenda, capit. abbas. cum glossa solemni & communi omnium doctrina k quam ad propositum allegamus in d. Manual. l

4 Quarto, quod omnia præsertim spiritualia facta metu, etiam non iusto, modo sit talis, quod si non intercessisset, ille actus non fuisset factus, nullam inducunt obligationem in foro conscientia, quod senserunt Hostiensis & Ioannes Andreas, m & expressit Adrianus n & Sotus o Siluester p & latius nos dicimus in d. Manual. q per quæ omnia Sanctissimus D. N. poterat declarare prædictum D. consulentem non ligari voto continentia, quia iusto metu coactus suscepit ordines: vel si, & quatenus opus est, dispensare ad prædicta quo ad forum exterius, eo quod nullatenus obligatur quo ad interius, eo quod metu tali accepit prædictos ordines, quos nullatenus illo non interueniente accepisset vquam.

S V M M A R I V M.

1 Professio ab initio nulla, non conualescit solo tractu temporis.

1 Impedito iuste iuris impedimento nõ currit tempus, restituitur autem impeditus impedimento facti.

2 Professio, que ob metum est nulla, per actus professorum, vel assumptionem ordinum, durante metu causa, non validatur.

CONSILIVM VI.

ANTE Concilium Tridentinum N. per vim & metum patris & fratrum, qui illum occidere minati sunt, religionem ingressus, eadem vi & metu durantibus, expleto probationis anno in manibus sui prælati professionem emisit, & in eadem per tres annos persistendo ordines sacros & gradum baccalaureatus suscepit. Post Concilium verò reclamare volens tribulationibus oppressus non potuit, à quibus tandem liberatus reclamare intendit. Quaritur an id facere possit, & an per susceptionem ordinis præsumatur consensisse suæ inualidæ professioni.

1 Respondeo primò, quod votum, quod ad initio ob metum aliquem est nullum, siue inualidum, solo tractu temporis verè non conualescit coram Deo, nec præsumptiue coram hominibus, i neque concurrente gestatione habitus, & permutatione in monasterio, durante illo metu. s

2 Secundò, quod si post cessationem metus fuit iuste impeditus à reclamando, poterit cessante impedimento reclamare, si fuit impedimentum iuris: quia taliter impedito non currit tempus, t neque præscriptio: & si erat im-

r Ca non firmatur de regul. iur. l. 6. c. l. quod ab initio. ff. eod. s. Cap. 1. cum ei adnota. de iis qua vi. l. Leg. 1. C. de ann. excep.

**a L. c. Atti-  
 licinus. ff. de  
 seruit. rustic.  
 præd.**  
**b In c. ex strâf  
 missa. n. 13. de  
 præscrip.**  
**c L. Papinianus  
 ff. de mi-  
 nor.**  
**d Arg. eum  
 in cunctis. de  
 elec. c. ausu.  
 multo magis.  
 C. de sacrosf.  
 ecdl.**  
**e Iuxta not.  
 in d. c. 1. de ijs  
 qua vi.**  
**f Contra ca.  
 Episcopos. c.  
 ca. vni. c. c.  
 c. secundum  
 de præd. c. c.  
 neminem. 72.  
 dist.**  
**g Ca. cõmis-  
 sa. de spons.**  
**h ff. quod me-  
 tu. caus. cap.  
 veniens. 2. de  
 spons.**  
**i Cap. 17. nu.  
 19. c. ca. 22.  
 num. 51.**

pedimentum facti, debet audiri per restitutionem, a vt tradit Panormitanus. b Tertio, quod per susceptionem ordinum durante causa iusti metus non præsumitur satis ratificare professionem. Tum quia hoc nullo iure speciali cauetur. Tum quia à separatis nõ fit illatio. c Tum quia, si quod magis videtur inesse non inest, nec quod minus videtur inesse inest, d & nec per gestatione habitus professorum, nec per præstationem suffragij in Capitulo, nec faciendo alia, quæ solis professis competunt, professio valida fieri præsumitur, e & tamen maior ratio suadet, vt per talia præsumeretur profiteri, quam per susceptionem ordinis, quæ est res separata à professione: ergo per susceptionem ordinis non præsumetur consensus ad professionem. Quarto, quod eisdem rationibus videtur idè dicendum de susceptione ordinum facta post cessationem metus, durantibus tamen impedimentis iuris, vel facti ad agendum, vt hoc perpendiculari facile patet. Quintò, quod hæc videtur consequi, consulentem peccasse suscipiendo ordines sacros, & malè ordinatum fuisse: quia scienter absque beneficio, & iusto patrimonio, & etiam absque iusto titulo religionis eos suscepit, f cum enim crederet se non esse verè religiosum, contra conscientiam suscepit illos ordines ad titulum religionis. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Metus iustus coram Deo vitiat professionem, etiam si culpa sua metum passus in illum incidit.

CONSILIVM VII.

PR O resolutione quæstionum rogatarum, Respondeo primo, quod consulens iuste potuit ingredi monasterium, non obstante quod duxisset vxorem, quia nondum cum illa rem habuit. g

1 Secundo, quod ingerit se illud dubium, an valeat actus alicuius factus iusto metu, in quem sua culpa incidit, de quo in l. si mulier. h quod libenter tractassem, si per ægritudinem licuisset: sed quia id non licet, remitto me ad ea quæ scripsi in Manual. confess. i vnde hauriri possunt huc pertinentia, scilicet quod præfata professio quo ad forum conscientia non valuit, ex quo videtur pendere omnia quæ quaruntur.

S V M M A R I V M.

1 Professio liberata à carcere perpetuo, modo fiat monacha, valet. num. 2. c. 3. in fin.

1 Professio, & matrimonium metu facta sunt ipso iure nulla, si metus sit iniuste illatus. num. 2. 3.

2 Metus iniuste illatus nec actionem parit, nec ad actum annullandum sufficit.

2 Promissio metu iniuste illato facta non rescinditur.

3 Regularis ob delictum ad arctiorem regulam profitendam cogi potest & tenet professio.

3 Matrimonium contractum ab eo, cui pœna mortis ea lege remissa est, vt contrahat, tenet.

CONSILIVM VIII.

VT RVM professio mulieris damnatæ ad carcerem perpetuum, quæ liberatur à Papa, ea conditione, modo fiat monacha, valet.

1 Subtilis est, ac verè Christiana dubitatio hæc, pro cuius parte negante vrget, quod professio metu facta est ipso iure nulla, k sicut & matrimonium carnale est ipso iure nullum, l si metu contrahatur, l matrimonium enim carnale, & spirituale in hoc æquiparantur, iuxta glossam singularem m metuebant, pro qua facit cap. vbi periculum. n

2 Quo tamen non obstant, contrarium est tenendum. Tum quia metus, qui iuste infertur alicui, non parit actionem, nec sufficit ad annullandum, vel rescindendum actum, iuxta l. si mulier. o quæ habet promissionem, vel dationem alicuius rei factam patrono à liberta, nec propter ingratitudinem à se admittam in pristinam seruitutem reducatur, non debere rescindi, eo quod sit facta metu pendendi libertatem: quia iuste infertur metus ille à patrono. Ex quo Bartholus & alij colligunt, quod promissio facta metu iniuste illato non rescinditur.

3 Tum quia monachus, vel canonicus regularis propter simoniam, vel aliud delictum, potest cogi, vt ad strictio-

k Ca. 1. de ijs qua vi. l. Ca. cum locum. c. c. ad id. de sponsa. m In c. bona. 1. de electione. ver. n. s. ceterum. de elec. li. 6. o ff. de eo quod metus causa.

a Ca. de reg. de simonia.

b Ca. porre- sum. & c. si- cus de regul. ubi gloss. re- cep. id tenet.

rem regulam transeat, attamen certum est, eum debere nouam professionem facere in regula strictiori: & ita professio per iustam coactionem valet. Tum quia interdum Princeps indulget pœnam mortis iuste damnato, ea lege, vt ducat in vxorem aliquam piam pauperem, quam si ducat, valet matrimonium: quia ratio, quate vota metu mortis in ægritudine, vel naufragio emissa valent, est quod metus ille mortis non infertur iniuste, sed casu, fortuna, vel potius prouidentia diuina. b Tum quia frequenter dispensat Papa cum homicida voluntario, vt celebret in altaris ministerio, ea cõditiõne, vt religionem aliquam approbatam profiteatur, qui eam non profiteretur, si absolūtè cum eo dispenseretur. Cùm igitur prædicta mulieri nulla vis, neque vllus metus iniuste intenteretur, immo fiat ei gratia liberationis à grauissimo malo, si voluerit vitam religiosam eligere, merito eius professio debet factis libera censeri, quod dicatur valere. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Professio ante 16. vel nouitiatus annum emissa post sacrum Concil. Trid. non valet.
2 Professio & omne votum metu facta sunt nulla in conscientia, licet metus sit minor iusto, modo sit tale sine quo non fuissent facta.
3 Metus ad hoc vt annullat votum in foro exteriori, requiritur quod cadat in constantem virum, professionem tamen annullat reuerentialis, in foro autem conscientia minor iusto omnis annullat votum, sine quo non vouisset.
4 Metu facta non ligant agentem, saltem in foro conscientia.
5 Cap. 15. de reg. sess. 25. Concil. Trid. etiam in religionibus militariibus vim obtinet.
6 Vniuersalis extendit generalem indefinitè prolatam ad multa.
7 Iura loquentia de aliquibus religiosis, vt talibus, ad alios extenduntur.
8 Religio S. Ioannis, & cetera militares sunt verae religiones.
9 Professum non facit emissio trium votorum substantialium religionis etiam in congregatione à Sede Apostolica approbata pro bono modo viuendi, nisi emittatur in approbata religione.
10 Professio nulla non censetur ratificata ab eo, qui eius nullitatem ignorat.
11 Habitus delatio post professionem expressam, non inducit tacitum.
12 Tacita professio est presumatur ex aliquibus actibus, hoc tamen fallit, quando illam præcessit expressa.
13 Nouitiis actibus professorum se immiscens tunc censetur profiteri tacite, si prius expressè non sit professus.
14 Matrimonium contrahere potest, religionem ante 16. etatis vel nouitiatus annum professus.
15 Professio in genere, qua inducebatur per professionem ante annum nouitiatus emissam apud mendicantes, hodie post sacrum Concilium cessat.
16 Scandalum pusillorum, & non Pharisæorum cauendum.
17 Bona nemo sua tenetur relinquere ob scandalū Pharisæorum.

CONSILIVM IX.

Nobilitas metu reuerentiali religionem S. Ioannis Hierosolymitani ingressus, minor quindecim annis, durante eodem metu, eam professus est, & multos annos in eadem perseverauit, arbitratus huiusmodi professionem esse validam. Tandem cessauit metus, & aliqua de causa expulsus fuit à superioribus. Dubitatur an sit liber à præfata religione, & an possit ducere vxorem? AD PRIOREM questionem, nempe an prædictus nobilis in conscientia sit liber à præfata religionis professione facta, vt in ea proponitur, respondeo affirmatiuè quod sic. Primo quidem, quod nulla professio religionis, siue virorum, siue mulierum ante decimum sextum annum facta valet post Concilium Tridentinum disponens hoc clarè, & professio præfati nobilis fuit ab eo emissa, priusquam 15. annum attigerit. Secundo, quod omnis professio religionis ante finem anni nouitiatus à suscepto habitu currentis facta est ipso iure nulla post præfatum Concilium, quod id clarè d statuit: & professio præfati nobilis fuit facta statim habitu suscepto.

c In sess. 25. c. 15. de regula.

d Vbi supra.

2 Tertiò, quod omnis professio religionis metu facta est ipso iure nulla, sicut & omne votum metu factum est ipso iure nullum, iuxta glossam solemnem, & receptam b quam & alias nos quoque citamus in Manua. confess. c. & quamuis quo ad forum exterius regulariter oporteat metum esse iustum, & talem, qui etiam in constantem virum cadat, tamen quo ad annullandam professionem religionis, etiam quo ad forum exterius, sufficit metus etiam reuerentialis minor iusto timore, iuxta glossam singularem, e quam nos quoque in id citamus in dicto Manua. f intelligaedo tamen de tali metu minore, sine quo non fieret professio, vt præ alijs nos declarauimus. 3 Quarto, quod nullus actus metu factus ligat agentem quo ad forum conscientia: ex mente Hostiensis & Ioannis Andrea, h & Adrianum, i quos etiam nos sequimur in præfato Manual. k & confirmari posset per ea que diximus in prædicto cap. l & hoc argumentum 4. solum sufficit ad fundandam responsonem affirmatiuam, quam respondemus pro libertate prædicti nobilis à ligamine voti religionis, quia solum quærit an sit liber ab eo quo ad forum conscientia: quamuis tria argumenta præcedentia probent eius libertatem etiam quo ad forum exterius. 4 Non obstat primum, quod dicitur tenere aliquos non esse locum præfato cap. 15. in religionibus militariibus, eo quod Sotus m afferuit religiones militares non esse verae religiones. Tum quia illud cap. generaliter loquitur de quacumque religione virorum & mulierum: & ita generaliter intelligendum est, n etiam si non militet tanta ratio in vna specie, quanta in alia, o & tradit Decius p quem ad hoc citamus in comment. de regularibus. q 5 Tum quia prædictum cap. 15. non solum generaliter loquitur de religione, sed etiam vniuersaliter de quacumque religione: & dictio vniuersalis extendit generalem ad multa, quæ non comprehenderet generalis indefinitè pronuntiata, iuxta glossam singularem r & iuxta aliam glossam solemnem, s quatenus ponit differentiam inter lego marmor, & lego omne marmor: & inter lego lanam, & lego omnem lanam. Tum quia eadem ratio idem ius futu- detin omnibus, iuxta l. illud. t & capit. dudum. 2. de electio. & iura loquentia de aliquibus religiosis, quatenus sunt religiosi, habent locum in omnibus alijs religiosis, quamuis nomina sint diuersa, v vbi Panormitanus receptus hoc pulchrè adnotauit. x 6 Tum quia licet quidam tentauerint, vt Sotus, dicere religiones militares non esse veras religiones, nemo tamen id affirmavit de religione sancti Ioannis, nam & ipse Sotus excludit eam quo ad hoc ab alijs militariibus, quia in ea seruatur votum castitatis, cùm professores eius nullatenus queant contrahere matrimonium. Tum quia non est verum, quod aliae religiones militares, in quibus per dispensationem, vel formam profitendi contrahi potest matrimonium, non sint verae religiones, vt nos efficaciter decem argumentis neruosis probamus in tract. de re- dit. eccl. y Per quæ nostra scripta hinc in Hispaniam missa Consilium regium liberauit quemdam nobilissimum ordinis sancti Iacobi à morte, quæ iam imminabat ei ob contrariam Soti opinionem. 7 Tum quia si religiones militares non sunt verae religiones, nec consequenter hæc de qua loquimur sancti Ioannis Hierosolymitani, clarum est prædictum D. consulentem nec potuisse fieri religiosum per professionem illius etiam si effectus maior 16. annis, & post finem anni probationis illam fecisset, cùm per nulla vota, etiam tria substantialia religionis, facta extra veram & approbatam religionem, fiat verè professus, & religiosus iuxta glossam notabilem & receptam z etiam si modus viuendi, quem professus est, sit approbatus à sancta sede Apostolica pro bono modo viuendi, modo non sit approbatus pro religione, iuxta glossam celebrem & receptam. a Tum quia hac eadem ratione iudicandum est liber D. consulens à religione, secundum illos qui dicerent præfatum cap. 15. ideo non habere locum in religionibus militariibus, quod non sunt verae religiones, & quod sua religio est militaris, quia impossibile est aliquem fieri verum religiosum per professionem religionis, quæ non sit vera religio, & approbata pro tali à sede Apostolica secundum prædi-

a Ca. 1. de ijs que vj. b In c. abbas. eod. tit. c Ca. 22. n. 5.

d Iuxta l. me- tum 1. & 2. ff. de eo quod metus causa. c Ca. præfens. 20. quæst. 3. f Ca. 22. nu. 50.

g Ibidem, & in cap. 17. nu. 29. & 30. h In c. verit. de iure iur. ad. i In 4. de re- sti. ca. aggre- dior. ver. ex quibus omni- bus. k Cap. 17. nu. 29. & 30. l 22. num. 51.

m In lib. 7. de inst. & iur. q. 5. art. 3. n Cap. solita. §. fin. de ma- ior. & obed. & le. de pre- rior. ff. de publ. in rem actio. o L. 1. §. quod autem. ff. de alea. l. nisi & aleat. p Conf. 669. numer. 30.

q Super cap. statum. 10. q. 3. num. 73. r In clem. 1. verb. quauis. de re iudic. s In c. v. cir- ca. de elect. li. 6. t ff. ad legem Aquil.

v Ca. 2. de po- stulau. x In 1. notab. y q. 1. monito 55. per totum, & q. 3. mon. 27. 28. & 29.

z In clem. eos. verbo religio- ne de regula.

a Clem. cum ex eo verbo. tertio. de sent. excom.

a In rub. de regul. & in c. ecclesiast. Ma- ria. de consil.

b Sup. 2. 2. S. Thom. quæst. 189. art. 5. c Cap. 12. nu. 32.

d De regula. c Eodem tit. lib. 6. f Sup. ca. sta- tumus. n. 73.

g Leg. qui bis idè ff. de ver- bo oblig. h L. cum qua- stio. §. fin. C. de leg. i L. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat. adiuta gloss. k In d. le. qui bis.

l In c. Loha- rius. 31. qu. 2. & in cap. sua nobis. de ap- pellat. m Ca. vidua. de regularib. n In d. ca. vi- dua. o Vbi supra. p In d. c. vi- dua.

q In d. ca. 15.

r Iuxta c. non solū de regu. lib. 6. s Matth 18. t Matth 15.

v 2. 2. qu. 43. art. 2. penult. & vlt.

ctas glossas & sententiam Panormitani & omnium re- ceptissimam. a 8 Non obstat secundo, quod præfatus D. consulens videtur approbasse præfatum professionem persistendo tanto tempore in præfata religione: quia huiusmodi professio nulla non ratificatur, nec fit valida ex eo, quod professus maneat in religione, quam est professus: sed oportet, vt sciat illam esse nullam, & animo approbandi & ratificandi eam persistat, vt singulariter declarauit Caietanus, b quem piget non allegasse in Manua. confess. hætenus edito, c vbi tamen citabitur Deo annuente in proxima editione. 9 Non obstat tertio, quod D. consulens gestauit habitum indistinctum ab habitu nouitiorum per annum, & vltra, & quod per gestationem habitus indistincti an- nalem inducitur professio tacita, iuxta cap. ex parte d & cap. 1. e quæ in hoc etiam nos citamus in d. comment. de regularib. f non inquam hoc obstat: quia illud est verum, quando gestatio illa fit ante professionem expressam, non autem quando gestatur post illam expressè factam, vt gestauit D. consulens, qui statim post habitum susceptum emisit professionem expressam, is verò non potest dici tacite professus. Tum quod nemo concedit, eos qui post professionem expressè factam gestant habitum per annum, tacite profiteri, & ita esse bis professos expressè, & tacite, quod nemo vquam dixit. Tum quod ratio quare per gestationem habitus anualem presumitur tacite fieri professio, est, quia gestans habitum presumitur habere animum profitendi tempore debito, finito anno nouitiatus. At qui gestat habitum post professionem expressè factam non presumitur habere animum profitendi in fine anni nouitiatus, quia iam expressè fecit eam, & gestat habitum tamquam professus, & non tamquam professu- rus. Tum quia si qui fecit vnum actum expressè, frustra facit iterum illum expressè, quanto magis si faceret tacite: Vnde qui aliquid stipulatur semel, frustra iterum idem stipulatur, g etiam si ex interuallo secunda vice stipuletur, vt communis ibi concludit: & qui semel legat aliquid, frustra iterum idem legat, h & qui semel mandat aliquid, frustra iterum idem mandat, i faciunt etiam alia, quæ Iason, & alij congerunt k idem. & ita qui dicit appello, appello, appello, semel tantum appellat iuxta glossam l à Panormi- tano & ab alijs receptam. 10 Non obstat quarto, quod nouitiatus faciens actum ad professum tantum pertinentem, videtur profiteri. m Tum quia illud est verum, quando prius non fecit professio- nem expressè, per proximè ad obstaculum tertium dicta, & D. consulens statim post habitum susceptum profes- sionem emisit, vt prædictum est. Tum quia illud est ve- rum in eo, qui accipit habitum professorum distinctum ab habitu nouitiorum, qualis non erat in dicto monaste- rio, vt declarat Panormitanus n & nos in d. Commen. de regularibus. o Tum quod illud non procedit in eo qui nec- scit per huiusmodi exercitium actus professionem induci, vt Innocentius receptus dicit. p At D. consulens nesciebat illud, vt in facto proponitur. Tum quod illud non est ve- rum post præfatum Concilium Tridentinum quod anni- hilat professionem ante finem anni nouitiatus factam. Circa hanc primam questionem vide Conf. 34. de reg. 11 AD SECVDAM, nempe an tuta conscientia pos- sit ducere vxorem, respondeo quod sic, nisi aliud canoni- cum impedimentum obstat. Tum quia professio facta eo modo, quo hæc, nullum inducit effectum, neque vllam ob- ligationem, vt habet prædictum Concilium Tridenti- num, q adeo quod neque professum facit religiosum in genere, idest obligatur ad intrandum aliquam religio- nem, sicut ante præfatum Concilium obligabat. r Tum quia scandalum quod daretur aliquibus pro huiusmodi coniugio non esset pusillorum scandalum, à quo s dicitur non esse cauendum, sed Pharisæorum, à quo t dicitur non esse cauendum, quia caci sum, & duces cacorum, vt ibidem dicitur, & est doctrina S. Thomæ ab omnibus recepta. v Tum quia licet à principio quo ad aliquos esset scandalum pu- sillorum, eo quod bona fide crederent prædictum D. con- sulentem esse verum professum aliqua ratione, quæ sibi appareret bona: potest tamen facile fieri, vt desinat esse

scandalum pusillorum, & incipiat esse scandalum Phari- saeorum, monendo illos falli, reddendo rationem veram & iustam, qua sua ostendatur esse tantum apparens & fal- sa: & qui post huiusmodi rationem sibi monstratam no- luerit acquiescere, scandalum patietur Pharisæorum, non pusillorum, vt eleganter S. Thom. ab omnibus receptus definit vbi supra art. penult. & vlt. concludens neminem teneri ad relinquenda bona spiritalia, neque temporalia propter scandalum proximi, quod patitur, eo quod non acquiescit rationi & monitioni probabili sibi reddita: pro quo est illud venerabilis Bedæ: Vtilius est scandalum na- sci, quam quod veritas relinquatur. a cuius gloffa & Panormi- tani & aliorum dicta in prædicta sunt resoluenda. b 12 Ex quibus etiam colligitur verus intellectus cap. 2. b quatenus habet, pro vitando scandalo relinquenda esse illa, quæ sine peccato mortali relinqui possunt, intelligen- dum enim est de scandalo pusillorum & infirmorum, non autem de scandalo Pharisæorum & malignorum, non e- nim tenetur quis pati rapinam, furtum, & vsurpationem iniustam suorum bonorum, eo quod raptor, fur, & vsurpa- tor scandalizetur per repetitionem à se corà iudice com- petente petitam, & vsque ad sententiam exercitam: quia id esset præbere occasionem rapinis, furtis, & vsurpationi- bus, vt ex S. Gregorio allegato à S. Thoma c colligitur, & ex praxi totius Ecclesie Christiana, quæ sanctè permit- tit dominos & creditores sua bona & debita à suis deten- toribus & occupatoribus repetere. & sic D. consulens licet posset absque peccato vitam castibem ducere, non ta- men tenetur id agere propter scandalum eorum, qui probabili ratione sibi reddita in sua pertinacia persistunt. Salua quæ iustior fuerit sententia.

Circa tamen conclusionem positam sub nu. 4. contrarium cen- suit sacra Congregatio, vt refertur videlicet anni nouitiatus omi- sionem non vitare in dicta religione professionem.

S V M M A R I V M.

- 1 Matrimonium consensum liberum requirit, & metu etiam re- uerentiali sit nullum, num. 4. si sit nimius, num. 7. & causa sine qua non, num. 9.
2 Papa defectum consensus iure nature requisiti supplere nequit.
3 Metus in femina minor, quam in viro, sufficit: & quis sit ius- tus, arbitratur in foro exteriori iudex. & num. 8.
4 Metus, qui professionem annullat, annullat & matrimonium.
5 Curator vt pater honorari debet: vnde & metus ab ipso illatus vitiat, vt illatus à patre, num. 3. & 4.
6 Metus verè cõditiõ proficiens ex sola presentia patris, matrimo- nium non annullat, nimia autem reuerentia, que fuit cau- sa vt alias non consensura consenserit, annullat. n. 7. 9. & 10.
7 Metus, qui facit alios actus rescissibiles, annullat matrimonium.
8 Reuerentia patris, causa consensus filia alias non consensura, ideo annullat matrimonium, & alios contractus rescindit, quia tollit necessariam libertatem consentiendi. & nu. 11.

CONSILIVM X.

QVÆ D A M puella diues sub curatoris potestate cõ- stituta, metu & reuerentia ipsius curatoris per se & alios illa incutientis, sponfalia cum quodam iuvene, & successiuè matrimonium contraxit, sed antequam contra- heret, lacrymans matri suæ dixit se coactè illa contra- here, & post contracta sponfalia, antequam contraheret matrimonium, frequenter coram familiaribus suis idem repetijt, nimirum se nullatenus velle contrahere cum il- lo: immo & expressè protestata fuit coram notario & tes- tibus, quod si contingeret illam dicere aliqua verba, quibus significaret se consentire, dicturam illa contra men- tem & voluntatem suam ob metum & reuerentiam sui curatoris, & aliorum eiusdem curatoris amicorum. Qua- ritur an valeat matrimonium. 1 Respondeo primo, sententiam quorundam virorum mihi ostensam proculdubio esse verissimam, scilicet mat- rimonium præfatum esse nullum. Tum quia matrimo- nium non potest consistere sine consensu, d & in facto quæstionis proponitur præfatum D. puellam cõsulentem nunquam præfato matrimonio cõsensisse. Tum quia non omnis consensus sufficit ad conficiendum matrimonium: sed requiritur vt sit liber, & nullatenus coactus, iuxta ca. cum locum de sponfalibus, & glossam solemnem ab omni- bus recepta e & in facto narratur consensu illi qualè qua-

a Ca. qui scã dicitur. de reg. iur. b De nou. o- per. nunc.

c In dicto art. vlt.

d Cap. suffi- cias. 27. qu. 2. & l. nuptias. ff. de reg. iur.

e In c. notifi- casti. 33. q. 5.



lem, qui exterius fuit praestitus, fuisse praestitum per meum & violentiam.

2 Tum quia etiam Papa, sua, quae summa est, potestate absoluta non potest supplere defectum consensus requisiti iure naturali & diuino, ut tradit Panormitanus & probatur, quia non potest ipse iuri naturali & diuino derogare.

3 Quibus addo primo, quod ad iudicandum matrimonium praefatum esse nullum in foro exteriori, non requiritur ut interueniat metus tam iustus, quam requiritur in viris: quia minor sufficit in femina, iuxta glossam memorabilem. c. Adde secundo, quod nos altius quam vllus alius in Manua. confess. d. reiecta definitione iusti timoris communiter recepta, quo ad forum exterius diximus hoc arbitrio iudicis relinquendum esse, iuxta glossam notabilem & communiter receptam. c. Tertio, quod ad arbitrandum in hoc casu interuenisse talem, facit multum, quod praefata D. consilens est puella, & orphana sub curatore constituta: & quod ipse curator illum timorem incutiebat, & mediatores addebantur ad incutiendum illum, ut volens nolens confenserit.

4 Adde quarto, quod ad idem facit multum glossa singularis f. quatenus habet, solum metum reuerentialem, quem habet filia in patrem, sufficere ad iudicandam professionem religionis ab ea factam non valere: & cum idem timor, qui sufficit ad inuolundam professionem religionis, sufficiat ad inuolundum matrimonium, & consequens est sufficere in hoc casu probare metum reuerentialem interuenisse.

5 Quem arbitror facile probatum iri, cum is, qui urgebat eam ad praefatum matrimonium, esset, ut dictum est, curator ipsius, quem tenebatur illa ut patrem reuereri, per ea quae post alios nos tradidimus in praefato Manua. h. Adde quinto, quod ad idem faciunt alia quaedam, quae in praefato cap. i. in hoc citauimus.

6 Hac de re bis consultus, bis idem respondi, nempe praefatam puellam non esse vxorem praefati adolescentis in foro conscientie, nec in exteriori, & iudicem eruditum, & rectum, coram quo causa haec tractata fuerit, iudicaturum illam non esse censendam vxorem eius, si omnia, quae proponuntur in facto, probata fuerint, per ea quae nos in altero responso iam citauimus.

Nunc tertio super eadem re interrogatus respondeo idem. Nec obstat, quod quidam dicunt Praetorium istud celeberrimum, & eruditissimum, iuxta ac aequissimum Reuerendiss. Dominorum Rotae iudicasse metum & paternam reuerentiam non sufficere ad annullandum matrimonium.

7 Tum quia id verum est de metu & verecundia paterna, quam sola praesentia patris inducit, ut clare probat textus, & praeter alios adnotauit Panormitanus, l. quod commendauit Felinus: nos autem loquimur de tali reuerentia paterna, quae inducit metum, & quae causa fuit ut consentiret filia, vel filius, aliis non consentens, vel consentens: quando quidem praesupponitur praefatam puellam noluisse contrahere cum praefato adolescente sponsalia, & cum lacrymis id dixisse matri suae, & post contracta sponsalia antequam contraheret matrimonium frequenter id dixisse ante familiares suos, se nullatenus velle contrahere cum illo, immo & expressè protestatam fuisse coram notario, & testibus, quod si contingeret illam dicere aliqua verba, quibus significaret talem consensum, dicturam ea contra mentem & voluntatem suam propter metum & reuerentiam sui curatoris, & aliorum illius amicorum vel familiarium. Tum quia hoc significant verba legis primae, n. ibi: & hoc causa cognita, si liquido appareat libertum metu solo, vel nimia patris reuerentia ita se subiecisse, ut vel penali quadam stipulatione se subicere. Per quae significatur, quod non solum annullatur actus factus coram eo, cui debetur reuerentia, ut patri, vel patrono, eo tempore quo dat libertatem: sed etiam si fiat postea, dummodo causa cognita appareat, quod propter metum, vel nimiam reuerentiam consentit, ponderanda est enim illa disiunctiva, metum, vel nimiam reuerentiam: cum ad veritatem alternatiuae altera pars sufficiat, & inde subiungimus sequentia.

8 Primo quidem, quod cum (ut nos confutata irrefragabiliter definitione iusti metus communiter recepta in Manua. confess. a. concludimus) arbitrio iudicis relinquendum sit, quis metus dicatur iustus, iuxta glossam memorabilem & communiter receptam b. videtur nobis, salua iustiore sententia, quod vir bonus, prudens, & doctus, coram quo omnia praedicta probata fuerint, debet arbitrari praefatum matrimonium fuisse factum metu & reuerentia iustis ad annullandum matrimonium.

9 Secundo, quod quicquid dicant aliqui, sufficit ad annullandum matrimonium sola nimia reuerentia paterna, ob quam contractum fuit ab ea quae non erat aliis contractura, per l. i. c. quatenus probat, id quod promisit libertus causa oneranda: libertatis propter nimiam reuerentiam, esse rescindendum. Non obstat, quod textus habet, propter metum, vel nimiam reuerentiam: quia non habet copulatiue propter metum, & nimiam reuerentiam, sed propter metum, vel nimiam reuerentiam, alternatiue: ad cuius veritatem sufficit alteram partem esse veram, ut supra dictum est. Nec obstat item, quod textus loquitur de promissione liberti propter nimiam reuerentiam patrono factam. Quoniam hic textus extenditur ad mulierem contrahentem matrimonium ob nimiam reuerentiam patris, & ad clericum renunciantem beneficium ob nimiam reuerentiam Episcopi, ut ait glossa. d.

10 Nec obstat etiam, quod non ait promissionem liberti esse nullam, sed rescindendam, quia regulariter actus meticulous, & ob reuerentiam facti, non sunt ipso iure nulli, sed actione quod metus causa rescindendi, iuxta glossam magnam & celebrem c. receptam fere per omnes, excepto Fortunio, & alijs paucis, f. qui dixerunt ipsos ipso iure nullos. Non inquam hoc obstat: quia omnis metus, qui facit contractus alios rescissione dignos, facit matrimonium ipso iure nullum, secundum sententiam receptam in dicta glossa & vbique. Non obstat etiam, quod ait, causa cognita. quia non omnis reuerentia rescindit actum, videlicet rescissione dignum facit, sed illa ob quam fit actus, qui alioqui non fieret. & ita hoc est probandum, per ea quae adducit Felinus. Non enim, ut ibi notabiliter ait Panormitanus, omnis praesentia patris, quam constat aliquam reuerentiam inducere in filium, sufficit ad rescindendum, vel annullandum actum, sed illa, ob quam fit, qui alioqui nullatenus fieret: quod ipsum ait etiam Felinus, licet non ita late h. & alij alibi, quos ille citat vtrobique, & additio Bartholi i. & probat optime cap. i. k.

11 Tertio probatur, quod ratio tota, quare metus & reuerentia annullant actum matrimonij, & alios actus faciunt rescissibiles, est, quod tollunt consensum, videlicet libertatem consentiendi necessariam ad actus valorem, videlicet firmitatem: & omnis reuerentia, quae operatur tantum, quod illa non interueniente non fieret actus, tollit consensum, videlicet efficit illum adeo coactum & inefficacem, quod non valet, vel est inuolundum: ergo sola illa si probetur sufficit ad rescindendum, videlicet annullandum actum, argum. l. abigere. l. & ca. meminimus. m. eorum quae ibi adnotauit Panormitanus de lege extendente se, vel astringente eatenus, quatenus ratio eius se extendit vel astringit. n.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE. SYMMARIVM.

1 Impedito, cum restituitur aduersus lapsum temporis, datur tempus a lege statutum, alioquin illud solum in quo fuit impeditus.

1 Parochus ad sumendos ordines in fine anni impeditus restituitur non ad alterum annum, ut appellans sed ad tempus in quo fuit impeditus.

CONSILIVM I.

AN Commendatario Ecclesiae regularis curatae in quadrimestri vltimo anni, intra quem tenebatur promoueri, legitime impedito, detur quo ad vtrumque forum alius integer annus ad promouendum, cessante praefato impedimento, vel tantum complementum partis anni, in qua legitime impeditus fuit?

a Ca. 22. nu. 51. b In cap. cum dilectus. quod metus causa.

c §. qua oneranda. ff. qua rum rerum actio non detur.

d In dicto §. qua oneranda. verbo metu.

e In c. abbas. de ijs que vi. f De vlti. fin. illat. 27.

g In c. nonne. de praesumpt. nu. 22.

h In cap. cum omnes. n. 12. de consit. i In dicto §. qua oneranda. k §. porro. de despons. impub. lib. 6.

l §. quamuis. ff. de iur. patro. m Et ca. suggestum. n De appellat.

a De appellat. & in c. si electio. & in ca. si ex eo. de electio. lib. 6. b Arg. c. 1. de restit. in integr. cuu ei adnota.

1 Respondetur, quod multa possent induci ad suadendum, quod detur annus integer legitime impedito, ex his quae habentur per omnes in cap. ex ratione, a & ex alijs locis per Doctores citatis in eis. Sed vetius videtur dandum esse ipsi tantum temporis, quatenus fuit impeditus, b & quia iura, quae contra hoc possunt allegari, loquuntur, quando per legem statuitur, & determinatur tempus, ad quod quis restituendus est propter impedimentum, nos autem loquimur de restitutione impediti ad tempus non determinatum a lege, sed determinandum ab homine, quod videtur esse metiendum per tempus impedimenti, ratione cuius illud restituitur. Salua maturiore sententia, quam nunc non vacat latius discutere.

DE ARBITRIS.

SYMMARIVM.

1 Arbitrarius electus, ut iudicet in conscientia inter actorem & reum, debet probationibus illam fidem adhibere, quam adhibuisset iudex fori exterioris: unde actori, etiam alioqui fide digno, non desert iuramentum, nisi pro illa parte, quam semiplene probauerit.

CONSILIVM I.

Titius dicit, se olim sexdecim in circa annis praeteritis mutuo dedisse Sempronio viginti quinque aureos, nulla interueniente scriptura, id quod tamen Socrates Sempronij affinis scire potuit. Sempronius negat se hanc pecuniam accepisse, ductus tamen quibusdam persuasioneibus vna cum Titio, arbitrum sacerdotem constituunt ambo, qui in conscientia tantum iudicet (quicquid sit de foro exteriori) an Titius possit tuta conscientia hanc pecuniam petere, & Sempronius etiam in conscientia teneatur restituere. Arbitrarius Socratem medio iuramento ad instantiam Titij interrogat, qui respondit se oprime recordari olim nomine Sempronij in quadam necessitate constituti accessisse Titium in propriam Socratis domum, vbi Sempronius erat, quo in loco postquam in quodam camerino infero multa verba inter se habuerunt, proprijs oculis vidit Titium exbursare quamdam pecuniam summam, sed sibi incertam aureorum Sempronio: cui Titio disce-

menti, & domum reuertenti dixit Sempronius: *Cosi voglio no esser, come Titio gli amici, quando a bisogno sono aiutati.* cui Titius vrbane respondit. Huic attestationi proprium iurandum addit Titius, qui iurat se olim mutuo dedisse praedictam summam praedicto Sempronio, & numquam sibi restitutam fuisse. Nunc quaerit arbitrarius, an ductus praedictus, & bona Titij fama, qui & nullius eget (est enim diues) debeat in conscientia Sempronium restringere ad solutionem.

1 Respondeo primo, quod quaestio haec difficilis est: leges enim, & canones, vnde haurienda est eius decisio, valde torquent eorum interpretum ingenia, ut videre est in comment. l. in bona fidei. a Nam praeter ea, quae iura disponunt, oportet scire qualitates bonas, & malas Titij, & Sempronij, ad sciendum, vtri eorum debeat iuramentum deferre. Secundo tantam difficultatem habet in foro conscientia, quantam in exteriori: quia tota difficultas consistit in arbitrando, an Titio, an vero Sempronio sit deferendum iuramentum. Tertio, secundum opinionem mihi vtiorem, & receptiorem Bartholi, Panormitani & aliorum multorum, iuramentum hoc casu non debet deferri Titio quo ad omnes viginti quinque aureos: quia Titius est actor, & Sempronius reus, & Titius non probat simpliciter quo ad viginti quinque: & ad actorem numquam est deferendum iuramentum in supplementum probationis, nisi post semiplenam probationem, quae requirit vnum testem integrum, qualem non habet Titius quo ad viginti quinque: licet habeat quo ad aliquos. Quarto, quod potest arbitrarius condemnare Sempronium ad soluendos illos, siue tot aureos, quos, vel quot Socrates iurauerit vidisse mutuari, quia quo ad illos habet semiplenam probationem, & est aequae bonae, aut melioris qualitatis, quam Sempronius. Quinto, quod postea praedictus arbitrarius cogere Sempronium ad soluendum tot, quot Socrates iurauerit se vidisse mutuari ei, & cogere ad iurandum, quod non recepit plures: quia licet actori non possit deferre iuramentum in supplementum probationis, nisi quo ad semiplenam probationem, postea tamen reo deferre iuramentum purgationis, data praesumptione aliqua notabili contra eum, qualis potest satis iudicari quod in casu proposito inuenitur. Salua, &c.

Finis Libri Primi.

a In c. per ve nerabilem. n. 21. qui filij sint legit. b Capit. sunt quidam. 23. q. 1.

c In d. c. cum locum. d Ca. 12. nu. 50. & 51.

e Ca. cum dilectus. de ijs que vi.

f Ca. praesens. 20. q. 3.

g Argu. gloss. notab. recept. in cap. 2. de elect.

h Ca. 14. n. 3.

i 22. num. 50. & 51.

k In cap. 1. §. porro. de despons. impub. lib. 6.

l In c. nonne. de praesumpt. m Ibidem n. 22. & in c. cu omnes. de consit.

n §. qua oneranda. ff. qua rum rerum actio non detur.

o Ca. in alter natus. de regul. iur. lib. 6.

a C. de reb. cred. & in c. si de iur. & in l. admo nendi. ff. eod. & in cap. fin. lib. 6.

# CONSILIORVM

## SIVE RESPONSORVM

MARTINI AB AZPILCVETA

DOCTORIS NAVARRI.

LIBER SECVNDVS

### DE IVDICIIS.

#### SVM MARIVM.

- 1 Sodomia cum propria vxore minus delictum est, quam cum alia persona commissa: estque mixti fori.
- 2 Mixti fori crimine laicum ab Ecclesiastico canonica pœna punitur potest seculari pœna puniri: vnde Ecclesiasticus nec debet reum curia seculari tradere, nec inhibere ne puniat.

### CONSILIVM I.



**A** N VICARIVS Episcopi possit tradere curia seculari laicum confessum tantum per tormenta crimen sodomia: cum sua propria vxore admittum, absq; timore irregularitatis contrahende per mortem a seculari iudice inferendam?

Respondeo, quod putarem, si vicarius essem, id mihi non fore licitum, neque decens, Tum quia crimen præfatum cum vxore propria admittum paulo minus videtur, quam commissum cum alia persona. Tum quia non probatur alio modo, quam confessione per tormenta exacta: quæ probatio est minus legitima. Tū quia, vt arbitror, proceditur via inquisitionis, per quam iure Pontificio regulariter non punitur inquisitus pœna ordinaria rigorosa.

2 Tum quia non est necessaria traditio faciendæ curia seculari, cum ille sit laicus, & crimen est mixti fori, & iudex laicus potest eum punire laicè, quamuis puniatur à vicario canonice, arg. ca. felix. §. præmissis. de pœnis lib. 6. per quod Panor. & Felinus cum aliis citatis ab eo, b tradunt, puniti ab Ecclesiastico iudice pœna canonica pœnitentia, posse iterum puniti per iudicem secularem pœna seculari, si crimen est mixti fori. Tū quia vicarius facit officio suo satis, castigando eum canonice exilio aliquo iusto, & aliis pœnis pœnitentialibus, & soluendo illum à vinculis sine aliqua traditione processus probationum coram se factarum, non inhibito, neque requisito iudice seculari, qui suo arbitrio faciat, quod ei iustius videretur. Salua, &c.

#### SVM MARIVM.

1 Episcopus cum verbaliter à se depositis dispensare valet, modo non fuerit facta ob crimen maius adulterio.

### CONSILIVM II.

**R** Esolutio est, Episcopum posse dispensare cum verbaliter à se deposito, vt tenent Panoritanus Felinus Decius, & communis, c maxime si in sententia sua, vel vicarij sui hoc faciendi potestas fuerit sibi referuata: quod certissimum est, cum depositio facta fuit ob adulterium, vel alia crimina eo minora, vel saltem non maiora: si autem depositio fuisset facta ob hæresim, vel alia crimina, videtur non posse.

#### SVM MARIVM.

- 1 Dispensare potest Episcopus cum deposito à se per sententiam verbaliter ob crimen, super quo potest dispensare.
- 2 Episcopus dispensat in criminibus adulterio minoribus.
- 2 Incestus cum matre, & filia carnali, crimen maius adulterio, secus si sit perpetratus in gradu remotiori, vel cum cognata spirituali.
- 3 Dispensare potest Episcopus super incestu etiam maiore adulterio,

quia hoc expresso iure ei conceditur.

3 Incestus spiritualis non est proprie incestus.

### CONSILIVM III.

**Q** UOD Episcopus possit dispensare super sententia sua & restituere depositum per illum ob incestum spirituale, ad suos ordines, facit primo, quod Episcopus potest dispensare cum deposito à se verbaliter tantum ob crimina, in quibus licet ei dispensare, a secundum Speculatorem, b & Panoritanum c quem Felinus & Decius ibi sequuntur per iura ab eis citata, respondentes Aretino contra tenenti. 2 Secundo, quod Episcopus potest dispensare in minoribus criminibus adulterio, & licet incestus verus cum matre, & filia carnali, sit maius crimen, quam adulterium, d alius tamen incestus in remotiori gradu, vel cum cognata spirituali non videtur esse tā grandis, sicut adulterium argu. l. si adulterium, e & eorum, quæ subtiliter dicit vterque Thomas, f quicquid glossa dixerit, g & Doctores ibi parū differentiam aduertentes.

3 Tertio, quod est sententia Ioan. And. quæ sequitur Pan. h & Fel. Dec. & communis habet, posse Episc. in incestu etiam maiori adulterio dispensare. Tū per c. virginem. i Tū quod licet Episc. nō possit regulariter dispensare in criminibus maioribus adulterio, potest tamen, quando expressè id ei iure conceditur, vt conceditur in incestu per prædicta iura.

Quarto id probatur, eo quod incestus spiritualis non est proprie incestus, quia sola consanguineorum & affiniū coniunctio est proprie talis, k & tradit pulchrè Caiet. l. dicens, copulam cum cognata spirituali, nō proprie, sed metaphoricè dici incestum. & ita esto incestus carnalis sit crimen maius adulterio, metaphoricè tamen nō est talis. Quare sine dubio poterit Episc. in eo dispensare. Salua, &c.

#### SVM MARIVM.

1 Dispensatio matrimonialis obtenta in foro conscientia tantum, etiam si de ea fuit fides, tamen non prodest quo ad effectus fori exterioris, in quo constat de impedimento nu. 7.

1 Iudex iudicare debet secundum veritatem illam quam nouerit, vt iudex illius fori, in quo iudicat. nu. 10.

1 Actus valor à potestate & voluntate facientis pendet.

2 Contradictoria nec esse, nec iudicari possunt simul vera: at quod aliqua sint valida quo ad quid, & inualida quo ad aliud, contradictorium non est. nu. 11.

3 Sacramentum etsi à futura approbatione vel reprobatione Papa, nec aliter à futuro euentu potest pendere, sed statim valet, vel non valet, & nu. 11. potest tamen ab eo statui, vt idem iudicetur validum in vno foro, & non in alio, nu. 9. vel quod iudicetur tale in vno foro, & non in alio, nu. 11.

3 Matrimonium, sicut & alia sacramenta, non potest pendere, sed statim valet, vel non, & si non valet, non potest à futuro euentu incipere valere: sicut & si valet, nō potest ob futurum euentum effici ne valuerit.

4 Iudex secundum eamdem conscientiam cōtraria iudicare nequit. n. 12.

5 Litera Pœnitentiaria quo ad forum contentiosum non suffragatur. nu. 12. & 13.

7 Dispensatio limitata quo ad forum interius & illius effectus, ad exterius & illius effectus non extenditur.

8 Absolutus quo ad forum interius tantum, non est quo ad exterius siue illius effectus, absolutus.

9 Contradictoria vt aliqua dicantur, oportet vt respectu eiusdem rei & qualitatis sint opposita.

13 Papa potest statuere, immo iam per iura statutum est, vt iudex

per quam

a In c. sua. de procuratorib. col. penul.  
b In c. de ijs. sal. 11. de accus.

c In cap. at si clericis. §. de adulterijs. de iudic.

per quamdam probationem credere, & iudicare possit aliquid quo ad vnum effectum, & non quo ad alium, seu in vno foro, & non in alio.

### CONSILIVM IIII.

**F** acultas dispensandi cum iis, qui publicè, & bona fide in foro tantum conscientia, cum sit per bullam cruciatam commissario concessa, & in eo foro commissarius dispensauerit. Quæritur, si de impedimento in foro exteriori constet, & de prædicta dispensatione, an iudex fori externi debeat secundum conscientiam & veritatem iudicare matrimonium validum.

1 Respondeo, quod pro parte affirmatiua huius dubij facit primo, quod iudex debet iudicare secundum rei veritatem, & non secundum falsitatem fucata, iuxta illud, a secundum iustitiam, supple verā, id est, nō fucata, iudicabit. at verè prædictum matrimonium valet coram Deo, ergo debet iudicari validum. Secundo, quod potestas & voluntas cōcurrentes in aliquem actum, faciunt illum validum, b & in casu illa videntur concurrere in dispensatione: quippe qui habebat facultatem Papæ ad id faciendum concessam, voluit dispensare, & actu dispensauit, ergo &c.

2 Tertio, quod duo cōtradictoria nō possunt esse, nec iudicari simul vera, c & consequenter matrimonium prædictum non potest dici, nec iudicari validum, & nō validum, at dicendum est esse, & verè iudicari validum: quia est validum in foro conscientia secundum vtramq; partem, ergo validum est, arg. à toto ad partem, quod valet secundum dialecticos, & Baldum. d

3 Quarto quod sacramentum non potest pendere à futuro euentu, nec futura ratificatione, vel approbatione etiam Papæ, vt tradit Paludanus, quem nos munimus, & sequimur alibi, e nam licet Papa possit efficere, vt facta virtute sua legis habeantur pro infectis etiam ex tunc, f non tamè potest efficere, vt id quod verè est, vel fuit sacramentum, habeatur pro non tali, & infecto, g cum iure diuino subsistat, & Papa illud annihilare nequeat, h & consequenter hoc prædictum matrimonium, quod à principio valet, non potuit definire valere ob futurum euentum mortis mariti, nec contradictionis vxoris, nec Papa potuit efficere ne valuerit, vel ne valeat.

4 Quinto, quod licet iudex posset iudicare vnum secundum conscientiam, quam habet, vt priuata persona, & cōtrarium secundum conscientiam, quam habet vt publica, non tamen potest secundum eandem conscientiam iudicare cōtraria, secundum omnes. At iudex huius causæ, visis eius actis, debet iudicare hoc matrimonium esse validum quo ad forū conscientia, etiam secundum conscientiam, quā habet vt iudex & publica persona: ergo non potest iudicare illud esse inualidum, ramquam iudex, secundum eandem conscientiam, nā qua ratione conscientia priuata non potest dicere duo cōtraria, eadem nō poterit etiam publica, arg. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.

5 Sexto, quod cum sequenti vno est maximum argumentum, quod pro hac parte afferri potest, quod licet remitti possit pœna, & dari absolutio, & fieri dispensatio quo ad forum conscientia tantum, ita quod non profint, nec noceat quo ad contentiosum, donec sciatur in illo, videtur tamè, quod non possint illa dari, vel fieri quo ad hoc, vt nō operentur effectum in foro contentioso, posteaquā scite fuerint in eo. Pro quo facit antiquus stylus Pœnitentiaria, de quo Sarnensis in regula de non iudicando iuxta formam supplicationis, i restatur, secundum quem stylum, litera, in quibus committetur absolutio, vel dispensatio quo ad forum conscientia tantum, dirigebantur cōfessariis clausa, & sigillo munita, sicut & nunc diriguntur, & præterea in eis apponebatur clausula, vt id fieret sine testibus, & cōfecto actu lanaretur, siue ruperetur litera: quod nō aliaratione videtur fieri solitum, quā ne probatione postea facta per illas operarentur etiam effectum in foro exteriori, & contentioso. & cū in casu proposito cōstet iudici, quatenus iudex est, de dispensatione prædicta in foro conscientia, debet iudicare prædictum matrimonium valuisse.

6 Septimo, quod videtur nō posse fieri etiam à Papa, vt matrimonium, de quo in vtroq; foro cōstet esse legitimum iudici, tanquā iudici, nō debeat iudicari verū, & legitimum quo ad

vt vtrumq; forū: quia vna & eadē conscientia, quæ per vnā & eandem scientia publicam ducitur, non videtur posse cōtraria dictare, cum vna & eadem res vno & eodem iure celsenda sit. a At in casu proposito cōstat iudici vt iudici de prædicto matrimonio quo ad vtrumque forum, ergo.

7 Non obstantibus tamen iis, videtur dubium positum negatiuè esse resoluendum, scilicet, quod non adsit talis dispensatio, quæ ad effectum, de quo agitur, suffragetur ad validitatem matrimonij: quia effectus, de quo agitur, pertinet ad forum exterius, & contentiosum, vt palam est, & dispensatio prædicta nullatenus validauit matrimonium, de quo agitur, quo ad forū exterius, & contentiosum. Primò, quia limitata causa limitatū producit effectū, b & tā facultas dispensandi commissariis cōcessa cruciata, quā dispensatio facta per illos super impedimento prædicti matrimonij, fuit limitata quo ad effectus fori conscientia dūtaxat, ergo non valet quo ad forum contentiosum. Secūdo, quia actus agentium non operantur ultra intentionem eorum. c At tam Papa faciens facultatem dispensandi, quā commissarij eius dispensantes per facultatem prædictam cruciata expressè restrinxerunt eam quo ad effectus fori interioris, & conscientia tantum: ergo actus eorum non possunt operari, neque prodesse quo ad alios.

8 Tertio, ea que sunt iudicanda valida quo ad alterum forum dumtaxat, non debent iudicari valida quo ad vtrumque. Tum per ca. de his. iuncta glo. recepta, d quatenus habet absolutum quo ad forum conscientia tantum, non est absolutum quo ad forum exterius: quam communiter receperunt sequitur Ioan. ab Anania. e Tū quod iudex, qui scit reum coram se accusatum fecisse delictum, de quo accusatur, si de illo coram eo legitime probetur innocens, debet eum absolueret quo ad forum contentiosum, & nō quo ad forum conscientia, & e cōtrario, si scit eum non fecisse, & probetur nocens, debet condemnare iuxta iura, f & tradit D. Thom. cōmuniter receptus, g vbi profundè probat Caiet. sequutus alios multos DD. clausos. Tum quod sponsi de futuro, secuta copula carnali, erit iudicandū cōiuges quo ad forum exterius ante Conc. Trid. h non tamè quo ad forū conscientia, nisi vxorio affectu eam habuissent. Tum quod contrahentes matrimonium per verba de præfenti dicta sine intentione contrahendi, iudicadi sunt in foro exteriori cōiuges, non autem in interiori. i Cum ergo constet dispensationem, de qua agitur, esse limitatam quo ad forum conscientia tantum, non est iudicandum per eā matrimonium esse validum in foro contentioso.

9 Postremo, quod Papa potest statuere, cōcedere, vel dispensare efficere, quod aliquod matrimonium valeat quo ad forū conscientia, & nō quo ad forū cōtentiosum: quia efficere quod aliquod valeat quo ad vnu forū, & nō quo ad alterū, nō est efficere quod vnum & idem verè valeat, & nō verè valeat, sed quod sit iudicadū verè valere quo ad vnu forū, & non esse iudicandum verè valere quo ad alterum, quæ nullatenus sunt contradictoria: quia, vt aliqua sint talia, oportet vt sint opposita respectu eiusdem rei, vel qualitatis, secundum veram dialecticam, qualia non sunt hæc, vt palā est: sicuti non sunt contradictoria, hic est idoneus ad vnu munus, & non ad aliud: nec illa, hic est successor patris quo ad vnum & non est quo ad aliud: nec illa, Papa absoluit hunc ad hunc effectum, & non absoluit eum ad alium: nec illa, hic iudicat reū condemnandum secundum allegata & probata, & non iudicat eū condemnandum secundum conscientiam priuatam.

10 Non obstant opposita. Ad primū enim responderet ex mente D. Tho. k concedendo quod iudex debet iudicare secundum veritatem, sed nō qualemcumque, sed tantum secundum illam, quæ sufficit ad iudicandum quod iudicare intēdit, quam nouerit vt iudex. & in casu proposito iudex non nouit simpliciter veritatem prædicti matrimonij, sicut dicitur in responsione ad vltimum, & minus ad iudicandum illud esse verum quo ad forū contentiosi effectus: quia cōtrarium significat limitatio tam in facultate dispensandi, quam in ipsa dispensatione expressa.

Ad secundum concedimus actus valorem pendere à potestate & voluntate agentis, & Papam quidem habuisse, & habere potestatem concedendi facultatem dispensandi quo ad vtrumque forum: sed negamus voluisse eam facere commissariis cruciata, item habuisse commissarios pote-

a Ca. cognoni m. 12. q. 2. & l. eū qui. ff. de vsucap.

b L. in agris. ff. de acquir. rer. domi.

c L. non omnis. ff. de reb. cred.

d De accusa.

e Ca. dicto de his. col. 1.

f Le. illicitas. §. veritas. ff. de off. præjud. c. iudices. 1. q. 7.

g 2. 2. qu. 60. art. 6. & clarus qua. 67 art. 2.

h Per c. is qui fidē de sponsal.

i Cap. sua cū ei annor. de sponsalib.

k 2. 1. qu. 67. art. 2.



statem, & voluntatem id faciendi: quia immo neutra eis fuit, vt ex facultate sibi concessa limitate, & ex dispellatione facta ab eisdem cum eadem limitatione palam constat.

Ad tertium concedimus non posse duo contradictoria simul esse, nec iudicari vera, & consequenter non posse dici, nec iudicari simpliciter matrimonium predictum esse validum, & non validum. Sed negamus primo predictum matrimonium posse iuste iudicari a iudice fori contentiosum validum etiam quo ad forum conscientia: quia in dicta responsione ad vltimum monstrabimus illud ei non probari, & ita cessat argumentum de toto ad partem. Negamus secundo illum iudicare contradictoria: quia iudicat aliquid esse validum quo ad quid, & quo ad quid non, vt probatum est in vltimo argumento pro parte negate formato: & consequenter iudicet posse iudicare sine vlla contradictione hoc matrimonium non esse validum quo ad effectus fori contentiosum, licet esset validum quo ad effectus fori conscientia.

Ad quartum concedimus in eo assumpta, & consequenter quod matrimonium predictum statim ab initio ita valuit, aut non valuit, vt Papa non potuerit efficere ne valeat, aut ne valeret: sed negamus quod Papa non possit statuere, vel dispensando efficere, vt aliquod matrimonium, vel aliquod sacramentum, quod vere debet iudicari tale in vno foro, non debeat iudicari esse tale in alio foro: quia hoc nulli legi diuinae repugnat, licet enim Papa non possit efficere, vt confessio & absolutio sacramentalis iam legitime facta non valeant, potest tamen efficere, ne in foro contentioso iudicentur valida, immo iam effecit, per eadem iura iudicandum esse, quod illa iam legitime a penitente, & parochia facta, & mortuo parochia, iudicari debeant valida in foro conscientia, non tamen iudicari debent tales in foro contentioso: quia non potest probari in illo eas fuisse factas, prout nec potest mortuo confessario, per quem solum poterant probari, iuxta glo. & ei annot. Per eius ite iura iudicandum est, quod excommunicatus absolutus in foro conscientia tantum a Papa, licet statim a principio sit vere absolutus in illo foro, non iudicetur absolutus in foro contentioso.

Ad quintum concedimus in eo assumptum, videlicet, non posse iudicem iudicare duo contraria secundum eandem conscientiam, siue ea sit priuata, siue publica. Negamus tamen primo, iudicet fori contentiosum in hoc casu posse iudicare matrimonium predictum esse validum quo ad aliquod forum: quia non constat ei, tamquam tali iudici, valere illud quo ad illud forum, vt statim probabitur in d. responsione ad vltimum. Negamus secundo esse contraria iudicare hoc matrimonium non esse validum quo ad effectus fori contentiosum, vt supra probatum est, & esse validum quo ad effectus fori conscientia.

Ad sextum negamus in eo assumptum, per adducta in postremo argumento pro nostra parte adducto, concedimus autem, quod predicta litera dabantur clausa, & sigillata, & quod in multis earum ponebatur clausula de laniandis literis post absolutionem, vel dispensationem per eas factam: sed negamus, quod id fiebat ad finem, ne contenta in eis, posteaquam scirentur, & probarentur, proderent in foro contentioso. Tum quia hoc nemo vquam dixit. Tum quia, etiam Sarnensis, qui de hoc, testatur, ideo definit hoc fieri solitum, vt euitaret necessitas componendi, quae fuisset necessaria ad hoc, vt in foro contentioso iuaret. Tum quia verius videtur id fuisse vltatum, ne secreta peccata, & delicta, de quibus occultandis grauissimum iuramentum in Penitentiariae praetorio praestatur, in infamiam eorum, quibus gratia fiebant, panderentur: sed quia ex illa literarum laniatione eueniebant aliqua inconuenientia absolutis & dispensatis per eas, nuper inductum est, vt rarissime ponatur illa clausula, habito pro coperto, quod per illas literas, quibus fit vel committitur absolutio, vel dispensatio in foro conscientia tantum, non probetur quidquam quo ad forum contentiosum, ad hoc vt iudex illius fori teneatur ad aliquid faciendum, vel omittendum in illo foro, ad quod litteris illis non visis non teneatur, quod mox fustus probatur.

Ad septimum respondeo primo, negando assumptum in eo, siue maiorem. Potest enim statuere Papa, immo iam

statutum est, quod iudex per quadam probationem possit credere, & iudicare aliquid quo ad aliquem effectum in aliquo foro, & non quo ad alium, & in eodem foro: cuius rei septem exempla quotidiana adduximus pridem in cap. si quis autem, quae ibi videri possunt. Secundo respondeo, negando etiam assumptum, siue maiorem, scilicet, quod in casu proposito costet iudici, vt iudici, de hoc matrimonio quo ad vtrumque forum. Tum quia non est propositum Papa, vt litera predicta, quibus dispensatio predicta facta fuit quo ad forum conscientia tantum, probent illam quo ad forum contentiosum magis, quam litera penitentiariae, quibus eiusmodi dispensationes fiunt secretae quo ad forum conscientia tantum, per quas palam est non probari res in eis contentas, vt per literas Cancellariae. Tum quia non est etiam propositum Papa, vt per illas literas probetur quo ad forum contentiosum magis, quam per solam signaturam gratia, vel dispensationis, per quam illa non probantur quo ad forum contentiosum, iuxta regulam de non iudicando iuxta formam supplicationis, & regulam 53. iuxta quam dispensatio non suffragatur, nisi litteris expeditis. Tum denique quod stylus Curiae, qui facit, omnium consensu habet, intentionem & mentem Papae esse, ne illa, quae per sacram Penitentiariae quo ad forum conscientia tantum conceduntur, probari possint quo ad forum contentiosum, & effectus illius per literas secretas, quae ab ea manant: & a fortiori credendum est, nolle suam sanctitatem, vt litera commissariariorum suorum concedentium aliqua quo ad forum conscientia tantum, probent quo ad forum contentiosum plusquam illa, cum eiusmodi commissarij videantur esse quidam subrogati loco sui penitentiarij maioris, & subrogatus debet sapere naturam eius, cui subrogatur, & Salua, &c.

Aduertendum Nauarrum non solum non negare, immo expresse affirmare matrimonium per in foro tantum conscientia dispensatos contractum, esse semper, incommutabiliter, validum, sed ex quo dicta dispensatio eis non suffragatur, nisi quo ad forum conscientia, inde sequitur iudicem fori exterioris debere cum predictis se gerere ac si sine dispensatione (cum de ea ipsi legitime non constet) contraxissent.

DE FORO COMPETENTI.

SVMARIUM.

- 1 Francorum regnum tamdiu posse durare dixit. Franciscus Primus, quamdiu in eo fides Catholica Romana coleretur.
1 Bullam Cene Domini ne publicetur in suo regno Rex Gallie, eius ve parlamentum prohibere iure non potest, quia hoc esset Ecclesiasticis sibi non subditis sine iurisdictione precipere, nu. 2. & de re spirituali, ad quam non se extendit laica potestas, iudicare. nu. 9. ad fin. & n. 10. licet dicta bulla feratur contra laicos Regi subditos, nu. 11. tamen cum respiciat spiritualia, seu eis annexa, ac materiam peccati, quo ad ea predicti simul cum Rege Ecclesiastica subsunt potestati. numero 15.
3 Potestas laica ab Ecclesiastica distincta est, a Deo humano generi communicata ab exordio mundi, ad se circa naturalia secundum naturalem rationem bene gubernandum, beateque viuendum data, & inde ad Reges & Principes translata, ad ecclesiasticam nequaquam, nu. 2. & 4. neque contra ecclesiasticas personas, nu. 2. seu res spirituales, nu. 5. spiritualibus ve annexis, nu. 6. se extendens, immo ea minor est, nu. 4.
3 Potestas ecclesiastica a Christo instituta ad gubernandum per supernaturales leges, & rationem, & per supernaturalia dirigentia homines in hac vita ad gratiam diuinam, & in altera ad gloriam sempiternam obtinendam, nequaquam ad sola naturalia seu laicalia, nu. 2. nisi prout ad dictum finem supernaturalem opus est, se extendit, nu. 3. & eius Vicario, qui est Pontifex, nu. 2. super omnes, etiam quod sint Reges, tradita, nu. 4.
6 Spiritualia in salutem animarum principaliter directa, alia a Deo immediate instituta sunt, vt sacramenta: alia vero ab Ecclesia supernaturali sibi tradita potestate in animarum salutem etiam per annexionem decreta, vt sunt consecratio, benedictio ecclesiae, & similia, censura ecclesiastica, beneficia, & eis annexa, nu. 7. ac spiritualia statuta, num. 6. & 13. ad qua laica potestas nequaquam se extendit, nu. 8. & 9. nisi prout ex priuilegio eidem in aliquibus ab Ecclesia concessio licet, nu. 10.

a De penit. dist. 7. a num. 102.

b Cap. quam graui. de crimine. fals.

c L. eum qui. §. qui in iura. rum. ff. si quis cautio. & ca. ecclesia vlt. te pendente.

a Arg. c. cum. ca. per mundum. 4. q. 3. ca. propositis. de concess. prab.

b In ca. sestimonia. de testib.

c Vbi supra.

- 15 Bulla Cene in laicos ratione peccati, cuius censura ad Papam pertinet, pro bono publico fertur. nu. 17.
16 Citatio iure naturae necessaria est regulariter: fallit tamen, quando citandus actui qui fit, nullo modo, etiam si praesens esset posset contradicere, vel quando certum est ei nullam competere defensionem, itemque & in generalibus edictis, & censuris quae ad vitanda futura peccata proferuntur.
17 Papa, sicut Imperator, potest esse iudex in causa propria.

CONSILIVM I.

Svmma Auditorium Regis Christianissimi edixit, ne Svlla Cene in Francia publicaretur, statutis poenis contrarium facientibus. Queritur quid iuris?

1 Viso, & intellecto pro tenuitate mea hoc edicto Auditorij Regis Christianissimi, primum demiratus dolui, & fleui, perpendens eius tenorem adeo a Christiana erga summum totius Christianae Ecclesiae Principem habenda obseruantia & obedientia alienum. Deinde orauit, quamuis indignus, Iesum Christum totius Ecclesiae caput vnicum, vt suum Vicarium summum, Ecclesiamque sanctam, cui praesit, aduersus portas inferi protegeret, & Angeli, atq; Archangeli Regis Christianissimi: eiusque iudicij, praesertim Praetorij Parlamentij praefectorum tutelares eis persuaderent id, quod aliquando legimus Franciscum illum fortissimum, atque gloriosissimum Regum Francorum huius nominis primum dixisse, Regnum Francorum Christianissimum tamdiu posse durare, quamdiu in eo Christianissimus Catholicus, iuxta formam a Pontif. Max. Ecclesiae Sanctae Romanae summo praeside datam coleretur, ideoque Lutheranos, & omnes alios hereticos, qui suis haeribus illud insicere conarentur, censendos esse perduelles, & sua, siue Regni Maiestatis violatores, eo quod Regno suo machinarentur interitum. Tertio, quod non solum Sanctissimi D. N. fed etiam totius populi Christiani, & maxime Regis, qui nunc regnat, Christianissimi Henrici III. quaplorimum interest predictum edictum nullius roboris esse iudicari, & ne vquam aliud simile edicatur grauissimè constitui: quod studio quidem tumultuario breuiter sed efficaciter monstrabitur per haec quae sequuntur fundamenta.

2 Primum est, quod iuris naturalis per se noti est, non posse quem iuste sine iurisdictione ius dicere, & predictum Auditorium nullam habet iurisdictionem in Episcopos, & alios Praelatos, & ecclesiasticos, in quos per illud ius dictum est, per illud Ioannis Papae. Numquam de Pontificibus, nisi Ecclesiam, iudicare debere, non esse humanarum legum de talibus ferre sententiam. & illud eiusdem, Si imperator Christianus est, quod pace illius dicimus, filius est, non praesul Ecclesiae: quod ad religionem competit, discere ei conuenit, non docere. & illud Nicolai, Cum ad verum ventum est, vltro sibi nec Imperator iura pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorum vsurpauit: quoniam idem mediator Dei & hominum homo Christus Iesus adibus propriis, & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque discreuit. cum aliis sexcentis, quae id ipsum probat: at predictum Auditorium non est maius suo Regno Imperator est, ergo non potuit Episcopos, Archiepiscopos, & alios Ecclesiasticos in eo contentos iuste iudicare.

3 Secundum fundamentum sit, quod efficaci ratione probatur id, quod predicti Summi Pontifices & alij multi dixerunt, praesupponendo eam, quae post longam de hac re disputationem efficaciter concludimus in repetitio. c. nouit. neque quod potestas laica fuit immediate data a Deo mortalium communitati iam inde ab exordio eius ad sese gubernandum in rebus naturalibus, vt bene beateque viuat secundum naturalem rationem, potestas autem ecclesiastica est potestas instituta a Christo immediate, & supernaturaliter ad gubernandum fideles secundum legem Evangelicam in supernaturalibus, & quatenus ad id est opus, etiam in naturalibus: & quod haec duae potestates a se mutuo differunt penes causam materialem, formalem, finale, & etiam quodammodo efficientem: Penes efficientem quidem, quia potestas laica data fuit humano generi a Deo puro nondum homine facta ab exordio mundi, potestas vero Ecclesiastica a Deo facta homine: Penes autem materialem, quia laica data est ad gubernandum naturalia, Ecclesiastica vero directe ad gubernandum supernatu-

a L. vlt. ff. de iurisd. omniu iudi. cum similibus. b In ca. num. qua. 96. dist. ibi. c In c. si Imperator. ead. dist. d Ca. cum ad verum. ead. dist.

e De iud. notab. 3. praesertim nu. 81. & 80.

ralia: Penes autem finale, quia Ecclesiasticae finis est status supernaturalis in hoc saeculo per gratiam, in altero per gloriam, finis autem laica, naturalis vita, semper bona, seu virtuosa, quam faciunt virtutes morales secundum naturalem rationem, etiam sine gratia gratum faciente quae sitiles: Penes formalem, quia ecclesiastica principaliter dirigit secundum legem supernaturalem in sacris literis contentam, laica vero secundum legem & rationem naturalem, & leges per eam conditas. Praesupponendo, quod vbi supra efficaciter probamus ex his colligi, quod omnes Reges nostri saeculi, qua parte sunt solum tales, habent eandem, & non maiorem, nec minorem potestatem, & iurisdictionem, quam habuerunt Reges praedecessores eorum, qui etiam ante Christum passum regnarunt: quia potestas, siue iurisdictione laica ad humani generis gubernationem necessaria naturaliter aequalis fuit data populis ab eorum exordio, & per eos trallata, aut certe in vltimo concessa Regibus, & Principibus, qui genus humanum gubernarent & regerent circa res naturales, ad bene seu virtuosè viuendum per virtutes morales etiam per solam rectam rationem naturalem quae sitiles: & quod ex his sequitur, quod cum Reges, qui ante passum Christum fuerunt, non habuerint Ecclesiasticam iurisdictionem, quam nunc habent Papa, & Ecclesia, quia illa (vt supra dictum est) a passio Christo cepit, neque Reges, qui modo sunt, habent illam.

4 Et consequenter concluditur necessario ( fremant licet Lutherani ) verum esse id, quod Ioannes, & Nicolaus Pontifices Maximi supra relati, & alij sexcenti Pontifices, & doctores Orthodoxi dixerunt, nempe Reges subesse Pontifici Maximo quo ad ea quae attinent ad veram religionem, & suarum suorumque subditorum animarum salutem, nec quicquam posse absque ipsorum priuilegio iudicare, neque statuere de illis: esto quod eorum regia potestas sit antiquior pontificia. Tum quia lex Moisaica fuit antiquior Christiana, sed haec dignior illa. Tum quia antiquitas tum demum adicit dignitatem, quando caetera sunt paria, qualia non sunt inter potestatem Ecclesiasticam caelestia tractantem, & regiam tantum terrena respicientem.

5 Tertium fundamentum sit, quod predictum edictum non solum est iniustum ea ratione, quod per illud est dictum ius in personas, in quas quae decreuerunt illud, non habebant iurisdictionem, sed etiam illa, quod decreuerunt super rebus a iurisdictione laica omnino exemptis. Quod monstratur, praesupponendo primo, quod circa rerum spiritualium definitionem, de quibus loquimur, errauerunt multi Catholici eam nimium ampliando, & multi haeretici eam nimium angustando: quod prouenit ex eo, quod vt quidam recentiores aiunt, non est facile definire quid sit spirituale in hac materia, cuius dicti rationes licet ipsi non reddiderint, nos tamen pridem reddidimus in rub. de iudic. & in Manua. confess. nempe quod spirituale, siue spiritale dicitur omne, quod pertinet ad spiritum, spiritus autem dicitur proprie halitus, iuxta illud, Spiritus meus tenuabitur: & per translationem, metonymiam, vel metaphoram, nunc anima, iuxta illud, Tradidit spiritum: nunc ventus iuxta illud, Tamquam aduenientis spiritus vehementis: nunc omne incorporeum, iuxta illud, Spiritus est Deus? nunc alia, vt ait D. Thom. quare necesse est vt spirituale quoque multipliciter dicatur: & ita haeretici appellauerunt spiritualia sola illa dona supernaturalia supernaturaliter data generi humano a Deo Opt. Max. ad suam salutem aeternam, quae Spiritui sancto attribuitur: quamuis atq; a Patre & Filio darentur, cum omnia opera gloriosissima Trinitatis ab extra sint indiuisa. Pan. autem, Card. & multi alij nostri appellauerunt spiritualia omnia ad spiritum, quatenus sonat animam, pertinentia, & consequenter omnem sapientiam, scientiam, doctrinam, & id genus alia. Quorum vtraque via, quae profecto inuia est, relicta, sequenti viam regiam sacrae Scripturae, sacrorumque canonum, & Doctorum, praesertim, clarius aliis definiuimus, spirituale esse, vt huc pertinet, donum supernaturale a Deo immediate datum ad animarum salutem, vel institutum supernaturaliter ab eodem ad efficiendum, vel ab Ecclesia, potestate supernaturali sibi data ad conseruandum, vel conseruandum illud, quod dicitur annexum ei.

a In 4. li. senten. dist. 25. b Num. 23. c Ca. 23. nu. 99.

d Job. 17.

e Ioan. 19.

f Act. 2. g Ioan. 4. h 1. par. q. 41. art. 8. ad 4.

i S. Thom. in 4. dist. 75.

at. 7.1. & c. quam pio. 1. q. 2. b in 4. diffin. 25. q. 1. c. 2. 2. qu. 100. art. 1. 2. & 3. d in c. consue. de si. mon.

c Ca. 12. nu. 1. & 2.

f In d. ca. con. sulere.

g In d. ca. no. nis. de iudic. notab. 3.

h Ioan. 3.

i Ad Heb. 7.

k De consil.

l Ca. senim. de penit. dist. 2. m Arg. ca. 1. de regul.

n Argu. lib. lud. ff. ad leg. Aquil.

Quæ satis colliguntur ex cap. gratia, & cap. qui studet, & ex Doctor. præsertim Durando, & S. Thoma, & Ioanne Andrea & Panormitano. Dixi, donum supernaturaliter ad includendum spiritualia per essentiam, & excludendum dona naturalia. Dixi, ad salutem animarum: ad includenda insignia, seu arma, dotes, & victorias Regibus & principibus aliquot, vel aliis in alium finem, quam salutem animarum, supernaturaliter concessa. Dixi, vel aliquid institutum supernaturaliter ab eodem ad efficiendam: ad includendū spiritualiter per causam, qualia sunt sacramenta, quæ ipse solus instituit, & sola efficiunt instrumentaliter gratiam, vt diximus, & probauimus in d. Manua. Dixi, vel ab Ecclesia, potestate supernaturali sibi data: ad includenda spiritualia, quæ quidam appellant spiritualia statuta, vt Ioannes Andreas & Panormitanus, & communiter appellantur spiritualibus annexa, non quidem eo quod non sint spiritualia, sed quia non sunt tam spiritualia, quam instituta & data supernaturaliter & immediatè ab ipsomet Deo: & quod sunt instituta ob illa paranda, conficienda, conseruanda, & ministranda per potestatem supernaturalem supernaturaliter Ecclesiæ traditam, vt vbi supra declaramus. Nec rectè infertur hæc non esse spiritualia, eo quod dicantur eis annexa, vt infra monstrabitur.

7 Præsupponendo secundo, esse consequens prædictis, quod sunt spiritualia omnia sacramentalia, & alia sacramentis annexa ab Ecclesia per prædictam potestatem supernaturalem supernaturaliter sibi collatà ad paranda, conficienda, conseruanda, & ministranda sacramenta, nempe consecratio, & benedictio Ecclesiæ, vel altaris, vasorum, ornamentorum, aqua baptismalis, vel benedictæ, exorcismus, catechismus, excommunicatio, suspensio, & interdictum, ius patronatus, beneficia, & eorum electiones, collationes, præsentationes, renunciaciones, & id genus alia, & consequenter quædam esse spiritualia à solo Deo immediatè creata, vel instituta, vt sunt gratia gratum faciens, septem dona Spiritus sancti, virtutes infusa, & gratiæ, quas gratis datas appellant, & iurisdicctio ecclesiastica supernaturaliter primò à Christo data, vt diximus alibi, & alia verò ab Ecclesia instituta, qualia sunt reliqua prædicta.

8 Præsupponendo tertio, quod prædicta omnia sacramentalia, & quæcumque sunt statuta ab Ecclesia ad paranda, conficienda, conseruanda, & ministranda sacramenta, per quæ virtus passionis Christi ad salutem æternam nobis communicatur, sunt & dici debent spiritualia. Tum quia vt habetur apud Ioannem, *Quod natum est ex spiritu, spiritus est*: & hæc omnia nata sunt, & effecta ab Ecclesia spiritualissima, & à summo ministro eius spiritualissimo per potestatem spiritualissimam, & supernaturaliter datam. Tum quia de annexis idem est iudicium, iuxta illud Pauli, *Translatio sacerdotio, necesse est vt translatio legis fiat*, relatu in c. *translatio*, & alia sexcetera, quæ probant accessorium sequi naturam sui principalis. Tum quia omnia iura vel sunt spiritualia summa potestati spirituali subdita, vel laica, siue temporalia, summa potestati laica subiecta: & non potest dici illa esse laica & temporalia, ergo dicendum est esse spiritualia, argum. à disinctione duarum partium ad altera altera negata. Tum quia omnia iura, quæ subiciuntur potestati summa laicæ, possunt per eam construi & destrui. At prædicta sacramentalia, & ad sacramenta pertinentia non possunt construi, nec destrui per potestatem laicam, vt omnes Catholici fatentur, ergo non subiciuntur ei, nec sunt laica, & consequenter sunt spiritualia. Tum quia nullus vmquam Catholicus dixit, nec somniauit, vilius Regem, qua parte solum est Rex temporarius, & laicus, posse ordines conferre, excommunicare, Ecclesias & altaria consecrare, aquam benedicere, catechizare, exorcizare: & non alia ratione, quam quia sunt instituta per potestatem supernaturalem supernaturaliter B. Petro, & Ecclesiæ datam, ergo nec potuit instituire, destruere, nec disponere beneficia Ecclesiastica, nec electiones, nec collationes, nec renunciaciones eorum, neque alia ab Ecclesia per eandem potestatem supernaturalem instituta.

9 Tum quia regia potestas, vt dictum est, non extenditur vltra ea, quæ cognitio & ratio naturalis attingit, & dicitur. At nulla cognitio & ratio naturalis, etiam tanta, quæta fuit Platoni, & Aristoteli, potuit, nec potest cognoscere

A potestatem illà mirabilem, supernaturalem, & omnè ratione naturalem excedentem, datà ab omnipotente Deo, eodemque summo Redemptore Iesu Christo B. Petro, & Ecclesiæ ad salutem æternam populi Christiani, neque officia, & effecta illius potestatis, ergo neque Reges, quatenus solum sunt tales, neque eorum potestas, quæ rationem naturalem non excedit, potest illa constituere, nec destruere, nec de illis iuridicè cognoscere, nec iudicare, nec statuere. Tum quia simonia tantum committitur circa venditionem & emptionem spiritualium, iuxta glossam receptam. At in emptione & venditione omnium prædictorum committitur simonia, secundum omnes, & probatur in c. *de iure*, & per totum titulum de simonia, ergo omnia prædicta sunt spiritualia. Nec obstat, quod simonia committitur etiam in annexis spiritualibus: quia vt infra monstrabitur, nõ dixi ea spiritualibus annexa, eo quod non sint spiritualia, sed quia non sunt tam spiritualia, quam alia, ob quæ sunt instituta. Tum denique, quod laica potestas non potest cognoscere, neque iudicare de iure patronatus, & nec eadem ratione de aliis prædictis, nec alia de causa, quam spiritualitatis: ergo sunt spiritualia à laica iurisdictione exempta.

Tertium igitur fundamentum in prædictis tribus præsuppositis fundatum insolubiliter concludit prædictum edictum iniustum & nullius roboris esse, hoc modo: Nulla potestas laica potest iudicare, vel statuere super vlla spiritualia, at prædicta bulla Cæna Domini, & omnia contenta in ea sunt spiritualia, ergo prædictum Auditorium, quod solum laicam potestatem habuit, non potuit prædictum edictum contra ea edere. Quod autem prædicta bulla, & omnia contenta in ea sint spiritualia primi vel secundi generis, infra in solutione argumentorum pro edicto formandorum monstrabitur.

10 Quartum fundamentum sit, quod à mille circiter quingentis annis sola Ecclesiastica potestas hæc instituit, & aëstruit, cõstruxit, & destruxit, auxit, dimiuit, & mutat, nulla laica & Catholica potestate reclamante, immo consensiente, assistente, & vt iustum erat, protegente illam, & fauente, ergo ad eandem pertinet etiam nunc ea facere: nisi quis adedè desipiens responderet, possessionem, quæ tot nominibus est immemorabilis, non debere prodesse summo Pontifici, & Principi, cum qualibet simplex immemoralis cuius infamati prosiit, iuxta *hoc iure*, & ca. *super quibusdam*. Tum quia, quicquid volunt, reuoluat, & inuoluant aliquot iurisperiti Latine & Græcè callentissimi, & in humanis literis præsertim Ethnicis versatissimi, qui forsitan huiusmodi edicta procurant, plus intenti laica potestati armis, quam pia obedientiæ mentis, non solum non probantur iustitiam talium edictorum, sed nec satis defendere poterunt, quod absque priuilegio sacrosanctæ Sedis Apostolicæ possit vlla potestas laica cognoscere, & iudicare de iure & iustitia colorandi titulos possidendi prædicta spiritualia, cum illa, & iustitia colorandi eos sint eis annexa, & ita spiritualia, de quibus laica potestas absque Sedis Apostolicæ priuilegio, nec iudicare, nec cognoscere potest. Quare prædicti Auditorij potius erat gratias sacrosanctæ Sedi Apostolicæ agere, quod patiarer Regiam Francicam vt possessione priuilegiorum Sedis Apostolicæ, quæ illa ei concessit, quam illam expellere à possessione ferendi prædictam bullam tam iure diuino, quam humano fundata, & vsu longissimo confirmata.

Quintum fundamentum sit, quod rationes, quibus prædictum edictum colorari potest, facile tolluntur: maxima enim illarum, & prima videtur esse quod sicut summa potestas Ecclesiastica immediatè à Deo Ecclesiæ est data, & Pontificibus Maximis, ita summa potestas laica est data immediatè Regibus ab eodem Deo optimo maximo, & longè prius, & antiquius, quam Ecclesiastica Papæ, quoniã hæc, vt supra dictum est, multis & insolubilibus argumentis probatur in prædicta repetitione, f data fuisse à Deo Christo homine factò, illa verò iam inde ab exordio populorum cœpit.

Secunda, quæ quadamtenus Lutheranismu sapit, quod cõtenta in prædicta bulla nõ sunt circa supernaturalia diuinitus & supernaturaliter à Deo Opt. Max. data, neque instituta & consequenter nec spiritualia, quo ad quæ solū laici, præsertim Reges Pontifici Maximo subiciuntur.

a. r. quæst. i. in summa. b. De iurepat.

c. Ca. quanto. de iudic.

d. s. du. cum qua. ff. de a. qua. quotid. & affi. c. s. prætere. de verb. sign.

f. Cap. nouit. notab. 3. de iudi.

11 Tertia, quod contenta in prædicta bulla, contra cuius executionem prædictum edictum est latum, feruntur in laicos regni quo ad temporalia Papæ minime subiectos.

Quarta, quod continet processum factum non præmissa parium citatione, quæ est pars defensionis, quam iure naturali debere declarat clem. *pastoralis*.

Quinta, quod S. D. N. videtur in ea in propria causa p̄dicere, contra legem naturalem, quæ id videtur verare.

12 Ad quas rationes per dicta fundamenta facile responderi potest. Ad primam quidem concedendo summam potestatem laicam siue regiam datam esse generi humano regendo longè prius, quam summa potestas Ecclesiastica Ecclesiæ Christianæ; sed negado ex hoc inferri, quod spirituale habebant Reges, immo contrarium; scilicet quod alia est potestas Regum laica, alia potestas pontificia spiritualis; & consequenter ex facultate vtendi illa non inferri facultatem vtendi hac, cum à diuersis nõ fiat illatio.

13 Ad secundam respondeo, negado solum illa dici & esse spiritualia, quæ à solo Deo immediatè induuntur vel instituntur, vt latè probatum est in tertio fundamento pro nostra parte adducto; quo irrefragabiliter probatur omnia sacramentalia, & instituta ad sacramenta paranda, conficienda, conseruanda, & ministranda, esse spiritualia & spiritualibus annexa: de quibus idem est dicendum, q̄ de maximè spiritualibus, id est, à solo Deo inditis & collatis; quod quia non satis perpendunt aliqui hæretici, grauissimè circa Ecclesiæ potestatem & maiestatem errauerunt, nec vmquam respiciunt, donec hanc, quæ verissima, & de sacris Christi fontibus hausta est, doctrinam receperint.

14 Nec obstat, quod nullum annexum est idem cum eo, cui annexum est, sicut nihil simile est idem, quia, vt pridem diximus in dicta rubrica, illud verum est de identitate numerali & indiuidua, vt Theologi loquuntur, siue specifica, vt Iurisperiti dicunt, non autem de generica, aut specifica, specie specialissima, vt Theologi nominant, quam Iurisperiti genus appellant. Nam Petrus potest esse similis Ioanni, & est idem genere, siue specie specialissima, quia est homo; licet non sit idè numero, & indiuiduo: & virtutes infusa à Deo sunt similes in genere donis Spiritus sancti, & sunt spiritualia à Deo immediatè collata, sicut illa, non tamen sunt eadè numero & in indiuiduo secundum doctrinam S. Thomæ, & ab omnibus Catholicis recepti. Et ita omnia instituta ab Ecclesia per potestatem supernaturalem à Deo sibi supernaturaliter & immediatè traditam, sunt spiritualia, & in genere eadem cum his, quæ sunt spiritualia, propter quæ sunt instituta, & quibus connectuntur, licet non sint eadem numero, nec sint tam spiritualia, quam illa, quibus annectuntur: quia illa sunt data, vel instituta immediatè à solo Deo, hæc autem ab Ecclesia per potestatem supernaturalem ab eodem immediate traditam.

15 Ad tertiam respondeo concedendo, nec Regè Franciæ, nec subditos eius esse quo ad temporalia subditos Papæ; negado tamen, quod non sint subiecti quo ad contenta in prædicta bulla, cuius executio impeditur: quoniã omnes Christiani, cuiuscumque ordinis sint, subiciuntur potestati & iurisdictioni Pontificis Maximi iuxta c. *nouit. de iudic. in quo* ponderamus illud ad hoc, primo ibi, *Intendimus decernere de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet exercere possumus & debemus*. secundo ibi, *nullus, qui sit sane mentis, ignorat, quin ad officium nostrum spectet de quocumque peccato mortali corripere quemlibet Christianum, & si correptione cõtempserit per districtiõem Ecc. coercere*. Per quæ palà fit posse Papam corripere de peccato mortali quoscumque Christianos, etiam Reges, de quibus illud c. agit, & si non se correxerint, censura ecclesiastica ad id cogere. At omnia contenta in prædicta bulla sunt edicta ad vitanda, impedienda, & corrigenda peccata mortalia grauissima per fulminationem excommunicationis, quæ est medicinalis, & qua tamquam pius pater intendit conseruare salutem subditorum, & perditam restituit: ergo quo ad illa subditi sunt ei laici, esto nõ sint subditi quo ad temporalia.

16 Ad quartum respondeo concedendo citatione partis regulariter in processu esse necessariam; fallere tamen

a. s. ceterum. de re iudic. b. Le. r. C. no quis in sua causa iudicet.

c. l. Papinianus. ff. de minorib.

d. Leg. quod Norua. iur. ff. de possit.

e. r. 2. qu. 68. art. 1.

f. Not. 6.

g. Capis. i. de sent. excom.

A quando certum est nullam competere defensionem citado, vel cum certum est talem esse actum, quæ non posset impedire citandus, si præfens esset; vt latissimè per innumera probat Felinus post Panormitanum, pro quibus omnibus facit, licet ipse non alleger, quod frustra expectatur euentus, cuius nullus sequitur effectus, & omnia cõtenta in prædicta bulla sũt alia cõtra quæ nulli vlla defensio cõpetit; & talia, quæ nemo iure posset impedire, etiã si inueniretur præfens. fallit etiã in sc̄tètiis excommunicationis, quæ generaliter pro culpis futuris impediendis, & præsertim emendandis, vel occultis indicandis, vel alia de causa rationabili contra eos qui ignorantur, feruntur iuxta c. 2. vbi Ioannes Monachus id annotat, allegando stylum Curia, & ca. *ad nostram*. & vtrouique Panormitanus & communis, & omnes sententiæ contentæ in bulla generaliter feruntur in eos qui ignorantur, ad impediendas futuras culpas, vel emendandas præteritas: ergo sine vlla citatione poterunt illæ edici.

17 Ad quintam respondeo primo, negado quod Sanctissimus D. N. in prædicta bulla tulerit sententias pro se: quia immo eas tulit pro salute animarum, pro Republica Christiana, pro libertate Ecclesiastica, & pro conseruatione auctoritatis Apostolicæ; & vnitate à Deo sibi cõmẽdata, quæ sũt bona sedis Apost. & ita de illis potest iudicare, sicut Episcopus de causa Ecclesiæ suæ, iuxta glossam iuncto textu, & aliam glo. iuncto textu. Secundo; quod Papa potest esse iudex in causa propria, secundū prædictas gloss. except. sicut Imperator in causa sui filii. S. Salua, & c.

S V M M A R I V M.

1 Episcopi potest Metropolitanus iure communi deponendum, pronuciare deponere autem non: sed & Concilium prouinciale contra eos processum informatiuum formare potest, sed non condemnare: hodie autem per Concilium Tridentinum nullus Papa inferior potest de heresi vel alio crimine Episcopi depositione dignoscere, nec informationem iudicialiter capere n. 5. & 6. Licet extraiudicialè informationè capere possit, & quandoque teneatur & ad Pontificem referre, num. 3. & 7.

2 Legatus à latere potest de iure non solum de appellitione ad Pontificem interposita ad hunc effectum iudicialiter cognoscere, vt causam magis instructam transmittat: sed & idem facere de crimine Episcopi depositione digno, num. 4. hac tamen vltimum modo est correctum per Concilium Tridentinum, num. 5. & 6.

2 Iudex à quo cognoscere potest de attentatis post appellitione, vt iudex appellitionis aprius causam expedit.

CONSILIVM II.

Quesitum est, an Concilium prouinciale possit capere informationem, aut formare processum contra aliquem Episcopum suspectum, aut accusatum ibi de causis grauioribus, ad effectum transmittendi probationes, & processum ad Romanum Pontificem.

1 Respondeo, quod pro parte affirmante huius questionis facit primo c. *quamuis*, quatenus habet Conciliū prouinciale habere potestatem cognoscendi de causis criminalibus Episcoporum, & faciendi processus criminales, licet nõ habeat potestatem definiendi, cui cõcordat c. *multum*, & aliquot alia, quin & glossa, dixit Metropolitanum posse condemnare Episcopum, non quidem deponendo, sed pronuciando deponendum.

2 Secundo facit c. *constitutus*, adiuncta doctrina Panormitani communiter recepta; quatenus habet, Legatum à latere, siue Cardinalem Legatum posse cognoscere de causa appellitionis interposita ab ordinario inferiore ad Papam, vt causam instructiorem ad eum mittat. Tertio quod iudex à quo appellatur, potest cognoscere de attentatis post appellitionem, vt aptius expeditur causa principalis à iudice appellitionis.

3 Quarto, quod omnis grauatùs à iudice inferiore potest appellare etiam omisso medio ad Papam, cui videtur consequens, cuiuscumque iudici licere quamlibet causam instruere, vt instructiorem, & informatiorem reddat Papæ. Quinto, quod Episcopi & alij prelati inferiores possunt nunciare Papæ hæreticos & hæreticos, qui habentur in territoriis suis, & non possent id facere, nisi accepta prius informatione, & quando iudex refert causam

a In ca. cum olim. num. 11. de sent. & re iudic. & cap. causam qua. de rescrip. b. Ca. cu. con. tingat. de offic. deleg.

c De consil. lib. 6. d. 3. de iure iuran. & c. si sacerdos. de offic. ordin. c. in ca. si or. ga. 2. q. 7. f. In ca. cum venissent. de iudic. g. l. proxima. ff. de his qua in testam. delen.

h 3. q. 6.

i Eiusdè cam. sa. & quæst. k In c. bidui. 2. q. 6. verbo adnotauerit. l De appella.

m Per c. cum teneamur. de appellat. n Cap. omnis oppressus. & ca. ad Romanum. 1. & 2. 2. q. 6. o Cap. excommunicamus. §. ad iudicium. de hereticis. & c. inquisitores. sub fin. eod. tit. lib. 6.



a Leg. i. C. de re-  
latio.  
b Cap. maio-  
res de bap-  
tis.

c Ca. i. de cle-  
ric. agros. l. 6.  
d In d. ca. in-  
quisitores. de  
heretic. lib. 6.

e Dist. ca. in-  
quisitores. de  
heret. lib. 6.  
f Ca. 5. de re-  
form. sess. 24.

g L. Papina-  
nus. ff. de mi-  
noribus.

h In d. ca. in-  
quisitores.

i De sent. ex-  
comm. lib. 6.  
k 2. de accu-  
sat.

Principi, debet eam instructam mittere. <sup>a</sup>

4 Sexto, quod causa maiores sunt referenda ad Papam, <sup>b</sup> & causa dandi coadiutorem Episcopis agrorum, & non valentibus Ecclesiis suas regere, est de maioribus Ecclesie causis, & referuata Papae, at tamen Capitula possunt informationes facere de illis, & de statibus ecclesiarum suarum, & eas mittere ad Papam. <sup>c</sup> Septimo, quod Ioanes Monachus, <sup>d</sup> in specie determinat, Metropolitanum & Legatum de latere, licet Episcopum deponere non possint, causam tamen depositione dignam instruere, & instructam ad Papam remittere posse, quod ait se vidisse factum.

5 Quibus tamen non obstantibus contrarium videtur verius. Tum quia certum est, quod nulli inferiores Papa possunt cognoscere de haeresi contra Episcopos, nec processum aliquem facere contra illos, etiam si sint inquisitores haereticae prauitatis a sede Apostolica deputati. <sup>e</sup> Tum quia non solum depositio Episcoporum est hodie referuata Papae, sed etiam cognitio & examinatio causae dignae depositione, per Concilium Tridentinum. <sup>f</sup> Tum quia per praedictum cap. 5. crimen haereseos, & alia crimina maiora digna depositione & priuatione exequantur quo ad hoc, & pro certo habetur apud plerumque, oes non posse vllum inferiori Papa inquirere, & aliquem processum facere contra Episcopum super crimine haereseos sine mandato expresso Papae, per praedictum c. inquisitores. quod & nos nuper vidimus obseruatum in causa Primatis Hispaniae: ergo neque in aliis criminibus depositione dignis id facere poterit. Tum quia non videntur obstatere opposita.

6 Ad primum enim respondetur, iura in eo contenta habuisse quidem locum, quando cognitio causae depositionis contra Episcopos concedebatur Concilio prouinciali, vel Metropolitanum; licet depositio eis negaretur: nunc autem per iura nouiora non solum denegatur eis depositio, sed etiam omnimoda cognitio eius.

Ad secundum respondetur, quod ut praefatus Ioannes Monachus vbi supra dixit, instructio qua *in d. ca. constitutus*. fecit Legatus ille de latere, fuit facta de facto, & non de iure, vel de consensu partium. Nec obstat Panormitanum frequentius receptum contrarium tenuisse. Tum quia etiam Decius ibidem tenuit non debuisset illud iure fieri, nisi consuetudine fuisset introductum. Tum quia licet tempore Innocentij Tertij, cuius est illud ca. *constitutus*. Legato de latere licuisset iure vel consuetudine cognoscere de appellatione ad Papam interposita, & eam instruere & remittere ad eum; non tamen ex eo inferretur, id posse fieri in causa depositionis Episcoporum; quia hoc est aliud ab illo; & a separatis non fit illatio. <sup>g</sup> Tum quod praedicto iure nouo contrarium est inductum, ut dictum est.

Ad tertium & quartum respondetur eodem fere modo, scilicet, quod capitula in eis citata loquuntur de alijs rebus, quam nostra quaestio, & sunt iura antiqua, quae quatenus obuiare possunt nostro proposito, sunt sublata per noua.

7 Ad quintum, concedendo quidem posse praelatos inferiores nunciare Papae, & admonere ipsum haereticum, & alia crimina depositione digna Episcoporum; immo & aliquando ad id faciendum teneri verbo vel scripto extrajudicialiter, vel ita, ut non faciant processum aliquem iudicalem firmum, ut iura in eo citata probant; at iudicalem, ut quaestio praedicta proponit, non.

Ad sextum respondetur eo modo quo ad tertium, & quartum.

Ad septimum, scilicet dictum Ioannis Monachi, qui videri potest contrarium parti determinate dixisse, responderetur intelligendum esse illud pro tempore, quo iure concedebatur cognitio huiusmodi criminum Metropolitanano, licet negaretur definitio; non autem pro tempore, quo negatur ei etiam cognitio. Nec obstat quod ipse vidit contrarium seruari; <sup>h</sup> quia illud solum agit de crimine haereseos: sed non vidi Concilium Tridentinum quo illud, & alia crimina depositione priuationeque digna quo ad hoc exequantur; neque animaduerti, quod illud cap. poterat ad alia crimina Episcoporum depositione digna extendi per identitatem vel similitudinem rationis, sicut c. *quam periculosum*. <sup>i</sup> & c. *qualiter* & quando. <sup>k</sup> & alia multa, quae merito specialiter eis fauent. Salua, &c.

- S V M M A R I V M.
- 1 Confratria, an corpus, an collegium dici debeat, vel vtrumque quod verius videtur. num. 2.
  - 1 Collegium est simul, societas vero separatim habitantium.
  - 2 Congregatio ad aliquem finem vnita, & corpus, & collegium, & societas, dici potest.
  - 2 Et, dictio non semper coniungit diuersa, sed quandoque exponitur pro vel. siue id est.
  - 3 Collegium sine superioris auctoritate, nisi religionis causa initium, seu coactum, est illicitum.
  - 4 Collegium et si primum sit tamen laicum est, si maior illius pars sint laici.
  - 5 Collegium laicum in temporalibus subicitur iudici laico, in spiritualibus vero Episcopo, a quo etiam circa spiritualia visitatur. num. 6.
  - 6 Iure diuerso, diuersa subsistente ratione, eadem res censetur.

CONSILIVM III.

**F**uit erecta quaedam confratria sub nomine Corporis Christi: cuius confratres habitum distinctum gerunt, separati tamen a laicis cum cruce in publicis processionibus incedunt. Queritur, num laicalis merè, an mixta dici possit.

1 Videtur dicendum primum, quod haec congregatio proprius dicitur corpus, quam collegium: quia sola congregatio simul habitantium proprie videtur collegium; cum tamen etiam seorsum habitantes efficiant corpus, secundum Bartholum, <sup>a</sup> sed ibi glossa dicit e contrario congregationes huiusmodi appellari corpora, cum simul habitant, & aliis non nisi collegia: & Albericus, <sup>b</sup> dicit corpus esse genus ad collegium, quod ait tatum esse simul habitantium, & societate qua ait esse tatum seorsum habitantium.

2 Nos autem arbitramur satis proprie dici posse collegium, corpus, & societatem, omnem congregationem personarum ob aliquem finem vnitarum, siue simul, siue seorsum habitent: & quod illa copula, & in rub. de colleg. & corp. non proprie ponitur, ut cum coniungit diuersa, iuxta glossam, <sup>c</sup> sed improprie, pro id est, vel siue, ut in l. 1. <sup>d</sup> & notata in c. ex parte. <sup>e</sup> & ibi pulchre per Felinum. <sup>f</sup>

3 Secundo, quod licet omnia collegia, & corpora sine auctoritate legitimi superioris coacta, sint regulariter illicita, & Innoc. tradit, <sup>h</sup> & Barth. hoc tamen collegium, siue corpus est licitum, licet abique auctoritate superioris sit coactum: quia causa religionis est coactum, cuius causa potest cogi & erigi sine auctoritate superioris secundum eos. <sup>k</sup>

4 Tertio, quod hoc collegium siue corpus est voluntarium, & non necessarium ex eorumdem mente, & licet sit primum, est tamen laicum, & non ecclesiasticum: quia omnes, vel maior pars congregatorum sunt laici, quo casu dicendum est laicum, & non ecclesiasticum. ar. l. quod maior pars. <sup>l</sup> & c. cum oes. <sup>m</sup> quod tenent praefati communiter recepti: cui consequens esse dicitur debere illud coram laico iudice conueniri.

5 Quarto, quod licet haec congregatio dicatur laica, & ideo, ut praedictum est, subicitur iudici laico, & debeat conueniri coram eo, & non subsit Episcopo regulariter quo ad temporalia, & bona, quae ipsi habent in sua congregatione; arbitror tamen eos subici Episcopo quo ad actus ecclesiasticos. Tum quia expresse Bartholus, <sup>n</sup> hoc ait, Tum quia iudex laicus nullam potestatem habet super rebus & actibus spiritualibus & ecclesiasticis. <sup>o</sup> Tum quia iudex Ecclesiasticus est superior iudice laicorum quo ad actus spirituales & ecclesiasticos, quales sunt actus confitendi peccata, communicandi Eucharistiam, audiendi Missas, sepeliendi mortuum in sacro loco, vel cum illis aut illis caeremoniis.

6 Quinto, quod ex his infertur Episcopum posse congregationem praedictam iudicare quo ad modum & ordinem incedendi in processionibus, & comitandi sacramentum Eucharistiae, cum defertur ad infirmos, & in deferendo habitum, cum ea faciunt; & consequenter visitare illam quo ad haec, licet non possit iudicare, nec visitare illam quo ad alia delicta, vel contractus, quo ad quae subicitur potestati laicae, & est iudicanda visitandaque ab illa. Nec obstat, quod eadem res non debet diuerso iure censeri, per quia illud verum est, quando eadem ratio, & idem

a In rub. ff. de colleg. illicitis.  
b In diction. verb. collegium.

c In rub. ff. de iur. & fact. ignor. & cap. quare iam de jmon. d. ff. de pat. e. De re script. f. Num. 6. g. L. collegia. g. In summa. ff. de colleg. illicitis. h In ca. dilecti. de excep. lib. pralati. i In leg. 1. & vlt. ff. de collegis illicitis. k In l. 1. ff. de colleg. illicitis. l. ff. ad municip. m De consuet.

n In dicta l. fin. num. 14. o Capit. 2. de iud. & c. bene quidem. 90. dist.

p Ca. cognominus. 17. q. 2.

refpe

a De relig. do-  
m. in l. 2. vno  
qui ad os ff. de  
iur. iur. cap.

respectus suadent idem in casu proposito: secus autem, quando alia ratio, & alius respectus suadet alia, ut est casus in c. quia. <sup>a</sup> & in casu proposito alia ratio & alius respectus suadet, ut congregatio praedicta subsit potestati laicae quo ad personas congregationis, & bona temporalia tamen earum singularum, quam congregationis; & alia ratio & alius respectus suadet, ut eadem congregatio, & eius persona subsint, & iudicentur, & visitentur ab Episcopo quo ad actus religiosos, quos faciunt in locis sacris, & aliis actibus processionum, & aliis similibus ad religiosos & ad ecclesiasticum ordinem pertinentibus, ut palam est: & praxis quotidiana totius orbis habet, quod licet vnus & idem sit Christianus laicus habens temporalia, & indigens spiritualibus, & exercens illa; alteri tamen subicitur, quatenus habet temporalia, & exercet illa; & alteri, quatenus indiget spiritualibus, & exercet illa. Itaque potest appellari praefatum collegium simpliciter laicum, & secundum quid ecclesiasticum. Salua, &c.

- S V M M A R I V M.
- 1 Episcopi an visitare possint capellanos trirremium.
  - 1 Capellani trirremium visitari possunt, ut alij viatores, seruato cuiuscumque suo tam exemptionis, quam alio iure competere.

CONSILIVM IIII.

**A**n episcopi possint visitare capellanos trirremium, quae aduersis ventis in portibus suarum ciuitatum commorantur.

1 Respondeo primum, quod videtur distinguendum inter trirremes vnam classem constituentes, quibus communiter praeficitur vnus generalis iudex; vel inquisitor contra delinquentes vel debitores; & inter alias trirremes singulares, quibus nullus iudex talis praeficitur. Distingue dum etiam videtur inter capellanos, quos trirremes vel duces earum accipiunt auctoritate Apostolica, & alia legitima ad celebrandum & ad ministrandum sacramenta euntibus in illis, & alios capellanos, qui tantum sunt vectores & viatores transeuntes ex vna patria in aliam. Tertio videtur distinguendum inter exemptos, & non exemptos: & ita hoc dubium debet restringi, & non proponi a deo generaliter & indefinitè.

Secundo, quod Episcopi possunt iudicare & cognoscere de illis, perinde ac de alijs viatoribus & transeuntibus, seruando vnicuique sua priuilegia, & ius, quod habet iure communi vel particulari, domum suam reuocandi, ut notatur in ca. fin. <sup>b</sup> & alijs ibi citatis. <sup>c</sup> Salua, &c.

b De foro comp. & c. 1. de priuileg. l. 2. §. legatis. ff. de iud. & le. heres absens. c. Eod. tit.

- S V M M A R I V M.
- 1 Nouitius censetur ecclesiastica persona nedom quo ad beneficium canonis, sed etiam fori, pro tempore quo perseuerat in nouitiatu, subiacetque suis praelatis, sicut & professi, num. 2. ita vt possit praelatus contra talem pro homicidio tunc perpetrato procedendo, etiam cum torquere. num. 3. sed hoc per clericum, vel religiosum, & non per laicum, nisi ibi adsit talis consuetudo. num. 4.

CONSILIVM V.

**Q**uidam nouitius conuersus occidit iniuste religiosum professum. Queritur primum, an possit de iure a suo praelato regulari iudicari, an potius tale iudicium ad saecularem pertineat iudicem.

Secundo, an huiusmodi homicida possit torqueri a praelato regulari.

1 Ad has quaestiones respondeo primo, quod cognitio & punitio praefati delicti & homicidij pertinet ad iudicem ecclesiasticum, ar. c. religioso. <sup>d</sup> quatenus probat nouitium religionis approbata gaudere priuilegio c. si quis suadere. <sup>e</sup> & ceteri ecclesiasticae personae, & gaudere priuilegio ecclesiasticae personae, <sup>f</sup> & expresse determinat Ioan. And. Dominicus & Francus, <sup>g</sup> quod cognitio de delicto nouitij pertinet ad ecclesiasticum iudicem: quod ipsum tenet Dominicus & communis in d. ca. religioso. §. 1.

2 Et probatur ea ratione, quod nouitij post habitum susceptorum subiacent praelatis quo ad iurisdictionem & superioritatem, saltem commutabiliter & reuocabiliter, licet non irreuocabiliter: pro tempore quo sunt nouitij, sicut professi: & cognitio & punitio delictorum religio-

d §. 1. de sent. excomm. lib. 6. c. 17. qua. 4. f. Arg. ca. duo sunt genera. 12. quaest. 1. g. In c. beneficii. de regular. lib. 6.

forum professorum pertinet ad iudices Ecclesiasticos & praelatos eorum, ut tradit latissime Pan. post Ioa. de Lignano, <sup>a</sup> vbi probat quod delicta eorum pertinent ad cognitionem & castigationem praelatorum, etiam si sint homicidia, & alia grauius delicta.

3 Secundo, quod praefatum delinquentem poterit iudex ecclesiasticus & praelatus torquere, si meruerit tormentum indicia delicti, seruatis seruandis in quaestionibus siue torturis, iuxta notata in ca. cum in contemplatione. <sup>b</sup>

Tertio, quod praelatus poterit torquere praefatum delinquentem, si opus fuerit, per aliquem clericum vel religiosum, & non per laicum, nisi in terris, in quibus consuetudo id fecit licitum, iuxta notata in ca. vniuersitas. <sup>c</sup> Salua, &c.

a In cap. cum contingat. n. 1. & q. 1. inuor. seq.

b De regul. & in ca. 1. de deposito. & in l. 1. & 2. ff. de quaestionibus. c. De sententia excomm. & in alijs locis ordinarijs.

- S V M M A R I V M.
- 1 Praelatus regularium suorum iudex iure communi in ijs que spectant ad regulam & regularia statuta tantum est: at consuetudine & priuilegio cognoscit etiam de alijs criminibus non reuocantibus depositionem ab ordine, num. 2. quale est homicidium. num. 3. & quandoque ex speciali consuetudine, vel priuilegio de ijs etiam cognoscit. num. 7.
  - 4 Nouitiorum iudex est regularis praelatus, sicut & professorum.
  - 5 Inquisitionis via non potest praelatus contra suum subditum regularem, etiam si adsint violenta indicia, procedere, nisi adsit fama, per quam maior saltem pars collegij ex praecedentibus indicijs credat eum delicti delicti reum. num. 6. & de hac infamia debet primo per informationes coram notario, secretè tamen assumptas constare, antequam ad capturam procedat. n. 8.

CONSILIVM VI.

**Q**uid debet facere praelatus canonicorum regularium contra nouitium, contra quem sunt indicia violenta, per quae quasi vehementer creditur occidisse vnum collegam professum?

Respondeo primo quaestionem hanc praegnantiore esse, quam primo aspectu praefert; quia multarum quaestionum decisiones requirit, ut ei pro dignitate fatistat, quas expressè hac vna proposita non tangit.

1 Secundo, quod praedicta quaestio praesupponit, an cognitio huius delicti pertineat ad praelatum. Cui nos breuiter resolute respondimus in secundo comment. de regu. <sup>d</sup> in hac verba: *iure communi iudex immediatus regularium est Abbas, vel alius praelatus eorum in pertinentibus ad regulam suam, & regularia statuta, quod efficaciter probatur in l. si. & in c. cum ab ecclesiasticum praelatis. f. quod illius legis ratione mittitur quo ad collegium, cui praest, non tamen quo ad plebem, quo ad quam extendit illud glossa, & sed non rectè, nec est verum, nisi consuetudo augeat iurisdictionem, quam d. l. fin. dat. Immo nec iure communi, ut ibi alias dixi praelatus inferior habet iurisdictionem in eos, qui sui sunt collegij, quo ad extranea. que non tangunt regula, nec regularia statuta, siue sint ciuilia siue criminalia. Sed nullum monasterium vidi, in quo priuilegio vel consuetudine non sit obtentu, ut praelatus cognoscat etiam de illis, saltem cum crimina non requirunt depositionem.*

2 Tertio, quod ex praedictis infertur, praelatum praedicti nouitij iure communi non habere iurisdictionem, & potestatem cognoscendi de praedicto delicto; quia illud non tangit regulam, nec regularia statuta, ad quae sola extenditur iure communi.

Quarto, credere me, praelato praedicti nouitij competere consuetudine, statuto, vel priuilegio Sedis Apostolicae iurisdictionem ad cognoscendum de causis ciuilibus, & criminalibus suorum canonicorum expressè, vel tacite professorum, saltem cum crimen non requirit depositionem ab ordine. Tum quia, ut dixi nullum monasterium celebre vidi, in quo praelatus super suos canonicos regulares, vel monachos non habeat iurisdictionem praedictam actuè, & passiuè. Tum quia Philippus Francus <sup>h</sup> videtur hoc affirmare. Tum quia video id obseruari in Italia, Gallia, & Hispania.

3 Quinto, quod in casu proposito agit de crimine requirente depositionem, immo & degradationem reale, secundum Panormitanum, <sup>i</sup> quia agit de homicidio qualificato, quo dicitur nouitius occidisse professum expressè religionè sacratissimam canonicorum regularium, quamuis communis opinio teneat contra Panormitanum quo ad degradationem, ut resoluit Decius post multa, <sup>k</sup>

d Super c. no dicatus. n. 63. c. De iurisd. omn. iud. f. De off. ord. g. In verbo sententia.

h Tam in ca. religioso. §. 1. de sententia excomm. li. 6. qua in ca. beneficii. de reg. eodem li. i In cap. 1. de homicid. k In cap. si clericus. num. 13. de iudicij.

& ita

& ita, cum prædictus prælatus iure communi non habeat iurisdictionem cognoscendi de prædicto casu, si neque de consuetudine, vel alio iure speciali habeat illam, non competit illi iurisdictioni super hoc crimine; quod requirit depositionem.

a 5. r. de senten. excomm. lib. 6. b 27. quest. 4.

4 Sexto, quod, quamvis videri possit alicui, quod prædicto prælato non competit talis iurisdictioni in nouitium, laicum: arbitror tamen, quod attentò prædicto c. religiofo. a per quod declaratum est, nouitios gaudere priuilegio ca. si quis suadente. b verius videtur, quod potest cognoscere, perinde ac posset, si esset clericus & professus.

5 Septimo, præsupposito etiam, quod prædicto D. prælato competat iurisdictioni cognoscendi de delicto proposito, & non tamen potest procedere per viam inquisitionis, nisi fama prædicti delicti sit contra prædictum nouitium; quia licet iudex possit procedere contra delinquentem per viam accusationis, vel denunciationis sine fama præcedente, non tamen potest iuste procedere per viam inquisitionis, per ea, quæ notantur in ca. super ijs. c

c Et e. inquis. iuris. & c. qualiter & quando. 2. de accusat.

6 Credo autem sufficere famam, quam haberet collegium, inducunt per indicia: ita quod saltem maior pars eorum, qui sunt in collegio, credat illum nouitium occidisse prædictum professum, etiam si fama illa non esset fama quo ad ciuitatem, neque quo ad plebem parochiæ, per aliqua, quæ adduci possent, si vacaret.

7 Octauo, quod mea sententia prædictus prælatus cognoscere potest in casu proposito de delicto prædicto, si competit ei iurisdictioni cognoscendi de crimine requirete depositionem iure aliquo speciali, (quæ tamen iure communi non competit) etiam si fama prædicta præcedit quam etiam credo præcedere.

8 Nono, quod, si sua Paternitas vult procedere per viam inquisitionis, debet ante omnia accipere secreto informationem contra prædictum nouitium de fama iam orta in collegio coram notario publico, antequam apprehendat eum & postea apprehendere illum, & opponere illi delictum prædictum, quod ei fama imponit. Salua, & c.

DE FERIS.

SVM MARIVM.

1 Consuetudo ab obseruatione diei festi tunc excusat, si sit præscripta: quam præscriptionem interrumpit superioris contraditio. 2 Damnum quod patenter famuli, discipuli, & locantes operas, qui nisi diebus festis aliqua opera facerent, eijcerentur, non excusat, nisi sit tanta eorum necessitas quæ excuset a sanctificatione festi, vel excusentur ob modicitatem operis; & hoc modo sacrum audiant.

CONSILIVM I.

Figuli dicuntur hic Romæ hanc habere consuetudinē, vt diebus festis præparent materiam, ex qua postea die sequenti non feriato conficiant lateres, & tegulas, licetque dicta materia posset præparari eodemmet die non feriato, artamen, vt lucentur duas, tres, vel etiam quatuor horas temporis, prædictam materiam præparat die festo, & hoc fere ab omnibus obseruatur; licet deprehensi à ministris iustitiæ puniantur in notabili quantitate pecuniarum, tãquam violatores festorum. Vnde occurrit dubitari, quid agendum sit cum pueris eorundem, quorum aliqui locauerunt magistris operas suas ad aliquot annos; vt artem addiscerent, aliqui artem sciētes ad aliquot menses, & aliqui ad hebdomadas; qui cum nesciant aliam artem exercere, cum notabili dispendio eamdem desererēt, & nisi diebus festis velint vt supra operari, non valerent vt plurimum reperire qui eos conducere vellent.

Sutores etiam diebus festis residēt in eorum tabernis: vt calceos vendant tam rusticis venientibus, quam & habitantibus Romæ; & dictis diebus plures calcei venduntur, quam aliis diebus: & si ceteris vendentibus vnus vellet tabernam claudere; maximum damnū pateretur. Tēpus, quod infumitur in præparando vno pare calceorum dum venduntur calcei, est modicum. Magistratus ecclesiasticus, ad quem spectat curare vt festa seruentur, publico & pœnali edicto mandat ne hæc fiant: artamen in executione edicti remissius proceditur; & si aliquis aliquando

deprehenditur transgressus esse, soluta aliqua minima quantitate exequutori liber dimittitur, & sapissime etiã huiusmodi transgressiones dissimulantur.

1 Ad primam quæstionem respondeo primo, huiusmodi figulos non excusari sua consuetudine; cum nō sit præscripta ob contradictionem superiorum, quæ interruptit illam. a

Secundo, nec famulos esse excusandos; cum hero, & Ecclesia vel Deo contraria præcipientibus, iis potius quã illi sit obediendum, nisi tanta eos vrgeret necessitas, quæ excuset a festo colendo, iuxta ea quæ nos tradimus in Manual. c

Ad secundam respondeo non peccare saltem mortaliter huiusmodi sutores propter causas in propositione quæstionis factas, per ea quæ, d diximus.

SVM MARIVM.

1 Famuli artificum in festis laborantes etiam causa descendit artem, peccant mortaliter, nisi necessitas artificum vel propria sit tanta, quod aliter non possent habere vnde honeste viuant.

2 Necessitas quæ excusat operantem die festo, excusat etiam illum, qui vt ei succurrat operatur.

CONSILIVM II.

AN famuli artificum seruientes eis aliquot annis, vt eorum artes discant, possint absolui à cõfessariis, si coacti à suis magistris seruilia opera faciunt, & non proponunt discedere ab eis nolentibus eos aliter docere; eo quod non possunt inuenire alios, à quibus discant, nisi laborando diebus festis?

Respondeo primò, quod non, si ob id definant audire sacrum contra ca. missas. c Secundo, quod si magister vel herus tanta necessitate opprimeretur, quod liceret sibi per se illud, quod facturus est discipulus, facere; posset ipsum iuuare, non ea principaliter ratione, qua est magister vel herus, & vt ab eo discat, sed vt tam graui necessitati eius succurrat, per ea quæ diximus in Man. confess. f Tertio, quod videtur licere ipsi famulo, audito sacro laborare si non inueniret à quo posset discere illam artem non parendo suo hero, & magistro in faciendo illud opus, & esset ei tanta necessitas discendi artem illam, quod, nisi disceret eam, iuxta circumstantias personæ, loci, vel alias, non posset honeste viuere: quod tamen rarò videtur contingere. Quarto, quod cessante necessitate huiusmodi, tã ex parte discipuli, quam ex parte magistri non posset meo iudicio absolui huiusmodi puer, nisi proponeret desistere, ob ea quæ, s diximus. Salua, & c.

SVM MARIVM.

1 Missa ab audienda, quæ ab ecclesia distantia excuset, ex circumstantia personarum, viarum, temporis, & similitum arbitrabitur bonus vir.

CONSILIVM III.

AGricolæ locant operas suas menstruas pro certis locis remotis ab Ecclesiis: vnde rarò diebus festis audiunt sacrum, excusantes se non debere cogi ex dictis locis, quæ distant ab ecclesia vltra tria milliaria Italica, accedere ad Ecclesias diebus festis, vt audiant sacrum. Dubitatur, quanta distantia excusare possit hos rusticos, ne cogantur pro sacro audiendo adire Ecclesiam.

1 Respondeo primò, scire me terras, in quibus eunt viri, & aliquot mulieres robustæ ad audiendã Missam diebus festis ad loca plusquam tribus miliaribus distantia, immo & senes mares, & fœmina in diebus solēnioribus. Secundo, quod mea sententia, viri, de quibus in quæstione, qui præsupponuntur esse robusti, & operarij, nullatenus sunt excusandi, eo quod tribus miliaribus à loco, vbi audienda est Missa, distent.

Tertio, quod non est determinandò iure quanta distantia excuset ab audienda Missa, & ita determinandum est arbitrio boni viri, h qui est ex circumstantiis personarum excusandarum, pluuiarum, fluminum, lutorum; & aliis huiusmodi suum animum informabit. Salua, & c.

SVM MARIVM.

1 Excusantur agasones, qui diuersoria, in quibus minus impenditur, eligunt, licet secundario inde sequatur vt non possint sacro interesse.

a Arg. nota. sorum in ca. fin. de consuetud.

b Ca. Dominus capi. non semper. c. qui ressit. 1. qu. 3.

c Cap. 13. nu. 6. d In d. nu. 6.

e De consecr. dist. 1.

f Cap. 13. nu. 10. & 11.

g Vbi supra.

h Iuxta lo. 1. ff. de iure delib.

CONSILIVM IV.

AGasones, seu agentes equos, ac muliones, cum sint pauperes, student nocte hospitari extra vrbes & castra vel in via, vel in paruis hospitij, in quibus minoris emuntur necessaria: & quia dicta loca, vt plurimum, multum distant ab Ecclesiis, idcirco diebus festiuis non possunt Missam audire.

1 Respondeo, satis excusationis habere muliones, & vectores equorum, si principaliter adeunt prædicta loca, & diuersoria, vt minus impendant, & non vt excusentur ab auditione Missæ, arg. eorum quæ dicuntur in Man. cõfe. a

SVM MARIVM.

1 Missæ vt non omnibus, sed aliquibus tantum festis intersint aliquot ouium custodes, & personarum genera, iuxta consuetudinem introduci potuit; & tunc sufficit; vt tales ijs intersint, & eorū domini eis tantam faciant commoditatem, vt illis interesse possint.

2 Cultus diei festi efficiet, ne oues, quas ideo custodes tardius aliquantulū educunt, vt sacro intersint, minus bene valeant.

CONSILIVM V.

PASTores ouium tam paucos conducunt ouium custodes, vt eis non liceat, nec tertio quoque mense, dimissa ouium custodia aliis cõcustodibus, sacrum audire. Dubitatur quid agendum tam cū pastoribus principalibus, quam cum dictis custodibus.

1 Respondeo primò, quod pastoribus dominis ouium præcipien dum videtur, vt tot custodes ouium conducant, quot sufficiant, quo liceat eis satisfacere præcepto de audienda Missa diebus festis, cum ca. Missas, b omnibus Christianis id præcipiatur.

Secundò, quod fieri potest, vt consuetudine aliqua rationabili inductum sit, vt custodes ouium aliquarum regionum non teneantur audire Missam omnibus festis, sed tantū quibusdã, alibi plurib; & alibi paucioribus pro regio nū variarū varia consuetudine: quia cū illud præceptū sit humanū potest humana consuetudine moderari, c & ita sufficit quod domini ouium ponat tot custodes, quot sufficiant ad custodiēdas oues, & audiendas Missas debitas.

2 Tertio, quod custodibus ouium præcipiendum est, vt ita inter sese conueniant, quod possint audire missas à se necessario audiendas, & quod non seruiant dominis, qui noluerint ponere custodes ad id necessarios: quamuis arbitrer, custodes ipsos posse ita ordinare horas audiendi Missas, vt qui sufficerent ad custodiēdas oues sine Missarum auditione, sufficerent etiam ad custodiēdas eas audiendo necessarias aliquantulum accelerando, vel tardando exitum, vel ingressum, & regressum ouiu propter hanc causam, quæ ipsa faciet ne minus valeant.

SVM MARIVM.

1 Scribendi actio, prout est opus per animi prudentiam, non est opus seruile, secus si fiat vt ex vno scripto sumatur copia. 2 Opus seruile non fit ex eo solum, quod fiat ob lucrum: sed & modicitas materia excusat à peccato mortali. 3 Indeterminata à iure relinquuntur arbitrio prudentis, qui ex causa & circumstantiis iudicabit, illud spatium hora, quod agricola die festo fodienti est peccatum mortale, non esse tale suenti, seu barbitonfori.

CONSILIVM VI.

QVæritur primo, an scribere sit opus seruile. Secundo, an opus, quod aliàs nō erat seruile, fiat seruile, si fiat propter lucrum.

Tertio, cum conceditur facultas laborandi die festo, ad quæ opera seruilia potest concedi plus temporis.

1 Ad primam quæstionem respondeo primò, quod verbum, scribere, varias habet significaciones, & quatenus significat cõdere legē, cõponere librū, seu aliquod opus per animi sapientiã & prudentiã, non significat opus seruile, neq; quatenus significat manu propria literas pingere. Quoniam seruile opus, disinitur esse opus manuarū propriis cõueniēis seruis, quã iis quib; seruitur, vt post D.

Thomã ibi citatum tradimus in Man. nostro. a Et scribere, quatenus prædicta significat, proprius, vel saltem equè conuenit his quibus seruitur, ac seruientibus. Secundò, quod ex vna scriptura aliam similem facere, describere, & transcribere, videtur esse seruile: quia proprius conuenit seruientibus, quam his quibus seruitur: quod & nos satis insinuauimus, b & latius tradit Caietanus. c

a Ca. 13. nu. 3.

b In dicto ca. 13. nu. 1. q. c In 2. 2. qu. 122. ar. 4. col. 20. vers. ad secundum.

d De consecr. dist. 3.

e Ca. 13. nu. 5. & 12. f In d. quest. 122. artic. 4. col. 14. vers. dubium vni non dissimulandum.

g Leg. 1. ff. de iur. delib. ca. de causis. de off. deleg.

2 Ad secundam respondeo, quod varij varie sentiunt circa hoc dubium, vt ego iam dudū late tractaui in ca. ieiunia. d quod habet id quod quæstione proponitur, scilicet in die Dominica nihil aliud esse agendum, quam Deo vacandum: & postea in d. Man. e breuiter resolucendo diximus, nullum opus fieri seruile ex eo solo, quod fiat ob lucrum vel mercedem, vt efficaciter probat Caietanus, si bique respondet oppositis: cuius rationes, quia ibi facile videri possunt, hic non rescribo.

3 Ad tertiam respondetur, quod omnia quacumque iubentur, aut permittuntur faciendi sine determinatione quantitatis, vel temporis, debet determinari arbitrio boni vel prudentis viri, vel iudicis, & consequenter vir bonus & prudens arbitrabitur, inspectis circumstantiis personarum, causarum, siue occasionum, generis operum, & aliis, ita quod maius tempus potest concedi ad conflendum aliqua, vel ad barbas radendas, & capill os circumcidendos, quam ad fodiendum in agro, vel putandum vineam.

DE CAUSA POSSESSIONIS, ET PROPRIETATIS.

SVM MARIVM.

1 Possessorium suspensio petitorio prius terminari debet. 2 Regularium regimen perpetuum melius quam triennale. 3 Insuatonatus per prescriptionem 40. annorum queri, modificari, & tolli potest. 4 Ius ad antiquum reuersio fauorabilis.

CONSILIVM I.

PAPA creati ius patronatus super quodam monialium monasterio in fauorem N. qui per 70. annos presentauit Abbatissam, & institutio fuit perpetua, nunc vero iterum presentante patrono, & tam ipso, quam monasterio institutionem perpetuam desiderante, insurgit institutor, & alij, dicentes institutionem esse debere triennalem, quia sic apud religionē receptū esse videtur. Queritur quid iuris?

1 Respondeo primo, patrono & monasterio volētib; vt Abbatissa præfata presentata per patronum confirmetur pro perpetua sine triennalis temporis præfinitione, clarum & manifestum ius eis in possessorio competere; quia ab annis 70. sunt in hac possessione cū titulo colorato, quod sufficit, iuxta glossam celebrem. h & ita nullatenus permittere debent, vt agatur, & litigetur super petitorio, & proprietate iuris, donec possessorium finiatur, & reponantur in pacifica & tranquilla possessione iuris presentandi, & petendi confirmationem perpetuam. Tū quia magnum est commodum possessionis. i Vnde & iure concessum est, quod si causa proprietatis seu petitorij prius incipiatur, possit possessorium incipi ab eo, cuius interest, & suspendi petitorium, donec possessorium finiatur, k quæ receptissima sententia est. Tum quia victo aduersario in possessorio, attenuantur multum vires eius ad obtinendum in petitorio, vt præfata iura declarant, & non solum attenuantur ei vires iuris, sed etiam facti; ita vt frequenter abstineat à petitorio, propterea quod se videt victum in possessorio, vt quotidie palam fit.

h In clem. 1. de causa possess.

i S. retinēda. vers. & quia cõmodius. In fit. de interdict.

k Cap. pastoralis. de causa possess.

2 Secundo, quod licet ambitio, & dulcedo sensualitatis suaserint multis regularibus, melius esse regimen triennale inuentum à recentibus regularibus, vt per frequentes mutationes ambitiosi & auari aliquando fiant prælati, vel prælatæ; multo profectò coram Deo & sanctis eius melius & sincerius est regimen illud antiquum, quod antiqui, iidemque sanctissimi Patres, Basilius, Augustinus, Benedictus, Bernardus, & Ecclesia vniuersa seruarunt, quando regulares longè erant meliores, quam nunc sunt; idque nos multis & efficacibus



a In consil. 7. de statu monach. b Super cap. nullam. 18. q. 2. a. num. 3.

rationibus probauimus infra, a & latius in tractatu de paupert. que nunc recognitum iterum edere curamus mutato titulo in titulum de regul. b quas rationes qui presul serena mente pelauerit, facile cognoscer, quo spiritu hoc regimen temporale substitutum fuerit illi regimini antiquo perpetuo; cenlebitque conandum esse aliquam inuenire viam qua rediremus in illud antiquum.

Tertio quod etiam in causa proprietatis, & petitorio ius est prefato patrono, & monasterio, iure communi at- tento. Tu quia pars aduersa cognoscat iure speciali Pontificis Maximi competere predicto patrono ius presertim predictam Abbatissam: & constat iure communi Abbatu, & Abbatissaru, & alioru prelatoru, & prelataru & omniu alioru beneficiariorum institutiones presertim- atorum ad dignitates & beneficia esse debere perpetuas; ita quod sine culpa graui non possint ab eis deponi. c

3 Tum quia secundum receptam sententiam ius patronatus per prescriptione quari, tolli, & modificari potest, per ea que habentur in ca. consultationibus. d & late tradita post alios per Albertinum, e & multis aliis locis, f presertim dum constat ius patronatus iam esse questum, & formatum, vt est in casu proposito, in quo Pontifex Maximus illud creauit, nec pars aduersa hoc negat. Ergo prefatum monasterium, & predictus patronus potuerunt acquirere per prescriptionem legitimam, quod ius presertim- tandi, quod Papa concesserat, intelligeretur ita, vt institutio perpetua deberetur Abbatissa presentata: ergo etiam iure communi institutio debuit esse temporalis, cuius contrarium supra probatum est; iure tamen speciali prescriptionis debet esse perpetua, & tenetur ordinarius ad faciendam illam perpetuam. Tum quia prescriptio 40. annorum sufficit, vt sit legitima in hac materia per glossam receptam, g & per textum & ei adnotata, h & in nostro casu est 70. & ita fere duplo maior, quam necessaria.

4 Tum quia reditio ad ius pristinum & antiquum est fauorabilis, i vbi hoc dilatat Iason, & ante illum Felin. k At antiquo iure optimo, vt diximus, institutio vel confirmatio debebat esse perpetua: ergo presertim, quod in casu proposito debet esse alis, digna est fauore, & vt iudex omni ex parte, qua id facere potest, ei faueat. Tu quia etiam si solus patronus hoc peteret, erat audiendus, & iuuandus; & in casu proposito non solum ipse, sed & monasterium, & moniales eius id ipsum petunt: ergo fauendum est eis, & credo fauebit totum Illustrissimum Rotæ Prætorium, si ad ipsum res deferatur. Salua, & c.

DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM. SVMMARIVM.

- 1 Officiarium principis non decet sine ipsius licentia causam, que ipsum tangit, tractare.
- 2 Interdicta vnde vi, & vti possidetis pro mobilibus non dantur.
- 3 Interdictum vtrubi pro retinenda re mobili datur.
- 4 Possessorum iudicium recuperande possessionis rei mobilis datur iure canonico, sed non iure civili.
- 5 Officij iudicis remedium extraordinarium locum habet vbi a quitas suadet, & aliud non est proditum.
- 6 Prelati agere possunt pro iuribus suorum regularium.
- 7 Officium sigillatoris Penitentiariae membrum officij maioris Penitentiarij, & ita huius inter est regesta illius fideliter custodire.
- 8 Petitio iudicialis legitima cominere debet, quis, coram quo, quo iure, & a quo quid petat.
- 9 Priuandus non est re sua non auditus vel non citatus.
- 10 Executor mixtus sine cognitione que possessione sua non priuat.
- 11 Consuetudo immemorialis sine causa mutari non debet. num. 13.
- 12 Iudicandum de lege cum sit, secundum eam cum facta est.
- 13 Dispositio omnis principis contra legem humanam valet; quauis peccaret, si sine causa id faceret. num. 13.
- 14 Beneficiorum diuisio iure prohibita ex causa fieri potest.
- 15 Beneficium vacans sine diminutione conferendum; sed potest onerari & postea conferri.
- 16 Beneficium non vacans vniri potest, etiam non vocato possessore.
- 17 Beneficia, & officia ecclesie libera Papa potestati subsunt.
- 18 Leges humana mutatio vitanda, etiam si occurrat aliquid melius, nisi eius vititas preponderet damno quod ex mutatio

c Iuxta c. sa- tis peruersu. 56. dist. 6. c. inuenerum. 16. quaest. 7. d. Et in c. cura. de iure pu- trona. e Lib. 2. par. 10. q. 1. princ. art. 5. f De iure patr.

g In d. ca. au- 7a. h Ca. de quar- ta de prescri. 1. Ca. ab exor- dio. 35. dist. 1. si vnus. 5. pa- trona ne pepe- ret. ff. de pat. & in cap. cum omnes. de con- siliis.

A

B

C

D

E

F

G

H

ne sequeretur. 13 Firmius id est, quod a pluribus approbatur. 16 Nobilitas hanc sibi legem imponit, vt nisi in beneficijs creuerit, nihil se praestitisse putet.

CONSILIVM I.

PRæsuppono primo; quaestionem esse, an Illustrissimus summus Penitentiarius bene petat libros officij sui sigillatoris, quos Reuerendissimus Datarius de mandato Sanctissimi iussit post mortem ipsius sigillatoris penes quemdam custodiri, & deponi.

1 Secundo, protestor me nihil hac de re respondere ausuisse, nisi me predictus Illustrissimus, cuius sacra Penitentiariae Prætorio assistere teneor; certiore fecisset, quod sua Sanctitas volebat, vt qui sumus eiusdem Prætorij tractarem, quid de illa nobis videretur: quoniam non decet, nec forte licet his, qui sumus officiarj sua Sanctitatis adeo addicti, de causa, qua sua sanctitate ex propinquo tangit, sine ipsius facultate tractare, arg. ca. vlt. a & aliorum iurium citatorum a glossa ipsius. b

Tertio, quod primo videndum est, an esto, quod ablatio predicta librorum sit male facta, petio restitutionem ipsorum per viam alicuius remedij possessorij pertineat ad Illustrissimum eundemque maiorem Penitentiariu.

2 Et pro parte quidem negante facit primo, quod predictus Reuerendissimus Datarius nec vi, nec clā, nec precario abstulit illos; & ita cessant remedia possessoria interdictorum, qua ob facta vi clam, vel precario; competunt. Interdictum item vnde vi; & vti possidetis cessant; quia non dantur pro rebus mobilibus. c Non competit etiam interdictum vtrubi, quod datur pro retinenda possessione rei mobilis. d quia constat predictos libros non possideri a sigillatore, neque a predicto illustrissimo: & quod nullum remedium possessorium est proditum a iure Cæsareo pro restitutione rei mobilis, quales sunt libri predicti, iuxta glossam receptam in leg. rem qua nobis ff. de acquir. possess. pro rebus enim mobilibus competit actio furti, vel vi bonorum raptorum, vt patet.

3 Sed ad hoc responderi potest, quod licet iure Cæsareo non sit proditum remedium possessorium pro restitutione possessionis rerum mobilium, est tamen proditum iure Pontificio, e vt post alios tradit Ripa, f & præterea vtroque iure videtur habere locum remedium officij iudicis, quod habet locum vbi cumque æquitas suadet, vt fiat aliquid, & non est proditum aliud remedium, iuxta l. plane. g & tradit post alios vbi supra Ripa in multis locis.

4 Secundo pro eadem parte negante facit, quod licet habeant locum predicta remedia, non tamen videtur posse illa intentari a predicto Illustrissimo Penitentiario, quia ipse non possidebat illos libros, nec custodia eorum pernitebat ad ipsum, sed ad sigillatorem eius per constitutionem reformationis sacra Penitentiariae. Sed & ad hoc responderi potest, quod Abbates, & alij superiores prelati possunt agere pro iuribus monachorum sibi subditorum, h & Penitentiarij maior videtur superior sigillatoris sui pretorij, & illius officium videtur esse membrum sui officij principalis: & negari non potest interesse sui officij vniuersalis: Penitentiariae, vt regesta ad eam pertinentia fideliter custodiantur, & iura ad officarios spectantia illa seruentur, arg. a simili, quod valet. i

5 Tertio pro eadem parte negante, scilicet quod non bene petat predictus Illustrissimus, facit, quod non nominat vllam personam, a qua petat, quæve illos possideat, & teneat; & supposito quod sint restituendi, dubitari potest quis magis teneatur ad restitutionem, an ille sub cuius custodia & potestate remanserunt post mortem sigillatoris an Reuerendissimus Datarius, iussu cuius fuerunt illi ab eo traditi, an sanctissimus D. N. imperio cuius Datarius illud iussit: an ille, cuius custodia nunc sunt commendati, & omnis qui bene petat, debet exprimere quis, quid, coram quo, quo iure petat, & a quo, iuxta glossam receptam in ca. r. de libel. oblat. Sed etiam ad hoc responderi potest quod licet in supradicta causa propositione non exprimat personam a qua vult petere, poterit tamen exprimere in sua, quam proponet, petitione.

6 Secundo, videndum est, an ablatio predicta fuerit iniuste facta. Circa quod dicendum videtur primo, quod sic, si absque auctoritate S. D. N. in id expressa D. Datarius id fecit: quia nemo est priuandus re sua, vel sibi debita, antequam audiatur, vel saltem citetur, a etiam a Papa, b & possessione rei, c immo nec citatus prætermisso ordine iuris, d & predictus Illustrissimus, vel alia persona vera, vel ficta, pro qua ipse agere potest, videtur possessione rei ad se pertinentis priuatus, vel priuata a D. Datario, antequam fuerint auditi, vel citati.

7 Tertio, quod etiam ablatio predicta fuit iniusta, si predictus D. Datarius eam fecit vt iudex, vel executor mixtus S. D. N. quia delegatus, vel mandatarius, siue executor Patris mixtus non potest tollere alicui possessionem, quam habet alicuius rei, sine causa cognitione, virtute mandati Patris sibi facti, vt alius mittatur in possessionem eiusdem rei, iuxta celebre dictum Innoc. e in theoria & praxi. Ergo licet Papa mandasset D. Datario, vt reciperet predictos libros, non potuisset illos auferre sine vocatione patris. 8 Quarto infra scripta rationes, quibus iniustitiam predicta ablationis aliquibus posse probari visum fuit, non subsistunt: & quidem, dum dicit quod consuetudo immemorialis non potest mutari, est contra c. non debet, f quod legem & consuetudinem seruata a tempore immemoriali de non contrahendo matrimonium intra septimum gradum, abstulit, restringendo illam vsque ad quartum, & contra Concil. Tridentin. g quod abstulit consuetudinem ante multa secula seruata de valore matrimoniorum clādestinorum, & contra innumera alia iura, qua consuetudines immemorales abstulerunt, & contraria illis statuerunt. Illa item, quæ præsupponunt, quod consuetudo, qua habet vim legis, non potest mutari, cum palam sit ipsam legem etiam Conciliarem, & seruata a tempore immemoriali, mutari posse, iuxta doctrinam S. Thomæ receptam, h quin & sapit hæresim contra doctrinam Catholicam, qua colligitur ex c. cuncta per mundum, i & ibi notatis de potestate Patris legem condendi. Illa item, qua præsupponunt mutationem legis eo ipso esse inualidā, quod non debeat fieri.

6 Secundo,

a De postul. b In verbo contra ecclesiam.

c L. 1. §. illud. ff. de vi & vi arma. c. l. i. ff. vii posside- ra. d Leg. 1. ff. v- trubi.

e Per c. reinte- granda. 3. quaest. 1. f In c. sape de restit. spol. n. 22. g §. fin. c. l. e. seq. ff. de po- ni. haren.

h Clem. 1. de rescrip. c. fin. de success. ab intest.

i Ca. dudum. 2. de elec.

a Capit. inter quatuor. de maior. b Cap. nos in quemquam. 2. q. 1. c Capit. 1. de cau. poss. d Ca. conque- rente. de resti. spol.

e In cap. 1. de concess. prob. num. 4.

f De consang.

g In ca. 1. de refor. matr. sess. 24.

h 1. 2. quest. 1. de constit. 1. q. 3. c. 1. de constit.

k In c. in istis. 4. dist. 1. In c. qua in ecclesiarum. de constit.

m Ca. maio- rib. de prob. n. In c. vacan- te. eodem tit. o Ca. 1. vt be- nef. sine di- min. confer. p Ca. signifi- catum. de pra- ben. q De reb. ec- cles. n. alien. r De off. leg. s L. 2. ff. de co- sti. princip. 5. sed & quod princip. iussit. de iure natu. gent. c. ciui. t ff. de leg. 2. ca. propoluit. de concess. praben. v Iuxta c. 2. de prob. l. 1. c. clem. 1. vi lit. pend. c. glo. solem. cap. si gratiose. de rescrip. l. 6.

n Ca. maio- rib. de prob. n. In c. vacan- te. eodem tit. o Ca. 1. vt be- nef. sine di- min. confer. p Ca. signifi- catum. de pra- ben. q De reb. ec- cles. n. alien. r De off. leg. s L. 2. ff. de co- sti. princip. 5. sed & quod princip. iussit. de iure natu. gent. c. ciui. t ff. de leg. 2. ca. propoluit. de concess. praben. v Iuxta c. 2. de prob. l. 1. c. clem. 1. vi lit. pend. c. glo. solem. cap. si gratiose. de rescrip. l. 6.

predictos libros, mutare: neque quod mutatio etiam non debite facta ipso iure non valerit: sed quod multis de causis sua Sanctitas non debet eam mutare.

13 Quarum prima est, quod est vetustissima, & immemorialis, & quod in noua reformatione sui officij pœnit. licet alia quæplura mutata fuisset ipsa tamē immutata mansit, & immutata seruata est tempore triu maioru Penitentiariu vsque ad mortem proximi præteriti sigillatoris. Secunda causa, quod licet sanctissimus D. N. omnia qua sunt iuris humani, qualis est hæc consuetudo, mutare possit, & mutatio valerit, licet fieri non deberet; non tamen excusaretur coram Deo a culpa, si absque iusta causa eam faceret: quia licet consuetudo, & lex humana iuste mutari possint iusta de causa, non tamen absque illa.

14 Vnde S. Thomas pulchre concludit, a legem humanam non esse mutandam, etiam cum occurrat aliquid melius, nisi illud præponderaret, siue maioris ponderis esset Reip. quam malū, quod ex immutatione sequeretur. Tertia causa cur sua Sanctitas debeat relinquere consuetudinem predictam vetustam immutatam, est ne prebeat occasionem detrahendi contra predictum Illustrissimu, vel quod deliquerit, vel negligens fuerit in corripiendo suum sigillatorem malè custodientem libros: vel quod suam Sanctitatem pœnituerit magnificentia illius, qua Cardinalem Ultramontanum non petentem, neque opinantem tanta dignitate gratis donare dignatus fuerit, donare inquam: & cogere renitentem, vt ea fungeretur, contra le. conueniri. c Quarta causa, ne videatur arguere cuiusdam imprudentia & incogitantia prædecessorem suu Pium V. cum primis omnium, qui multis seculis Ecclesie Christiana præfuerunt, imitandum, quod suam Sanctitatem contra morem aliorum summorum Pontificum magno studio, & raro exemplo facere palam est. Quinta, quod multis de causis predictus Pius prædictam consuetudinem reliquit immutatam in predicta reformatione. Primo quidem, quod iudicauit eam prudenter & salubriter a maioribus fuisse institutam. Secundo, quod nulli tutius committi posse videbat matrimonialium dispensationum expediendarum, & registrandarum negotiorum, qua illi, cui expeditionum in foro conscientia sigillandarum curam crediderat, intelligens nihil ab eo in foro exterioris negotiis vel imprudenter, vel indecenter commissum iri, qui in foro interioris negotiis tum suis priuatis, tum alienis fide studium, & diligentiam suam probasset; iuxta c. precipimus. d Tertio, quod æquum etiam erat, & consentaneum rationi, vt idem sigillator vtriusque fori casibus manu extremam imponeret, tam iis, quæ cum illicita fuerint, commissa tamen sunt, & remittuntur, quam iis, quæ cum illicita sint, dispensatione tamē Apostolica licita redduntur: & sicut illa, ne vili nisi confessori approbato pateant, sigillo ob- signantur, sic ista, vt nunquam pereant, fideliter in libros referat, & relata ad posteritatis memoriam custodiat. Quarto, quod prudentia fuit statuere, vt quas facultates Sanctissimus D. N. maiori penitentiario ad forum exterius pertinentes assignauit, & ex earum concessione aliqua emolumenta percipienda concessit, earum gratiarum & concessionum memoriam non alius asseruaret, quam eiusdem maioris penitentiarij officarius; sicut & pares- familias redituum & emolumentorum suorum procuratores, & dispensatores, & rerum custodes & conservatores non eos eligunt, qui alieno imperio pareat, sed domesticos, & familia res carissimos & fidelissimos. Quinto, quod liget tempore reformationis officij fuit examinatum, quid magis deceret & expediret super asseruentione præfatoru libroru, & emolumentoru perceptione, eorumque distributione; & iudicatum fuit magis conuenire id, quod semper vltus habuit: ideoque præferri debet ei, quod vnus vel alter sine tanta discussione suadet, argum. cap. prudentiam, e & cap. de quibus, f quatenus habent id etiam firmius, quod a pluribus approbatur.

15 Sexto, quod cum de his gratiis, & concessionibus, quas in registrum inscribere consuevit sigillator, emolumenta sua, suorumque officialium percipit maior penitentiarius, inconueniens videtur, vt alius quispia taxas ad illum pertinentes exigat, & inter Cardinale & officiales eius diuidat, quam ab eo constitutus, eiusque pro-

16 Sexto, quod etiam hæc euadi possunt, non eo quod Sanctissimus D. N. non possit, si voluerit, predictam consuetudinem, secundum quam sigillator eius custodiebat

17 Sexto, quod etiam hæc euadi possunt, non eo quod Sanctissimus D. N. non possit, si voluerit, predictam consuetudinem, secundum quam sigillator eius custodiebat

18 Sexto, quod etiam hæc euadi possunt, non eo quod Sanctissimus D. N. non possit, si voluerit, predictam consuetudinem, secundum quam sigillator eius custodiebat

19 Sexto, quod etiam hæc euadi possunt, non eo quod Sanctissimus D. N. non possit, si voluerit, predictam consuetudinem, secundum quam sigillator eius custodiebat

20 Sexto, quod etiam hæc euadi possunt, non eo quod Sanctissimus D. N. non possit, si voluerit, predictam consuetudinem, secundum quam sigillator eius custodiebat

Nauar. Conf. Pars prima. L prius,

a In d. quest. 97. art. 2.

b Iuxta cap. ridiculum. 12. distin.

c ff. de pat. dos. c. ca. ex parte. de con- siliis.

d 12. q. 1. c. l. 2. c. ne fide iuss. dot. den- tur.

e De offic. de- leg. f 20. dist.

prius, & iuramenti sacramento obligatus minister, & officialis, qualis est sigillator. Alia, gratia breuitatis, quibus prædicta consuetudo iusta, vilis, & aptissima redditur, omitto. Sexta causa, cur sua Sanctitas non debeat prædictam consuetudinem mutare, est quod prædictus Illustrissimus humiliter & vehementer supplicat Sanctitati suae, ut serio perpendens prædictas æquissimas ratione consentaneas causas dignetur auctoritatem prædecessorum suorum vetustissimæ temporis consuetudinem, quasi traditionem, quamdam, etiam decretis Pontificum corroboratam defendere.

16 Et cum iuxta alium prædecessorem suum Gregorium suo de nomine dictum, hanc legem sibi nobilitas imponat, ut nisi in beneficiis creuerit, nil se præstitisse putet, Sanctitas sua nobilissima sicut prædictum Illustrissimum nihil tale cogitantem per summam suam & incredibilem gratiam ad hoc munus vocare dignata est, ita eum hoc munere fungentem ab omni molestia, & ab omni siue auctoritatis, siue iurisdictionis diminutione sincerè, integre, & tuncat & feruet. In gloriam Dei, qui sua infinita bonitate Sanctitatem suam quam diuissimè feruet incolumem, & gloriosissimam. Amen.

SVMARIVM.

1 *Treremium pæne, vel necis etiam iuste inferenda timor excusat seruum fugitiuum ne ad dominum redeat.*

1 *Seruus fugitiuus tenetur redire ad dominum, nisi probabilis timor perdendi vitam excuset, & tunc semper tenetur habere intentionem domino satisfaciendi, & quicquid lucratur, domino lucratur.*

2 *Bonorum tres gradus sunt, vitæ, famæ, & fortune, quorum priorum non tenetur iacturam facere, vt restituantur posteriora.*

CONSILIVM II.

Quidam seruus fugitiuus perpetravit graua delicta, ob quæ iure occidi deberet, vel ad treremes perpetuò damnari, & confessus peccata sua paratum se præstat ad parendum confessario: qui interrogat, an teneatur ei iubere, vt se restituat domino, qui iam bis conatus est eum capere per lictores, quo iudex eum puniat.

1 Respondeo primo, quod tenetur in foro conscientie redire ad dominum suum, aut eum cõtentum facere, quòd non redeat, nisi aliqua iusta causa eum excuset a reditu. Secundo, quod probabilis timor perdendi vitam, si ad dominum redeat, videtur iusta causa non redeundi, nec se illi restitueri per vnum præsuppositum, & vnam regulam, quæ nos posuimus in Manu.

2 Præsuppositum est, quod bona subiacta restitutioni sint trium ordinum, videlicet, famæ, vitæ, & fortunarum, & quod bona vitæ sunt maioris ordinis, quam bona famæ, & famæ, quam fortunarum. Regula verò est, quod nemo tenetur ad restituendum bona minoris ordinis, cum iactura bonorum maioris, arg. cap. officia, & aliorum quæ ibi citantur. Cum ergo hic seruus fugitiuus sit de bonis fortunæ dicti domini, & in illius hereditate, & non potest se illi restituere sine iactura bonorum altioris ordinis, scilicet vitæ, excusatur profecto a redeundo, & se illi restituendo. Tertio, quod tenetur tamè habere propositum satisfaciendi illi, seu faciendi illum cõtentum quam optimo modo, & quam citissimè poterit, soluendo ei per se, vel per alium iustum pretium, vel precibus aliquorum piorum, amicorum, magnatum, religiosorum, vel aliis modis honestis, & agnoscere se seruum eius coram Deo, donec sibi sit satisfactum, & quod quicquid quærit, & lucratur, quærit suo domino, & cum poterit, se, & illa restituet ei ad salutem animæ suæ, & gloriam Christi, qui nos sua gratia donet, ac perseuerantia ad mortem inclusuè confirmet. Amen.

SVMARIVM.

1 *Bello capta mobilia acquiruntur capienti requiritur autem quod sit publicum, indictum à potente indicere, nu. 2. item & quod sit iustum ex parte capientium. nume. 7. consuetudo tamen Regum omnium bellantium videtur solum requirere quod sit publicum nu. 3. & 6. & consuetudo Lusitanorum solum requirit vt bona triduo à Mauris inimicis fuerint possessa. nu. 3. & 7.*

2 *Naufragio bona amissa, vel iactata animo non recuperandi, seu si habeantur pro derelictis, capienti acquiruntur.*

4 *Postliminij ius non habet locum in armis, nec in vestibus perditis in bello, immo nec in aliis rebus quæ non causa belli seruan-*

*tur. num. 5. vnde etiam si ab inimicis recuperentur, tamen prioribus dominis non restituantur. num. 5.*

6 *Conuentio tacita videtur introduci ex eo quod persona ita cõsueuerunt seruare.*

7 *Res aliena in bello iniusto etiam publicè indicta capta domino erit restituenda ab iis, in quos etiam titulo emptionis peruenerunt, nisi vbi lex & consuetudo, quæ potest esse rationabilis, num. 3. dicit contrarium. num. 2. & 5. & vlt.*

CONSILIVM III.

IN bello & prælio Regis Sebastiani contra Mauros in Africa, cum Christiani victi fuissent, Mauri ceperunt eorum spolia, & in his lapillos, & gemmas, & alia magni pretij, quæ postea vendiderunt parui alii Christianis captis; qui redeuntes ad suos, sua pecunia retulerunt illa in Lusitaniam.

Quæritur, an teneantur reddere illa dominis antiquis quorum fuerant ante illud prælium, in quo illi obierunt, vel victi spoliati fuerunt.

1 Ad quæstionem propositam respondeo primò, quòd pro parte negante; scilicet quod non teneantur reddere illa antiquis dominis, etià soluto pretio, quod pro eis soluerunt, facit primò, quòd bona mobilia capta in bello ab hostibus, sicut captiui, vt tradit Innoc. a quæ sequitur oes & merito: quia pro eius dicto est textus in §. item que. b & ita Mauri, qui ea ceperunt, videtur facti fuisse domini eorum, & consequenter potuerunt donare, & vendere.

2 Secundò, quòd dominium rerum habitatarum pro derelictis quaritur eas capienti, & prædicta capta in prælio præfato videtur fuisse derelicta ab his, quorum erant ante prælium: ergo Mauri, qui ceperunt ea, videtur fuisse facti eorum domini. Vnde etiam domini rerum perditarum per naufragium, vel iacturam è nauj pro eius salute, animo eas non recuperandi, acquiruntur capienti eas, iuxta d. in Man. confess. d & qui adierunt prælium illud, eo animo portabant ea, vt crederent futura illa Maurorù si ab eis victi forent, sine spe recuperandi ea.

Tertio, quod prædictæ leges, & alia illis concordatæ quibus statutum est, vt mobilia capta in bello fiant captiuium, non requirunt iustitiam belli, sed solum quod sit publicum, indictum à populo Romano, vel alio libero non agnoscente superiorem; & bellum præfatum etiam à parte Maurorum erat publicum, & susceptum à Rege libero: ergo, licet fortè diceretur iniustum, eo quod defendebant terras, quæ fuerunt, & etiam nunc sunt Christianorum, non videtur impedire acquisitionem captorum in eo.

3 Quarto, quod consuetudo omnium Regum Christianorum bellantium habet, vt bona mobilia fiant captiuium, non habita ratione, & discretionem, an bellum iusta de causa fuerit illarum, vel acceptum, sed solum an fuerit publicum, auctoritate Principis, vel Regis liberi indictum: ergo pari ratione id videtur seruandum in bello à Christianis Principibus contra infideles gesto.

4 Quinto, quod cõsuetudo iam pridem seruata dicitur habere, quòd mobilia Lusitanorù capta in præliis à Mauris suis finitimis, si tribus diebus conti nuis ea possideantur ab eis, non redeant ad pristinos dominos Lusitanos, etiam si empta, vel redempta, vel aliàs ablata reportentur in ditionem Lusitanam: quæ consuetudo potest esse rationabilis; tum ad animandum Christianos ad fortius pugnandum, ne sua perdant: sicut & Romani non habebat ius postliminij in armis, & vestibus perditis. e Tum ad tollendas innumeras lites, quæ ex contrario vsu nascerentur.

5 Sextò, quòd mobilia perditia semel in bello, & ab hostibus capta, licet postea recuperentur ab exercitu, non debent restitui primis dominis, sed fiunt recuperantium, nisi sint res, in quibus habet locum ius postliminij, vt pulchre decidit Salicetus, f & in rebus pretiosis, de quibus loquimur, non est locus iuri postliminij: quia illi solum est locus in his, quæ causa belli & prælij feruntur, vt sunt naues oneratiæ, & currus, & boues portantes & trahendes frumeta, & commearum: vt colligitur ex l. 2. & 3. vbi dicitur scaphas piscatorias, & ad voluptatem comparatas, immo nec vestes pertinere ad postliminiu & ita multò

a In ca. sicut. 3. de iureiur. b In l. de reuer. rum diu. & in ca. ius genti. i. diff. & in l. si quid in bello. & l. hostes. de capt. & postlim. reuerf. c L. 1. & 2. ff. pro derelictis. d Ca. 17. nu. 98. & 99.

e L. 2. §. fin. cum la. seq. ff. de captiui. & postlimin.

f In l. ab hostibus. l. 2. c. de capt. & postlim. nu. 3.

g ff. de capt.

maior ratio est, cur res præfate pretiosa non debeant restitui, quam alia, quæ causa belli portabantur.

6 Septimo denique, quod videtur esse quadam conuentio communis tacite per consuetudinem antiquissimam inducta inter Principes Christianos, & Principes Turcarum, & Saracenorù occupantes terras ad Principes Christianos, vel Ecclesiam Christianam pertinentes, quod res mobiles capte in bello censentur esse capientium, attentata illa iustitia belli, quam habet ex indictione auctoritate suprema temporali facta; quamuis alia requisita ad hoc vt sit iustum non concurrant. Quæ conuentio tacita colligi posse videtur tum ex eo, quod Rom. barbari, & alij Pagani iure gentium vsque ad tempus, à quo ceperunt Imperatores, & Reges Christiani rerum summas tenere, id seruauerunt: tum ex eo, quod suprema Monarcha Christiani etià nunc id seruant: non enim in tam longa ætate meminere videre, audire, nec legere, quòd, facta simpliciter inter aliquos Reges pace, nulla conuentione alia inserta, subditi vnus Regis liberi adeant Regem contrarium, & petant coram eo mobilia capta tempore belli publici à subditis eius, & fuerint iusta eis restitui: quæ consuetudo eisdem rationibus colorari potest, quibus colorata fuit illa particularis tacta in quinto argumento.

7 Pro parte verò affirmante facit primò, quod res aliena est restituenda domino suo iuxta iura, e & latius tradim⁹ in Manu. confess. At capta in præd. bello videtur māsisse in domino eorum, quorum antea fuerunt: quia non fuerunt facta Maurorum, qui ea ceperunt, cum bellum illud à Maurorum parte fuisset iniustum, quia susceptum erat pro defensione terrarum, quæ non erant fug. sed Christianorù, qui volebant eas recuperare: & D. Tho. e recep. ab omnibus Theologis expressè ait, quod ad hoc, vt capta in bello fiant capientium, requiritur quod bellum sit iustum.

Secundo, quod ad effectum, vt capta fiant capientium, non videtur sufficere, vt bellum sit publicum auctoritate temporali suprema indictum: quia alioquin consequeretur, bella Turcarum, & Saracenorum contra Christianos esse iusta, & capta in eis fieri eorum, & cõsequenter Christianos captos ab eis fieri seruos eorum, quod videtur durum. Sed ad hæc duo argumenta pro parte affirmante adducta responderi potest, quòd procederent, nisi lex & cõsuetudo obstaret, per tacta in §. & 4. pro parte negante formatis.

Per quæ omnia ego nõ auderem in præsentia affirmare partem posteriorem: sed magis inclino in partem priorè, quam certè disputando defendi posse non dubito, nec cõtra eam consulam, donec inueniam aliquid firmius, quam nunc inuenire potuerim, eo quòd hæc quæstio, etsi grandis & quotidiana, nondum est, vt arbitror, pro dignitate tractata. Salua, & c.

DE DOLO ET CONTVMACIA.

SVMARIVM.

1 *Capitulo cum aliquid est intimandum, canonicis in Capitulo capitulariter congregatis, & non aliter, ad hoc vt sit legitima, est intimatio faciendæ: & hoc, quando agitur de iis, quæ capitulariter sunt, etiam si concernerent actum facti, valde expedienda nu. 5. quod si respiceret actum facti, quod valde per singulos posset expediri, singulis posset intimari. nu. 4. & 6.*

2 *Citari in alio loco, quam de iure requisito, nemo potest, nisi quando executori data est talis potestas ob non tutum accessum.*

3 *Personaliter, vel procuratori ad id sufficienter constituto intimandum est cuiilibet, id quod ei præiudicium potest inferre.*

6 *Possessio seſſionis in choro & Capitulo, ac iurium canonicalium canonico non potest valde & vtiliter à Capitulo dari nisi capitulariter.*

CONSILIVM I.

Vit relaxatum monitorium ab A. C. contra Capitulum Ecclesie N. vt sub censuris & aliis pœnis deberet immittere A. in possessionem archidiaconatus eiusdem ecclesie. Quod monitorium fuit intimatù Priori, & aliquibus canonicis, non capitulariter tamen repertis. Quæritur an intimatio huiusmodi valeat.

1 Respondeo primò præfatum intimationem non videri verè legitimè factam Capitulo: quia verè Prior, & canonici, quibus facta fuit intimatio, non erant congregati in

Capit. neque in alio loco legitime vocati, vt requiritur ad hoc, vt faciant Capitulum; quia non erant vocati ab-ſentes, nec erant ibi duæ partes vocandorum, neque erat locus, ad quem solent vocari ad agenda negotia Capituli, licet sic ad officia diuina faciendæ, & ad reficiendæ corpora, & ad eundem à choro in refectorium, quod nõ est factis ad constituendum Capitulum legitime congregatum, vt colligitur ex multis, quæ adducit Felinus, a & Franciscus Pavinus in tract. de offic. Capituli sede vac. b

2 Secundò, quod nec potest dici quòd habenda sit fidei pro legitima præfata intimatio, eo quod ad Capitulum non esset tutus accessus, vel quod ipsum impediret intimationem. Tum quia in sententia declaratoria dicitur breue, virtute cuius fuit declaratio facta, fuisse legitime intimatum Capitulo, canonicis, & aduersario. Tum quia præfatum monitorium non continebat clausulam, vt haberetur pro satis intimata, si non esset tutus accessus, vel si Capitulum & canonici impediret intimationem, quod requiritur iuxta cl. 1. e & iuxta multa alia, quæ scripsit Fel. in cap. quoniam frequenter. d Tum quia nec notarius ipse, qui notificauit in loco in cõpetenti, dicit non fuisse tutum ei accessum ad Capitulum, neque quod illud impediebat intimationem. Tum quia Prior, & hi qui eum comitabantur, nihil durè responderunt: quia solum in summa dixerunt, eos non constituere ibi Capitulum ad negotia faciendæ, & quod responderent cum in loco competenti eis intimaretur.

3 Tertio, quòd certum est etiam non esse factam legitime intimationem ceteris, qui non aderant cum Priore, eù ei intimatio facta fuit quia intimatio, quæ sit alicui ad inferendum ei præiudicium aliquod, si non obediatur cõtenti in insinuatione, faciendæ est personæ propriæ, vel procuratori eius ad id sufficienti mandato munito, e & ipsi non erant præſentes, nec qui erant præſentes erant procuratores eorum.

4 Quarto, quod magis potest dubitari de ipso Priore, & aliis canonicis præſentibus, qui eum comitabantur. Pro parte enim affirmante facit, quod actus consistens circa merum factum, & pertinens ad Capitulum, potest expediri per canonicos singulariter sine Capituli congregatione: quæ communis est sententia Innocentij Compostellani, Ioannis Andrea, Butronis & Imola, quos refert Felinus, f & tandem sequitur eos, dicens, non esse tutum ab ea recedere: & in proposito agitur de actu continente merum factum, scilicet receptionem A. cui iam est quæſitum ius per prouisionem Papæ.

5 Pro parte autem negante faciunt quadam Domini dicta, quæ ipse ibi citat, & alia fortiora, quæ possunt eã confirmare; si adeo expediret nostro proposito, & sententia, in qua fui olim in illo cap. scilicet limitandam esse illam communem sententiam, vt tantum procedat in actu facti, quem canonici possint singulariter sine Capitulo facere, vt si iuberentur soluere aliquam summam pecuniæ, ad quam soluendam quilibet pro rata esset cõdemnatus.

6 Non autem in actu, qui nequiret fieri vtiliter ab aliquo, vel aliquibus eorum, nisi maiorem partem Capituli cõstituerent. & in casu proposito, in quo agitur de tradenda possessione seſſionis in Capitulo, & choro, & iurium ad archidiaconatum pertinentium, occurrit actus, qui vtiliter à singularibus canonicis fieri non potest, nisi saltè conueniret maior pars eorum: & quia non constat, quod intimatio fuerit facta nisi Priori, & paucis canonicis; arbitror eos excusatum iri à censuris, saltè si non contradixerunt, quos non constat contradixisse. Salua, & c.

DE SEQUESTRATIONE POSSESSIONIS ET FRUCTUUM.

SVMARIVM.

1 *Sequestrum positum iuxta clem. 1. de sequest. poss. sola concordia iudiciali etiam cum extinctione litium à iudice facta nõ tollitur.*

2 *Suspensio facta vsque ad tempus, eo adueniente tunc spirat, quando tempus est certum: at si posit dubitari an aduenierit vel sit præſtatum quod iubeatur, requiritur iudicis declaratoria.*

a In ca. e. de de rescrip. & in c. cum omnes de consil. b Et alij in alijs locis ab eù allegatis.

c de indic. d §. porro. col. 3. & sequen. vt lite non contest.

e Clem. causam qua. de electio.

f In ca. e. de re. scrip.



CONSILIVM I.

AN sequestrum positum in casu clem. 2 infirmetur per concordiam factam inter partes cum extinctione litium ab ipso iudice facta?

1 Pro affirmatiua facit, quod sequestratio, de qua in d. clem. fit durante lite, at per talem concordiam finita est lis auctoritate iudicis, ergo non durat: quia factum vsque ad aliquem terminum, non durat adueniente illo secundum Innocentium. b

2 Sed contra videtur dicendum per resolutionem eiusdem Innocentij, videlicet quod quamuis suspensio facta quo ad aliquod certum tempus per aduentum illius tollitur, quia nulla potest esse dubitatio de illius aduentu, suspensio tamen facta donec satisfaciatur, non tollitur, donec iudex declaret esse satisfactum: quia postea vna pars id affirmare, & altera negare. Cum ergo in questione proposita possit vna pars dicere litem non esse extinctam, nec concordiam validam, videtur durare sequestrum, donec iudex declaret finitam esse litem, & concordiam validam.

DE CONFESSIS.

SVMMARIVM.

1 Moniale se esse que asseruit, & coram vicario Episcopi interrogata confessu est, si postea cum iuramento interrogata dicat contrarium, ex causa attendi, potest secunda confessio, & seqq.

2 Confessio ad se factam quis non reuocat, statuta primo dicto regulariter. nu. 6 fallit si secunda confessio sit extorta per tormenta. nu. 3. vel per iuramentum, nu. 4. vel quando secunda facta in loco libero, cum prima esset facta timore reuerentiali simulque in materia requirente plenam libertatem, nu. 4. & 5. vel quando contra primam subsunt presumpse subornationes, nu. 5. & 6.

2 Tertio secunda depositio praeualeat priori nulliter recepta.

CONSILIVM I.

Quaedam puella diues opera ingressa fuit quoddam monasterium, animo, vt ipsa postea dixit, quoticumque vellet, exeundi: que post aliquot annos persuasa, vt creditur, ab Abbatisa, monialis facta est. quod agrè ferens pater, qui eam nuptui tradere cupiebat, protestatus fuit de nullitate professionis, & simul operam dedit, vt super eo ab Episcopi vicario examinaretur, quae respondit simpliciter se esse moniale. itaque videns pater, quod filia subornata, dum in monasterio permaneret, ob verecundiam, & reuerentiam Abbatisae, & monialium in dictis persisteret, obtinuit causam committi, & filia è monasterio educi, prout factum est: & sic educa à commissario examinata iurcirando respondit se numquam proposuisse fieri moniale. Quiritur, an prima confessio praeualeat posteriori confessioni.

Respondet primò, quòd quaestio haec est valde difficilis, & plurima pro vtraque ipsius parte adducere posset is, cui esset otium id faciendi. Pro parte enim affirmatiua videtur casus vulgatus in l. generaliter, d cuius verba transferuntur in c. per tuas. e ibi, Nimis indignū sit, vt quisque quod sua voce dilucide protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare. Deinde quod Bart. f quem sequuntur plurimi, & in his Panor. s tenet primum dictum etiam extrajudiciale testis praefendum esse dicto posteriori etiam iudiciali iurato: pro quo faciunt illa omnia, quae ipse Bartholus & alij multi in variis locis adducunt pro suo dicto. 2 Pro parte autem negante posset adduci primo gloss. h & alia quae est solemnior, i quatenus habet priorem depositionem testis nulliter accepti postponendam esse depositioni posteriori: & quod communis opinio Doctorū est contra Bartholū, vt inter alios ait Philippus Decius, qui plurimos in id citat. k Secundo adduci potest etiā textus, i quatenus probat dicto secundo standum fuisse, licet pro primo dicto aliquot graues coniectura concurrissent. 3 Tertio possent adduci iura illa omnia, quibus probatur confessio posteriori per tormenta extorta esse potius standum, quam confessio priori sine tormentis facta. m

Secundo respondeo, quòd narratio casus non videtur sufficienter facta: quia nō narratur, nec explicatur an praedictus Reuerendissimus iudex, cui haec causa commissa est,

interrogauerit denuo praefatam puellam super his, quae antea dixerat, vt responderet praefato iuramento, neque satis declaratur, an praedicta puella exiens à monasterio reclamauerit coram iudice, vel tantum extra iudicium, & an iurata, vel iniurata.

4 Tertio respondeo, quod praesupposito eo, quod videtur verisimile, quòd praedicta puella cum exiit, reclamauerit coram iudice, & cum iuramento: vel saltem postea coram Reuerendiss. commissario id fecerit, videtur standum esse posteriori confessioni, & nō priori, attēto, quòd prior sine iuramento fuit facta, & secunda cū eo; & quod iuramentum est tortura quaedam spiritalis, vt in hoc ipsum propositum ait Panor. mitanus, a & quod confessio posteriori facte per torturam est standum. b Attento item quod prior confessio facta fuit timore reuerentiali Abbatisae praesentis cupientis illam habere moniale, & succedere in bonis eius, qui excusat in his, quae sunt libertati valde graua, c adeo quod glossa singularis, d argumēto illius textus & nonnullorum, quae in eo citantur, dixit quod timor reuerentialis efficit, ne valeat professio etiā quo ad forum exterius, quam & nos tenuimus allegando eam in Manu. confess. e

5 Attento tertio, quod confessio mulierum in his, quae pertinent ad matrimonium spirituale vel carnale, debet fieri in loco libero, & plene libertatis, ad hoc vt sibi praedictur: & quod posterior confessio est facta in loco libero, prior autem non ita; & quod ipsa ob praedictum timorem non fuit id protestata; pater tamen eius protestatus fuit, quòd multum ad hoc facit. s Attēto itē quod multa cōcurrunt ad suspicandū, quod subornata, & verecundia locus adacta dixit ea, quae corā praedicto vicario cōfessa fuit, nempe quòd fuit ingressa monasteriū eo animo, vt fieret monacha, & quod eo animo accepit habitū monachalem; & quod vere non habuit, vt ipsa etiam in postrema confessione significat, animum se monacham faciendi; & quod pater id videns preparauit sibi nuptias, & fecit eandem denunciari; quod non fecisset, si certo non intellexisset eam velle matrimonio coniūgi: & quod simulac egressa fuit, reclamauit, & affirmauit nullum vquam talem animum habuisse: & quod ante illam confessionem fuit spōsa à patre, & aliqua id genus alia: quae coniuncta cum tribus praecedentibus coniecturis satis mouere possunt iudicem ad iudicandum verioem esse confessionem eius posteriorem, quam priorem.

6 Nec obstant opposita in contrarium; quia opinio praedicta Bartholi communiter reicitur, vt praedictum est: & quod licet regulariter confessio prior praeualeat posteriori, ceteris paribus; fallit tamen quando posterior est per tormenta extorta, vel iurata iuramento, quod est quaedam, vt praedictum est, tortura; & cum prior est facta metu saltem reuerentiali, vel in loco non libero, posterior autem sine vllo metu, & in loco libero; & cum sunt aliqua coniectura, quae muniunt posteriorem contra priorem per supradicta. Quare omnia in nostro casu in fauorem posterioris concurrunt. Salua, &c.

DE TESTIBVS ET ATTESTATIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 Testes singulares etsi non probent in foro exteriori, vnicus tamen si sit idoneus saltem iuratus dat iustam causam aliquid probabiliter credendi, etiam ad effectum credendi, sufficienter etiam contra Ecclesiam aliquid praescriptum. nu. 2.

3 Verisimilia iuste credi possunt, cum contrarium non probatur nec de illo extat fama.

CONSILIVM I.

Vidam N. nobilis, & ex celebri familia possidet vnam capellaniam redditu 7000. merapitonorū requirentē ex institutione sua residentiam personalem, de qua dicunt testes non esse beneficium sufficiens praedictō, & tres testes iurati deponunt 30. annis proximē elapsis seruitum fuisse illi per substitutos & vicarios, & non personaliter per ipsosmet capellanos, immo duo illorum testantur à 40. annis seruitum fuisse illi per substitutos, & non personaliter: & vnus eorum testatur seruitum fuisse illi 50. annis & amplius per alios quiete, nulla super hoc mota controuersia. Quiritur an praedictus N. possit reti-

a i. de se. quest. poss. b In cap. cum bona. de asa. & qualis. c Ibidem. d C. de nōnu mer. pecu. e De probat. f In le. eos. ff. ad le. Cornelia de falsis. g In cons. 2. l. par. h In d. ca. per tuas. i Ca. cū causam. de testib. k In d. ca. per tuas. l In d. c. literas. de praesumpt. m L. recip. & l. nimis. §. i. ff. de quest. & l. in. C. de testib. & alio similibus.

a In d. ca. per tuas. num. 11. b L. si postula ueris. §. sed & si negauerit. ff. de adult. ff. de adul. c d. l. repeti. c l. quae oneranda. ff. qua riu. ver. actio. non dat. d Ca. praesent. 20. qu. 3. e Ca. 22. nu. 51. f Ca. cum la cum. de sponsal. g Arg. c. 1. de is qua. vi. c. 17. de regu. Concil. Trid. sess. 25.

a De praescri.

b In le. Titio fundus. ff. de condic. & de monstr. c In cap. cum contingat. de rescriptio. in princip.

d Capi. quia non est verisimile. de praesumptio. c. l. non est verisimile. ff. de eo quod metu causa.

e Ca. delictū. de testib. cog.

f Ca. quamquam 14. q. 2. g Num. 2. ne cler. vel monach.

CONSILIVM II.

RESPONDEO, quod praefatus communicans secreto in furto, accipiendo partem illius, quod furto subtrahit fuit, non tenetur ad denunciandum, si non potest probare, quādo Episcopus solū iubet denunciari id quod scitur; sed si iubet vt reuelat id quod scit tāquā testis, tenetur dicere id quod scit: & hoc est quod ego dico in Man. meo confess. loco praecitato. Et ideo praedictus D. consulens perpendat an Episcopus iusserit denunciare solum, an etiam testificari, vel reuelare, vt testem, quod scitur: quia priore casu non tenetur quicquam reuelare, si nō potest probare; posteriore autem sic, si iustus metus, vel aliquod priuilegiū cognationis, vel aliud non excusat à testificando, vt ibidem diximus.

DE FIDE INSTRUMENTORVM.

SVMMARIVM.

1 Beneficij collatio instrumento notarij sigillo, sed non subscriptione Episcopi manito, immo etiam testibus solis sine scriptura probatur.

1 Literis Episcopi sigillatis, etiam non subscriptis, in his quae eius officium tangunt, vt est collatio beneficij, creditur.

CONSILIVM I.

AN sufficiat ad probandam collationem beneficij, vt constat per instrumentum notarij Episcopi sigillo communium sine subscriptione Episcopi.

1 Respondet affirmatiuē. Tum quia nullo iure id requiritur, vt colligitur ex c. 1. & 2. a cū eis adnotatis. & ex c. quoniam contra falsam. b Tum quia etiam literis Episcopi sigillatis sine vlla subscriptione creditur in his quae pertinent ad officium eius, etiam sine subscriptione notarij, vt tradit post alios Decius. c Tū quia collatio Episcopi probari potest testibus sine alia scriptura Episcopi, iuxta decisionem Rotae; d Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Antiquitas decem, vel saltem triginta annorum facit praesumi in actu omnes etiam extrinsecas, etiam non enunciatas, interuenisse solemnitates. ac requisitam agentium potestatem; sigillaque eorum, quibus adscribuntur, fuisse, defectusque, nunc apparentes fuisse recognitos.

2 Antiquissima duo instrumenta, transumpti inquam in quo refertur ipsum originale, adiunctis adminiculis praeserim fame praesumptiue probant ius patronatus ad effectum sustinendi praesentationem; licet in dicto instrumento aliqua possent desiderari.

CONSILIVM II.

Pvtans me interrogari vnam quaestionem, respondi aliqua, quae conuenit mutare, vt aptentur alij, quā nunc interrogor, & ob breuitate temporis cogor ex tempore respondere, vrgentibus me ad id maxima interrogantem caritate, beneuolentia, & amicitia. Respondet igitur videri mihi duo in negotio proposito.

1 Alterū est, quòd, salua sentētia Reuerendiss. DD. Rotae, quos ego maximē suspicio, sola duo instrumenta praesentata per D. Ferdinandum ad probandum ius patronatus, de quo agitur, pertinere ad monasterium & conuentum, qui eum praesentauit, sine aliis adminiculis sufficit de rigore iuris per ea quae Felinus post se & alios à se citatos scribit, e asseuerando quod in publicatione scripturarum, & in receptione testium ad futuram rei memoriā, praesumitur citationē necessariā interuenisse: quia nō solū solēntas intrinseca actus praesumitur interuenisse in eo, sed etiā solēntas extrinseca, etiā nō enūciata in instrumento, quādo illud est antiquū, & probat dici antiquū si fuit factum ante decennium, vel saltem ante triennium: & in casu proposito tam originale relatum in transumpto, quā m ipsum transumptum, sunt antiquissima; nam originale fuit factum ante circiter ducentos annos, & transumptū ante circiter centum quadraginta, & quod transumptum fuit factum coram testibus, & quod ambo fuerūt sigillata, & quod non probatur efficaciter, quòd sigillū debeat probari esse munitum nomine sigillatoris characteribus expresso, & quod adeo antiquissima antiquitate videtur inducere praesumptionem quod erat tale, quale esse debebat; & quod index, qui dedit auctoritatē transumptui,

nere illam tuta conscientia non seruiendo ei personaliter, sed per substitutos.

1 Respondetur primo, non videri sufficienter probatum quod praedicta capellania sit libera à residentia personali quo ad forum exterius: quia immo non probatur sufficienter quod 40. annis fuit seruitum ei per vicarios: quoniam vix vnus testis testatur, & neuter aliorum ait id seruatum fuisse 40. annis: alter enim solum deponit de 30. & alter quod seruatum solum est illud à 40. annis paulo plus minus, & ita non concludit de 40. annis, quos requirit praescriptio canonica iuxta cap. de quarta. cum ei adnotatis. a

2 Secundo, quod satis videtur probatum quo ad forum conscientiae, ad effectum probabiliter credendi quod 40. annis est seruitum praefata capellania per substitutos & vicarios, quoniam dictum vnus testis idonei, saltem iurati, inducit iustam credulitatem, & est iusta causa probabiliter credendi aliquid, iuxta glossam sing. & recept. b quā post alios declarat Felinus, c & in casu proposito vnus testis idoneus satis probat, saltem quo ad forum conscientiae, quod 40. annis seruitum est ei per vicarios, & iuuatur ab alio, qui reddens optimam rationem sui dicti, testatur fuisse id seruatum 40. annis paulo plus vel minus: iuuatur & tertius testans id esse seruatum 30. annis: per quae tria dicta probabiliter quis credere potest id seruatū fuisse 40. & amplius anno quo ad forum conscientiae, cū praedicta capellania sit antiqua, & tempore circiter 200. annorū antehac instituta, & non est vlla scientia, nec fama contraria, quod vquam super hoc fuisset controuersum: & quod capella est sita Salmantica, vbi est magna Iurisperitorum copia: & est verisimile, quòd si consuetudo deseruendi per alium fuisset recens, & nondum seruata 40. annis, esset scientia, vel fama de aliqua controuersia super hoc habita, vel mota.

3 Et ita videtur iuste credi posse, quod eius initium praesensit longē 40. annos, quia verisimilia iuste credi possunt, cum contraria non probantur, vel non est de illis fama. d Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Credere non tenetur filius matri asserenti ipsum votum emisisse, si cuit nec quod sit conceptus de adulterio.

CONSILIVM II.

AD QVAESTIONEM respondetur, praefatū consulentem nullo iure teneri ad credendum matri suae dicenti, quod cum agrotasset, vouit intrare religionem Capucinatorum: sicut & communis resolutio Doctorū habet, quòd non tenetur filius credere matri suae nuptae; quod genuit eum ex alio viro per adulterium.

DE TESTIB. COGENDIS, VEL NON.

SVMMARIVM.

1 Clericus peccat ferendo testimonium in causa sanguinis, & si sequatur occiso, vel mutilatio, esset irregularis, vnde nec potest cogi, vt coram iudice seculari tale ferat testimonium.

CONSILIVM I.

1 Respondetur, quòd praefatus sacerdos non potest cogi ad ferendum testimonium super aliqua re, quae moueat iudicem ad occidendum, vel mutilandum membrum. Tum quia nec passim etiam laici possunt compelli ad testificandum in criminalibus. e Tum quia clericus peccat ferendo testimonium in criminalibus, quando ex eius testimonio posset sequi mors, vel mutilatio: quia clerici non debent testificari coram iudicibus secularibus. f Tum quia licet sponte ferat testimonium super aliqua re, vnde sequeretur mors, vel mutilatio, sit irregularis, per capitulo, sententiam sanguinis. vbi hic notat Panor. mitanus. g

SVMMARIVM.

1 Monitorium Episcopi iubens denunciari furta, non ligat scientem, probare non valentem: at si mandet, vt quod quisque scit tamquam testis reuelat, ligatur qui scit, etiamsi partem furri habuerit, nec possit probare, modo à iusto metu vel priuilegio non excusetur.

a De praescri.

b In le. Titio fundus. ff. de condic. & de monstr. c In cap. cum contingat. de rescriptio. in princip.

d Capi. quia non est verisimile. de praesumptio. c. l. non est verisimile. ff. de eo quod metu causa.

e Ca. delictū. de testib. cog.

f Ca. quamquam 14. q. 2. g Num. 2. ne cler. vel monach.

a De fid. instrum. b De probat.

c In capi. post ceptionem. de probat. d 38. de probat. in antiq.

e In c. Alber. riu. de test. num. 3. & 4. vsque in fin.

præsumi potest fuisse ordinarius, vel delegatus specialiter ad illum actum propter præfatam antiquitatem, & quod etiam præsumi potest præfatos defectus visibiles, si qui erant, vidisse iudicem transumpti, & non fuisse approbaturum illud, nisi per alia, quæ ibi non narrantur, suppletos fuisse cognouisset, quod per exempla inducta per Felin. & alia similia potest comprobari, si satis expendantur.

2 Alterum, quod videtur, est, quod illa duo instrumenta adeo antiquissima, adiunctis adminiculis, quæ nunc præsentantur ad probandum præfatam iuspatronatus pertinere ad præfatam monasterium, in dubio probant illum ad effectum, de quo queritur, præsertim fama illa tanti temporis vulgarissima, & religio nobilissima, nobilissimè in eo seruata, & quod nec aduersarius dubitauit ius præfatam patronatus ad præfatam monasterium aliquo modo pertinuisse, quod nec nunc, nisi lapsa conscientia, iure negare posse videtur.

S V M M A R I V M.

1 Excommunicato, ac etiam irregulari expedit, fidem absolutionis obtenta in foro conscientie habere à confessario per eius schedulam priuatam, vel instrumentum, vel & cautius per schedulam clausam firmatam ab extra manu notarij.

CONSILIVM III.

AN absoluto ab excommunicatione, vel ab irregularitate quo ad forum conscientie tantum, expedit habere literas eiusmodi absolutionis, & quales possit habere sine violatione secreti?

1 Respondeo, expedire multum ad euitandam pœnam quæ posset ei imponi in exteriori foro propter contemptum excommunicationis, vel legis, posse autem sibi parare, curando, vt confessarius, qui virtute literarum Pœnitentiariæ in foro tantum conscientia absoluit, coram notario & testibus, tradat absoluto schedulam clausam, & signatam, dicendo quod ipse absoluit illum confessum eo modo, & de eo, quod continetur in ea, notarius autem in d. ordo eius scribat, quod tali anno, mense, & die rogatus fuit coram talibus testibus à tali confessario, & absoluto, vt eiusdem rei fidem faceret, & poneret ibi suum signum publicum eo modo, quo in testamento in scriptis facto iure fieri debet, & fieri consuevit: quod longe cautius videtur, quam id, quod scio consultum fuisse à viro quodam perdocto, videlicet, vt notarius duceretur ad confessarium, qui coram eo & testibus absolueret: quia id cum periculo publicandi secreta fieret: cautius item, quam id, nempe quod confessarius faciat fidem per suam schedulam tantum: quoniã, licet vtrumque sustentari posset id sufficere, per c. testimonium. iuncta gloss. de testibus: quia tamè opponi posset, vel subscriptionem ipsius non esse illius confessarij, maximè si esset mortuus, vel quod illa non fuit data quo tempore in ea dicitur, ideo securius videtur esse quod diximus. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Maior Pœnitentiarius, antequam per Pium V. officium Pœnitentiariæ restringeretur ad fori conscientie, de absolutionibus & dispensationibus, quas in vtroque foro faciebat, dabat, & merito etiam publicum testimonium, nunc autè nec ipse, nec ij, quib. vt in dicto foro conscientie absoluant & dispensent mandat, iuste illud dare possunt. nume. 2. & si darent, nihil prodesset: quia iudex fori exterioris nedum non teneretur, immo nec posset in præiudicium partii illi credere. nu. 3.

4 Testimonio dato à Pœnitentiario, vel ab iis qui solum in foro conscientie ex eius facultate absoluant, seu dispensant, eoque potest credere iudex fori exterioris, vt cessante aduersario possit dissimulando perinde se cum prædictis gerere, ac si non esset ligatus.

CONSILIVM IIII.

QVotidie in sacra Pœnitentiariæ prætorio absoluantur multi à censuris, & ab irregularitatibus, & desiderant vt eis tradantur illa absolutiones in forma probandi authenticè, si Pœnitentiarius maior eam faciat per se vel alium pœnitentiarium prætorij, vel si fiat per commissiorem, ipsi commissarij faciant fidè sufficientem per seipos, vel per notarios, publicos coram quibus eam fecerint. Queritur an desiderium sit iustum.

1 Et quidem intelleximus, variè à variis ad hoc fuisse responsum: sed videtur respondendum aliter, scilicet distinguendo tempus, in quo olim publicè petebantur huiusmodi absolutiones, & alia, quæ sacrum illud prætorium expedire solebat publicè quo ad vtrumque forum tã exterius, quam interius, antequam se. rec. Pius V. reformaret illud prætorium, restringendo eius facultates, & dispensationes, atque absolutiones quo ad forum conscientie tantum; & quod illo tempore desiderium præfatum erat iustum, & adeo quidem, quod etiam hodie dantur copie authenticæ, si petantur, de actis illo tempore, quæ quo ad vtrumque forum valeant: quia de non existentibus & non apparentibus idem est iudicandum. a

2 Sed quod hodie, posteaquam præfatus Pius V. reformauit præfatam sacram Pœnitentiariam, & restrinxit facultates eius quo ad fori conscientie tantum, non est iustum desiderium. Tum quia desideratur vt fiat aliquid ab eo, qui non habet iustam potestatem id faciendi, quod est iniustum. b Tum quia peccaret tam iudices, quam ministri eiusdem prætorij, reuelando secreta quæ in eo dicuntur & fiunt, in graue præiudicium partii ibidè aliqua peccentium & contentium, contra iuramenta, quæ præstât ab initio susceptorum officiorum, quod est peccatum graue contra secundum præceptum decalogi, c relati per glossam singularem. d

3 Tum quia id quod desideratur, esset frustraneum: quoniam nullam fidem facerent præfate absolutiones quo ad forum exterius: quia in eo tam iudex Ecclesiasticus, quam secularis posset iudicare contra in eis contenta, cum extra territorium ius dicenti impune non pareatur. e

4 Qua in re tamen omnibus addo, quod mea sententia absque vilo peccato possent iudices exterioris fori dissimulare se nescire peccata illa, quorum absolutiones ostenderentur eis facte quo ad forum conscientie tantum, ad effectum dimittendi illos impunitos, si ex suo tantum officio sine vilo præiudicio publico & priuato procederent, quia huiusmodi dissimulatio videtur utilis, quæ licita est. f Dixi, si procederent ex officio: & sine vilo publico vel priuato præiudicio, quia si procederent ad instantiam partii vel scilicet pro earum publico vel priuato interesse, peccarent; quia iniustum quo ad forum exterius in illo foro facerent; contra ius pluribus, & contra cap. iudicet. h & notata in cap. pastoralis. i quatenus probant esse iudicandum secundum allegata & probata.

DE PRÆSUMPTIONIBVS.

S V M M A R I V M.

1 Præsumptio illa assumenda est, quæ videtur verisimilior, & per quam euitatur periculum, & cui conformis est stylus, & per quam facientis euitatur stultitia.

1 Dispensandi ad omnes ordines facultate præditus, dispensando in dubio ad omnes, censendus est dispensasse, & non ad vnum tantum: nam gradatim dispensando, cum periculo cogetur ad singulos singulas contra stylum facere dispensationes.

2 Occultus irregularis censendus est, qui apud Turcas fuit circūcisus, licet quidam ex præsumptione talè priuatim obiecerint defectum. num. 2. iuncto casu.

CONSILIVM I.

PVER quidam captiuus apud infideles volens circūcisus fuit, & à fide apostatauit; postea cum res esset secreta, in patriam reuersus secretè in manibus Inquisitoris abiurauit apostasiam, & ab eodem fuit secretè reconciliatus. Demum cum intrasset religionem approbatam, Pontifex ad petitionem sui superioris cõcessit, vt hic posset ad omnes ordines ascendere: nescitur tamen, an Pontifex hoc concesserit in forma gratiosa: vel per commissiorem. Iis sic peractis, dictus superior iussit oratorè ipsum suscipere primò ordines minores, secundò iussit vt sumeret subdiaconatum, tertio diaconatum, quos in dicta religione assumpsit. Postremò iam dictus orator de licetia Pontificis transiuit ad laxiorem religionem, in qua cũ nouitus esset, prout etiam nunc est, tacitis prædictis omnibus vt supra subsecutis, tamquam legitimus diaconus de licentia huius secundi superioris ascendit ad sacerdotiũ. Dubitatur modo, an hic sit tutus, ita vt possit celebrare

a L. duo sum Titij. ff. de test. tutel. c. si sacerdos. cum gloss. de offic. ord. b Arg. totius tit. de foro cõ. per. c. si si à non compet. iudice. C.

c Exod. 20. d In ca. quod in omnib. 32. q. 7.

e Le. fin. ff. de iurij. d. omniũ iudic. c. 2. de consil. li. 6.

f Ca. vtilem. 22. quæst. 2.

g ff. de iustitia. & iure. c. contra le. illicitas. §. veritas. ff. de off. præsid. h 3. quæst. 7. i §. quia vero. de off. deleg.

cum non possit sciri, vt dictum est, an Pontifex dictam gratiam concesserit in forma gratiosa, an vero per commissiorem dedit superiorem dictam primam religionis, qui cum oratore ipso vniuersaliter nõ dispensauit, sed solum prima vice iussit, vt quatuor minores assumeret, secunda iussit vt ascenderet ad subdiaconatum, tertiam, vt ad diaconatum promoueretur: & quatenus sit necessaria dispensatio, an sufficiat eam obtinere in foro conscientie, cum dicta apostasia in hac secunda religione omnino ignoretur, & in prima etiam nesciatur, licet in ea quidam ex præsumptione eamdem ei obiecerint extrajudicialiter, & in priuatis iurgijs.

1 Respondeo, iuste (mea sententia) credere posse præfatam religiosum se esse rite ordinatum. Tum quia probabiliter credere potest, quod Papa ipse dixit præfato suo petenti habilitatem pro prædicto subdito suo, verba, quibus formaliter, vel æquiualem fecit eum ad eos habitalem. Tum quia probabiliter credere potest, quod præfatus eius fecit eum habitalem ad omnes illos simul, si Papa ei commisit potestatem id faciendi, quoniam non est verisimile, quod præfatus particularim eum habitabat nunc ad hunc ordinem, nunc ad alium. Non enim erat boni & prudentis prælati, id facere cum periculo, quod ipso mortuo oporteret iterum refugere ad Papam: & communis stylus commissariorum ad habilitandum quem ad omnes ordines, habet, vt vnico actu id faciant: & non est præsumendum quid stultum & malum de bono prælato, a & quæ communiter accidit, sunt credenda, b & insolita non sunt credenda. c

2 Quamuis ad redundantem cautelam posset peti à summo Pœnitentiario, vt prædictam ordinationem haberet ratam, & dispenseret super irregularitate, si & quatenus opus esset: quamuis mihi viceatur non esse opus. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Regularis simplex omnia quæ antea habebat, & postea quoquo modo acquisiuit, suo monasterio seu ordini acquirit, at quæ post prioratum seu beneficium quæsiuit, beneficio acquirit: ita tamen illorum habet administrationem, vt fructus expendere in sui & suorum honestam sustentationem, & in opera pia largiri possit, num. 2. & hoc etiam dum in extremis agit. nu. 1. non tamen per donationem causa mortis. nu. 2.

3 Debitori suo mandans moribundus prælatus, vt vnã tertiam crediti det vni, & aliam tertiam alteri, nihil de reliquo dicens, non ob hoc censetur residuum debitori donare, etiamsi sit illius consanguineus.

CONSILIVM II.

PRIOR regularis quadã sua bona patrimonialia Titio nepoti ad negotiandum contulit, & dum in extremis ageret, dictorum bonorum à Titio ratione reddita, iussit vt ex illis 50. vni, & 100. alteri traderentur. quo facto Prior mortuus est. Vnde dubitatur, an Titius tuta conscientia dictorum bonorum residuum retinere possit, ex præsumpta donatione.

1 Illud in primis occurrit, quod D. consulens fallitur putans, quod Prior potuisset habere dominium maius in bonis patrimonialibus, quam in alijs bonis prioratus: quoniam religiosus per professionem perdit dominium omnium bonorum patrimonialium, quæ ante professionem habebat, & capacitatem habendi dominium illorum, vel aliorum in tota vita sua: ita quod omnia quæ ante professionem habebat, per illam fuerunt facta monasterij, vel religionis, & omnia quæ post eam sine donatione, siue successione, siue alia quacumque industria sua quarit, acquirit monasterio, vel ordini, seu religioni, quam professus est antequam Prior efficeretur, & ea quæ postea quæsiuit, acquisiuit ipsi priorati, vt nos late probamus in comment. 2. de regul. d per authen. ingressi. e & alia, quæ ibi possunt videri.

2 Deinde, quod præfatus Prior licet post professionem nullius rei temporalis dominium, neque possessionem suo nomine potuisset habere, potuit tamen habere administrationem, & facultatem disponendi de fructibus prioratus, & omnium bonorum, quæ quoquo modo quæsiuit, ad suam & suorum decentem sustentationem, & ad

d Super c. nõ dicatus. 12. q. 1. e C. de sacrosan. eccles. c. in præ. entia. de probationibus.

largiendum pauperibus, & alijs operibus pijs, & remuneratorijs. Ex quibus liquidò inferitur potuisse præfatam Priorem donare Titio intuitu paupertatis, pietatis, vel remunerationis, si quæ interuenisset, reliquam, quod remansit penes eum post rationem redditam eorum, quæ in societatem dederat ei prædictus Prior, vel saltem tantum, quantum prædicta paupertas, pietas, vel remuneratio exigebat.

3 Sed dubium est, an præfatus Prior per præfata verba, quibus dixit, vt de præfato reliquo 50. daret vni, & centum alteri, nihil de alijs expressè disponens, præsumatur voluisse alia donare Titio. Quod enim noluerit, facit, quod nemo in dubio videtur rem suam donare alij. a Pro contraria verò parte facit, quod agrotabat, & quod disposuit de duabus partibus illorum, quæ Titius tenebat, & non apparet alia ratio, cur tacuisset de alijs partibus, nisi quia voluit, vt illæ manerent cum Titio, si moreretur. Sed huic argumento responderi potest, quod non concludit voluisse donare simpliciter & inter viuos, sed tantum causa mortis, & quod licet religiosus habens beneficium regulare, vel saculare, possit donare intuitu paupertatis, pietatis, vel remunerationis inter viuos, non tamen potest per vltimam voluntatem, neque per donationem causa mortis, quæ quo ad hoc æquiparatur: consanguinitas autem, vel societas exercendi negotiationem, parum prodest D. consulenti, quia non est iusta causa, vt religiosus etiam beneficiarius possit donare alicui de redditibus sui beneficij, vel alijs alia ratione quæsitis.

4 Vnde sequitur, quod præfatus Titius de rigore iuris non potest retinere illam partem bonorum, quæ remansit penes eum, propter verba præfata. Cui consulendum, vt aliquam bonam compositionem procuret facere cum eo, qui successit in prioratu, ad quem iure pertinet. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Suspensionis censura, nec dum infligitur, nec dum tollitur, vltimam certam verborum formam præscriptam habet.

3 Prohibitus celebrare à iudice in scriptis, censetur suspensus, seu si solo verbo, nec præsumatur iudicem velle delinquere. & num. 2.

CONSILIVM III.

AN prohibitus à prælato ne celebret, videatur suspensus?

1 Pro parte affirmante facit, primò, quod nulla forma verborum est præscripta ad ferendam, nec ad tollendam suspensionem, sed sufficiunt quacumque id significantia, vt dicimus in Manua. confess. b Secundo, quod tota definitio suspensionis in d. Manua. serio concepta, & declarata c videtur ei conuenire.

2 Pro parte verò negante facit primò, quod suspendens verbo sine scriptura, delinquit, & punitur suspensione. d Secundo, quod magna cum prouidentia debet imponi, vt habeatur in d. cap. 1. & per prohibitiones huiusmodi, cum prohibens non vitur verbo suspensionis. videri potest nolle suspendere: & quod prohibitio de non communicando vel non celebrando à confessario facta, non censetur suspensio, vt vbi supra dicitur, reddendo rationem cuiusdam dicti glossæ cap. 1. qui. de sentent. excomm. lib. 6.

3 Pro concordia horum in presentia occurrit dicendum, quod, si prælatus in scriptis faciat huiusmodi prohibitionem, censetur suspendere: quod probant argumenta pro parte affirmante adducta. prohibens autem verbo tantum præsumitur solam simplicem prohibitionem facere, argumen. l. si procurator. e cum suis concordantibus quatenus probant, in dubio neminem præsumi facere actum eo modo, quo sit delictum. At, qui prohibet celebrare sine scriptura, facit actum, qui potest iudicari delictum, & non delictum: nam si facit animo suspendendi, delinquit, adeo quod ipso iure incurrat suspensionem: si verò facit animo non suspendendi, sed simpliciter prohibendi, non videtur delinquere: ergo præsumendus est nolle suspendere.

S V M M A R I V M.

1 Acolytatu probato non probatur prima tonsura, nec alij minores.

2 Sacerdotio probato, cum de antiqua ordinatione agitur, &

a Le. cum de debito. ff. de probat.

b Ca. 27. nu. 101.

c Vbi supra num. 151. d Ca. 1. de sentent. excomm. lib. 6.

e ff. de condit. indeb.



constat ordinatorem fuisse virum insigni virtute pradium. alij minores ordines probantur.

CONSILIVM III.

AN probato acolytatu probetur prima tonsura? Respondetur primo, hunc D. consulentem debere per se, perque suos adhibere diligentiam...

Secundo, quod illis literis non inuentis, & sublata spe inueniendi, debet impetrare a suo Episcopo literas dimissorias...

Tertio, quod debet idem consulens rescribere ad patriam, ut sedulo & diligenter queratur in illo registro notarij, in quo inuenitur illud insignitum fuisse acolytatu...

Quarto, quod licet teneamus cum Panormitano recepto Felino & alijs quos ipse citat, quod probato sacerdotio censetur probati alij omnes minores ordines, quando agitur de ordinatione antiqua, & probatur quod ordinator erat insigni virtute pradius...

Quinto, cauendum esset D. consulenti, ut ante promotionem ab beneficio inueniatur legitime ordinatus, si timet rem controuersam iri in foro exteriori.

DE IVREIVRANDO.

SVMARIVM.

- 1 Iuramentum factum homini de non ludendo ad ludos malos, seruandum, sed potest relaxari ex causa etiam ab Episcopo.
2 Iurans sub certa poena ludo malo vel absolute non ludere, ludendo malo ludo ad poenam tenetur.
3 Absoluere potest confessarius a fractione iuramenti.
4 Iuramenti poenalis adeundi Hierusalem relaxatio non est seruata Papa, secus in voto.
5 Iuramentum, sed non votum adeundi Hierusalem, relaxatur per cruciatam.
6 Voti dispensandi facultas per Iobelaum concessa ad iuramentum non extenditur.
6 Penitentiaria facile dispensat super iuramento poenali in peccati odium facto.

CONSILIVM I.

TITIVS, cum non ad voluntatem ei ludus succederet, sponte prorupit in haec verba: Iuro tibi, Sempronij, per Deum me amplius in vita mea non lusurum nec ad chartillam, seu charretam, siue primeram, nec ad alium chartarum ludum, sub poena adeundi Hierosolymam.

Dubitatur primo, an hoc sit iuramentum obligatorium. Secundo, si luit, an Hierosolymam adire teneatur.

Tertio, an a confessario electo virtute Iobelae vel cruciatæ absolui possit.

Ad propositas quaestiones respondetur primo, iuramentum de non ludendo ad chartillam, seu charretam, siue primeram, & similes ludos vetitos, esse validum, & seruandum quo ad illos, qui sunt peccata genere suo praesertim mortalia, & relaxari possent iusta de causa, sicuti votum, tum a Papa, tum ab Episcopo: quia non est de referuatis Papa, iuxta ea, quae tradimus in Manu. nostro conf.

a De transact. b De rescrip. c In c. nisi. de prob. d In ca. super his. de accus.

e Cap. 12. nu. 75.

Secundo, quod qui iurauit non ludere praefato ludo malo & illicito sub poena adeundi Hierosolymam, tenetur adire illam, si frigerit illud, ut teneretur qui in genere & absolute voueret non ludere sub simili poena, & luderet illicitè: quod quando contingat, dicitur in d. Man.

Tertio, quod certum est per Iobelaum, siue per bullam cruciatæ posse praedictum absolui a peccatis, quae fecit frangendo praedictum iuramentum: quia id nullo iure referuatur Papa, & per Iobelaum, siue bullam cruciatæ conceditur confessario legitime electo facultas absoluendi a peccatis: immo & proprius confessarius potest absoluerè ab ipsa transgressione.

Quarto, quod pulchrum dubium est, an alius, quam Papa, possit relaxare iuramentum de adeundo Hierosolymam, si ludo illicito luderet. Arbitror tamen esse probabile, quod relaxatio iuramenti praedicti, de adeundo Hierosolymam, & terram sanctam, non est referuata Papa, sicut est relaxatio voti id ipsum faciendi, per ea quae de comparatione voti & iuramenti diximus in praefato Manua. & secundum Tabiennam.

Quinto, quod certum est consequenter praedictum iuramentum potuisse relaxari iusta de causa a confessario electo legitime per cruciatam, quamuis credam non posse relaxari per eum, etiam iusta de causa, votum de adeundo Hierosolymam: quia illud est referuatum Papa, & ut puto, dispensatio eius non conceditur specialiter praedicto confessario electo per cruciatam.

Sexto, dubitari posse an hoc iuramentum possit relaxari per Iobelaum a S. D. N. nuper concessum: & in praesentia inclino in praedictam negantem, quia solum concedit facultatem dispensandi super votis, nulla facta mentione de iuramentis, quae sunt diuersa ab illis, per dicta in praefato capit. & a diuersis non fit illatio, praesertim in dispensationibus, quae sunt odiosae, & exorbitantes.

Septimo, quod, ut puto, facile absoluetur a sacra Penitentiaria a praefato iuramento facto non propter deuotionem, sed ob abominationem peccati iusta de causa, praesertim quod sine licentia Sedis Apostolicae non potest consulens adire Hierosolymam causa deuotionis.

SVMARIVM.

- 1 Iuramentum absolute vi praecisa factum vix inuenitur, & nu. 2. quia voluntas hominis vi praecisa cogi non potest.
2 Violentum fit a principio extrinseco passo non opitulante.
3 Intellectus cap. sacris. de iis quae vi.
4 Iuramentum vi praecisa non obligat, conditionali sic, sed facile remittitur.

CONSILIVM II.

QVAESITVM est, an iuramentum absolute metu praeciso, siue per vim praecisam extortum obliget iuramentem.

Respondetur primo, vix posse dari casum, in quo vllum iuramentum absolute metu, siue vi praecisa factum inueniatur. Tum quia voluntas hominis non potest cogi violentè, siue vi praecisa ad eliciendum actum immediate prodeuntem ab ea, id est ad volendum vel nolendum aliquid, ut tradit S. Thomas post alios receptus, & nemo potest iurare nec cogi ad iurandum, si noluerit iurare.

Tum quia illud solum dicitur violentum, siue vi praecisa factum, quod fit a principio extrinseco passo non conferente vim, id est eo, qui patitur, non opitulante, ut post Aristotelem 3. Ethicorum tradit S. Thomas receptus, quem nos quoque sequitur in Manual. confessar. h. At vix inueniri potest casus, in quo quis iuret coactus a principio extrinseco, ipso non conferente vim, siue opitulante. Dixi, Vix: quia possent alicuius labia moueri arte Angelica vel diabolica ad inuocandum Deum in testem, ipso omnino corde & voluntate contradicente, uti quotidie videntur quidam a daemone obsessi, loquentes lingua, Graeca, Chaldaea, vel alia, quam numquam didicerunt: sed huiusmodi iuramentum non dicitur tam iuramentum eius qui iurat, quam Angeli boni vel mali, qui labia eius, ut id faciunt, cogit.

Secundo, quod non obstat, praedictis cap. sacris. i quia non loquitur de iuramento, sed de communione, qua quis communicat excommunicato, quae fieri potest violènter

siue

a Cap. 20. in princ.

b Ca. 12. nu. 32. c Verbi. iura. re. num. 21.

d 12. nu. 32. e L. Papin ff. de minorib. & cap. quae a iure. de regu. iur. li. 6.

f Ca. si vero. de iureiur. c. quamuis. de pact. lib. 6.

g De iureiur.

h Ca. sua. de iureiur. c. fin. de temp. ord. g In c. ex parte. de rescrip.

i Ca. sua. de simon. 1 Cap. 23. nu. 107. k In c. ordina. tiones. 1. qu. 1. l In d. ca. 25. nu. 110.

m Vbi supra artic. 4. & 5. h Pral. 6. nu. 2. & 4.

n De iis quae vi.

siue vi absoluta, cogendo membra exteriora alicuius ad aliquid faciendum, nolente & renitente ipso, ut thurificare idolo, vel manere in eadem domo cum excommunicato.

Tertio, quod huiusmodi iuramentum violentè vi praecisa, ut dicitur, factum non obligaret iuramentem. Vnde nullibi praefati a maligno spiritu ad loquendum coacti iudicantur esse obligati ad faciendum ea, quae promiserunt: neque consequenter deberent cogi a iudice ad praestandum ea, quae praedicta vi coacti violentè iurauerunt, iuxta praedicta, quae pulchrè fundari possunt in cap. presbyteros.

Quarto, quod certum est, iuramentum alioquin licitum, metu, siue vi conditionali praestitum obligare iuramentem, iuxta cap. verum. b quamuis absolutio iustè peti possit, & sit praestanda, ut habetur in cap. i. c Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Mandato dato tertio ad resignandum in mei fauorem, & mihi tradito, si promitto etiam cum iuramento non vi, nisi reseruata tertio pensione, & postea spreta promissione vrer. & beneficium resignatum accepto, pecco quidem, sed teneo prouisio: possimque post adeptam possessionem liberaliter, sed non ex pacto praestare quod cupiebat resignans. nu. 2.
2 Iurat nequaquam, qui dicit promitto per iuramentum, vel cum iuramento.
2 Transgressio iuramenti secreti promissorij inhabilitatem non inducit ad beneficia obtinenda.

CONSILIVM III.

QVID AM, accepto mandato de renunciando vnum beneficium in fauorem suum missio a partibus, cum iuramento promissit, se non vsurum mandato illo, nisi reseruata certa pensione cuidam, licet postea vsus fuerit, & post quaesitam possessionem rogatus, ut se obligaret ad soluendam pensionem, quam reseruari voluit resignans ad certa opera pia. Queritur an id facere possit?

Respondetur primo, D. consulentem malè fecisse, peccasseque vtendo mandato praedicto ad resignandum contra suum iuramentum, quod poterat seruare sine interitu: & sine dispendio salutis aeternae.

Secundo, quod per hoc peccatum non incurrit irregularitatem, vel inhabilitatem ad retinendum praedictum beneficium. Tum quia chirographum, quo id promissit, non continet quod ipse iurauit, sed quod promittebat cum iuramento, vel per iuramentum, quod tunc non fecit, quae sunt valde diuersa, iuxta verum intellectum cap. clericus. c

Tum quia transgressio eiusmodi iuramenti secreti non induceret ipso iure talem inhabilitatem, arg. notatum in cap. querelam. f & notata per Felinum. h

Tertio, quod praedictus D. consulens licitè sanctèque poterit quo ad forum interius soluere praedictam pensionem, posteaquam expediuerit, & acceperit possessionem beneficij. Tum quia intentio & animus resignantis, ut resignatarius hoc vel illud faciat post habitum beneficium, nil nocet quo ad forum conscientiae, nisi exprimat, & deducatur in pactum, h vt tradimus in Manual. confess. i post glossam singularem k & D. Antoninum ibi citatum.

Quarto, quod non abs re dixi in tertio dicto, Quo ad forum interius: quia quo ad forum exterius possit praesumi confidentia per bullam Pij V. quam referimus ad literam, l ex qua paulo inferius colligimus vnam coniecturam admissae confidentiae esse, si renuncians beneficium, acceperit aliquam partem fructuum a resignatario, etiam post habitam possessionem illius.

Quinto ex his sequitur, praedictum D. consulentem nullatenus debere obligationem praedictam facere, nec vllibi dicere, vel confiteri, quod dedit, vel dat aliquid praedicto resignanti, nec alij de mandato eius: quamuis ipse debeat semper esse illi gratus, & ita dare liberaliter ipsi, vel alicui alij pauperati, vel subuentionis intuitu ea, quae videbuntur honestè danda, secreto tamen.

SVMARIVM.

- 1 Expendens mater pro filia animo donandi, non potest postea aliquid sibi ob hoc de bonis filiae retinere. potest autem, si animo saltem tacito illud repetendi fecit: in dubio autem, si si-

a 50. dist. & in d. c. sacris. de iis quae vi.

b Et ca. si vero. de iureiur. c Et c. debito res. de iureiur.

d Ca. si vero. de iureiur. c. quamuis. de pact. lib. 6.

e De iureiur.

f Et c. sua. de iureiur. c. fin. de temp. ord. g In c. ex parte. de rescrip.

h Ca. sua. de simon. 1 Cap. 23. nu. 107. k In c. ordina. tiones. 1. qu. 1. l In d. ca. 25. nu. 110.

m Vbi supra artic. 4. & 5. h Pral. 6. nu. 2. & 4.

n De iis quae vi.

lia habebat vnde se aleret, animo repetendi praesumitur impensum.

Iurare in iudicio creditor, qui de bonis debitoris iustam retinet compensationem, potest se de bonis debitoris nihil retinere, addita in mente conditione, ita quod teneat in foro exteriori confiteri.

CONSILIVM IIII.

MATER fecit multas expensas pro filia, quas cum esset illius negotiorum gestrix ex bonis dictae filiae reperijt. Queritur an in reddendis rationibus iureiurando affirmare possit, se nil, quod ad dictam suam filiam pertineat, retinere, nec ei quicquam debere.

Respondetur primo, quod non, si mater fecit praefatas impensas non tamquam gestrix negotiorum filiae, sed animo donandi & non repetendi eas, sed sic, si fecit eas tamquam negotiorum gestrix eius, vel animo repetendi eas, & non donandi, quia vt ibi adnotatur, & probatur, pater vel mater faciens impensas filiae, vel filio, quem non tenetur alere, quique habet alia bona, vel cuius negotia gerit, videtur facere illas impensas de bonis filiae vel filij, & non de suis proprijs, nisi quo ad forum conscientiae, si verè coram Deo, cui omnia patent, fecit eas de bonis suis animo non repetendi: quia in illo foro non statur praesumptio, sed veritati.

Secundo, quod praefata mater cauere debet, ne mentiar: & ita si verè animo donandi non dedit, sed habuit animum taciturnum, vel expressum repetendi, cum negauerit se nihil debere, nihilque accepisse, intelligere debet intra mentem suam, ita quod teneatur in foro exteriori confiteri, per ea quae nos latè tradimus in d. cap. humana aures, Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Procuratorem post mortem mandantis non posse deferre iuramentum decisorium, verius. & num. 3.
1 Mandatum regulariter re integra morte mandantis expirat, beneficiarij verò etiam lite contestata.
2 Procurator dominus litis cum sit, sit solum quo ad non requirunt speciale mandatum.

Iuramentum decisorium requirit specialissimum mandatum.

CONSILIVM V.

PROCVRATOR constitutus in causa ciuili, & factus dominus litis, an mortuo suo principali, re integra, subite vel referre valeat iuramentum litis decisorium, ita vt si de facto illud subeat, probet in praedictum sui principalis?

Respondetur primo, quod multa possent in vtramque partem huius quaestiois adduci ab eo, cui id faciendi oritur & vires suppetere. Dico tamen primo, inclinare me in opinionem eorum, qui tenent praefatum procuratorem per praefatum iuramentum nihil posse nocere defuncto, nec instanti & causa quam tractat. Tum quia mandatum procuratoris expirat morte mandantis, beneficiarij verò Ecclesiastici etiam post litem contestatam, & re non integra. c & causa haec fortassis est beneficiaria, licet ipse nesciam, cum qualis sit ex narratione facti non colligantur. Tum quia omne mandatum regulariter expirat re integra morte mandantis, d vt in proposito casu narratur, quod mandator re integra fuit mortuus.

Tum quia nihil videtur ob stare, quod ipse procurator factus fuerit dominus litis, quia id verum est quo ad ipsam litem, & alia incidentia emergentia, quae non requirunt speciale mandatum, non autem quo ad alia requirunt speciale mandatum, sine quo ipse non potest obligare principale suum, e quandoquidem ea ratione, qua non potest tractare totam causam absque mandato saltem generali, ita non potest tractare partem causa requirunt speciale mandatum sine illo: & ad praestandum iuramentum decisorium litis, de quo agitur, requiritur specialissimum, secundum omnes.

Tum quod praefatus procurator non videtur posse virtute praefati mandati deferre iuramentum parti aduersae, ergo nec iurare pro sua parte principali: quia iuramentum, quod dicitur per partitum, quod fundatur in l. manifestissima. f videtur includere iurationem & relationem, ita quod non potest iurare pro sua parte, nisi aduersarius iuramentum sibi delatum referat illi. Tum quod

a Arg. l. Nefennius. ff. de negotijs gestis. l. si quis a liberis. §. si mater. ff. de liber. agnos. c. i. adnot.

b Ca. humana aures. 22. q. 5. & cap. is qui & c. iua. de sponsal. c. i. adnot.

c Clem. fina. de procurat.

d Ca. mandata. de offi. deleg. c. i. late a doctoribus adnotatis. le. inter causas. ff. mandati. cum alijs vul gatis. c. Arg. l. qua de tota. ff. de rei vend.

e ff. de iureiur.

mandatum fuit ad iurandum in animam mandantis: & praefatus procurator vult iurare in animam suam, quod est diuersum a mandato, & adiueris non fit illatio. b Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Iurata promissio potest remitti ab eo, in cuius fauorem facta est.
2 Maioratus est quadam dignitas personam fictam representans distincta a vera persona illum possidente.
6 Iuramentum adiectum promissioni sine adiectione diei aliquid faciendi, praesertim etiam si sita persona, & corpori, non tollit necessitatem interpellandi promittentem, ad hoc vt sic non adimplendo constituitur in mora, & peccato.
10 Donatio facta absenti, notario stipulante, non est contractus innominatus, nec vltima voluntas, in quibus licet poenitere, sed est contractus perfectus, irreuocabilis, transiens contra heredes donantis, & ad heredes donatarij, qui quandocumque poterunt illam acceptare.
12 Donatio facta episcopatu non potest per Episcopum remitti, & relaxari.

CONSILIVM VI.

AN conuentio & donatio iurata duorum fratrum, quorum alter erat dominus maioratus, quibus suas legitimas vniuerit & donatum maioratus per suum patrem instituto, & se obligauerunt medio iuramento ad conuertendum omnes fructus illarum in bona stabilia, quae vniuerit praedicto maioratus, solo usufructu illorum sibi retento, obligati illis ad ea faciendum?

Quaestio haec profundior est, quam primo aspectu apparet. Et pro parte quidem negante facit primo illa reg. iuris. Scienti & consentienti non fit iniuria neque dolus. & praedicti ambo domini fratres sciunt, quod non faciunt illa, & consentiunt, quia sunt contenti ne fiant.

Secundo, quod omnis conuentio, etiam iurata, facta in fauorem alicuius, potest remitti ab illo, ad praedicta donatio & conuentio facta fuit in fauorem eius, cuius erat maioratus, & ipse consentit, ne illa fiant, ergo remissa sunt conuentio & iuramentum.

Tertio, quod praedicti DD. fratres fuerunt primi, qui praedictum auctarium promiserunt & iurauerunt: & ita videntur posse retrocedere, sicut testator potest retrocedere a sua voluntate.

Contraria tamen parte stat, quod maioratus vel primogenitura est quadam dignitas, & persona ficta distincta a praedictis fratribus conuentientibus, & donantibus, iuxta tradita per Martinum Laudunensem quem dilatat Ioannes Lecrier. Facit ca. quoniam abbas, & c. si gratiose, quatenus distinguunt dignitatem ab habente illa, & consequenter praedicti DD. fratres non promiserunt, nec iurauerunt sibi mutuo, sed primogenituram, quae est dignitas ab eis distincta: & consequenter non possunt ipsi alter alteri promissionem & iuramentum remittere.

Secundo facit, quod licet verior & frequentius recepta opinio habeat, quod primogenitura vel maioratus vendi & cedi possit, iuxta late tradita per praedictum Ioannem Lecrier & Tiraquel. tamen illud intelligitur, quando fit sine praedictio filiorum, vel aliorum ad eum vocatorum, vt praedictus Tiraquellus expressè notat, & ita non videtur, quod praedicti fratres possint renunciare praedicta promissioni, & iuramento, in praedictum eorum, qui ad praedictum maioratum sunt vocati.

Tertio, quod aliud est iurare fidelitatem domino expresso nomine proprio, & aliud iurare ei expresso nomine dignitatis: quia in priore casu non videtur transire ad successores, & in posteriore sic, vt notant Cardinalis & Panormitanus declarando glossam, & ita aliud est iur-

rare dignitati, aliud iurare personam illam habenti.

Haec posteriora argumenta videntur vtgere ad dicendum praedictos DD. esse obligatos ad implendam suam conuentionem, & seruandum suum iuramentum. Nec obstant opposita. Ad primum enim respondetur, concedendo quidem quod non fit iniuria scienti & consentienti, & consequenter nec ei qui nunc possidet maioratum, qui sciens consentit, negando tamen quod dignitas maioratus, & successores in ea, sciant, & consentiant. Ad secundum respondetur, quod praedicta conuentio & iuramentum non fuerunt facta ipsismet fratribus, sed dignitati maioratus, & successoribus in ea, & ita qui nunc est possessor eius, non potest consentire, nec remittere iuramentum quod ad dignitatem, & successores in ea, qui sunt alij ab eo, argum. non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, & alia quae ibi congerit Decius. Ad tertium, quod dispositio per vltimam voluntatem, quae vsque ad mortem est mutabilis, potest mutari, dispositio autem per contractum non potest mutari sine consensu saltem alterius partis, & dispositio praedicta fuit per viam contractus, & ita non potest reuocari, nisi consentiente altera parte, quae sunt ipsa dignitas maioratus, & successores in ea.

An autem peccauerint mortaliter praedicti fratres non adimplendo conuentionem & iuramentum, alia quaestio est: & videtur respondendum pro parte negante. Tum quia qui debet aliquid simpliciter, non adiecto die solutionis faciendae, non est in mora, donec interpelletur, & praedicti domini non fuerunt interpellati, neque vt ea implerent requisiti, & alias multis probauimus, iuramentum non tollere necessitatem interpellandi, neque constituitur quem in mora faciendi quod iurauit, ante interpellationem, si adiectum fuit contractui, in quo illa requiritur.

Secundo, quod possessor maioratus etsi non possit consentire, ne fiant ea quae sibi debent fieri, in praedictum successorum, potest tamen consentire in praedictum suum, immo & vendere & donare maioratum, vt supra dixi: & in casu proposito possessor maioratus, qui est alter frater, non solum non interpellauit, sed fuit, & est contentus ne illa sibi fiant: ergo ambo sunt excusati a peccato, modo eo animo sint, vt adimpleant illa, quatenus attinent ad vtilitatem successorum in dignitate.

An autem S.D.N. possit super his dispensare, est alia quaestio: & meo iudicio plus potest in hac re regia maiestas, quam sua Sanctitas, cum maioratus, & qui tenet eum, sint sibi subiecti, & alter frater licet sit clericus, tamen conuentio praedicta respicit bona eius patrimonialia, & non Ecclesiastica, & sita in suo regno: & sua maiestas, attentis causis & circumstantijs huius negotij, & consensu possessoris maioratus, multo magis & efficacius potest dispensare, & quo ad vtrumque forum constituere, ne reneantur ad omnia illa, vel non nisi ad aliquam partem eorum, prout iusta causa id faciendi, & eorum voluntas impulerit, praesertim quod haec dispensatio respicit vtrumque forum: successores enim praedicti D. possessoris possent occurrente opportunitate molestare heredes vtriusque, vt adimplerent praedictam conuentionem, & iuramentum, nisi remissa vel moderata fuerint per regiam maiestatem.

Contra praedictam determinationem, quatenus haber praedictos fratres non posse se inuicem absoluerè a praedicta promissione & iuramento, adducuntur duo responsa cuiusdam viri eruditissimi, multa in suum propositum citantis, in quibus satis perpensis non video solum argumentum primarium meae sententiae, videlicet quod duo donantes tertio non possunt reuocare donationem sine illius consensu, & quod praedicti fratres donauerunt tertio, videlicet dignitati & maioratus iam constituto auctoritate regia ab eorum parte, & quod dignitas illa & maioratus non refutauit illam donationem, immo acceptauit: quoniam possessor eius, qui est alter frater, acceptauit nomine ipsius, tamquam administrator eius, illam donationem quo ad legitimas.

Neque requirebatur acceptatio secundum opinionem eorum, qui tenent per stipulationem notarij ipso iure quaeri tertio sine alia acceptatione, neque secundum opinionem eorum qui requirunt acceptationem: quia secundum omnes per talem stipulationem quaeritur ius

a ff. de regul. iur. b Ca. cu Ma tha. de celeb. miss. c. vltima voluntas. l. 3. q. 2. c. l. sicut in. rio. C. de ad. obl.

d L. si ex lega ri causa. C. l. cu filius. q. 3. ff. de verbo. oblig.

a 468. n. 28.

reuocabile tertio, qui cum primum nouerit, potest illam acceptare etiam post mortem donantis, & etiam post mortem donatarij: quia transit in heredes, & contra heredes irreuocabiliter: vt late monstratum est in causa nostra Romana fideiusionis: & ita cum donatio praedicta sit facta praedicta dignitati, & consequenter successoribus in ea, quilibet successor, cum primum scierit, poterit acceptare illam, & donata petere.

Neque est verum quod in contractibus nominatis, quorum de numero sunt donatio inter viuos, & stipulatio, sit locus poenitentiae, sicut in vltimis voluntatibus & donationibus causa mortis, & quibusdam alijs tangentibus vltimum iudicium, quae virtualiter sunt vltimae voluntates, in quibus loquuntur Oldradus, Baldus & quidam alij citati a praedictis eruditissimo. Donatio enim perfecta valet, etiam antequam donatarius eam sciat, licet per eam non quaeratur ei ante acceptationem res donata, sed tantum ius eam acceptandi, quod transit in heredes, & contra heredes, vt nos deducimus in dicta causa nostra, licet multo minorem vim ei concedamus, quam aduersarij nostri.

Nec est faciendae distinctio, an vocatus ad maioratum sit natus, vel non, nec an inuestitura maioratus sit pluries etiam decies facta, vel data aliquibus, quia simulac nascitur vocatus ille debet illum habere, administrare, & iura ei debita siue per donationem siue alijs repetere: & vt alia omittam, videatur in hoc consilium Decij contra nostram opinionem citatum, & aduertatur, quod nemo auferret dicere, quod si duo fratres donarent episcopatu Vicentino aliquod praedium reseruato usufructu quoad vitam per donationem inter viuos, quae est irreuocabilis, praesertim stipulatione notarij vallatam, sicut in nostro casu, possent poenitere, etiam si alter frater esset Episcopus Vicentinus, eo quod donatio est facta tertio, scilicet dignitati episcopali, & quod casus propositus est omnino similis: haec autem rapim sine allegationibus, cum quibus tria folia contemnuissent, dixi, quia fundant opinionem meam, quam noluissem in hoc casu in gratiam domini mei esse veram, quae tamen profecto vera est. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Fidei professionem omittentes regula de triennali non iuuat quo ad lucrandos fructus amissos contra dispositionem Concilij. Trid. cap. 12. sess. 24.
2 Ignorantia iuris clari non excusat, etiam quo ad forum Dei, si ad sit aliqua culpabilis. num. 3.
3 Ignorantia causa peccati illud tollit, vel minuit, prout in totum vel in partem causat inuoluntarium.
4 Inaduerentia, quae habet in se aliquam culpam non aduertendi ad id ad quod quis tenetur, non excusat.

CONSILIVM VII.

QUIA infra in titulo de praebendis respondeo possessorem triennale beneficij bona fide illud cum titulo colorato possidentem fieri dominum eius, & titulum verum quaerere, per regulam de triennali possessore. Quaeritur nunc, an canonici, qui non sunt professi publice fidem Catholicam coram Episcopo & Capitulo intra duos menses a die professionis adepti ob ignorantiam & inaduerentiam praescripti Concilij Tridentini, & postea possederunt pacifice ultra tres annos, faciant fructus suos.

Respondeo primo, quod regula illa de triennali non potest praedictis DD. consulentibus prodesse. Tum quia iura a iure communi exorbitantia non sunt ad alium casum extendenda. Et constat praedictam regulam a iure communi exorbitare, & alium casum esse illum, in quo agitur de canonizando titulo, & alium in quo agitur de quaerendo dominio fructuum canonico titulo perceptorum, vt palam est. Tum quia ratio, quae mouit ad constituendam illam regulam, non conuenit huic casui. Ratio enim constituendi regulam illam fuit, ad obuiandum innumeris litibus, quae nascebantur longè diuque duraturae super iure beneficij parum duraturo, cui non est locus in casu proposito, cum praescriptum praedicti Concilij non fuerit factum ad obuiandum vllis litibus, sed ad obuiandum haereticis.

Secundo, quod praedicti domini consulentes non videntur excusari posse per ignorantiam saltem in foro ex-

teriori: quia illa, quam habuerunt, fuit iuris, & quidè clari, quae non excusat. Sed neque per bonam fidem: quia praesumetur mala fide percepisse fructus, arg. regul. qui contra iura. cum ei concordatis allegatis in eius glossa & ita non praescribit illa.

Tertio, quod iustior videri posset eorum excusatio quo ad forum conscientiae tantum, si verè ignorauerunt praedictum praescriptum Concilij, & si verè illo animo fecerunt, quod illud seruassent, si animaduertissent, vel in memoriam venisset, etiam si nulli eorum antea seruassent. Tum quia his interuenientibus non solum ignorantia & inaduerentia fuissent comites omissionis implementi praescripti, sed etiam causa, cur non fuit impletum, iuxta doctrinam S. Thomae, & ignorantia, quae est causa peccati, tollit, vel minuit illud, quatenus facit illud in totum, vel in partem inuoluntarium, iuxta eundem S. Thomam. Sed quia praedicta ignorantia & inaduerentia non est sine aliqua culpa nolendi scire, vel negligentiae discendi, vel aduertendi id quod scire, & aduertere debebant secundum qualitatem suam, non est facile illos excusare omnino, etiam quo ad forum conscientiae.

SVM MARIVM.

- 1 Intellectus Concilij sess. 24. de reform. cap. 12. vers. nec illis professio suffragetur, esse videtur, vt non emittens professionem fidei, amittat fructus, & beneficium regula triennalis: probabilius tamen est, vt non amittat quo ad canonizationem tituli. num. 3. 4. & 5.
1 Negativa regulariter totum, quod post se inuenit, destruit, & contrarium ponit: fallit, quando alia lege speciali, vel efficaciori ratione est dicta regula limitanda. num. 5.
2 Professionem fidei, vt requirit Concilium, non faciens, etsi videri alicui possit haereticus, tamen verè nec praesumitur suspectus de haeresi, nec ob talem suspicionem, sed ob inobedientiam a Concilio amissione fructuum punitur. num. 6.
3 Poena sunt restringenda, & legum correctio vitanda.
4 Poena priuationis alicuius iuris non est dicenda alicui impossibilis, nisi eam lex expresse ponat.
5 Poena canonum, praesertim Conciliorum, solent esse moderate, ita quod non excedant mensuram delicti.

CONSILIVM VIII.

AN illa verba Concilij Tridentini Nec illis possessio suffragetur, excludat prouisum, etiam quo ad titulum, ita quod neque quo ad fructuum perceptionem, neque quo ad proprietatem suffragetur?

Pro parte affirmante facit, quod negatio, totum quod post se inuenit, destruit, & contrarium eius ponit, vt ait glossa singularis & recepta ad quod facit illud Dialecticorum. Nullus est aptior modus contradicendi, quam proponendo negatiuum. at clausula praedicta proponitur negatiua verbo suffragetur: ergo tollit omne suffragium, & consequenter tam illud, quod est datum ad legitimandum, siue canonizando titulum, quam ad quaerendos fructus.

Secundo, quod haereticus perdit omnia iura sibi competentia. At qui prouisus de beneficio respuit profiteri fidem, videtur haereticus: ergo perdit omnia iura, & consequenter ipsammet possessionem, iuxta glossam singularem, & ita ad nihilum potest illa sibi prodesse.

Pro parte autem negante facit, primo, quod poena sunt restringenda. Secundo, quod correctio iurium vitanda est. At intelligendo praedicta verba de suffragio quo ad titulum, corrigitur lex illa vtilissima de triennali possess. & intelligendo de suffragio quo ad fructus, conciliantur cum illa, ergo sunt intelligenda quo ad fructus tantum. Tertio, quod intelligentia dictorum ex causis est fundenda dicendi, & verba secundum materiam subiectam sunt intelligenda, etiam impropriano ea. At materia, in qua proferuntur praedicta verba, est materia acquisitionis, vel amissionis fructuum beneficij, & non tituli eius, ergo intelligenda sunt de suffragio, & adiutorio, quod dat possessio ad quaerendum, vel ad non perdendum fructus, & non quod conuenit ad quaerendum, vel non perdendum titulum.

Quarto, quod poena priuationis alicuius iuris non est dicenda cuiquam imposita, nisi eam lex expresse ponat, iuxta glossam solemnem & receptam quae vltima est. At prouisus, simul ac possessionem cum titulo colorato accepit,

a Ca. ignoran tia. de regul. iur. li. 6. cum suis concordantijs. b De reg. iur. lib. 6. c Ca. possessio. eod. tit.

d l. 2. q. 76. art. 1. & 2.

e In eadem q. art. 4.

f In c. 12. sess. 24.

g In c. cum dilectus. de consuet.

h Ca. cum fecidum leges. cum similib. de haeretic. li. 6.

i In capi. quo iure. s. dist. k Ca. poena. de poenitentia. dist. 1. cum similib.

l Ca. cum expediat. de electio. li. 6. c. l. c. de inofficio. testam. m Ca. intelligentia. de verborum signific. n L. si uno. ff. locati.

o Ca. vlt. de iure patron.

a Ca. in pertractatis. de iuram. cali. c. ca. 2. eod. tit. lib. 6. b L. Papinianus. ff. de minor.

c Lib. 6.

d Cap. prae. rea. l. de spof. facit c. perne. 2. de iure. iur.

e Argum. l. si quis. in princ. c. ei annot. ff. de leg. 3.

f In prin. lib. de primogen. g In qu. 1. de primogen. h De off. de leg. i De rescript. lib. 6.

k Li. 3. de primogen. q. 1. c. 8.

l De iure primogen. q. 24. c. 20. m In d. q. 24. nu. 21. c. qu. 26. nu. 5. n In c. veritas. de iure. iur. o In verb. c. antur.



quæsiuit ius fruendi fructu prædicta regula de triennali ergo non debet ceteri priuatus illo, nisi per legem, quæ id exprimit, vel nisi aliter non posset esse fructuosa: at prædicta verba prædicti canonis possunt esse valde fructuosa, intelligendo ea quo ad perditionem fructuum tantum, ergo quo ad eam tantum sunt intelligenda.

5 Quinto, quod pœna canonum, præsertim Conciliorum œcumenicorum, solent esse temperata, & moderata, ita quod non excedant mensuram delicti, iuxta illud, *iuxta mensuram delicti sit & plagarum modus.* b At culpa non faciendi prædictam professionem vt plurimum provenit ex ignorantia, inaduertentia, & negligentia, & est quædam omisio facile supplebilis, ergo pro ea non est imponenda eam omittenti pœna perditionis beneficii, vel iuris, quo illud sibi defendere potest: immo satis superque fuit priuare eum iure quarrendi fructus, & ita credendum est, sacrum Concilium voluisse quidem illum priuare iure fructuum, non autem iure tangente titulum.

Non obstant opposita. Ad prius enim respondetur, quod tum demum negatiua vniuersalis est vniuersaliter intelligenda, quando nulla lege speciali, vel efficaci ratione esset limitanda in aliqua specie: nulla enim est regula tam generalis, quæ aliquam non patiat exceptionem, præter illam, quæ ponitur cap. licet. c At plurimæ sunt regulæ vtriusque iuris vniuersaliter & negatiue conceptæ, per verba *nullus nemo, non præstat, nihil,* & id genus alia, quæ tamen multas habent limitationes: & ita regula illa negatiua, quæ tacite colligitur ex prædictis verbis, scilicet, *non suffragetur possessio prouiso, qui intra duos menses non fecerit professionem fidei,* iure limitatur, vt solum procedat quo ad suffragium acquirendorum fructuum, & non quo ad id quod pertinet ad titulum, de quo per dict. regulam de triennali statuitur contrarium.

Ad posterius respondetur, concedendo hæreticum priuari omnibus iuribus ipso iure, negando tamen, quod ex eo solo, quod prouiso omittat profiteri fidem intra duos menses, præsumatur hæreticus, nec suspectus de hæresi, & quod Concilium non intendebat ponere pœnam debitam hæresi, sed debitam inobedientiæ: si enim id intendisset, apposuisset pœnam priuationis beneficii, vt palâ est.

SVMMARIVM.

1 Professionem fidei nedum in Capitulo, sed etiam in manibus Episcopi emittere tenentur canonici, etiam si sint exempti.

CONSILIVM IX.

QVÆRITVR, an canonici etiam exempti teneantur professionem fidei facere.

1 Respondeo, quod canonici etiam exempti tenentur fidei Catholicæ professionem facere in manibus Episcopi & Capituli, iuxta d Concilium Tridentinum. Tum quia etiam exempti subiacent Episcopis quo ad ea, quæ pertinent ad beneficia, quæ obtinent, subiecta illis, per adducta à Felino. e

SVMMARIVM.

1 Fidei professionem regulares prælati facere intra duos menses tenentur ab adeptæ possessione præfecturæ.

CONSILIVM X.

QVÆSITVM fuit, an f Concilium Tridentinum de fidei professione faciendâ habeat locum etiâ quo ad prælatos regulares.

1 Respondetur affirmatiue, quod præfati prælati regulares tenentur etiam facere prædictam fidei professionem, per extensionem, qua Pius III. sua constitutione incipiente iniunctum, extendit à Concilio Tridentinum. Sufficit autem, vt eâ faciant intra duos menses ab adeptæ possessione suæ præfecturæ, vt idem Conciliû h exprimit.

SVMMARIVM.

1 Fidei professionem qui intra duos menses, vt tenentur, non fecit, post illos, quàm primum potest, facere obligatur.

- 1 Obligatus ad aliquid intra certum tempus faciendum, eo lapsa, non liberatur.
2 Beneficiarius fidei professionem per procuratorem facere potest.
3 Fidei professio post duos menses facta non prodest quo ad quarrendos præteriti temporis amissos fructus.

CONSILIVM XI.

QVI adeptus beneficium curatum, non est professus infra duos menses ab adeptæ possessione, quid faciet,

ne perdat fructus sui beneficii, iuxta a Concilium Tridentinum relatum à nobis in Manual. confess. b

1 Respondeo primò, quod potest, & debet facere illam professionem post præfatos duos menses. Tum quia, qui iubetur facere aliquid intra certum tempus, videtur obligari ad duo, videlicet ad faciendum illud intra illud tempus, si potest, & ad faciendum illud post lapsum temporis præfati, quàm citò commodè facere poterit, etiam si non potuit illud antea facere, & vbi late Panormitanus. d

2 Secundò, quod poterit iuramentum præfatum præstare per procuratorem, quia regulariter quicumque potest aliquid facere per semetipsum, potest illud facere per procuratorem. e

3 Tertiò, quod professio facta post præfatos duos menses non videtur prodesse ad quarrendos fructus temporis præteriti, sed sic ad quarrendos temporis futuri: quia regulariter semel ipso iure perditâ non quaruntur ipso iure, f quamuis ex aequitate posset iuuari, qui per ignorantiam, incogitantiam, vel negligentiam id non fecit, qui tamen libenter fecisset, si fuisset monitus, vel venisset in mentem: quamuis non arbitretur hanc modificationem in foro exteriori eum iuuare.

Aduertendum, referri sacram Congregationem censuisse contrarium eius, quod dicitur in secundo dicto.

SVMMARIVM.

1 Professionem fidei per ignorantiam & c. omittens non peccat.

- 1 Ignorantia, incogitantia, & inaduertentia legis excusant.
2 Lex humana male intellecta non ligat in foro conscientie.
2 Legem humanam bona fide transgrediens non peccat.

CONSILIVM XII.

AD quæsitâ quo ad forum conscientie: tatum de clerico, qui adeptus parochialem per ignorantiam, incogitantiam, vel inaduertentiam, non fecit professionem fidei, quam Concilium Tridentinum mandat fieri, g vique ad sexquiannum, in quo ratione doctoratus suscepti eam fecit, & post septimum vna cum Episcopo ratione synodi.

1 Respondeo primò, D. consulentem non peccasse coram Deo, & quo ad forum conscientie mortaliter, nec obligari ad restituendos fructus. Tum quia hæc ignorantia, incogitantia, & inaduertentia fuit illi inuincibilis, quia putabat probabiliter sibi sufficere professionem prius factam ratione doctoratus, & ita excusatur à peccato, & à restitutione fructuum, per notata à S. Thoma, h & à nostris in capit. ignorantia. i Tum quia est pœnalis, quæ etiam si pœnam ipso iure continuat, non ligat in foro conscientie iuxta glossam celebrem. k

2 Tum quia lex humana male intellecta non ligat in foro conscientie, iuxta Innocentium in cap. per tuas. de simon. quem cum alijs ad id opportunis refert Felinus l & à fortiori nullatenus intellecta, nec ad memoriam reducta. Tum quia qui bona fide transgreditur legem humanam, putans se habere iustam causam transgrediendi, non peccat mortaliter, vt post alios tradimus nos in Manual. confess. m & nuper in commen. de alienatio. rerum eccles. n Quare dominus consulens taceat hanc ignorantiam coram hominibus, & gaudeat coram Deo se iam bis prædictam fidei professionem fecisse, & expulsis scrupulis tranquillo pectore suum officium & munus exerceat ad laudem Domini nostri Iesu Christi, qui nos omnes saluet. Amen.

DE PRÆSCRIPTIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 Beneficij onera & statuta in fundatione posita implenda sunt, nisi sint legitime sublata. num. 7.

2 Lex in fundatione imposta beneficio non recepta non ligat magis, quam lex principis: & qui dicit eam à principio receptam, debet probare.

3 Prescriptio quidem in bonis & iuribus Ecclesiasticis debet esse quadraginta annorum, sufficit tamen bona fides etiam sine titulo, num. 4. quæ præsumitur quod fuerit in præfatore, num. 5. cuius possessionis accessione vti possum ad complendam dictam præscriptionem, num. 3. & 4. At si mens præfatoris fuit in mala fide, illa mihi non nocet, modo vti nolim accessione eius possessionis. num. 6.

a Capi. 12. de refer. sess. 24. b Cap. 25. nu. 135.

c Le. Celsus. ff. de recept. arbit. ca. cum dilecti. de dol. & contum. d a num. 12. e Leg. 1. ff. de procurat. & ca. qui per alium. de reg. iur. lib. 6. f Le. quires §. aream. ff. de liberat. ca. quæ periculosam. 7. quæst. 1.

g In c. 12. sess. 24.

h In 1. 2. quæ. 88. ar. 5. & 6. i De reg. iur. li. 6. & in c. turbatur. §. notandum. 1. quæst. 4. k In c. frater. natus. 12. q. 2. l In c. fin. nu. 7. de re iudi.

m Ca. 23. nu. 43. n Num. 9. 19.

5 Possessor in dubio præsumitur habere bonam fidem. 6 Titulus lapsu triginta vel quadraginta annorum etiam in valde præiudicialibus præsumitur.

CONSILIVM I.

ANNO 1401. fuerunt erectæ duæ capellania in cathedrali quadam, referuato iure præsentandi pro hæredibus fundatoris, qui hæredes postea anno 1487. donauerunt ius suum præsentandi quibusdam N.N. cum consensu Episcopi. Fueruntque in fundatione appositæ multæ conditiones: videlicet, quod vterque præsentandus sit sacerdos, & quod personaliter & non per vicarium cū vno clerico domi retinendo inseruiat noctu & die diuinis officijs in cathedrali, quod quotidie duæ Missæ celebrentur, & specialis commemoratio de fundatore, & cum pœna, si cessauerit, quod soluat certam pecuniam pro qualibet vice conuertendam in alias Missas, & quod non possit super his impetrare dispensationem, nisi ab Episcopo, & de consensu patronorum. Nunc reperitur quod rector præfens istarum capellaniarum eas possidet iam fere per viginti annos, & numquam habuit notitiam istorum onerum, quoniam prouiso olim sibi facta fuit in Curia per resignationem sui antecessoris, qui nihil istorum narrauit, vnde præfens rector fecit tantum celebrare vnâ Missam singulis diebus, prout antecessor suus faciebat. Reperitur etiam, quod per spatium sexaginta annorum, & vltra numquam aliquis rector adimpleuit dicta onera, quia fortè vel fuerunt dispensati, aut aliter: de alijs autem ante 60. annos, quid fecerint, nescitur: quia non reperitur scriptura. Modo queritur, an ex quo præfens rector habet aliud curatum, quod non potest dimittere, & numquam impleuit prædicta alia onera, in foro conscientie teneatur ad satisfactionem, & qualem, & ad quid in tempore futuro obligetur. Aduertatur autè, quod bona istarum capellaniarum, quæ ad præfens possidentur, vix sunt pro tertia parte antiquæ dotationis, immo quod non sunt de terris specificatis in dotatione, & nascitur, quomodo, aut quo iure possideantur, & valor istorum bonorum, quæ hodie possidentur, potest ascendere singulis annis ad summam scutorum centum. Aduertatur etiam, quod patroni parati sunt consentire dispensationi, & remittere onera omnia, quæ non fuerunt seruata, tam præterita, quam futura, in quantum de iure possunt.

1 Contra præsentem capellanum præfatum facit primò, quod statuta, & onera posita in fundatione beneficii sunt seruanda. a Secundo, quod consuetudo non excusat peccatum: quia tantò grauius est peccatum, quanto diutius infœlicem animam detinet alligatam. b Tertio, quod Conc. Tridè. c statuit, vt qualitates, quas requirit beneficium, in beneficiario concurrant, & onera iniuncta in fundatione impleantur.

2 Pro consulente verò facit primò, quod lex posita à patrono in fundatione beneficii non est firmior, quàm lex posita à Papa in gubernatione Ecclesie, quia à potentiori causa maior producit effectus secundum Philoiphum, d at lex siue Papa, siue Regis à principio non recepta, nec seruata, non ligat, e & ibi doctores, & latius Fel. f ergo nec lex patroni posita in fundatione est seruanda, si non fuit à principio recepta, & seruata, vt in nostro casu, cū non mōstretur esse à principio seruata, nec præsumatur: quia facta non præsumuntur nisi probentur. g Secundo, quod consuetudinis longuæ magna est auctoritas, h & in casu nostro videtur consulenti fauere consuetudo viginti annorum, quæ dicitur longa etiam inter abentes. i

3 Tertio, quod non obstat dicere quod in bonis & iuribus ecclesiasticis non currit præscriptio decè vel viginti annorum, quia currit præscriptio 40. annorum, k & quod licet consulens non possederit dictam capellaniam liberam à prædictis oneribus 40. annis per se, possidet tamè per se & per antecessores suos 60. & amplius annis, vt in facto proponitur: & possessio prædecessoris accedit ad possessionem præsentis possessoris, ita quod sufficit, vt amba coniuncta sufficiant tempus ad præscribendum legitimum, l & in facto proponitur, quod à sexaginta annis capellania prædicta est possessa libera ab oneribus iniunctis in fundatione, ergo, &c.

4 Quarto non obstat dicere, quod consulens non niti-

tur aliquo titulo liberationis ab oneribus prædictis. Tum quia licet in præscriptione longi temporis, id est decem vel viginti annorum, requiratur titulus, a in præscriptione tamen longissima triginta vel quadraginta annorum non requiritur vllus titulus per eandem legem, b quæ omnium ferè est vna sententia, vt colligitur ex citatis per Baldum. c Nec in hoc est vlla differentia inter ius canonicum & civile, inter præscriptionem contra Ecclesiam, vel alium, sufficit enim tempus 40. annorum sine vllò titulo cum bona fide, secundum Panormitanum, d communiter receptum, & latè tradit Bald. e Non obstat dicere, quod iure canonico non prodest vlla præscriptio, etiam longissimi temporis, etiam 40. annorum cum mala fide, f & quod consensens videtur mala fide hanc liberationem posse disle, quippe qui successit malè fidei possessoribus, primi enim possessores prædictæ libertatis non poterant nõ esse malè fidei possessores, cum nota esset eis obligatio habendi qualitates, & subeundi onera prædicta.

5 Non inquam hoc obstat. Tum quia non constat vllum præcessorem eius mala fide possedisse, & in dubio præsumitur bona fide possedisse secundum glossam receptam. g Tum quia præsumi potest per possessionem centum & amplius annorum, & diminutionem bonorum à principio capellania assignatorum aliqua compositio, vel diminutio qualitatis, & onerum, per quam primi possessores bona fide libertatem prædictam possidere poterunt, arg. textus iuncta gloss. sing. h quæ communiter recepta habet, solemnitate etiam extrinsecam præsumi per spatium triginta annorum.

6 Tum quia ibi per illam tenet Imola, i quod etiam per lapsum triginta vel quadraginta annorum iustè præsumitur titulus, etiam quo ad ea, quæ sunt magni præiudicij: quod multis confirmat prædictus Bald. k Tum quia mala fides præcessoris non nocet præscriptioni successoris nolentis vti accessione possessionis illius, sed tantum volentis incipere iuxta l. cum post, l cap. cura. cum gloss. sing. m recepta communiter ibi, & vbiq. n At consulens nõ indiget accessione possessionis primi capellani, qui fuit ante annos 160.

7 Non obstant adducta in contrarium. Ad primum enim respondetur concedendo, qualitates, & onera in fundatione beneficii statuta esse seruanda, nisi legitime fuerint sublata, primò per compositionem, vel auctoritatem Episcopi, quæ iustè præsumi potest per tanti temporis lapsum iuxta superius citata: secundo etiam clariùs, quod sunt sublata præscriptione legitima per prædicta. Ad secundum, concedendo, quod consuetudo cōtra diuinam dispositionem non excusat: quia eam non potest tollere, sed contra dispositionem humanam excusat, posteaquam per obseruantiam contrariam legitimo tempore continuatam sublata fuerit, per iura in argumento allegata cum adnotatis eis ab omnibus. Ad tertium, quod Concilium Tridentinum loquitur de oneribus, & qualitatibus beneficiorum non sublatis legitime, nos autem de legitime sublatis per prædicta.

Ex prædictis resoluendo prædictum dubiû, respòdeo prædictum Rectore iustè posse retinere prædictum curatum cum prædicta capellania, si nihil aliud obstat, & in nullo foro, neque interiori, neque exteriori teneri ad satisfactionem, vel restituendum aliquid, si subiit onera omnia solita subiri à 40. annis citra. Nec esse, cur iustè se ob hoc scrupulis vexet: quamquam ad redundantiam potest auctoritate superioris de consensu patronorum ob rationes prædictas declarari, capellaniam præfatum esse liberam à prædictis obligationibus & neque præsentem, nec futurum teneri ad alia onera, quàm illa, quæ prædictis 60. annis capellani subire contulerunt. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Error iuris licet profit ad vsucipiendum rem, prodest tamen ad vsucipiendum fructus, & hoc, etiam si sit error iuris non dubij, etiam & resistens actui. num. 5. quia ad acquisitionem fructuum sufficit malam fidem abesse, num. 6. quod si esset error iuris dubij, prodesset ad præscribendam rem, vt error facti. nu. 4.

2 Tituli credulitas procedens ex errore facti, puta quia credebatur in acquisitione tituli omnia necessaria interuenisse, prodest ad

a Iuxta leg. si quis em, si uis. in principio cum concord. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum. b §. 1. & le. si quid in rem. & l. cum non iussum. C. eodem. c In tract. de præscrip. in 4. par. d In capit. de quarta. col. 4. de præscrip. vbi supra 2. par. 3. part. 1. f Capi. fin. de præscrip. cap. poss. de reg. iur. li. 6. cum annot. eis fere ab omnibus. g In c. sancto. rii. vers. scilicet. & in c. si diligenti. verb. bona si de de præscr. h Peruenit. de empt. i Colum. 3. k par. 3. part. 1. quæst. 10. nu. 27. l C. de præscripti. long. temp. m Verb. legitima. n De iure patron.

a Dent. 16. b Ca. non afferamus. 24. quæst. 1.

c De regul.

d Cap. 12. de refer. sess. 24.

e In cap. dilectus. 2. à nu. 9. de rescript.

f Capi. 12. de refer. sess. 24.

g D. ca. 12. de refer. sess. 24.

h In eodem cap.





tionem præstita. Facit item, quod consulis Hispania sapiētibus statuit Imperator Carolus ille V. gloriosissimus, quod domini, qui accepterunt huiusmodi seruitia & præstationes per quadraginta annos, defenderentur in sua possessione nullo alio titulo ostenso, in proprietate verò non nisi temporis immemorialis possessione iuuetur. Facit denique fundamentum, quo lex illa nititur, nempe quod eiusmodi possessio immemorialis habet vim constituti, & tituli, quem qui allegat probat.

11 Secundo dicendum, quod prædicti domini Comites probabiliter possunt, si volunt, etiam quo ad forum interius conscientia credere, quod huiusmodi seruitia & præstationes fuerunt ab initio iuste imposita per liberam & spontaneam concessionem præfatae communitatis facta, ob amorem & obseruantiam, quibus erat in eos, & in recognitionem aliquorum beneficiorum ab eis acceptorum, vel ad faciendum eos sibi gratiores, & affabiliores tā verbis, quam factis, iuuando, consulendo, vel protegendo illa & singulos ipsius, ultra quam iure communi tenentur domini sic se in subditos habere, vt postea præfati domini se habuerunt erga illam donando ei pascua, quæ sunt magni redditus & parui oneris, vt præsupponitur in facto: credere inquam hoc probabiliter possunt, si volunt, per argumēta prædicta: & quod nemo tenetur in dubio ius, quod possidet, indiscussum relinquere.

12 Tertio, quod prædicti domini si credunt vel crederentur hæc, quæ iuste, vt dictum est, credere possunt, nullatenus peccant, nec sui ante cessores peccarunt, nec ad vllam restitutionem tenentur, si tantum acceperunt & exegerunt illa quæ communitas à principio liberè & amanter creditur concessisse, & non exigunt, nec exegerunt plura ligna, nec plures operas portatorias, nec plures paleas, vel stipulas, quam essent necessaria ad fouendum decentem ignem, decentem portationem, & decentes paleas, & stipulas, præsertim si tractant, & tractauerunt eos verbis & factis aliquantò humanius, quam tractassent, aut tractarent, si ea eis non præstarentur.

Quarto, quod si nunc exigunt, vel antea exegerunt notabiliter plura, quam verisimiliter prædicta communitas à principio eis concessit, cogendo eam ad plura ligna, plura seruitia portatoria, & plures paleas, & stipulas, quæ quæ credunt verisimiliter fuisse concessa, peccant, & peccarunt, & tenentur ad restitutionem iuxta ca. si res aliena. c. 13 Quinto, quod ab hoc onere restituendi, quatenus ad id tenerentur, possunt liberari per liberam & spontaneam prædictæ communitatis remissionem, seu cōdonationem, iuxta glossam communiter receptam. Dixi, liberam & spontaneam: quia pacta inuita non sufficiunt, per ea quæ notantur in d. reg. peccatum. etiam si metum omnino iustum non inducerent, per ea quæ diximus in Man. confess. c.

14 Sexto, quod nihil obstat id, quod ex D. Antonino, f. aduersus prædicta citari potest: quoniam in summa solū dicit illam exactionem taliarem & præstationum suæ impositionum dominorum à subditis esse iniustam, quæ fit ultra conventionem cum subditis factam, vel cum nō implent vel parant vias publicas, nec eas reddunt à latronibus securas, ad quod illa eis præstatur: non inquam id obstat prædictis, immo concordat. Tum quia diximus exactionem, de qua in proposito casu, esse iustam, si & quatenus non exigunt notabiliter plura, quam ab initio fuerunt verisimiliter imposita. Tum quia ex præsuppositis in facto non constat, quod præfati Comites teneantur ad faciendum aliqua, quæ non faciunt, ob præfata seruitia, & præstationes.

15 AD SECVNDAM respondeo, quod præfata donatio pascuorum non potest præfatis dominis prodesse quo ad id, vt præfatorum seruitiorum impositio reddatur iusta, si antea fuisset iniusta. Tum quia actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, & non constat quod intentio donatorum fuit illa. Tum quia donationi prædictæ fuit impositum aliud onus soluendi duos vitulos annuos: & ita imponendo illud, non videntur aliud impositum, & qui disponit de vno, non videtur disponere de alio, h & nō creditur dicenti aliquid onus impositum, nisi probet, i potest autem prodesse præfata donatio ad iuua-

da iustificationem credulitatis, quod ex amore & spe humanioris tractatus concessit præfata communitas præfata seruitia præfatis dominis, vt præfactum est supra.

16 AD TERTIAM respondeo primò, quod præfati domini Comites non possunt recuperare præfata pascua sua iure caducitatis, eo quod numquam soluit prædictos vitulos, illo iure quo dominus recuperat bona data in emphiteusim ab emphiteuta non soluente canonem. Tum quia dictus contractus, per quem illa pascua fuerunt donata, non erat emphiteuticus, in quo habet locum pœna illa caducitatis, iuxta prædicta iura. Tū quia donatio facta sub modo, & imposito onere, vt donatarius faciat aliquid, non reuocatur regulariter ipso iure, l. ea lege, b & ibi Salic. c quem sequimur in nostro enchirid. de oratio. d Secundò, quod nunc possunt compellere dictam communitatem ad soluendos prædictos vitulos, vel affirmationem, nisi illi de communitate præscripserint libertatem, siue liberationem non soluendi, & hoc per conditionem ob causam, iuxta præfata l. ea lege. & l. si pecuniam. e

17 Dixi, si non præscripserint: quia non erit nimis difficile defendere, quod præscripserunt, attento quod nunquam soluerunt præfatos vitulos, & quod circiter centum anni fluxerunt à tempore, quo donatio præfata facta est, & onus præfatum impositum: & quod libertas ab obligatione soluendi annuas præstationes per contractum promissas præscribitur 30. annis cōputandis à tempore, quo à soluendo cessatur, sicut in legatis annuis aliud sit seruandū, & vtrouque glossæ receptæ. Attento item quod etiā emphiteuta potest per 30. annos præscribere libertatē ab onere soluendi canonem, siue pensionem tam præteritam, quam futuram, nisi mala fides ei obstat, vt pulchrè resoluit Baldus relatis aliis. h

18 Tertio, quod etiam videntur posse reuocare donationem præfata, nisi præscriptio obtulerit. Tū quia vnus casus ex quinque, in quibus potest reuocari donatio, positus in l. fin. i est quando donatarius non seruat conditiones donationi appositas, quod etiam annotauit Panormitan. k dum reddit rationem quare cap. illud non ponat nisi quatuor casus, cum prædicta l. vlt. posuerit quinque. Tū quia, vt prædictum est, donatū sub modo, vel ob causam, potest reuocari, modo non impleto, vel causa non sequuta.

19 Tum quia, si onus soluendi duos vitulos fuisset impositum pro aliqua etiam parua alimentorum parte præfatorum dominorum, posset dici, quod donatio esset ipso iure resoluta, secundum opinionem Bartholi relata à Saliceto, l. quamuis non video in protochollo præfate donationis verbum aliquod, quod significet illos vitulos ad alimenta soluendos. Dixi etiam in hoc dicto, Nisi obstat præscriptio: quæ obstatre posset, nisi mala fides ei obuiaret, per supradicta, & alia quæ addit præfatus Baldus. m

AD QVARTAM respondeo affirmatiuè, argumēto l. ab emptione. o quia res per quas causas nascitur, per easdem soluitur. n

AD QVINTAM respondeo, quod eius resolutio colligitur ex resolutione primæ quæstionis. Salua, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Præscriptionem immemoriam impedit mala fides possidentis, si sit verè mala. præsumpta autem non.
- 1 Mala fides præsumpta tollitur per triennem possessionem.
- 2 Mala fides an probetur eo ipso, quod instrumentum iniusti tituli reperitur penes possessorem, remissiuè.
- 3 In patronatus facilius præscribitur ab vno cōtra alterum patronū, quam contra ipsam Ecclesiam liberam.
- 4 Possessio potest esse immemorialis, etiam si per aliquot instrumenta probetur ante tempus ad illam inducendam necessarium res aliter se habuisse.
- 5 Clandestina resignatio, & collatio ab Episcopo de beneficio tamquam libero facta, non constituit illum in possessione de eo, vti de libero, disponendi, nisi accedat patroni scientia, & patientia.

CONSILIVM V.

1 Respondetur, quod possessio temporis immemorialis non causat præscriptionem, si constat & verè probatur mala fides possidentis, quæuis nō sufficiat mala

fides

a Per leg. hoc iure. s. dicitur aqua. ff. de aqua quous. c. astiu. practiam.

b Le. illud, ff. de pet. hare.

c 14. q. 6. ca. peccatum. de reg. iur. lib. 6.

d In d. c. peccatū. in verb. restituatur. c. Ca. 17. n. 4. l. in 3. par. tit. 3. c. 3. s. 2.

g L. non omni. ff. de reb. cred. c. fin. de proben. h L. cum prætor. ff. de iud. c. ca. qualis. 25. dist. i L. si qui dicit. ff. de proba.

fides præsumpta: quia eiusmodi præsumptio tollitur per triennem possessionem, quanto magis per immemorialem, vt post Aretinum & Aymonem concludit Couarru. a

2 Et paulo ante an titulus iniustus reperitus apud possessorem sufficiat probet malam fidem ad hunc effectū.

3 In patronatus facilius præscribitur contra patronum, qui iam habet ius quæsitum, quam contra liberam Ecclesiam, per ea quæ citat Couarruias. b

4 Nullo iure cauetur quod possessio desinat esse immemorialis, eo quod probetur per aliquam scripturam, quod aliquo tempore præterito illa possessio non fuit. Tum per citata per Couarruiā. c Tum quod alioquin pauca spiritualia essent, quæ Christiana Ecclesia tempore immemoriali possideret, cum per Euangelia constet ipsam aliquando ea non possedisse. Tum quod licet per aliquod instrumentum constaret aliquod prædium fuisse possessum à Petro ante ducentos vel trecentos annos, posset tamen non obstante illo probari quod Ioannes possedit illud possessione immemoriali, p ea quæ requiruntur & sufficiunt ad probandum immemorialem, secundū glossam probatā. d

5 Qui renunciat beneficium quæsitum ad præsentationem patroni in manibus ordinarij clam, nesciente patrono, & accepta collatione ab eo libera detinet illud, non videtur ponere ordinarium in quasi possessione iuris liberè conferendi, nisi id faciat cum scientia & patientia patroni, vt ait Decius, qui alios citat. e

DE SENTENT. ET RE IUDICATA.

SVMMARIVM.

- 1 Matrimonium inter impuberes contractum est nullum.
- 2 Matrimonium nec verum nec præsumptū est, si nec verba de præfati, nec copula interuenierunt.
- 3 Retractatio illius, quod quis cum iuramento prius in iudicio affirmavit, non facit fidem in foro exteriori.
- 3 Coniugibus contra matrimonium deponentibus non creditur in foro exteriori.
- 4 Sententia super matrimonium standum est, donec retractetur.
- 4 Sententia pro matrimonio lata, licet ab ea non fuerit appellatū, tamen docto de impedimento per partes non remissibili venit retractanda.
- 5 Iudex ex diuersis argumentis potest informare animum suum ad effectum reuocandi sententiam pro matrimonio latam.

CONSILIVM I.

Quidam Vbertinus ante quartumdecimum suæ ætatis annum verbis non satis claris matrimonium cū Flora contraxit: & lite orta inter eos de validitate matrimonij, Flora iureiurando affirmavit in iudicio se cum domino Vbertino contraxisse, vnde sententiam pro matrimonio reportauit: contra quam tamen postmodum retractando sua dicta protestata fuit, & ipsa contraxit cum alio, & dominus Vbertinus cum alia. Dubitatum fuit, an his sic stantibus matrimonium post dictam sententiam aliàs legitime contracta iure subsistant.

1 Respondeo primò, secundum ea quæ proponuntur, non fuisse verum matrimonium contractum inter præfatos iuuenes: quoniam ipse erat impubes quando contraxit, cum non haberet quatuordecim annos completos, quod iura requirunt, f neque præsumptum propter copulam carnalem subsecutam: quia nulla talis proponitur fuisse subsecuta.

2 Secundò, quod non esset matrimonium quo ad forum conscientia, etiam si ille iustam ætatem habuisset, si verū est, quod præfata Flora retractando sua dicta dixit, etiam si forte interuenient verba promissoria de cōtrahendo, vt aliqua verba narrationis facta quadamtenus insinuat: quia cum non fuisset secuta copula carnalis, nec verbale matrimonium de præfatis, non potest esse matrimonium verum, neque præsumptum, de quo in cap. si qui, & licet illud locum habeat tempore quo dicitur hoc matrimonium contractum, quod erat ante Concilium Tridentinum, post quod non est ei locus.

3 Tertio, quod retractatio & protestatio præfate Floræ, quæ protestata fuit non contraxisse se cum præfato Vbertino, non facit fidem in foro exteriori. Tum quia illa in iudicio contrarium dixerat cum iuramento. Tum quia con-

iugi contenti aliquid contra matrimonium non creditur in illo foro, etiam si alter, vel altera coniux idem confiteatur, iuxta ca. super eo, adiuncta glossa de eo qui cognoscant. & iuxta notata in c. lator. a

4 Quarto, quod in foro exteriori stabitur tenori sententia, donec retractetur, b quia res iudicata pro veritate habetur. c

Quintò, quod licet sententia lata super matrimonio, si ab ea non appelleretur, habeatur pro re iudicata per iura proximè citata, donec reuocetur: potest tamen reuocari ad instantiam eius, qui allegaret impedimentum irremissibile per partes, per notata in supradictis c. iuravit lator. & tenor. & in casu proposito maritus Floræ, & vxor Vbertini, & quilibet eorum potest petere ad iudice, vt declaret sententiam præfata fuisse iniustam, & hoc propter præiudicium, quod affert suis matrimoniis post eam contractis.

Sextò, quod iudex potest accipere informationem, tum ex prædicta protestatione, tum ex matrimoniis eorum cōtractis post illam sententiam, & tanto tempore continuatis, & quod per totum tempus prædictum confessi sunt sacramentaliter & communicauerunt, & quod sunt boni Christiani, quod putauerunt eam fuisse iniustam, & quod non appellauerunt à sententia præfata, videntes eā à præfata Flora subornatam petitam, & postea contradictam, & quod Vbertinus non erat pubes, & ex aliquibus aliis indicibus: & informatione hac accepta posset iuste iudex recognoscere, & reuocare sententiam prædictā, & processum, vt per quem data fuit, & perpendere probationes vtriusque partis: & si videret satis probatum, quod præfata Flora fuit verè protestata contra præfata sententiam, posset illam rescindere, & relinquere illos in pace, vt suis matrimoniis post eam contractis fruerentur in Domino, qui nos saluet. Amen.

SVMMARIVM.

- 1 Dicitum meum non dicitur deductum in iudicium, licet socius criminis fuerit tractus. vnde & Episcopus potest mecum dispensare ex vi cap. 6 sess. 24. de reform. Concilij Tridentini.

CONSILIVM II.

Deliquerunt duo vnum delictum, ob quod incurrerunt irregularitatem, contra quorum alterum tantum intentata est actio in iudicio, sed defectu probationis fuit absolutus: alter autem impetravit dispensationem ab ordinatio virtute cap. liceat, d allegando quod erat crimen occultum, & non deductum in iudicium. Quæritur, an sit valida dispensatio.

1 Respondetur, quod gratia fuit valida, per ea quæ nos tradimus in Man. confess. e & quod res inter alios acta nō præiudicat aliis, f quibus res iudicata non nocet. & alia citata per glossas. Salua, &c.

DE APPELLATIONIBVS, RECVS. ET RELAT.

SVMMARIVM.

- 1 Appellare ab omni definitiua etiam sine expressione causa regulariter licet: fallit in materia visitationis, correctionis, inhabilitatis, in quibus non licet, nisi iusta exprimat causa. nu. 3.
- 2 Appellare ab interlocutoria, modo iusta exprimat causa, de iure canonico conceditur, licet post Concilium ab ea non appellatur, nisi quando eius grauamen per appellationem à definitiua non possit tolli.
- 3 Appellationi iusta non deferens iudex puniendus est.

CONSILIVM I.

Qværitur, quibus casibus iudex teneatur deferre appellationem.

1 Respondetur, quod in omnibus, in quibus appellatur legitime, hoc est infra decennium, & petuntur Apostoli intra legitimum tempus, de quo in cap. ab eo, h & in scriptis expressa iusta causa appellandi, si appellatur ab interlocutoria, i licet in appellatione à definitiua non requiratur hoc, vt ibidem notatur, & dummodo non sit causa, in qua vel à iure, vel ab homine remouetur appellatio:

a Et c. tenor. de re iudic. c. iuravit. de probat. b Dicit ca. lator. c. ca. tenor. de re iudic. c. Le. res iudicata ff. de regul. iur.

d De reform. sess. 24.

e Ca. 27. nu. 255. f Le. 1. c. res inter alios acta. c. 12.

g Auth. bodie. c. de appell. h De appell. li. 6. i Cap. vt debitis honor. de appell. ad iuncto c. 1. eodem tit. lib. 6.

a Ca. licet. de offic. ord. cum gloss. in d. c. Romana. §. si autem. de appell. lib. 6.

d Ca. de prio. re. de appell. §. dicit. ca. 1. eod. tit. lib. 6.

e 1. §. 2. 2. g. d.

f L. qui restituere. ff. de rei vendica.

g In cap. 20. §. 2. 4.

h ff. nihil no. uari appell. i in rub. de appellat. k Ca. pasto. ralis. in princ. de appellat. l In eodem. §. verum. m Ca. is cui. §. fin. de sent. excomp. li. 6. n Ca. cum ap. pellationibus. de appellat. lib. 6.

quia tunc etiā à definitiua non licet appellare, nisi exprimat iusta causa ad appellandū, a & regulariter in omni causa licet appellare à definitiua, iuxta glossam solemne, b non autem ab interlocutoria regulariter iure ciuili, sed iure canonico sic in scriptis, & expressa iusta causa appellandi, vt prædictum est, vsque ad Concilium Tridentinum post illud autem, c non licet appellari ab interlocutoria, nisi quando grauiam illatum per illam non posset tolli per appellationem à definitiua.

3 Per quod ipsum cap. statutum est, vt non possit appellari etiam à definitiua in causis visitationis, & correctionis, habilitatis, & inhabilitatis: quod est intelligendum, nisi iusta de causa expressa, iuxta præfatum, §. si autem. & puniendus est iudex, qui nõ defert iuste appellationi, d Salua, &c.

An prædictis obstat idem sacrum Concil. sess. 24. cap. 10. & 20. inuenies in sequenti consilio.

S V M M A R I V M.

- 1 Prouinciale Concilium potest recusari, generale autem, cui præest Papa per se vel alium, non.
2 Appellari potest ab omnibus ad Papam, itemque & à Concilio prouinciali potest haberi recursus ad Papam & Concilium generale, modo agatur de sententia definitiua: quia ab interlocutoria per Concilium non licet, nisi habeat vim definitiuam, vel cuius grauiam non possit per definitiuam reparari, nu. 2.
3 Appellatio regulariter suspendit executionem sententia etiam in iusto abstinere ab ordine: fallit, quando iudex procedit cū clausula appellatione remota, vel quando appellatur à censuris influctis, vel quando appellatio est friuola, à iudice non admissa.

CONSILIVM II.

AD QVAESTIONEM PRIMAM respondetur affirmatiuè per capit. ad Romanam. e qua probant omnes ab omnibus posse ad Romanam Sedem appellare. & in c. 1. de iudic. est casus, in quo à Concilio prouinciali fuit habitus recursus ad Concilium generale, cui Papa præfedit per se vel per alium, quod nõ possit recusari, sed Concilium prouinciale sic, & quod de Concilio prouinciali recurri potest ad Papam, & ad Concilium generale.

AD SECUNDAM QVAESTIONEM respondetur primò, quòd ab omni sententia definitiua, vel habente vim definitiuam Concilij prouincialis appellari potest ad Papam, vel ad Conciliū generale, argumento totius tituli ff. a quibus appellari nõ licet. & tit. quis & à quo appellatur. & arg. glo. sing. qua vltima est, f quatenus probat appellari posse ab omni sententia definitiua, à qua non inuenitur inhibita appellatio. Secundo, quòd olim iure communi appellari poterat ad Sedem Apostolicam ab omnibus grauiamibus & sententis interlocutoriis per præfatos canones ad Romanam. 1. & 2. Tertio, quòd iure Cæsareo non licet regulariter appellare ab interlocutoria: & quòd Concilium Tridentinum, § statuit ne liceat appellare ab interlocutoria, nisi ab habente vim definitiuam, & cuius grauiam per appellationem à definitiua reparari non possit.

AD TERTIAM QVAESTIONEM respondetur primò, eam nimis generaliter proponi. Secundo, quòd appellatio regulariter suspendit executionem, l. 1. h qua ponit exēpla de relegato, & deportato, & iussio abstinere ab ordine, & traditur per omnes. i Tertio, quòd fallit hæc regula in multis casibus, vt cum iudex procedit cum clausula appellatione remota, k & cū appellatur à sententia excommunicationis, l & idem cum appellatur ab aliis censuris, m & cum appellatio est friuola, cui iudex à quo non detulit. n

S V M M A R I V M.

1 Legatus Cardinalis, vt etiam Concilium prouinciale, vt suspectus, recusari potest, reuerentialiter tamen.

CONSILIVM III.

AD dubiū mihi propositū, an Legatus de latere siue Cardinalis recusari possit, respondeo primò, quòd iudices, quib. manifestus esset animus prædicti Legati, siue

Cardinalis, ad iustitiā erga omnes exercendā, facillè iudicare possent illum quò ad forum interius nemini debere esse suspectum. Secundo, quòd quò ad forum exterius negari non potest Legatum à latere recusari posse. Tum quia totum vnum Concilium prouinciale recusari potest, secundum Panorm. Felin. Reip. & communem contra glossam. a Tum per cap. quod suspecti, b in quo totum Concilium fuit recusatum. Tum per cap. nouit. c ex quo Panormitanus & Decius colligunt Legatum & Cardinalem recusari posse. Tum per illa multa per qua Andreas Siculus, d concludit Legatum Cardinalem posse recusari, licet valde honeste & reuerenter recusatio eius fieri debeat secundum omnes. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Appellare à constitutione grauante licet etiam regularibus, & à qualibet sententia, nisi vbi reperitur iure prohibitum, nu. 2. etiamq; à correctione & mandatis regularibus, si tamen modus excedatur, & non aliter, num. 3. & 5. & hoc non obstantibus statutis religiosorum, per qua dicitur prohibitum appellari, nu. 1. & 5.
2 Appellatio etiam in dubio est admittenda, & iustam non admittens etiam regularis prælatus est puniendus, num. 3. & tanto magis, si appellantes carcerent, vel aliis male tractent, num. 6.
3 Correctio etiam religiosorum debet esse moderata, alioquin potest haberi recursus ad superiores: immo & Abbate nimis saeuente, licet subito de monasterio sine apostasia vitio fugere, & arma pro defensione arripere, nu. 4.
7 Decreta, statuta, & cetera acta ecclesiasticorum, debent esse non solum licita secundum iustitiā & equitatem, sed etiā honesta & vtilia.
8 Fraudem legi facit, qui contra eius mentem venit, licet verba nõ offendant, & factum non tenet.

CONSILIVM IIII.

FRatribus nationis Gallicæ incolentibus in præsentia monasterium sanctissimæ Trinitatis Illustrissimi ordinis Minimorum in monte Pincio Vrbs situm, dubia videtur occurrere circa nouam quamdam constitutionem Vicarij, quam reuerendissimus prædicti ordinis Generalis fecit in dicto monasterio. Alterū est, an liceret eis appellare, si constitutio præfata esset iniusta? Alterum, an præfata constitutio sit iniusta?

1 Ad quorum prius respondere memini in comment. de regularibus, e affirmatiuè, quòd sic, non obstante, quòd vox vulgaris habet, inter probos regulares nec appellari, nec appellationes admitti debere: & quòd Concilium Tridentinum, f sic habet, Nec liceat regularibus à suis conuentibus recedere, etiā pratexu ad superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint, qui verò sine prædicto mandato in scriptis obtento repertus fuerit, ab ordinariis locorum tamquam desertor sui instituti puniatur. Et quòd cap. ad nostram, § sic habet, Remedium appellationis non ideo est inuentum, vt alicui à religionis & ordinis obseruantia exorbitanti debeat sua nequitia patrocinium exhibere. & cap. reprehensibilis, h habet, Nec subiecti contra ecclesiasticam disciplinam in vocem appellationis erumpant. & quòd vulgus ait, statutis religiosorum prohiberi appellationes, & appellantes à superioribus in carceres conici, grauiq; pœnitentia & pœna purgari, & puniri.

2 Quibus non obstantibus contrarium est dicendum. Tum quia edictum de appellando est prohibitivum, hoc est, quòd quilibet à qualibet sententia potest appellare, nisi prohibeatur iuxta glossam vltimā receptam, i & nullo iure prohibetur regularis appellare. Quin & in dubio appellatio à iudice debet admitti secundum Innocentiū, k quem sequuntur Decius, & citati ab eo. l Tum quòd appellatio est defensio, m & defensio, qua iure naturæ debetur, nemini eit deneganda. n

3 Tum quia prædictum cap. ad nostram, à contrario sensu probat remedium appellationis religioso ad suam innocentiam tuendam concedendum, quòd ipsum satis probat cap. reprehensibilis, o Tum quòd in cap. de prio. re, p grauius iubetur castigari Prior, qui appellationem non admittit, ex cuius glossa colligit Decius, quòd non solum potest appellare religiosus in alia causa ciuili vel criminali, sed etiam in causa correctionis, in qua regulariter

etiam

a In cap. 1. de iudic. b 3. q. 5. c De appell. d In tractatu de præstantia Cardinaliū. q. 3. 2. part.

e Sub c. nullam. num. 51. f In cap. 4. de regu. sess. 25.

g De appella.

h Eod. tit.

i In l. qui restituere. ff. de rei vendic. k In ca. dilectum. 2. de rescrip. l In c. de prio. re. num. 1. de appellat. m Le. 1. ff. de appellat. c. cū inter. de excep. n Clem. pastoralis. §. ceterū. de reind. d. l. vs. vim. ff. de iust. & iure. o Eod. tit. p Eod. tit.

a Ca. licet. de offic. ordin.

b In l. 2. §. dominorū. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. c In dicit. ca. ad nostram. d In clem. 1. §. præfata. de statu monach. e 1. & 2. 2. g. d.

f Iuxta c. magna. de voto.

etiam secularis prohibetur appellare, a si modus correctionis excedatur, cui glossæ est alia similis in dict. cap. licet. & notat Panormitanus communiter receptus vtroutrouque: nam moderata debet esse correctio, alias ad superiorem recurri potest, vt Baldus dicit per illum textum, b per quam dicit etiam Baldus, c quòd Abbate nimis saeuente in monachos, eis licet fugere de monasterio, nec dicuntur apostata: quin & Abbate odio grauante monachum potest pro defensione arma accipere, vt notabiliter Cardinalis tradit. d Deniq; quòd in cap. ad Romanā. e conceditur omnibus oppressis appellare ad sanctam sedem Apostolicam; nec ab hac concessione reperitur vsquam religiosus exclusus.

5 Nec obstant allegata in contrarium. Ad primū enim responderetur, vocem illam vulgarem, qua dicitur inter religiosos non appellari, intelligendā esse de appellatione à correctione, & mandatis regularibus legitime factis: secus de aliis sententiis & mandatis nõ tangentibus illam, immò & à tangentibus illam, si modus regularis & legitimus excedatur, vt supra dictum est. Ad secundum, quòd Concilium in eo citatum non vetat appellare, sed ire ad superiorem sine licentia prælati, quòd longe aliud est.

6 Ad tertium, quòd prædictum cap. ad nostram. solum prohibet appellare ad defendendum nequitiam, & ita de non oppresso & appellante iniusta de causa; nos verò loquimur de oppresso & appellante iusta de causa. Ad quartum respondeo idem, quòd ad primū: & præterea iniquè & irreligiosè valde facere prælatos, qui iustas appellationes à se oppressorum non admittunt, & debere acriter castigari, vt iubetur in d. ca. de prio. re, & iniquitatē iniquitati apponere eos, qui non admittunt, nec dant licentiam prosequendi, & adeundi superiores: & pessima malis accumulare, qui non solum negant prædicta, sed etiam cōiciunt in carceres duos inedia torquendos, donec appellationi renuncient.

Ad alterum dubium, scilicet, an præfata constitutio Vicarij sit iniusta: respondeo placere mihi responsa duorum eruditorum virorum, quibus respondent ea esse iniustam: iustèque posse à præfatis fratribus adiri S. D. N. iustissimū, qui re fati intellecta meo iudicio reuocabit eam per contenta in præfatis duobus responsis, & aliis qua facillè poterunt eis adiungi: quæ tamen facultas in præsentia nõ est mihi, qui etiam hoc die, in quo vniuersa Ecclesia celebrat octauam Apostolorum Petri & Pauli, omisi missare ob fragilitatem, postquam ad missandum me vitæque paraui. Admoneo autem præfatos admodum reuerendos fratres Gallos, se rem suæ defensionis oportunam facturos, si procurauerint, vt is, qui res Gallicas nomine Christianissimi Regis, & eius regni Christianissimi vt Legatus eorum, vel alio nomine coram S. D. N. agere potest, appeller grauius à præfata constitutione Vicarij, vt ab actu maxime grauante Regem, & regnum præfatum, volendo per vias obliquas & iniquas tollere quamdam maximam præeminentiam iustis artibus, & meritis quesitam, & donatam eis à Sanctissimo eodemque amicissimo Francisco à Paula in gratiam & remunerationem honorum & beneficiorum, quæ à præfato Rege & regno suscepit tam in eo; quàm extra illud: & quòd Rex noster Hispaniarum felicissimus Philippus, si ei, & suis regnis aliqua huiusmodi eminentia conueniret, nihil non ageret, vt sibi maneret inuiolata.

7 Admoneo item, quòd appellatio præfata multum iustificari potest ex eo, quòd acta per prælatos & rectores Ecclesiæ agenda, non solum debent esse licita secundum æquitatem, sed etiam decentia secundum honestatem, & expedientia secundum vtilitatem, f & quòd præfata Vicarij constitutio non solum nõ est licita secundum æquitatem, sed etiam indecens secundum honestatem, & inexpectans, & incommoda secundum vtilitatem, & inducens quamdam suspicionem inuidiæ, & voluntatis fraudandi mentem tam magni Patriarchæ: & quòd omni dispositio qua tendit contra mentem disponentis est ei contraria, licet verbis consentiat: & quòd palam est ex literis ipsiusmet humillimis, & simplicissimis sanctissimi Francisci à Paula, & confirmationis eius, & Regis Franciæ petentis illam, quòd præfatus Reuerendissimus Generalis nititur destrue-

re per vnā viam, quòd per viā regiam debet construere: & quòd primum locum in interpretatione continere volūtas & mens disponentis, præsertim tādū cōtinuata. 8 Et quòd facta in fraudem legis nihil valent, etiam si verba non offendatur, a amplificando; quàm magna culpa est inducere dissensionē inter Reges & regna, quibus antiqua obseruatio fuit vtilissima decora & sanctissima ipsi religioni, q̄ sepe fuit aucta & veneranda in præfato cōtūcto sanctissimæ Trinit. & eo ordini præfato magis decora, quòd ipsa sola dat testimonium, quòd regnum Christianissimum adeo antiquum & celeberrimum est totum in colenda sancta fide Apostolica, & ea exaltanda; vt fuit sepe à mille annis; & cetera, quæ iis facile adiungi possunt ad gloriam Dei, qui suam magis gloriam quàm has partiales inuidias sua misericordia foueat, Amen.

S V M M A R I V M.

- 1 Condemnatio sine accusatione, vel alia via equipollente facta est nulla.
2 Prouincialis non potest excludere à prouincia deputatum in ea à Generali cum clausula qua talem sibi soli subijcit.
3 Sententia in non citatum vel inauditum lata est nulla.
4 Lex seu ordinatio in damnum particularis persone, saltem si ne causa rationabili, illius qui superiorem recognoscit, nulla.
5 Iudex, ad quæ grauatus accedit, eū à grauiamine leuare debet.
6 Regulares fere omnes defensionis, & non appellationis verbo videntur.
7 Appellationis & defensionis effectus est, vt actus declaretur nullus vel iniustus, & grauatus reponatur in pristinum.
8 Appellatio dupliciter emittitur, verbo, & facto.
9 Appellationis vim habet itineris ad superiorem arreptio, modo seruentur, que in appellatione verbali requiruntur.
10 Spoliatus à iudice ordine prætermisso, perinde ante omnia restituendus, ac ab alio spoliatus.
11 Appellare cui non conceditur, grauantis superiorem per viam querere adire potest.
12 Iudex à quo appellatur, licet appellationi assistere possit, nõ tamen est citandus.
13 Regulares de causis grauatorum cognoscendo, ea solum seruare debent, quæ sunt iure diuino sufficientia ad inuentionē iustitiæ & veritatis.

CONSILIVM V.

VIDA Prouincialis ordinis medicantiū cū suis defensionibus, in suo Capitulo prouinciali inter ordinationes, quas constituere solent per causas & negotiis totius prouinciæ, fecerunt sequentem particularem, nulla præuia accusatione, citatione, nec causa legitima, in hæc verba, Remouemus & excludimus à nostra prouincia N. præcipientes ei sub pœnis, vt infra tot dies in suā nationem prouinciam se cōferat. Quæ post paucos dies fuit notificata præfato N. qui statim arripuit iter ad superiorem, & Romam venit.

Queritur primo, an sētētia prædicta sit ipso iure nulla. Secundo, an definitorium Capituli generalis, quòd est iudex supremus in præmissis, ad quòd remissa est causa, possit, & debeat restituere N. loco, & statui, à quo fuit deiectus.

1 Ad primam quaestionem respondeo, quòd prædicta sētētia & ordinatio multis nominibus est ipso iure nulla. Primò quidem, quòd nemo sine accusatione, vel alia via, quæ ei æquipolleat, est damnandus, b adeo quidem, vt sint qui putent id esse iuris naturalis & diuini constitutū iuxta illa, quæ in Actibus Apostolorum, c traduntur de Paulo, & accusatoribus eius, & de adultera, d & prædictus N. de nulla culpa fuit in illo Capitulo accusatus, nec alia via ei æquipollente factus reus, ergo nulliter fuit lata.

2 Secundo, quòd omnis sententia lata à iudice incompetente est ipso iure nulla, e & prædicta sententia fuit lata à prædicto prouinciali, cui non erat subiectus N. maxime quò ad expulsionem à prouincia; quia Generalis illū adscripserat, cum clausula, quam eum sibi soli subijciebat, præcipiens cum decreto irritante, ne ab alio posset ab illa prouincia mutari, quàm ab ipso Generali.

3 Tertio, quòd omnis sententia lata contra non citatū, vel nõ auditū legitime, est ipso iure nulla, f etiā si feratur ab

a Iuxta c. penul. de regul. iur. li. 6. & l. non dubium. C. de legibus. cum alijs citatis in præfata regul. penult.

b Iuxta c. super his. & c. qualiter & quando de accusat. c Cap. 22. & 23. d Ioan. 8.

e Toto tit. C. si non à competenti iudice. & c. cum super. de offi. deleg.

f Cap. nos in quemquam. 2. q. 1.



a Clem. pasto  
nalis. s. cere-  
rum. de re  
iudic.  
b In cap. i. de  
causa possessio.  
c In cap. cum  
omnes. de con-  
suet.  
d 4. distinct.  
e In 1. 2. qua.  
90. art. 2.  
f Iuxta le. 1.  
ff. de appell.  
g Ca. i. de pri-  
uileg. li. 6. &  
alibi sape.  
h In rub. de  
appell.  
i In ead. rubr.  
k De appell.  
l De reg. nu.  
61. in cap. non  
dicatis. 12. q.  
1.  
m De rescrip-  
tis. l. 1.  
n In dist. cap.  
cum dilecti.

Imperatore, & etiam si feratur à Papa, qui scribens ad Ducem Sicilię, ait *se contra inauditam partem nihil posse de finire.* & prædictus N. non fuit legitime citatus, nec auditus, vt in facto proponitur.

4 Quartò, quòd lex, vel ordinatio facta in damnum alicuius particularis personę, saltem sine causa rationabili & ab eo, qui non habet regalia, siue qui recognoscit superiorem, est ipso iure nulla, secundum Panorm. e quem sequuntur ibi Aretinus & alij quos refert ibi Felin. & probatur per illud Isidori cap. *erit autem lex.* d non quidem ponderando verba illius, quę ponderauit Decius, & alij quot alij ibidem, sed ponderando illa verba, quę ponderauit Angelicus Doctor, e nempe quòd lex nullo prout commodò, sed communi omnium ciuium utilitate debet esse conscripta, quòd profunda de more ratione ipse confirmat. Cum igitur prædicta ordinatio sit facta in grande damnum prædicti N. nulla ratione, nec causa adiecta, palam est eam esse nullam.

5 Ad secundam quæstionem respondetur, quòd prædicti iudices possunt & debent restituere prædictum N. ad locum & statum illum, à quo per prædictam ordinationem inualidam fuit expulsus. Primò quidē, quòd iudex superior, ad quē grauatus accedit, vt à grauamine leuatur, debet eum illo leuare. f At prædictus N. valde grauatus accessit ad supremum sui ordinis iudicem: ergo debet eum leuare ab accepto grauamine, & consequenter restituere illum suo pristino statui, & loco.

6 Secundò, quòd licet in ordinibus præsertim mendicantium nō permittatur grauato vt verbo, *appellationis & petitionis Apostolorum.* quibus faculares clerici, & aliquot religiosi vtuntur: possunt tamen vti remedio defensionis, quæ est iuris naturalis, quam appellatio in se includit. Tum quia ipsi mendicantes non debent esse peioris conditionis quam alij, immo melioris; & non debent magis grauari, quam alij, immo longè minus, propter quod sunt eis concessa multa immunitates, & multa priuilegia. g At prædictus N. et si pro sua modestia nō est vsus verbo appellationis, vsus est tamē omnibus quę requiruntur ad hoc, vt debeat uti remedij defensionis, quod parit appellatio, nēpe quod declararetur actus nullus vel iniustus, & reponatur in eo statu, in quo erat ante illud effectus enī appellationis siue defensionis iuris naturalis, qui in ea continetur, est rescissio, vel annullatio actus, à quo appellatur, & repositio appellantis in statum pristinum, secundum Bartholum & communem, h Panormitanum, Felinum, & Decium, i ergo prædictus N. debet reponi in pristino statu.

7 Tertiò, quòd duplex est appellatio, qua grauati vt possunt: altera, quæ fit, & proponitur verbis, vt communiter fit: altera, quæ fit facto per arreptionem itineris ad superiorem, vt habetur in *c. dilecti 2.* k vbi post alios resoluendo Decius probat etiam hodie arreptionem itineris ad superiorem, seruatis, quę seruari debēt in appellatione verbali, habere locum & effectū appellationis verbalis, vt & nos post alios tradimus in hac ipsa materia in commentario 2. l Ergo arreptio itineris ad superiorem post notificatam sibi prædictam ordinationem, vel sententiam nullam, conueniendo de grauamine per eam suscepto, & postea veniendo Romam, debet haberi pro appellatione; & superior, qui de causa cognoscet, poterit, & debet facere ea quę faceret bonus & rectus iudex ad se appellanti legitime. At iudex rectus; iniuncta iniustitia, vel inutili sententia, debet appellanti restituere in pristinum statum: ergo etiam superior N. debet idem ei facere.

8 Quarto, quòd spoliatus à iudice non seruato iuris ordine, perinde restituendus est ante omnia, ac spoliatus ab eo, qui nō est iudex vt est casus singularis in *c. coquerete.* m At prædictus N. est spoliatus iuris ordine prætermisso: ergo, &c.

Quintò, quòd grauatus etiam si nō posset appellare, & per viam appellationis ad superiorem accedere posset; tamen per viam simplicis querelę adire superiorem grauatis, secundum Panormitanum & omnes, n ergo prædictus N. iuste potuit petere sublationem prædicti grauaminis sui, & superior eius potest & debet concedere illam ei: quæ tamen concedi non potest sine restitutione pristini status: ergo debet illum ei restituere.

9 Sextò, quòd regulariter iudex à quo appellatur, licet possit assistere causa appellationis propter honorē suum; non tamen est citandus in causa appellationis. Vnde etiā inter seculares appellans impetrat in curia literas inhibitorias ad iudicem, citatorias ad partem, & compulsorias ad notarium, sed non citatorias ad iudicem; & ita non oportet citari prædictum provincialē, & illo absente potest illius sententia declarari nulla & rescindi, & appellas ad pristinum statum restitui, per ea quę habentur in cap. *cum sit Romana.* a

10 Septimo, quod inter religiosos non seruantur, nec debent seruari in his grauaminibus exequendis omnia sic adamusim, vt inter seculares, b sed solū pro sanctitate sua debent seruari ea, quę sunt iure naturali & diuino necessaria; & sufficientia ad inquisitionē, & inuentionē iustitię, & veritatis. Per quę, &c. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Appellatio legitime subsequens etsi non suspendat suspensionem ab officio & ingressu ecclesie, num. 2. nec interdictum quo interdicatur ingressus ecclesie, vel aliquod officium diuinum, num. 6. nec illam per cuius violationem incurritur irregularitas, num. 5. suspendit tamen suspensionem à voce actiua & passiuā, & ab officio, & beneficio, num. 3. ab vsu pallij & pontificalibus, n. 4. ac omnia alia quę nō trahunt animā, n. 3.

4 Suspensus à voce passiuā, licet non possit via electionis acquirere beneficia, potest tamen via collationis & institutionis illa obtinere.

5 Suspensionem à voce actiua & passiuā violans nō incurrit irregularitatem, potestque ingredi Ecclesiam, & agere omnia diuina officia.

CONSILIVM VI.

Q uæritum est, an suspensio à voce actiua & passiuā suspendatur per appellationem legitimā subsequētē

1 Et pro parte quidē negante videtur primo casus in *c. i. c. ubi sic excommunicatio, sic ab officio, vel ab ingressu ecclesie lata suspensio, aut ipsius effectus per appellationem subsequentem minime suspenduntur.* Secundo, quod interdictū, & effectus eius non suspenditur per appellationem cap. *ad hæc quoniam.* d per quę duo capitula fundantur, & est recepta illa sententia vulgata, quod sententia censurarum non suspendatur per appellationem; & vna de tribus cēsuris est suspensio. e

Pro parte verò affirmante facit primò, quòd regulariter omnis appellatio suspendit sententiam, & eius effectum, f etiam si secum trahant executionē; & non videtur excepta huiusmodi suspensionis sententia: nō enim excipitur ab illa regula omnis suspensio, sed solū suspensio ab officio, vel ingressu Ecclesie: nam prædictus §. finalis solū loquitur de illa, & non est alius textus, qui disponat idem de aliis: si quidem ante illum controuersia erat etiam de illa: quamuis de interdicto haberetur in d. capi. *ad hæc quoniam.* & à iure regulari non est discendum, nisi quo ad ea quę inueniuntur excepta, iuxta glossā receptā.

3 Secundò, quòd glossa communiter recep. i & quę necessariò est recipienda per primum argumentū, expressè ait, non esse locum illi §. in omni suspensione, sed solū in ea, quę fit ab ingressu Ecclesie & ab officio diuino, quales non est suspensio à voce actiua, & passiuā; cum non obstante illa licitè possit quis ingredi Ecclesiam & exercere diuina, vt palam est.

Tertiò, quòd eadē glossa recepta relatis Innoc. & Host. opinionibus cōcludit, prædicto §. nō esse locū in suspensione à beneficio, vel perceptione beneficij: quam constat esse maiorem, quā sit suspensio à voce actiua; vel passiuā.

Quartò, quòd eadē glossa ait, nō esse locū illi §. nisi in suspensione à spiritualibus, quę ligat animā; qualis certè nō est suspensio prædicta; cū ea non obstante possit exercere oīa diuina officia, & ministrare; & accipere oīa sacramenta.

4 Quintò, quod Panorm. cōmuniter receptus determinat, k quod suspensio ab vsu pallij, immo & à pontificalibus suspenditur per appellationem legitimā subsequētē, & constat has duas suspensiones magis accedere ad suspensionem ab officio, & ingressu Ecclesie, de qua d. §. finalis loquitur, quam suspensionem à voce actiua, & passiuā: ergo minus includitur hæc in eo, quā illę duę, & consequenter

a Et c. de pro  
re. de appell.  
b Ca. quali-  
ter & quan-  
do. 2. §. ult.  
de accusatio.  
c Ca. quare-  
nti. de verb. si-  
gnif.  
f Ca. venien-  
tes. de iure-  
iur. & le. 1. ff.  
ad Turpil.  
g Le. furti. ff.  
de his qui  
not. infam.  
h Leg. omni  
definitio. ff. de  
reg. iur. & in  
rubr. eiusdem  
tit. lib. 6.  
i In d. §. fin.  
& in d. ca. ad  
hac.  
k In d. ca. ad  
hac. not. 1.

a In c. Aposto-  
lica. de excep.  
b Ca. cum in  
illis. §. 1. de o-  
leat. lib. 6.  
c Arg. l. pra-  
ses ff. de pen.  
d In princ.  
e Cap. 27. nu.  
103.  
f Arg. c. 1. §. ff.  
de sent. excō.  
lib. 6. & ca. 1.  
de sent. & re-  
iud. eod. lib.

c §. fin. de sen-  
tent. excōm.  
lib. 6.  
d De appell.  
e Ca. quare-  
nti. de verb. si-  
gnif.  
f Ca. venien-  
tes. de iure-  
iur. & le. 1. ff.  
ad Turpil.  
g Le. furti. ff.  
de his qui  
not. infam.  
h Leg. omni  
definitio. ff. de  
reg. iur. & in  
rubr. eiusdem  
tit. lib. 6.  
i In d. §. fin.  
& in d. ca. ad  
hac.

à fortiori appellatio magis suspendet hanc, quā illas.

Sextò, quòd prædicta suspensio à voce actiua & passiuā minus tangit diuina, quā suspensio à beneficio: quia sic suspensus potest querere beneficium alia via, quā electionis, & administrare illud: cum enim suspensus non operetur vltra limites eius, secundum Panormitanum, Decium & communem, a & prædicta suspensio limitetur ad consecutionem beneficij per electionem, in qua sola habet locum vox passiuā, nō extenditur ad consecutionem via collationis, vel institutionis, quę sunt longè diuerse; b præsertim in dispositione & sententia pœnali. c Cum igitur suspensio à beneficio, & ab administratione beneficij suspendatur per appellationem secundum communem, vt prædictum est à fortiori & hæc suspendetur.

5 Septimo, quòd illa sola suspensio videtur excepta à suspensione per appellationem, cuius violatio inducit irregularitatem; quod videtur significare d. c. *is cui.* d & c. *is qui.* iunctis glossis. At solius suspensionis ab officio diuino & sacramentis violatio facit quem irregularem, vt resolutè monstratur in Man. nostro, e ergo suspensio à voce actiua & passiuā, cuius violatio non inducit irregularitatem, f suspenditur per appellationem legitimā subsequentem.

Non obstant citata in contrarium. Non primum: quia §. *ille vlt.* non disponit de omni suspensione, sed tantū de suspensione ab officio diuino, & ingressu Eccle. qualis nō est suspensio à beneficio, neque suspensio ab administratione beneficij vel à pontificalibus; vel vsu pallij, & à fortiori nec suspensio à voce actiua & passiuā: qua non obstante potest suspensus ingredi Ecclesiam, & agere omnia officia diuina, vt supra probatum est.

6 Ad secundam autem respondetur, quòd nō omne interdictum est tale, quod appellatio legitima non suspendat; sed solū illud, quod interdicatur ingressus Ecclesie, vel aliquod officium diuinum, quod non fit per suspensionem supradictam: & ita sicut interdictum ingressus possessionis agri, vel beneficij, vel collationis eius, vel aliorum actuum, qui non tangunt animam, suspenduntur per appellationem, vt omnes dicunt, vel sentiunt, s ita & suspensio à voce actiua, vel passiuā suspendetur per illam. Per quę omnia videtur satis sulta pars posterior affirmas.

S V M M A R I V M.

1 Beneficiarius si à sententia iniusta priuationis appellans suspensoque tempore proseguenda appellationis possessionem continuauit, coram Deo beneficium dimittere non tenetur. & seq.

3 Appellans ab iniusta sententia, appellatio negligente proseguens suam, potest iuste credere eum tanquam sibi male consciū totum deseruisse negotium.

4 Possessio triennalis interrupta potest cessante controuersia de nouo inchoari.

CONSILIVM VII.

Q uidam N. obtinuit quemdam pœnitentiarium secularem vacantem per obitum à Nuncio Apostolico, & possedit pacificè illud circiter tribus annis, qui ante triennium fuit priuatus: à quodam delegato Papæ per sententiam, qui delegatus contulit illum cuidam regulari mendicanti, vt esset pœnitentiarius: à qua sententia appellauit N. & lite pendente in Rota conuenerunt partes, vt locus in choro & Capitulo remaneret prædicto N. & fructus præbendę caperet Episc. & eos daret prædicto regulari: cui concordia non fuit consensum legitimè à partibus: licet à Papa fuisset signata supplicatio: & postea visitator Papæ fecit alium magistrum Theologiae canonicum pœnitentiarium cum sua præbendā: & ita prædictus N. mansit cum suo pœnitentiariatu, & possessione eius, & accepit omnes fructus eius, sicut prædecessor eius solebat accipere, vsque in hunc diem nemine litem contra eum motam proseguente, neque ipso de illa curante: nec iudex appellationis Rota protulit vllam sententiam. Quæritur an prædictus N. iuste possit retinere fructus perceptos, & recipere percipiendos sine vlla alia provisione.

Respondeo primò, quòd hæc quæstio magna, implicata, & noua est: & quod videri potest alicui pars negatiua vera.

1 Primo quidem, quia D. consulens fuit priuatus, & nō fuit appellatio sua approbata. Secundò quia appellatio videtur fuisse deserta per lapsū biennij. Tertiò, quod nō potest iuuari possessione, quippe qui non possedit pacificè triennio, quod requiritur in regula de trienniali, secūdū omnes.

Respondeo secundo, quod verior videtur pars affirmatiua, scilicet posse ipsum quo ad forum saltem conscientie iuste possidere, & percipere fructus, vt hactenus possedit & percipit.

2 Tum quia sententia illa, per quam fuit priuatus, fuit suspensa per appellationem, cum effectus principalis eius sit suspendere sententiam secundum omnes, b & ita non obstante illa sententia prædictus N. remansit cum suo titulo. Tum quia non fuit appellatio deserta; quoniam annus ille vnus, vel biennium, quæ dantur ad proseguendā appellationem in iurbus præcatis, non currunt durate compromisso facto inter partes, vel cum aliis consentientibus eis prosecutio differtur, vt habet clem. *quamuis.* c & ita semper habuit titulum & possessionem prædicti pœnitentiariatus. Tū quia sententia prædicta cum collatione facta prædicto regulari mendicanti fuit euidenter iniusta, quia facta in fauorem religiosi incapacis beneficij secularis, contra illam regulam, quæ habet secularia beneficia secularibus esse conferenda, regularia verò regularibus, d & sententia iniusta non obligat in conscientia, secundum Innocentiū, receptum. e

3 Tū quia probabiliter præsumi potest, quod prædictus pater reuerendiss. sicut voluit expressè desererere locum in choro, & in Capitulo; ita videns non esse iustum vt retineret fructus præbendę sine titulo pœnitentiariatus canonico, voluit, non curado de prosecutione litis, neque de executione concordie, tacitè desererere totum negotium, & ita recedere à tota lite & quæstione; & consequenter presumere potest prædictus N. coram Deo & quo ad forum conscientie remansisse cum suo titulo eo modo, quo remanebat ante sententiam contra eum latā, arg. c. *humane aures.* 22. q. 5. & cap. 4. ad Hebręos. f quatenus habent omnia Deo esse nuda & aperta, & eius diuinā maiestatem cor requirere, & non manum. g Tū quia præsumptiones hæc auxit Visitator prædictus, qui visitando ecclesiam cathedralem, non curauit de prædicta sententia neque de appellatione, neque de concordia præfata imperfecta, neque de vlla alia re pereas incepta: sed deuotè exivit canonicatum pœnitentiarium cum præbendā, & eum contulit personę habili, & magistro Theologię sine vllius contradictione neque querela.

4 Tum quia per multa, quæ adducit & tangit Ludouicus Gomezius, h possit satis coloratè dici esse locū in hoc casu regulę de trienniali possessore, saltem quo ad mentē auctorum eius, vel iungendo quasi triennium pacificum inceptum anno 1565, & interruptum per prædictam litem cum toto reliquo tempore à concordia incepta, vel saltè à tempore quo Visitator prædictus cōstituit nouum pœnitentiarium, qui sunt plurimi anni: vel incipiendo triennium à deserta expressè vel tacitè à prædicto Reuerendo patre, & continuatum per multos annos: vel incipiendo ipsum triennium à tempore, quo Visitator constituit prædictum pœnitentiarium sine vlla querela, & contradictione, per sex vel septem annos. Tum denique, quod qui bona fide transgreditur legem humanam male intellectā non peccat saltem mortaliter, secundum Innocentium, i cōfirmatum per multa à Felino. k Per quę omnia videtur nobis, salua saniore sententia, securum esse prædictum D. consulentem, saltem quo ad forum conscientie à peccato percipiendi fructus hactenus collectos, & posthac colligendos; si bona fide, & putans habere bonum ius coram Deo illos perceperit & percipit. Restrinxit me superius, saltem quo ad forum conscientie: Tum quia difficilior esset defendere hanc partem in foro exteriori iudicis, qui rigorem equitatis præferre vellet, qualis nō est iudex appellationis prædictę acutissimus, eruditissim⁹, & equitatis (vt audio) amatissim⁹: qui fortassis pro suo seraphico iudicio persuaderet sibi posset, vt appellationē prædicti N. approbaret abq; alia noua citatione aduersarij, cui euidenter ius defuisse videtur. Salua, &c.

FINIS LIBRI SECVNDI.

a Iuxta c. cū  
sit Romana.  
de appellat.  
& clem. si-  
cuc. eod. tit.  
b In rubr. de  
appell. & l. 1.  
ff. eod.  
c De appell.  
d Ca. cum de  
beneficio. de  
præben. lib. 6.  
e Ca. possessio-  
nis. de reb. ec-  
cles. nō alien.  
f In ca. quia  
plerique. de  
immunit. ec-  
cles.  
g Relat. in ca.  
Deu omnipo-  
tens. 2. q. 1.  
h Ca. si quid  
inuenisti. 1. q.  
9. 5.  
i In regu. de  
trienn. qu. 2.  
vers. prima  
est. vers. sus-  
nem. & 2. 6.  
27. 35. & 42.  
k In cap. per  
suas. 2. de si-  
monia.  
l In c. 1. de re  
iudic. fal. 7.

# CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM MARTINI AB AZPILCVETAE DOCTORIS NAVARRI LIBERTERTIVS



## DE VITA ET HONEST. CLER.

### SVMMARIVM.

- 1 Beneficarij prestantes id, ad quod ratione suorum beneficiorū obligantur, possunt licite secundum communē de fructibus beneficiorum se alere, reseruato patrimonio propinquis. & num. 3.
- 2 Clerici si aliunde habent unde viuant, non possunt ea sola ratione, quod sunt clerici, viuere de redditibus ecclesiasticis, nisi etiam habeant aliquem titulum, ob quem eis ab Ecclesia, cui inseruiunt, debeantur alimenta, num. 4.

### CONSILIVM I.



**A**N CLERICVS beneficiarius habens bona patrimonialia, iuste possit patrimonium suum cum fructibus illius seruare suis cognatis, & aliis, quibus volet, & alere se de fructibus beneficij, perinde ac si non haberet patrimonium?

Respondetur, quod sic, ex doctrina communiter recepta Innocentij, a quam probant Panormitanus & Felinus & communis, b Panormitanus & Decius in dicto ca. Episcopus, Panormitanus, c & Andreas Siculus, d & alij alibi, quos etiam sequuti fuimus nos semper cum quadam ampliacione, praesertim in tractatu de redditibus ecclesiasticis. e & in Manua. confel. f contrariū tamen tenuit Decius, g qui videtur placere quibusdam, pro quibus videtur textus expressus in c. clericos. h quod sic habet.

2 Clericos autem illos conuenit Ecclesia stipendijs sustentari, quibus parentum & propinquorum nulla suffragantur bona: qui autem bonis parentum & opibus suis sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium profecto committunt, & per abusionem talium iudicium sibi manducant, & bibunt. ad idem cap. pastor. i in hac verba: Pastor Ecclesie his, quibus sua sufficiunt non debet aliquid erogare, quando quidem nihil aliud sit habentibus dare, quam perdere: nec illi, qui sua possidentes, dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, unde pauper victurus erat, accipiūt. De clericis quidem dicit per prophetam Spiritus sanctus, Peccata populi mei comedunt, sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta, quibus indigere videntur, accipiunt, ita possessores non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt. verum his auctoritatibus prohibentur ab Ecclesia suscipi non illi, qui quondam fuerunt, diuites, postea verò omnia reliquerunt, vt Petrus, & Mattheus, & Paulus, aut pauperibus distribuerunt, vt Zachaeus, aut Ecclesie rebus adiunxerunt, sicut illi, qui praedia sua vendentes ponebant pretia ante pedes Apostolorum, vt essent omnia communia, sed illi, qui in domibus parentum residentes vel sua re-

linquere nolentes, Ecclesiasticis facultatibus pasci desiderant ad ida c. sacerdos, buod sic habet: a Sacerdos, cui dispensationis cura commissa est, nō solū sine cupiditate, sed etiā cū laude pietatis accipit a populo dispensanda, & fideliter dispensat accepta, qui omnia sua aut parentibus reliquit, aut pauperibus distribuit, aut Ecclesia rebus adiunxit, & se in numero pauperū paupertatis amore constituit, vt vnde pauperibus subministrat, inde & ipse tamquā pauper voluntarius viuat. Clerici quoque, quos pauperes aut voluntas, aut nauitatis fecit, cum perfectione virtutis vita necessaria, siue in domibus suis, siue in congregatione viuentes, accipiant, quia ad ea accipienda non eos habendi ducit cupiditas, sed cogit viuēdi necessitas. De talibus dicere videtur Apostolus, Qui in sacrario operatur, quae de sacrario sūt, edat; & qui altario deseruiūt, de altario participēt.

3 Non tamen est dicendum à communi. Tum quia non est ab ea recedendum, nisi textu aliquo, vel ratione aliqua efficaciter cogente, b & est cōclusio Ioannis Andreae recepti. c Tu quod pro eo est textus Cōcilij Agathensis. d Tum per illud Apostoli, e relatum in c. cum secundum. f Qui altari seruit, de altari viuere debet. Tum & neruosisimè per rationem, quae nititur illo Euangelij, scilicet, Dignus est mercenarius mercede sua. g Ex quo sic arguitur, Omnis mercenarius est dignus mercede sua: at clericus beneficiarius, licet habeat patrimonium, qui seruit beneficio horas recitando, cantando, missando, inseruiendo choro, & faciendo alia, quae requiruntur in seruitio illius Ecclesie, ergo operarius, & seruit Eccle. ergo est & dignus mercede; ergo potest illam accipere, licet habeat patrimonium: non enim cum effectu acciperet, nisi de illa viuere posset, & dispōere honestè de suo patrimonio, sicut alij laici, qui de illa viuere possunt seruando illud suis. Tum quod Ecclesia debet seruare iustitiam etiam contra viduas. h At iustitia praecipit, vt operanti soluantur opera pretiū, & id quod inter eos conuentum fuit, iuxta Matthaei parabolam late relata à glossa. i At Ecclesia videtur conuenire cum clerico, cui confert beneficium, vt seruiat sibi in his quae requirit illud, & accipiat redditus eius; k adeo quidem, quod non potest renunciare illud sine licentia eius, l ergo si seruit illi, tenetur & ipsa de iustitia soluere illi pretiū ministerij; & operę, tum ratione operę praestite, tum ratione conuentionis tacitae. Tum quod habere, vel non habere patrimonium, nihil prodest, nec nocet ad hoc, quod Ecclesia debeat, vel non debeat beneficiario suę operę pretium, & redditus pro illa opera assignatos per titulum beneficij; ergo debet illos ei dare. Tum quod Ecclesia non debet esse auarior, nec minus benigna erga suos ministros, quā alij, cum debeat imitari suum sponsum Christū, qui, m largum se promittit erga suos ministros. Adde, quod nullus Regum, & Principū, nullusque summatus, nec infimatus denegant ministris suis pretium ministerij sibi exhibiti, nec stipendium assignatum, eo quod habeat alia bona patrimonialia, ergo nec Ecclesia suis ministris debet denegare pretium, nec stipendia promissa. Tum quia si aliqua Ecclesia egeret aliquo cantore, vel magistro puero rum, vel alio simili, & conduceret ad id aliquem laicum habentē patrimonium, teneretur ad soluēdū ei salariū cōuetum; & nulla ratio potest dari, quare non esset soluendum

Respondetur, quod sic, ex doctrina communiter recepta Innocentij, a quam probant Panormitanus & Felinus & communis, b Panormitanus & Decius in dicto ca. Episcopus, Panormitanus, c & Andreas Siculus, d & alij alibi, quos etiam sequuti fuimus nos semper cum quadam ampliacione, praesertim in tractatu de redditibus ecclesiasticis. e & in Manua. confel. f contrariū tamen tenuit Decius, g qui videtur placere quibusdam, pro quibus videtur textus expressus in c. clericos. h quod sic habet.

2 Clericos autem illos conuenit Ecclesia stipendijs sustentari, quibus parentum & propinquorum nulla suffragantur bona: qui autem bonis parentum & opibus suis sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium profecto committunt, & per abusionem talium iudicium sibi manducant, & bibunt. ad idem cap. pastor. i in hac verba: Pastor Ecclesie his, quibus sua sufficiunt non debet aliquid erogare, quando quidem nihil aliud sit habentibus dare, quam perdere: nec illi, qui sua possidentes, dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, unde pauper victurus erat, accipiūt. De clericis quidem dicit per prophetam Spiritus sanctus, Peccata populi mei comedunt, sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta, quibus indigere videntur, accipiunt, ita possessores non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt. verum his auctoritatibus prohibentur ab Ecclesia suscipi non illi, qui quondam fuerunt, diuites, postea verò omnia reliquerunt, vt Petrus, & Mattheus, & Paulus, aut pauperibus distribuerunt, vt Zachaeus, aut Ecclesie rebus adiunxerunt, sicut illi, qui praedia sua vendentes ponebant pretia ante pedes Apostolorum, vt essent omnia communia, sed illi, qui in domibus parentum residentes vel sua re-

a Ead. causa & quaeft.

b Arg. ca. fin. 20. dist. c In cap. i. de constit. d In ca. fin. 1. g. 2. e r. ad Corinth. 9. f De preben. g Luc. 10.

h Cap. extenore. de foro. compet. & c. nuper. de donatione. inter vir. & vxor. i In g. i. inst. iust. & iur. k Ca. nisi cum pridem de renouatione. l Ca. quod in dubijs. & ca. admonet. de renouatione.

m Matth. 19.

illud ei, si esset clericus, nec consequenter vlla ratio iusta reddi potest, cur Ecclesia, quae habet beneficia instituta pro cātoribus & aliis ministris, an teneatur soluere redditus illorum illis clericis, quibus contulit illa, eo solo, quod habent bona laica, quibus viuere possunt.

4 Nō obstat opposita; respondetur enim ad eas, sēsū eorū esse, q̄ clericis, eo solo q̄sūt clerici, siue solo titulo clericali, nō est dādū quidquā de fructibus ecclesie, si habēt aliud, quo viuant: non autem loquitur de clericis, quibus est alius titulus, ob quem debeatur alimenta, quales sunt beneficiarij seruientes Ecclesie in suis beneficiis, quibus ratione titularum suorum debentur redditus illorum, modo seruiant in ea Ecclesia, quae illos contulit illis: sicut si quis donaret aliquod praedium Ecclesiae cum onere dandi 20. Ioanni, postquam fieret clericus, dum viueret, teneretur Ecclesia illi dare illa, etiam si patrimonium, vnde alere se posset, haberet, non quidem eo solo, quod est clericus; sed quia donator, vel testator, qui reliquit praedium Ecclesie, dedit ei ius petendi ea. Salua, & c.

### SVMMARIVM.

- 1 Beneficia plura vltra necessitatem sua honesta sustentationis habens superflua tenetur dimittere, nisi ex iusta causa secum dispenseretur.
- 2 Beneficiarius ex fructibus Ecclesiasticis potest impendere non solum quae ei conueniunt ratione sua persona, sed etiam ratione dignitatis ipsius beneficij: has autem decemias notabiliter excedens non est absoluendus, num. 3.
- 4 Filius familiaris etiam si habeat patrem diuitem, potest tamē dici pauper, & ei potest frater de fructibus superfluis beneficij subuenire.

### CONSILIVM II.

**Q**uāsitum fuit primò, an qui habet plures redditus Ecclesiasticos, quā sua persona & qualitas requiratur ad decentem sustentationem, possit comitatum & statum suum augere.

Secundò, an possit fratri suo studenti alimenta tribuere, si habeat patrem diuitem, qui probabiliter id facere posset.

Ad priorem quaestione respondeo tēpore, quo vector à medicis corporis & animae, respondere quaestioib⁹ cum id faciēdo oporteat me detrahare salutem, & temporariè recognoscendum opera, quae teneor recognoscere & imprimere multis nominibus, & iam aras non patitur dilationem, idque facio simpliciter, absque allegationibus, propter obseruantiam, qua sum in D. interrogantem; & quia, vt moneor, fuit interrogatio, anteaquam prohiberet responderi facta. Respondeo igitur primò, animaduertendum esse an praefatus D. penitens habeat praedictos redditus ex vno tantum beneficio, vel pluribus: & si habeat ex pluribus, praecipuendū est ei, vt relinquat ea, sine quibus habeat vnum, vel plura sua sustentationi sufficiētia; & quod, vel quot sint tale vel talia, consulat, si placet, nostrū miscel. 62. a vel impetret dispensationem retinendi omnia à Papa iusta aliqua de causa.

2 Secundò, quod si ex vno tantum beneficio percipit praefatos redditus, est animaduertendum, an illud sit tanta qualitatis vel dignitatis, vt requiratur maiorem comitatum & statum, quam praefatus penitens ratione qualitatis suae personae requirit; & iuste poterit habere comitatum & facere sumptum maiorem, quā sua persona requirit, modò non excedat eos, quos sua dignitas requirit.

3 Tertiò, quod non absoluerent illum volentem impedere notabiliter plusquam qualitas suae personae vel dignitatis requirit, etiam si ex vnioco beneficio praefatos redditus reciperet, vel ex pluribus cum iusta dispensatione retentis; quia pro re indubitata mihi est peccare cum obligatione restituēdi beneficiarū, qui reddit⁹ beneficij superfluos vitae ac decetiae suae in vanos vel prophanos vsus impedit, per ea quae serio scripti in tractatu de redditib⁹ eccl. b

4 Ad posteriorem quaestione respondeo quod sic, si frater de suo non habet; cum viuentē patre bona illius non sint filij, & ita filius iure potest dici pauper, & aliena ope indigens; nec pater tenetur illum studentem in studio, vt sibi inseruientem alere. Salua, & c.

### SVMMARIVM.

- 1 Pensionarius clericaliter viuere tenetur, & nō laicaliter; non

tamen ob id, etiam si contulerit se ad militiam, & indueret habitum militare, pensionem amittit; nec etiam quod ob homicidium esset factus irregularis, potest ei denegari.

3 Pensionarius clericaliter viuere tenetur, nec potest aliter absolui, potest tamen ob pēsonis insufficiētiā exercere aliquod officium saeculare, quod sit compatibile cum dicto habitu, & tonsura clericali, ac etiam rustificare & negociari, vt ob tenuitatem beneficij licet beneficiario, nu. 2.

### CONSILIVM III.

**C**lericus pensionarius cum propter tenuitatem pensionis non posset se sustentare, relicto habitu clericali ad militiam se contulit. Inde redeunt; qui pensionem debet, eo quod vt miles vestitus incedit, eam soluere recusat. Quiritur quid iuris.

1 Respondeo ad quaestione primò, quod clericus, cui constituta est pensio simpliciter, tamquam clerico, tenetur quidem viuere clericaliter, vt nos per multa probauimus contra Sorum, a sed non tenetur ad restitutionem pensionum receptarum, si recitauit horas Beatae Mariae Virginis, sicut probamus ibidem: sicut etiam recipiens canonice beneficium Ecclesiasticum tenetur quidem viuere clericaliter, sed non tenetur restituere fructus eius perceptos, etiam si non viuat clericaliter, si recitauerit horas canonicas, vt ibidem diximus. Et consequenter sicut non possunt negari clerico beneficiario dicenti Horas canonicas fructus beneficij, licet non viuat clericaliter; quia non perdit ipso iure fructus eius, etiam si esset factus irregularis per homicidiū postea perpetratū, vt tradit Innocentius cōmuniter receptus, b immo potest eos iuste petere ad impendendos eos iusto modo, vel ad dādum pauperibus: ita pensionarius potest petere fructus suae pensionis ad iuste dispensandum illos; quia non perdit ipso iure pensionem non viuendo clericaliter, plusquam beneficiarius perdit suum beneficium, sed tenebitur clericaliter viuere, & peccabit, si sic non viuat.

2 Quamuis possit negociari, rustificari, & aliqua officia saecularia non omnino contraria vitae clericali exercere propter tenuitatem pensionis, sicut & posset idem facere propter tenuitatem beneficij. c

3 Secundò, quod D. consulens, vt iuste possit absolui, debet proponere, quā citò commodè poterit, relinquere militiam saecularem, quae est omnino contraria vitae clericali, & petere fructus pensionis suae, & accipere aliquod officium saeculare quod sit compatibile cum habitu & tonsura clericali, propter tenuitatem pensionis ad viuendum decenter. Salua, & c.

Aduertendum, modo obseruandam constitutionem S. D. N. Sixti V. cum sacrosanctam publicatam anno 1589. 18. Ianuarij.

## DE COHABITATIONE CLER.

### ET MULIERVM.

### SVMMARIVM.

- 1 C. 14. sess. 25. de reform. habet locum etiam in vna simplici incontinentia sine qualitate concubinatus, num. 3. & seq.
- 1 Consuetus non dicitur, nisi qui saltem bis id fecerit, nisi addatur vniuersalis dictio: quia tunc verificatur in vno actu, n. 4.
- 1 Solitus dici potest etiam is qui semel quid fecit; Decius tamen probat efficaciter contrarium.
- 2 Paena mollienda, praesertim cum agitur de puniendo peccato carnis.
- 3 Conuersatus, vel familiariter se habuisse quis cum aliquo dicitur etiam per vnum actum.
- 4 Vniuersalis dictio ampliat dispositionem.
- 4 Alius, dictio similia solum comprehendit: at si addatur propositio vniuersalis, extenditur etiam ad maiora expressis.
- 5 Clericus secundum iura antiqua ob vnicam etiam simplicem fornicationem erat deponendus.
- 6 Clericis prohibita est conuersatio tam in propria domo, quā extra, cum omnibus mulieribus suspectis.

### CONSILIVM I.

**A**N ca. 14. d. Concilij Tridentini habeat locum in simplici incontinentia absque qualitate concubinatus; & quid si clericus modo cum vna, modo cum alia muliere deprehendatur?

1 Respondetur, q̄ pro parte negatē facit primò, q̄ praedictū c. 14. videtur loqui de clerico habente cōsuetudinem

a In li. centū miscell. de oratio. miscel. 45.

b In c. 17. nostras. de cōcess. preben.

c Iuxta capi. pen. adiuncta gloss. 90. dist. & gloss. in ca. negotiationē. 88. dist.

d De reform. sess. 25.



cum aliqua muliere; & quod qui semel fornicatur cum aliqua, non videtur per hoc habere consuetudinem cum illa: quia ad hoc, ut aliquis dicatur consuetus facere aliquid requiritur quod saltem bis fecerit illud, & expresse notat Bartholus, quod ad hoc, ut aliquis dicatur consuetus facere aliquid, requiritur quod saltem bis fecerit illud; licet ad hoc, ut quis dicatur solitus facere aliquid, sufficit quod semel fecerit illud, per prædictam l. meli. & Decius, & efficaciter per multos textus probat, quod etiam ad hoc, ut quis dicatur solitus facere aliquid requiritur quod saltem bis fecerit illud.

2 Secundo facit, quod pœna sunt restringenda, & præsertim cum agitur de castigando peccata fornicationis, & quæ ait Panormitanus.

Tertio: quod cum lex apte potest intelligi duobus modis, benignior interpretatio est sumenda. At c. illud 14. videtur apte posse intelligi de habente saltem bis conversationem & accessum, & est benignius sic intelligere, ergo, & c. 3 Pro affirmante autem facit primo, quod verbum illud consuetudine in d. c. 14. positum videtur significare conversationem, iuxta illud Plauti in Milet. Hoc adeo fieri credo consuetudine, vel familiaritate: & iuxta illud Terentij in Andria, Neque me consuetudo, neque amor. & etiam per vnum actum dicitur quis conuersatus fuisse, vel familiariter se habuisse cum aliquo.

Secundo, quod dictum verbum, consuetudinem, videtur desumptum ex cap. 2. ex illis verbis, Fabulari, & aliquo modo conuersari.

4 Tertio, quod hæc expositio videtur germanior intentioni Concilij, quatenus prohibet per dictionem vniuersalem, ut nullam consuetudinem habeant, etiã citra fornicationis actum: verbum enim vniuersale ampliat dispositionem, iuxta glossam receptam, quæ probat verbum alius, quod regulariter solum familia comprehendit, iuxta glossam, adiuucto signo vniuersali quius, comprehendere etiam maiora expressis, in quo commendat eam pro singulari Panormitanus, & Bartholus. & alij alibi, quibus habeat alias similes.

Quarto, quod si Concilium fuisset interrogatum, an intenderet prohibere vnam accessionem cum reali fornicatione, respondisset, quod magis, quam binam sine actu fornicandi: ergo id habendum est pro statuto.

5 Quinto, quod Concilium, quod voluit punire priuatione tertiæ partis fructuum eum, qui monitus ne accedat accesserit, à fortiore videtur voluisse priuare eum, qui accesserit, etiam tantum semel realiter fornicando; cum propter vnam solum fornicationem etiam simpliciter antiqua iura constituerint clericum esse deponendum, & non propter solum confabulationem, vel conuersationem, non secuta fornicatione, saltem præsumpta.

6 Sexto denique, quod c. illud 14. noluit minus prohibere, quam iura antiqua, quod patet ex pœna maiori, quã nouè addit. At iure antiquo prohibitum erat non solum habere concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, vel extra, sed etiam accedere ad illas, vel habere aliquam consuetudinem, & c. clericis. & prohibet, ne clerici accedant ad virgines, vel viduas, nisi iussu Episcopi. Ergo Concilium intendit prohibere etiã vnam accessionem, & conuersationem.

CONSILIVM II.

Cum in Manu, confess. dicatur sacerdotem, qui notorie est fornicator, esse suspensum, & fieri irregularem, si celebret antequam pœniteat eum: Queritur quæ pœnitentia sufficiat, an scilicet interior, vel requiratur etiam exterior.

1 Respondeo, quod ad excusandum se à pœna in foro exteriori requiritur exterior: quia in illo foro de non parentibus, & non existentibus idem est iudicium. In foro verò interiori videtur sufficere interior, quæ probabiliter sufficiat ad deletionem peccati, secuta saltem cõfessionem sacramentali, ut satis videtur colligi ex Cardinali Turcremata.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS IN ECCLESIA VEL PRÆBENDA.

SVMMARIVM.

1 Concilium Tridentinum sess. 24. c. 12. vers. præterea, non derogat c. de catero, nec c. ad audientiam, de cler. non resid. nec c. 1. de cler. non resid. in 6. num. 3.

1 Lex generalis generaliter quidè est intelligenda: posteriorq; derogat præcedenti: at tamen hoc fallit, quando lex præcedens est specialis, quia per illam limitatur sequens generalis, etiam habens clausulam non obstantibus legibus contrariis, nu. 2.

CONSILIVM I.

Concilium Tridentinum, a derogat c. de catero. & c. ad audientiam.

1 Quod Concilium Tridentinum, a voluerit derogare c. de catero, & c. ad audientiam, e facit, quod lex generaliter cõcepta generaliter est intelligenda, & quæ leges posteriores derogant prioribus, & cum aliis: & quod d. c. 12. vers. præterea, disponit, ut omnes canonici teneantur residere, & quod non possint abesse ultra tres menses, derogando statutis, & consuetudinibus contrariis.

2 Quod autem non deroget illis, facit primò, quod sicut lex generalis prior non tollitur, sed limitatur per legem posteriorem specialem in aliqua specie illi contraria quo ad illam speciem, ita etiam lex generalis posterior limitatur per legem priorem specialem ei contrariam quo ad illam speciem, & sunt glossæ solenes simul & receptæ, i quæ habent legem illam nouam, & posteriorem generalè d. auth. offeratur. limitari per illam legem specialem longissimè priorem, quæ ponitur in d. l. sciendum. quæ conclusio procedit, etiam si in lege noua poneretur clausula, non obstantibus legibus contrariis, ut dicit Bartholus, & receptus à posterioribus: quos refert & sequitur Decius. Cum ergo constitutio prædicti Concilij sit generalis, & prædicta duo capp. sint speciales leges, dicendum est non derogari eis per illam, sed eam per hæc limitari.

3 Secundo facit, quod per prædictum Conciliu non derogatur c. 1. l. 6. neque aliis canonibus, quibus conceditur infirmitas & detentis lucrari fructus in absentia: sed potius Cõcilium limitatur per illa secundum omnium mætem: ergo eadem ratione non derogat prædictis duobus capp. Tertio videtur pulchrè hoc probari in c. ad audientiam, de cler. non resid. quatenus probat, quod canones concedentes Episcopis, ut possint habere vnum aut duos canonicorum in seruitio suo absque amissione fructuum, non cõsentur tolli per statutum iuratum, & confirmatum à Sede Apostolica, ut nullus canonicorum percipiat fructus in absentia. Quarto facit, quod S. D. N. fecit seruare illa cap. in causa Tolertani Archiepiscopi cum duo canonici Tolertani interessent Romæ defensionis suæ causæ. Per quæ & alia hæc pars est tenenda, & opposita clarè soluuntur per primum fundamentum pro hac parte formatu. Salua, & c.

SVMMARIVM.

1 Episcopi in suo seruitio duos canonicos suarum ecclesiarum, aliarum verò collegiarum prelati vnum retinere possunt, qui absentes recipiunt quidem fructus suorum canonicatum, distributiones autem non, adeo ut consuetudo contraria eis non prosit, nec condonatio collegarum saltem præcedens, nu. 2 nisi forte agatur de illis quas certis diebus & mensibus etiam alij canonici percipiunt. num. 3.

Cardinalis in suo titulo est prelatus dicte ecclesie, immo quasi Episcopus.

CONSILIVM II.

Canonice Collegiata S. N. deseruit vti capellani Illustrissimo Cardinali eiusdem ecclesie titulari Queritur an percipere possit non solum fructus canonice sed etiam distributiones quotidianas.

1 Respondeo primò, certum esse, quod Episcopi possunt binos canonicos suarum ecclesiarum in obsequium suum retinere; & ita quod fructus suarum canonicarum lucrificent in absentia.

Secundò, satis certum est, prælatos aliarum ecclesiarum collegiarum non cathedralium, qualis est Ecclesia præ-

a In ca. si qui sunt. s. dist.

b Arg. ca. his qua. de maior. & obed.

c Ca. licet. de præb. & prædict. c. de catero.

d Per ca. 1. de cler. non resid. lib. 6.

e Cap. 12. de reor. sess. 24.

f De reor. c. 12. sess. 24.

g De cler. non resid. d. sess. 14. ca. 12. vers. præterea. de reor. c. de cler. non resid.

h L. de præb. ff. de publi. in rem actio.

i L. de præb. ff. de publi. in rem actio. g Cap. 2. de consus. lib. 6. cum alijs.

k L. sed & posteriores ff. de legib. i in le. sciendū. ff. qui facti. cog. & in auth. offeratur. c. de liti. contestata.

l In extrauag. ad reprimendū. verb. non obstantibus. l In reg. in toto. ff. de regu. iur. à num. 7. m De clericis non resid.

n In ca. si qui sunt. s. dist.

o Arg. ca. his qua. de maior. & obed.

p Ca. licet. de præb. & prædict. c. de catero.

q Per ca. 1. de cler. non resid. lib. 6.

r Cap. 12. de reor. sess. 24.

a Eod. tit.

b Arg. ca. his qua. de maior. & obed.

c Ca. licet. de præb. & prædict. c. de catero.

d Per ca. 1. de cler. non resid. lib. 6.

e Cap. 12. de reor. sess. 24.

f De reor. c. 12. sess. 24.

g De cler. non resid. d. sess. 14. ca. 12. vers. præterea. de reor. c. de cler. non resid.

h L. de præb. ff. de publi. in rem actio.

i L. de præb. ff. de publi. in rem actio. g Cap. 2. de consus. lib. 6. cum alijs.

k L. sed & posteriores ff. de legib. i in le. sciendū. ff. qui facti. cog. & in auth. offeratur. c. de liti. contestata.

l In extrauag. ad reprimendū. verb. non obstantibus. l In reg. in toto. ff. de regu. iur. à num. 7. m De clericis non resid.

n In ca. si qui sunt. s. dist.

o Arg. ca. his qua. de maior. & obed.

p Ca. licet. de præb. & prædict. c. de catero.

q Per ca. 1. de cler. non resid. lib. 6.

r Cap. 12. de reor. sess. 24.

dicta S. N. posse saltem vnum canonicum in obsequio suo modo prædicto tenere, ut in cap. de catero. a tener Panorm. Quare certum est prædictum A. posse fructus sui canonicatus percipere inseruendo Illustrissimo Cardinali, qui est prælatus dicte ecclesie S. N. cum sit quasi Episcopus prædictæ ecclesie.

2 Tertio, quod licet prædicti canonici seruientes Episcopis, vel alijs prælatis possint in absentia fructus suorum canonicatum recipere, non tamen debent habere distributiones quotidianas, quas aliqui vocant victualia, adeo quidem, ut consuetudo non possit eis prodesse, immo nec hodie remissio collegarum saltem præcedens amissionem earum, per Concilium Tridentinum.

3 Quarto, quod ex his sequitur prædictu dominu A. posse quidem percipere in absentia fructus sui canonicatus, non autem distributiones, quæ tantum interessunt diuinis distribuuntur, nisi vberiorem gratiam à Sanctissimo Domino nostro impetrauerit, præterquam in diebus, & mensibus, & negotiis illis, in quibus, & propter quæ etiam alij canonici lucrificiunt illas. Salua, & c.

SVMMARIVM.

1 Canonicus ultra tres menses à residentia absens venit fructibus præbende priuandus ex Concilio, contra quod nec Episcopus, nec Legatus potest dictam pœnam expresse remittere, immo peccat, si sine iusta causa non priuet, num. 2. & illi operi pio, quod sibi videbitur applicet. nu. 1. Canonicus tamen donec condemnetur, non tenetur illos restituere. nu. 2.

CONSILIVM III.

Fructus, quibus debet priuari canonicus, eo quod abfuerit ultra tres menses à seruitio Ecclesie, cui debent applicari, cum in ea Ecclesia non sit consuetudo ut fructus canonici absentes accrescant presentibus: & an Episcopus possit remittere huiusmodi pœnam?

1 Respondeo primò, quod videntur applicandi illi operi pio, in quod arbitrabitur is, qui priuauerit: quia quod non determinatur à iure, arbitrio iudicis determinandum est. f

Secundò respondeo, quod primo aspectu Episcopus non potest remittere illam pœnam expresse: quia etiam Legatus non potest dispensare contra decretum Concilii, iuxta glossam putatam singularem, & quæ tamen habet similem cap. cum dilectus.

2 Dixi, expresse: quia si taceat, & non priuet eum fructibus, non tenebitur ipse restituere illos in foro conscientie, in quo nemo tenetur soluere pœnam, præsertim non impositam ipso iure, sed imponendam per sententiam, donec condemnetur à iudice, iuxta glossam singularem communiter receptam. Peccat tamen Episcopus, si absque iusta causa dissimulet eum punire, & habet glossa notabilis, l. que alia in id apta iura citat. Dixi, & repetiui supra, primo aspectu: quia necessitate sciendū quoddam longu responsum hodie ante meridiem iussu Papæ, & rogatu cuiusdam summatis, non potui iustam operâ prædictis questionibus decidendis dare, cum omnia quæ remittuntur ad tantum prætorium, videantur difficilia solutu. ideo, & c.

SVMMARIVM.

1 Residendi necessitas est duplex, altera absoluta obligans, altera verò solum quo ad effectum querendi fructus: per primam non residens peccat, & potest priuari beneficio, per secundam autem non, immo nec peccat non residendo. num. 2. an autem edictum generale Pape de residendo intelligatur de prima, vel de vtraque, ex mente Principis hoc est expiscandū. nu. 3.

3 Beneficium omne quantum simplex iure communi requirit residentiam, daturq; ob officium, seu seruitium, quod debet facere beneficio. num. 4. at consuetudo immemorabilis inducit contrarium in simplicibus, exceptis qui statuto, vel alio iure speciali ad illam tenentur. nu. 3.

CONSILIVM IIII.

Queritur, verum à Sanctissimo Sixto promulgatum edictum cõtra non residentes in suis beneficiis residentiam requirentibus, & in Vrbe cõmorantes, comprehendat habentem capellaniam in Ecclesia quadã cathedrali, in qua capellani à tempore immemoriali cogi ad residendū

nō solènt, sed neq; possunt fructus in absentia percipere, sed capellani præfetes pro absentibus ministrant, eisq; fructus absentium accrescunt, & cultus diuinus in d. Ecclesia non minuitur: quia sunt multi capellani.

Quæstio hæc noua videtur, & difficilis resolutionis quo ad consulendum, si licet satis facilis ad disputandum: quia vtraque pars posset sustentari disputando.

1 Nam pro parte negante, scilicet, quod non cõprehendantur sub præfato Sanctissimi edicto de residentia, facit primò, quod Innocentius, a ponit duas species necessitatis residendi: altera est, qua quis tenetur residere cõtinuò seruendo: altera, quod debet seruire, ut lucretur fructus.

Prior est longè strictior, & maior posteriori: quod multis probari potest, licet nemo citet Innocentium ad hoc propositum: qui tamen dicit, quod propter priorem potest priuari beneficio, non autè propter posteriorem, & per consequens, quod mens S. D. N. videri potest fuisse tantum comprehendere beneficiarios quo ad primam generis residentiam, eò quod constitutiones pœnales sunt mitigandæ, & intelligendæ ita, ut minus puniant. b

2 Secundò facit, quod in hac parte longè diuersa ratio suadet coactionem ad residentiam indicendam eis, qui in absentia recipiunt fructus, quam eis qui nihil eorum percipiunt, quales sunt præfati capellani. Tertio facit, quod stylus Curie, & anteriorum Maximorum Pontificum iuberentium ut curiales resideant in beneficiis suis, videtur fuisse comprehendere solos habentes obligationem ad residendum, ita ut peccent non residendo; & prædictus dominus consulens nullatenus peccare videtur non residendo, quia onera suæ capellanie alij præfentes supplet, ut præsupponitur in facto.

3 Quarto, quod per consuetudinem immemorialè, quæ prædicat omni iuri humano, c habetur, ut præfentes capellani præfate capellæ seruiant pro absentibus: & ita per præfaram consuetudinem videntur absentes posse suis capellanis seruire per vicarios, & ita non teneri ad residentiam personalem, per ca. cum omnes. cum ei adnotatis, & adductis per Felinum. d Quintò, quod per consuetudinem posteriorem inductum est, ut simplicia beneficia non requirant residentiam, nisi statuto, vel iure speciali aliud sit statutum, ut ex eodem Innocentio colligitur. e

Pro parte verò affirmante facit primò, quod lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda, f & quod præfens edictum generaliter loquitur de beneficiariis habentibus beneficia requirentia residentia: & prædictus dominus consulens habet beneficium requirentia residentiam. Tum quod omne beneficium etiã simplex requirit residentiam iure communi antiquo attentò, secundum Innocentiu, & cõmuniter receptum, pro quo est c. conquerete. h

4 Tum quod propter officiu datur beneficium. i Tu quia prædictus dominus cõsulens licet non capiat fructus per se, capit tamè per suos cõcapellanos, qui seruiunt pro ipso vti vicarij ei, & per ipsum stat quo minus capiat illos per se: quia non seruit potens seruire: & is per quem stat quo minus possideat, possidere cõsetur. k Tu quia reside t Romæ, ut querat aliud beneficium maius. Tu quia plurima sũt beneficia patrimonialia in episcopatu Burgensi, Palentino, & Calaguritano, quorum ratione non coguntur residere, nisi ad effectum querendi fructus: & ita aliquot eorũ, qui habent illa, resident Romæ, ut querant sibi maiora, & placet presentibus eorum absentia: quia accrescunt eis absentium partes & fraudatur Ecclesia suorum ministerio ministrorum. Tum quia forte D. N. voluit comprehendere omnes, qui tenentur ad residentiam; etiam solum quo ad effectum acquirendi fructus, ut seruiat beneficijs, ob quorum officium datur beneficium ut ait prædictu c. vlt. l Tum quod ex præfato dicto Innocentij expresse, & ex tacita mète omnium doctorũ duplex est obligatio ad residendum: altera ad residendũ cõtinuè seruendo altera ad seruendum, ne perdat fructus: & lex, siue edictu quo præcipitur aliquid generaliter obligato ad residendũ, videtur in cludere obligatum omnibus modis, & nõ sola vna specie obligationis: quia appellatione generis cõpre heditur qualibet species eius, secundũ dictũ Baldi ab omnibus receptu, m vbi ait, genus propriè includere & significare species suas: pro quo bonus textus in c. Romanorum. n

a In ca. si. de cler. nõ resid.

b Ca. in pœnis. de regul. iur. l. 6. cum ei concordantibus.

c Ca. super quibusdã. de verb. signific. l. hoc v. s. ductus aqua. ff. de aqua quodidã. & astit.

d Nu. 32. de consus. c. in ca. si. de cleric. non resid.

e L. de præb. ff. de publi. in rem act.

f Ca. dilectus. 2. de præben. h De elect. & ca. si. de filijs presbyt.

g Ca. frater nra. 12. q. 2.

h Arg. c. irrefragabili. de offic. ordina. l Ca. ea qua. de off. archi.

i In ca. si. de cle. nõ resid. h Eodem tit. l Cap. si. de reor. lib. 6.

k Ca. commissi. de elec. l. 6. cum ei concordantibus.

l In leg. duo sunt Titij. ff. de testamen. in l. et. & notatur in ca. si sacerdos. de offic. ord.

m In l. 2. c. iure annu. aure. n 19. dist.

o De reor. lib. 6.

p In l. 2. c. iure annu. aure. n 19. dist.

2 Le. fm. C. de legib.

Quoniam igitur eius est interpretari, cuius est conde- re, a confilio domino consulenti, vt eius interpretatione a Sanctissimo Domino nostro quarat, & sequatur in honorem Domini nostri Iesu Christi, cuius sunt omnia beneficia, qui nos omnes sua misericordia efficiat beneficia- rios in regno calorum, Amen.

SVM MARI VM.

Residere non tenetur dignitas, cui & nulla debentur distribu- nes, & cuius predecessores a fundatione numquam resederunt, nisi in executione Concilij ei aliqua assignentur distributiones.

CONSILIVM V.

Primiceriatus quidam fuit institutus ab Alexandro in Paduana Ecclesia cathedrali sine distributionibus, da- ta in dotem quadam Ecclesia certi valoris alterius dio- cesis: & nullus Primicerius resedit, & interfuit Horis, nec ac- ceptit distributiones vsque ad Concil. Tridentinum. Que- ritur, an post illud teneatur residere.

AD QVAESTIONEM PR AEDICTAM respondeo prafatum Primicerium satisfacturum suae con- scientiae de rigore iuris residendo eo modo, quo a funda- tione ipsius predecessores resederunt vsque ad hunc die: nisi Paduani exequuti contenta in Cōc. Trid. b impouerint distributiones super dignitatibus Ecclesiarum cathedralium, ab illo enim die tenebitur residere, & interesse diui- nis officiis eo modo, quo fuerit ordinatum ab ipsis.

SVM MARI VM.

- 1 Cōsuetudo excusans certos capellanos a residentia alias ex funda- tione requisita, excusabit etiam alterum similem praedictis obtinentem capell. uniam.
2 Residentia onus impositum beneficio intelligitur de personali, etiā si non exprimitur, quod onus censetur etiam impositum per alia verba, vt est verbum interst, cantet, seruiat, & similia.
3 Cōsuetudo capellaniarum & beneficiorum potest extendi ad alias eiusdem similes.
4 Episcopus cum consensu patroni beneficij requiretis aliquas qua- litates pōt cū aliquo ex causa dispērare super aliqua illarū.

CONSILIVM VI.

N. Habet capellaniam, in cuius fundatione statutū fuit, vt qui haberet eam, vltra onus dicendi Missas aliquas teneretur interesse personaliter Horis Ecclesiae canendis, posteaquā esset presbyter: & ipsemet N. est patronus suc- cessor alius patroni antiqui fundatoris: & praefata capel- lania est sita in Ecclesia ciuitatis, in qua est consuetudo, vt capellani similes non astringantur ad interessendū per- sonaliter praedictis Horis, vbi sufficiens copia seruientium est, qualis est in praefata Ecclesia. Queritur, vtrum praefatus N. satisfaciat conscientiae suae feruendo in praedictis Horis canendis per alium magis idoneum ad canendum, quam ipse sit, approbatum per Episcopum.

Respondeo primò, quod dominus consulens est tutus secundum ea quae proponuntur, quoniam proponitur in casu capellaniam praedictam, & alias praefata ciuitatis esse similes, & quod habentes alias excusantur. Secundò, quod capellani excusantur seruientes per alium: quia secundū conclusionem late disputatā per Pan. e & citatos per Fel. d & recept. communiter, valet consuetudo, vt habens benefi- cium simplex non teneatur seruire personaliter illi, im- mo etiam quod non seruiatur per alium, saltē vbi sufficiens copia ministrorum habetur. Tertio, quod eadem ratione debet excusari dominus consulens, cum proponat suā capellaniam esse similem aliis: quia de similibus idem est iudicium. e Quartò, quod fortassis est dissimilitudo inter capellaniam domini consulentis, & alias in eo, quo din funda- tione aliarum non est posita clausula, vt habentes illas personaliter resideant, & in sua sic: & forte quia res ita se habet, dominus consulens vi vir eruditus subtiliter scrupulum gignit, cum non sit sua capellaniam similis aliis omni- no, & ita non liceret ab illis ad suam arguere, cum separa- torum separata sit ratio. f

Quintò, quod si in illa aliarum fundationum inueni- tur onus residendi personaliter, vt in ea, de qua est quaestio, considerandum est, an ponatur saltem clausula de re- sidendo: & si ponitur illa, satis potest dici esse similes:

in repetitio. c. extirpanda. §. qui vero. de praebend. d. in c. cum em. nes. de consilij.

c. Cap. aud. 2. de electio. cū similibus.

f. L. Papinianus. ff. de mi- nor.

quia secundum vulgarem modum intelligendi eorum, qui fundant huiusmodi capellanias, per residentiam intel- ligitur personalis: nam & communis cōsilius Docto- rum habet, beneficia omnia iure communi requirere resi- dentiam personalem; quia requirunt residentiam, vel de- seruiant, vt colligitur ex c. conquirente. a

Quod si in fundatione aliarum non sit vlla clausula, quae hoc sonet, non potest argui de consuetudine illarū ad hanc: sed arbitror non deservit verbum: resideat, inter- sit, cantet, vel seruiat, vel aliud simile, quod tantum impor- tat, quantum verbum, resideat, & ita consuetudo illarum satis potest extendi ad hanc. b

Sexto, quod pro domini consulentis defensione pos- sent adduci ea, quae tradit Felinus, c dum concludit, Episcopum posse de consensu patroni dispensare pro vna vel altera vice super qualitate ad tenendum beneficium re- quisita: quia in facto proponitur dominum consulentem seruire per alium, probante id Episcopum: & ita sufficeret, vt Episcopus dispensaret ob causas propositas super huiusmodi seruitio personali pro tempore huius patroni, cū multa concurrant ad id faciendum, & quod sic augetur cultus Dei: & Episcopus ex rationabili causa de consensu patroni potest alterare aliqua, per tradita à Felino & citatis ab eo. d Salua, &c.

SVM MARI VM.

Distributiones quotidianas vt absens capiat canonicus, vel vt non subdiaconus vocem habeat, Capitulum concedere non potest.

CONSILIVM VII.

AN canonici praesentes possint absenti dare facultatem percipiendi distributiones quotidianas?

Respondeo quod non. Tum quia consensu & pactio- ne priuata non potest iuri publico praedudicari. e Tū quia remissio distributionum quotidianarum nō prodest post Concilium Tridentinum, vt tradimus in Enchirid. de ora. f Tum quia idem Concilium, g statuit, quod carēs subdia- conatu, careat voce, etiam si alij canonici ei eam per- mittant.

SVM MARI VM.

- 1 Residere, seu obligationi de residendo in collegiata, seu canoni- catu, satisfacere censetur is qui ex mandato sui Capituli pro negotijs suae ecclesiae seu Capituli abest. Idem dicitur de mo- nacho, qui de licentia sui Abbatis, ob vtilitatem etiam me- diatam monasterij abest num. 2. etiam ad effectum complendi annum nouitatus, qui debet fieri in monasterio. nu. 3. vere tamen non residet. n. 6.
2 Absentes pro vtilitate suarum Ecclesiarum: non censentur con- travenire iuramento de residendo, quia censentur residere etiā quo ad effectus lucrandi fructus: immo modo illis suffra- gatur consuetudo etiam ad effectum lucrandi distributiones. num. 4.
3 Consuetudo rationabilis optima legum interpres; immo si sit legitime praescripta, tollit legem humanam.
4 Fictionem contrariam veritati denotant haec verba, censerit, vi- deri, credi, & similia.

CONSILIVM VIII.

AN canonicus, vel dignitas, vel alius beneficiarius Capituli vel collegij secularis, vel regularis, residē- do Romae de mandato sui Capituli, vel collegij, pro cau- sis vel negotijs Ecclesiae suae agendis, vel gerendis, cen- sentur satisfacere obligationi, quam habet residendi in sua Ecclesia secundum iura communia antiqua, & noua Tri- dentini Concilij, & an verè residere dicatur?

Ad quaestionem propositam respondetur primò, quod habens dignitatem, vel canonicatum in aliqua Ecclesia cathedrali, vel collegiata, residendo in Romana Curia de mandato sui Capituli, vel collegij pro causis vel negotijs Ecclesiae suae agendis vel gerendis, censetur satisfacere ob- ligationi, quam habet residendi in sua ecclesia secundū iura antiqua & noua Trid. per c. ex parte. h quatenus ha- bet, eum qui habet praepositurā alicuius Ecclesiae, & qua- do fuit illa ei collata iuravit residere in ea, censerit satisfacere suo iuramento de residendo in ea, si abest agendo & procurando negotia Ecclesiae suae.

Quintò, quod si in illa aliarum fundationum inueni- tur onus residendi personaliter, vt in ea, de qua est quaestio, considerandum est, an ponatur saltem clausula de re- sidendo: & si ponitur illa, satis potest dici esse similes:

a De cler. nō resid. lib. 6.

b Arg. d. ca. dudum. c. cōstitutus. de appella. cum similibus. c. In c. cum ac- cessissimis. de consilij. nu. 18. & sequen.

d Vbi supra.

e L. ius publi- cū. ff. de pact. c. si diligenti. de foro cōp. f. Ca. 22. nu. 59. & seq. & Miscel. 59. n. 1. & seq. g. Sess. 22. c. 4. de reform.

m Ca. quam sit. de electio. lib. 6. n. 2. c. quā. & quib. quar- ta pars.

o In l. si is qui pro tempore. ff. de v. i. cap. num. 5. p. Ca. 27. nu. 51. q. Vt in c. mu- lieres. §. 1. de sent. excom.

h De cler. non resid.

a In c. cum il- lorum. de sent. excom.

b Arg. c. mo- nachi. 2. c. c. qui vere. 10. q. 1. c. In c. cum l. & A. de re iud.

d De reg. cū ei adnor. c. In sess. 25. de reg. ca. 15. f. Super c. sta- tuimus. n. 75. g. Verb. religi. 3. qu. 19. §. 2.

h De electio. lib. 6.

i In cap. 1. de cler. non resi- den. l. 6.

k Ca. cum di- lectus. de con- suetud. & le- minime. ff. de ll. l. Cap. fin. de consuetu.

m Ca. quam sit. de electio. lib. 6. n. 2. c. quā. & quib. quar- ta pars.

o In l. si is qui pro tempore. ff. de v. i. cap. num. 5. p. Ca. 27. nu. 51. q. Vt in c. mu- lieres. §. 1. de sent. excom.

r De cler. non resid. lib. 6. c. Ca. 12. sess. 24. De reform.

Secundò, quod Abbas antiquus a determinauit, etiam monachum, cuius obligatio ad residendum est maior, quā beneficiariorum secularium, secundum omnes, satisface- re obligationi residendi in suo monasterio residendo extra illud in aliquo loco procurado & agēdo Ecclesia suae cau- sas, & negotia de licētia & mandato superioris sui, b etiā agēdo aliqua negotia alicuius pīcipis, vel domini tēpora- lis sui monasterij & ordinis amici, ex quo resultare potest aliqua vtilitas eius saltem indirectē, ac mediātē, vt tradit Innocentius communiter recep. c

Tertio, quod obligatio ad residendum in monasterio ad annum probationis agendum, est prima, aut certē cum primis obligationibus necessaria, vt colligitur ex c. ad Apo- stolicam. d praesertim post Cōc. Trid. quod e statuit, vt nul- lus in vlla religione possit esse verè professus, nisi resede- rit in ea per annum: attamen qui resederit in monasterio, vel extra de mandato & licentia superioris negotia vtilia ei faciendo, censetur ita residere, vt annum probationis compleat, vt scripsimus pridem in commen. 4. de regular. f quod ante nos asseruit Siluester. s

Quarto, quod idem probat capit. cum non deceat, h quatenus itatuit, quod canonici absentes ab Ecclesiis suis pro instructione causarum electionū Ecclesiarū suarū debent ceteri residere, etiā quo ad quarendos fructus tēporis, quo eunt, manent, & redeunt absentes ad suas Ecclesias, ea ra- tione, quod pro vtilitate illarū absunt. Ergo absentes ob vtilitatem Ecclesiarum suarum, censentur residere.

Quintò, quod valet consuetudo, vt huiusmodi absentes pro vtilitate suarum Ecclesiarum censentur residere, etiā quo ad quarendas distributiones secundum Archidiacono- num communiter receptum. i

Sextò, quod consuetudo, praesertim generalis & ratio- nabilis, est optima legū interpres, k immo si legitime praescripta sit, legem humanam etiā rationabilem perimit, & tollit, l at consuetudo generalis habet, vt canonici absen- tes pro vtilitate Ecclesiae, censentur esse residentes: tum per alias rationes: tum quod fidelius & vtilius geruntur negotia per eos, quos ea tangunt, & quibus ex eis vtilitas vel damnum euenit, quā per alios extraneos, vt experiē- tia, quae rerum est magistra, m demōstrat & docet, cum vi- deamus naturale vitium esse negligere non solum extrane- as, sed etiam communia. n

Septimò respondendo ad vltimam partē quaestionis dico, quod huiusmodi capitulares non possunt dici verè residentes: quia palam est eos non verè residere: quia in praesuppositis in facto dicuntur absentes: & quod id colligi- tur ex illis verbis praedicti ca. ex parte. Cum ex hoc censerit debeat residens. quoniam verbum videri, & alia similia, qualia sunt verbum censerit, credi, & alia, inducunt fictionem, vt ait Bart. communiter recept. o multa pro se iura inducunt: pro quo est etiam illa pulchra & vtilis cōclusio, quam nos adduximus in nostro Man. conf. p scilicet, quod lex ex cō- municans facientem aliquid, non comprehendit regulariter solum consentientem, etiam mandando, consulendo, faciēdo, aut auxiliādo, antequam fiat, nisi ex eius tenore, vel aliarum legum id expresse aut tacite colligatur. p. Salua, &c.

SVM MARI VM.

Distributiones per interessentes lucranda possunt quidem assignari aliquibus Horis, & aliquibus non: at quod interessens ali- quibus Horis lucretur etiam assignatas aliis Horis, quibus nō interest, nec consuetudine, tamquam cap. 1. de cler. non resi- dent. in 6. c. sacro Concilio contraria statui potest.

Residens vt reputetur is qui per quartam partē cuiuslibet mensis residentiam facit, induci potest.

CONSILIVM IX.

AN consuetudo, quod quis beneficiariorum interes- sens certis diuinis officiis lucretur distributiones nō solum assignatas pro illis, sed etiam assignatas pro aliis, vel quod interessens vna hebdomada certis officiis lucretur illa, quae pro illis alia hebdomada dantur interessenti- bus eis, sit licita, vel potius contraria c. r. & Conc. Trid. illud innouanti.

Respondeo, quidquid quadam super hoc informatio contineat, me credere praedictam consuetudinem esse cō-

trariam praedicta cap. 1. a & consequenter praedicta b Cō- cilio Tridentino quod illud innouauit: nam praedictum cap. 1. habet distributiones quotidianas non esse lucrifa- cendas, neque dandas illis, qui abfuerint, seu non inter- fuerint officiis pro quibus illa fuerint instituta: & per consuetudinem praedictam dantur distributiones quo- tidianae constitutae pro aliquibus officiis; eis qui non interfuerint illis, vt palam est, & Dominicus citatus in dict. informatione non dicit illud, quod imponitur eis, sed quod residens per quartam partē cuiuslibet mensis pos- sit dici residens, & lucrari fructus beneficij, & nihil dicit de distributionibus: nec glossa, c dicit illud, quod imponi- tur eis, sed aliud; videlicet quod possunt assignari distribu- tiones aliquot pro certis horis, non assignando pro aliis; quod est verissimum, nec vllatenus contrarium praedicta cap. 1. non autem ait quod valeat cōsuetudo, qua interestens vni officio lucretur distributiones assignatas pro il- lo, & etiam assignatas pro alio, cui non interest. Sed ne- que Cardinalis neque Imola, si satis perpendantur, dicūt hoc obseruari in ecclesia Butanienfi, pro qua citat infor- mationem ecclesiam Pataniensem, & quia solū sequitur glo- sam contra Laudunensem, & Zenzelinū, dicentes, quod potest statui, vt solis surgentibus ad matutinum dentur distributiones; quod est verissimum: non autem dicunt, quod surgentibus, ad matutinū non solum dentur distribu- tiones pro eis assignatae, sed etiam assignatae, pro aliis horis, & officiis, licet eis non interfuerint quod longē diuer- sum esse palam est, & contrarium praedicta cap. 1. Salua, &c.

Clem. 1. vt ij qui. de a- tas. & quali- tat. verb. cer- tis horis.

Aduertendum, sacra Congregationem vt refertur, censuisse distributiones non posse assignari aliquibus horis, & aliquibus non, sed omnibus aliquas omnino assignandas.

SVM MARI VM.

- 1 Canonicus iniuste in carcere detentus omnia querit, quae alij Ecclesiae seruientes.
1 Distributiones infirmis, vel alia necessitate corporali detentis debentur.
2 Impeditus a magistratu, excusatur, quod se iudicio non sstuit.
2 Impedimentum omne iustum excusat a distributionū, & mul- to magis ab aliorum fructuum amissione.

CONSILIVM X.

AN canonicus in carcere coniectus pro crimine, qui non potuit interesse diuinis officiis, an perdat distribu- tiones quotidianas, vel saltem fructus certo modo, certis temporibus diuidendos, vel tantum interessentibus diuinis assignantur, si fuerit absolutus, & innocens iudicatus?

Respondeo affirmatiuē, quod praefato canonico in car- cere detento debentur omnia illa, quae quaesiuisset, si vna cum suis canonicis Ecclesiae praefatae deseruisset. Primò quidem, quia omnium, quae iure ei possunt obtinere, maxi- mum est c. r. d probatum & innouatum per c Concilium Tridentinum: quod tamen illi prodest, quatenus habet cano- nicum non interessentem debere habere distribu- tiones quotidianas, si non interfuerit eis ob infirmitatē, vel aliam corporalem necessitatem: & detentio, per quam quis detinetur in carcere cōtra suam voluntatem, est ne- cessitas corporalis; propter quam nō potest interesse di- uinis, vt ex Archidiacono, Ioanne Andrea & Dominico colligitur. f Nec obstat, quod iussu & mandato iudicis fuit detentus; quia per sententiam subsecutam fuit abso- lutus, & declaratus innocens, vt in casu proponitur.

Secundò, quod detētus a magistratu vel iudice, excusatur, si nō se sstuit die quo se sstere pmissit, iuxta. l. 2. g vbi satis fidatur id, q. Ioā. And. & Dominicus, h dicunt, scilicet o- ne impedimētū iustum excusare quē a fructuū & distribu- tionum amissione. Non obstat dicere, quod in casu propo- sito non solum agitur de veris distributionibus quoti- dianis, sed etiam de fructibus certo modo certis tempori- bus diuidendis: quia palam est nō tam facile perdere be- neficiarium alios fructus, ac perdit distributiones quoti- dianas. i At distributiones non perdit, vt dictum est, legiti- mē impeditus; ergo minus perdet praefatus canonicus praefatos fructus certis modis, certis temporibus diuiden- dos. k Salua, &c.

a De cler. nō resid. lib. 6. b Cap. 12. de refor. sess. 24.

c Clem. 1. vt ij qui. de a- tas. & quali- tat. verb. cer- tis horis.

d De cler. nō resid. lib. 6. c. Cap. 12. de refor. sess. 24.

f d. ca. 1. §. de cler. nō resid.

g §. fin. ff. si quis caustio. h In d. c. 1. de cler. nō resid. i Cap. ad au- dientiam. ca. de cetero. de cler. nō resid. c. licet. de pra- bend. cum eis adnotat. k Arg. authē. multo magis. C. de sacro- san. eccles.



SVMARIVM.

1 Distributiones quotidianae, & alia que instar earum non nisi in...

CONSILIVM XI.

Quidam praepositus cuiusdam Ecclesiae cathedralis fuit...

Quaritur an debeantur ei fructus eiusdem Ecclesiae...

1 Respondeo primo, pro parte negante facere in primis...

2 Tercio, quod qui est causa suae absentiae, non videtur...

3 His tamen non obstantibus pars affirmas proculdubio...

4 Tum quod text. k. habet, quod corporalis necessitas...

5 Tum quia Dominicus, per praefatum c. quoniam, determinat...

A accepit potionem aliquam medicinalem: & Philippus...

B 2. q. 4. per quod glossa recepta, dixit excommunicato...

D 8 Ad primum oppositorum responderetur concedendo...

E Ad secundum responderetur eodem modo quo ad primum...

F 9 Ad tertium responderetur primo negando assumptum...

10 Ad quartum responderetur negando esse in praedicta...

1. ad Ca. 2. 13. 7. 1. b2. ad Corin. 9. c. De praben. d. Ca. de cate. ro. de cler. nō resid. cum adnotatis ei ab omnibus. e. Sess. 24. ca. 12. de refor. f. Leg. sed & qui data opera. ff. ex quibus caus. ma. io. l. maritus. cum gloss. & communi. ff. de qua. g. Cap. fin. de consuetud. h. De consil. cum sibi consorantibus. i. Cap. nemo. cum ius con. cord. de regu. iur. lib. o. k. In d. c. i. de cler. non resi. lib. o. l. De elect. & c. quoniam. §. 1. 28. dist. m. in verb. vi. n. Cap. bona. 1. de elect. o. In d. c. i. de cler. non resi. libr. o. §. qui vero. p. In d. cap. i.

a In cap. cum omnes de cō. stit. & in ca. Apostolica. de except. b Conf. 17. de praben. c In d. cap. cū omnes. n. 22. in fine. d Arg. ca. nemo. cum ei cō cordantibus. de regul. iur. lib. o. e In c. pastor. ralis. §. verū. de appella. in verbo substra hūntur. f Supra d. ca. 1. do cler. non residen. g De cler. nō resid. lib. o. h L. absent. ff. de pan.

10 Ad quartum responderetur negando esse in praedicta...

CONSILIVM XII.

ANiure communi canonicus, qui 40. annis inferuivit...

CONSILIVM XIII.

PRæsupposita Bulla clausula in fauorem consulentis...

CONSILIVM XIV.

Quidam cantor & canonicus Ecclesiae cathedralis...

a L. duo sunt Titij. ff. de testam. iur. ca. sacerdos. cum gl. de off. ord. b Cap. 2. de consue. c Toto tit. de cleric. Agroti. in decretali. bus. & li. o. d Ca. cū percussio. 7. q. 1. c Luc. 10. f De cler. nō resid. lib. o. g C. de profes soribus. qui in urbe Consta tinopol. h De reform. ca. 12. §. praeterea. i 224. k Conf. 110. l In c. ad au. res. nu. 14. de rescript. m Fol. 119. n In antiqu. 33. decij. de iud. o Rubr. Quo tempore. ubi sup. verbo dis tributiones quotidiana in sine. & me. dio. p De actio. §. scripsi. vero. nu. 22. & §. ex maleficijs. nu. 37. q Et §. seq. n. 7. s. t Verbo cer. tis. clem. ut hi qui. de a. tate. s Verbo cano. nicas. elem. graui. de ce. lebr. Missari. t Vbi supra. v In addit. ad Bal. in l. 1. C. de interdici.

quod interessentibus detur, nam residere, & interesse dif...

SVMARIVM.

1 Litis sui beneficii prosequenda occasio iustam prabet causam...

CONSILIVM XV.

AN parochus, qui ex iusta causa habuit licentiam scrip...

1 Respondeo, quod non. Tum quia ante & post Concilium...

a In ca. olim. de verb. sign. nu. o. b 17. ca. uni. co. de cler. nō resid. in ver. bo adseruim. c De cler. nō resid. d De cler. nō resid. e Eod. tit. f De clerico. non resid.

a Ca. de re-  
form. sess. 23.  
b De cler. no  
resid.  
c De electio.  
lib. 6.

d De offic. de-  
leg. lib. 6.  
e In d. c. licet.

f Lura c. fin.  
de rescript. li.  
6.  
g Pralud. 7.  
num. 4.

h Ca. admo-  
nes. c. quod  
in dubijs. de  
renunc.

i Miscel. 44.

etiam ad multum tempus, vt facile colligitur ex a Concil. Trid. adiuncto c. relatum. b Tum quia illi parochi, qui ante Concil. Trid. causa studiorum habebant licentiam a suis Episcopis non residendi in suis Ecclesiis iuxta ca. cu ex eo, c non tenebantur post Concilium confirmatum, nouas licentias petere.

2 Tum denique quod predictum cap. primum nulla sui parte tollit licentias ante datas, neque obligat ad innouandas eas, neque eis derogat, vt ex eius tenore patet: & licentia semel data durat, donec reuocetur, etiam post mortem concedentis, argum. cap. si super gratia, d & glo. communiter recepta. e Salua, & c.

Aduertendum, sacram Congregationem vt refertur censuisse ordinarium non posse dare licentiam obtinenti curatum, vt absit ad hoc, vt alterius Episcopi sit vicarius generalis: & sic vidi licentiam peti a Sede Apostolica.

S V M M A R I V M.

1 Curatum beneficium absoluto animo ei non inferuendi, sed permurandi, vel retenta pensione resignandi accipiens peccat, secus si accipiat illud animo idem cum legitima licentia, vt pramittitur, resignandi, & interea ei vt tenetur deseruendi.

CONSILIVM XVI.

AN possit quis licite accipere beneficium curatum animo non residendi in eo, sed permurandi ad aliud simplex, vel renunciandi referuata pensione?

1 Respondeo, quod non, si absolute habeat animum non inferuendi ei, vt tenetur: quia eiusmodi acceptio esset actus inordinatus, eo quod beneficium datur propter officium, f & predicta acceptio ordinatur ad contrarium, & ita est peccatum: quia omnis actus inordinatus est peccatum, vt post S. Thomam nos tradimus in Man. g

2 Secundo, quod non peccaret accipiendo huiusmodi beneficium eo animo, quo proponat seruire illi tempore magno vel paruo, quo ipsum tenuerit, eo modo, quo obligatur seruire illi, puta recitatio horas canonicas, & residendo, & alia necessaria faciendo, donec illi renunciauerit cu auctoritate iusta superioris ad permurandum illud cu alio, vel ad relinquendum iuste referuata sibi aliqua iusta pensione: quia nulla est in hoc casu cuiuspiam actus inordinatio a iure reprobata, etiam si proponat non tenere illud nisi vno tantum die, modo intendat facere illo die id quod fuerit obligatus illius ratione, nec velit relinquere sine superioris auctoritate, sine qua nemo potest suum beneficium iuste renunciare, h Salua, & c.

Aduertendum, Romae exigi iuramentum a petente familia beneficia, quod illud accipit animo non relinquendi. vnde predicta resolutio non videtur adeo firma. Videnda item esset constitutio Pauli III. inter ceteras.

S V M M A R I V M.

1 Beneficiarius accipiens animo resolutio post aliquod tempus reuertendi ad statum secularem peccat, immo autem a peccato est, qui beneficium requirens residentiam accipit animo adimplendi ea ad que tenetur, obtinendi que ob studium dispensationem a residendo, vt sic interim ex fructibus in studiis se alat, & postea resignandi, & sibi in ipsomet statu clericali meliorem conditionem querendi.

CONSILIVM XVII.

OBtinuit quis beneficium requirens residentiam, intentione, vt de illius fructibus sibi prouideat in studio, donec assumat gradum, & postea eo assumpto, dictum beneficium resignet, & clericaliter viuendo sibi meliorem conditionem acquirat. petiit ab Episcopo licentiam, vt causa studiorum abesse posset, & obtinuit. Queritur an rita conscientia possit hoc facere.

1 Ad hanc questionem colligitur solutio ex his, que scripti in miscel. de oratio. i & locis allegatis in eo, nempe q predictus, de quo queritur, peccat, si animo absoluto & resolutio mutandi statum id faciat: non tamen, si animo dubio, & conditionali perseverandi in clericali, nisi aliqua melior conditio mutandi statum sibi sese offerat arbitrio boni viri pensatis circumstantiis sue persone, & aliis: modo, vt ibi dicitur, eo fit animo, vt omnia, que beneficium requirit de precepto, prestat, donec illud retinuerit: &

non facit iniuriam alicui, qui suo iure vitur. a

S V M M A R I V M.

1 Canonico, quem ordinarius non vrget, vt sine damno sue ecclesie de licentia Vicarij Urbis abesse, & ordinum susceptione differre possit, iustam causam prabere potest modicis reddituum, qui etsi alijs, ipsi tamen non sufficiunt.

CONSILIVM XVIII.

NObilis quidam; sed pauper, obtinuit canonicatum in quadam cathedrali, cuius fructus, qui in quotidianis distributionibus consistunt, non sufficiunt eidem, vt secundum decentiam sue nobilitatis viuatur, licet sufficerent alteri ignobiliori: vnde differt ad residentiam accedere, ac etiam se promoueri facere ad sacros ordines, ad hoc vt minori cum indecentia alicui prelato inferuatur, donec ampliores acquirat redditus sufficientes, vt secundum sue notabilitatis gradum decenter in patria, vbi & situm est beneficium, viuere possit. Ordinarius loci non vrget, cum ecclesia damnum notabile non patiat, habet enim plures canonicos residentes, qui sufficerent in eadem deseruiunt. Accedit huc, quod habet licentiam manendi in Vrbe a Vicario Papae: nam cum ab ipso fuisset admonitus vt ad residentiam se conferret, postea exiguitate intellecta canonicatus, nobilitate, & paupertate dicti oratoris, consensit vt in Vrbe maneret vsque dum aliquid sibi fieret mandatum de residendo. Dubitatur, an sit tutus in conscientia, modo bona fide querat sibi acquirere sufficientes redditus, & simulac eos obrinebit, ad residentiam ire statuatur.

1 Multa possent circa has particulares propositiones adduci, & quidem tot, vt ex eis iustus libellus conficeretur: sed quia id non videtur expedire D. consulenti, videtur respondendum, quod ex omnibus circumstantiis in casu propositione narratis simul coniunctis, videtur colligi ipsum posse suam residentiam & promotionem differre tamdiu, quamdiu eum Illustrissimus Vicarius S. D. N. ob predictas causas ex certa scientia permiserit, per ea que nos tetigimus in Man. confess. b post vtrunque Tho. c Salua, & c.

S V M M A R I V M.

1 Votum omne licitum obligat, nisi iuste relaxetur. num. 10.

1 Regularis vbi proficitur, ibi perpetuo seruire promittit: retinet tamen cum iusta dispensatione beneficium requirens residentiam, in eo residebit. num. 10. & 13.

2 Status religiosi, vt talis, aliorum statu rectoris parochialis. & numero 11.

3 Minus cedere maiori conuenit. & num. 7. & 12.

4 Parochus potest parochialem, dimittere, & religionem profiteri.

5 Canonici regularis officium prestat parochi officio, ac etiam monachi vt talis.

6 Parochus religionem professus in ea manere debet, & non in parochiali, nisi cum eo dispensetur, vt illam retineat. num. 13.

7 Monachus parochum praelit in statu, & in officio, quod est contemplandi.

7 Obligatus ad duo, si non potest vtrumque, prestat maius.

8 Regularis beneficium residentiam requirens canonicè adeptus in eo residere tenetur, & non in monasterio: immo ab eo potest iuste expelli. num. 14.

9 Parochialem quisquis iuste habet, in ea resideat.

9 Regularis habens in titulum parochialem Ecclesiam Episcopo subiectam, ei parere tenetur, & non suo prelato. & nu. 12.

11 Regularis parochialem adeptus statum retinet regularem, & num. 12. Idem etiam nisi transferatur ad cathedralem. nu. 13.

CONSILIVM XIX.

QVESTio est, an canonicus regularis canonicè obtinens Ecclesiam parochialem teneatur residere in ea potius, quam in Ecclesia regulari, cuius est canonicus: que questio videtur esse noua & soluta difficilis.

1 Pro parte negatiua facit primo, quod omne votum licitum & validum obligat, d & qui profiteretur regulam canonicorum regularium in aliqua ecclesia regulari, vouerit explicitè, vel implicitè se perpetuo ei seruiurum, e ergo debet perpetuo in ea residere.

2 Secundo, quod status religiosi aliorum est statu rectoris Ecclesie parochialis: quia de hoc transitur ad illum, & non ab illo ad istum, f & late tradit S. Thomas, g at per

a Ca. cum ee  
clesia vlti-  
rana de elec.  
l. iniuriam. §.  
2. ff. de iniu-  
rijs. l. illud. §.  
1. ff. de pet. ha  
red.

b Pralud. 9.  
nu. 14. & ca.  
23. num. 42.  
c 2. 2. q. 147.  
art. 3.

d Ca. magna.  
de voto.  
e Arg. c. pla-  
cuit. 1. 16. q. 1.  
f Cap. clerici.  
20. q. 1. & ca.  
duo eadè cau-  
sa quæst. 2.  
g 2. 2. q. 184.  
art. 8.

a Cap. solita.  
de maioris.  
b Ca. qua co-  
tra iustitiam glo.  
s. dist. & c. si  
dominus. 11.  
q. 3.  
c L. contra pu-  
pillum. §. is qui  
ad maius. ff.  
de re iudic. c.  
cum parati.  
de appellatio.  
adiuncta glo.  
d Dico art. 8.

e Dist. c. dua.

f Cap. sic vi-  
ue. c. e. legi.  
16. q. 1.

g Vbi supra.

h Luca 10.  
12. 2. qu. 188.  
art. 1.  
k Dist. 1. con-  
tra pupillum.  
§. is qui ad  
maius tribu-  
nal. ff. de re  
iudic. c. c. ap-  
parata. de ap-  
pellat.  
118. q. 1.  
m 2. de priui-  
leg.  
n 16. q. 1.  
o 21. q. 2.  
p §. sane. de  
statu mona-  
cho.

q Capit. quia  
nonnulli. &  
ca. quia rela-  
tum. de cler.  
non resid.

r In d. elem.  
ne in agro. §.  
ad hac. verb.  
ad claustrum.  
s Per ca. 1. &  
ca. scriptura.  
de vos.

votum obligatur statui religionis, per rectoriam autem non nisi statui seculari.

3 Tertio, quod minus oportet cedere maiori, a sic cedit Latonia Phæbo, sic lex humana naturali, & diuina, b & vocatus a duobus, quorum vtrumque non potest adire, debet adire maiorem, si potest. c

4 Quarto, quod rector parochialis potest dimittere suam Ecclesiam, & vouere religionem, quo facto tenetur in ea perseverare, vt late tradit S. Thomas receptus d & in casu proposito regularis transiit ad Ecclesiam secularem: ergo.

5 Quinto, quod officium canonicum regularis, quod est contemplandi & manendi in solitudine, est melius, quia pertinet ad vitam contemplatiuam, quam officium rectoris, quod pertinet ad actiuam: & illud difficilius esse, & maioris meriti, si bene exerceatur, probat S. Thomas vbi supra, qui ad illud Chrylostomi in dialog. lib. 6. de sacerdotibus inter princip. & med. Si quis mihi proponeret optionem vbi mallem placere, in officio sacerdotali, an in solitudine monachorum, sine comparatione eligerem quod prius dixi. & in eodem lib. dicit, Si quis bene administrato sacerdotio illius propositi, scilicet monachalis, sudores conserat, tantum inter eos distare reperiet, quantum inter priuatum distat & Regem: ad primum argumentum obiectum respondens in vers. ad primum, ait illud intelligendum esse de difficultate, & non de bonitate, & ideo transferri posse de statu rectoris ad statum monasticum, quanto magis canonicum, qui implicitè continet clericalem, & consequenter potiorum monachali.

6 Sexto, quod rector transiens ad monachismum tenetur in eo perseverare, & non potest redire ad ecclesiam, de qua transiit, e & constat statum canonicalem esse potiorum monachali, quia hic non requirit clericatum, nec ordinem, f ille vero sic, quia regula canonicorum regularium, que est Augustini, vocatur regula clericorum, vt eius titulus, qui est regula clericorum, monstrat.

7 Septimo, quod S. Thomas g cõferens rectorem monacho, ait, rectorem praelit a monacho primo statu, quia regularis, quem habet monachus, superat secularem, quem habet rector: officio item, quia contemplatio, quam respicit eius status, superat actionem, quam respicit status rectoris, cum sit receptum vitam contemplatiuam meliorem esse actiuam, per illud. h Optimam partem elegit sibi Maria. vt resolut S. Thomas. i At qui tenetur ad duo, si non potest prestare vtrumque, debet prestare maius, si potest. k

8 His tamen non obstantibus contrarium respondendum videtur. Primo quidem, quod omnis canonicus regularis & monachus accipiens aliquod beneficium canonicè requirens residentiam, tenetur in eo residere, capit. 1. l & cap. cum olim. m que loquuntur de assumptis ad episcopatus, & cap. ne pro cuiuslibet. n & cap. si quis iam transfatus. o que loquuntur de assumptis ad ecclesias parochiales, & clemen. ne in agro. p que loquitur de assumpto ad quemlibet prioratum etiam ruralem, & ad quamlibet administrationem etiam manualet, vbi expresse statuitur ne monachis habentibus beneficium permittatur manere in monasterio.

9 Secundo, quod omnes, qui habent iuste Ecclesiam parochialem, tenentur in ea residere, non facta differentia inter secularem & regularem. q At consulens iuste retinet suam: ergo, & c. Tertio quod regularis institutus perpetuo ad Ecclesiam parochialem subiectam Episcopo adeo tenetur perpetuo residere in illa, quod non tenetur obedire prelato priori, sed solum Episcopo, per glossam singularem receptam. r

10 Ad allegata in oppositum responderetur. Ad primum quidem, quod illud dictum, scilicet, quod omne votum licitum obligat, intelligitur nisi iuste relaxetur, s & sic regulari, qui iuste habet parochialem per iura communia predicta, soluitur votum residendi in Ecclesia regulari. Nec obstat, quod consulens non est adeptus suam Ecclesiam post professionem. Tum quia satis est, quod eam obtineat canonicè & iuste per dispensationem Apostolicam: obligatio enim residendi non nascitur ex eo, quod ante vel post fuerit eam adeptus, sed quia illam de presentia canonicè habet, per predicta iura. Ad secundum concedimus statum regularem esse potiorum statu rectoris, qua-

tenus est rector, & consequenter non posse canonicum regularem mutare statum regularem: sed negamus; quod canonicus regularis, retento suo statu regulari, non possit obtinere nouè parochialem, vel retinere obtentam cum legitima dispensatione. a

12 Ad tertium concedimus minora maioribus debere cedere, & non esse postponenda maiora minoribus, sed negamus consulentem relinquere suum statum regularem propter parochialem, nec propter residentiam in ea, quia eam retinet, & in ea residet non relicto statu suo regulari, per quem manet obligatus ad castitatem, paupertatem, & obedientiam, licet hanc non debeat prelato regulari, dum residet in parochiali seculari, sed Episcopo illius superiori.

13 Ad quartum concedimus, rectorem posse transire ad statum regularem, & quod transeundo ad illum, perdit Ecclesiam, & tenetur residere in Ecclesia regulari, in qua proficitur, nisi per dispensationem legitimam retineat suam Ecclesiam, vt consulens retinet: eo quod secundum naturam est, eius sentire onus, cuius consequitur emolumentum. b & sic tenetur subire onus in ea residendi inharens illi per iura supradicta. Ad quintum concedimus vitam contemplatiuam esse meliorem actiuam, & officium contemplandi esse melius ex se, quam regendi animas aliorum: sed negamus quod regularis per transitum ad curam parochialem perdat vitam contemplatiuam vel officium contemplandi, quia etiam transiens ad episcopatum non perdit illam, neque absoluitur ab obligatione contemplandi, iuxta illud Gregorij in Pastoralis relatum a sancto Thoma c ibi: Si rector actione precipuus, pre cunctis in contemplatione suspensus: quia ad ipsos pertinet non solum propter se ipsos, sed propter instructionem aliorum contemplari. vnde Gregorius dicit, d quod de perfectis viris post contemplationem suam redeuntibus dicit David, e Memoriam suauitatis tue eructabunt. Ad sextum respondetur eo modo quo ad quartum. Ad septimum concedimus, vt supra, regularem, quatenus est talis, superare rectorem, quatenus est talis, statu & etiam officio, & consequenter quod non potest relinquere illum ob Ecclesiam obtinendam vel retinendam: sed negamus, quod retento suo statu & officio, non possit cum iusta dispensatione obtinere & retinere eam, & facere in administranda ea quæcumque id requirit, vt predictum est.

14 Itaque consulens sanctè potest residere illam, & in ea residere, nec potest compelli ad residendum in Ecclesia regulari, immo stricto iure posset ab ea omnino expelli, si defuerit dispensatio, per quam defendi posset ab eiusmodi expulsionem. Ad quod, quia in casu proposito minime dubitatur, non respondemus. Salua, & c.

S V M M A R I V M.

1 Absit etsi frequenter canonicus ab horis tertia, sexta, & alijs minoribus, que in cathedrali recitantur, vt seruiat parochiali, quam cum dispensatione simul retinet, si non percipit distributiones pro illis horis, non committit magnum defectum, cum & canonico, & curato liceat per duos menses abesse: nec ob id censetur subreptitius, licet narrauerit Pa- pe, se vti que commode posse deseruire. num. 3.

2 Verba dispensationis sunt civiliter, & non amare seu morose interpretanda, nec leuis subreptio vitiat. num. 3.

CONSILIVM XX.

QVID AM habet ecclesiam parochialem, & canonicum in Ecclesia cathedrali eiusdem ciuitatis, eo quod Ecclesia parochialis non sufficiebat ei sustentando. Queritur primo, an sine dispensatione possit vtrumque beneficium retinere.

Secundo, an dispensatio obtenta cum expressione, quod poterat vtrique commode seruire, censetur subreptitia, si non potest seruire, nisi frequenter deficiens obsequio Ecclesie cathedralis.

AD PRIMAM QUESTIONEM respondeo primo, eam satis obscure propositam esse, cum non possit certo ex ea colligi quibus verbis petita fuit a Papa dispensatio, nec quibus concessa, nec declaratio Illustrissimorum videatur satis clarè resoluta.

1 Secundo, quod attento quod D. consulens residet & residet in vtraque Ecclesia, & quod adamusim seruit Ecclesie parochiali, & defectus, qui videri possunt fieri, sicut

a Iuxta dict.  
c. ne pro cuius  
libet. & ca. si  
quis iã trans-  
fatus.

b L. secundum  
naturã. ff. de  
regul. iur. &  
reg. qui sen-  
sit. lib. 6.

c 2. 2. q. 182.  
art. 1. ad 1.

d Supor E-  
zech. homil.  
5.  
e Psal. 144.



circa obsequium Ecclesie cathedralis, & quod nihil accipit pro Hora cui non interest, & quod potest in quolibet anno deesse seruitio temporis duorum mensium etiam Ecclesie parochialis iuxta cap. 1. & quod habens beneficium in cathedrali vel collegiali, cui curam animarum etiam extra diocesim esse annexa, habetur pro seruiente in cathedrali, modo seruiat curam animarum sibi annexe, b

a De reform. sess. 23. b Ca. 3. de reform. sess. 22.

2 Et quod deesse tertio, sexto, vel alijs Horis minoribus non est magnus defectus, si nihil percipiatur pro illis Horis, nec desinit ob id residere, quamuis non interfit illis, & quod verba etiam dispensationis ciuilitate & non morose sunt accipienda, pensata ite D. consulens deuotione continuata, exemploque bono irradiante: his inquam attentis, & declaratione Illustrissimorum, videtur D. consulens sufficienter seruasse prelatam parochiali & prefato canonicatu.

3 AD SECVNDAM respondeo, nullam fuisse subreptionem, qua iniceret bonitatem seruitij consulentis, & si qua interfuisset, eam fuisse leuem, & sublatam Illustrissimorum DD. benigna responsione, attentis eis que ad determinandam primam questionem attulimus, & ob aliquot alia, que non vacat, nec fert valetudo scribere.

SVMMARIVM.

1 Parochiali in Ecclesia residere, & curam animarum per se exercere nedum iure humano, sed & diuino tenetur illam obtinens, estque alijs incompatibilis, & hoc, etiam si ipsi concedatur ut illi possit per vicarium temporalem seu capellanum amouibilem deseruire, num. 2. secus si adesset vicarius perpetuus, num. 3. vel cogere eum per vicarium seu capellanum etiam amouibilem deseruire: quia tunc solum habet curam habitu, sed non actu, nu. 5. & 7. & sic a residentia excusaretur, num. 8.

1 Curatum habens beneficium tenetur residere, & per se curam exercere, nisi privilegio vel immemoriali consuetudine indutum sit, vt per alterum seruare ei necessario teneatur, num. 4. & 7.

4 Consuetudine induci potest, quicquid & lege, seu privilegio concedi.

CONSILIVM XXI.

ECCLESIAE parochiali a tempore immemoriali fuit solitum deseruire non per rectorem, quem pro tempore habuit etiam in minoribus constitutum, sed per vicarium siue capellanum ab ipso rectore ad nutum amouibilem deputatum. Quiritur an modernus rector, qui presbyter est, teneatur per seipsum curam exercere, vel possit predictam consuetudine uti.

e Cap. 16. de reform. sess. 25. & cap. 18. de reform. sess. 24. d Ca. 1. de reform. sess. 23. Concil. Trid.

1 Quæstio hæc magna est, noua, & digna quam Congregatio Illustrissima dubijs Concilij Tridentini declarandis deputata determinet: quia videtur tangere declarationem Concilij Tridentini. Cuius censura grauissima salua, dico quod pro parte affirmante, quod rector teneatur residere in prefata parochia, facit primò, quod rector Ecclesie parochialis non solum iure humano, sed etiam diuino tenetur pascere oues suæ doctrina & sacramentis. d

e §. quatum, Ioannis. xxij.

2 Secundo, quod facultas exercendi curam per vicarios temporales non facit quod beneficium non dicatur esse curatum & incompatible, per extrauagantem execrabilis. e & in casu proposito cura exercetur per vicarium temporalem, immo per capellanum ad nutum amouibilem, qui videtur minus exonerare rectorem, quam vicarius.

f Arg. ca. extirpada. §. qui vero de preben. & argu. presati §. quatum. & ca. 6. de reform. sess. 25. Conc. Trid.

3 Tertio, quod solus vicarius perpetuus videtur absolvere rectorem ab exercitio curæ, f Quarto facit, quod in casu proposito rector Ecclesie prefate est sacerdos, & potest per se ipsum curam animarum exercere. Et ita licet, quando per consuetudinem prefatam rector solum esset in minoribus ordinibus constitutus, non posset exercere curam animarum per semetipsum, tamè cum præsens rector sit sacerdos, poterit per semetipsum exercere: & ita tenebitur residere, eo quod causa, quare cum est minoribus tantum initiatus non exercet, nec tenetur exercere, videtur esse, quod non sit sacerdos: & causa cessante, debet cessare effectus. g

g Ca. cum cessante. de appell. adige. re. §. quatum. de iurapat. h Le. de quibus. ff. de li.

4 Pro parte autem negante facit primò, quod consuetudo potest inducere id quod lege valet induci, h limitando ius gentium, & præceptum Decalogi de non capiendo alienum contra voluntatem domini, dati Exod.

20. per l. venditor. a Secundo, quod consuetudo temporis immemorialis æquipollit privilegio: & quicquid privilegio induci potest, potest & consuetudine. b At privilegio Papæ induci potest vt aliquis rector Ecclesie parochialis non teneatur exercere curam per semetipsum, sed tantum per alium: immo iam statuit vt id fiat per vicarios perpetuos.

a §. si cessat. com. prob. b L. hoc iure. §. ductus a qua. ff. de a qua quorid. & est. & ca. super quibusdam. §. prate rea. de verb. sign.

5 Agimus autem de rectore, qui tenetur ponere capellanum, qui exerceat curam, & consequenter de rectore, qui habet curam in habitu, & non in actu.

6 Ad primum respondeo, quod predictus rector pascit doctrina & sacramentis per vicarium: & quamuis iure communi teneretur per seipsum pascere, tamen ex privilegio immemorialis consuetudinis sufficit, vt per alium pascat.

Ad secundum respondeo, verum quidem esse, hoc esse beneficium curatum, tamè propter immemoriam consuetudinem liberatur rector a residentia, si per vicarium præstet omnia quæ per ipsum præstanda erant.

7 Ad tertium concedi potest, quod solo iure communi attento, per solum vicarium perpetuum tollitur a rectore animarum cura actualis, negando quod privilegio & consuetudine illi æquipollente non possit tolli per vicarium temporalem necessariò ponendum: quod in casu proposito contingit.

Ad quartum negandum est, quod causa, ob quam rector leuatur, onere exercendi actu curam, sit quod ille consuevit esse constitutus in minoribus tantum, sed potius quod consuetudo immemorialis obligat eum ad ponendum capellanum, saltem ad nutum amouibilem, qui eam exerceat.

8 Quare salua Illustrissima Congregationis prefata censura resoluendum videtur, quod predictus rector non tenetur exercere curam in predicta parochia, nec consequenter residere, si nolit, sed tantum tenetur ponere capellanum, qui eam exerceat, ita quod curam habeat ipse in habitu tantum, & capellanus in actu, vt videtur habere secundum tenorem antiquæ bullæ sacre Pœnitentiariæ.

SVMMARIVM.

1 Pœna apposita ipso iure facto negatiuo puta non residentem, non incurritur, nisi præcedente monitione: sufficit tamen præscriptio diei; immo & coram Deo sufficit vera mora seu negligentia, num. 7. & hoc, modo illa, quando de nullius agitur præiudicio, sit peccatum mortale, num. 12.

2 Taciti & expressi par est virtus, nisi agatur de actu qualificato, vt de licentia scripta, quia tunc non sufficit tacita licentia, subestque diuersa ratio, num. 8.

3 Dispensare valens, eo ipso quod facit actum qui aliis non subsistere, censetur dispensare: fallit in inferiore agente aliquid contra legem superioris, quia requiritur quod expresse dispenset, vel saltem secundum Butrium, quod præmisserit sufficientem causam cognitionem, num. 9.

4 Aequitas præferenda est rigori: fallit in aequitate non scripta, quia ei præfertur rigor scriptus. Item & rigor scriptus in specie præfertur aequitati scripte in genere, num. 11.

5 Qualificatus actus cum requiritur, puta licentia scripta, non sufficit actus simplex sine illa.

10 Facultas concessa cum aliqua restrictione forma, seu qualitate ei cui antea non competebat, si exerceatur dicta forma & qualitate non seruata, nihil fit.

12 Culpa quando non est mortalis, nec agitur de interesse tertij, videtur excusari posse coram Deo a pœna culpæ absolute annexæ.

CONSILIVM XXII.

PRÆSVPOSITA constitutione, quod fructus beneficiariorum residentium, & morientium in suis Ecclesijs successori debeantur, non residentium verò sine legitima licentia, & morientium extra suas Ecclesias debeantur Cameræ Apostolicæ: & quod quidam Episcopus grauius ægrotando sine tali licentia ad Metropolitanum se contulit, in cuius domo post quatuor menses vita functus est: Quiritur, an collector Apostolicus, an successor fructus dicti Episcopi habere debeat.

1 Quod collector Pontificius non debeat habere omnes fructus, qui superfuerunt predicto Episcopo, facit primo theoria illa Innocentij, scilicet, quod pœna posita pro facto negatiuo, quale est non residendi, non incurritur, nisi præcedente monitione, & quod predictus Episcopus non

c In ca. extirpanda. §. qui vero, de preben.

a ff. de rebus cred. b De rescript. c 2. 2. qm. 32. d In c. non di. catu. 12. q. 1.

fuit monitus, vt resideret intra illos septem vel octo menses. 2 Secundo, quod par virtus est taciti & expressi, iuxta l. cum quid. a in cuius 2. lect. id multis confirmat Iason, & capit. 2. b & quo ad propositum confirmari potest dicto sancti Thomæ c cui concordat vterque Cardinalis, d quod regularis potest tenere, vel dare aliquid de rebus monasterij in eleemosynam, vel aliam causam de licentia tacita superioris, sicut de expressa: & predictus Episcopus videbatur abesse ab episcopatu de licentia saltem tacita Metropolitanæ, cum apud eum diuerfaretur causa ægritudinis, & ab eo officiosè tractaretur: ita quod sit verisimile eum sibi concessurum fuisse licentiam, si petisset.

c L. idem Vlpianus. ff. de excus. iur. & l. quidem consuebant. ff. de re iudic. f Le. placuit. C. de iudic. e. fin. de transact. g Arg. c. Marcion. 1. q. 1. & ca. fin. de reg. iur. lib. 6. h C. de fide instrum. & l. 1. C. de iuro. embis. i In cap. 1. de cens. li. 6. k In cap. 1. de reform. sess. 23. l Arg. ca. fin. de re iudic. li. 6.

3 Tertio, quod qui facit aliquem actum contrarium iuri, circa quod potest dispensare, videtur dispensare, etiam si non dicat se id facere. e At predictus Archiepiscopus poterat per licentiam suam facere licitum actum Episcopi manendi in sua domo, & tenuit eum in ea: ergo videtur ei dedisse licentiam in ea manendi.

4 Quarto, quod æquitas præferenda est rigori. f At æquitas iuadet, vt qui iusta de causa facit aliquid sine facultate scripta, excusetur, ac si faceret de facultate scripta, cum iustitia rei non pendeat ex scriptura, sed ex causa. g

5 Pro contraria tamen parte facit primò, quod actus factus sine scriptura, in quo lege vel conuentione partium illa debet interuenire, est nullus per l. contractus. h & per multa adducta à glossa magna i & Concilium Tridentinum k requirit, vt predicta licentia detur in scriptis, ergo aliter data non valet.

6 Secundo, quod intentio Concilij fuit, vt ideo interueniret scriptura, quo maiore cù iudicio & pensulatus daretur ei licentia, & certum est cum maiore animi deliberatione dari per scripturam, l quod ideo statuitur, vt sententia de scripti recitatione profertantur: & ita fieri potest quod predictus Archiepiscopus non dedisset forte predictam licentiam in scriptis, considerando forsitan, quod ægritudo illa aquè poterat curari in ciuitate episcopali, vel aliqua alia illius diocesis, ac in metropolitana: & ita non est eadem ratio de licentia scripta & non scripta.

m C. de contract. & com. mu. stip. n De elect. li. 6.

7 Tertio, quod non obstat primum in oppositum citatum. Tum quia ipsemet Innocentius ait illud non procedere quando præfigitur terminus facto negatiuo, vt in casu proposito, allegando ad id l. magnam. m quo aptior textus est in cap. licet canon. n per quem præfigitur terminus vnus anni accipiendi Ecclesiam parochialem ad se promouendum ad sacerdotium, cum pœna perdendi eam ipso iure, si non fiat intra illum sacerdos, & sic pro facto negatiuo, quæ tamen sine vlla præmonitione incurritur. Tum quia Panormitanus o probat illud dictum Innocentij etiam cum non apponitur terminus, non esse verum quo ad Deum, & in foro interiori, sed solum quo ad præsumptionem & forum exterius.

o In reper. d. §. qui vero. la. tissime à nu. 19. vsque ad nu. 27.

8 Quarto, quod non obstat 2. oppositum: quia in casu nostro non agitur de expresso & tacito simpliciter, sed de expresso per scripturam, & tacito, quæ longe differunt per prædicta, per quæ probatur aliam rationem militare in expressione per scripturam, quam in tacita, & quam in expressa verbo.

p In c. diuersis fallacis. de cler. coniug. q De fil. pres. byt.

9 Quinto, quod non obstat tertium: quia illud verum est in Principe, vel Monarcha non recognoscente superiorem, secus in inferiore, vt eleganter declarat Panormitanus, p conciliando duo dicta Innocentij, quorum alterum posuit in cap. veniens, q & alterum in dicto cap. diuersis. adiecta illa ratione diuersitatis, quod inferior non potest dispensare contra legem superioris, nisi causa cognita, etiam in casibus, in quibus ei conceditur dispensandi facultas, iuxta glossam solemnem, etiam si sit Legatus: à latere, vt singulariter dixit Innocentius s quem magnificauit Felinus. t Priæceptum autem & Monarcha sine vlla cause cognitione potest sua legi derogare, iuxta predictas ll. quidam consuebant & idem Vlpianus. v Cum ergo Archiepiscopus esset inferior Papa, & Concilio, licet haberet facultatem dispensandi, & faciendi licentiam, non tamen videtur fecisse, cum non dixerit se facere, nec ad faciendum causæ cognitionem præmisserit, quod sufficere dixit Antonius. x

r In c. requiritur. §. nisi rigor. 1. q. 7. s In ca. dudum. 2. de elect. t In c. que in ecclesiis. n. 32. de cons. v Cap. propositus. de coact. preben. x In d. ca. veniens.

10 Et quamuis replicari possit contra hoc, quod satis cognouit de causa, cum adeo egrotum tenuerit in sua domo, quod in ea vitam finiuit, triplicari tamen potest, quod licet cognosceret ægritudinem, tamen potuit ignorare an aquè potuisset curari in sua ciuitate, vel diocesi, ac in metropolitana: & præterea, quod in hoc casu non sufficiebat velle dispensare, & dicere se dispensare, & dare licentiam, sed oportebat eum dare illam in scriptis: & quando datur alicui facultas, quam antea non habebat, cum aliqua qualitate & forma, non valet actus ab eo factus virtute illius potestatis sine illa qualitate & forma, iuxta glossam singularem & receptam, a quam putarunt singularem ibi Cardinalis & Panormita. bybi Felinus c & Iason d & alij alibi, & videtur quod predictus Archiepiscopus non habebat potestatem dandi talem licentiam ante Concilium & illud dedit illi eam cum modificatione, vt in scriptis faceret: & ita etiam expresse fecisset verbo, non potuit illa valere, neque prodelle.

a Clem. 1. de iurepatr. ver. inhihentes. b In c. ad dissolutionem. de respon. impub. & ca. ex parte. de consuet. c Col. 4. d In l. vniuersa. c. de preben. Imper. offer. e Leg. prospex. ff. qui & à quibus. f In d. de placuit. g Num. 3.

11 Sextò, non obstat etiam quartum: quia quando æquitas non est scripta, & rigor sic, ille est præferendus. c Quando item æquitas est scripta in genere, rigor autem in specie, rigor præfertur æquitati, secundum resolutionem communem, f quam ponit Iason ibi, g & in nostro casu rigor est scriptus in specie, & æquitas nullatenus, vel in genere tantum.

12 Per hæc arbitror iudicem inferiorem teneri ad iudicandum secundum hanc partem posteriorem, sed quod forte supremæ Monarchæ, si palam esset predicto Episcopo fuisse iustam causam manendi in ciuitate metropolitana illis quatuor mensibus postremis, & ipse bona fide manserit in ea, & domo archiepiscopali, putans id sibi licere, vt credendum est, quod adeo grauius ægrotauerit, iudicaret pro Episcopo, vel eius successore, quisquis esset, siue fisci, siue alius, attenta rei æquitate, & attenta l. 1. cum citatis in ea: & quod in foro conscientia, & coram Deo negligentia illa nulli perniciosa videri possit nec peruenisse ad culpam mortiferam. Salua, & c.

h C. de legibus.

DE PRÆBENDIS ET

DIGNITATIBVS.

SVMMARIVM.

1 Beneficio oblato, potest laicus, etiam citra animam accipiendi sacros ordines, velle statum clericalem & dictum beneficium acceptare, vt ex illius fructibus honestè viuat, animo dum illud tenet, subeundi onera illi annexa, & eueniente casu necessitati, ordines maiores accipiendi, illos accipere, vel (prout potest) beneficium dimittere: debet tamen dictum statum & beneficium accipere principaliter propter Deum.

CONSILIVM I.

QVID AM clericus habens simplex beneficium vult illud resignare, reseruata sibi honesta pensione, cuiusdam adolescenti pauperi non infamæ familie, qui cum non sit maior quindecim vel sexdecim annis, numquam cogitauit fieri, vel non fieri clericus, sed hac sibi occasione oblata, clericali tonsura insigniri, & beneficium huiusmodi ratione studij sibi resignari desiderat, cum proposito oneribus eidem beneficio annexis satisfaciendi, ad vltiores tamen ordines promoueri in presentia non statuit. Quiritur, vtum hoc tuta conscientia fieri possit.

i Ca. ex literis. de transact. & ca. c. adeo. de ref.

Respondeo primò, quod pro parte negante faciunt tria. Primum est, quod dominus consulens est laicus: & laicus est indignus beneficio Ecclesiastico. i Secundum, quod non licet laico desiderare clericatum, vt per eum consequatur reditus Ecclesiasticos: quoniam desiderat rem spiritualem, quæ est quiddam maius & dignius ad rem temporariam, quæ est quiddam minus & minus dignum, & ita peruenit ordinem rectum, quo minora & minus digna debent referri ad maiora & digniora, & non contra maiora ad minora, k & tradit in specie Caietanus. l Tertium, quod obtenturo licet beneficium debet inesse animus suscipiendi ordines, etiam sacros, iubente superiore, vt colligitur ex disputatione ipsiusmet Gratiani m præsertim in §. verum. vt ex gloss. solemni summæ eiusdem dist. colligitur.

k Cap. illud. & c. solita. de maior. & o. bed. l In 2. 2. qus. 103. art. 1. m In 74. dist.

1 Secundò, quod his non obstantibus pars affirmans est vera, & tenenda: tum per id quod nos præ omnibus

a In Miscel. 30. de orat.

alijs nuper scriptimus. a Tum quod licet laicus non possit licite desiderare beneficia pro tempore quo est laicus & indignus eis, potest tamen licite desiderare illa pro tempore quo erit clericus: & D. consulens non vult habere beneficium præfatum pro tempore quo est laicus, sed pro tempore quo erit clericus, per quod soluitur primum oppositum. Tum per id, quod ibidem subiijcimus, scilicet licere laico mutare statum suum laicum in clericalem principaliter propter Deum, & minus principaliter ad consequendos redditus, quibus sustentetur ad Christianè viuendum, per quod soluitur secundum oppositum. Tum quod obtenturo licite beneficium non est necesse habere absolutam voluntatem percipiendi sacros ordines, etiam extante necessitate, vel utilitate Ecclesiæ, sed sufficit habere voluntatem absolutam subeundi omnia onera beneficii de præcepto incumbentia, tempore quo illud tenuerit, & disiunctiuam assumendi ordines sacros, cum iussus fuerit id facere, necessitate vel utilitate Ecclesiæ imminente, vel relinquere beneficiū. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Idoneus reputatus ad clericatum assumendum, non ideo reputatur idoneus ad beneficia obtinenda.

CONSILIVM II.

AN præcedente examine, clericatus caractere insignitus, prouisus de simplici beneficio, teneatur examini iterum se subiicere?

1 Respondeo quòd sic: quia plura requiruntur ad hoc, vt quis sit dignus beneficio, quam ad hoc, vt quis sit dignus clericatu, vt nos probamus in Miscel. de oratio. b & Miscel. 43. c

S V M M A R I V M.

1 Beneficia omnia secularia censenda, nisi ex fundationibus vel quadraginta annorum præscriptione probentur regularia.

2 Datarius Papa non est iudex impetrantium beneficia, etsi ante collationem ad vitandas lites summarie de petentium se informat qualitatibus.

3 Consuetudo Gallicana ius coloratus habenti possessionem ad iudicat.

3 Prioratus multe seculares Ecclesie appellantur.

CONSILIVM III.

ECCLÉSIA N. prioratus vulgo nuncupata, collata fuit tamquam regularis in titulum cuidam regulari cuius possessione adepta, fuit per B. secularem sub prætextu, quod secularia secularibus conferri deberent, petita, eo quod prædicta Ecclesia semper habita fuit pro seculari, & pro tali possessa fuit. Quaritur quæ sint partes Reuerendiss. Datarij in hoc casu.

1 Respondetur primò, quòd præsuppositis pro veris quæ supra narrantur, proculdubio censendum est præfatum Ecclesiam debitam esse præfato B. consulenti. Tum per narrata in argumento & casu. Tum quia omne beneficium est censendum seculare, nisi ex aduerso probetur esse regulare, eo quod in erectione illius statutum fuerit, vt sit regulare, & seruiatur ei per regulares, vel per 40. annos continuos fuerit possessum à regularibus tamquam regulare, secundum omnes, in quibus est Philippus Francus d & irrefragabilibus rationibus probari potest, quòd solum fundamentum sufficit B. consulenti, etiam si nihil penitus probaret, attento quòd aduersarius non probat vllam erectionem, & fundationem eius, per quam constet præfatum Ecclesiam fuisse pro regularibus institutam, neque per regulares & religiosos administratam per 40. annos, immo neque per villos. Tum quia iure communi, eodemque antiquissimo, & sanctissimo, omnia beneficia debent conferri in tit. secularia secularibus, & regularia regularibus, vt palam est: & non deberent desiderari, neque queri modi, quibus tanta iuris maiestas inuertetur sine grandi causa, quia hæc inuersio fuit magna pars hærefum ætatis nostræ, vt grauissimi auctores testantur: nec puto vllum huic nostro dicto contradicendum.

Secundo respondetur, quòd dubium ex hoc argumento resultat non est id, quòd quaritur, sed an præfato consulenti Reuerendissimo Datario teneatur conferre præfatum Ecclesiam, iuxta decretum Tridentinum & constitutionem Pij V. contradicente aduersario, cui iam collata

b Num. 109. c Num. 3. in nouis.

d In cap. cum de beneficio. sub finem, de præbendis li. o.

A est præfata Ecclesia à S. D. N. Ad quod responderetur primo, quod sua Reuerendissima D. non est iudex competens ad declarandum, ad quem illorum pertineat illa, nec etiam ad dandum literas executoriales sine commissione speciali S. D. N. & sine allegationibus & probationibus legitimis, vt palam est. Secundo, quod sacrosancta Sedes Apostolica tota ætate nostra vsque ad proxima tempora solita fuit conferre beneficia omnibus petentibus ea, & asserentibus vacare, & nec Datarius, nec Papa se immiscebat litibus impetrantium, sed remittebantur ad iudices ordinarios, vel commissarios, qui dirimerent eas lites, idque fiebat iure communi obseruato, nullo canone contradicente, & ita secundum ius commune non possent B. consulenti negari titulus & literæ Apostolicæ, quibus ius suum assequeretur & rueretur coram iudicibus competentibus. Tertio, quòd piè certe, ac cum magna utilitate Reipublicæ à paucis annis cepit induci, ne passim conferrentur beneficia omnibus petentibus à S. Sede Apostolica vt euitarentur innumerabiles lites, quæ ex eo nascebantur: sed re maturè considerata, non quidem ad declarandum ius esse huic vel illi, sed ad informandum se summarie de causa, ob quam conueniret conferre illa petentibus. qui certe stylus est utilissimus, & erit, saltem dum talis Papa, & talis Datarius, quales nunc sunt, rexerint.

B 3 Secundum quem stylum arbitror etiam, salua saniore sententia, Reuerendiss. Datarium debere concedere præfato B. consulenti quòd petit, per allegata in informatione illius, & in informatione eruditissimi Biscia, & etiam in principio huius nostræ, & per illam totius Ecclesiæ Gallicanæ consuetudinem, per quam adiudicatur possessio in primo capite possessorij habenti primo aspectu ius coloratus, quia tale videtur habere præfatus B. consulens, cum aduersarius nihil pro se videatur probare, nisi forte quòd Ecclesia appellatur prioratus, quo nomine plures Ecclesias seculares appellari non solum in Catalonia, vt testatur in suis literis Reuerendissimus, idemque eruditissimus Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarracensis, sed etiam in regno Nauarræ, Castellæ, & Lusitanie, palam & notorium est.

S V M M A R I V M.

1 Edicto vt vocentur concurrere volentes in collatione parochialis, vt præcipit sacrum Concilium, nisi in locis in quibus synodus provincialis id postea statuit, non cogitur Episcopus.

CONSILIVM IIII.

QVÆRITVR, an vacante parochiali ecclesia teneatur Episcopus per decretum Concilij Tridentini proponere edictum publicum.

1 Respondeo, quòd non cogitur Episcopus, licet multum deceat, proponere edictum publicum, per prædictum Concilium: quia id non præcipitur in illo, nisi per synodum prouincialem fuerit id post illud statutum, vt in plebisque locis est factum, sed tenetur nominare plures, nec potest impedire, ne alius vel alij possint nominare intra decem dies examinandos, quos tenebitur examinare per se, vel vicarium suum, & alios examinatores, vt palam expræfato a Concilio Tridentino colligitur.

S V M M A R I V M.

1 Beneficium ecclesiasticum non est illud, quòd sine Episcopi auctoritate reperitur institutum, seu quòd à sola potestate laica sine iudicio Ecclesiastici interuentu potest auferri.

2 Sacerdotium tenetur assumere is, cui ob defectum sacerdotis data fuit capellania sacerdotalis, etiam si non sit verè beneficium.

3 Defunctorum voluntatem non commutat Episcopus, sed supremus princeps, modo adsit causa.

CONSILIVM V.

QVIDAM testator fundauit sine auctoritate vlla Ecclesiastica capellaniam: & voluit, vt in ea institueretur ad præsentationem patroni ille, qui ex familia sua reperiretur in sacerdotio, possitque amoueri à dicta capellania ex causa ab eodem patrono. Accidit, quòd vacante dicta capellania nullus ex dicta familia inuentus est, qui esset sacerdos. Quaritur esset primò, an possit institui alius ex dicta familia, qui non esset sacerdos. Secundo, an ordinarius possit super hoc dispensare.

a Ca. 18. ff. 24. de rescr.

a De iure patron.

b 10. q. 7. ca. satis peruersum. s. d. d. s.

c Clem. quia contingit. de relig. domib. cum ei concordantibus.

d De conf. e ff. de adm. nistr. veru ad ciuitate pertinent.

f Et in l. lega tam. cod. tit. g Leg. 1. C. de sacros. eccles. s. s.

h L. in agris. ff. de acquir. ren. verum. dom. e. fin. de præben. i Ca. do quarta. cum ei adnot. de præf. k Leg. 1. ff. de conditione indebiti.

a Cum ei adnot. de præb.

b Et si adnotata.

c Ca. inuentum. 10. q. 7. & c. satis peruersum. 50. dist. d In c. de regu. iur. e In c. postlasti de rescr. f In rub. de præbend. g q. 1. monit. 19. nu. 1. h De testam. & 12. q. 3. ca. 1. & 2. & 94. s. c. fixum. i Ca. ei cui. de præb. li. o. & in c. 2. de inst. eod. lib.

1 Ad respondendum quæstionibus propositis, præsuppono primò præfatum capellaniam non esse beneficium Ecclesiasticum, vt in casu simili antehac respondimus, quia non est erecta auctoritate iurisdictionis Ecclesiasticæ, sed solum auctoritate priuata laica testatoris, qui ratione sui patrimonij eam constituit, sine vlla auctoritate ordinaria, vel delegata, iuxta ea, quæ notantur in cap. cum dilectus. a & quia constituta fuit eo modo, & ea conditione, vt patronus posset capellanum tollere à præfata capellania ex causa, quæ sibi legitima videretur: quòd fieri non poterat, si capellania fuisset beneficium Ecclesiasticum, quoniam illud, saltem si est seculare, non potest auferri, si causa per Ecclesiasticum iudicem cognita: quia talia sunt perpetua, iuxta cap. inuentum. b

2 Secundo, præsupposito eo quòd prædiximus, respondeo ad primam quæstionem, quòd nominatio prædicta, à præfato patrono facta, est valida: quia præsentatus est de parentela fundatoris, & est clericus habens qualitates requisitas ad nominationem per clausulam fundatoris, cum non inueniatur in parentela presbyter, nec alius constitutus in ordine sacro, sed præfatus nominatus peccabit acceptando eam sine proposito efficaci assumendi presbyterium, & residendi eo modo, quo iussit testator, quia erit capellanus verus, & obligatus ad assumendum presbyterium, cum iam iustam habeat ætatem: & non sufficit ei tantum alius ordo facer, & obligatur ad residentiam personalem.

3 AD SECVNDAM respondeo, quòd ordinarius non habet potestatem mutandi voluntates defunctorum, & per consecutionem non posset ordinarius, etiam si esset Episcopus, præfatum dispensationem facere.

AD TERTIAM, quæ implicite videri potest queri, scilicet, an Papa possit iuste dispensare super hoc, & an id iuste possit ab eo peti, respondeo quòd non, nisi iusta causa ad id accesserit: quoniam licet Papa, & Princeps non recognoscens superiorem possit voluntates defunctorum sibi subditorum in rebus sibi subditis mutare iusta de causa, per ea quæ late notantur in d. clem. & in cap. que in ecclesiis. d & in l. 1. e adiunctis allegatis per eius glossam, id tamen fieri debet iusta de causa: quia morientibus libera est de rebus suis ordinandi facultas. & Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Missam quotidie dicere non tenetur capellanus prouisus de capellania instituta cum onere dicendi Missas indefinitè.

1 Obligatio celebrandi non inducitur ex eo, quòd capellanus putans se sic obligatum, quotidie etiam per viginti annos celebrauerit.

2 Missam quotidie dicere ex fundatione capellanie obligatus, excusatur, si omni hebdomada ex causa honestatis, vel deuotionis augenda semel & aliquando bis omittat, cum talis obligatio intelligatur, vt toties celebret, quoties honestè & deuotè potest. num. 2.

CONSILIVM VI.

RELIVIT testator bona redditicia 830. solidos annuos pro vna capellania ad dicendas Missas, non expresso numero earum, quas teneretur dicere capellanus: & qui eam accepit, dixit annis viginti quotidie Missam, putans se teneri ad celebrandum quotidie. Estque constitutio synodalis, quæ dicitur, eum qui tenet capellaniam non reddentem vltra 500. solidos, teneri ad dicendum vnam Missam in hebdomada pro singulo centenario solidorum. Quaritur an prædictus capellanus teneatur ad celebrandum quotidie, eo quòd viginti annis ita celebrauit.

1 Respondeo primo, quòd prædictus capellanus non tenetur ad celebrandum quotidie, eo solo, quòd celebrauit quotidie viginti annis. Tum quia ipse non se intendit obligare ad maius onus, quam sit illud, ad quòd eum testator obligauit, & actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. b Tum quia possessio 20. annorum non sufficit ad dicendam præscriptionem obligatoriam in rebus ecclesiasticis. i Tum quia soluens per errorem & ignorantiam repetit solutum. k

2 Secundo, quòd non tenetur ad celebrandum quotidie per solam clausulam testatoris, quia id non expressit.

Tertio, quòd etiam si expressisset vt quotidie celebraret, non tamen teneretur id facere, per ca. significatum. a Quarto, quòd per prædictam constitutionem videtur teneri ad celebrandum, quoties honestè & deuotè id facere poterit. Tum quia constitutio habet, aut certe clarè significat teneri capellanos ad celebrandum semel in hebdomada pro centenario centum solidorum redditus capellanie, & ad celebrandum quinquies in hebdomadas, qui habet capellaniam redditus 500. Tum quia licet ipse non teneatur ad dicendum vnam in qualibet hebdomada pro quolibet centenario solidorum annuorum, cum si ad id teneretur, oporteret eum dicere octo saltem Missas in hebdomada, quòd non potest: tenetur tamen dicere, quòd potest deuotè, & honestè, per dictum cap. significatum. b

3 Quintò, quòd potuit ipse tempore præterito excusari, & etiam nunc omittendo vnam, vel interdum alteram Missam in hebdomada, modo id non faciat causa voluptatis, vel curiositatis, vel cupiditatis ludendi alea, tempore quo illam dicturus erat, sed causa honestatis, aut augendi deuotionem, vel alia simili, ob notata vbi supra. Salua quæ iustior, &c.

S V M M A R I V M.

1 Beneficium ecclesiasticum debet esse & perpetuum & Ecclesiastica auctoritate fundatum, nec sufficit, quòd instituitur ab Episcopo, si de priuatis bonis vti à priuata persona instituitur.

2 Nominatus ad beneficium sacerdotale ætatis ad suscipiendum presbyterium esse debet, & in proximis temporibus ordinari.

CONSILIVM VII.

DE capellania sacerdotali relicta cum iusto salario, & facta facultate hæredi præsentandi, & etiam destituendi quando voler.

1 Ad quæstionem præfatum respondeo primò, hanc capellaniam, quam testator appellat beneficium presbyteriale, non esse propriè beneficium Ecclesiasticum: quia non est perpetuum, nec auctoritate fundatum Ecclesiastica: quia potest tolli sine culpa & causa cognitione: &

beneficium Ecclesiasticum propriè dictum debet esse perpetuum, & auctoritate Ecclesiastica fundatum, & nos post Petrum ab Ancharano d & Felinum e profundè tradidimus olim. f Nec obstat, quòd testator, qui fundauit eam, erat Episcopus: quia non fundauit episcopali auctoritate, sed priuata, & communi laicorum, qua poterat vti bonis patrimonialibus vel quasi patrimonialibus vt post alios tradimus in tract. de rebus. ecclesiasticis s & probatur in cap. quia nos. h

2 Secundo, quòd capellanus nominatus à patrono debet esse ætatis legitime ad presbyteratum suscipiendum, & quòd suscipiat illud in proximis statutis à iure temporibus: & non oportet quòd sit actu presbyter, i quæ recepta sententia est in prædictis capp. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Beneficiorum sacerdotium, si actu requirant sacerdotium, non sacerdoti facta collatio, nulla est, adeo vt possit declarari illa vacare, & condemnari collatarius ad restitutionem fructuum, ac etiam distributionum. nu. 3. alias sufficit quòd collatarius habeat legitimam ætatem pro eo suscipiendo, num. 1. & 3. potest tamen cogi ad illud suscipiendum etiam per priuationem. num. 4.

1 Dignitates in collegiatis & cathedralibus obtinentes, si ordinem illis annexum non assumant, post annum amittunt vocem in Capitulo, & dimidium distributionum, etiam si horum intersint, & officium recitent. num. 3. & 5.

2 Intellectus Concil. Trid. sess. 22. cap. 4. non est, vt collatarius actu habeat ordines, & alias qualitates beneficio annexas, sed ætatem, & habitatem ad hæc habendum.

4 Beneficia non perduntur ipso iure, nisi in casibus à iure requisiti, sed nec quis debet illis priuari, nisi ex magna & iusta causa.

CONSILIVM VIII.

ECCLÉSIA collegiata B. Nicolai, quæ capella regia est ex fundatione & dotatione Caroli I. habet ex dispositionibus & ordinationibus dicti Caroli centum clericos, non computato Priore, sub cuius regimine dicti clerici persistunt. De quibus centum clericis 42. sunt



canonici, ex quibus vnus est thesaurarius, 28. dicuntur clerici mediocres, & 30. clerici infimi. Insuper ex dispositione dicti Caroli ex dictis 42. canonicis thesaurarius, & 16. canonici sunt sacerdotum, diaconi septem cum cantore, & subdiaconi quinque cum succentore, eademque Caroli dispositione Prior in dextro choro superiori stalli sedet, thesaurarius verò in sinistro, & iuxta Priorem in dextro cantore, & iuxta thesaurarium in sinistro succentor. Collationem verò tam prioratus, quam canonicatum, thesaurarij, & cantoris, & succentoris dictus Carolus sibi referuauit. Defuncto Priore tunc temporis dicta Ecclesie collegiata, vacauit canonicatus thesaurarij, de quo fuit prouisus à Vicerege quidam Titius, qui dictum canonicatum resignauit in manibus dicti Viceregis, qui illum contulit cuidam Aemilio, referuata ipsi Titio aliqua pensione: cuius prouisionis vigore fuit immisus in possessionem, se de adhuc Prioris vacante. Debet etiam dictus thesaurarius, tam ex forma constitutionis Regis Caroli, quam iuris communis, accedere ad omnes Horas canonicas diurnas, & nocturnas. Hodie per modernum R. D. Priorem extitit compertum, quòd dictus Aemilius thesaurarius non est sacerdos, nec recitat officium, nec scit illud recitare, nec ordinare, item non accedit ad Ecclesiam prædictis horis.

Queritur, an dictus Aemilius canonicus & thesaurarius prædictus, tantibus præmissis, possit de dicto canonicatu & thesauraria à Reuerendiss. Priore priuari, & condemnari ad restitutionem fructuum per ipsum perceptorum. Nam videtur dicendum priuare eum, cum licet habeat aetatem, non tamen habeat alias habilitates à dictis constitutis, & à iure requisitas circa sciētiam, à iuxta Concilium Tridentinum, & per consequens non fecit fructus suos, & ad illorum restitutionem tenetur.

Ad solutionem quaestionis necessaria erat Caroli prædicti constitutionis copia, seu clausula obligantis thesaurarium, & sexdecim canonicos ad presbyterium: quia illa obligatio potuit poni dupliciter. Primò, quòd hi, quibus sunt conferendi, debeant esse actu presbyteri tempore collationis. Secundo, quod habeant aetatemabilem ad suscipiendum presbyterium, iuxta notata in cap. cui de non sacerdotali. & cap. ei cui. in cuius glossa notat hoc Dominicus. Et si primo modo esset annexus ordo, collatio facta prædicto Aemilio non valuisset: si autem secundo, valuisset quidem, sed post annum perderet suffragium, siue vocem in Capitulo, dandam, & dimidium distributionum quotidianarum.

Secundo, quod prædictum Concilium Tridentinum non videtur obstat proximo dicto, quatenus sub fine inuenit, quod collatio dignitatum, personatum, & aliorum beneficiorum Ecclesiarum cathedralium, & collegiatarum in posterum faciendae non valeat, nisi iustam aetatem & alias habilitates ad id requisitas habeant, non inquam obstat videretur, quia non statuit, quòd debeant habere actu ordines, vel alia, sed debeant habere aetatem, & habilitates ad habendum ea, quod videtur praxis Curiae seruare: conferuntur enim in ea passim dignitates predictae, & alia beneficia Ecclesiarum cathedralium, & collegiatarum non habentibus actu ordines, quos ea requirunt, modo habeant aetatem iustam, & alias qualitates requisitas ad hoc, vt sint habiles ad eos accipiendos.

Tertiò, quòd si prædicta thesaurarij ordo presbyteratus est annexus primo dictorum modorum, id est, quòd is cui conferenda est illa, debeat esse actu presbyter, prædictus dominus Prior potest declarare ipsum nec esse, nec fuisse thesaurarium, immo toto tempore, quo illum tenuit prædictus Aemilius, vacasse, & nunc vacare. Potest etiam condemnare ad restitutionem omnium fructuum, & distributionum quotidianarum ab ipso perceptarum, eo quod sine villo titulo canonico eam tenuit, & tenet, contra cap. 1. §

Quartò, quòd si prædicta thesaurarij ordo presbyterij est annexus secundo modo prædicto, prædictus dominus Prior potest eum declarare non habere vocem in Capitulo, & perdidisse, ac perdere dimidium distributionum quotidianarum etiam diebus, quibus interest diuinis officijs, & quibus recitauit Horas canonicas, & condemnare

ipsum ad restituendas eas, per d. clem. Quintò, quòd prædictus dominus Prior potest prædictum dominum Aemilium cogere ad addicendum modum recitandi Horas, si nescit, sub pœna priuationis thesaurariae, quia qui habet beneficium Ecclesiasticum, & nescit ea, quae illud requirit, tenetur illud in vitro foro relinquere, aut discere illa quae illud requirit ad iustam illius administrationem, iuxta Panormitanum receptum & fundatum per *Idem iuris*. & latius tradita à nobis capit. si quando.

Sexto, quòd si collatio thesaurariae facta prædicto Aemilio, ipso iure valuit, licet forte iniusta fuerit, non debet tamen ea priuari, si monitus vult discere modum recitandi horas canonicas, & alia suo necessaria officio, & facere illa, quae illud requirit, quia beneficia ecclesiastica sunt perpetua, & non perduntur ipso iure, nisi in casibus in iure expressis, argum. glossae solemniter & non debent tolli per sententiam iudicis sine graui & iusta causa.

Septimo, quòd prædictus dominus Prior potest condemnare prædictum Aemiliū ad restitutionem omnium fructuum perceptorum pro tempore, quò non recitauit Horas canonicas, per Concilium Lateranense & per extrauagantem Pij V. quorum tenorem posuimus in Manua, & ad distributionum quotidianarum restitutionem pro tempore, quò non interfuit diuinis, etiam si in eo recitasset horas, per capit. 1. & etiam ad restituendum dimidium distributionum perceptarum post annum suae promotionis, etiam pro tempore, quò interfuit diuinis, & recitauit Horas, per clem. Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Commenda duplex, perpetua, & temporalis: per primam acquiritur titulus, & fructus, potestasque faciendi, quicquid potest titularis, praeter excepta in literis commende: at per secundam nec acquiruntur fructus, nec ius in beneficio, nec est praelatus, sed procurator cum legitima administratione beneficij.
- 2 Dispensatio ad vnum beneficium obtinendum expirat eo ipso, quod talis obtinuit commendam, si sit perpetua, alias non.

CONSILIVM IX.

AN dispensatio ad vnum beneficium expiret per acceptionem alterius collati in commendam?

Respondeo primò, duplicem esse commendam, vel collationem beneficij in commendam factam: alteram temporalem, de qua disponit cap. nemo deinceps. & etiam illa, per quam beneficium litigiosum commendat ordinarius alicui, vt seruiat ei lite pendente, iuxta notata in capit. 2. & per quam hodie post Concilium Tridentinum commendatur Ecclesia parochialis per viam vicariae, donec illi de rectoris prouideatur, & per quam Papa solet aliquando beneficium sibi referuatum vacans commendare alicui, donec ipsum alicui conferat, de qua loquitur Dominicus.

Altera est perpetua, per quam Sedes Apostolica confert beneficium in commendam quo ad vitam commendatarij, de qua loquitur cap. illud, & cap. qui plures. & Panormitanus & alij, quos refert Decius & latius Ludouicus Gomezius in quibus locis resoluit, quod huiusmodi commendae perpetuae, quae causa etatis passim fiunt per Sedem Apostolicam, habentur pro titulis legitimis, & commendatarij habentur pro praelatis, & faciunt fructus suos, & possunt facere, quicquid possunt titulares, exceptis ijs quae per literas commendatorias excipiuntur.

Secundo, quod commenda temporalis ad certum tempus facta non dat ius in beneficio, nec commendatarius facit fructus suos, neque est praelatus beneficij, sed procurator, habens tamen legitimam administrationem, vt determinat Dominicus post DD. de Rota, quem sequitur Ludouicus Gomezius.

Tertio, quòd ex his inferitur respondendum esse quaestioni D. consulentis per distinctionem, scilicet, quod si praefata commenda erant temporales, non fuit per illas extincta dispensatio, si autem perpetuae, sic, nam prædictus Ludouicus ait post Collectaneum, quod cap. 1. y habet locum in commenda perpetua. Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Beneficia plura personalem residentiam non requirunt, vsque ad competentem tantum sustentationem, licet conferri possunt,

a Vt ij qui. 2. responso.

b In cap. venerabilis. de preb. c ff. ad leg. Aquil. d De rescrip. & capi. inter verba. 11. qu. 3.

c Cap. fin. de iur. patron. f Ca. inuentum. 10. q. 7. & c. fati per uersum. 50. dist. 8. § statum. jess. o. h Ca. 25. nu. 122. i De cler. non resid. lib. 6.

k 2. responso 1. de sta. & quali.

l In clem. gra. ia. de rescri. c De preben. d Ca. 25. nu. 128.

e Sess. 24. ca. 17. de refor.

f Consi. 47. par. 2. g In c. postu. lassi. de rescri.

h De oratio. per totum.

i De elec. l. o.

m Vt lite pendente. lib. 6. n Sess. 24. ca. 18. de refor.

o In d. ca. nemo deinceps. nu. 6. p Capi. relatio. 21. q. 1. q In c. querelam. de elect. r In c. quonia. Abbas. de offic. deleg. & in ca. edoceri. de rescrip. sub finem.

s In regu. de infr. rescrip. q. 13. & de triu. poss. q. 5.

t Vbi supra. v In locis supra dictis.

x In prædicta reg. de trien. q. 1. pag. 13. y De filijs presbyr. lib. 6.

secus si excedant, possuntque cogi beneficiarij vt superflua resignent.

Intellectus Concilij Tridentini sess. 24. c. 17. de reformat.

CONSILIVM X.

Queritur, an quis possit habere plura beneficia nõ requirunt residentiam personalem.

Respondeo, quòd est tutus, modo talia beneficia non requirant residentiam personalem, & requirantur ad honestam sustentationem illius, qui ea obtinet: immo & valet collatio ei facta de alio beneficio superfluo ipso iure, licet peccaret retinendo illud cum alijs, & cogi posset relinquere illud, aut aliud, vel alia ex eis, donec redigeretur ad sufficiens vel illa plura quae illi aequipolleret: quia hoc licebat iure antiquo, quò non est mutatum per praefatum Concilium, & ita standum est illi.

SVMARIVM.

- 1 Beneficium seu prestimonia plura ante Concilium obtenta & iustam sustentationem excedentia, si superflua pauperibus detur, retineri possunt, secus de post obtentis: quia vno vel duobus, quod vel quae sufficiant, retentis, reliqua sunt dimittenda.
- 2 Pensio etsi non dicatur beneficium strictè, tale tamen est prestimonium.

CONSILIVM XI.

Vidam habes plura beneficia simplicia, & prestimonia, quam suae sustentationi honestae requirantur, quærit quid facere debeat.

Respondeo, quòd multum refert an consulens obtinuerit prædicta beneficia ante Concilium Tridentinum, an post illud: quia secundum opinionem Cardinalis, b quam semper soleo sequi, & late explicauit in repet. cap. ad hac, & retuli in Manua. potest ea tenere, modo non plura in se sustentando, quàm requirit decencia suae personae, & reliqua pijs operibus impendat. si verò ea obtinuit post Concilium Tridentinum non potest retinere nisi vnum illorum, vel duo, quod vel quae sufficiant sibi honeste sustentando, per Concilium Tridentinum, e etiam si sint simplicia, & compatibilia.

Et licet pensiones strictè non dicantur beneficia ecclesiastica, prestimonia tamen talia sunt, vt Panormitanus receptus determinat, f Felinus. g Quantum vero sufficiat ad honestam sustentationem consulentis, ipse viderit, cõsultis viris prudentibus, & Deum timentibus: super quo videre poterit quae nos post multas consultationes scripsimus in misce. 62. h Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Obtinens plures parochiales sine dispensatione sit inhabilis ad illas, & alia quaecumque beneficia obtinenda, & vltimo loco adeptæ referuatur collationi Papa, & collatio facta de illis ab ordinario est nulla.

CONSILIVM XII.

Vidam A. obtinuit tres parochiales Ecclesias à S. Sede Apostolica, & intra annum ad presbyteratum nõ se fecit ordinari, & nihilominus eas retinuit, possedit, & fructus earum percepit 10. annis. Queritur an incurrit inhabilitatem ad aliquam illarum obtinendam, & an ordinarius illas renunciatas in manibus eius possit conferre alicui.

Respondeo, quòd haec duae quaestiones sunt graues, & quarum decisio requirit hominè maiori otio, quàm quod est mihi, fruquentem, praeterquam quod voris meis ex parte repugnat illarum digna tractatio. Pro reuerentia tamen, quae sunt in eum, qui mihi eam imperat, haec pauca respondeo. Primò, esse distinctionem an praefatus A. obtinuerit eas cum Papa dispensatione, an verò sine illa. Secundo, quòd si absque dispensatione obtinuit eas, fuit factus inhabilis ad illas, & alia quaecumque beneficia obtinenda, per extrauag. execrabilis. Et quod postremo loco adeptæ fuerunt referuatae collationi Papa secundum glossam Zæzelini, quam habet extrauagans Ioan. xxij. quam & nos sequimur in repetit. c. accepta. nuper Roma impressa, k licet glossa Gulielmi, quam habet inter extrauagantes communes, putet etiam alia esse referuata, & consequenter solus Papa potuit prouidere de illis, & collatio facta de illis ab ordinario fuit nulla.

SVMARIVM.

- 1 Beneficium simplex sufficiens habens, secudum simplex licet quidem & sine peccato retinere non potest, per adaptionem tamen secundi non inducitur vacatio primi. nu. 3. & hac est communis. num. 4. licet Innocentius & quidam alij contrarium putauerint, nu. 2. nisi quando secundum est primo vniforme, & sub eodem recto, nu. 4. vel in eorum fundatione aliter sit statutum, vel sit regulare, nu. 5. vel agatur de expectatiuis. nu. 1. quare ius cum sit ad rem, facilius perditur. nu. 7. sed nec per Concilium Tridentinum inducta fuit in beneficiis simplicibus talis vacatio. num. 6.
- 3 Pœnam priuationis aliquem ipso iure incurrisse non est dicendū, nisi id sit expressum in iure.
- 5 Vacatio beneficiorum ipso iure non facile extendenda est ab vno casu ad alium.

CONSILIVM XIII.

AN habens vnum beneficium simplex, si acquirat alterum sufficiens, perdat ipso iure prius?

Pro parte affirmante facit in primis, quod omne beneficium, quod est sufficiens alicui, est incompatibile cuilibet alij, quilibet simplici & paruo, quoad ipsum qui habet illud, iux. glo. singularè & recepta, a quae habet peccare mortaliter eum, qui habens beneficium sufficiens, retinet alterum: cuius sententia redacta est in canonem à Concilio Trid. b & habens incompatible beneficium perdit illud per adaptionem alterius incomparabilis, c per locum à simili, vel identitatis, vt ita dicam, rationis. Secundo, quod clem. gratia. d habet habentem expectatiuam ad aliquod beneficium perdere illam per adaptionem alterius incomparabilis illi, & per prædictum Concilium Tridentinum omne beneficium sufficiens alicui est incompatible cuilibet alij quilibet simplici quo ad ipsum, vt prædictum est, vt etiã nos asseruimus in miscell. 61. e

Tertio facit opinio celeberrimi Innocentij, f quam videtur sequi glossa præfata, g super qua Barbatus dixit illam esse veriore quam contrariam, & eam sequitur Rebuffus, h qui, i in specie videtur quaestionis huius partem affirmatiuam asserere. Quarto facit desiderium illud sanctum, quod traxit Rebuffum in hanc sententiam, scilicet vt referantur à pluralitate beneficiorum, qui ad eam aduolant: ob quam certè causam ipse quoque vellem hanc partem esse iuridicam. k

Quibus tamen non obstantibus tenenda videtur pars negans, scilicet, quod non perdat ipso iure, sed quod per sententiam cogi posset relinquere alteri. Primò quidem, quòd non est dicendum aliquam pœnam ipso iure in aliquo casu incurri absque iure, quod expressè id statuat, iuxta glossam celeberrimam & receptam, l pro qua est aptus textus in athen. m At nullum ius Pontificum hoc hactenus statuit: ergo, &c. Secundo, quod pœna non sunt extendenda ad aliu casum, n etiã ex similitudine rationis, immo nec ex identitate rationis etiam omnimoda, secundum glossam singularem & receptam, o & resolutionem D. Antonij, p & Dominici & Perutini, qui alios multos referunt super dicta glo. nisi occurat aliquid aliud de eis, quae ponunt Dominicus & Perusinus ibidem. At nullus canon inuenitur, qui pœnam perditionis ipso iure infligat in hoc casu, nec alio huic simili, & cuius eadem omnino ratio habeat locum in hoc, & minus quod cum omnimoda ratione cõcurrat aliquod aliud ad talem perditionem requisitum: ergo non est faciendae.

Tertio, quod communis opinio contra Innocentium in hac re satis vacillat, q & immolentem, tenet, quod vnum beneficium simplex non vacat ipso iure per adaptionem alterius, nisi sit vniforme sub eodem recto, iuxta casum singularem. s Quarto, quod etiam si nec Panormicius opinio est communis, neque alius praefatam conclusionem assereret, cogere tamen asserere per prædictas rationes irrefragabiles, & per cap. praeterea, t etiam per locum ab speciali, v quibus non potest responderi, nisi à regulis iuris sine efficaci ratione deuiado. Quinto, quod hanc opinionem Panormitani communem vidi firmiter ante quadraginta annos teneri perlegendum, disputando, & cõsulendo in quatuor Academijs celeberrimis, scilicet Tholosae, Cathurci, Salmaticae, & Conimbricæ: nec in tota aetate mea vidi, nec audiui cõtrariū seruati in Vrbe, nec in

a Cap. 4. sess. 22. b In fin.

c De preb. li. 6. d 2. nu. 11. & 12.

e Per Clem. ut ij qui. 2. responso. de aetate & qualitate. f Cap. 4.

g De reg. iur. lib. 6.

a In c. aud. 2. de electio. ver. retinere. b Sess. 24. ca. 17. de refor. c Ca. de multa. de preb. d De rescrip. e De oratione. f In ca. fin. de cler. nõ resid. g Clem. gratia. h In praxi bene. f. de dispensatione reservatione aetatis nu. 6. i Num. 7. k Arg. quia initium & c. cum iam dudum. de prebe. & principij extrana. lo. nis. xxij. l In ca. fin. de iur. patro. m De non eligendo secundo nubentes. §. cõ iugitur. sub fin. vers. sicut si patres. & in l. si quis. ff. de relig. & sumptibus. n Cap. pœna. de pœnis dist. 11. pres. ff. de pœnis. o In c. 1. ver. Italia. de tempor. ord. lib. 6. p In ca. fin. de consuetud. q In c. de multa. de prebe. r In ca. fin. de cler. nõ resid. s In c. literas. de deces. preb. & clem. ff. de preb. t Et c. referre. & cap. de multa per locum ab speciali. de preb. & per d. cap. literas. v De concess. preben.

orbe, neque ex hoc capite impetratum esse beneficiū simplex alicuius tamquam vacans iure communi. quod addo propter aliqua beneficia simplicia, in quorum fundatione particulariter statutum est, vt vacent alio quocumque beneficio quāfito.

5 Sexto, quod esto ius commune habeat beneficia, qua sunt incōpatibilia propter suam naturam intrinsecam & principalem, quia sunt regularia, vel requirentia residentiam personalem, vacare propter alterius affectationem, multum esset circumspectandum an esset extendendum, cum sit pœnale, ad casum nostrum, in quo beneficium sufficiens non est ob suam naturam principalem incompatibile minus sufficienti, sed per accidens, & minus principaliter, eo quod sufficit ei, qui habebat illud insufficientis: cū ea qua per accidens, ac minus principaliter contingunt, non sint attendenda, arg. l. si quis nec causam, & multorum, quæ per Iasonem ibi congeruntur, aut certe saltem minus quam quæ principaliter aguntur, vt eruditissimus Alciatus eruditè ibidem dixit. Septimo, quod querenda est pax, & fugiendæ lites, iuxta præcæm Gregorianam, & illud Apostoli: *Mutua & continuam charitatem inter vos habentes*: & si S. D. N. declararet partem affirmatiuam esse veram, innumera lites orirentur impetrantibus pauperioribus beneficiis multorum ditiorum, qui profecto palam cū beneficiis sufficientibus retinent alia minora vbiq; gentiū.

6 Octauo denique, quod qui tenuerit partem affirmatiuam esse veram, cogetur per prædictum Concilium Tridentinū tenere, quod etiā ante Cōc. Trid. solebat vacare: quia ante illud erat peccatū mortale retentio insufficientis cū sufficienti, iuxta prædictam glo. singularem receptam, quod tamen nemo vniquam, vt arbitror, ante illud dixit. Ad primum oppositorum responderetur concedendo assumptum, scilicet quod omne beneficium sufficiens est incompatibile alij quamlibet simplici: negando tamē quod omne beneficium incōpatibile vacet ipso iure per adeptionem cuiuslibet alterius incompatibilis ei: quia illa pœna nullo iure hæctenus imposita est, per prædicta: & iure mirari licet de Andrea Siculo, & Rebuffo, qui tantopere suam opinionem fundauerunt in d. c. de multa. Tum quod de solis ecclesiis parochialibus, dignitatibus, personatibus, & officiis statuit, in quibus longè maior ratio illā pœnam statuendi occurreret. Tum quod per locum ab speciali irrefragabili contra ipsos retorqueri potest. Tum quod pœnæ extra suum casum nullatenus extendi debent, per prima duo fundamenta pro parte negante adducta.

7 Ad secundum respondet Pan. recept. quod prædicta clem. gratia. non loquitur de beneficio iam quāfito, sed de querendo, & ita de iure ad rem, & non de iure in re. & illationē ab altero illorum ad alterum esse infirmam, palam est vel ex eo, quod monachus & seruus possunt domino & monasterio in altero præiudicare, & in altero non, iuxta Innocentium & Bald. d. At tertium responderetur primo, quod Innocentius non firmiter asserit id quod dicit, sed solum per verbū videtur; & merito: quia nullo firmo fundamentō nititur, solum enim citat notata in c. ex tua, c. cuius tamē glo. clarè significat, & per sequentē §. efficaciter probat illius cōtextū nō agere de priuatione ipso iure, sed per sententiam. Secundo, quod opinio Innocentij etiam si esset asserita, tamen cum eam tamquam doctor scripserit, nil impedit quo minus per firmos textus & rationes discedamus ab eo, & etiam si suam constitutionem declararet exemplo Hostiensis. Ad quartum respondeo, laudandum esse zelum Rebuffi, & adeo quidem, quod ante seliquanū proposui persuadere Reuerendissimo Dataro libellis supplicibus, vt adderet hanc iuris vacationem, sed non fui ausus propter timorem multitudinis litium inde gignendarum, in qua fundo vltimum argumentum pro parte negatæ factum. Per quæ omnia credo firmiter, attento iure hæctenus statuto, partem negantem esse veram, & non fore vtile paci Reipub. Christianæ partem affirmantem nouè statuere. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

Possidens archidiaconatum litigiosum, illud perdit, si postea acquirat titulum & pacificam possessionem alterius similis non

litigiosi: & si contendit retinere vtrumque, efficitur execrabilis, secus autem, si primo obtinet titulum non litigiosi, & postea titulum & possessionem secundi litigiosi, & demum pacificam possessionem primi non litigiosi.

2 Dimittens quis beneficium litigiosum, siue non litigiosum, quod credebat vacare per affectationem secundi incompatibilis bona fide adepti, si postea detegat se de secundo non esse sufficienter prouisum, potest ad primum redire.

CONSILIVM XIII.

Q Vidam N. de mense Februarij 1561. impetrauit à Sed<sup>o</sup> Apostolica vnum archidiaconatum cuiusdam cathedralis cum plurius aliis beneficiis simplicibus: postmodum, videlicet de mense Octobris 1562. fuit etiam prouisus per ordinarium de alio archidiaconatu alterius cathedralis, & statim possessione illius habita, fuit sibi mota lites. expeditis autem literis super dicto primo archidiaconatu habuit possessionem pacificam illius, & etiam fructus, quæ adhuc continuat, prout etiam continuauit possessionem dicti archidiaconatus litigiosi vsque ad annum 1570.

His stantibus, queritur an prædictus N. fuerit effectus execrabilis, ita vt vacent beneficia prædicta incompatibilia, quæ retinuit, ad hoc, vt etiam teneatur ad restitutionē fructuum: In quo pro affirmatiua videtur tenendum: quia per allequationem secundi vacat primum, & per retentioem eorum vacant omnia. Non obstat quod dictus secundus archidiaconatus fuit factus litigiosus: qui respondetur, quod obiectum procederet, si possessio illius vltimo loco capta fuisset, sed mihi præsupponitur, quod postquā exponens possidebat archidiaconatū litigiosum, adeptus fuit possessionem dicti primi archidiaconatus pacificam, & non dimisit archidiaconatum litigiosum, prout dimittere tenebatur, ne fieret execrabilis: & si ille erat litigiosus, tantò libentiùs ab exponente dimitti debebat, illud enim de lite, quod excusat ab execrabilitate, procedit quando mouetur lis super beneficio postea obtento, illa ratione, quia cap. de multa. & extratragans execrabilis, mandant dimitti primum beneficium, si quis velit assequi secundum, nec videtur honestum quod ad dimittendum primum pacificum quis cogi debeat propter secundum litigiosum: quia hic possit vtroq; priuati, videlicet primo per dimissionem spontaneam, & secundo, si in lite succumberet: quod inconueniens cessat, quando primum beneficium dimittendum litigiosum existit. Nec etiam obstat, quod Camera possideret dictum primum archidiaconatum pacificè, antequam dictus exponens de dicto secundo archidiaconatu litigioso prouideretur, quasi quod tunc dictus exponens diceretur possidere, & cōsequenter quod possessio archidiaconatus pacifica præcederet possessionē litigiosi: quia responderetur quod alia est possessio Camera, alia dicti exponentis, & negari non potest, quin dictus exponens habuerit possessionem post archidiaconatum litigiosum.

1 AD QVAESTIONEM & rationes pro parte affirmatiua propositas respondeo primò, quod certum est prædictos duos archidiaconatus duarum ecclesiarum cathedralium esse beneficia incompatibilia inclusa sub c. de multa, quia per notata, ab omnibus sunt dignitates vel personatus, de quibus illud tractat. Deinde, quod facile videri potest cuiuspiam, archidiaconatū secundo loco quæsitum vacasse per allequationem possessionis pacificæ archidiaconatus prius habiti. Tum quia possessio pacifica vnus incompatibilis facit vacare ipso iure alterum, cuius tituli adeptio sine tali possessione ad illum effectum non sufficeret. Tum quia licet beneficium prius pacificè obtentum non vacet ipso iure per obtentionem secundi litigiosi: tamen è contrario primum litigiosum vacat per obtentionem secundi incompatibilis pacificam, quæ est determinatio Innocentij ab omnibus recepta, & in casu proposito prius fuit obtentum secundum litigiosum, quæ pacifica possessio prioris.

Attamē maturius cōsiderando, cōtrariū videtur asserendum: quia nullibi statuitur, vt incōpatibile prius obtentū non habita pacifica possessione vacet per adeptionē possessionis sublequentā post obtentionē secundi litigiosi: & ita nō est

asseren

a ff. de reb. cred.

b Vbi supra.

c In cap. cum olim. de priuileg. d In l. seruus. C. de pactis. c Eod. tit. f In verb. expoliari.

g Arg. e. capellanus. de ferijs. h In cap. de concess. prab. lib. o.

a De prab. b Ibidem.

c Ca. commiss. fa. de elect. li. o. & extratrag. execrabilis. loann. xxij. d In ca. in nostra. de referri.

a Arg. e. leg. iur. 2. q. 2. & §. consideramus. aurb. de vian. & semiss. col. 3.

b Et reg. odia. de reg. iur. li. o.

c Cap. fin. de iure patrona.

d Iuxta ca. si beneficia. cū ad notatis. de prab. li. o.

rendum, & præsertim quod nulla efficaci ratione id persuaderi potest.

Non obstant in contrarium allegata. Non primò: quia licet de iure caueatur, quod prius obtentum non vacet per secundum, donec eius pacifica possessio obtineatur, vt iura in eo allegata probant, tamen nec illa nec alia vlla probat, quod adeptio possessionis pacificæ primi beneficii sublequentā post secundum obtentum litigiosum faciat vacare prius obtentum. Tum quia lōgè aliud est assequi titulum, & possessionem pacificam vnus incompatibilis post adeptionem alterius incompatibilis litigiosi, & aliud assequi titulum & possessionem pacificam vnus incompatibilis ante allequationē alterius litigiosi: ergo iura pœnalia & odiosa, & ideo restringenda, iuxta regulam in panis, b quæ disponunt in hoc posteriori casu, non habebunt locum in illo priori: maxime quia lōgè maior ratio inuenitur in posteriori, ad hoc vt habeat locum illa pœna, quam in priori, facit glossa singularis, c quatenus habet numquam incurri amissionem iuris ipso iure, nisi id lege aliqua exprimat. Non obstat etiam secundum, per ea quæ dicta sunt ad primum: & quia licet possessio pacifica requiratur ad hoc, vt vacet alterum incompatibile, non tamen illa sola sufficit, sed requiritur adeptio tituli, ratione cuius illa fuerit accepta.

2 Vnde si quis post obtentum vnum pacificum vel litigiosum, obtineat pacificam possessionem alterius incompatibilis, eo quod iuste putabat esse sibi ius in eo quæsitū, & verè non erat, non vacabit prius, immo poterit ad illud redire sine alio nouo titulo, d ex qua determinatione colligitur decisio negatiua, videlicet quod archidiaconat<sup>9</sup> litigiosus non vacat ipso iure per possessionem alterius pacificam post litigiosi obtentionem, & quod nulla ex hoc capite obligatio ad restituendum quicquam oritur. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Dignitas est omne beneficium Ecclesiasticum, si habet iurisdictionem spiritualem fori exterioris.
- 2 Curatum est omne beneficium quod habet iurisdictionem spiritualem fori exterioris, vel interioris.
- 3 Abbatiam exemptam habentem iurisdictionem quasi episcopalem obtinens habet beneficium curatum, & spiritualem iurisdictionem nedum fori exterioris, sed etiam interioris animarum sui territorij, ac monachorum conuentus, si habet conuentum, requiriturq; iure communi residentiam. nu. 4. non tamen est parochialis, si talem non habet parochiam, cuius animarum curam per se immediatè gerere debet. nu. 3. vnde sub dispositione Cōcil. Trid. sess. 24. c. 17. continetur sub ea parte in qua loquitur de beneficiis requirentibus residentiam, sed non sub ea in qua agit de dimittendo alteram ex duabus parochialibus. nu. 5. & de iure per affectationem vnus altera vacat. nu. 1.
- 6 Beneficiarij tenentur coram Deo iura Ecclesie defendere, & alienata recuperare: nec debent curare, vt iurisdictioni illis imminēs in alios transferatur, ne ve retento commodo in alios onus rejiciant.
- 6 Abbatia exempta, etiam si earum iurisdictioni transferatur in Episcopum, nō desinunt esse beneficia regularia, & curata habitu, & etiam actu, si habent conuentum, sed nec debet Abbas procurare, vt cura transferatur in Episcopos.
- 7 Beneficia plura residentiam requirentia alijs tamen iuste obtinens, bono vtetur consilio, si vno retento alia reseruati sibi fructibus loco pensionis resignet valenti onus residentias habere.

CONSILIVM XV.

N. Habens plures abbatias exemptas, & habentes iurisdictionem spiritualem exteriorem, quæ sunt, an essent beneficia incompatibilia, licet non habeat parochias, ita vt requirant residentiam personalem, & comprehendantur sub dispositione Cōcilij Tridentini, e & an ad retinendos redditus, debeat procurare, vt illarum iurisdictioni detur Episcopis.

1 Quæstiones propositæ licet duo tantum expressè querant, plura tamen præsupponunt. Dico primo prædictas abbatias proculdubio esse beneficia incompatibilia con-

e Cap. 17. de refer. sess. 24.

tenta sub cap. de multa: a quia sunt dignitates, de quibus illud disponit, omne enim beneficium ecclesiasticum habens iurisdictionem spiritualem fori exterioris est dignitas, vt Innocentius, Panormitanus & alij b definiunt, & nos latè tradidimus in rubr. de præbendis. & prædictæ abbatia habent iurisdictionem fori exterioris non qualem qualem tantum, sed quasi episcopalem, & exemptam ab alia iurisdictione episcopali, de qualem habente loquitur glossa singularis. c

2 Secundo, quod prædictæ abbatia sunt beneficia curata: quia omne beneficium ecclesiasticum habens iurisdictionem spiritualem in foro interiori vel exteriori dicitur beneficium curatum, d & prædictæ abbatia habent, vt habetur in facto, iurisdictionem spiritualem fori exterioris, immo habent etiam iurisdictionem fori interioris in monachos & religiosos suorum conuentuum, si habent conuentus, iuxta cap. cum ab ecclesiarum, e & etiam habent in animas omnium territorij sui talem, qualem Episcopi habent in animas parochianorum parochiarū sibi subiectarum, habent enim iurisdictionem quasi episcopalem, vt dictum est.

3 Tertio, quod esto sint beneficia curata, non tamē sunt, nec debent dici Ecclesie parochiales: quia, vt habetur in facto, non habent parochiam, cuius animarum curam debeat Abbates earum per se immediatè administrare, quod requiritur ad hoc, vt aliquod beneficium dicatur Ecclesia parochialis, iuxta notata in c. cum in cunctis. f

4 Quarto, quod prædictæ abbatia iure communi requirunt residentiam personalem. Tū quia sunt beneficia quasi episcopalia, & habent territoria sibi tantum, & non alijs Episcopis subiecta: & ita eadem ferè ratio, qua tenentur Episcopi ad residendum, obstringit etiam earum Abbates ad idem faciendum. Tum quia omne beneficium curatum requirit residentiam personalem, secundum omnes, & etiā non curatum, si est regulare, quales sunt prædictæ abbatie, præsertim si essent monachorum nigrotum, per clem. ne in agro, g & est conclusio asserita à Felin. h de qua profundè nos nuper egimus. i

5 Quinto, quod ex prædictis sequitur, quod k Conciliū Trid. non habet locum in casu proposito, quatenus disponit, quod habens duas parochiales, alteram dimittat: quia hæc abbatia non sunt parochiales: immo nec etiam videtur habere locum, quatenus ait, vt habens duos episcopatus alterum dimittat: quia licet sint beneficia quasi episcopalia, & ferè eadem ratio militet in eis, quæ in episcopatibus: non tamen sunt verè & propriè episcopatus, ita vt sub illa constitutione pœnali contineantur, quamuis forte disputando teneri possent contrarium.

Sexto, quod ex eisdem sequitur locum esse in hoc casu prædicto cap. 17. quo ad partem, qua disponit ne cui in posterum plura beneficia conferantur, & etiam quo ad partē illam, qua videtur vetare, ne habenti vnum beneficium sibi non sufficiens, requirens residentiam, prouideri possit de alio beneficio requirente residentiam personalem. Nō enim videtur quod habenti vnā istarum abbatiarum nō sufficientem suæ sustentationi possit prouideri de alia, nō derogando Concilio.

6 Septimo, quod prædictus N. nullatenus debet procurare, vt prædictarum abbatiarū iurisdictioni detur Episcopis. Tum quia id esset grande dedecus religionum, quarū illæ sunt. Tum quod successores eius poterunt in eis residere, & speciale sui territorij curam habere. Tum quod id esset capere commoda, & onus abiicere, contra l. secundum naturam. l

Tum quod omnis prælatus tenetur coram Deo ad iura Ecclesie suæ defendenda, & ad alienata recuperanda, quantum magis ad non destruendum, & non alienandum, iuxta cap. sine exceptione, m cum multis alijs. Tum denique quod licet iurisdictiones earum transferrentur in Episcopos, nihilominus manerent beneficia regularia, & curata habitu, & etiā actu, si cōuentus habent, immo fortè etiam ad procurandum eos habere, si non habent.

7 Octauo, quod modus conuenientior retinendi redditus videtur esse, quod retineat vnā, quæ sit opulentissima illarum, & reliquis renunciet in fauorem aliquarū personarum ad eas regendas idonearum, retinendo fructus earum pro pensione, certa quātitate pecuniæ reseruata titularijs,

De praben.

libidom.

c in clem. 1. vet. proprij. de reb. ecclesi. non alienas. d Cap. aud. 2. de dec.

e Et c. quanto. de offic. cur. din.

f §. inferiora. de elect. & in c. licet canon. & c. statutū. eod. tit. l. b. o.

g §. ceterum. & §. sane ne cler. vel monach. h In c. c. omnes. de consi. col. 1. i In ca. nullā. 18. q. 2. à nu. 43.

k Ca. 17. sess. 24.

l ff. de reg. iur. c. ca. qui sentit onus. eod. tit. lib. o. m 12. q. 2. & ca. nulli. ca. si quis presby. de reb. eccle. si non alien.



qui & abbas regent, & supplebunt personam vicarij, & etiam poterunt supplere personam æconomi ad recolligendos, conferuandos, & vendendos tempore opportuno fructus: quas duas personas, vel vnam pro duabus, etiam retinendo titulum, oportet alere, & eis stipendia soluere: ita quod forte minor erit quantitas referuata titulari, quã quod personæ prædictæ palam, vel clam sunt accepturæ: vel permutando eas pro beneficijs simplicibus, quæ refidentiam non requirunt, qualia qui permutarent facillè in Hispania inuenirentur: multi enim honoris sui augendi gratia reddituum diminutionem paterentur. Salua, &c.

SVMMA RIVM.

- Beneficia simplicia sub eodem tecto tunc causant incompatibilitatem, quando sunt vniformia, alias non. Vnde parochus potest in sua ecclesia obtinere simplex beneficium.
- Vniformia beneficia dicuntur illa capellania, quæ ad eundem finem, & ad eadem munera, vel ad vnam congregationem faciendam sunt instituta: non erunt autem tales, si vna sit instituta ad dicendam separatim vnam Missam in vno altari, & alia ad aliud sacrum in alio altari.

CONSILIVM XVI.

AN si duo simplicia beneficia quis obtineat in duobus altaribus positis intra quamdam ecclesiã parochialem, pro quorum vno tenetur secundum diocesanum Concilium celebrare duas in mense Missas, vnam verò pro alio altari, &c. dicantur incompatibilia?

Respondeo, quod prædictæ capellaniæ siue altaria non sunt incompatibilia. Tum quia generali Conc. Tridentino inductũ est, vt possit quis habere plura beneficia simplicia, quorum alterum non sufficit ad sustentationem habentis illud, iuxta c. gratia, a adiunctis gloss. & annotationibus Doct. & tradit Panorm. b & prædictæ capellaniæ, siue altaria sunt beneficia simplicia, quorum alterum non sufficit ad sustentationem habentis illud.

1 Tum quia licet plura beneficia etiã simplicia vniformia, vt duæ canonicæ, vel duæ præbendæ, sub eodem tecto existantia sint incompatibilia, c difformia tamen & dissimilia compatibilia sunt iuxta textum in c. eam te, d & satis probatur in d. c. 1. e & prædictæ capellaniæ siue altaria sunt difformia, vt palam est, & mox dicitur. Tum quia Lopus, f latè concludit rectorem alicuius ecclesiæ posse cũ rectoria siue suo beneficio curato retinere capellaniam intra eandem ecclesiam existentem: quem post alios sequitur Philippus Francus. g

2 Tum quia nõ obstat dicere, quod præfatæ capellaniæ, & altaria videntur esse vniformia, eo quod simili nomine, scilicet capellaniæ nominantur: quia vt aliqua beneficia dicantur vniformia ad effectum incompatibilitatis, non sufficit quod vno nomine generaliter appellentur: alioquin omnia beneficia simplicia essent vniformia, quia nominè beneficij simplicis nominantur: sed oportet quod eorũ munera & onera naturalia sint vniformia & similia, vt sunt duæ canoniæ, & duæ præbendæ eiusdem ecclesiæ, & capellaniæ, sed altaria prædicta nõ sunt in hoc modo vniformia: siquidem vnum est in vno loco, & alterum in alio situm, & vnum habet vnum onus, & alterum aliud. Tũ denique quod licet capellaniæ multa, quæ in aliquot locis sunt, fundatæ ad cantandam vnam Missam in vna capella, & ad dicendas alias submissæ in eadem ad eundem finem & intentionem fundatoris institutæ, & vt capellani conueniant in vnum, vt eadem munera faciant, possint dici vniformes instar canonicatum & præbendarum, non tamen possunt dici tales capellaniæ, de quibus queritur: quia non sunt institutæ ad vnum & eundem finem, & ad eadem munera, & vnam congregationem faciendam, sed ad longè diuersa & separata, & à separatis nõ fit illatio. h Salua, &c.

SVMMA RIVM.

- Beneficium simplex per alterius affectionem, quod cum primo ea sola ratione est incompatible, quod alterum sufficit ad sustentationem, vel quia vtrumque requirit personalem refidentiam regulariter, nec de iure, nec ex dispositione sacri Concilij vacat.
- Exorbitans à iure communi lex vel dispositio non trahitur ad similia, etiam si subsit eadem ratio.
- Correctio iurium vitada, nec per subauditum intellectus inducenda.

SVMMA RIVM.

- Beneficium simplex per alterius affectionem, quod cum primo ea sola ratione est incompatible, quod alterum sufficit ad sustentationem, vel quia vtrumque requirit personalem refidentiam regulariter, nec de iure, nec ex dispositione sacri Concilij vacat.
- Exorbitans à iure communi lex vel dispositio non trahitur ad similia, etiam si subsit eadem ratio.
- Correctio iurium vitada, nec per subauditum intellectus inducenda.

2 Intellectus c. 4. sess. 7. sacri Concilij Tridentini. CONSILIVM XVII.

AN per adeptionem secundi beneficij, quod incompatible sit cum primo, quia vtrumque personalem refidentiam requirat, vel quia primum sit per se sufficiens, iuxta a Conc. Trid. vacet primum ipso iure ex b Conc. Trid.

Respondeo primò, subintellexisse me hanc questionem fuisse decisam ab illustrissimis Illustrissim. Card. ad declaranda dubia sancti Concilij Tridentini. deputatorum Congregatione, quatenus dicitur declarasse vacare beneficiũ simplex illius, qui postea legitime obtinuit ecclesiam parochialem & possessionem illius pacificam & canonicã.

1 Secundo, quod nisi eorum me auctoritas per S. D. N. de more probata in præfatam sententiam traheret, putare de iure respondendum esse contrarium. Tum quia non est recedendum à iure antiquo, nisi cogente ad id nouo, c etiã si eadem ratio in vtroque casu inueniretur, vt ibidem adnotauit Bart. & probatur per l. si vero, d quæ probat provisionem legis factam contra ius commune non extendi ad casus in ea non expressos: vbi etiam idem adnotauit Bart. cõmuniter receptus. At iure antiquo beneficia, etiam incompatible, propterea quod requirant refidentiam personalem, vel ob aliam causam non vacant regulariter ipso iure, præter illa de quibus in cap. de multa, e & aliquot alijs, de quibus id expressè statuitur. At nullo iure neq; antiquo, neque nouo statuitur, vt beneficium simplex vacet per adeptionem alterius curati, vel simplicis ipso iure extra prædictos casus. Tum quia non est dicendum aliquam penam ipso iure incurrere, nisi casibus expressis à iure, iuxta glossam memorabilem, quæ penultima est c. vlt. s. Tũ quia non obstat prædictum ca. 4. h Partim quod non dicit illud expressè, & per tacitos intellectus non debet fieri iuris correctio, iuxta glossam solennem & receptam. i Partim quia illud c. solum loquitur expressè de curatis incompatible generaliter, & sine correctione iurium antiquorum potest intelligi de dignitate & personatu non curatis, de quibus loquitur cap. de multa. quod ibi allegatur, & de quibusdam simplicibus, de quibus loquitur prædictum c. literas. k Partim quod verbum, etiam, in eo positum clarè significat noluisse Concilium includere ibi vacationem nouam ipso iure, sed veterem confirmare, & disponere, quod beneficia incompatible, quæ per vetus ius vacabant, etiam per illud nouum vacent ipso iure.

SVMMA RIVM.

- Beneficia vniformia sub eodem tecto sunt quidem incompatible, vt per affectionem secundi vacet primum, secus tamen est de difformibus: immo & per affectionem parochialis non vacat aliud simplex, quod quis in ea prius obtinebat, immo & potest vtraque ex consuetudine vel dispensatione, Episcopi retinere, nisi obstat consuetudo contraria per 40. annos ibidem præscripta.
- Collationem beneficiorum habens potest ea conferre, etiam si ex ipsiusmet persona resignatione, priuatione, vel aliter vacet.
- Alternatiua mensium videtur etiam habere locum in beneficijs vacantibus per affectionem secundi incompatible, vel alius, vnde cautè facit idem prouisus & collator, si differat in quantum de iure potest, & possessionem secundi accipiat in mensibus, quorum collatio ad ipsum spectat.
- Possessionem beneficij collati accipere in quantum iure permittitur, differre quandoque expedit.
- Possessor pacificus non dicitur quis, statim ac possessionem fuit affectus, & hoc etiam ad effectum vt propter incompatibilitatem inducatur vacatio. nu. 1.

SVMMA RIVM.

- Beneficia vniformia sub eodem tecto sunt quidem incompatible, vt per affectionem secundi vacet primum, secus tamen est de difformibus: immo & per affectionem parochialis non vacat aliud simplex, quod quis in ea prius obtinebat, immo & potest vtraque ex consuetudine vel dispensatione, Episcopi retinere, nisi obstat consuetudo contraria per 40. annos ibidem præscripta.
- Collationem beneficiorum habens potest ea conferre, etiam si ex ipsiusmet persona resignatione, priuatione, vel aliter vacet.
- Alternatiua mensium videtur etiam habere locum in beneficijs vacantibus per affectionem secundi incompatible, vel alius, vnde cautè facit idem prouisus & collator, si differat in quantum de iure potest, & possessionem secundi accipiat in mensibus, quorum collatio ad ipsum spectat.
- Possessionem beneficij collati accipere in quantum iure permittitur, differre quandoque expedit.
- Possessor pacificus non dicitur quis, statim ac possessionem fuit affectus, & hoc etiam ad effectum vt propter incompatibilitatem inducatur vacatio. nu. 1.

CONSILIVM XVIII.

AN beneficium simplex ecclesiæ parochialis vacet ipso iure per affectionem ipsiusmet ecclesiæ parochialis?

Respondeo primò, certissimum esse, quod præfatũ beneficium simplex non vacat per promotionem ad ipsam ecclesiam parochialem, donec adpisceretur possessione pacificam, vel per eum stare, quominus eam adpiscatur, argum. cap. licet canon, l per locum à fortiori.

1 Secundo, quod solo iure communi attentò non vacat, etiam post adeptam pacificam possessionem. Tum quia nullo iure id cauetur. Tum quia duo beneficia difformia eiusdem ecclesiæ non sunt incompatible, saltem adeo,

a Ca. 17. sess. 24. de refer. b Cap. 4. sess. 7. de reform.

c Le. præcipi. mus. C. de ap. d. s. de viro. ff. solut. matrimonio.

e Ca. referen. te. c. prate. rea. c. si ad. not. de prob. f Eod. tit. ca. literas. de cõ. cõ. sessio. prabe. g. elem. fin. de prob. e. De præbe. extrauag. ex. crabilius. l. d. xxxij. h De iur. p. tronat. h De refer. sess. 7. i In c. cupien. tes. s. quod si per vnguit. de elec. li. 6. k De concess. prabe. & præ. dicta clem. fin. de præbe.

l In c. cupien. tes. s. quod si per vnguit. de elec. li. 6. k De concess. prabe. & præ. dicta clem. fin. de præbe.

l Et c. commiss. ja. de elec. li. 6.

a De rescript. li. 6. c. elem. gratia. eod. tit. b In repet. s. qui vero. ca. extirpanda. de præbe. nu. 33. c Ca. literas. de cõ. cõ. sessio. prabe. elem. fin. de prob. ca. 1. de consuet. li. 6. d De rescript. ca. olim. de re. iud. e De consuet. f Alleg. 117. g In cap. 1. de consuet. li. 6.

h L. Papiam. nu. ff. de. mi. norib. & c. ad. audientiam. de decim.

a In verbo ni. si vnicam. b Ca. 1. de cõ. suct. li. 6. c In c. literas. de concess. præben. d Ca. literas. de cõ. cõ. sessio. prabe. e. elem. fin. de præbe. c De præbe. l. 6. c. de quar. ta. de præser.

f 24. qu. 2. s. considerem. Authen. de trien. c. se. miss. collat. 3.

g Ca. cum ec. clesia Vulte. rana. de elec. tio. l. iure in. rian. ff. de in. iurijs.

h Sup. verbo. pacificã. præ. fat. c. commiss. i In c. ne Dei. de simon.

k Ca. conque. rent. de cler. non resid. l In ca. dudi. 2. de elec. m In clem. gratis. de res. cript. n Ca. 25. nu. 125.

o In repetitio. ne c. extirpan. da. s. qui ve. ro. de præbe.

quod alterius affectationem alterum ipso iure vacet, immo possunt obtineri vi consuetudinis, statuti, vel dispensationis Episcopi, secundum glossam, a Dominicum, Francum, & communem, b & glossam finalem, Ioannem Andream, & communem, c & ecclesiã parochialis & beneficiũ simplex illius sunt difformia, vt palam est. Tum quia speciale est in beneficijs simplicibus, & vniformibus eiusdem ecclesiæ, vt sint adeo incompatible, vt per adeptionem alterius, alterum vacet. d Dixi, Attento solo iure communi: quoniam attenta consuetudine antiqua etiam 40. annorum, si quæ talis esset, posset induci eiusmodi incompatibilitas, argum. cap. cum de beneficio. e

2 Tertio, quod habens facultatem conferendi beneficia simplicia ecclesiæ suæ, perinde potest conferre beneficiũ, quod vacat per suam renunciationem, priuationem, vel promotionem ad ipsam ecclesiã, ac alia vacantia per mortem, renunciationem, ac priuationem aliorum: quia nullo iure id ei vetatur, & ita non est dicendum, arg. ca. legatur. f

3 Quarto, quod prudenter agunt beneficiarij, qui promouentur ad ecclesiã parochiales, expectantes quantum iure possunt adeptionem possessionis pacificam vsque ad mensum ordinatorum collatorum, vt beneficia vacantia ipsimet conferant viris idoneis: quia qui iure suo vitur, nemini facit iniuriam. s Dixi, Quantum iure possunt expectare: quia si post institutiones, vel collationes factas eis in mense Papæ, tantum tardarent in capienda possessione pacifica, quod videretur iniuste per eos tardari, quominus eam acquirerent, posset dici eorum beneficia vacare, antequam possessionem caperent: quamuis non facile possunt conuinci super hoc, eo quod non tenentur in continenti possessionem accipere, neque accepta in continenti dicitur pacifica, per ea quæ leguntur & notantur in gloss. h & alijs locis per Dominicum, & Francum, & Felinum. i Salua, &c.

SVMMA RIVM.

- Beneficia plura etiam simplicia iure antiquo, quo omnia requirebāt refidentiam, quis obtinere non poterat, consuetudine tamen tot retineri poterant, quot ad honestam sustentationem erant necessaria, nu. 2. etiam si alterum esset curatum, nu. 3. immo & excedentia, modo superfluum pius erogaretur operibus, nu. 1. at secus post sacrum Concilium vbi illud fuit receptum, nu. 2.

SVMMA RIVM.

Quæritum fuit, an quis possit habere vnam parochiale cum aliquot canonijs, quæ secundum consuetudinẽ præscriptam nullam personalem refidentiam exigũt, maxime in terris, vbi non est receptum Concilium Tridentini. 1 Respondeo primo, quod iure scripto antiquo non licet cuiquam habere plura beneficia etiam simplicia: quia quodlibet eorum requirit refidentiam personalem illo iure, k quod in hoc est singularis.

SVMMA RIVM.

Secundo, quod non potest quis tenere multa beneficia, quorum alterum ad suam honestam sustentationem sufficiat, etiam secluso Concilio Trid. iuxta gloss. ling. l nisi cũ quadam imitatione Card. m quam contra communem solemus sequi, & sequimur etiam in Manuale. n

2 Tertio, quod ante Concilium generale Trid. licebat retinere tot beneficia, quæ secundum consuetudinẽ præscriptam non exigerent continuationem refidentiam, quot essent necessaria ad honestam beneficiarij sustentationem secundum Panormitanum communiter receptum. o

3 Quarto, quod ex his sequitur, prædictum consulente posse tenere prædictam parochiam cũ prædictis canonijs quæ secundum consuetudinẽ præscriptam non exigunt refidentiam personam, sine vlla dispensatione, idque, si Concilium Tridentinum in consulente terra non est receptum. Salua, &c.

SVMMA RIVM.

- Regula de trienniali defendit habentem duas parochias, & multo magis plura simplicia cum curato.
- Beneficia plura simplicia habens etiam cum curato nullam incurrit censuram.
- Episcopus capellaniam beneficij curato vnire potest.

CONSILIVM XIX.

AN parochus, cui parochia tenuis 24. ducatorum non sufficit ad viuendum decenter, cum dispensatione

Episcopi possit retinere duas capellanas tenues, ita quod iuari possit regula de trien. possessore, & non incurrerit censuram aliquam, & per consequens irregularitatem celebrando: & an vniri possit vna illarum parochiali per Episcopum?

1 Respondeo primò, posse D. consulente iuari prædicta regula de trienniali: quia etiam habens duo beneficia curata potest ea iuari, vt latè tradit Gomez. a Secundo, quod nullam ob hoc censuram incurrit attentò iure communi, quod nullam talem ob hoc infligit. Tertio quod Episcopus potest vnire prædictas capellanas, per capit. sicut vnire. b & c Concilium Tridentinum. Salua, &c.

Aduertendum, referri sacram Congregationem censuisse regulã de trienniali nõ trueri eũ qui post sacrum Conc. duo obtinuit curata.

SVMMA RIVM.

- Canonicatus & dignitas iure communi in eadem ecclesia ab eodem possunt obtineri.

CONSILIVM XXI.

AN absque dispensatione vnus canonicatus & dignitatem in eadem ecclesia habere valeat?

1 Breuiter respondetur, quod iure communi non vetatur quis habere canonicatum, & dignitatem in eadem ecclesia, immo permittitur, d quia nõ est statutum de illis, vt non possint simul retineri, sicut de incompatibleibus, de quibus in c. de multa, e & extrauag. f Ioan. XXII. s

SVMMA RIVM.

- Capellania sub eodẽ tecto existentes, si conferuntur thesaurario eiusdem ecclesiæ, non inducitur vacatio ipso iure.
- Plura beneficia, modo non sint curata, nec dignitates, & alterum illorum non sit sufficiens, si adsit consuetudo immemorabilis vbi priuilegy habes, possunt licitè et sub eodẽ tecto retineri.

CONSILIVM XXII.

Thesaurario cuiusdã ecclesiæ fuerunt successiue duæ capellaniæ eiusdẽ ecclesiæ collatæ. Queritur, an actèta consuetudine immemoriali, vt quis retinere possit duas capellanas cum dignitate, sit aliqua illarum, vel ambabus, vel etiam ipsa thesauraria priuata.

1 Respondeo primò, certum esse, quod nullus prædictorum titularum ipso iure vacauit per adeptionem alterius: quia capellaniæ non sunt curatæ neque dignitates, personatus, aut officia, de quibus disponit cap. de multa, h nec sũt beneficia vniformia, quales sunt præbendæ vniformes alicuius ecclesiæ collegiatæ, vel cathedralis, de quib9 loquitur c. literas, i & ita potest vna illarum teneri cum thesauraria sub eodem tecto iure cõmuni. iuxta doctrinã Lapi, k quem sequitur post alios Philippus Francus in c. 1. de consuet. lib. 6. nu. 7. & 8. & Felmus. l

2 Secundo, quod etiam prætextu & virtute consuetudinis prædictæ immemorabilis possunt retineri prædictæ capellaniæ cũ prædicta thesauraria, si illa nõ sit sufficiens ad sustentandum decenter ipsum thesaurarium: quia consuetudo rationalis & legitime præscripta vim priuilegy & legis habet, m & pluralitas beneficiorum, si non sunt curata, vel dignitates, non est illicita ei, qui non habet vnum beneficium sufficiens ad viuendum decenter: alioqui secus, iuxta glo. ling. n redactam in canonè per Conc. Trid. o

Tertio, quod ex his inferitur, D. consulente legitime suscepisse, ac retinuisse prædicta beneficia, si prædicta thesauraria non sufficebat ad decentem eius sustentationem, & consequenter rectè suscepisse fructus eorũ, & potuisse retinere beneficia illa simplicia vltimo loco ei collata, licet meliùs & sanctius videtur fecisse renunciano illa.

SVMMA RIVM.

- Sub eodem tecto iuste habeo curatum, & beneficium simplex, cui est annexum aliud curatum sub alio tamen tecto. nu. 3. at si habeo præbendam, vel simplex beneficium sub vno tecto, non possum habere aliud beneficium vbiunque alibi situm, cui annexa sit præbenda, vel aliud simile beneficium situm sub eodem primo dicto tecto. nu. 2. & 3. & per affectionem vnus causatur vacatio alterius præbendæ, seu simplicis vniformis beneficij. nu. 4.

CONSILIVM XXIII.

Habens beneficium simplex, seu præbendam in quadam ecclesia, adeptus est rectoriam alterius, cui annexum erat aliud beneficiũ simplex ecclesiæ primo dictæ.

a In d. reg. de trien. g. 10.

b De excess. prælat. c Ca. 2. de re for. sess. 21.

d Arg. c. cum olim. de re iud. e De præben. f Excecrabilis. g Eod. tit.

h De præben.

i De concess. præben. k Alleg. 117.

l In c. ex par. re. 2. de refer. nu. 3.

m Ca. fin. de consuet.

n In c. dudũ. 2. de elec. o In c. 17. de refer. sess. 24.

Quaritur an possit vtrumque sine dispensatione retinere.

1 Pro parte affirmante facit primo ca. super eo. quatenus habet, habentem vnum beneficium curatum, posse habere & retinere aliud beneficium simplex, cui esset annexum aliud curatum: qua eadem ratione, immo fortiori, habens vnum beneficium simplex posset obtinere & retinere alterum beneficium curatum, cui esset annexum aliud simplex beneficium. Secundo facit, quod annexum & accessorium sequitur naturam sui principalis, & regulatur ab eo. Tertio, quod non videtur reperiri alicubi textus, quo statuat vnam praebendam vacare per adeptionem secundae eiusdem Ecclesiae, qua sit annexa alicui beneficio vel dignitati alterius Ecclesiae: nam cap. literas, & clem. vlt. per qua maxime videtur id probari, loquuntur de praebendis, quarum altera est annexa dignitati Ecclesiae, cuius sunt illa praebenda.

2 Pro parte tamen negante facit primo text. singularis d. cap. literas, quatenus determinat, quod non potest quis habere duas praebendas in eadem Ecclesia, & quod prior vacat ipso iure per adeptionem secundae. Secundo neruosa facit clem. vlt. quatenus singulariter probat non posse quem habere duas praebendas eiusdem Ecclesiae, etiam si alteram illarum haberet per annexionem ad dignitatem, quam haberet, quod non exprimitur in d. ca. literas. Tertio facit, quod quatenus frangeretur numerus praebendarum, siue (vt ita dicam) praebendarum, si vnus & idem teneret duas praebendas, quamuis alteram teneret per annexionem, a quo videntur abhorreere iura, cap. constitutus. Per qua videtur haec pars negans de iure verior.

3 Ad primum oppositorum respondetur primo, secundum communem sententiam, quam inter alios adnotauit Pan. quod iura plus oderunt duarum praebendarum, siue duorum simplicium beneficiorum familiarum retentionem sub eodem teeto, quam duorum curatorum sub diuersis. Secundo noue, & vt videtur, aptius responderi potest, quod d. cap. super eo. in oppositum adductum loquitur de duobus beneficiis curam animarum, sed non sub eodem teeto habentibus: & ita posset dici, quod non liceret retinere duo beneficia, qua haberent curam in eadem Ecclesia, etiam si alterum haberet per annexionem: & sic non obstat huic parti, que habet non posse quem habere duo beneficia etiam simplicia, si essent vniformia in eadem Ecclesia, sine dispensatione Papae.

Ad secundum responderetur concedendo, quod regulariter est verum, quod assumitur in eo, sed fallit frequenter, vt significat l. cum principalis allegata in eo, vt ponderauit ibi Decius, & consequenter quando est diuersa ratio, vt late ibi per eum: & est casus non citatus ibi ab eo, nec a glossis, & in proposito casu est diuersa ratio in principali, & in annexo, vt palam est.

4 Ad tertium responderetur, quod licet non inueniatur in specie statutum de praebenda annexa beneficio alterius ecclesiae, inuenitur tamen statutum in simili, vbi quo ad hoc videtur satis reperiri eadem ratio, parum enim refert quo ad hoc, an sit annexa beneficio eiusdem Ecclesiae, vel alterius: & statutum in simili, habet locum in alio simili, in quo est eadem ratio. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Dignitas non vacat per ascensionem canonicatus: si tamen vterque requirit residentiam, alterum tenetur dimittere, & hoc si sint in diuersis Ecclesiis, nu. 3. nam si sint in eadem Ecclesia, non tenetur alterum dimittere, nume. 4. hoc etiam post Concilium Tridentinum, num. 5. modo vtrique possit per eundem deferui. nu. 4. & 6. modo dignitas non habeat praebendam capitularem, vt insinuat ex initio responsi. canonicatus autem qui est simplex beneficium, cum de consuetudine non requirit residentiam, potest cum dignitate alterius Ecclesiae, vbi Concilium non est receptum, retineri, nu. 3.

2 Beneficia vniformia etiam simplicia & pensiones sub eodem teeto sunt incompatibilia, ita vt per ascensionem vnus, alterum vacet: idem dicitur de difformibus si sint dignitates, personatus vel officia, nu. 5. quod si sint alias difformia, modo vtrique possit deferui, nequaquam efficiuntur incompatibilia ex eo solo, quod sint sub eodem teeto, nu. 5.

CONSILIVM XXIII.

AN quis possit simul retinere canonicatum, ac dignitatem non tamen primam post pontificalem in ca-

thedrali, praesupposito, quod dignitas ipsa non habeat praebendam canonicalem ex bonis Capituli, & quod ex antiquis constitutionibus praedictae Ecclesiae alternis hebdomadis vterque deferuiat in choro: & an sufficiat dispensatio proprii ordinarij?

1 Ad hanc quaestionem respondeo primo, quod canonicatus, & dignitas etiam prima post pontificalem, non sunt de se talia incompatibilia, qualia sunt illa, de quibus in ca. de multa, & ita per adeptionem alterius non vacat alterum ipso iure iuxta dispositionem illorum capitulorum.

Secundo, quod si iure & consuetudine requirant residentiam personalem, erunt quidem incompatibilia quo ad retentionem, ita quod licet ipso iure non vacet alterum adeptione alterius, vt praedictum est, tenetur tamen illorum vnum, quod maluerit, relinquere iuxta c. praeterea.

Tertio, quod iure communi, praesertim antiquissimo, non solum canonicatus, & dignitas praedicta, sed etiam omnia alia beneficia requirunt residentiam personalem, & consequenter sunt incompatibilia praedicti secundi generis iuxta glo. e. quam Panor. cum communi sequitur ibi, & tenet Innoc. cum communi, quod sequitur idem Pan. latius, & est ratio irrefragabilis in ca. ad hac, inducendo illud eo modo, quo in eius repetitione inducimus.

Quarto, quod consuetudine induci potest regulariter, ne beneficium requirat residentiam, vt post glossam praefata, & Panormitanum, & rationem resoluit Felin. immo & ferè vbiq; est huiusmodi consuetudo in beneficiis simplicibus, saltem saecularibus, vt concludit Panorm. & fortius Card. qui in hac re latior est.

5 Quinto, quod omnia beneficia vniformia in vna Ecclesia, siue sub eodem teeto, sunt incompatibilia primi generis, etiam si sint simplicia, & duo canonicatus, & duae praebendae, siue pensiones eiusdem speciei.

6 Sexto, quod ex his sequitur responsio ad quaestionem propositam, quatenus intelligi potest de canonicatu & dignitate diuersarum Ecclesiarum, nempe quod sint incompatibilia secundi generis: consuetudine tamen factum fuisse nonnullis in locis ante Conc. Trid. ne saltem alterum illorum requirat residentiam, & ita essent compatibilia: post quod tamen, videtur facta incompatibilia in diuersis Ecclesiis, quia videntur requirere residentiam personalem.

7 Septimo, quod ex eisdem inferitur etiam responsio ad praedicta quaestionem, quatenus intelligi potest de canonicatu & dignitate eiusdem Ecclesiae, nempe, quod non sint incompatibiles primi generis, immo neque secundi: quia non sunt beneficia eiusdem speciei, siue vniformia. Nec facit ea incompatibilia necessitas residendi: quia cum consistant in eadem Ecclesia, potest quis in vtroque residere, quod consequitur vnum paradoxum, videlicet, quod duo beneficia difformia sub eodem teeto aliquo respectu magis se compatiuntur, quam alia duo eiusdem generis in diuersis ecclesiis, licet beneficia eiusdem speciei & vniformia diuersarum Ecclesiarum alijs respectibus sint incompatibilia.

8 Octaui, quod attento iure communi antiquo relaxato, vt praedictum est, per consuetudinem quo ad beneficia simplicia, & attento etiam Concilio Trid. videtur, quod sine vlla dispensatione Papae vel Episcopi potest quis habere in eadem Ecclesia canonicatum, ac dignitatem. Nec obstat c. literas, nec clem. fin. quia loquuntur de beneficiis eiusdem speciei, & vniformibus. Nec etiam obstat c. l. p. quia solum habet non posse quem sine dispensatione Papae habere in eadem Ecclesia duas dignitates, siue duos personatus, aut duo officia vniformia, neque difformia, non tamen vetat obtinere vnum tale cum canonicatu, & praebenda: immo glo. 9. infert ex eo clarè, quod per dispensationem Episcopi potest quis habere in eadem Ecclesia canonicatum, & praebendam cum dignitate.

9 Nono, quod glossa praedicta, qua videtur requirere ad hoc dispensationem Episcopi, intelligenda est quo ad eas terras in quibus seruatur ius illud antiquissimum, cap. conuenerunt, secundum quod, vt est notatum in primo dicto, omnia beneficia sunt quodammodo incompatibilia: non autem in eis terris, quales ferè sunt omnes, in quibus consuetudo subtraxit necessitatem residendi in simplicibus. vnde praefata glossa, s. sub finem significat tantum

a De praeb. & c. cu olim. de re iud.

b De praeb.

c In ca. conuenerunt. verbo de feruiat. de cler. no residentib. d. In c. fin. eo. tit.

d In repetit. §. quis vero. c. exscripta de praeb. f. Eod. tit. g. Vbi supra. h. In c. cu omnes cor. penul. de constit.

i In d. repetit. §. in c. cu iam dudum. eodem tit. k. In clem. gra. tis. de rescri. §. in d. c. fin. de cler. non resid. l. Cap. literas de concess. praeb. & clem. fin. de praeb. m. Ca. 12. §. 24.

n De concess. praeb. o De praeb. p. §. fin. de consuet. l. 6.

q In verb. vnicum.

r De cler. non resid. s. D. ca. fin.

a De rescrip. & c. cu olim. de re iud.

b Arg. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. & c. sollicitudinem. de app. pel.

c Cap. fin. de iure patron. d. 24. qu. 2. §. consideremus. in athen. de trite et semisse. colla. 3. c. in ca. referentis & c. de multa. de praeb.

f Et c. praeterea. de praeb. & cap. fin. de cler. no resid.

g Ca. omnes. de conscri.

valere quo ad hoc consuetudinem, quantum Episcopi dispensationem; & per multa iura qua citat, in quibus est ca. t. antea. satis iudicat hoc esse vbiq; inducendum, 6 Decimo, quod non solum verum est id quod ait glossa 4. declarata in praecedenti dicto; sed etiam quod nemo alius, quod sciam, aduertit, numquam iure communi duo beneficia difformia eiusdem Ecclesiae sibi aliquo non repugnata, fuerunt incompatibilia etiam secundi generis, quia illa incompatibilitas proveniebat; eo quod vnus non poterat in diuersis Ecclesiis residere, & omnia beneficia requirebant residentiam: quod cessat in beneficiis eiusdem Ecclesiae. Dixi tamen Sibi aliquo repugnata, quia si alteri incumberet aliquod onus faciendum eodem tempore, quo aliud illi repugnans incumberet alteri, essent incompatibilia. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Beneficium requirens residentiam obtinens, ad alia requirètia residentiam etiam curata obtinenda non efficitur inhabilis, sed per ascensionem secundi, si sint curata, vel dignitas, vel officium vacat primum, si vtraque non sint talis qualitatatis, non inducitur quidem vacatio ipso iure, sed ipse tenetur, ac etiam potest cogi, vt alterum quod maluit dimittat.

3 Dubio in casu recipiendus est sensus, qui cultui diuino ac eius augmento fauet. Vnde quando verba fundationis multarum capellaniarum simul erectarum possunt intelligi, vt sufficiat si ex omnibus omni die vnus faciat sacrum, vel vt omnes omni die celebrent, secùdus sensus est admittendus, salua decentia & deuotione. nume. 2.

4 Obligatio Missae per se quotidie dicendi, differt ab obligatione illam per se vel alium dicendi.

CONSILIVM XXV.

AN habens capellaniam, ratione cuius debet residere quotidie in aliqua Ecclesia, impediatur habere beneficium curatum, vel aliud simile: & quid de necessitate missandi quotidie ob clausulam fundationis, qua ita habet: Quod quilibet capellanus dicat Missam quotidianam. qua tamen verba aliquando in ipsa fundatione variantur.

1 Ad primam quaestionem respondeo sequentia. Primum quod quare quidem potest alium beneficium etiam curatum iuste, quia necessitas residendi in aliquo beneficio iam quesito, non tollit habilitatem querendi aliud requirens residentiam, vel curatum: quia hoc nullo iure cauetur, & sine lege nemini est inducenda inhabilitas, praesertim ipso iure, iuxta glossam finalem, & facit c. legatur. Secundum, quod capellanus per adeptionem talis beneficii curati non perdit ipso iure suam capellaniam. Tum quia id etiam nullo iure cauetur. Tum quia Panormitanus & communis sententia tenet, quod beneficium requirens residentiam personalem non vacat per adeptionem alterius eam requirentis, nisi sint de contentis in d. c. de multa. scilicet dignitates, personatus, officia, vel Ecclesia parochialis. Tertio, quod licet praefati capellani iuste possint querere beneficia curata, non tamen iuste possunt retinere illa, & suas capellanas simul, immo possunt compelli ad relinquendum vtrum illorum maluerint, per dictam c. referentem. scum ei adnotatis.

2 Ad secundam respondeo, quod parte negante, scilicet quod praefati capellani non tenentur ad missandum quotidie, facit primo, quod statutum, vt habens certum beneficium quotidie celebret, non obligat ad celebrandum quotidie, sed solum quantum frequentius poterit, salua honestate sua & debita deuotione. Secundo, quia statutum fundationis obligans eos ad missandum inter cetera loquitur per verbum singularis numeri, scilicet, vt dicant singulis diebus Missam: & dispositioni disponenti, aliquid per singularè numerum satisfacit facièdo vnus: vt testatori disponenti quod aliqua possessio sua vendatur alicui, satisfacit heres vendendo vnus, & non tenetur ad vendendas plures, vt tradit Felinus. Tertio, quod statutum habet, vt capellani concordent super hora dicendi Missam, vt dicant eam per suos dies hora statuta, scilicet vnde decima hyeme, & decima aetate: & si omnes quotidie deberent singulas Missas facere, non videretur necessaria super hoc vlla concordia: & statutum videretur superfluum, quatenus habet, vt dicant eam per suos dies, cum omnes tenerentur dicere quolibet die.

Pro parte verò affirmante, quod praefati capellani tenentur dicere quotidie suam Missam, facit primo, quod testator expressè disponit; quod quilibet capellanus quotidie diceret Missam in altari maiori, vel alio illi proximiori: & vbi verba sunt clara, non est recedendum ab eis, & in claris non est locus coniecturis. Secundo, quod executores testamenti statuerunt, vt capellani dicerent Missam quotidianam, eo modo quo testator disposuit: at ille clarè & expressè disposuit, vt quilibet capellanus quolibet die diceret Missam, ergo quilibet eorum tenetur quotidie dicere Missam; quoniam relatu censetur positum in referente. Tertio quod statuta fundationis in multis locis loquuntur de Missis in plurali numero, primo ibi, los patrones nombren capellan, o capellanes, que digan las dichas Missas. & pondera quod si sola vna Missa dicenda esset, non oportebat dicere, vt eligerent capellanum, vel capellanos, quia satis erat vnum eligere, ibi, queremos que los dichos capellanes digan las dichas Missas por si mismos. & tertio ibi, si algun capellan dexare de celebrar las Missas. & pondera, quod loquitur in numero singulari de capellano, & in plurali de Missis, quae verba clare significant quemlibet teneri ad dicendas plures. quarto ibi, que los patrones pueñdan hazer celebrar las Missas.

3 Quarto, quod in dubio recipiendus est sensus, quo cultus diuinus augetur. Quinto, quod actus hominum per consuetudinem recipiunt interpretationem, vbi multa adducit Felinus: at raro patroni instituunt multos capellanos ad dicendum vnam Missam: quare in dubio institutio plurium capellanorum ad missandum intelligenda est de pluribus Missis, & non de vna tantum. Per haec posteriora fundamenta videtur pars haec affirmans verior.

Ad primum oppositorum respondeo primo, concedendo, quod obligatus simpliciter ad dicendam Missam quotidie, satisfacit missando, quoties salua honestate & debita deuotione potest: sed negando, quod ex eo quidquam contra hanc partem colligatur. Tum quia haec pars id non negat. Tum quia in casu proposito non agitur de obligatione ad missandum quotidie simpliciter, sed de obligato ad missandum quotidie per se, vel per alterum, inter qua magna est differentia, vt potest colligi ex Panormitano. Tum quia alia quaestio est, an praefati capellani debeant missare quolibet die per se, vel per alium, de qua non queritur; sed solum an teneantur omnes ad vnam solam Missam quotidie faciendam, de qua queritur, & ad quam responsum est quod non, sed debent singuli singulas dicere.

Ad secundum negando, quod in omnibus statutis testatoris, & executorum fiat mentio de Missa in numero singulari; quia immo in pluribus fit mentio in numero plurali, vt patet per supra dicta; & quod testator ita disposuit de Missa in singulari numero, quod clarè significauit singulos capellanos teneri ad singulas Missas faciendas quotidie; eius enim verba sunt haec: quod quilibet capellanus dicat Missam quotidianam.

Ad tertium responderetur, quod illud argumentum haberet aliquam vim si non posset esse inter capellanos alia discordia, quam quis eorum teneretur ad vnam Missam dicendam: sed illud est falsum; quia possunt esse multae aliae discordiae, scilicet quis eorum diceret prius sonate decima, & quis posterior, & quis in altari maiori, & quis in alio illi proximiori, & an deberent dicere de officio diei, vel alio, & an de viuis, vel de defunctis: & in huiusmodi discordiis potest verificari praedictum statutum. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Dispensatus illegitimus ad beneficia quacumque cum clausula, dummodo non sint plura, per illam id consequitur, vt dimisso primo possit obtinere secundum, non autem vt duo simul retineat.

CONSILIVM XXVI.

Quaritur quid operetur clausula illa, dummodo non sint plura, quam Datarius cepit nouè ponere in dispensationibus, quibus Papa dispensat ad ordines sacros, & beneficia cum illegitimis dispensatis ab Episcopo ad quatuor minores, & vnum simplex.

Quia res obscura erat, & eius declaratio à mente concedentis gratiam pèdere videbatur, cõsulimus Reuerendissimū Datariū, qui respondit mentè Papae & suā esse, vt

a L. n. aliter. ff. de leg. 3. b L. vltimus. §. can. ita. ff. de verb. obligat. c L. esse toto. ff. de hered. institutio. §. l. si in scriptis. no. & in l. in testamento. ff. de condit. & demonst.

d L. sunt persona. ff. de religio. & sumpt. fu. e L. fin. c. de. fideiuss. c. cum M. de constit.

f Consil. 99. n. 4.



virtute huiusmodi dispensationis nullus duo beneficia simul retinere possit, sed quod in hoc tantum proficit; quod qui absque illa non poterat obtinere nisi vnum simplex, & primum quod sibi conferretur: virtute huius poterit obtinere & retinere aliud quocumque maluerit, modo non retineat duo simul.

SVM MARIVM.

1 Capellania perpetua iuris patronatus, si (vt licet) reducatur per ordinarium ad manualitatem, definit esse beneficium, efficiaturque simplex: seruitium, ad quod patronus sine alia Episcopi approbatione potest quemcumque deputare; & deputatum remouere. n. 3. & 7. quod si postea impetretur vt beneficium, non tenet institutio. n. 5. nisi iterum de manuali per Episcopum instituitur in beneficium ecclesiasticum. num. 8.

4 Capellas esse manuales seu seruitia manualia, magis expedit patronis; quia seruientes sic magis continentur in officio, quam si sint beneficia ecclesiastica.

6 Bona fide possidens beneficium vti seruitium amouibile, facit fructus suos.

CONSILIVM XXVII.

Capellaniam perpetuam ordinarius, petente patrono; facit manuales; ad cuius seruitium patronus per se deputauit. quod ad I. qui ad euitandos scrupulos curauit se ordinario presentari, & de ea vti de beneficio perpetuo institui. Quæritur, quid agendum?

1 Respondeo primo, satis facile defendi posse id quod fecit præfatus ordinarius. Tū quod ordinarius, præsertim Legatus; potest iusta de causa, & cum consensu patroni facere, vt aliqua capella perpetua, in qua ad præsentationem eius instituitur capellanus, & rector perpetuus, fiat temporaria, & ad nutum amouibilis: quoniam certum est ordinariū posse vnire, & diuidere, & de nouo creare, & extinguere iusta de causa beneficia inferiora sui episcopatus.

2 Nec obstat, quod collatio beneficij, & institutio presentati in eo sūt res spirituales, & nō cadūt in laicū, qui est incapax iuris nō solū cōferēdi & instituēdi, sed & eligēdi, quod est minus, nisi priuilegio Papæ, iuxta glo. celebr.

3 Non inquam hoc obstat, quoniam per ordinationem qua capella perpetua fit temporaria, & ad nutum amouibilis, ita vt loco illius constituitur temporale seruitium ad nutum patroni amouibile, non confertur ius conferēdi, vel instituēdi patrono laico sed extinguitur capella perpetua, & loco illius fit illa, quam patronus potuisset ab initio ordinare etiam sine consensu Episcopi, vt scilicet darentur tot scuta annua alicui clerico ad seruiendū capellæ, ita vt posset ad nutum amoueri, & poni sine aliquo titulo perpetuo Episcopi; ita quod extinguitur beneficium, quod debet esse perpetuum, & consequenter definit ordinarius habere eius instituendi, sed non quaritur illud patrono, qui etiā perdit ius presentandi ad beneficium, quia iā non est talis; sed quaritur libertatē ponendi, & tollēdi quē & quoties voluerit; quod est grande & vtile fructu ad cōtinuandum capellam in officio virtutis, ne patronus rescians illius vitium, amoto eo, ponat alium: quæ, vt puto; fuit magna causa faciendi capellam illam de perpetua manuales, hoc est, extinguere illam, & loco illius facere temporariam, quæ non esset beneficium perpetuum, sed aliud gratius Deo.

4 Secundo principaliter dico, quod debet serio perpendi, fieri per hoc patrono grande præiudicium, & præfatio I. grande commodum: quia si manet perpetua, non potest ea priuari, nisi ex causa graui, & cum causa cognitione à iudice, vt alij beneficiarij; & quod fortè hoc fuit in causa, cur sub specie boni spiritualis, & sanæ conscientiæ, præfatus I. querit bonum temporale cum præiudicio patroni, quem miror tam facile illi concessisse. Mihi enim iure verius videtur, valuisse illam ordinationem, si iusta de causa facta fuit, potuit autem esse bona pars talis causa: id, quod prædictum est.

Tertio, quod meo iudicio consulendum erat prædicto patrono, vt procuraret restitutionem in integrum in suū ius antiquum per iustam ordinationē ordinarij sibi quæsitum: eo quod per iuris errorem, & timorē peccandi per præfatum I. & alios sibi incussum, per errorem præsentauit illum ordinario.

5 Quod ipsum & præfatio I. videtur consulendum: quoniam

niam non potest facile defendi iustitia tituli, quem nunc habet in dicta capella, cum non videatur fuisse ordinario, neque patrono animus mutandi ordinationem præfatum prædictæ capellæ; si iusta erat.

6 Quarto, quod præsupposita iniustitia & nullitate præfate ordinationis ordinarij, qua de capella perpetua fecit temporariam, & quod præfatus I. cum iniusto titulo possedit eam (quod certè ipse nō auderet affirmare) quia tamen bona fide, & cum titulo colorato possedit eam; fecit fructus suos, vt tradunt Panormitanus, & omnes potest Bartholum, & omnes, Couarruias.

7 Quinto, quod nullius inhabilitatis timor est habendus propterea quod videatur accepisse beneficium Ecclesiasticum de manu laici, contra multa capp. Tū quia non accepit vt beneficium perpetuum, sed vt seruitium manuales temporarium, quod potest dare laicus, & quotidie dant similes capellas manuales. Tū quod illa iura loquuntur de capiente beneficium sine colorato titulo, & ipse habebat coloratissimum, & certè mea sententia magis coloratum, quàm nunc, vt prædixi.

8 Sexto, ad quæstionem, qua quaritur quid nunc oportet agere iure poli, & iure fori, respondeo quod alterum de duobus, nempe procurare vt patrono restituatur ius suum per præfatum ordinationem ordinarij sibi quæsitum, & præfatio I. ius illud manuales, & amouibile, sicuti ante hanc inuolutionem habebat, aut curare, vt ordinarius solemniter erigat de nouo præfatum capellam in capellam perpetuam, & quod patronus de nouo præseter præfatum I. ordinario & quod ordinarius eū instituat in ea.

SVM MARIVM.

1 Commenda perpetua dat quemdam improprium & extraordinarium titulum, ad effectum vt illa cessante comprehendatur sub reservatione beneficiorum, sed non dat verum & proprium titulum. Vnde quis duo potest habere beneficia, alterum in titulum, alterum in commendam: nec per cessationem commende alteratur modus vacationis, immo vacat & remanet affectum & reservatum vt prius, adeo vt prouiso ordinarij non det titulum nec coloratum.

2 Rescriptum Papa in ijs que sūt iuris, facit ius, nedū inter partes pro quibus rescribit sed etiam inter alios.

CONSILIVM XXVIII.

BENEFICIUM commendatum non vacat proprie per cessationem commende, sed vacat vt prius ante commendam, & perinde manet affectum, & reservatum, ac manebat quando fuit commendatum, vt ait Federicus, Ludouicus Romanus, Cassadorus, Gomezius, Card. I. qui hoc in præfatis locis decisiuè vel remissiuè tenent, per cessationem commende censi vacare beneficium eo modo, quo vacabat cum fuit commendatum: pro quibus est illa regula, quod nemo debet habere plura beneficia in titulum, & alterum in commendam, quia commenda non dat titulum.

Non obstat, quod Cassadorus & Gomezius in præfatis locis affirmant, commendam perpetuam esse titulum canonicum, & coloratum, & quod per cessationem commendæ perpetuæ perditur ille titulus, & vacat beneficium commendatum, & comprehenditur sub prædictis regulis Cancellariæ, quæ loquuntur de titulo colorato & vacatione: quia vt ex ipsemet colligitur, intelligunt de quodam titulo extraordinario, & improprio, & de vacatione largo modo quo ad effectum includēdi sub præfatis regulis magis ex idēitate rationis, quàm ex proprietate verborum, non autem loquuntur de titulo, & vacatione, per quam desinat beneficium esse affectum, vt erat quando fuit à Papa commendatum.

2 Denique ipsemet Papa in suis literis amplissimè declarat, per cōmendæ cessationē non vacare beneficium cōmendatum, aliter quàm vacabat tempore commende: & quod manet reservatum eius collationi, prout erat quando commēdauit, & addit non posse ordinarium in eo conferre titulum coloratum: & cum ita declarat Papa rescribendo in his quæ sunt iuris, nulla cadit dubitatio: quoniam rescriptum principis facit ius, non solum inter partes, vt ait Ioannes Andreas, sed etiam quod ad alios, cum multis alijs per Felinum. citatis. Salua, &c.

a Le. bene fidei. ff. de acquir. ver. do. si quis à nō domino. inf. de ver. diuis. b In c. grauis. de resti. spol. c In le. ex diuers. ff. de rei vendic. d In leg. si & me & Titii. ff. de reb. credend. e Libr. i. variar. resolut. cap. 3. f 16. q. 7.

d In glo. pragmat. sanct. Gallican. tit. de pacifico posse super verbo trienn. & verbo molestari. e In eadē regula. q. 58. f Titu. de pacific. possess. g In commen. tario de pacific. possess. ampl. 3.

g In titulo de perm. be. nef. q. 15. h Conf. 350. i Decis. 5. de priuileg. k In regul. de infirm. rescript. que. 13. & de verisim. not. q. 4. & de imp. pet. benef. fam. l q. 5. & de trienn. q. 5. m Per totam 21. q. 1. n Capit. qui duas. & c. relatio. 21. q. 1. c. nemo deinceps. de electio. li. 6.

o Continuatur. rubri. de rescript. p Capit. licet. 16. q. 3. c. imul. ti. 2. q. 1. q In d. rub. de rescript. col. l.

a Ca. 7. n. 33.

b Ca. 22. nu. 40. & seq. & mis. 50. nu. 1. & seq.

c In gloss. reg. Cancell. 35. pag. 5.

d In glo. pragmat. sanct. Gallican. tit. de pacifico posse super verbo trienn. & verbo molestari. e In eadē regula. q. 58. f Titu. de pacific. possess. g In commen. tario de pacific. possess. ampl. 3.

SVM MARIVM.

1 Distributiones quotidianas, quas canonicus hereticus occultus, interim antequam retentione beneficij absolueretur, percepit, ijs, quibus accreuisset, restituar.

CONSILIVM XXIX.

Canonicus hereticus occultus, qui accepit distributiones quotidianas, si absoluitur, postea reconciliatus cum retentione canonicatus, cui restituet eas?

1 Respondeo, hanc quæstionē posse decidi per ea, quæ nos tradimus in Enchiridio de oratione, scilicet acquiri huiusmodi distributiones illis canonicis; quibus accreuisset, si ipse non interfuisset: an autem possint remitti, & condonari, vide quæ vbi supra tradimus.

SVM MARIVM.

1 Possessio triennis de colorato titulo facit verum.

CONSILIVM XXX.

Quæsitum est, an possessio triennis beneficij de colorato titulo faciat verum?

1 Respondetur quæstionem hanc esse magnam, quam etsi perlegendo in scholis sapius tetigi, numquam tamē in eius decisione animum ita firmavi, vt non fluctuaret, videns ex vna parte glossam antiquam viri doctissimi Gulielmi de Monteferrato tenere, quod possidens pacificè beneficium triēni cum titulo colorato, facit illud suum, etiam quo ad Deum, licet titulus non fuerit canonicus: Et ab altera parte perpendens argumenta neruosa, quæ contra eam fieri possunt, quorum & aliqua tangit Cosmas Gumierus, per quæ tenet contrarium; quod ipsum, ea tamen nō relata, tenuit etiam Gomezius. At nūc arbitror opinionem præfate glossæ antiquæ esse seruandam, per argumenta neruosa, quæ ipsa tangit: & quia mēs Conciliorū, vnde illa regula desumpta est, & concordatorum inter Leonem X. & Franciscum Gallia Regem, vbi latius quam alibi sensus illius regulæ exponitur, id sensisse videtur; & quod prætorum summa Gallicana, quæ parlamenta vocant, id seruare dicuntur à Petro Rebuffo, qui hanc partem late confirmat, & Salua, &c.

Aduertendum hanc sententiam auctoris non esse ita certam, vt patet ex Couarruiæ regul. possessor par. 2. §. 10. versic. septima conclusio. cum anteced. de reg. iuris in 6.

SVM MARIVM.

1 Alternatiua mensium non prodest ordinarijs acceptantibus, nisi postquam eorum acceptatio authentica ad Datarium peruenerit, nec post mortem Papæ illam concedentis, nu. 2. includitque diem ipsiusmet publicationis. nu. 3.

2 Gratia ad beneplacitum Papæ morte eius expirat secus si ad beneplacitum Sedis Apostolica concedatur

2 Dies termini, quando illi additur præpositio, vel ab, non computatur in termino, secundum illam opinionem quæ aliquibus magis communiter est recepta: fallit primo, quando de mente auctoris, vel ex alijs verbis aliter contrariū potest colligi, nu. 4. & 7. Item dicta regula procedit, quando dicta præpositio additur actui gerendo, vel tempore sine certi diei expressione, secus si addatur certo diei. n. 5. Itē fallit quando additur à lege, nec inclusio est cōtra ius, n. 6. Itē & quando inclusio est fauorabilis ei cui fit gratia, dilatio vel facultas. nu. 8.

6 Reservatio alternatiua mensium non est contraria iuri, immo conformis, quia reservat Papa ius conferendi, quod illi cōpetit ratione concursus, quo cum omnibus ordinarijs & validiori iure concurrat.

CONSILIVM XXXI.

Quæsitum fuit, an vacante canonicatu & præbenda in Ecclesia cathedrali Gienensi illa ipsa die, qua facta fuit reservatio alternatiua à S. D. N. Sixto V. censeatur includi in reservatione, vel valeat collatio ordinarij in vim alternatiuæ præcessoris.

1 Ad hanc quæstionem decidendam præsuppono primò collationem prædicti canonicatus factam à Reuerendissimo Episcopo Gienensi non potuisse valere illa ratione, quod illa pertineret ad ipsum virtute alternatiuæ, quia illa ei non poterat prodesse, donec fidei eius acceptationis peruenisset ad Datarium, vt cōcessionis alternatiuæ tenor continet, quæ non peruenit ante collationem à Sanctissimo factam.

2 Secundo, quod etiam certum est prædictum D. Episcopum non, potuisse illum conferre virtute acceptationis alternatiuæ, quæ fecerat antea Gregorius XIII. quia illa & virtus eius expirauerunt per mortem illius: quoniam facta fuit vsque ad beneplacitum eius; & gratia facta vsque ad beneplacitum Papæ finitur morte ipsius; licet nō, si fieret vsque ad beneplacitum Sedis Apostolicæ.

3 Quibus præsuppositis respondetur primò, quod tota difficultas huius quæstionis consistit, an ob sit eius collationi alternatiuæ reservatio facta per S. D. N. pro cuius vtraque parte multa possent adduci: quoniam multa faciunt pro collatio Papæ, & multa pro collatio Episcopi: sed oīa vidētur reduci ad illam quæstionem, à reservatione facta à Sanctissimo, & publicata die 4. Maij anni 1585. qua reseruauit omnia beneficia vacantia extra Curiam à die publicationis eius propter præpositionem illam, à, censeatur excludere an includere diem illum quartum: quia prædicti canonicatus & præbenda vacauerunt illa ipsa die, & collatarius Episcopi prætendit eos non comprehendendi in reservatione prædicta: quia dies termini non computatur in termino, quādo illi additur præpositio, à vel ab; vt habet glossa memorabilis adiuncto textu, quæ videtur aliquibus cōmuniter recepta, in quibus videtur esse Decius cum relatis à se. Collatarius autem Sanctissimi contradicit, allegans diem termini computari in termino in prædicta reservatione.

Pensatis autem mediocriter vtriusque rationibus adductis pro illa glossa, & contra illam, videtur verius esse, quod in hoc casu dies termini includatur in termino, & quod canonicatus & præbenda prædicta censenda sunt reservata S. D. N. primò quidem, quod ex mēte auctoris reservatoris id colligitur.

4 Tum quod cōstat eum voluisse per illam reservationem reservare sibi regulariter quo ad omnes collatores & collatrices omnia beneficia vacantia mense Maio, cuius dies erat ille quartus, in quo vacauerūt; & ita videtur voluisse vacantia illo die includere. Tum quod consuetudo antiqua Maximorum Pontificum habet reservare vacantia in octo mēsis sibi per reservationem regularem, & vacantia sex mēsis per reservationem alternatiuā: & non videtur vnquam contigisse casus, in quo dies termini declaratur exclusus.

Secundo, quod colligitur etiam ex verbis ipsius reservationis; quia facta est secundum consuetudinem antiquā prædictam, exprimito in duobus locis menses reservatos, & in vna sine vlla præpositione, à, vel ab; ex quo conicitur, quod sua Sanctitas nullam de vi exclusiua diei termini habuit memoriam, & consequenter noluit vt haberet eam: quia nihil incognitum est volitum, secundum S. Augustinum, receptum ab omnibus, & probatur per I. cum Aquiliana, cum similibus. Tum quod si illa reservatio fuisset facta die secunda, vel tertia Maij, inclusisset diē quartam: & certum est noluisse minus includere faciēdo eam die quarta, quàm faciēdo eam die secunda, vel tertia quo ad dies in ea terminatos.

5 Tertio, quod in proposito non agitur de præpositione, à, vel ab, addita tempore, vel actui generaliter sine expressione diei certi, quo casu non includunt tempus præcedens actum, sed solum sequens immediatè illum, vt in cap. anteriorum, sibi. A recitatione sententiæ. & in c. quam sit, sibi: A tempore presentationis. Sed agitur de præpositione, à, adiuncta certo diei: per quod tolluntur argumenta, quæ videntur probare non includere tempus præcedens actū, sed solum sequens illum, vt singulariter præ alijs adnotauit Præpositus.

6 Quarto, quod Cinus, quæ sequitur ibi Salicetus, determinauit, quando huiusmodi præpositiones includunt terminum diei, cui adiiciuntur, & quando nō; dicēs, quod quando proferuntur à lege, includunt, si inclusio non est cōtra ius, vt in d. l. à caligato & in c. à subdiacono. & in casu proposito præpositio, à, proferatur à lege; & inclusio est conformis iuri: ergo censendū est includere. Quod autē sit conformis iuri, & legi, probatur ex eo, quod Papa iure cōmuni habet potestatem conferēdi omnia beneficia, quocūq; tēpore vel loco vacent, secundū gloss. magnā recep.

a Cap. signatio. de refer. lib. 6.

b In clem. sic. de appell. c In ca. supra eo. 2. de appell.

d 13. de Trinit. e ff. de transact.

f 2. g. 6. g De electio. lib. 6.

h In ca. super eo. 2. nu. 24. de appell. i In l. à caligato. c. de nupt. k 93. dist. & in c. aliter. 31. dist.

a In cap. 1. de offic. leg. li. 6.

& per reservationem predictam confirmatur, & auge-  
tur ius eius ad conferendum. Nec obstat, quod nocet ordina-  
rii, qui concurrunt cum Papa: quia ius quod habet Papa est  
longe amplius, & dignius, adeo quod ut ait predicta glo-  
sa recepta si ambo conferrent eadem die, & nesciret uter  
prius contulisset, collatio Papae praevaleret ceteris pa-  
ribus collationi ordinarij: & ideo predicta reservatio po-  
tius iudicanda est conformis iuri, cum consonet iuri Papae,  
quam difformis, eo quod deroget iuri Episcopi.

7 Quinto, quod etiam predictus Cinus communiter re-  
ceptus tenet ubi supra, quod quando proferuntur ab ho-  
mine tales praepositiones adiunctae diebus, censentur in-  
cludere, si de mente disponentis expressè vel tacitè id po-  
test colligi: & in casu proposito talis mens colligi potest,  
tum expressè, eo quod S.D.N. declaravit se habuisse illam  
mentem per declarationem solemnem id continentem  
factam ab eo, tamquam a legislatore, & non tamquam à  
doctore privato, cui credendum est, cum per literas eius  
Apostolicas de facto proprio deponentis id apparet; iux-  
ta clem. literis. Tunc tacitè, quia quilibet praesumitur se  
suosque magis diligere, quam extraneos, per quae & alia  
iura probatur ordinatam caritatem incipere à se ipsis:  
& inclusio illius diei respiciebat commoditatem & vtili-  
tatem suam, & suorum familiarium, & aliorum clericor-  
um pauperum in Curia degentium; quam certum est ma-  
luisse intendere, quam Episcoporum, & aliorum collato-  
rum voluntatem, & appetitum, quae non solent esse Reip.  
adeo commoda, ac sua, ut omnium patris, ac domini, &  
vnicuique ac supremi Vicarij Christi.

8 Sexto, quod predictae praepositiones includunt termi-  
num, quando inclusio est vtilis & favorabilis ei cui fit,  
vel datur dilatio, facultas, vel gratia, ut pulcherrimè de-  
terminat post alios Praepositi vir eruditissimus, & in rebus  
Curiae Romanae exercitatusissimus, & probatur ex ra-  
tione, quod in quocumque casu dies, cui adicitur praepo-  
sitiō, à vel ab, computatur in termino, ubi inclusio termini  
operatur utilitatem ei cui datur, vel fit dilatio vel facul-  
tas. At per reservationem predictam resultat utilitas &  
commoditas ei cui fit reservatio, nempe Papae: ergo dies  
termini computabitur in termino: quae ratio confirmatur  
per glossam magnam & receptam, quae significat tunc  
praepositionem, à, excludere diem termini, quando v-  
tile, commodum, vel favorabile est ei, cui conceditur  
dilatio, vel gratia: & tunc predicta praepositio includit,  
quando inclusio est vtilis vel favorabilis, ei cui concedi-  
tur dilatio, facultas, vel gratia. Per quae omnia concludi-  
tur, predictum diem quartum, qui fuit terminus predictae  
reservationis, includi sub ea. Salva, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Pensio de voluntate prouisi de beneficio iuste ita imponi potest  
ut ea etiam possessione non habita solvatur, & nu. 5. pote-  
rit tamen se eximere, beneficium dimittendo. num. 7. in-  
terim autem iuste exigitur & solui debet. num. 4. solvatur  
inquam ex alijs bonis, ex quo hac solutio non est restricta  
ut fiat solum de fructibus beneficij. num. 5.
- 1 Vendens vel grauatus dare decem pondera olei, quod nascetur  
ex tali praedio, non obligatur dare plusquam ex eo nascetur:  
secus esset, si suam obligationem non restrinxisset praesise  
ad ex illo nasciturum. num. 5.
- 2 Perempta re debita sine culpa debitoris, debitor liberatur, &  
hoc quo ad ea que debentur in specie, secus de eo quod debe-  
tur in genere. num. 6.
- 3 Impedimentum superueniens excusat debitorem: fallit tamen  
in impedimento prouiso, vel quod potuit à prudente prouid-  
deri. nu. 8. & 4.
- 4 Difficultas soluendi rem promissam non liberat debitorem. &  
num. 7.

CONSILIVM XXXII.

PRaesupposita resolutione dubij, scilicet, quod consti-  
tutio pensionis adiecta clausula, habita, vel non habita  
possessione, est iusta. Ad dubium propositum, an sit iustum,  
vel iniquum accipere pensionem à beneficiario, qui nō-  
dum accepit possessionem beneficij, nec vllos fructus ei?  
respondetur, quod pro parte affirmatiua facit primò, quod  
qui vendit decem pondera olei, quod natum esset ex tali

praedio, non tenetur soluere illa, nisi nascantur, & si  
legata fuerint decem amphorae vini, quod nascetur ex ta-  
li praedio, non debentur plures, quam nascantur. b At  
pensio est soluenda ex fructibus beneficij: ergo non de-  
betur solui, nisi tantum quantum ex fructibus illius colli-  
get beneficiarius.

2 Secundò, quod cum res promissa vel legata perit si-  
ne culpa debitoris, non tenetur ad eam soluendam, immo  
nec si à communi commercio eximatur. c At fructus be-  
nificij, cuius beneficiarius possessionem non capit, nec  
potuit capere, & fecit quidquid homo diligens facere de-  
bebat, videtur peritisse ipsi sine vlla culpa sua: ergo non  
tenebitur eos soluere. Tertio, quod data res videtur quod  
quis soluat pensionem de re, qua nullatenus uti potest. d

3 Quarto, quod impedimentum superueniens excusat  
quem ab obligatione faciendi ea, quae tenebatur facere. e  
At beneficiario, de quo loquimur, superuenit impedimē-  
tum soluendi pensionem ex impotentia capiendi posses-  
sionem beneficij pensione onerati: ergo excusatur à praes-  
tanda illa.

4 His tamen non obstantibus contrarium est dicendum.  
Tum quia difficultas praestandi rem promissam nō excu-  
sat promittentem ad illam praestandam. f Tum quia dam-  
num quod alicui sua culpa venit, sibi debet imputari. g At  
damnum hoc sua culpa euenit beneficiario, qui potens &  
debens prauidere se posse impediri ab adipiscenda pos-  
sessione, voluit se obligare ad soluendam pensionem, etiā  
nō adeptam possessionem. Tū quia euentus, quē quis praui-  
dit vel debuit prauidere, nō excusat. h At predictus benefi-  
ciarius prauidit potuisse euenire difficultatem & impo-  
tentiam capiendi possessionem, quia ideo se obligauit ad  
soluendam pensionem, etiam non adeptam possessionem. Tū  
quia, quod factum est legitime, non debet retractari, licet  
perueniat ad eum casum, à quo non potuit incipere, i &  
casus hic nullibi reperitur exceptus ab illa regula: ergo  
illi est standum, iuxta glossam solemnem. k

5 Cum ergo in resolutione praecedentis questionis proba-  
tum sit predictam constitutionem pensionis esse iustam,  
& legitimam, non debet retractari, nec vana fieri, etiam si  
eueniat casus, à quo non potuit incipere; quanto minus,  
quod in casu proposito non euenit casus, à quo non pos-  
set incipere, sed tantum difficultas praestandi, quod legiti-  
mè promissum est, quam non excusare supra dictum est.

Non obstant opposita. Ad primum enim responderetur  
concedendo, debitorem pondus olei, quae nascetur ex ta-  
li praedio, non teneri ad soluendum illa plusquam, quae  
ex eo nascetur, quia suam obligationem restrinxit ad solu-  
endum illa, quae nascerentur ex tali praedio: negando tamen  
beneficiarium praedictum restrinxisse suam obliga-  
tionem soluendi ex fructibus, quos caperet ex beneficio  
nec expressè nec tacitè, immò expressè ampliauit illam ad  
soluendum ex alijs bonis casu quo nullos fructus caperet  
ex illo, immò etiam si eius possessionem non caperet.

6 Ad secundum responderetur concedendo assumptum,  
quando aliquid in specie promittitur; negando tamen,  
quando in genere promittitur: & ita si praedictus benefi-  
ciarius promississet in specie pensionem ex fructibus,  
quos perciperet ex beneficio pensione onerato, non tene-  
retur illam soluere: sed quia promissit soluere: in genere  
pensionem non se restringendo ad fructus, quos percipe-  
ret, immò ampliando se ad casum, quod etiam si nihil ex  
eis perciperet, teneretur etiam soluere, ad id obligatur  
per l. incendium. C. si certum petatur. & resolutionem cō-  
munem ibi, & vbi que.

7 Ad tertium responderetur concedendo duram quidē  
rem esse, sed duritiam rei praestandae non excusare obli-  
gantem se scienter ad illam praestandam: dura enim res  
est seruare tria substantialia vota religionis, sed illa duri-  
ties non excusat monachos ab obseruatione illorum se-  
cundum omnes Catholicos contra impium Lutherum;  
praesertim quod beneficiarius potest se à duritia illa ex-  
cusare relinquendo beneficium, ut regrediar ad pensionem,  
vel conferatur alteri.

8 Ad quartum respondetur primò, quod assumptū in il-  
lo intelligendū est, de impedimento nō prauiiso, & quod nō  
potuit à prudēte viro prauideri, quale nō est hoc. Secundò

a Le. si debitor ff. de contrahen. empt. b L. cum certus ff. de tri. ti. vino, oleo.

c L. inter stipulantem §. sacram ff. de verb. obliga. cū ei adnoia.

d Arg. praedictarum ff. de debitor. §. si cum certus. e Ca. comm. 13. dist. §. ca. quema. dno. d. de iur. iuran.

f L. cōtinuu §. cum ita. de verb. oblig. g Cap. damnum. de reg. iur. lib. 6.

h Le. si putator ff. ad leg. Aquil.

i Cap. factum legitime. de reg. lib. 6. k In reg. omnis definitio. ff. de reg. iur. §. in rub. eo. tit. lib. 6.

a Le. Papiniani ff. de minorib.

b Capi. super literis. de refcrip. cum cita. is. ibi per Fel. colum. 1.

c In Miscel. 45. §. seq. libelli de miscellanis.

negando, quod in hoc casu superueniat impedimentum  
soluendi pensionem, licet superueniat impedimentum  
soluendi illā ex fructibus beneficij, quae longè sunt diuer-  
sa & separata, & à separatis non inferuntur. a Tertio quod  
potest se excusare ab hoc onere relinquendo beneficium  
ut praedixi: quod si voluerit illud retinere, damnum, quod  
ex hoc ei venit, culpa sua imputet per praedictum cap.  
damnum. Salua, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Subreptitiam reddit gratiam omnis expressio falsi, quae potest  
mouere Principem ad facilius eam concedendam.

CONSILIVM XXXIII.

AN peccauerit N. in impetratiōe beneficij exprimē-  
do se teneri ad solutionem pensionis, quam reuera  
soluebat, sed paulo ante redemerat?

Respondeo; quod impetrans vnū beneficium, exprimē-  
do se teneri ad soluendam pensionem, quam iam licitè re-  
demerat, non solum peccat, sed etiam gratiam perdit; quia  
omnis expressio falsi, quae potest mouere Principem ad  
gratiam facilius concedendam, reddit eam subreptitiā. b

SVMMARIVM.

- 1 Pensio seruata a laico super commenda à magno Magistro est  
nulla.
- 2 Pensionem pro laico solus Papa seruare potest.
- 3 Beneficiarius post adeptum beneficium, sed nō antea potest al-  
teri promittere, vel donare de fructibus eius, pietatis & mo-  
pia intuitu.

CONSILIVM XXXIV.

VTrum magnus Magister militiae S. Ioānis possit cō-  
stituire pensionem alicui laico coniugato super cō-  
mendam collatam cuiuspiam ordinis sui militi, & an laicus  
illam exigere, & an miles illam soluere valeat?

1 Respondeo primò, quod mea sententia, quam dolent-  
ter promo, constitutio praedicta praefata pensionis mini-  
mè valet: tum per illa multa, quae nos nuper scripsimus, c  
quoniā nihil iure distat inter ea quae ibi scribuntur, & quae  
in casu proposito quaruntur, nisi quia ibi magis loquimur  
de pensione imponenda clerico saeculari super beneficio  
saeculari, hic autem de illa, quae imponi potest regulari super  
beneficio regulari.

2 Tum quod receptum est ab omnibus, nō posse ab in-  
feriori Papa constitui pensionem vlli laico, etiam nō cō-  
iugato: & in casu proposito praefata pensio fuit constituta  
coniugato ab inferiori Papa: per quae nescirem defendere  
praefatam pensionis constitutionem, neque consequē-  
ter quo modo possit exigi, & quo solui tamquam debita.

3 Secundò, quod si amicitia mutua, & caritas commē-  
datarij pensionem onerati, & pensionarij fuerit tanta, quod  
commendatarius velit soluere illam gratis alteri, & ille  
accipere tamquam gratis datam, & ratio aliqua pauper-  
tatis, pietatis, vel necessitatis interuenit, ob quam praefata  
commendatarius iuste possit donare redditus illius pen-  
sionis praefato pensionarij; possunt conuenire ambo in-  
ter se, & per scripturam publicam consiteri se nolle pete-  
re, neque soluere pensionem illam uti debitam, & discede-  
re à constitutione, quam Illustrissimus Magister fecit;  
sed quod cōmendatarij soluet pensionem causa paupertatis,  
pietatis, vel necessitatis tota sua vita, vel ad aliquos ā-  
nos: quoniā licet beneficiarius ante adeptū beneficium  
non possit promittere aliquid alteri de fructibus benefi-  
cij habendi; potest tamen post habitum & consequutum  
donare alteri, pietatis, inopiae, vel necessitatis intuitu, ali-  
quam partem reddituum eius, ut latè monstramus nos in  
multis locis tractatus de redditibus ecclesiasticis.

DE CLERICO AEGROTANTE,  
VEL DEBILITATO.

SVMMARIVM.

- 1 Beneficio ob superuenientem amentiam, etiam si sit archidia-  
conatus, quis non est priuandus; sed ei, durante amentia, à  
superiore dandus coadiutor.

CONSILIVM I.

Vnus Archidiaconus & canonicus in amentiam per-  
petuam incidit. Quaritur an beneficia illius impe-  
trari possint.

1 Respondeo, quod non sunt impetranda beneficia pre-  
dicta, neque ipse sine culpa eis priuandus: sed superior po-  
test dare ipsi coadiutorem, manente iure beneficiorum in  
illo, secundum communem opinionem, quae colligitur ex  
c. cum percussio. a & ex responsione quae communiter datur  
c. tua. b quod innuit contrarium: posset autem impetrari à  
Papa coadiutoria perpetua cum futura successione pro  
aliquo, de quo verisimiliter crederetur, quod non captaret  
mortem eius.

SVMMARIVM.

- 1 Coadiutor ordinario iure creatus tenetur obire ea munera,  
quae titularis obligatus prestare non potest; viuisque ex fru-  
ctibus beneficij: & hoc, nisi aliud in creatione sit expresse  
cautum: quia tunc id erit seruandum tam pro ipso, num. 3.
- 4. & 5. etiam ad effectum ut sit perpetuus cum futura suc-  
cessione quam contra ipsum, num. 2. etiamque ad effectum  
ut per illius interessentiam titulari acquiratur distributio-  
nes, num. 3. & 5. ex quo Pontifex circa hac humana iura  
potest, ut placet, disponere. num. 7.
- 3 Distributiones etsi non dentur regulariter nisi interessentibus  
diuinis: at tamen quandoque Papa concedit, ut titularis il-  
las lucretur interessendo per ei datum coadiutorem. & n. 5.

CONSILIVM II.

PRaesupposito, quod Sanctissimus dedit coadiutorem  
perpetuum & irreuocabilem archidiacono cum futu-  
ra successione; adiecto, quod ipse coadiutor non possit  
petere, nec exigere quidquam de fructibus archidiaconatus  
ob eius munera, & regimen: & quod se intromittere  
non possit in eodem regimine; & administratione archi-  
diaconatus, nec fructuum eius, nisi de consensu ipsius archi-  
diaconi; eo tamē absente possit habere stallum, & vo-  
cem in Capitulo, & in processionibus; sed omnia, quae dū  
ibi steterit lucrabitur, cedant archidiacono. Quaritur  
primò, an ipso archidiacono aegrotante, ea quae lucrabitur  
coadiutor, dū steterit pro eo in Capitulo, vel alibi, cedat  
ipsi archidiacono. Secundo, an etiam ea, quae tribus men-  
sibus, qui ad quietendum dantur, eidem cedant, si dictus  
coadiutor releserit.

1 Respondeo primò, quod coadiutor iure communi ordi-  
nario creatus tenetur, facere omnia, ad quae datur, &  
quae is cui datur tenetur facere, ut colligitur ex Innocen-  
tio, & probatur in c. de rectoribus & c. si. cum ei adnotatis  
per Panormitanum & alios: d colligitur autē ex eo, quod  
praetatis & beneficiariis dandi sunt iure communi coad-  
iutores, ut adiuent eos in his quae tenentur ipsi facere, &  
non possunt, ut sentit Innocentius, e & debent habere  
sustentationem ex fructibus & redditibus beneficiorum,  
ad quae administrata designatur, ut statuitur in c. r. f & in  
d. c. de rectoribus. cum eis adnotatis: & huiusmodi susten-  
tatio & stipendium non datur in vanū, sed pro obligatio-  
ne faciendi ea, quae incumbunt agenda beneficiario, iux-  
ta illud, Propter officium datur beneficium. g

2 Secundò, quod coadiutor, de quo quaestio mouetur,  
non est iure communi & ordinario datus, sed valde ex-  
traordinario, & in gratia & fauorem speciale, ut ex ip-  
sa concessione Papali colligitur: nam datur cum futura  
successione, & cum multis ampliationibus & restrictio-  
nibus contra ius commune additis. Datus est enim ita ut  
coadiutoria sit perpetua & irreuocabilis, & quod nihil  
possit petere, neque exigere de fructibus archidiaconatus,  
ob cuius regimen, & munera subeunda designatur.

3 Tertio, quod Sanctissimus D.N. non obligat eum ad  
praedicta munera subeunda, sed facit ei facultatem sub-  
eundi & gerendi de consensu archidiaconi: non enim iubet ei,  
ut ea subeat, sed quod valeat ea sub-  
ire volente archidiacono, immo expressè vetat ei,  
ne se intromittat in regimine & administratione praedi-  
cti archidiaconatus, illiusque fructuum, nisi de consensu  
illius; & quod eo absente possit habere stallum in choro,  
& locum & vocem in Capitulo, & in processionibus: &  
quod cum sic steterit, non lucretur pro se quidquam, sed  
pro archidiacono: ita quod nullum ei salarium, neque stipe-  
ndium erit soluendum ab archidiacono, si noluerit ei  
quicquam soluere.

4 Quarto quod ex hoc sequitur, quod ipse quoque  
coadiutor

a Etr. Pontif. q. 1. ex c. rectoribus de cler. agrot. & ex cap. eod. tit. li. 6. b De cler. aegrot.

c In c. nisi cū pridem. de renunciat. n. 4. d De cleric. agrot. c vbi supra.

f De clerico agrot. li. 6.

g Cap. fin. de refcri. li. 6. & c. 1. de clerico agrot. eod. li.



at. ad Corin. p. b. Col. 2. q. 9. 1. c. Ad Gal. 5. d. L. & sion tra tabulas ff. de vulg. & ca. sciendum. 2. q. 1.

coadiutor non tenetur ad seruendum archidiaconatus, si noluerit seruire; quia sicut ait Apostolus, a relatus in c. 1. b qui altari seruit. de altari viuere debet, & ut idem ait, c relatus ubi supra, nemo militat suis stipendijs. ita qui non uiuit de altari, non tenetur ei seruire; quia quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito. d Quinto, quod ex predicta exorbitanti concessione S. D. N. videtur colligi, quod predictus coadiutor absente archidiacono potest etiam absque eius consensu sedere in choro, & dare vocem in Capitulo, & incedere in processionibus, & interesse aliis actis capitularibus canonicorum, etiam nolente archidiacono: non tamē potest in regimine, administratione, & fructuum perceptione se intromittere, nisi eo volente, & de consensu eius, ut ex bulla expressē patet.

Sexto, quod ex predictis infertur decisio primę questionis, scilicet quod aegrotante seu stante infirmo archidiacono potest quidē coadiutor interesse choro, & Capitulo, & sedere in locis archidiacono designatis eo absente, & etiā nolente, & lucrari pro archidiacono omnia, quę lucraretur ipse archidiaconus, si ipsemet personaliter deseruiret; non tamen tenetur, si nolit, & in reliquo regimine archidiaconatus & fructuum perceptione nec potest neque debet se intromittere sine consensu & voluntate archidiaconi, cuius concessionis ratio videtur fuisse illa, quod partes, quibus annuit Papa, noluerit vt tolleretur quidquam emolumentum archidiacono, licet voluerit vt sua Sanctitas honoraret adiutorem sine vllo archidiaconi damno in vita eius per concessionem stalli in choro, & loci in Capitulo lucrado non sibi, sed archidiacono: & quod cedente, vel decedente archidiacono succederet in archidiaconatu.

6 Septimo, quod predictus archidiaconus potest sibi querere omnia emolumenta sui archidiaconatus ratione suę infirmitatis, & aliorum legitimorum impedimentorum, & non interessendo diuinis, eo modo perinde ac si non haberet coadiutorem, siue coadiutor interfuerit, siue non: quia nullo iure neque hac concessione Papali hoc ei prohibetur.

Octauo, quod ex his infertur etiam decisio secundę questionis, scilicet quod tribus mensibus, qui pro quiete dantur, lucrabitur archidiaconus perinde ac alij, siue coadiutor residet siue non: quia in illis non tenetur interesse diuinis per se, neque per alium.

7 Nono, quod non obstant argumeta, quę induci possunt contra hęc ex iuribus allegatis in primo dicto: quia illa procedunt in eo qui est coadiutor secundum formam iuris communis, secundum quam debet habere congruam sustentationem; & debet obire munera: quę principalis cui datus est subire nequit: qualis non est hęc, cui expressē derogat summus Pontifex, qui citra omnia iura humana dispensare potest. e Quę omnia licet is cui vacaret, posset largius fundare, nos tamen plurimis occupati non potuimus id præstare, sed neque expedit: quoniam satis firmiter ex præfatis nouem dictis confirmantur.

S V M M A R I V M.

- 1 Senectus metaphoricę, & non proprię dicitur morbus: vnde in literis beneficalibus, quę sunt ambiciose, appellatione morbi non venit senectus.
- 2 Coadiutoria ob vnā causam non extenditur ad aliam, immo duę ad duas causas dari possunt.
- 3 Religiosus ad id cui aptus est, & non cui est ineptus, coadiutor dari potest.
- 3 Coadiutor Archiepiscopi cum futura successione pallio vti non potest.
- 3 Coadiutor Archiepiscopi, eo absente, vel amuente, benedictionē dare potest, si sit Episcopus consecratus, possitque exercere pontificalia.
- 4 Coadiutor datus cum potestate exercendi, quę coadiutores iure vel consuetudine possunt, beneficia conferre, vel alia exercere non valet, quę is, cuius est coadiutor, per se vult & potest exercere.

C O N S I L I V M I I I.

AN coadiutor datus Archiepiscopo propter senectutem, & amentiam, & amentiam cum futura successione, & facultate exercendi spiritualia & temporalia, qua

c Ca. cuncta per mundum. 2. q. 3. & ca. proposuisti de concess. præb.

iure vel consuetudine ad coadiutoris officium pertinent, possit vti muzetta, benedictionem dare, beneficia conferre, & sedere in archiepiscopali cathedra?

Respondeo primo, quod quæstio proposita non videtur satis conformis literis coadiutorię, quę cum ea ostenduntur: nam per illas datur coadiutor propter solam amentiam; & quæstio querit de coadiutore dato propter senectutem, & amentiam.

1 Secundo, quod ex literis ostensis non apparet præfatum Archiepiscopum esse amentem, neque esse aegrotum quamuis enim senectus dicatur metaphoricę quidā morbus, non tamē proprię ac verē est morbus: & in huiusmodi literis beneficalibus, quę quadam ratione dicuntur ambiciose, & odiose, a appellatione morbi non includeretur senectus vegeta & sana, b & ita quæstio proposita aptior esset, an, prædicta coadiutoria data propter senilem ætatē includat veram aliquam aegritudinem aliam, & amentiam: & verba quæstionis proposita videntur præsupponere quod sic: sed verba coadiutoria id non probant.

2 Nam coadiutoria data ob vnā causam, vti propter dilapidationem, non censetur data ob aegritudinem, vel aliam similem, quę non saperet alienationem, vt rectē scit Oldradus, c & religiosus potest dari coadiutor ad id, cui est aptus, & non ad id cui est ineptus, vt tradit Panormitanus, d & etiam textus nouus cap. 1. e ponit differentiam inter coadiutorem dandum ob vnā causam, & dandum ob aliam: & quamuis multis videbitur non interuenisse in hac concessione errorem vel defectum ad includendū casum aegritudinis vel dementia; meo tamen fragili consilio præfatus Reuerendissimus coadiutor, dum res est integra, prouidebit sibi de aliquo perinde valere. quo extendatur ad omnem aliam causam perpetuo impedituram ab officio suo prædictum Archiepiscopū, vt in vtroque foro sit securior: nam etiam defendi posset de rigore quod non obstante predicta coadiutoria, & remanente illa in suo vigore, ipsemet Sanctissimus D. N. posset dare prædicto Archiepiscopo alterum coadiutorem.

3 Tertio, quod verbi muzetta significatio mihi est ignota, sed suspicor esse positum pro palleo, siue pallio, de quo est tit. de auctoritate & vsu pallij, & si accipitur pro illo, credo quod non potest vti eo, donec sit Archiepiscopus, & moriatur, vel cedatis is qui nunc est. f

Quarto dico, quod si & quatenus poterit exercere pontificalia, postquam fuerit Episcopus consecratus, ita poterit etiam dare benedictionem, quę videtur pertinere ad pontificalia, saltem in absentia Archiepiscopi, vel annuente illo.

4 Quinto, quod iure verius videtur, non posse predictum D. coadiutorem conferre beneficia, potente & volente conferre illa predicto Archiepiscopo, & nolente vt conferat coadiutor: quoniam S. D. N. solum dat ei potestatem exercendi iura spiritualia, & temporalia, quę iure vel consuetudine pertinent ad coadiutoris officium: & iure non pertinent ad eius officium ea, quę principalis rectē potest & vult agere per se, & non vult vti coadiutoris consilio, neque auxilio. arg. c. Pontifices. g & fere omnium aliorum, h & quia hęc est mens constituentis coadiutorē & iure diuino naturali debet esse talis, iuxta regulam, id quod nostrum est, sine facto & consensu nostro tacito vel expresso auferri non debet. i

5 Sexto, quod ad respondendum quæstioni de facultate sedendi in cathedra archiepiscopali, videtur necessaria informatio de statutis, priuilegio & consuetudine predictę archiepiscopalis Ecclesię, an quidquā super hoc disponant, & reseruent se sionem in illa sede in honorem dignitatis archiepiscopalis: & an Archiepiscopus, qui nūc est, sit cōsensus, vel repugnans predictę facultati sedendi, & rationem, qua duceretur ad repugnandum: nam cessante huiusmodi reservatione, quā vidi cessare in quibusdā Ecclesiis cathedralibus, in quibus decanus vel prepositus sedere solet in episcopali sede absente Episcopo, posset predictus D. coadiutor in ea sedere, sicut canonici recentiores sedēt in stallis antiquiorum in multis Ecclesiis eis absentibus, eo quod id iure communi non vetatur argum. cap. consuluisti. k cum similibus, quę in hoc adduci possent. Salua, &c.

a Ca. quamuis, de præb. lib. 6. b Arg. le. non aliter, ff. de lega. 3. adiuu. d. c. 1. & ca. nisi de renun. cia.

c Conf. 44. d In c. fin. de cleric. aegrot. q. 6. e Eod. tit. l. 6.

f Arg. c. nisi. & c. exterrum. de auctoritate. & vsu pallij.

g Et c. petilli. h 7. q. 1.

i De reg. iur. li. 6. cum suis concord.

k 4. q. 4. vbi.

NE SEDE VACANTE ALIQUID

INNOVETVR.

S V M M A R I V M.

1 Sede vacante Capitulum non confert præbendas ad solius Episcopi collationem spectantes, etiam quas Episcopus cum consilio vel consensu Capituli confert, confert tamen illas, quarum collatio ad Episcopum, simulq; & ad Capitulum spectat.

C O N S I L I V M I.

AN prouisio canonicatus & præbendę penitentialis, quem Concilium Tridentinum iussit institui in Ecclesiis cathedralibus facta à Capitulo cathedralis, episcopali sede vacante, valida sit?

1 Responderetur primò, audiuisse magnam dubitationem esse in Ecclesiis Hispaniæ, an prouisio predicti canonicatus spectet ad solum Episcopum, an ad Episcopum & Capitulum: & si spectat ad Episcopum & Capitulum, an spectet ad Episcopum & Capitulum cōmuniter, vel ad Episcopum cū consensu & consilio Capituli.

Secundo, quod qui tenuerit potestatem conferendi illū pertinere ad solū Episcopum sine consensu vel consilio Capituli, debet etiam tenere, quod prouisio, de qua queritur, non valet: quia Capitulum non succedit Episcopo sede vacante in collatione talium beneficiorum, cap. illa, a cum aliis, quę citant Panormitanus & alij, b & Ioannes Franciscus Pauinus. c

Tertio, quod qui tenuerit prouisionem predicti canonicatus spectare ad prouisionem Episcopi & Capituli simul, tenetur etiam respondere predictam prouisionem valere: quia Capitulum succedit Episcopo in collatione beneficiorum pertinentium ad collationem Episcopi & Capituli communiter per textum. d

Quarto, quod qui tenuerit collationem predicti canonicatus ad Episcopum cum consensu vel consilio Capituli pertinere, tenetur etiam dicere predictam prouisionem non valere, per predictum cap. 1. e licet predictus Ioannes Franciscus Pauinus distinguat vbi supra inter casum quo collatio pertinet ad Episcopum cum consensu Capituli, & inter casum quo pertinet cum consilio, allegando in hoc Lapum, & in contrarium Dominicum qui in meo lib. non videtur distinguere. Salua, &c.

Congregatio consuevit electionem persone penitentiarij spectare ad Episcopum, collationem verò præbendę eidem faciendam per illum ad quem prius collatio illius præbendę spectabat.

DE IIS QUÆ FIVNT A PRÆLATIS SINE CONSENSV CAPITVLI.

S V M M A R I V M.

1 Prior claustralis, & conuentus, qui cum Abbate consenserunt reservationi pensionis super abbatię bonis, quę sunt indiuisa inter eosdem Abbatem & conuentum, censentur descripti potius ad effectum præstandi consensum Abbati, qui sine ipsis non potest alienare, quam se obligandi ad illius solutionem.

C O N S I L I V M I.

VISIS & perpensis tribus pensionis datis à tribus viris eruditissimis super obligatione soluendi pensionē constitutam à Papa de consensu Abbatis, ac Prioris claustralis, & conuentus monasterij de Lozo, an post renunciationem abbatię ab Abbate, qui consensit pensioni, factam, teneatur Prior & conuentus eam soluere: visa item supplicatione super ea signata, videtur mihi responsum domini primi consulentis esse iuri cōsonatius per ea omnia, quę ipse eruditē ac prudenter considerat: & quod Prior & conuentus non nominantur vt principales, sed veluti accessorij, & membra seu corpus Abbatis tanquam capitis eorum. f

2 Cum de iure communi nullam administrationem habeant ipsi, sed tota potestas administrandi spiritualia & temporalia sit penes Abbatem, iuxta cap. nullam. g & per omnes in cap. edoceri. h & ita eorum nominatio potius fuit facta ad tollendam dubitationem aliquorum, an potuisset Abbas constituere pensionem sine consensu illorum, quasi esset quædam alienatio, in qua requiritur ille, iuxta cap. sine exceptione. i quam ad hoc, vt se obligarent ad id, quod non poterant soluere, quippe quibus nulla est administratio de

a Ne sede vacante.

b In cap. cum olim. de maior. & obed. c In q. 1. par. 2. tractat. de offic. & pot. Ca. sede vacante. d In cap. 2. in princ. ne sede vacante. lib. 6.

e §. cū vero.

f Ca. cum nō liceat. de præscrip. cum ibi citatis. c. quō. 10. & ca. no. uit. de huiusmodi. fuit à præl. g 18. q. 2. h De rescrip. i 2. q. 2.

iure, neque vt fertur de facto; quia nō sunt diuisa bona inter Abbatem & conuentum, iuxta prædictum cap. edoceri. Salua, &c.

DE IIS QUÆ FIVNT A MAIORI PARTE CAPITVLI.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium generale nihil potest refragante Papa, qui ei præfret vt persona in qua residet tota potestas Ecclesię, potest que ipse solus statuere, quicquid posset cum Concilio. n. 4.
- 2 Collatio si spectet ad Episcopum & Capitulum collegialiter, non tenet, nisi accedat maior pars Capituli cum Episcopo.
- 3 Professionis nouitiorum admissio si collegialiter spectet ad prælatum & Capitulum, taliter quod prælati vnica solum habeat vocem, receptio à maiori parte Capituli facta tenet, etiam si suffragij Episcopi sit in altera minori parte.
- 4 Concilium provinciale cōgregatur collegialiter: vnde quę ibi sunt à maiori parte, etiam contradicente Archiepiscopo, tenent. num. 2.

C O N S I L I V M I.

AN in Concilio provinciali possint soli suffraganei, aut eorum maior pars aliquid decernere, quādo Archiepiscopus etset contraria sententię?

1 Pro parte negante facit, quod congregatio Episcoporum totius orbis, quę fit in Concilio generali, maiore videtur esse auctoritate, quā congregatio Episcoporum in Concilio provinciali. At Episcopi totius orbis nihil possunt statuere in Cōc. generali, refragante Papa, qui ei præfret, arg. c. significasti. a ex quo Io. And. relat. & probat. à Pā. b colligit, quod sententię præfretur sententię omnium aliorum, qui sunt in Concilio. Faciunt & illa quamplurima, quę in hanc sententiam congerit Antonius à Rosel, c

2 Pro contraria tamen parte, quę videtur asserenda, facit l. quod maior pars. d cum notatis ibi per Bartholum & ei addita, quę habent, quod in his, quę ab aliquibus collegialiter aguntur, sententię maioris partis præfertur minori. quod etiam pro regula ponitur à gloisa & omnibus scribentibus super ea. e & constat Archiepiscopum & Episcopos suffraganeos Concilium provinciale celebrantes facere collegialiter ea, quę in illo agunt. Secundo facit, quod ad hoc non refert, an qui congregationi præfret, sit Decanus, vel Præpositus, vel Episcopus, vel Archiepiscopus: quia hæc exceptio & limitatio nullo iure naturali, diuino, nec humano probari videtur; & ideo non est asserendum, f quia standum est regulę, donec probetur exceptio. g

3 Tertio, quod quādo collatio pertinet ad Episcopum & Capitulum collegialiter, facta ab Episcopo cū aliquot canonicis sui Capituli, non valet, si maior pars ei contradicat. Quarto, quod in receptione monachorum spectante collegialiter ad Abbatem & Capitulum, ita quod Abbas non habeat nisi vnā vocem, siue suffragium, maior pars eorum præualet minori, etiam si in ea sit Abbas. h

4 Quinto, quod non obstant in contrarium citata; quoniam Papa longe aliter præfret Concilio generali, quā Archiepiscopus provinciali, & Episcopus synodali; quia Papa præfret vt persona, in qua residet tota potestas Ecclesię; ita quod solus posset statuere quicquid cum Concilio posset: i Archiepiscopus autem præfret Concilio provinciali non habet solus & à se illam potestatem, sed vna cum suffraganeis collegialiter: & ita nulla ratione à Papa ad illum argui posset. Salua, &c.

V T E C C L E S I A S T I C A B E N E F I C I A

S I N E D I M I N V T I O N E

conferantur.

S V M M A R I V M.

- 1 Conferri debent beneficia sine omni diminutione; nec à collatione potest exigi iuramentum, quod non resignabit beneficiū nisi liberē in manibus Papę, vel ordinarij, quod si collatio fiat cum dicto pacto non resignandi, est simonia. num. 2.
- 3 Iuramentum non petendi relaxationem iuramento præfrito non tenet, sicut nec alia similia maioris bona impediunt.

C O N S I L I V M I.

AN Ordinarius possit in collatione alicuius beneficij adigere collatarium iuramento quod ipse nō renun-

a De elect. b In notab. 7.

c De Concilij. q. 17. d ff. ad municip.

e In c. cū omnes. de consti.

f Ca. consuluisti. 2. q. 4. §. consideremus. Auth. deri. & jessiff. colum. 3.

g Gloss. l. omnis definitio. ff. de regulis iuris. & in rubr. eodem tit. lib. 6. h Arg. c. 1. ne sede vac. lib. 6. & c. fin. de regul. eodem tit. lib. 6. i Cap. cuncta per mundum. & c. per prim. capitale. 9. q. 3.

ciabit beneficium cum pensione, nec in fauorem alicuius, nec permutabit illud, nec à iuramento petet relaxatione, sed tantum pure, & liberè, & simpliciter in manibus Papæ, vel ordinarij?

1 Ad hanc quæstionem respondeo negatiuè. Tum quia beneficia sine diminutione sunt conferenda, a & conferens beneficium cum huiusmodi oneribus, videtur cõferre cum diminutione: quia onus impositum rei minuit pretiũ eius. b Tum quia Episcopus non potest facere huiusmodi pacta cum eo, cui collaturus est beneficium. c

2 Secundo, quod ego non auderem excusare conferentem nec collatariũ à simonia: quia negari non potest interuenire in huiusmodi collatione conditionem, modum, vel pactum, quod iure non inest actui conferendi, vel recipiendi beneficium. At in collatione huiusmodi spiritali non poterit addi conditio, vel modus, qui iure non inest, immo neque qui inest, nisi exprimat eodem omnino modo, quo inest, iuxta glossã. & addita illi per Felinum, d faciunt notata in cap. significasti. e Tertio dico, quod illud iuramentum de non petendo relaxationem non est validum: quia iuramentum non debet esse impedimentum maioris boni, cap. Archid. f iuncta glossã recepta, s & tradit D. Tho. receptus 2. 2. q. 89. art. 7. & Fel. & Panor. & alij. h At iuramentum de non petenda dispensatione iuramenti, nec de vtendo sibi oblata, inducit impedimentum maioris boni: ergo non est seruandum, saltem quando occurrerit casus, in quo seruatum esset maiori bono impedimentum: & ita determinat Fel. i secutus Bald. k per quasdam rationes, quibus addimus nos præfatam illam (vt arbitramur) firmiorem. Tum quia si voluerit renunciare in manibus Papæ retinendo pensionem, potest in ipsa supplicatione narrare onus impositum & iuramentum, & causam aliquam honestam, quare sua conscientia videtur id facere utile, & audietur, obtinebitque petiitum cum laude, &c. Salua, &c.

DE REB. ECCLES. ALIEN. VEL NON. S V M M A R I V M.

1 Beneplacitum Sedis Apostolicæ, sub cuius reseruatione fit alienatio rei Ecclesiasticæ, facit actũ conditionalẽ, & excusat à pena, modo ante illud obtentum non procedatur ad executionem illius.

CONSILIVM I.

Q Væritur, an qui solum facit contractum venditionis vel permutationis circa Ecclesiastica, reseruatã voluntate Papæ, incurrat aliquas censuras.

1 Respondeo, quod qui solum facit contractum venditionis vel permutationis, reseruatã voluntate Papæ, si non procedat ad executionem contractus, nec ad traditionem rei venditæ vel permutatæ ante beneplacitum Papæ, non videtur incurrare censuras: quia videtur conditionalis facta sub conditione si Papa placuerit: argumẽto styli Curia in pactis beneficialib. obseruati.

S V M M A R I V M.

1 Ecclesie res in casibus à iure permissis etiam sine Sedis Apostolicæ licentia alienari possunt: fallit in prælatis, qui in adeptione prælaturæ speciali iuramento ab eis demandato Papæ exacto promittunt sua Ecclesia bona inconsulto Romano Pontifice non alienare: concilianturque que que ponit auctor in Man. cap. 27. nu. 149. & in commentario de alien. rer. eccles. nu. 17.

2 Peccato nequaquam inuoluitur qui bono animo & sine aliquid, quod per se malum non est, dat, vel facit alicui, quem credit inde per accidens peccaturum, secus si detur aliquid, quod per se vel directè, vel principaliter fit ob aliquod malũ culpæ: concilianturq. que auctor ponit in Man. ca. 17. num. 18. 195. & cap. 23. nu. 90. cap. 16. nu. 20.

CONSILIVM II.

1 A D priorem quæstionem, qua quæritur concordia inter conclusionem positam in Man. nostro, i scilicet extrauag. Pauli I. excommunicantẽ ipso iure alienantẽ rem Ecclesiæ nõ includere alienatẽ rẽ Ecclesiæ in casibus à iure permissis, & inter conclusionem positam in com-

men. de alien. rerum Ecclesiæ, a vbi dicitur, quod in alienatione rerum Ecclesiæ est necessarius consensus, vel licentia Papæ: Respondetur primò, quod in præfato ca. 27. b loquimur de alienatẽ rẽ Ecclesiæ, quã nõ iuravit nõ alienare, saltem iussu superioris supremi, scilicet Papæ, factõ ei in ipsamet collatione, quam ei fecit, vel mandauit fieri, ad hoc, vt cautius & cõsultius illud gubernaret, modificando suam collationem, & addendo expressè vel virtualiter decretum irritationis alienationis contraria: in prædicto autem commentario loquimur de alienante cõtra iuramentum prædicto modo factum.

Secundò, quod in præfato c. 27. loquimur de alienante in casibus à iure permissis, in dicto autem comment. de alienante in casu prohibito non solum à canone, sed etiam ab homine, & non solum simpliciter, sed exacto iuramento, & addito decreto irritante alienationẽ & ita illẽ conclusiones ponuntur de diuersis alienantib. q. quorum alter pluribus modis prohibetur alienare, quàm alter. Per quẽ responderi potest c. vt super, e & c. 2. d quatenus loquuntur de illo, qui iuravit non alienare; scilicet, quod non loquuntur de iurante iuramentum adeo qualificatum, ac est illud, de quo loquitur præfatus cõmẽtarius.

2 Ad aliam quæstionem respondeo, quod ego in locis allegatis in ea, scilicet in d. Man. e sentio differentiam inter eum, qui seruit, ministrat, dat, aut tradit aliquid ob aliquem finem bonum alicui, quem credit esse peccaturum, non consentiendo directè, vel indirectè, expressè, vel tacitè in peccato, quod opinatur vel credit illum cõmissurum, de quo loquitur ca. 23. num. 90. & inter eum, qui expressè, vel tacitè, directè, vel indirectè id facit, de quo loquuntur alia loca supra citata, & alia multa, in quibus datur id quod per se vel directè vel principaliter fit ob aliquod malum culpæ, & non id ex quo per accidens & per quamdam consequentiam, & minus principaliter sine vilo fine malo, nec voluntate auctoris euenit, per l. si quis nec causam. f vbi Iason id confirmat r. exemplis, & decisionibus, quæ tamen indigerent aliqua dolabra, vt satis conuenirent huic nostræ resolutioni, quæ altius restringit id, quod dicitur in dicto c. 23. g quo ad culpam peccati, de qua illud, & alia citata ibi loquuntur.

S V M M A R I V M.

1 Excommunicatus est prælatus alienans bona Ecclesiæ, sed antequam pro tali, denunciatur, retinet administrationem; & qui ei soluit debita, liberatur, nume. 2. & 3. & hoc etiam si per multos annos permansisset in excommunicatione, fallit in excommunicato ob hæresim, qui non potest nec contrahere, nec testari, num. 4.

4 Excommunicatus perseverans in excommunicatione ultra annum etsi per Concilium Tridentinum videatur fieri suspectus de hæresi, tamen videtur prius requiri, quod post monitionem de resipiscendo in ea sic permanserit.

5 Prælato dissipatori, antequam ei administratio interdicitur, rectè soluitur, num. 7. ipseque à se malè alienata cum fructibus potest repetere, num. 6.

CONSILIVM III.

Q Vidam Archiepiscopus ante duodecim annos alienauit bona Ecclesiæ suæ; deinde fecit remissionem & liberationem quorundam fructuum sui archiepiscopatus à quibusdam perceptorum. Quæritur an huiusmodi liberatio valeat, ita vt non possit à moderno Archiepiscopo reuocari.

1 Respondendum videtur negatiuè, per sequentia fundamenta. Primum est, quod Archiepiscopus erat excommunicatus ob illam iniustam alienationem, per extrauagantẽ 2. h & prælato excommunicato videtur prohibita administratio, i quia aequiparatur deportato, iuxta glossã singularem. k Sed hoc fundamentum non videtur satis firmũ. Tum quia prædictus Archiepiscopus erat excommunicatus toleratus, & non denunciatus: & post extrauagantem: ad euitanda, l de qua in Man. confess. m non impeditur excommunicatus administrare, donec denunciatur excommunicatus.

2 Tum quod licet esset denunciatus, & per exceptionem obiectam repellere posset à petitione debiti, valeret tamen petitiõ & iudiciũ, donec obiciatur exceptio, per c. pia. n

a Super gloss. summa 12. q. 2. nu. 17.

b Nu. 149.

c De reb. eccl. non alien. d De feud. & ci annota.

e Ca. 23. nu. 90. & in cap. 20. nu. 16. vbi cito ca. 17. nu. 195. & 18.

f ff. de reb. cred.

g Num. 90.

a Ca. decernimus. de senten. excomm. lib. 6.

b Cap. illud. de cler. excomm. ministr. c Ca. 27. nu. 36.

d De dol. & cont.

e In rubr. de testam. n. 32. f In d. ca. decernimus.

g Nu. 10. & sequent.

h Sess. 25. ca. 3. de reform. i Ca. excomm. §. credentes. de hæres.

k Vbi supra adnotauit.

l In sum. ver. restitut. c. 4. m In l. i. cui. de verb. obligat.

n Cap. si quis presby. de reb. eccl. non alien.

o L. iij. publicum ff. de part. ca. si diligenti. p Cap. 17. nu. 29.

q De dol. & cont. r ff. de verb. oblig.

h De reb. eccl. non alien. i Ca. veritas. de dol. & contum. c. ad probandum. de re iudic. k §. minor. In sit. de cap. dimin. l Martini V. m Ca. 27. nu. 35.

n De except. lib. 6.

3 Tum quia licet excommunicatus repellere possit à petendo debito in iudicio, a solutio tamen ipsi facta sponte liberat debitore, & potest ab obligatione liberari, & quietari: nam licet ipse peccet non curando alios, b cõtractus tamen & distractus ab eo facti tenent, immo etiam testamentum, vt diximus in Man. confess. c & satis colligitur ex notar. in d. cap. veritatis, d & ex Philippo Franc. & relata ab illo, e quidquid inuoluat glossã. f

4 Et ita non obstante excommunicatione potuit accipere & petere omnes fructus sibi debitos, & dare liberationem, siue quietationem debitori, nisi insimularemus eũ hæresicos, eo quod 8. annis manserit excommunicatus ante liberationem, & cum fecit liberationem habuit voluntatem permanentem in illa, eo quod approbabat alienationem illam iniustam, & permansit in illa voluntate circiter 12. annos vsque ad mortem: & per annum excommunicationem quis incidit in suspicionem hæresicos, vt diximus in d. ca. 27. g citando in id Conc. Trid. h & excommunicatus ob hæresim non potest contrahere, nec testari, i vt idẽ Philip. Franc. k licet responderi possit, quod Conc. non loquitur de quolibet excommunicato annali, sed tantum de legitime monito non resipiscente, vt ibi patet. Et quamuis hoc fundamentum non concludat omnino intentionem modernis Illustrissimi, concludit tamen prædictam liberationem fuisse abominabilem, & dignã, cui qua parte possit contradicatur: & qua qua parte possit eneuatur.

5 Secundum fundamentum est, quod, vt quidam dicunt, prælatus, qui malè alienat bona, non potest petere, nec acceptos ferre fructus eorũ. Pro quibus facit, quod prælato dissipatori non est faciendã restitutio bonorum, vt ait Caietanus, l pro quo faciunt omnia, quæ post Alex. & Arct. allegat Iason, m pro opinione eorũ, qui asseuerant prodigo notorio ipso iure interdicitam esse administrationem etiam ante iudicis decretum: & quod alienatio prædicta notoriè videtur fuisse mala, cum circiter 20. annos fuisset Archiepiscopus, & Legatus, & sic dissipator bonorum Ecclesiæ potuit haberi. Hoc tamen fundamentum non videtur esse satis firmum. Tum quia dictum Caietani nullo iure probatur efficaciter.

6 Tum quia prælatus malè alienans bona, potest, immo tenetur, recuperare illa bona, & reddere rationem Deo de illis, n & etiam de fructibus eorum: quia vtraque sunt ecclesiastica, & destinata in sustentationem prælati, & pauperum, quorum sustentationi & iuri publico ea percipiendi non potest renunciare prælatus, o de foro comp. Tum quia tam recuperatio fructuũ, quam bonorum malè alienatorum pertinet ad Episcopum malè alienantem, dum ipse viuat, & ipsi debent restitui, vt diximus in Man. confess. p

7 Tum quia receptior opinio habet, prodigio, & dissipatori bonorum non esse ipso iure interdicitam administrationem, sed tantum interdicitandã, vt probat prædictum cap. veritatis, q & prædicta l. i. cui, r cum multis aliis adductis ibi per Iasonem, à qua communi opinione non esse recedendum in consulendo, tenent etiam ipsi, qui cõtrarium probabiliter defendi posse asserunt. Hoc tamen fundamentum, licet omnino non concludat intentionem Illustrissimi, concludit tamen, vt & primum, prædictam liberationem quocumque modo iusto esse impediendam.

Aduertendum ad id quod dicitur sub numer. 4. referri sacram Congregationem inclinasse, non esse opus monitionibus vt resipiscat sed elapso anno potest citari ad respondendum, quid sentiat de fide.

S V M M A R I V M.

1 Alienans res ecclesie sine licentia Papæ, vel sine causa iusta, vel iuris ordine non seruato, peccat, & tam alienans quam recipiens excommunicatus est: & in foro exteriori saltem priuatus est beneficio, quod in dicta Ecclesia habet, at in conscientia nonnulla sunt causa, ex quibus forte excusari posset.

CONSILIVM IIII.

Q Vidã alienauit bona Ecclesiæ inconsulto Papæ. Quæritur an sit priuatus ipso iure beneficio?

1 Respondeo primò, quod D. consulens peccauit alienando bona prædicta Ecclesiæ sine licentia Papæ, vel sine iusta

causa: vel non seruata iuris cõmunis forma, iuxta c. sine exceptione. a & alia iura multa illis concordantia, quorũ nos mentionem fecimus nuper in comment. b

2 Secundo, quod tam ipse alienans, quàm recipiens alienatum, ipso iure sunt excommunicati, & quo ad forum saltem exterius etiam ipso iure priuati beneficiis, quæ habent in Ecclesiis, quarum bona alienarunt; vt expressè habet præfata extra. c citata à nobis in præfato com. d Dixi supra Quo ad forum saltẽ exterius, quia quo ad forũ interius possent excusari per aliquas circumstantias, quas tãgimus in d. comment. e quarum nulla fit mentio in casu proposito: & quia rari sunt, qui præfatum comment. habeant, vti nuperime impressum, mitto cum hoc responso ipsum Illustri admodum D. meo colendissimo, qui dignatus est hoc responsum huius quæstionis iubere mihi seruo suo optimè sibi affecto, quamuis inutili. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Episcopus potest quidem bona ad cathedralem pertinentia, accedente Capituli consensu, valide in casibus à iure permissis alienare: de Abbate autem exempto habente iura quasi episcopalia, cum sit controuersum consilium est vt accedat consensus sui immediati superioris, & auctoritas Episcopi vbi bona sunt sita, vel Apostolica confirmatio.

CONSILIVM V.

A Bbas quidam cum suo conuentu exemptus à iurisdictione ordinaria Episcopi alienauit in casu à iure permissis, quasdam res immobiles existentes extra episcopatum illum, vbi erat abbatia sita, sine vilius Superioris auctoritate. Quæritur an valeat alienatio.

1 Pro parte affirmante facit, quod alienatio rei pertinens ad Ecclesiam cathedralem facta ab Episcopo cum cõsensu sui Capituli valet, vt tradit Panormitanus receptus, f & probatur per c. sine except. s at Abbas exẽptus habet iurisdictionem quasi episcopalem, iuxta glossã singularem & receptam. h

2 Pro parte verò negante facit, quod Cardinalis, i tenet, quod licet in alienatione rei Ecclesiasticæ faciendã per Abbatem exemptum nõ requiratur auctoritas Episcopi, requiritur tamen auctoritas Papæ, aut prælati Superioris cui immediatè subiicitur: & k videtur requirere consensum Episcopi, cui res alienanda subiicitur.

Resoluendo autem dico, multa super hac quæstione pro vtraque parte posse adduci, sed consulendũ esse præfato D. consulenti, vt procuret præfatam alienationem ratificari per superiorem immediatum præfati Abbatis, qui facile id faciet, rogante & informante præfato Abbate, & conuentu, qui alienationem præfatam fecerunt: & quod etiam faciat eam ratificari, per Episcopum, in cuius episcopatu sunt sita præfata bona ad informationem prædictorum, arg. eorum quæ determinantur; à Panormitano & aliis, & à Cardinali, m & ab aliis. n poterit etiam impetrare D. consulens suo nomine confirmationem à Sede Apostolica; quæ si fuerit in forma communi, parum proderit; si autem per commissionem cum causa cognitiõne non nihil tardij & sumptus afferet.

S V M M A R I V M.

1 Abbas sine conuentu non potest alienare res immobiles. 1 Seruus ecclesie alicui prædico colendo deputatus censetur de rebus prohibitis alienari. 2 Arbores opacas cadi faciens Abbas sine consensu conuentus non incidit in clementinam 1. de reb. eccl. non alienan. nec postea eas vendens.

CONSILIVM VI.

A N Abbas sine consensu sui Capituli & Generalis opacas arbores locorum sui monasterij pro vberiori fructuum collectione cadere possit; præsertim si casarum arborum pretia in bonorum stabilitum emptionem in cõmodum illius monasterij conuertit.

1 Contra Abbatem facit primò, quod ipse solus nõ potest etiam ex iusta causa sine sui conuentus consensu alienare res immobiles monasterij, o & arbores etiam opacas,

a 12. qu. 2. & c. si quis presby. de reb. eccl. non alienan. & extranag. 1. Pauli 11. eodem tit. b Super summam 12. q. 1. v. que ad nu. 8.

c Pauli 11. §. sin autem. d Adnot. 10. nu. 14.

e Adnot. 1. num. 15.

f In c. 1. de li. qua sunt a pralat. g 12. q. 2. h In clem. 1. verb. proprij de reb. eccl. non alienan. i In d. clem. 1. q. 34. & seq. k In q. 7.

l In c. 1. de hi. qua sunt a pralat. m In d. clem. 1. q. 35. & 37. de reb. eccl. non alien.

n Ibid. & in c. nulli. eo. tit. & in cap. sine exceptione. 12. q. 2.

o Clem. 1. de reb. eccl. non alienandis.

a Ca. 1. ut eccles. benef. b Ca. cõ locum nos. cõ ei ad nos. de fide instr. c Arg. e. quã pio. 1. q. 2. c. f. de pact.

d In cap. ad audientiam. de rescript. e De elect. & in leg. 3. ff. de leg. 1. f 55. dist. g In verbo sanctis. h In c. si vero. de iureiur.

i In c. debito res. de iureiu. q. 3. n. 9. tertio quæro. k In leg. 2. ff. de transact.

l Cap. 27. nu. 149.



siue qua vmbra summam efficiunt, videntur esse res immobiles: quia solo inhaerent, & illi cedunt, si radices egerint, vt iure soli iudicentur, & etiam seruus rusticus alicui pradio colendo deputatus censetur esse de rebus prohibitis alienari, vt determinat Panormitanus.

Secundo, quod non videtur obstar, si quis dicat clem. praefatam solum vetare alienationem iurium, redituum, & possessionum: & quod huiusmodi arbores non sunt de numero illorum: quoniam sunt possessiones: nam verbum possessiones in clem. i. positum idem significat quod res possessa, vt Card. post alios concludit, & arbores illa sunt res possessa.

Tertio, quod nemo negat praedictum D. Abbatem contrahente illi clem. si alienasset oliuetum, vel solas arbores oliueti: ergo neque videtur negandum contrahente, cum alienauerit multas arbores.

2 Quibus tamen non obstantibus contrarium videtur verius. Tum quia non videtur alienasse rem immobilem, neque mobilem pretiosam, qua seruando seruari potest: quia non alienauit solum, cui adhaerebant arbores, sed tantum arbores ipsas excisas, quas constabat esse res mobiles, quae seruando seruari non possunt. & iura prohibita alienationem rerum intelliguntur de rebus immobilibus, & mobilibus pretiosis, quae seruando seruari possunt, vt tradit Panorm. communiter receptus, & alij. c. Tum quia praedicta clem. solum comprehendit illum, qui concessit ius redituum, & possessionem: & praedictus Abbas non concessit vlli aliquid tale. Tu quia aliud est damnificare praedium, & aliud alienare illud, argum. de iniuriis & damno dato. adiuncta rubrica, de rebus eccl. non alien. & constitutio pœnalis, qualis est illa d. clem. non debet de vno ad aliud extendi. f. Tum quia duo facta concurrunt in hoc casu, scilicet arborum casio, & arborum casarum venditio: quorum neutrum est delictum, sed potius meritum. Arborum quidem casio fuit vitilis, & bona: quia sicut nimia raritas arborum nocet fructui eius querendo, ita nimia densitas nocet arboribus, & fructui ab eis ferendo, vt palam est: ergo sicut herbas, rubos, lapides, & alia nocentia arboribus potuit tollere solus sine consensu, ita potuit etiam tollere illas arbores, quae impediabant augmentum fructuum, & vtilitatem aliarum arborum sufficientium praedio: & ita nulla in hoc interuenit alienatio, sed neque damnificatio: & consequenter per hoc factum non contrahent praedicta clem. Arborum autem casarum venditio nullo iure prohibetur, quia erant res mobiles, & qua seruando seruari non possunt, & consequenter licite poterant, vt dictum est, vendi, sicut poterat vendere rubos, herbas, lapides, & alia impediencia fructus, quos ex arboreto collegisset. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Abbas sine consensu conuentus & superioris scindendo & alienando arbores fructiferas, & non fructiferas in magna quantitate simul peccat, & incidit in panam clem. i. de reb. eccl. non alien. qua est suspensio ab officio.

2 Paria sunt alienare res mobiles pretiosas, & alienare immobiles.

CONSILIVM VII.

Q Vidam abbas succidit castaneas, & alias arbores fructiferas, & non fructiferas, & vendidit eas ad quantitatem duorum millium scutorum sine consensu conuentus & superioris. Queritur, an peccauerit, & incidit in pœnas contra alienantes res ecclesiasticas impositas.

1 Respondeo primo, non posse praetatum, de quo queritur incidere praefatas arbores, & vendere sine consensu conuentus & superioris, arg. l. diuortio, h. cum ei adnot. per omnes. 2 Secundo, quod si contrafecerit, peccaret, & incidere in pœnas male alienantium res ecclesiasticas, clem. i. k. Tum quia, vt ait Panormitanus communiter receptus, 1 alienans res mobiles pretiosas, perinde incurrit peccatum & pœnas, ac qui alienat res immobiles. Tu quia qui praetatus id faceret, diceretur rem deteriorare: adeo quod si esset emphiteuta, perderet emphiteusum, per authen. qui res, m. & alia multa, quae citant Doctores ibi, n. & alibi saepe. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Pecunia legata collegio clericorum cum onere perpetui annuier-

arij, non est legata singulis, nec potest inter presentes diuidi. num. 2. sed conuerti debet in bona stabilia, vt sic annui fructus perpetuo cedant illis, qui pro tempore onus sustinent. num. 4.

3 Clericorum collegium non potest res ecclesia sine causa diminueri, nec recepta pecunia inter presentes diuidenda successores ad onus obligare. & num. 5.

3 Onus rei imponere est rem diminueri, & sic alienare.

CONSILIVM VIII.

Q Vidam legauit cuidam collegio sacerdotum sex scuta cum onere faciendi perpetuo singulis annis vnu annuierarium. Queritur, an praedicti sacerdotes possint diuidere illa inter se, sicut diuidunt alios redditus sui collegij.

Pro parte affirmante facit primo, quod legatarius potest vti re sibi legata, sicut redditibus bonorum suorum: quia est donatio quadam. 2 Secundo, quod praefatum collegium solum tenetur ratione illius legati ad faciendum perpetuo vnu annuierarium singulis annis, & vult facere hoc, & obligat se & suos redditus ad illud perpetuo faciendum: ergo satisfacit oneri adiecto legato a legante.

2 Sed pars negans tenenda est. Tum quia mens & voluntas disponentis est in primis seruanda. b. At mens & voluntas praefati legantis est, vt collegium illud obligetur ad faciendum perpetuo singulis annis pro eo vnum annuierarium: & praefati sacerdotes non possunt ad id obligare illud, distribuendo illa scuta inter se: quoniam ipsi non dat illa collegio, sed retinent sibi, & aliud est collegium, & aliud singuli de collegio, c. quod late Felinus ibi confirmat.

3 Tum quia non possunt sine iusta causa res Ecclesiae alienari, neque diminui, d. nec consequenter ad aliquod onus obligare: quia illud est in effectu eas diminueri; cum res obligatione aliqua onerata valeat minoris, quam sine illa. e. At non est iusta causa onerandi collegium, quod collega illius singulariter & personaliter accipiat aliqua inter se personaliter diuidenda, & ea inter se diuidant ad imponendum onus praefatum collegio: ergo praefati sacerdotes non possunt imponere illud ei diuidendo inter se illa scuta.

4 Tum quia qui sentit onus, debet sentire commodum: & contra si quis sentit commodum, debet sentire onus. f. At successores sacerdotum futuri, in quibus conseruabitur praedictum collegium, sentient onus faciendi annuierarium illud: ergo debent sentire commodum scutorum reliquorum pro faciendo annuierario praedicto perpetuo: quod tamen sentire nequebunt, si ea inter eos qui nunc sunt, & constituunt collegium, personaliter diuidantur, vt palam est: ergo est necessarium, vt illa conuertantur in bona stabilia, quae reddat commodum futuris successoribus sensuris onus.

4 Tum quia per praedictas regulas, qui non sentit onus annexum alicui, non debet sentire illius commodum. At sacerdotes praedicti non sunt sensuri onus illud, quod futururi sunt eorum successores in faciēdo illo annuierario: ergo non debent sentire commodum quod oneri illi est annexum, nec consequenter diuidere inter se illa sic, vt non remaneat posteris commodum, quo gaudeant sentientes onus ei annexum. Tum denique quia res Ecclesiae non possunt etiā hypothecari sine iusta causa, g. neque redditus neque bona praedicti collegij possunt hypothecari pro subeundo illud onus perpetuum sine iusta causa; qualis non occurrit in proposito, vt probatum est.

5 Non obstant citata in oppositum. Non quidem prius quia illud procedit in legato sine onere relicto. Quæstio autem est de legato cum onere relicto: & à diuersis non fit illatio. h. Ad posterius responderetur, quod non possunt praedicti sacerdotes vt singulares, neque vt constituentes collegium, obligare illud ad illud onus perpetuo subeundum sine iusta causa, id est non tribuendo ei commodum perpetuum, quod illud onus perpetuum ferre posset, per adducta pro nostra parte. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Diuisio bonorum monasterij inter ipsos possidendorum facta per Abbatem & conuentum valet; sed nisi Papa eam confirmet potest pro libito reuocari per Abbatem.

a L. legatum ff. de leg. i. c. ca. requisisti. de testamen.

b L. in conditionibus ff. de condi. & dem. mon. ca. fin. de praeben.

c Ca. eam te. de rescrip. d. Ca. sine exceptione. 12. q. 2. c. nulli. de reb. eccl. non alienan. e. Ca. cui loan. nes. c. i. et ad. notat. de fide instrumen.

f Ca. qui sentit. de regu. iur. lib. 6. l. secundum naturam ff. eo.

g D. ca. nulli. ergo.

h L. Papinianus ff. de minoribus.

CONSILIVM IX.

A Abbas & conuentus monasterij N. peccauerint, & incidierint in aliquas censuras, eo quod aliquot annis vsi fuerint tripartita diuisione bonorum facta de consensu Regis Catholici, sine tamen confirmatione sanctae Sedis Apostolicae?

1 Respondeo, quod non: quia talis diuisio fieri potest per Abbatem & conuentum solos sine auctoritate particulari Papae per c. edoceri, a vbi Panormit. communiter receptus à Felino, Decio, & à citatis ab eis id affirmat, & confirmatio Papae non efficit, vt diuisio sit valida, sed vt nequeat reuocari per Abbatem, qui factam per se solum & iurum conuentum posset pro libito reuocare, antequam eam confirmaret Papae, vt per omnes traditur vbi supra.

Secundò, quod cum nihil peccauerint, immo bene meruerint, consequens est non indigere illis absolutione vlla ab vllis censuris vel pœnis, neque vllam clausulam quae id importet esse addendam praefatae supplicationi: quia id quod non est, non potest dissolui, neque absolui, b. c. u. priuatio praesupponat habitum. c.

S V M M A R I V M.

1 Ecclesia bona ad vitam etiam alteri beneficiario, cum quo bona ipsa pro diuisio possidet, locans, cum conductore incidit in pœnas extrauag. 1. de reb. eccl. spon. alien. nedum quo ad nullitatem actus, sed etiam quo ad censuras, si vbi dicta extrauagans etiam quo ad illas est vsu recepta.

2 Episcopi auctoritas, cum qua locatio bonorum Ecclesiae facta fuit ad longum tempus ignorantiæque prohibitionis de rigore non excusat, licet in conscientia possent hac dissimulari, & ad cautelam dari absoluitio.

CONSILIVM X.

Cum duo sint curati in eadē Ecclesia, & habeant praedia, & fructus, ac oblationes, & emolumenta obuentionia indiuisa, alter alteri, & de consensu Episcopi ad vitam locat praedia Ecclesiae. Queritur, an incurrat excommunicationem vel aliam pœnam positam contra simoniacos, vel contra alienantes bona Ecclesiae.

1 Respondeo primo, quod non incidit in latam contra simoniacos, quoniam nullam simoniam commisit, nec fuit mediator eius, vt ex propositione casus colligitur. An autē incidit in latam contra alienantes res Ecclesiae, & contra recipientes illas male alienatas, dubium est, per ea quae ipse scribo in Man. confess. d. declarando extrauagantem Pauli I. e. nam non potest negari, quod dicta proprietates fuerunt datae ad longum tempus, cum fuissent datae ad vitam alterius, & datio ad vitam sit datio ad longum tempus, vt probat Decius f. & datio ad longum tempus est prohibita in dicta extrauagante.

2 Sed quia, vt ipse vbi supra scripsi, in multis terris praedicta extrauagans seruatur quoad hoc, vt locatio vel datio ad longum tempus non valeat, sed non quo ad hoc, vt locans vel accipiens ad longum tempus sit excommunicatus: ideo est sedulo videndum, an hoc habeat consuetudo in episcopatu & regno, vbi est praedicta Ecclesia, si enim consuetudo id habeat, non est iudicandum incidisse, si autem consuetudo habeat vt praedicta extrauagans seruetur in totum, iudicari poterit de rigore iuris incidisse, quatenus de aequitate, attenda ignorantia, & quod auctoritate Episcopi facta fuit, potest dissimulari cū absolutione ad cautelam. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Pensio, iusve illam percipiendi non potest pretio in alium transferri, immo nec extinguere pecunia recepta sine Papae auctoritate.

2 Pensionis fructus ultra triennium non possunt in alterum validè sine consensu Pontificis alienari.

CONSILIVM XI.

N. Pressus admodum aere alieno, & non habens unde soluat, nisi redimatur pensio 70. ducatorum, quae habet super quodam canonicatu, vellet illam extinguere: & ad hoc, quia canonicus non potest, vel non vult illam redimere, se se offert quidam A. qui vult 500. numerare praefato N. pensionario, si ipse cedat sibi mandato irrevocabili fructus praefatae pensionis vita N. durante, ita quod N. re-

maneat nomine pensionarius, & ipse A. durante vita N. percipiat fructus dictae pensionis. Queritur à D. V. an hoc tuta conscientia fieri possit, vel dignetur amore Dei aliam aperire viam qua Deo propitio dictus N. satisfaciat creditoribus.

Respondeo primo, quod non potest vendere illam, nec tradere ius percipiendi eam praefato tertio sine auctoritate Papae; consentiente etiam canonico, qui debet eam: quoniam pensio legitime constituta super aliquo beneficio, licet possit gratis remitti siue condonari debenti eam sine auctoritate Papae secundum Cardinalem Alexandrinum communiter receptum, a non potest tamen id fieri per contractum non gratuitum, vel propter pecuniam, si tantum tenet, sed male: quia pensio licet non sit beneficii spirituale, videtur tamen annexum beneficio spirituali, sicut ius patronatus, b. & ius patronatus licet non sit beneficium, quia tamen est ei annexum, non potest vendi, c. nec potest emi, nec vendi per contractum non gratuitum, quae omnia etiam Curia seruat.

Secundò respondeo, quod maius dubium est de rebus & fructibus per pensionem recipiendis: quia pro parte affirmante facit, quod licet beneficium non possit vendi, nec emi fructus tamen beneficii vendi possunt, & emi, & locari. d.

Pro parte verò negante facit, quod non possunt vendi nec locari fructus beneficii ultra triennium, per extrauagantem vnicam. e. & quæstio querit de venditione facta ultra triennium, & ad longum tempus: querit enim de fructibus vendendis quo ad totam vitam, pensionarij quae est locatio ad longum tempus, & prohibita in rebus Ecclesiasticis, f. & tradit late Philip. Decius. g. Per qua videtur nobis verior hec pars negatiua, & consequenter quod est necessaria dispensatio, vel licentia S. D. N. ad hoc vt praefata emptio vel locatio fructuum pensionis praefata valeat ultra triennium, & praetertim quo ad vitā ementis, aut vendentis eos. Et hoc remedium est eorum, qui possunt consuli, optimum: & vt puto, S. D. N. ob causas in casu expressas conceder hanc licentiam: quia sine peccato id facere potest, si sua Sanctitati placuerit. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Episcopus vnire potest perpetuo beneficia deuoluta, & reseruat Sedi Apostolicae.

CONSILIVM XII.

Episcopus perpetuo vnuit quaedam beneficia deuoluta ad Sedem Apostolicam quibusdam alijs beneficijs N. qui dubitans de huiusmodi vnione ob praedictam deuolutionem, obtinuit prouisionem ad cautelam. Queritur quid iuris.

1 Respondeo primo, quod praefatus Episcopus potuit praedictam vnionem perpetuam, facere non solum iure nouo Concilij Tridentini, h. sed etiam iure antiquo, i. vbi Panormitanus communiter receptus, tenet Episcopum posse auctoritate ordinaria vnire beneficia deuoluta ad collationem Papae, & etiam reseruatam eiusdem collationi, quod etiam approbat Petrus de Perusio. k. Secundo, quod D. consulens est tutus quo ad conscientiam, si nihil aliud obstat, quam praefata reseruatio, non quidem propter prouisionem ei factam ad cautelam ultra praefatam vnionem, quam insinuare videtur casus propositio, sed per ipsam vnionem perpetuam, per quam iure accessiois & accessiois, ius quod habebat in alijs beneficijs obtentis se extendit ad illa vnita. l. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Vnita licet sit prima dignitas post pontificalem mensa capitulari, ita vt Capitulum illius possessionem apprehendat, perpetuo, retineat eique inferuari faciat, non ideo censetur suppressa. Vnde quamuis desinat vacare. nu. 5. non tamè operatur, vt secunda dignitas incipiat esse prima Sedi Apostolica reseruata. nu. 4. 5. & 6.

2 Vnuit cum vnum beneficium alteri, non mutat statum, eique vt prius debet deseruari, retinetq. antiqua privilegia & exemptionem num. 3.

CONSILIVM XIII.

Primiciatus Ecclesie N. prima dignitas post pontificalem auctoritate Apostolica fuit vnitus mensa Ca-

a L. adeo. & si alienam ff. de acquire. re. vii. domini. c. & si Titius. in str. de rerum diuis. b In ca. nulli. nu. 2. de reb. eccl. non alienan. c In d. clem. quaest. 14.

d In d. ca. nulli. de reb. eccl. clem. sine exceptione. 12. q. 2.

f Cap. pœna. de pœnitent. dist. 1. l. si praes. ff. de pœnis.

g Luxa. l. lex qua. tutores. C. de administrat. tutorum.

h §. si fundus. i ff. soluto matrimonio. c. l. i. ff. de usufruct. leg. c. l. i. l. ylia cadua. ff. de verb. signif. k De reb. eccl. no. alien. l. in cap. nulli. cod. tit. m C. de sacro san. eccl. n Et in dict. §. si fundum.

a In ca. Agathos. 63. dist.

b Cap. quanto de iudicij. c Ca. cum sculum. de iure repar.

d Ca. vestra. de locato.

e De reb. eccl. no. alien. f Clem. 1. ad iuncta glossa in verbo eius. de reb. eccl. no. alien. g Confil. 204.

h De rescrip. 5. §. 21. i Capi. vnio. 10. q. 1. c. sicut vnire. de exceptionibus. praelat. k In tract. de vnio. capi. 4. num. 24.

l Arg. c. super eo. de praeben. lib. 6.

piruli. Dubitatur ab aliquib. an propter huiusmodi vnionem desierit esse prima dignitas. Consului doctissimum quemdam virum, a quo hac sequentia accepi. Nunc cupio scire, an D. tua omnia hac approbet.

Videtur negatiue respondendum: quia Rom. Pont. non suppressit, nec extinxit primiceriatum: quinimmo in literis dictae vnionis praesupponitur existentia primiceriatus, & quod ille durare debeat in perpetuum, cum in dictis literis detur licentia Capitulo possessionem ipsius primiceriatus nedum apprehendendi, sed etiam illum in perpetuum retinendi: quod quidem fieri non potest, nisi data existentia primiceriatus, etiam in futurum, ex vulgata regula, quod non entium nulla sunt partes, a constituitur ex clausula prouiso, quod primiceriatus debitis obsequiis non fraudetur, & animarum cura, si qua imminet, nullatenus negligatur, quae in dictis literis vnionis posita fuit, & in vnionis beneficiorum poni solet, vt per Rebuffum: b quia per verba in dicta clausula posita ostenditur, quod primiceriatus etiam post vnionem de illo, vt praefertur, factam, durare debeat.

2 Et verissimum est, quod per vnionem vnus beneficij ad alia status beneficij vniti non alteratur, sed debet illi more solito deferri, vt ait Abbas, c prout in casu nostro factum fuit, quia Capitulum per officialem ab ipso deputatum exercet officium primicerij: adeo vt adhuc vigeat tribunal ipsius primiceriatus.

3 Et in tantum verum est, quod per vnionem non alteratur status vniti, vt ipsius vniti priuilegia non perdantur, sed etiam post vnionem durent vt ait Rebuff. in d. praxi. tit. de translat. Episcopi. nu. 11. Lopus, d & ideo Ioan. Andr. Geminian. & Imol. relati per Franc. e concludunt, quod etiam si Ecclesia exempta vnatur non exempta, tamen retinet priuilegiu exceptionis, & generaliter quod duret priuilegia post vnionem tradit Per. de Peru. f & bene Lopus. g

4 Cum igitur dignitas primiceriatus non sit suppressa nec extincta, sed adhuc duret illa, dicenda est prima dignitas post pontificalem, non autem decanatus, & praefertim cum decanus semper suam sedem in choro retinuerit, & numquam ascenderit ad sedem primicerij, & consequenter regula Cancellaria dum seruetur primam dignitatem post pontificalem, non comprehendit decanatum.

5 Et licet primiceriatus propter vnionem praedictam amplius non vacet, tamen per hoc non inferitur, quod dicta regula reseruatoria sit extendenda ad decanatum, cum (vt dixi) primiceriatus non sit suppressus, sed adhuc duret, & si regula praedicta non potest operari effectum reseruationis in ecclesia N. id processit ex facto Papae, qui per dictam vnionem impediuit, ne primiceriatus amplius vacet, & satis est, quod in aliis Ecclesiis locum habere potest. Quare ad tollendum omne dubium Papa declarat mentem suam & suorum.

SVM MARI VM.

1 Optare praebendas vacantes licet possint simplices canonici, qui vt tales nullum habeant successorem in beneficio, sibi solis & non alteri praedictant, secus tamen est in habente officium Penitentiarij, cum vnione certa praebenda, quam sine iusta auctoritate non potest a suo officio diuidere, nec alteram ei vnire, num. 2. sicut nec alter canonicus possit illius vacantem optare praebendam. nu. 3.

4 Annexione beneficij & praebenda annexa quasi extinguuntur: vnde qui habet parochialem vnitam suo simplici beneficio, non censetur habere curam animarum, & qui habet praebendam canonicalem vnitam officio Penitentiarij, habet praebendam quasi extinctam & suppressam: vnde nec ea dimissa aliam potest optare.

CONSILIVM XIII.

AN penitentiaris institutus in Ecclesia Cathedrali cum vnione perpetua specialis praebendae facta officio suae penitentiaris, possit optare aliam praebendam, reuocato ipso officio penitentiaris?

1 Quicquid disputando in cholis teneri posset non auderem consulere, quod huiusmodi penitentiaris possit optare praebendam aliam a sua vacatem. Primo quidem, quod diuisio beneficiorum vnitorum requirit, vt diuidens habeat auctoritatem & potestatem id faciendi, h & quod seruetur

solemnitas in modo diuidendi, & concurrat iusta causa id faciendi, a & si praedictus penitentiaris optaret aliam praebendam vacantem, diuideret praebendam priorē a suo penitentiaris officio, & talem potestatem nullo iure naturali, diuino, nec humano ille habet, & eam sine vlla solemnitate & iusta causa pro libito; & beneplacito suo faceret, quod nullo iure sibi conceditur.

Secundo, quod nullus beneficiarius potest suum beneficium diminuere, nec damno afficere. b At si penitentiaris possit optare aliam praebendam, possit suum officium penitentiaris diminuire, & damnificare: nam secundum glossam communiter & merito receptam, c canonicus habens ius optandi potest, si vult, optare praebendam minorem: & minoris valoris, quod esset damno afficere suum officium. Nec potest dici, quod eadem ratio videtur esse de penitentiaris & aliis canonicis: quia est longe diuersa: nam canonicus, vt canonicus simplex, non habet successorem, iuxta glossam singularem receptam, d de elect. penitentiaris autem sic: & ideo alij canonici optando minores sibi solis praedictant: penitentiaris autem non sibi soli, sed suo officio & suo successori.

2 Tertio, quod vnio requirit auctoritatem eam faciendi, & solemnitatem in modo faciendi, & iustam causam ad faciendum, vt probatur in dict. cap. sicut vnire. adiuncta clement. 2. e & alia multa. At penitentiaris si optaret, aliam faceret vnionem sine potestate faciendi ea, & sine solemnitate & causa pro libito suo: ergo non potest optare.

3 Quarto, quod id quod operatur oppositum in opposito, debet operari propositum in proposito. f At praebenda penitentiaris, eo mortuo, vel renunciente, non potest operari ab alio canonico habente ius optandi: ergo neque penitentiaris ratione illius praebendae potest aliam praebendam optare.

4 Quinto, quod penitentiaris principaliter habet officium penitentiaris, praebendam autem habet per annexionem, & ita quasi rem peremptam & extinctam: misicui qui habet Ecclesiam parochialem suam praebendam, vel alio beneficio simplici annexam, non censetur habere curam animarum, & ita, cum non possit optare aliam praebendam ratione officij quod est principale & quoddam viuum non poterit id facere ratione praebendae, quae est accessorium, & quasi quoddam mortuum & extinctum.

Sexto, quod non est verisimile, quod in insigne Concilio, & ipsa Romana Ecclesia voluerit hominibus priuatis, & nulla iurisdictione suffultis concedere facultatem faciendi tam leuiter, & tam sine causa & solemnitate tot diuisiones & vniones, quot facere possent penitentiaris praedicti, si ius optandi eis concederetur: & ita non est credendum. Salua, &c.

SVM MARI VM.

1 Episcopus an possit de fructibus fabricae vnus Ecclesiae superfluis assignare fabrica alterius pauperi. & negatiua multis videbitur verior. num. 4. vnde nec est tentandum vt fiat.

1 Episcopus ex causa potest vnire, & diuidere Ecclesias.

2 Permutatio beneficiorum ac praediorum eorumdem auctore Episcopo fieri potest.

2 Episcopus potest super vna Ecclesia imponere pensionem pro altero clerico sustentando.

2 Praelatus cum maiori parte Capituli potest cogere canonicos ad contribuendum reparationi Ecclesiae suae.

3 Episcopus augere potest pauperes praebendas suorum canonicorum, non solum vnendo beneficia eorum praebendis, sed etiam grauando aliquas Ecclesias, vt earum capellani, seu ipse Ecclesiae dent aliquam annuam pensionem, hic tamen modus non est in vsu. num. 7.

3 Nouitates & mutationes sunt periculose.

6 Donata locis pijs ad vnum vsuum, non debent ad alium etiam pium, Papa inconsulto, mutari, cum hoc sit Papa reseruatum.

CONSILIVM XV.

AN Episcopus iuste valeat de superfluis fabricae vnus Ecclesiae aliquid assignare fabricae alterius Ecclesiae pauperis aereus fabrica sufficienti ad reficiendos parietes eius, & ad ornamenta emendari?

a Ca. de re. eccl. no. alium li. 6.

b Arg. e. de. lib. 6. cu. ei. adnot. de reg. iur. lib. 6. c. In cap. ult. verb. meliores. de coisus. li. 6.

d In ca. quod sicut. verbo consensire.

e De reb. eccl. no. alium. c. vnio. no. 9. l. l. c. si con. tra. ff. de vul. gari. ca. scilicet. dum. 8. q. 1.

g Cap. super. eod. de praeb. li. 6.

a Reg. cui. li. ces. de reg. iur. lib. 6. c. l. non debet. ff. de iur. iud. cum similibus. b 10. q. 3. c. sicut vnire. de excessibus. pralati.

c Cap. quae. sum. de reru. permu. c. c. l. eo. tit. l. 6. d Ca. ad qua. stiones. de re. vnio. permu. c. Cap. fin. de his qua. sunt. a. maiori. parte. Capituli.

f Ca. expofiti. fi. de praeb. g Ibidem.

h Ibidem.

i Cap. loqui. tur. 34. q. 1. c. extraneus. vna. sancta. de maiori. c. obed. k In cap. sicut. huiusmodi. 47. dist. l. ff. de legi. m De consuetud. n Ca. nihil. de praescrip. c. 2. de operi. noui. nu. 2. o Cum consuetudinis. de cons. p 13. dist.

q Et cap. non. licet. Papa. 12. q. 2. r Leg. i. ff. de admistrat. rerum. ad ci. ui. peri. s Leg. legata. eod. tit. t De religio. dom. v Sess. 7. cap. ult. de refor. c. sicut. vs. ca. 8. de reform. x In verbo. so. dis. Apostolic. y 12. q. 1.

1 Respondeo primo, quaestionem hanc per totum orbem Christianum posse frequenter occurrere in visitatione episcopatus, numquam tamen eam vlli occurrisse vidi, neque audiui in Hispanijs, neque Gallijs. Pro cuius parte affirmante, scilicet quod Episcopus potest de rebus superfluis fabricae vnus Ecclesiae, iuuare fabricam alterius Ecclesiae pauperem, facit primo, quod cui licet quod est plus, licet quod est minus. a At Episcopus potest vnire duas Ecclesias sui episcopatus diuersas, ex iusta causa, faciendo vnam ex eis, & diuidere vnam in duas, faciendo duas ex eis, vt legitur & notatur in cap. vnio. b & alijs multis locis, quod est plus: ergo poterit aliquam partem reddituum vnus Ecclesiae diuina dare alteri ex iusta causa, quod est minus.

2 Secundo, quod potest Episcopus impartiri auctoritatem permutandi vnam Ecclesiam cum altera, duobus habentibus illas, c immo etiam permutare possessiones seu praedia vnus Ecclesiae, cum possessione alterius, d quod longè videtur esse plus, quam facere quod in quaestione proponitur. Tertio, quod praelatus cum maiore parte Capituli potest omnes canonicos suos etiam renitentes cogere ad dandum aliquam partem reddituum suarum praebendarum pro reparatione Ecclesiae suae. e

3 Quarto, quod potest Episcopus augere praebendas pauperes suorum canonicorum, vt habeant, quo alantur honestè, applicando aliquos redditus aliorum beneficiorum sui episcopatus. f Quinto, quod Panormitanus & communiter receptus, tenuit id posse fieri duobus modis: priori quidem, vt vniantur praebendis capellae, in quibus ponantur vicarij, qui eis inseruiant: altero verò modo, quod capellani dent aliquid de suis redditibus canonicis, quod videtur proximè accedere casui proposito, in quo quaeritur, an Episcopus possit applicare partem redditus superflui fabricae vnus Ecclesiae diuitis, fabrica alterius Ecclesiae pauperi, quo se sustentet. Sexto, quod ex praedictis idem Panormitanus h communiter receptus infert, Episcopum posse prouidere suis canonicis pauperibus imponendo aliquot pensiones pro ipsis super aliquot Ecclesijs ditioribus sui episcopatus, quod ait numquam vidisse factum, sed videri sibi eam esse bonam, & memorabilem praeticam. Septimo, quod Ecclesia Catholica vna est, i & secundum Apostolum, alter alterius sumus membra, & alter alterius onera portare deberemus, & diuites sustentare pauperes, vt latè docet Ioannes Chrysostomus k cum multis alijs, quae in hoc ex sacris literis desumi possunt.

4 Pars autem contraria negans multis videbitur vera. Tum ob consuetudinem inueteratam, quae contrarium seruat, quamque esse seruandam satis dicunt l. minime. l & cap. ult. m cum multis similibus. Tum quod nihil est tentandum cum scandalo, n & arbitror multos populos scandalizatum iri, si contra voluntatem eorum id in fabricis suarum Ecclesiarum fieri tentetur.

5 Tum quod nouitates sunt euitandae, quatenus sine naturalis & diuinae legis transgressione vitari possunt, iuxta cap. o ibi, consuetudinis & vsus longani non est vitis auctoritas, & nouitates plerumque parunt discordiam. quod ipsum habet cap. quis nesciat. p & Ioannes Andreas allegat in d. cap. cum consuetudinis. illum aphorismum Hippocratis, omnes mutationes periculose. Tum quod praefata consuetudo nititur canonicis, & legibus antiquis, per quos statuitur, vt bona deputata per Papam, vel aliam legitimam auctoritatem testatorum, donatorum, vel aliorum contrahentium non tollantur ab eis, iuxta cap. sine exceptione. q & alia, quae glossa illius summa citat. Tum quod res deputata ad vnum vsuum, non debent in alium vsuum conuertri, r nisi auctoritate Principis. s

6 Tum quod donata locis pijs largitione fidelium ad vnum vsuum pium, non debent applicari ad alium, etiam pium, sine sedis Apostolicae auctoritate, vt habet solemnitas illa clem. quia contingit. t & innouata in Concilio Tridentino v cuius clem. glossa x ait ad solum Papam hoc pertinere, & non posse Legatum eius hoc facere, & consequenter neque Episcopum, nec Archiepiscopum. Tum quod in cap. r multis sacrae Scripturae locis probatur, ea quae pertinent ad vnam Ecclesiam, non debere cedere illis, qui alijs Ecclesijs inseruiunt. Tum denique quod vll-

gus clamabit voce magna illam regulam. Id quod nostrum est, sine consensu nostro auferri non potest. Et si quis responderit illa superflua non esse sua, sed esse Domini nostri Iesu Christi, cuius omnes Ecclesiae sunt membra: replicabit, concedendo esse quidem illa verisimè ipsius, sed donata, data, vel relicta in suarum Ecclesiarum vtilitatem, & vsuum, & non posse in alium etiam pium conuertri sine auctoritate Papae, qui non facillè impartietur eam cuiilibet Episcopo, cum etiam alienationem rerum Ecclesiae suae, etiam in casu licito, faciendum, non concedat vlli Episcopo, nisi sese prius consulat, vt Paulus II. grauissimè statuit b quam interpretati sumus in comment. in summa. c

7 Quare ne sim nimis prolixus, concludo, quod quamuis primo aspectu prior pars affirmans videtur aequa, & sancta, sed vt Panormitan. supra relatus dixit in simili, bona praetica, sed vtque ad illum non visa, ita mihi videtur eam non susceptum iri sine lite, saltem sine licentia S. D. N. Salua, &c.

SVM MARI VM.

- 1 Taciturnitas temporis immemorialis vim habet rituli.
2 Solemnitas extrinseca requisita in confirmatione alienationis bonorum Ecclesiae non praesumitur, nisi post lapsum 30. annorum. num. 2.
3 Alienatio rei Ecclesiae etiam causa pietatis fieri potest.
4 Sciens rem ad vnum pertinentem penes alium esse, tenetur indicare.
5 Instrumenta antiqua casu inuenta, si alicuius res tangunt, tutius reuelare, quam occultare.

CONSILIVM XVI.

MONASTERIVM quoddam monialium concessit quamdam Ecclesiam, quae erat de sua mensa, cum suis pertinentijs valoris 12. scutorum, cuidam confraternitati pie ad pijsimam causam de consensu superiorum pro censu dimidij scuti anticipata solutione 88. annorum, & cum onere eligendi capellanum ex fratribus monasterij, cui moniales subiacebant: & per centum triginta sex annos nihil fuit solum monialibus, nec capellanis electus ex fratribus, nec vllam horum notitiam habent praedicta moniales, nec fratres, sed administrator hospitalis inuenit haec scripturam, & quaerit quid pro exoneranda sua conscientia debeat agere.

1 Respondeo, quod ad dicendum, quod debeat tacere, facit primo taciturnitas temporis, cuius non est memoria, quae habet vim tituli. d Secundo, quod debemus esse pacifici iuxta praemium Gregorianum, & non dare initium litibus, sed eas potius finire. e Et quod verisimile est futuram esse litem inter praedictos, si nouerint huiusmodi instrumentum extare.

2 Tertio, quod praedicta concessio fuit per Papam confirmata, & licet non constet formam commissionis fuisse seruata, & regulariter non praesumatur seruata solemnitas extrinseca, nisi proberur, f fallit tamen quando lapsus est tempus triginta annorum, iuxta glossam solemnem g & tradita per Felinum h & per citatos ab illo, praefertim scribentes in l. sciendum. i Et in casu proposito non solum sunt lapsi 30. anni, sed etiam 136.

3 Quarto, quod licet alienatio praedicta non fuerit necessaria, nec utilis monasterio, fuit tamen valde pia: & res Ecclesiae non solum possunt alienari causa necessitatis, & vtilitatis, sed etiam causa pietatis, per cap. gloria. k & glossam receptam. l

Pro parte verò contraria, quod teneatur admonere praedictum monasterium, & praedictos fratres, extare illud instrumentum, facit primo, quod qui inuenit rem ad alium pertinentem, debet eam restituere. m

4 Secundo, quod qui nouit rem ad alium pertinentem esse penes alium, tenetur indicare. n Tertio, quod possessor mala fidei nullo tempore praescribit, o & qui possidet rem, & habet titulum contrarium suae bonae possessioni, videtur esse male fidei possessor: adeo quod etiam tempore immemorabili non praescribit, vt post alios tradit etiam Couarruias. p Quarto, quod solutio census fuit anticipata facta pro octoginta & octo annis, & quod possit saltem aliquibus circumstantijs probatis concludi non esse lapsus tempus quadraginta annorum necessarium ad praescribendum praedictum censum & liberationem ab

a ff. de regul. iur.

b In extranea ganti. i. de rebus ecclesiae non alienan. c 12. q. 2.

d Le. hoc iure. §. ductus aqua. ff. de aqua quot. c. est. cap. super quibusdam. §. praeterea. de verborum signifi. e Cap. finem libris. de dolo. c. corum. f L. quacumque. §. fin. ff. de public. in rem ad. g Ca. peruenit. de emp. h In ca. illud. de praesump. c. latius in c. Albericus de resib. c. in c. sicut. de re iudic. i ff. de verbo. oblig. k Et c. aurii. 12. q. 2. l In summa eadem cau. c. quaest. m Ca. si quod inuenisti. 14. q. 5. n Cap. qui cui fure iuncta gloss. cum citatis ab ead. fureis. o Ca. possessor. de regul. iur. lib. 6. p In d. ca. possessor. §. 2. nu. 4.

a Le. cum qui in promiss. ff. de certum petatur. l. decem. ff. de verb. oblig. le. si seruus. §. si modus. ff. de a. titi. emp. b In praxi bene sic. in tit. de dispens. super defectu actus circa finem. c In ca. expofiti. num. 7. de praeb. c. in ca. monachia. nu. 3. eod. tit. d Alleg. 68. in ca. quaria. e in cap. cum praesens. §. fin. de priuileg. l. 6. f in tract. de vnio. cap. 2. num. 10. g Dist. alleg. 68.

h Ca. sicut vnire. de excess. lib. pralato. rum. cum ei adnotatis.



Ecclesijs : & quod restitutio in integrum datur ignorantibus, preteritum Ecclesie contra prescriptionem, ut late tradit Felinus.

5 Perpenfis pro vtraque parte his, & omnis alijs, que possunt considerari, consulendum videtur predicto administratori tutius esse sibi reuelare prefato monasterio prefata duo instrumenta, qua casu inuenit, & procurare, ut sine lite monasterio solueretur pensiones decurle post prefatos 88. annos, & posthac decurrenda. Salua, &c.

SVM MARI VM.

1 Emphyteuticus predictis Ecclesiasticis dirutis ad munendam civitatem, census annuus, qui in recompensam assignatur, non directe domino, sed ipsi emphyteute venit solvendus, qui solam recognitionem ecclesie domine directe soluet.

CONSILIVM XVII.

D V A S domos datas ab Ecclesia in emphyteusim vsque ad tertiam generationem accepit Rex Neapolis ad munendam civitatem, premissa estimatione, & constituto annuo censu ad rationem quinque pro cetenario. Quæritur, an hæc quinque annua sint solvenda ipsi Ecclesie, an emphyteuta vsque ad tertiam generationem.

Pro ecclesia facit, quod videtur finita emphyteusis, eo quod videtur perempta res emphyteuticaria, iuxta l. 2. b

Pro emphyteuta vero facit, quod culpa carens, pena quoque carere debet, & quod res non est perempta, quia licet superfluis domuum sit destructa, area tamen manet: & quod predictus annuus census, qui inter immobilia computatur, iuxta clem. exiuit, d subrogatur in locum prefatarum domuum iuxta l. cum glossa si cum servus. e & quod Ecclesia, qua est cultrix iustitiae, non debet iniustitiam cuiuspiam querere. f Et hanc partem tenet Iason, qui alios citat. g

1 Per prefata eruditè citata, & alia, qua in hoc adduci possent, videtur iudicandum, quod iustum, equum, & sanctum sit, ut prefatus annuus reditus solvatur prefato emphyteuta, vsque ad tertiam generationem, & ille solvat canonem prefatum Ecclesie, à qua suscepit emphyteusim, & finita generatione tertia totus ille annuus census solvatur Ecclesie, tamquam res, qua ut subrogata domibus in emphyteusim datus reuertatur ad illam, generationibus, in quas data fuit, finitis.

SVM MARI VM.

- 1 Peccata aliorum sicut nos non accusant ita nec excusant.
- 3 Ecclesiarum suarum bona sine iusta causa & solemnitate debita alienantes, incidunt in penas: nam si sint inferiores Episcopis & Abbatibus, sunt ipso iure excommunicati, & beneficijs, qua à dicta Ecclesia habent, privati, ita ut eis non possint de nouo conferri, num. 5. nec malè alienata recuperando euitant penas incurfas, nec excusantur etiam si dictas alienationes fecerint ex eo quod ab Episcopo multa paterentur damna & persecutiones. num. 2.
- 4 Pena ipso iure incurfa, per penitentiam ac restitutionem male ablata non evitatur, nec ob id iudex debet omittere quin eos puniat, etiam si pars lesa remitteret iniuriam.
- 4 Pena, quas quis incurrit ipso iure, minui etiam facta restitutione, nec debent, nec possunt.
- 5 Extraneus in rebus ecclesie non aliena, excommunicat, & beneficijs, que ab eadem Ecclesia obtinentur, privat.
- 6 Beneficij iusta vel iniusta receptio talem fore fructuum receptionem arguit.

CONSILIVM XVIII.

R ESPONDEO primo, narrationem casus adeo esse mihi obscuram, ut desiderem commentarium aliquem, quo mihi res in eius propositione tactæ satis innotescerent. Secundo, quod in eius initio præsupponitur, sed in genere tantum, grauamina & damna quedam dominis canonicis consulentibus super iuribus magni momenti, & præsertim mensæ capitularis à suo prelato illata, de quibus tamen grauaminibus & damnis acceptis nullam questionem videntur expressè mouere, licet fortè tacite velint querere, an illa grauamina & damna excusent eos ab iniustitia alienationis aliorum bonorum, quæ ipsi fecerunt, quæ potest esse prima questio eorum. Tertio, in eodem casu narratur, quod ipsi domini canonicis consulentes alienauerunt aliqua alia bona sua mensæ capitularis: sed non explicant, an alienauerunt ex causa iusta, &

A seruata iuris solemnitate, vel non: & querunt super hoc tacite secundam questionem, an ob id incurrerint censuras, vel penas aliquas. Quarto, querunt, an præsupposito, quod incurrerint illas censuras, possint, & debeant illam minui eis mitigando eas, ita quod si restituerint & reintegrarint ea sua mensæ debeant absolui à penis incurfis, & potest esse questio tertia. Quinto quod querendo an retentio canonicatum sit eis concedenda, facta restitutione predictorum honorum à se alienatorum, præsupponunt eos esse aut fuisse priuatos eis, qua potest esse quarta questio. Sexto, videntur querere, an de canonicatibus & fructibus eorum sit idem iudicandum, qua est questio quinta. Septimo, tangitur tacite quosdam alios fuisse prouisos de prefatis canonicatibus, & fructus eorum ab eis perceptos fuisse, & non exprimitur ob quam causam fuerint illi prouisi, neque à quo, neque quando, nec exprimitur, an DD. canonici prefati cõsulerent fuerint priuati suis canonicatibus à iudice, vel declarati priuati à iure, & an appellauerint ab eiusmodi iudicis vel iuris priuatione, & an adhuc maneant in possessione suorum canonicatum, vel non: ex quibus resultare possunt alia questiones graues, quas vix soluat Oedipus. Octauo, quod nisi illustrissimi domini, eiusdemque eruditissimi iusta ac sanctissima auctoritas & iussio me ad id compelleret, nihil responderem, sed solum admonuissem illud Imperatoris Maximiani, ut responsum congruum accipere possis, in fere facti exemplum. a Nono, quod audendo id, quod vix bene audere possum.

B C facti exemplum. a Nono, quod audendo id, quod vix bene audere possum. 1 RESPONDEO AD PRIMAM QVÆSTIONEM, quod regulariter sicut ob peccatum vnus non est accusatus, nec pecuniendus alter. b ita pro peccato alterius alter non excusatur, nisi quando inuafus ad suam iustam defensionem cum moderamine inculpata tutela se defendit, e & ideo quia prefati DD. consultatores non videntur sua bona alienasse ad suam iustam defensionem cum moderamine inculpata tutela, non possunt excusari. 2 Quamuis possunt occurrere aliquot circumstantia grandis necessitatis, magna vis, vel magni metus, & terroris, quæ minuerent peccatum, vel etiam omnino excusarent, quales interuenisse non narratur in proposito casu, & de non existentibus & non apparentibus idem est iudicandum. d

3 AD SECVNDAM responderetur, quod si predicti DD. consulentes alienauerunt bona predicta sua mensæ sine iusta causa & debita solemnitate, peccauerunt, & inciderunt in penas à iure canonico statutas in capit. si quis presbyterorum. e & in alijs iuribus citatis à nobis in comment. de alienat. rerum ecclesiarum, vbi nos citauimus extraneam Pauli II. Si vero iusta de causa, seruata debita forma, id fecerunt, non peccauerunt, nec vllam censuram incurrerunt iuxta cap. sine exceptione. h & latius tradimus non vbi supra. i

4 AD TERTIAM respondeo, quod pena, quas ipso iure incurrerunt, non debent neque possunt minui iuridicè propter redintegrationem, & restitutionem bonorum, ob quorum alienationem penas incurrerunt: eo quod aliud est restitutio damni, & aliud pena, qua pro peccato maleficij imponitur à iure, vel ab homine, ut probatur in ca. licet canon. k cum eis adnotatis. & ideo sicut pena homicidij vel furti, non remittitur, neq; condonatur ex eo, quod furem peniteat furti, & restituit furtum, & eo quod homicidam peniteat homicidij, neque eo quod pars lesa condonet, & remittat ei damnū, & interesse per illud acceptum, immo non obstante illa restitutione, & condonatione partis, possent & debent furca suspendi, & decollari: sic malè alienans res Ecclesiasticas non est absolvendus à penis impositis ob illud peccatum, etiam si restituatur ablatum, & damnum Ecclesie, neque etiam si confiteatur: quia oportet ut absolatur ab excommunicatione, & luat alias penas, præsertim ipso iure incurfas, per ea quæ in predictis locis, l & alibi sæpe adnotantur, & praxis totius orbis Christiani seruat, præsertim S. D. N. Sixtus, qui ob solam penitentiam & restitutionem damni & interesse rarò condonat penam mortis, nec alias Ecclesiasticas, vel faculares, immo maximo omnium

iudicum

iudicum exemplo cogit eas subire delinquentes, ut iura naturalia, diuina, & humana suadent.

5 AD QVARTAM respondeo, quod predicta extraneus non solum excommunicat, sed etiam priuat ipso iure alienans res Ecclesiasticas iniuste, si sint inferiores Episcopis, vel Abbatibus, beneficijs, qua habent in Ecclesijs, quarum bona alienarunt, ut expressè habet predicta extraneus b in hæc verba: Inferiores vero prelati, commendatarij, & aliarum Ecclesiarum rectores, beneficia, vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, preposituris, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs, canonicatibus, prebendis, alijsque Ecclesiasticis cum cura, & sine cura secularibus, & regularibus beneficijs, quorum res & bona alienarunt, aut axat ipso facto priuati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare ceasantur: possint que per locorum ordinarios, vel alios ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis, quæ propterea priuata fuerint) liberè de iure conferri, nisi alias dispositioni apostolica sedis sint specialiter, aut generaliter reseruata.

6 AD QVINTAM, quod regulariter idem iudicium est faciendum de receptione & retentione legitima vel illegitima beneficij, & de perceptione, retentione, & repetitione legitima vel illegitima fructuum eius. c

AD SEXTAM, & alias questiones, quæ possunt colligi ex ponderatis in septimo dicto, responderi poterit, cum distinctè propofita fuerint, in honorem Domini nostri Iesu Christi, qui predictum Illustrissimum Reuerendissimumque D. meum, & nos omnes saluet. Salua, &c.

SVM MARI VM.

- 1 Locans res ecclesiasticas sui beneficij extra casus iuris expressos, est ipso iure excommunicatus.
- 2 Regulares locantes aliquid de suis beneficijs ad longum tempus, suspensi sunt ab officio.
- 3 Pena imposita contra presumentem aliquid facere, non incurritur à faciente sine dolo, vel contemptu.
- 4 Locanti res Ecclesie vile est mutare pensionem temporalem in perpetuam, quia perpetuus conductor, & non temporarius tenetur ad expensas refectionis.

CONSILIVM XIX.

Q VIDAM præceptor cuiusdam Ecclesie regularis ante 30. annos quandam paruum domum, qua solebat quotannis locari, locauit cuidam conductori in perpetuum eadem pensione, qua quotannis locabatur, & cuidam alteri locauit quadam prædia ad vitam conductoris eadem pensione, qua in singulos annos conducebatur, putans bona fide id esse licere, quamuis quia callebat ius Pontificium aliquem scrupulum habuit: nec meminit factis an postea mouerit conductores, quod illa debebant fieri cum superioris auctoritate. Queritur an in foro conscientie sit iudicandum excommunicatus, & ob celebrationem Missarum postea frequenter factam sit irregularis.

1 AD QVÆSTIONEM respondeo, quod pro parte eius affirmatiua facit primo extraneus i. d qua habet omnem beneficiarium, qui locauit res ecclesiasticas sui beneficij extra casus iuris expressos, ipso iure esse excommunicatum. 2 Secundo facit clem. 1. e qua omnes beneficiarios regulares alienantes aliquam rem de rebus suorum beneficiorum ad longum tempus, suspendit ab officio. 3 Pro parte autem negante facit primo, quod predicta extraneus non loquitur de quocumque alienante, vel locante, sed de presumente id facere, & pena imposita contra presumentem aliquid facere, non videtur incurri ab eo qui absque dolo vel contemptu facit illud, per celebrem theoriam Cardinalis. f 4 Secundo, quod prefata extraneus non fertur contra illos qui alienant vel locant res Ecclesie in casibus à iure expressis: at prefatus præceptor locauit prefatam domum, & prefatos fundos, promouendo vtilitatem prætoriam, eo quod pensionem temporalem mutauit in perpetuam, quod est vile locanti, cum impensas refectionis debeat subire conductor perpetuus, & non temporarius. Per que videtur prefatum præceptorem non esse excommunicatum, & consequenter non incurrisse vilam irregularitatem.

DE DEPOSITO.

SVM MARI VM.

- 1 Venditio cuiuspiam depositarie Populi Romani iniusta, & seq. & verius quod sit iniusta num. 13.
- 1 Venditio est iusta, in qua merx vendibilis, & iustum pretium concurrunt.
- 2 Officium mutuandi & custodiendi deposita etiam cum salario licitum.
- 3 Venditio officij colligendi vectigal, cur, cum nulli noceat, sit iniusta. num. 15.
- 3 Depositaria non est res sacra, & tamen non est vendibilis. nu. 15.
- 4 Vjura licet non esset venditio depositaria, duplici ratione est iniusta. num. 17.
- 4 Venditio sic mutuum palliatum fieri solet.
- 5 Princeps, aliquid ex certa scientia, faciendo defectus iure humano inductos supplere videtur. & num. 18.
- 6 Depositio pecunie cum pacto ut depositarius aliquid soluendo ea vii possit, vsuraria, & quare. num. 17.
- 7 Depositum, sicut commodatum, debet esse gratuitum, & cum pretio sit conductio, vel locatio.
- 9 Depositarius contra naturam contractus ad aliquid soluendum oneratur.
- 9 Merces omni iure debita operario.
- 10 Mutuum, & depositum pecunie cū facultate ea vtendi, paria.
- 10 Ratio eadem idem ius suadet.
- 11 Deponens pecuniam absque copia ea vtendi, depositario mercedem soluat, & si dat copiam & aliquid accipit, vsuram committit.
- 12 Depositaria estimabilis non est, eo quod ob eam depositarius honoretur.
- 12 Estimatio rei ex vendentis, nõ euentus vtilitate metienda est.
- 13 Mutuandi actus vendibilis non est, nec locabilis.
- 13 Sacrum quod non est, non omne vendi potest.
- 18 Papa tenetur vsque ad sanguinè ius natura & diuinū seruare.
- 18 Vjura vtriusque testamenti pagina est prohibita.
- 19 Papa non potest facere, ut quis sine peccato vsuram exercent.

CONSILIVM I.

R E VERENDE Pater, per Papam motu proprio imponitur vectigal Populo Romano super quolibet rubeo tritici macinandi baiochorum quindecim, erigendo super istis prouentibus vnum montem farinae nuncupatum: & ne istud vectigal perpetuetur, mandat per suum motum proprium, quod postquam montistis de eorum fructibus satisfactum fuerit ex pecunijs super dicto monte imponendis ad rationem futurorum septem pro quolibet centenarij, illud quod supererit ex dictis fructibus, ac illa pecunie, que perciperentur ex fraudibus committendis in dicta gabella, & que similiter perciperentur ex venditione illius depositaria, inferuerint extinctioni dicti vectigalis: & supradicta fieri debere à deputatis Romani Populi cum interuentu vnus ex Reuerendiss. Clericis Camera Apostolica, qui Reuerendiss. D. Clericus, & magnifici DD. deputati predicti stante dicto motu proprio vendiderunt ad certum tempus dictam depositariam Cajo Schempronio pro scutis 250. quolibet anno, & illa erogauerunt in extinctione dicti vectigalis, ut supra dictum est. Nunc effluxo tempore venditionis depositaria prefata intendunt illam dicti Reuerendissimum Clericus, & magnifici DD. deputati de nouo plus offerenti ad effectum extinctionis supradictæ vendere: sed reuocatur à nonnullis in dubium eam fieri non posse absque scrupulo conscientie, ex quo Papa non absoluit ipsos in foro conscientie, nec dicit id fieri debere absque aliquo conscientie scrupulo, ut legitur in dicto motu proprio, sed simpliciter in eo exprimitur supradicta.

Pro parte Romani Populi replicatur omnino dictam venditionem prefata depositaria primo loco fuisse benefactam, & etiam secundo loco absque conscientie scrupulo fieri posse: nam clarum est, quod Papa sciuit, & notitiam habuit, ut legitur in dicto motu proprio, de venditione dictæ depositaria per Populum Romanum faciendæ, dum mandat, ut pecunie que obuenient ex venditione depositaria prefate, conuertantur in extinctionem vectigalis prefate: adeo quod Papa hoc permittit, & sic vendita fuit seitu Papa, & eo permittente: & hoc tanto fortius potest fieri sine conscientie scrupulo, quia pretium huius

a Ca. vigilanti. de præscri. à num. 1.

b C. de iure emphyt.

c Capit. 2. de consili.

d S. cumque annui reddit. de verb sign. c. ff. de rebus cred.

e Ca. ex tenore de foro cõpet.

f Leg. 1. C. de iur. emphyt. nu. 4. adiuuatis his que dixerat antea num. 15.

a L. ut responsum. C. de transactio.

b l. qu. 4. per totam. c. l. 1. C. ne filius pro patre. c. l. 1. c. l. 1. quis in tantam. C. unde vi.

d L. duo sunt Titij ff. de rebus. l. 1. c. l. 1. sacerdos. cum gloss. de offic. iudi. ordm. c. De reb. eccl. nō alien. f Super gloss. summa 1. q. 2. nu. 1. c. 2. g. De reb. eccl. nō alien. inter communes. h 1. q. 2. i Notabil. 8. nu. 9.

k Et ca. commissa. de electio. li. 6.

l Et in lib. 4. fensan. di. 15.

a 1. de rebus eccl. non alienan.

b In §. si quis autem. vers. inferiores vero.

c Arg. ca. 1. c. possessor. c. 1. peccatum. de reg. iur. lib. 6. c. ca. grauis. de restit. spol. cum ei adnor.

d De reb. eccl. non alien.

e De reb. eccl. non alien.

f In clem. 1. q. 39. de priuilegijs.

huius depositariae inseruit extinctioni vectigalis, ne perpetuetur, & sic conuenit publica utilitati, & tendit ad fauorem multorum pauperum, & piorum locorum dictum vectigal pro macinatura eorum tritici soluentium dictos r. baiochos pro quolibet rubeo, qui tanto citius ab illius solutione erunt liberati, & quamuis aliquid certi emolumentum dictus depositarius ex ipsa depositaria non percipiat, & pecunia non faciat pecunias, nihilominus ex quo est approbatus à Populo Romano pro legali & idoneo depositario, hoc multum inter alios Urbis mercatores sibi prodest, cum ex hoc reputetur notabilis & diues mercator, habet etiam ex dicta depositaria illud emolumentum, quod potest pecunias penes ipsum existentes ante tempus solutionum fructuum montistarum interim ad cambia licita & honesta prabere: & ulterius si aliquis montista erit dicti montis creditor, ipse depositarius poterit ei satisfacere in tot rebus sua taberna cum aliqua temporis commoditate: & interim, ultra quod suas merces vendit, etiam poterit dictis pecunijs negotiari: & sic pro supradicta depositaria plus, vel minus ad eius libitum poterit offerre sentiens commoda supradicta.

Quaritur modo, an stantibus pramissis dictus Reuerendiss. D. Clericus, & magnifici DD. deputati Populi Romani possint absque aliquo conscientia ipsorum cuiuslibet scrupulo dictam depositariam montis farine predicti etiam plus offerenti, ad effectum dictum vectigal pro rata extinguendi, vendere, vel non.

1 Respondeo, quod pro parte affirmatiua, nempe quod liceat prefatis Reuerendiss. Clerico, & magnificentissimis deputatis Populi Romani vendere prefatam depositariam in finem prefatum redimendi vectigal predictum, facit primò, quod venditio prefata videtur ex sua natura iusta: quoniam iniustitia emptionis & venditionis consistit in hoc, vt interueniat merx vendibilis, & pretium iustum, quod satis colligitur ex l. 1. a qua duo videtur concurrere in hoc casu, in quo concurrunt officium colligendi vectigal ex parte vendentis, & pretium in numerata pecunia iustum ex parte ementis.

2 Secundò, quod negari non potest officium prefatum esse iustum, & Republica vtile, & necessarium: nam officium mutuandi constitutum à Repub. etiam prestitum aliquo salario honesto est licitum & honestum, vt nos probamus in comment. cap. fi. b & breuiter reperimus in Manual. confess. c & seruat praxis in montibus Pietatis. Tertio facit, quod etiam officium custodiendi deposita, etiam salario aliquo honesto constituto, est iustum & honestum, quale est officium argentariorum, vt etiam probauimus in dicto comment. quod referimus in dicto cap. 17. c ergo à fortiori officium colligendi vectigal, & custodiendi illud reddendum tempore conuenienti, erit licitum & honestum.

3 Quarto, quod nulla videtur apparere ratio, qua predicta venditio sit iniusta, cum per eam nulli fiat iniuria, neque dolus, cum vtraque pars tam vedens, quam emens sciat naturam officij, & pretium eius: & scienti & consentienti non fit iniuria neque dolus. f Quinto, quod omne quod non est sacrum potest vendi: & at prefata depositaria non est res sacra, sed profana, immo & videtur astimabilis, quia affert fructum honoris & commoditatis ad tractandum & lucrandum pecunias, vt palam est: ergo sua pre natura est vendibilis.

4 Sexto facit, quod prefata venditio non videtur dici posse illicita, eo quod sit vsuraria: quia vsura in solo contractu mutui veri vel palliati consistit, vt post alios diximus in Manual. confess. h At prefata venditio neque est verum mutuum, neque palliatum, sed est vera emptio, in qua concurrat ab vna parte pretium, sed est vera emptio, in qua concurrat ab vna parte pretium, & ab altera merx, vt supra dictum est: & non interuenit maioritas, vel minoritas pretij propter anticipationem vel dilationem solutionis, vel pactum de retrouendendo, per quæ solet fieri emptio mutua palliatu, i ergo nullatenus est vsuraria.

5 Septimo, quod licet aliquis defectus interueniret, per quem supapte natura venditio prefata esset illicita, potest tamen ille suppleri per Papam, k quam suppletionem supplet prefatus motus proprius, quo iubetur, vt pecunias, qua obuenient ex venditione prefata depositaria, im-

pendantur in redemptionem prefati vectigalis. Nec obstat, si dicatur quod Papa in illo motu proprio non videtur dispensare, neque supplere: quia summus Princeps, disponendo aliquid, in quo interuenit aliquis defectus, ex certa scientia, videtur supplere illud vel dispensare super eo, quatenus valor dispositionis eius requirit a & traditur capit. si quando, b post Baldum. c At Papa, qui est summus Princeps, immo & summorum Principum summus, d expresse disponit in suo motu proprio de pretio venditionis depositariae, qua dispensatio non valeret, nisi liceret eam vendere: ergo videtur, quatenus opus est, eius venditionem licitam facere.

6 Pro contraria verò parte facit primò, quod omnis depositio rei consistens in numero, pondere, vel mensura, cum facultate, vt ea depositarius vti possit, & eo pacto, vt aliquid soluat deponenti, est iniusta, & obligat ad restitutionem acceptorum, vt probamus post alios in Manua. confess. e illa firmissima ratione, quam ponimus ibidem f nempe quod depositum factum de re aliqua, quæ consistit in numero, pondere, vel mensura, cum facultate vt ea depositarius vti possit, fit mutuum, simulac ipse cepit eo vti, per l. quintus. g & per l. certi conditio. h qua hoc clarius probant, i & palam est, quod acceptio alicuius rei pecuniariae ob mutuam est iniusta, obligans accipientem ad restituendum id quod accepit, k in quo Urbanus Pontifex Max. allegat illud. l Mutuum date nihil inde sperantes, at deputatio alicuius in depositarium predicti vectigalis, quod consistit in numero, id est in pecunia numerata, cum facultate vt ea vti possit, est in effectu depositio pecuniarum numeratarum colligendarum ex dicto vectigali, & sic mutuam: ergo nihil ex ea licite accipi potest, & huiusmodi deputatio, cum fiat pretio accepto, est iniusta.

7 Secundò facit, quod contractus depositi est contractus gratuitus, sicut & contractus commodati, vt colligitur ex gloss. 2. m adiuncta glossa: n ita quod, si aliquid acciperetur, fieret contractus locationis & conductionis: ergo non potest depositio esse iusta, si quod pretium ob eam accipiatur: in casu autem proposito accipitur pretium, ergo non potest esse iusta depositio: & tamen ita appellatur, ergo est fraudulenta, argum. tituli Plus valere quod agitur, quam quod simulate concipitur.

8 Tertio, quod contra legem naturalem & humanam est, quod qui praestat operam, soluat aliquid pro opera quam praestat, argumento l. secundum naturam. o cui consonat clem. 1. p & cap. qui sentit. q quatenus habent, secundum naturam, siue legem naturalem, quam illa iura humana confirmant, esse, eum qui patitur onus, debere suscipere commodum, & non contra onus & damnum simul, at prefatus depositarius praestat suam operam, laborem, & industriam in colligendis, seruandis, & soluendis pecunijs dicti vectigalis: ergo contra leges naturæ & humanas est, vt ipse aliquid soluat pro huiusmodi officio, cum ergo per prefatam venditionem depositariae sibi factam aliquid soluat, iniusta est iudicanda venditio.

9 Quarto, quod lege naturali, diuina, & humana debetur mercenario sua merces, Deuterono. cap. 24. r & alia multa quæ allegat Dionysius Papa, s quale est illud, q uis altari seruit, de illo viuere debet: & illud, q uis vniquam suis stipendijs militauit: t ergo lege naturali, diuina, & humana debetur huiusmodi depositario aliqua merces: & consequenter contra illas est, quod ipse soluat, quod facit emendo illam pretio.

10 Quintò, quod ea in quibus eadem ratio militat, eodem iure sunt censenda. v at mutui datio, & depositio pecuniarum cum facultate vt depositarius ea vti possit, eisdem sunt naturæ, vt predictum est. x At pro mutui datione quantacumque summa nihil potest iuste dari, vel accipi, ergo neque pro depositione quantacumque pecuniarum cum facultate vtendi.

11 Sextò, quod peccat, qui deponit aliquam pecuniam seruandam apud camporem sine facultate vtendi ea, & non vult ei soluere mercedem debitam, quia est contra predicta iura diuina, & humana: & qui deponit seruandam cum facultate vtendi ea, & ob id accipit aliquid, committit vsuram, vt nos post alios diximus: y ergo cum venditio huius officij in effectu non sit aliud, quam depositio

a L. idem v. p. i. ff. de excus. tu. 10.  
b De rescrip. c Ca. cum a. deo. eo. titu. d Ca. cuncta per m. iudum. e. i. ff. de iur. can. nes. 9. q. 4.

e Cap. 17. nu. 181.  
f Præcedenti nu. 180.

g ff. de pos. h §. in. cum l. segg. i ff. de rebus credi. k Ca. si bene raueris. 14. q. 3. cap. consuluir. de v. iuris. l Luca cap. 6.

m Capi. 1. de commodat. n Verbo culpa. c. 1. de de. positi.

o ff. de regul. iur. p De consib. q De reg. iur. li. 6.

r Louit. c. 23. Luca ca. 10. s Cap. 1. 13. q. 1. t. 1. ad Corin. tibi. c. 9.

v Le. illud. ff. ad leg. Aquiliam. ca. 1. de translat. pra. lato. x Eius. l. certi conditio. §. fina. c. de se. quon. ff. de re bus cred.

y In dicto ca. 17. nu. 203.

pecuniarum cum facultate vtendi eis, sequitur quod est vsuraria, & consequenter iniusta.

12 Septimo, quod prefata depositaria non potest dici astimabilis, & vendibilis, eo quod ex illa prouenit depositario honor, & reputatio diuitiarum, & commoditatis tractandi, cambiendi, siue traficandi. Tum quia ex mutatione magna quantitatis pecuniarum mutuatarius exquit eadem: attamen non est ideo astimabilis, nec vendibilis, vt predictum est. Tum quia rei astimatio non augetur ex utilitate, aut commoditate, quæ prouenit ementi, sed sic ex utilitate, & commoditate, quam perdit vendens eam vendendo, vt singulariter dixit S. Thomas a & Sotus communiter recepti. b

13 Per hæc posteriora fundamenta credimus hanc partem posteriorem esse veriorum. Nec obstant alterius partis fundamenta: quia illis sic responderi potest. Ad primū quidem concedendo emptionem, in qua interuenit merx vendibilis, & iustum pretium, esse iustam emptionem: negando tamen quod in proposito interueniat merx iuste vendibilis: quia mutatio pecuniarum, vel actus mutuandi pecuniam non est merx, neque opera vendibilis, & locabilis, quia iure naturali, diuino, & humano saltem Pontificio debet esse gratuita, vt supra dictum est: & deputatio prefata depositarij nihil aliud in effectu est, quam depositio pecuniarum vectigalis prefati cum facultate vtendi eis, & consequenter est mutatio per iura prefata, & ita inuendibilis, immo & illocabilis.

14 Ad secundum concedimus, officium prefatum depositariae esse iustum, & sanctum, & qui accipit illud, post se iuste recipere salarium pro opera, industria, & labore, quæ in illo exercendo praestat: sed negamus esse iustum, vt accipiens illud, debeat soluere aliquid pro ex exercendo, cum omni iure debeat eum iustum salarium: & consequenter quod iniuste venditur illud ei.

Ad tertium, idem quod ad secundum respondemus, nempe officium argentarij custodiendi pecunias esse iustum, immo & posse illum aliquod salarium honestum accipere, sed negamus esse iustum, quod ipse qui accipit pecunias custodiendas, soluat aliquid pro custodia, quam ipse praestat, & pro qua meretur salarium.

15 Ad quartum concedimus, quod per prefatam venditionem nulli fit dolus, negamus autem quod nulli fiat iniuria, fit enim iuri naturali, diuino, & humano, & Deo eiusque vicario auctoribus eorum, & naturæ rei vsu consumptibilis, quæ ipsa quidem vendi potest, & in alium transferri, sed non eius vsus, quo ipsa consumitur, & ita vsus eius ab ipsa non separatur, sicut separatur in rebus, quæ vsu non consumuntur, iuxta S. Thomam receptum c & omnium sententiam.

16 Ad quintum negamus primo, quod omne quod non est sacrum, sit vendibile, homo enim laicus non est sacer, tamen non est vendibilis, saltem regulariter, secundum iura Romana, vt nos deduximus in d. Manu. d neque alia inastimabilia, qualis est actus mutuandi, & mors, vel vulnus hominis liberi, e qualis item est scientia, & ars naturalis naturaliter quaerita, vt diximus. f Secundo respondeo ad id quod tangitur in fine de utilitate quam quaerit depositarius, quod tollitur per argum. septimum pro hac parte factum.

17 Ad sextum respondemus, quod predicta venditio triplici ratione est iniusta. Primò quidem, quod per eam accipitur pretium à depositario pro opere, industria, & labore quæ ipse praestat cum lege naturali, diuina & humana ipsi deberetur merces pro illis. Secundò, quod venditur res inuendibilis, videlicet depositio pecuniarum cum facultate vtendi ea, quæ triplici iure predicto est inuendibilis, & illocabilis, cum in effectu sit mutatio, vt supra probatum est. Tertio, quod ex mutuo palliato, & vi eius accipitur aliquid, quod est vsura peccatum. Cum enim venditio illa sit in effectu depositio pecuniarum cum facultate vtendi eis, est verè mutuam palliatum nomine venditionis: & ita accipere aliquid ex ea, est vsuram admittere. Quare ad argumentum respondeo informata: Primo negando quod in hoc casu non interuenit mutuam palliatum, quia contractus, per quem traditur depositaria, verè est mutatio vestita & palliata nomine ven-

ditionis per supradicta, & consequenter in eo potest interuenire vsura. Secundò, quod etiam est iniusta duplici ratione predicta.

18 Ad septimum respondeo, concedendo, quod Papa faciens aliquem actum existere aliquo defectu, per quem corrumpit ille, nisi dispensaretur, videtur dispensare, si faciat illum cum certa scientia illius defectus, si per suam summam potestatem potest suppleri defectus ille, vel dispensari in illo, eo quod iure humano sit inductus ille defectus, non autem si inducitur iure naturali, vel diuino, vt post Hostiensem & Panormitanum a & Baldum, b tradit Felinus c cum citatis ab illo.

19 Quia ius naturale & diuinum tenetur seruari vsque ad sanguinem, d & iniustitia vsura non solum reprobatum iure Pontificio humano, super quo summam potestatem habet Papa, sed etiam iure naturali & diuino iuxta cap. quia in omnibus. e in quo Concilium Lateranense testatur eam vtriusque testamenti pagina prohiberi, & probat S. Thomas, f & tenet communis, g quicquid parum dolate dicat Alexander h super potestate Papæ dispensandi super vsuris cum Iudeis, in quo non audeo dicere quod Papa possit iuste dispensare cum aliquo, vt sine peccato vsuram exerceat, per cap. super eo, i in quo Alexander Pontifex Maximus respondet non posse dispensari super vsura, aequiparando illam mendacio, quod habet intrinsecam malitiam, sicut & fornicatio: & nullo modo potest dici iusta. k Quæ omnia & singula submitto supræma: S. D. N. censura. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Procuratorem ad exigendos redditus constituens, aliquid ab eo capere non potest, immo potius ei debet stipendium dare. n. 3.
- 1 Depositario seu exactori pecuniarum licentia facta illis vtendi resoluatur in mutuam, pro quasi quid exigatur, vsura est.

CONSILIVM I I.

AN Domino, vel collegio constituti aliquem procuratorem suorum reddituum facile recuperabilem liceat accipere aliquas pecunias ab eo, nullo constituto ei ob labores subeundos salario, propterea quod ei officium illud concedit?

1 Respondeo, quod non video, quo titulo iusto possit predictum collegium praedicta scuta lucrari, quia pro titulo venditionis id fieri nequit, siquidem officium illud non vendit, neque titulo locationis, quoniam illi redditus locabiles non sunt, cum neque salarium habeat, neque prouentus vllos, qui ad illud pertineant, solum enim inest ei onus, & cura recipiendi redditus ad collegas officiales pertinentes, & soluendi illos eis temporibus statis. Neque titulo mutui, quia illud non potest fieri iuste nisi gratis. l Neque titulo commodati, cum hoc etiam gratis fiat iuxta glossam receptam, m sed neque titulo depositi, quoniam deponens nihil potest accipere à depositario, nam gratia eius tantum fit depositum, sicut in casu nostro, in quo gratia & utilitate collegij deponuntur praedicta pecuniarum: & quando fit gratia depositarij, est irregulare depositum, vt contingit cum non deponuntur pecuniae in sacculis ob signata, sed numerate, n & tale depositum sapit mutuam, vt in praedictis legibus notatur, & si ea ratione caperebatur, & darentur, esset vsura, vt est casus in l. Lucius. o quod non licet in lege Evangelica, iuxta illud. p Mutuum date, nihil inde sperantes. translatum in cap. consuluir. q Præterea contractus hic ea ratione videtur iniustus, quod non solum non soluitur merces iusta operario, iuxta illud, r Digonus est operarius mercede sua, relatum in ca. 1. s sed etiam cogitur mercenarius ipse ad soluendam pensionem ei, cui operatur: nā depositarius huiusmodi operam, studium, & laborem impendit pecunijs praedictorum officialium recipiendis, custodiendis, & soluendis, rationibusque super his habendis: & scribendis, propter quod rectè ex iustitia debetur ei aliquod premium, & tamen per huiusmodi contractum fraudatur eo, & oneratur pensione sine vlla iusta ratione soluenda, & ita est contra illud, t Ne quis supergratiatur in negotio fratrem suum, & contra l. iniustitia. v Præterea nemo negaret esse contractum vsurarium, vel certè iniustum, si quis putaret mihi, foderet, & pararet vineam, & colligeret eius vvas, & portaret in torcular meum, & calcaret eas gratis, vt ei facerem

a In c. significauit. de off. ordi. b Ca. cum a. deo. de referri. c In c. significauit. nu. 4. eodem tit. rangit in ca. si inter. de excep. d Capis. sunt quidam. 25. quæst. 1. e De vsur. l. 2. 2. qu. 78. art. 1. g In 4. di. 15. h Consil. 1. 2. volum. i De vsur. k Capis. 1. 22. quæst. 2.

l Cap. consuluir. de vsur. m In rubric. commod.

n Leg. si quis nec causam. c. de rogati. ff. de rebus cred. o ff. de pos. p Luca 6. q De vsur.

r Luca 10. s 13. q. 2.

t r. ad Theff. 4.

v ff. de iust. & iur.

aff. de contra hen. empt. & instit. eodem titu. §. pretij. & §. item pretium.

b De vsur. nu. 15. c Cap. 17. nu. 288.

d Nu. 36. & quatuor seg. c Nu. 292.

f Cap. sciendi. cum suis concordant. de reg. iur. lib. 5. g Arg. l. 1. ff. de contrab. emptio. & §. loca. inst. eod. titu.

h Cap. 17. nu. 266.

i Cap. ad no. stræ. de empt. & vendi. ca. significate. de pigno. & c. m. ciuitate. & c. fin. de vsur. k Argu. ca. si Papæ 40. di. & c. cuncta. 9. q. 3.



facultatē recipiendi reditus mille scutorum ad exercendam mercaturam, vel aliam artem sibi vtilem, per quam lucraretur plus quam impedit in vinea mea, & postea mihi restitueretur, & tantō magis esset iniustus: vel vsurarius, si mihi penderet aliquid aliud præter culturam vineæ, & vindemiam vuarum, quæ mihi impedit gratis. Quare arbitror non posse defendi contractum prædictum esse iustum: & fati negotij erit illi, qui defenderit iustè posse prædictum collegium, & eius officiales vti opera, industria, & labore huiusmodi depositarij, nullo ei propter id salario constituto.

An autem huiusmodi depositarius possit iustè transferre huiusmodi officium depositarij in aliquem mercatorem cum pacto, vt soluta quantitate, quæ debetur Principi, vel populo, soluat ei dimidium eius, quod lucratus fuerit ex vsu prædictæ pecuniæ gabellarum acceptæ, respondeo quod non, fortiori ratione. Salua, &c.

SVM M A R I V M.

- 7 Dispositio testatoris, vt lex seruanda, si sit iusta, alias non. nu. 2.
- 3 Depositam pecuniam penes mercatorem quis tenere non potest, cum pacto, vt inde aliquid lucri percipiat, nisi mutatis contrahentibus iustificetur, num. 1. & 2. hocque lucrum est vsurarium, tam pro tempore vitæ testatoris, quam post vitam illius ab hæredibus acceptum, num. 3. restituendumque, nisi gratiose condonetur, num. 4. cessante autem pacto accipere gratis datum in recognitionem vtilitatis, quam ex dicta pecunia percipit mercator, licet. num. 5.
- 4 Deponens pecuniam cum pacto, vt depositarius teneatur illam custodire, ac saluam reddere, quando repetetur, & quod ad nullam mercedem depositario dandum teneatur, vsura est.

CONSILIVM IIII.

SEMPRONIVS moriens instituit hæredes tres nepotes, Titium, Seium, & Caium, in grandi pecuniarum summa, quam Romæ habebat apud trapezitas siue campsores, ad septem pro singulis centenarijs, hac tamen conditione, quod numquam possent illam inde auferre, nec alienare, vnde & fideicommissum fecit, Titius & Caius contra voluntatem testatoris abstulerunt quamdam quantitatem prædictæ summa: & Caius vltra partem, quæ illi contingebat, abstulit tria millia aureorum partis Seij illo infcio, post aliquot tamen menses hoc illi manifestavit, simulque se obligavit vltra sortem principalem restituere interesse ad septem pro centenario, quod & fecit post aliquot annos, licet minus aliquanto quam ad septem. Queritur, an Seius secuta conscientia possit accipere hoc interesse, an vero teneatur illud restituere: & tunc an possit illud applicare alicui pio loco.

Clausula testamenti, vel codicilli, per quam præfatum fideicommissum dictarum pecuniarum fuit factum, sic habet: Item cum dictus D. Sempronius codicillans habeat in compluribus creditis, de quibus extat quoddam memoriale in manibus N. quæ ascendunt ad summam triginta septem millium scutorum, vel quantumcumque sit summa voluit & ordinavit quod dicta pecunia non amoueat a locis, vbi sunt posita, sed tantum fructus diuidantur inter suos hæredes pro aequali portione, nisi aliter dicto N. visum fuerit, & placuerit, qui ad plenum de ipsius domini codicillantis voluntate & mente est informatus, vt dictus dominus codicillans asseruit.

In primis dico, quod etsi forte molestus fui in quaerenda & petenda maiore informatione huius facti, quam dabatur, adhuc tamen iustè poteram requirere maiorem, & excusare me à respondendo, donec illa daretur. Nam opus erat ad respondendum absolutè, scire, an præfatus codicillans haberet præfatum pecuniam depositam penes mercatores per viam contractus depositi, an per viam contractus societatis, & an præfata septem annua pro 100. soluerentur ei salua sua sorte principali, vel cum periculo communis damni & lucri, & an inter codicillantem & mercatores interuenisset vltra contractus societatis alius affecuratijs, & alius redemptionis, quos esse necessarios ad accipiendum aliquid lucri vltra sortem, seu capitale, vel principale saluum, diximus in nostro Manuali.

Secundo dico, quod si depositio illa pecuniarum fuit facta à prædicto codicillante per viam contractus societatis, vel depositi iustificati eo modo, quo iustificanda erat, iuxta ea quæ nos vbi supra post alios tradidimus, te-

nantur præfati hæredes seruare illam, donec N. aliud ordinauerit: quia iusta dispositio testatoris pro lege habenda est. Modò codicillanti ius fasque fuisset testandi de illis ad libitum, & consequenter est dicendum, præfatos hæredes, potuisse iustè capere illa septena annua à præfatis mercatoribus, cui etiam consequitur, præfatum Seium potuisse à præfato Caio accipere illa quæ accepit, nec teneri ad restituendum quicquam.

Tertio dico, quod ex verbis narrationis facti solum colligitur interuenisse contractus depositi, cum pacto de soluendo quotannis singula septem pro singulis centenis, sine alia iustificatione: & si res ita se habet, certum est contractum fuisse iniustum, immo & vsurarium, per ea quæ vbi supra scribimus, & consequenter iniusta fuit & vsuraria conuentio illa, & pactio, qua prædicti hæredes confirmarunt conuentionem codicillantis, immo & traditionem nouæ pecuniæ ab eis facta prædictis mercatoribus. Quibus est consequens, præfatos hæredes non teneri ad retinendas illas pecunias cum prædicto pacto in manibus dictorum mercatorum: quia licet regulariter dispositio testatoris pro lege habeatur, iuxta Authen. supra allegatam, fallit tamen quando est iniusta contra legem, & bonos mores, præsertim contra legem naturalem, & diuinam, qualis est hæc, quæ est vsuraria, & ita contra vtrumque testamentum.

Quarto dico, quod si prædictus contractus depositi vel societatis non fuit iustificatus eo modo, quo supra diximus, quicquid accepit codicillans à mercatoribus, dum viueret, & quicquid post eius mortem hæredes acceperunt, censendum est iniustè acceptum, & restituendum ijs, à quibus acceptum fuit, vel hæredibus eorum, cui consequens est, quod Seius tenetur restituere illa, quæ accepit à prædicto Caio, cui etiam non licuit accipere illa ab ipsis mercatoribus.

Quinto dico, quod etiam si ipse codicillans absque vlla promissione mercatorum de soluendo ei aliquid, deposuit penes illos prædictam pecuniam, cum pacto, vt illi tenerentur custodire, ac reddere saluam, quoties ille peteret, & quod ob hanc custodiam ipse nihil teneretur illis soluere, iniustè fecisset, & vsuram commisisset: eo quod voluisset capere, vltra sortem principalem, illud salarium, quod eis pro fida custodia suo periculo facienda debebatur iure illo naturali, & euangelico, quo cauetur mercenarium dignum esse mercede sua.

Sexto dico, in hoc casu consulendum esse prædictis hæredibus primum, vt pœniteat eos ex animo, quod ipsam pecuniam tenuerint in manibus eorundem mercatorum cum pacto & obligatione soluendi sibi septem pro centenario, & non solum pœniteat eos huius peccati vsurarij, sed etiam firmiter proponat restituere omnia illa, quæ acceperunt mediante illo pacto, nisi sponte vel liberè prædicti mercatores eis illa condonauerint, & nõ tantum proponant restituere, quæ ipsi acceperunt, sed etiam quæ accepit eodem pacto is, cuius sunt hæredes. Deinde concepta ista generosa pœnitudo, qua pœniteat offendisse Deum, præcepta eius violando, cum debuissent eum super omnia diligere, ac illius præcepta seruare: concepto item proposito firmo restituendi prædicta omnia ipsis mercatoribus, à quibus accepta sunt, vel hæredibus eorum, proponant confiteri hoc peccatum cum expressione temporis, quo illud continuarunt: & postea, vel ante confessionem adire per se, vel per suos confessarios, ipsos mercatores, eisdem aperientes suam pœnitudinem, & propositum restituendi, & rogare eos, si sunt diuites, vt condonent sibi ea quæ soluerunt.

Tertio, habita condonatione omnium, vel partis, quam humiliter habere poterunt, relinquunt eis suam pecuniam sublato pacto de dando eis septem, vel aliquid aliud ratione eiusmodi depositi, facta illis libertate nihil dandi ex obligatione vel promissione, sed solum ex mera liberalitate, si voluerint aliquid donare tamquam amicis, qui suam pecuniam tradunt eis ad lucrandum per iustam mercaturam, vel per iusta & realia cambia. Quarto, his peractis adeant N. & cum eius assensu vel accipiant pecuniam suam ad emendos aliquos reditus, vel aliqua bona immobilia, & vinculent ea, vt illi videbitur: vel

Authen. de nupt. §. dispositio testator. & vbi lex. & ca. cum esse de testamen

Le. filius. ff. de iudic. iustit. c. Ca. quomodo in omnibus de vsuris.

vel certè deponant prædictam pecuniã penes dictos mercatores per viam iustæ societatis, per quam tamen solum non potest manere capitale saluum, nisi addendo alios duos contractus affecuratijs & redẽptionis lucri, modo quo ipse in Manuali, scribo. Salua, &c.

SVM M A R I V M.

- 1 Depositario pro custodia depositæ pecuniæ & obligatione reddendi ad voluntatem deponentis, debetur merces, nisi fiat cum facultate ea vtendi: quia cum tunc transeat in mutuum, mutuanus ad nihil tenetur. nu. 2. aliquid autem ab eo etiam tacite exigere, est vsura. num. 3. oblatum verò merè liberaliter recipere licet: secus si dicta oblatio fiat principaliter ob meritum, ne ab eo depositum auferatur, vt alteri assignetur. n. 4.
- 5 Deponens pecuniam penes aliquem cum facultate illa vtendi, ea principali etiam tacita intentione, vt inde aliquid recipiat, vsura est, secus si minus principaliter aliquid speret sibi liberaliter dari.

CONSILIVM IIII.

Mlti deponunt penes argentarios, siue campsores, & bancarios, vel alios diuites, & amicos, aut suos receptores thesaurarios alios summas pecuniarum maximas, magnas, & minimas, cum facultate eis vtendi, & cum eis negotiandi, eo tamen pacto, vt restituant eas totas, vel partem earum, quando ipsi voluerint, & depositarij reddunt eis certum quid pro centenario in annum, vel mensem, vel aliud tempus maius vel minus. Queritur an id liceat.

Respondeo primo, quod cum primùm ad urbem venissem, deposui aliquot scuta penes quemdam argentariũ, vel bancarium, ad custodiendum, & ad reddendum omnia vel partem eorum, cum vellem, gratis, nihilo ei dando pro custodia, nec recipiendo pro lucro quod faceret, & vtilitatem conscientia ad volendum ei soluere mercedem pro custodia, & opera, quam impendit illis custodiendis, cum onere reddendi ea pro voluntate mea: quia dignus est operarij mercede sua. Sed quia neminem videbam soluere quidquam pro simili causa, petij remissionem eius, quod mihi primo aspectu videbar debere, quam ipse libenter fecit.

Secundo, quod postea animaduerti, quod depositum pecuniæ numeratæ cum facultate vtendi ea transit in contractum mutui, & quod ego tradideram illa scuta cum facultate vtendi eis sine obligatione soluendi eadẽ, & quod per contractum mutui transit dominium rei mutuo, data in mutuatariũ, & consequenter onus custodiendi transiuit in bancarium, vti dominum eorum, & ita nõ tenebar ad soluendum ei quicquam pro custodia.

Tertio, quod depositarius, qui recipit depositam pecuniam sine facultate vtendi ea, & cum obligatione restituendi eandem, meretur mercedem pro custodia: quia non transit dominium in eum, & ipse nõ tenetur ad reddendũ aliquid ipsi deponenti vltra depositum, iuxta l. si facultas, cum ei adnotatis: quia est contractus de se gratuitus, vt & nos post alios tradidimus in nostro Man. confess. & consequenter non tenetur depositarius soluere aliquid deponenti vltra pecuniam depositam: & deponens, qui exegerit aliquid vltra sortem, committit vsuram, iuxta l. Quintus Cæcilius.

Quarto, quod deponens poterit iustè accipere à depositario, si sponte sine vlla exactione expressa vel tacita voluerit aliquid ei dare, sed non exigere, per ea quæ in sequenti consilio traduntur. Dixi tacita vel expressa: quia sufficit tacita.

Est tamen quæstio quotidiana, an depositarius, qui soluit aliquid vltra depositam pecuniam, non quidem voluntariè ac liberè, sed quia timet, si non solueret, quod deponens repetet ab eo pecuniam depositam, & tradet eam alteri, qui soluet id quod ipse non vult soluere. Et puto deponentem quo ad forum interius peccatum accipiendo illud, si nouerit depositarium ei facere illam solutionem principaliter ob illũ timorẽ, per ea quæ de timore scriptimus in præfato Man. cõf. vbi concludimus, metum etiã minorẽ iusto in foro conscientia excusare, & accusare.

Immo etiam si ob hanc causam principaliter repetet pecuniã depositam, vt alius ei soluat aliquid vltra eã: quia mutuat & vult mutuare cum spe principaliter lucrãdi vltra

tra sortem: quia spes lucrandi principaliter aliquid vi mutui est peccatum vsuræ, iuxta ea quæ post alios tradimus in commen. de vsuris. Diximus, principaliter: quia minus principaliter intentio lucrandi aliquid non sufficit ad cauendum vsuram, vt tradimus vbi sup. Salua, &c.

SVM M A R I V M.

- 1 Deponi potest penes Ecclesiam pecunia, vt inde emanet census, ita vt aliqua pars remaneat Ecclesie, & reliqua detur deponenti. num. 3. an autem expediat, non est ita certum, cum Ecclesia debeat exemplari pietate simul & prudentia lucere. num. 7.
- 1 Depositum sit locatum, depositario ob illud aliquid accipiente. & num. 4.
- 1 Ecclesia, & clerici mercaturam exercere non debent, cupiditatis inquam causa. nu. 5.
- 2 Ecclesia, & eius bona laicis submitti non debent, scilicet tamquam dominis & patronis. & nu. 6.
- 3 Contractus omnis alius licitus, etiam cum Ecclesia, si sit ei vtilis, iniri potest.
- 3 Donari potest aliquid Ecclesie sub modo, vt census aliquis retribuatur donanti.
- 4 Depositarius regulariter tenetur tantum de dolo, potest tamen conueniri, vt teneatur etiam de culpa.

CONSILIVM V.

AN liceat cuipi à deponere aliquã pecunia numeratã summam apud aliquam Ecclesiam, ea lege, vt administratores bonorum eius, emanent aliquot reditus annuos, quorum quinta pars cedat vtilitati Ecclesie: pro decima, & onere administrationis, & alia quatuor partes cedant deponenti, & successoribus eius.

Pro parte negante huius quæstionis facit primò, quod depositum debet esse gratuitum, eo quod, depositatio accipiente aliquid pro custodia rei depositæ, definit esse depositum, & incipit esse locatum. Secundo, quod neque Ecclesia, neque clerici debent negotiari, & mercaturã exercere, iuxta c. 1. & ne clerici vel monachi secularibus negotijs se immisceant, in rubro, & in nigro.

Tertio, quod Ecclesia, & bona earũ nõ debent subici & submitti laicis, & in casu proposito videretur Ecclesia submitti, & obligari in quoddã perpetuum ministeriũ & seruitium deponenti præfatas pecunias. Quarto, quod ex huiusmodi depositione videretur posse damnificari Ecclesia, pecunia perempta, vel prædictis bonis ex ea emptis, per dolum, vel culpam administratorum bonorum Ecclesie, vel per amissionem bonorum emptorum ab eis, vel quia respectu aliquo fieret graue administrare reditus, vel bona empta, & reddere quatuor partes reddituum, qui aliquãdã magno cum sumptu & labore recipiuntur: & Ecclesie damna sunt vitanda.

Pro contraria verò parte vrget primò, quod depositum pecuniæ præfata potest fieri apud Ecclesiam, vt non obscure significat c. 1. & appertè asserit eius glo. communiter recepta. Secundo, quod regulariter omnis contractus alioqui legitimus potest fieri cum Ecclesia, si est ei vtilis, arg. c. sine exceptione, & aliorum multorum. Tertio, quod licitum est donare aliquid Ecclesie sub modo & onere, vt aliquis census etiam annuus ei retribuatur, & præfata dispositio est effectũ donatio quardam facta sub modo & onere reddendi deponenti certam partem redditus rei donatæ: ergo erit licita.

Per hæc & alia multa, quæ adduci possent, hæc pars videtur verior: & ad opposita facilè responderi pot. Ad primum quidem primò concededo, quod depositum simpliciter factum censetur gratuitum, negando tamen, quod nõ potest fieri adiecto pacto, vt aliquid pro custodia detur, vt est casus irrefragabilis in capit. fin. sicut & depositarius simpliciter constitutus tenetur de dolo, sed constitui potest, vt teneatur etiã de culpa, vt est casus in d. c. fi. Secundo responderi potest, quod non refert quo ad propositum nostrum, an præfatum depositum sit purum depositum, vel habens mixturam contractus locati, & conducti: quia idem effectus resultat, & non refert quid de aequipollentibus fiat.

Ad secundum concedimus, artem mercaturæ veritam esse clericis, ne illã exercent causa cupiditatis, vt Gratianus significat: sed negamus in proposito casu exerceri mercaturam, siue negotiationem, sed solum fieri quemdã

Cap. plerique. 1. 4. qu. 3. & toto tit. de codic. indub.

Cap. 17. nu. 251. cum sequentibus.

Super ca. 1. 1. 4. qu. 3. nu. 6. & 8. Num. 9.

L. 1. si vestimenta. ff. de deposit. c. & fin. de deposito. d. Ca. negotia tor. 88. dist. c. Ca. 1. de rebus ecclesie non alien. l. 6.

Ca. sine exceptione. 12. qu. 2. c. 1. de deposito. g. De deposito. h. Et c. si qua. i. 12. qu. 2.

Cap. Eleutherius. 18. qu. 2. c. ca. præterea. de iure repatro.

De deposito.

Et in l. 1. §. si conueniat. ff. de positi. n. Leg. fin. ff. mand. & ca. licet ex quada. de restibus.

In summa præfata dist. 88.

contractum depositi vilem Ecclesiam, ut palam est.  
 6 Ad tertium concedimus, nec Ecclesias, neque bona esse submitienda laicis, neque subiicienda alicui tamquam patrono, & domino, & superiori: sed negamus in casu proposito talem submissionem fieri, cum solū fiat submissio & obligatio ad restituendum sibi datum in suam utilitatē, si pacta non seruauerit, cū ad id ipsa lege naturę teneatur.  
 Ad quartum, quod præfatum depositum debet fieri tabulis pactis, & conditionibus adiectis, ut Ecclesia non lædatur, nec delictū vel culpa administratorum bonorū eius imputetur ei, & maneant ipsi sua priuilegia salua.  
 7 Quia tamen res hæc noua est, & exemplari pietate simul, & prudentia lucere Ecclesia debet, arbitror aptius, & piētius fieri posse per contractum donationis sub modo faciendæ, quam per contractum depositionis, qui quadatenus sapit naturam quorundam depositorum, quę parum licite mea sententia atate nostra cum mercatoribus fiunt, & quod expressē fieret donatio inter viuos perpetua facta Ecclesię facultate reddendi pecuniam, vel redditus, aut bona empta, &c. Salua qua iustior fuerit sententia.

DE EMPTIONE ET VEND.

SVMMA RIVM.

- 1 Cambium per minutum cuiilibet licitum, etiam ei qui non est capso ex officio.
- 2 Emere monetam leuioris ponderis iusto pretio licet, sed vendere pluris quam hic valeat, non licet, etiam si vendatur eam translaturō, vbi pluris valebit.
- 2 Venditio non iustificatur ex utilitate emptoris, sed venditoris.
- 2 Restitutio damni passo faciendā, & eo non inuento, pauperibus.
- 3 Pecunia domini non potest eo inuito vti capfarius: quod si habet domini licet non expressum consensum, non peccat. an autē teneatur restituere lucrum, vide nu. 4. & 6.
- 6 Mercatorum capfarij, quod in malē computando amittunt, restituant.
- 5 Mutuare minutam pecuniam intentione recipiendī argenteam, non est vsura.

CONSILIVM I.

**P**rimum dubium. Emere solet quis cum lucro duorum, vel trium pro quolibet centenariō monetam aream minutam, eamq; amicis agentibus ad comparanda quotidiana muro dat, à quibus postea argenteam recipit pecuniam, & hoc sine omni pacto, & sine mutuatarij damno, cui tantum profuit impēdisse aream minutam monetam, quam recepit, sicut si argenteam, quam dedit, impendisset. Verum, quia dictus mutuans de cætero fortē nō esset mutaturus, nisi pro are argenteam reciperet, quod fortē etiā cogitat mutuatarius, ideo dubitatum fuit, an liceat cū dicta intentione recipiendī argenteam monetam, mutuare aream.

Secundum dubium. Hic Romę scuta auri non expendantur communi pretio, nisi sint iustissimi ponderis, in aliis autem prouincijs Italia, etiam quod sint leuioris ponderis, nisi leuitas sit notabilis, æquę benē expendantur, ac si essent iustissimi ponderis. hinc fit, quod prædictus consulens hic Romę existens huiusmodi scuta leuioris ponderis emit minoris currentis valoris, & eadem cum lucro vendit ituris extra urbem, quibus tanti valent hæc scuta leuioris ponderis, ac si essent iustissimi ponderis. Dubitatur modo, an hoc liceat, & ad quid teneatur dictus consulens, & cui teneatur, in casu, quod esset obligatus restituere.

Tertium dubium: Et quid sit prædictus consulens, qui facit prædictos contractus, esset capfarius, ut vocant, mercatoris, qui solet pecunias domini sui recipere, custodire, ac etiam soluere, & prædictos contractus exercet ex pecunia prædicti domini sui, à quo prohibitionem habet, ne dictis pecunijs vtatur in alijs vñibus, quam in utilitatē ipsius domini, & pro eius negotiis, puta in emptionem monetæ aureæ iusti pretij ad utilitatem domini.

Quartum dubium: Præterea dictus capfarius, ad quem periculum erroris, qui potest contingere in numeratione pecuniæ, quam vel dat, vel recipit, spectare dignoscitur, emendo ad utilitatem domini pecuniam auream, pretij verum auget: puta emendo scutum vnum pro iulij vñdecim, scribit in libro se emisse pro iulij vñdecim, & vno

quatrino: & hoc facit ad hunc solum effectum, ut augmentum huius quatrini suppleat defectum erroris prædicti, si fortē contingeret, nam si in fine anni error nullus reperitur intercessisse, omne lucrum, quod in capfarium ex additione dicti quatrini ad verum valorem facta peruenit, ad ipsos dominos alia via reuertitur. Dubitatur, an dictus capfarius peccet mortaliter, teneaturque ad restitutionem omnium prædictorum quatrinoꝝ, & ex suo salario persolvere damnum, quod solet ex errore prædictæ numerationis contingere, an verò possit dicta fraude vti.

Nouerit præterea D. consulens pro clariore facti cognitione, quod mercatores communiter solēt dictis capfarijs mediocre, seu potius tenue stipendium persolvere: & licet præsentiat dictos capfarios ex dictis pecunijs ad ipsorummet capfarioꝝ utilitatem emere dictam aream monetam minutam, de qua in primo casu, & dictos aureos leuioris ponderis, de quibus in secundo, tamen dissimulat hæc videre, maximē quando dictus capfarius in alijs negotiis solet esse ad utilitatem domini diligens.

**1 AD PRIMAM QVAESTIONEM** respondeo, quod D. consulens iustē negotiatur: quia in effectu exercet cambium, quod vocatur per minutum, quod licere non solum capfarijs, sed etiam priuatis, tradimus nos in Manuali.<sup>a</sup>

**2 AD SECUNDAM** respondeo primò, quod prædicta negotiatio videtur iniusta. Tum quia vendit maioris quam valeant scuta. Tum quia licet non emat ea minoris, quam valeant, ea tamen intentione emit ea, ut vëdat maioris, quam valeant. Tum quia non obstat, q̄ illa valebunt emptori in alia prouincia tanti, quāti emit, & fortē pluris: quia venditio rei non iustificatur ex utilitate, quā emptor percipit ex illa, sed ex utilitate, quę vëditori ex ea veniebat, ut docet D. Tho. b̄ relatus à nobis in dicto Man. c̄ Tū quia nō obstat dicere, quod cābiū per trāslationē monetę liceat, ut tradimus in dicto Man. d̄ quia licet qui emit hic monetam minoris valoris, possit portare, vel mittere ad alium locum, vbi pluris valet, non tamen potest illam vëdere hic alijs pluris, quam valet, per ea quę in c. ē dicimus.

Secundo, quod teneatur restituere eis, quibus vendidit, vel eos contentos facere, f̄ & si nesciuntur, nec sciri possunt mediocri adhibita diligentia, pauperibus, iuxta c. cum tu & glossa eius s. 8

**3 AD TERTIAM** respondeo, quod si domini, quorum est pecunia, consentiant tacite, ut eorum capfarius, vel arcarius vtatur cambio minuto in utilitatem suam tantum, securus erit in conscientia. h̄

**AD QVARTAM** respondeo, quod nō potest iuste adicere illum quatrinoꝝ, per aliqua, quę non vacat scribere, cū ipse debeat sibi & suo officio cauere, ne in computando erret.

**4 Replicatum** fuit super dubio præcedenti in primo casu non tantum dubitari de minutissimo cambio, an liceret, quantum, an dictus mutuans dictam minutam aream pecuniam cum intentione recipiendī à mutuatario argenteam pecuniam, committat vsuram?

Nam pro negatiua facit, quia creditor mutuando decē scuta numerata in moneta aream minuta, recipiendo postea totidem decem in moneta argentea, non videtur recipere nisi summam mutuo datam: & licet ipse postea ex dicta moneta argentea emat iterum minutam aream, cum lucro duorum pro centum, hoc prouenit ex eius industria sine damno mutuatarij, cui tantū valet dicta minuta aream ad emptionē sibi necessariorū, quātum valeret argentea.

Pro affirmatiua facit, quia creditor recipit plus quam dedit: nam pro are minuto recipit argenteam pecuniam, quę habet hanc qualitatem, vt possit, & facilliter, in aream cum lucro permutari, seu cambiari: & mutuatarius ex hoc patitur damnum, nam amittit facultatem, per quam posset argenteam pecuniam cambire cum are minuta cum lucro prædicto, & retento lucro restituere creditori totidē scuta io. in moneta aream, in qua mutuum receperat.

In tertio casu etiam replicatū fuit: Si domini pecuniarū non consentirent dicto capfario, seu arcario, vt ad sui utilitatem dictum minutissimum cambium exerceret, an dictus arcarius teneatur lucrum dominis restituere in totum, vel in partem, cū in mandatis habeat, ne pecunia dominorum

a L. i. de pact. & leg. 2. ff. de eo quod cer. loco. & ca. 1. de pact.

a Cap. 17. nu. 288.

b 1. 2. qu. 77. art. 1. c. Ca. 23. nu. 78. d. Cap. 17. nu. 290. e. 23. nu. 77.

f. Iuxta ca. ea te. de iur. iur. g. De vsur.

h Arg. c. scilicet & consentienti. de reg. iur. lib. 6.

vtatur

vtatur nisi eorum utilitatem. Ratio dubitandi est, quia arcarius non tenetur ex debito officij sui, nec inuitus cogitur, vt exerceret dictum minutissimum cambium, potestq; illud sine peccato iniustitia nō facere, vnde si illud exercet ad sui utilitatem, contra domini quidem præceptū facit, sed tamen ob hoc nec damnum domino dat, nec cōtra iustitiam particularem, quę sola ad restituendum obligat, committit: vnde nec videtur cogendus restituere, nec cōdemnandus de peccato mortali pro prædicta dominorum præcepti transgressione, cum non tendat in dictorum dominorum considerabile præiudicium, nam ob hoc arcarius non omittit quicquid ex iis, ad quę tenetur ad dominorum utilitatem facere.

**5** Ad prius superdubitatum respondeo, quod utilitates prædictæ in eo considerata non sunt notabiles, nec sufficientes ad reddendas voluntates prædictas vsurarias, per rationes optimē in eo tactas.

**6** Ad secundum respondeo, quod si arcarius non tenetur ad exercendum illud officium cambij ad utilitatem eorum, quorum est arcarius, & exercet illud sine damno eorum, non videtur peccare, licet ipsi non consentiant expressē, per ea quę nos diximus in Man. confess. a Salua, &c.

SVMMA RIVM.

- 1 Deponere pecuniam cum facultate ea vtendi, est mutuae: vnde illius ratione tamquam debitum quid accipere, erit vsura, nu. 2. secus si sponte donetur in gratiā mutui vel depositi penes ipsos sic facti, vel ex eo quod valor monetæ sit auctus, vel quia soluit in alia moneta deterioris conditionis. nu. 3.
- 4 Soluere qui tenetur aliquam pecuniam creditam, seu mutuo receptam, satisfacit soluendo secundum estimationem à Principe impositam, nec ex eo quod soluit in alia moneta, tenetur inuitus aliquid addere: si tamen esset credita ea conditione vt ei alia eque bona pecunia restituatur, tunc in eadem moneta esset restituendū a. nu. 5. & si augetur valor, pertineret ad creditorem numero 3.
- 6 Oeconomus aut auream pecuniam à domino ad impendendum acceptam dat suo periculo mercatori, à quo minuiorem cum augmento accipit, & augmentum suum est: aut eandem accipit à mercatore, penes quem dominus suo periculo depositam habeat cum facultate eandem in auro, vel minuiore recipiendī, & augmentum domino debet restituere.

CONSILIVM II.

**Q**uestiones duæ confessarijs frequentissimē occurrūt. Prima, an qui tradunt multa scuta aurea mercatoribus & postea minutariam capiunt valorem illorum in nummis argenteis, vel areis, possint iustē accipere aliquos quatrinos, vel bologninos, quos frequenter adiciunt mercatores, cum soluunt pro illis nummos argenteos, vel aureos.

Secunda, an oconomus, obsonator, vel quiuis alius officarius alicuius domini accipiens valorem prædictorum scutorum in nummis argenteis, vel areis à mercatoribus prædictis vna cum auctario prædictorum quatrinoꝝ, vel bologninoꝝ, teneatur scutorū valori instituto adicere illos, & an teneatur ad restitutionem illorum, si eos sibi accipiat.

**1 AD PRIMAM** respondeo, quod pro parte negatiua facit neruossimē, quod nullo titulo iusto tradentes illa scuta videntur eos posse accipere. Non primo titulo mutui: quia, qui mutat, non potest aliquid vltra sortem accipere, quia esset vsura, b̄ immo esset peccatum mortale, cum spe talis lucri ea tradere. c̄ Nec secundo titulo depositi: quia deponere pecuniam cum facultate vtendi illa, est mutuare, d̄ vt latius traditur in Man. c. 17. ē Neque tertio titulo locationis: quia pecunia non est res locabilis, cū traditur ad vñum suum naturalem impendendam: cū in effectu sic locare, sit mutuare, & vsuram palliare, vt palam est. Neque quarto titulo societatis: alioquin oporteret participare de damno mercatoris, quod incurreret negotiando, f̄ & traditur in d. Man. 8̄ quod non intendunt facere ipsi. Neque quinto ratione cambij: quia cambium est contractus non gratuitus, quo vna pecunia datur pro altera, vt probatur in Man. h̄ & traditio prædicta sit gratuito, & non pro altera pecunia: quia etiā ipsamet, vel alia ei similis sine vllō auctario reddi, & solui potest.

**2** Sed in contrarium facit, quod multi viri pij & eruditi huiusmodi auctaria passim sine scrupulo accipiūt. Qua-

b Ca. 1. & 2. 14. q. 3. c. Ca. 1. & c. consilium. de vsur. d. L. certi conditio. s. fin. cum l. eq. ff. de reb. cred. & l. quinquies. ff. de positi. c. Nu. 180. & nu. 183. f. L. si non sue. ff. pro socio. g. Cap. 17. nu. 251. h. Cap. 17. nu. 283.

re dicendum videtur primò, quod duo contractus in hac re inueniuntur: alter depositi, quo traduntur cum facultate eis vtendi expressē, vel tacite facta depositario, quod effectus est mutuum, iuxta d. l. certi conditio. a Alter est, quo capitur pecunia argentea, vel aream pro scutis supradictō modo traditis, & hic est contractus cambij. Secundo, quod ratione prioris contractus, nihil amplius, quam ob mutuum, potest recipi tamquam debitum, & quod taliter recipere, esset vsura restituenda per iura citata. Dixi, tamquam debitum: quia tamquam gratuito, & spōte donatum, in signū gratitudinis, accipi potest, sicut & ita donatum ob mutuum, iuxta dicta in Man. b̄ Tertio, quod ratione alterius contractus cambij potest recipi aliquid ratione cābij, quod appellatur per minutum, iuxta dicta in Man. c̄ & etiam ratione valoris scuti, quod fortē illo die, quo pecunia argentea, vel aream in cambium traditur, pluris valet scutum aureum, quam principis institutione aestimatur.

**3** Concludo igitur primo, quod prædicti tradentes scuta in auro, & postea recipientes valorem eorum in argento, vel are, possunt iustē accipere prædictos quatrinos, vel bologninos, tamquam sponte donatos in gratiam depositi, vel mutui penes illos donantes facti, secundo tamquam debitoris ratione cambij per minutum facti, tertio ratione valoris maioris, quem, quando dantur nummi argentei, vel arei, habet scutum aureum.

**AD SECUNDAM** respondeo, quod pro parte affirmatiua facit primo, quod id, quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito. d̄ At si diminueretur pretium illorum scutorum teneatur officarius supplere illud in utilitatem heri: ergo, si fuerit auctum, debet illud auctarium vertere in eius utilitatē. Secundo, quod nihil alienum sine iusto titulo quari vel retineri potest. ē Tertio, quod scuta prædicta verē valent apud mercatores plus quam pretium à principe eis impositum, quando sic soluunt, & illud plus secundum valorem currentem in foro mercatorum accipiunt nomine heri sui, ergo tenentur reddere rationem illorum secundum verū valorem.

**4** Pro contraria verò parte negante facit primò, quod accipiens aliquam pecuniam satisfacit reddendo valorem eius institutum à Principe, nam illud est verum pretium monetæ excusa, quod à Principe Reipub. præstituitur illius enim, vel habentis iura eius, est cudere monetam, & ponere illi pretium, arg. c. quanto, f̄ vbi hoc notat Pan. communiter receptus. ḡ Et prædicti officarij accipiunt prædicta scuta soluenda in alijs rebus impendendis, ergo satisfaciunt soluendo illa secundum pretium statutum à Principe absque prædicto pluri. Secundo, quod Bart. communiter recept. h̄ ait, quod augmentum, vel diminutio estimationis monetæ, quæ modico tempore durat, vt vno, duob, vel pluribus diebus, vel quandoque, non est attendenda, arg. l. pretia, i cui concordat Panorm. communiter recept. k̄

**5** Tertio, quod non obstat prædicta l. Paulus. quatenus habet, creditorem non esse cogendum in aliam formam nummos accipere, si ex ea re damnum aliquod passurus sit. Tum quia lex illa intelligitur de illo creditore, qui dat pecuniam mutuo, vel in depositum pacto expresso; vel tacito, vt restituatur ei ea, vel alia pecunia æquę bona, iuxta l. cum quid. l̄ Questio verò proposita est de creditore dante pecuniam ad impendendum in emendis rebus ipsi necessarijs, & non ad reddendam illam, vel aliam æquę bonā: quo casu non est locus illi legi, vt ex Bartholo & alijs ibi colligitur, & ex nostris. m̄ Quarto, quod nemo iustitia lege tenetur in foro conscientię, nisi ad tantum, ad quantum potest cogi in foro exteriori, patefacta omnino veritate, arg. d. cap. si res aliena, n̄ cum ei adnot. At nemo potest cogi in foro exteriori dare, vel accipere p̄ scuto auri in auro maius pretium, quam vñdecim iulios cum dimidio, vt palam est, ergo nemo tenetur soluere plus in foro conscientię, & consequenter officarius, qui reddit illud pretiū in rebus fideliter emptis, vel aliter, satisfacit id, ad quod iustitia lege tenetur. Quinto, quod illud auctarium vt minus duorum, vel plurium quatrinoꝝ, est incertum, & passim variatur, immo est voluntarium, quia mercator nolens illud adicere, nulla lege iustitię posset cogi: satisfaceret enim reddendo similia scuta in auro, vel valorem illorum à

a s. fin. & l. eq.

b Ca. 17. nu. 209.

c Cap. 17. nu. 283. & 288.

d L. & si contra tabulas. ff. de vulg. & ca. sciendum. s. q. 1. c. Capi. si res aliena. 1. 4. q. 6. & c. peccatum. de regu. iur. lib. 6.

f De iur. iur. g Num. 6.

h In l. Paulus. 1. s. 1. ff. de solut. n. 9. i Sub s. ff. ad leg. Falcid. k In d. c. quāto. 10. sub fin.

l ff. de rebu. credi.

m In di. cap. quanto. n Et d. ca. peccatum.



Principe institutum, si repetens velit ea sibi reddi in argento, vel are, siue mercator suscipiat illa mutuo, siue in deposito, per adducta in primo dicto: immo dici possit illicitum, nisi voluntarie solueretur, vt in primo dicto probatur est. Sexto, quod aliquo conseruaretur, quod teneatur officariis aliquando reddere plus quam accepit, & aliquando minus quam accepit: si enim accipit 100. scuta die, qua scutum mercatorum non valet plus, quam à Principe est statutum, & postea diebus quibus minutatim illa accipit valeret pluri, teneatur restituere plus quam accipit, & contra, si die qua illa accipit, multo pluri valeret scutum mercatorum, & diebus quibus minutatim acciperet non valeret pluri, teneatur ad restituendum minus, quam accepit: quae planè sunt absurda, ergo, &c.

6 Pro concordia horum adductorum considerandum est, quod aliquando ipsemet dominus & herus tradit periculo suo scuta mercatori in custodiam cum facultate vtendi eis ea lege, vt reddat ea ei in auro, vel argento, aut are pro libito suo, & postea ipsemet dominus, vel officarius nomine domini accipit cum illo pluri à mercatore, quantum oportuerit ad impendendum in rebus sibi necessariis, aliquando dominus tradit officario suo scuta in auro, vt suo periculo teneat, & impendat in opportunis, siue in auro, siue in argento, & are, & officarius tradit illa suo periculo custodienda mercatori, à quo postea in argento, vel ere in dies, hebdomadas, vel menses recipit impendenda, vel non tradit ei custodienda, sed cambit ea pro argenteis, vel areis cum predicto pluri sibi tradendis. Et dicendum, quod primo casu illud plus est domini. Tum quia sibi, vel officario nomine suo, quod perinde est, datur. Tum quia periculum scutorum, si mercator decoqueret, vel alius perirent, pertineret ad eum, & non ad officarium. Secundo vero casu pertinet ad officarium. Tum quia periculum scutorum sibi traditorum pertinet ad eum, siue tradat mercatori custodienda, siue non. Tum quia illud plus non datur domino, neque officario domini nomine domini, sed ipsi officario, qui iam factus est dominus illorum scutorum, & periculo suo stant, vel pereunt nomine suo. Per hanc distinctionem facile conciliantur omnia in vtramque partem adducta. Salua, &c.

SVMARIUM.

- 1 Lasio parua excusat à mortali, nisi ladens intendat multum ledere. num. 4.
- 2 Lex secularis non obligat ad mortale, nisi, &c. nu. 3. & 10.
- 2 Consuetudo ementium dandi aliquid vltra taxam sine malis artibus, & damno Reip. ac proximorum, licita. nu. 10.
- 2 Tolerantia principis approbatua: sed non permissua excusat. n. 11.
- 3 Obsonatores consentientes vendentium peccato peccant.
- 4 Fraus & dolus vitia prudentia contraria.
- 5 Ementes, & vendentes obsonia dolo vtuntur, & mentiri statuunt ladendo, & sic peccant: nec excusat consuetudo, quia irrationabilis est. nu. 8.
- 6 Vendens plus iusto vltra taxam, legem natura de non vendendo nimis care frangit, & sic peccat, eo quod plus iusto vendit.
- 7 Voluntas peccandi est peccatum, licet non deueniat ad actum, & si sit perfecta, ceteris paribus eius malitia non augetur per actum.
- 9 Furtum omne est peccatum, saltem veniale.

CONSILIVM III.

I S, ad quem pertinet imponere pretium iustum carnibus, & aliis cibariis, tulit leges iustas super pretio, & modo ea vendendi: multi autem obsonatores & venditores obsoniorum frangunt eas.

Queritur, an peccent mortaliter, & teneantur ad restituendum damnum eis, quos laeserunt.

1 Pro parte negante facit primo, quod lasio parua non efficit peccatum mortale, vt colligitur ex Augustino relato à Gratiano, & ex S. Thoma, quem sequimur in nostro Manual. confess. c. At obsonatores & obsoniorum venditores, saltem qui parua obsonia emunt vel vendunt, ex vna libra carniū, vel piscium, & ex vno modio cicerū vel leguminum, vix addunt vel detrahunt tres vel quatuor quatinos, siue obolos.

2 Secundò, quòd leges ciuiles siue seculares non obli-

gant ad peccatum mortale, nisi aliqua interueniant de iis, quae nos post alios dicimus in Manua. confess. 2 Tertio, quòd consuetudo multarum ciuitatum, praesertim Vrbs, & aliarum magnarum, habet, vt obsonatores soluant venditibus obsonia aliquid amplius iusto pretio, vt eis ea libenter & citò vendant, & ne renuant eis vendere obsonia, quando eorum copia non inuenitur. Quarto, quòd praefata consuetudo dicitur esse notoria in Vrbe, quam praesumitur Papa, scire & tolerare, & tolerantia Principis circa ea, quae sunt iuris humani, videtur inducere dispensationem, iuxta glossam celebr. à Panormit. putatam singularè & à Proposito menti tenendam. b

3 Pro parte verò affirmante facit primò, quòd omnis lex iusta, tam secularis, quam Ecclesiastica, potest obligare ad peccatum mortale, immo obligat iuxta illud Pauli. c Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. & infra, Necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. & alia, quae nos post alios citamus in d. Manu. d Secundò, quòd qui consentit peccato, peccat. e At obsonatores praefati consentiunt transgressioni iustae legis, quae vendentes fraudant legem, & etiam vendentes consentiunt peccato obsonatorum, quo fraudant heros suos: ergo omnes peccant.

3 Tertio, quòd fraus & dolus sunt vitia contraria prudentiae, vt tradit S. Thomas, quem sequimur in d. Man. e At praefati obsonatores & venditores dolum & fraudem committunt in praedictorum obsoniorum emptione & venditione: ergo peccant mortaliter, si paruitas non excusat, qua non excusari in sequenti arg. probatur. Quarto, quòd licet paruitas rei acceptae, vel damni dati excuset à culpa mortali, quando accipitur, vel fit sine intentione accipiendi quantitatem notabilem, etiam, si possit statim, vel successiue talem accipere quantitatem, quae semel facta induceret culpam mortalem, non tamen excusat quando fit cum tali intentione, vt nos tradimus in d. Man. h At praedicti obsonatores & venditores ea intentione parum qualibet vice accipiunt vel laedunt, vt statim si possent, vel saltem diutius id faciendo auerent laesionem ad tantam, immo maiorem quantitatem, quam requiratur ad hoc, vt simul & semel data vel facta efficiat culpam mortalem: ergo peccant mortaliter. Quintò, quòd praefati obsonatores & venditores conueniunt inter se, vt ita respondeant à dilibus, quibus est cura detegendi has fraudes & dolos, super quantitate obsoniorum emptorum, & pretio eis soluto, vt mentiantur, & occultent illa, quibus vtuntur, & nequeat sciri culpa, quam tegunt, quae & esset punienda in utilitatem Reip. quae sunt manifesta peccata, & cum laedant notabiliter utilitatem publicam, & etiam priuatam, sunt mortifera per praedicta.

5 His pro vtraque parte perpensis, dicendum videtur primò, negari non posse, praefatos obsonatores, & venditores clare peccare. Tum quia vtuntur dolo & versutia, quae sunt vitia contra prudentiam virtutem, vt tangitur argument. 3. g parte affirmante formato. Tum quia mentiuntur & conueniunt vt mentiantur, ita vt obsonatores dicant se emisse minorem quantitatem, quam emerunt, ne venditor condemnentur, eo quod tradidit minorem quantitatem, quam debebat, cum omne mendacium sit peccatum, i & mortiferum, si notabile damnum infert, vt post alios tradimus in praedicto Man. k

Secundo, quòd non possunt excusari praefati legu praedictarum fraudatores à culpa mortifera, eo quòd parum qualibet vice laedunt, propter arg. 4. pro parte affirmante formato: quia licet intendat parum ledere qualibet vice, intendunt tamen notabiliter laedere multis vicibus, vt ibi dicitur.

6 Tertio, quòd quamuis praefati fraudatores fortè non peccent mortaliter, eo quòd frangant legem ciuilem, vel secularem tantum, eo quòd auctor eam ferens non intendit obligare transgressorem ad peccatum mortale, iuxta citata in 2. argumento pro parte negante formato, possunt tamen dici peccare mortaliter, eo quòd transgrediantur legem illam naturalem de non vendendo nimis care pretio iniusto contra taxam auctoritate Reip. positam, quae reducitur ad praecipuum de non furando, quòd est lex naturalis, qualia sunt omnia praecipua Decalogi, quorum vnu

a Cap. 23. ad nu. 48. v. que ad nu. 60.

b In cap. quia circa. de consang. & affin. c Ad Rom. 13.

d Vbi supra. c Cap. 1. ad Rom. c. notu. 2. g. 1. & c. 1. de offi. deleg.

f. 2. q. 4. 57. art. 1. g. Ca. 23. nu. 77.

h Ca. 17. nu. 139.

i Cap. primi. 22. q. 2. k Ca. 18. nu. 3.

a In c. unum. §. criminis. & §. quoties. 25. dist. b 2. 2. q. 40. art. 4. c Præb. 9. nu. 12. & cap. 11. nu. 4. & cap. 17. nu. 2.

est illud, vt tradit S. Th. Thom. recept. a declarando illa, quae originaliter fuerunt lata, b & referuntur in glo. c per resolutione que colligitur ex d. Man. d scilicet quod licet lex vt lata à tali vel tali, non obliget ad peccatum mortale, pot tamen obligare ad illud, quatenus est lata ab alio, iuxta c. per petuo. e quatenus probat, quod licet frangens legē humanā, quae vetat eligere indignum, non sit puniendus pœna illius legis, puniendus tamen est pœna legis naturalis, & diuinæ, quae prohibet eiusmodi electionem.

7 Quarto, quòd etiam est certum eosdem fraudatores peccare mortaliter, quatenus paciscuntur, ne reuelent veritatem quantitatis obsonij empti & pretij soluti, etiam si ab haedilibus adiurati fuerint reuelare illam: quoniam concipiunt propositum peierandi, quòd est mortiferum, etiam si postea non peieretur: quia volūtas peccandi aliquid peccatum, est peccatum, etiam si postea non committatur: cū voluntas pro facto reputetur, cap. dixi, f adiunctis glossis & aliis, quae nos ibi adiecimus, praesertim quo ad forum conscientiae: & adeo quidem, vt S. Th. ab aliis receptus deduceret in quaestione, & an exterior actus augeat malitiam vel bonitatem actus interioris, & determinat quod non regulariter, ceteris paribus, si voluntas est perfecta.

Quintò, quòd etiam dicti fraudatores peccant concipiendo propositum mentiendi simpliciter non affirmado id iuramento praestito secundum intentionem adilium interrogantium, sed alia, per ca. quacumque arte, h quòd habet, taliter iurantē bis peccare, quia nomē Domini in vanum assumit, & proximum decipit.

Sextò, quòd etiam peccant volendo rem publicam & priuatam laedere: tum tollendo legem iustam & sanctam eis multum conuenientem: tū machinādo ne delicta puniantur, quòd est contra interesse notabile Reipub. i Tum colludendo vt emptores priuati & heri obsonatorum carius emant, pretio nimis iniusto cum interesse priuatorū.

8 Tum quòd non obstat, quòd lex humana, qualis est hæc de qua loquimur, potest tolli cōsuetudine rationabilis, k quia praefata consuetudo non est rationabilis, quòd requirit illud cap. immo irrationabilis est, & magna corruptela, vt probant rationes praecedentes: quia nō solum est contra legem humanam, sed etiam cōtra naturalem & diuinam, vt praedictum est, nā quamuis taxa pretij obsoniorum humana lege sit posita, lex tamen, qua vetatur pretio nimis iniusto emere, & emptionem dolo & astutis palliare, est naturalis & diuina inclusa intra septimum praecipuum de non furando, & non capiēdo aliena sine titulo iusto, vt praedictum est, quas non potest lex humana tollere. l

9 Non obstant citata pro parte negante. Ad primum enim responderetur primò concedendo paruitatem laesionis excusare quidem à culpa mortali, non autem à veniali: quoniam secundum omnes furtum quamlibet paruum est peccatum saltem veniale, si verè furtum est, & contra voluntatem domini fit, vt satis colligitur ex Caiet. m Secundo negado quòd lasio praedictorum fraudatorum est parua, immò verò est magna, & malis magnis circumstantiis cōtecta, vt supra ostensum est in argum. 4. pro parte affirmante formato.

10 Ad secundum responderetur negando legem ciuilem & secularem non obligare ad mortale peccatum, per ea quae citata sunt in primo argumento pro parte affirmante facto.

Ad tertium concedendo quidem licet posse obsonatores dare aliquid venditoribus obsoniorum, vt eis libentius & gratiosius vendant sine prauidicio animarum suarum & proximorum: non tamen vendendo malis conuentionibus falsis iuramentis, iniquis mendaciis, & iniquo prauidicio Reipub. ac priuatorum proximorum, quòd faciunt praefati obsonatores, & obsoniorum venditores, vt praedictum est.

11 Ad quartum negando, quòd S. D. N. sciat & toleret, saltem approbando ea quae praedicti fraudatores faciunt: quia vel ignorat ea, vel solum tolerat, eo quòd non deducuntur in iudicium, vel non probantur, iuxta cap. cum iam dudum. de praebendis, sed solum permittuntur permissione non approbatua, sed solum toleratiua, iuxta glossam celebrē quae de hac duplici permissione meminit, n Salua, & c.

SVMARIUM.

1 Mercator vendens vltra pretiū rigorosum peccat, nec excusatur,

- illud plus proxeneta dando.
- 2 Proxeneta plus quam sibi debetur, sponte datum, restituere nō tenetur, etiam quòd id ei detur à mercatore metuente, ne emptores ad alios diuertat.
- 3 Metus minor iusto non attenditur in foro fori, secus in foro poli, si iniuste inferatur. nu. 4.
- 4 Metus mali, quòd iuste inferri potest, non excusat, nec in foro conscientiae, nec inficit actum.
- 5 Proxeneta ne vltra debitum accipiat, aptum remedium.

CONSILIVM IIII.

Mercatores vendunt merces suas aliquanto pluri, etiam vltra pretiū rigorosum, vt eo pluri proxeneta seu artificibus, qui emptores ad eorum tabernas cōducunt, vltra taxatam mercedem dato, eos sibi magis officiosos reddat, timentes ne secus emptores ad alios mercatores diuertant.

Queritur primò, an mercatores huiusmodi peccent, & teneantur ad restitutionem.

Secundo, an proxeneta teneatur restituere.

Tertio, quo remedio in id vtendum sit.

1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo, quòd mercator peccat mortaliter, & teneatur ad restituendum emptori tantum quantum addiderit iusto pretio rigoroso, nō ea ratione quòd dederit illud proxeneta, vel artificij praedicti, sed quia decipit emptorem in eo, laedendo eum iniuste, per ea quae diximus in Man. confess. a

2 AD SECVNDAM respondeo primò, quòd in foro exteriori non potest condemnari proxeneta nec ad peccatum, nec ad restitutionem: quia lex solum statuit, quanta merces, & quando debeatur proxenetae, seu artificij ducenti emptorem ad mercatorem, non autem prohibet mercatori, ne quid plus ei det, neque artificij, ne plus accipiat, si ei gratis absque vi, dolo, vel metu detur: & metus, de quo in quaestione, non est iustus, & ita non est attendendus in illo foro, b

3 Tertio, quòd magis dubitari potest quo ad forum conscientiae, in quo non solum iustus metus inficit actum, sed etiam iniustus, si verè coram Deo fuit causa illius, vt diximus in Man. conf. c & quòd metus, de quo in puncto, licet non sit iustus, est tamen causa dandi id, quòd vltra mercedem statutam datur, & sine qua illud non daretur. Sed hoc non obstante, respondendum est idem quo ad forum conscientiae. Tum quia nulli legi iustitiae contravenit praedictus proxeneta, seu artifex per praedicta.

4 Tum quia non obstat argumentum proximum: quia id, quòd in praedictis duobus locis Manualis assertum est, intelligi debet de metu mali iniuste inferendi, & non de metu mali, quòd iuste inferri potest, d & metus ille, quo mercator timet, ne sartor diuertat ad alterius mercatoris tabernam emptores, si illud plus non dederit illi, non est timor mali iniuste sibi inferendi: quia nulla lege teneatur eos conducere ad eius tabernam, cum liberū sit ei ducere illos ad alium, vt palam est.

5 AD TERTIAM, quòd aptum remedium videtur, statuere, ne vllus mercator det eiusmodi proxenetae quidquam vltra mercedem statutam, ne vllus eiusmodi proxeneta accipiat aliquid vltra eam, etiam si gratis & sponte ei à mercatore offeratur, declarando legislatoris intentionem esse, vt illa liget etiam in foro conscientiae, & quòd accipiens teneatur restituere acceptum in vtroque foro, & quòd in exteriori cogatur reddere quadruplum pauperibus, & executoribus legis, & dans in exteriori foro teneatur reddere tantum, quantum dedit, eidem pauperibus, & executoribus, & praemonendo, quòd singulis annis, semestribus, vel mensibus fiet inquisitio contra illos, &c.

SVMARIUM.

- 1 Mercator peccat vendendo vltra rigorosum pretiū, cū obligatione restituendi, nec excusatur ex eo quòd illud det sensaria exercecenti: sensarius autem, siue proxeneta teneatur restituere secundum modum participationis consensus, & cooperationis.
- 2 Proxeneta accipiens aliquid vltra taxam à mercatore timente, ne diuertat emptores ad alios mercatores, non tenetur restituere.

a Cap. 23. ad nu. 77.

b Le. metus. 2. ff. quod. met. cau.

c Ca. 17. nu. 4. & 19.

d Arg. l. si mulier. ff. quod. met. cau.

- 2 Metus non tantum iustus, sed etiam iniustus inficit actum in foro conscientie. si verè fuit causa illius.
- 3 Metus vt obliget, vel excuset, debet esse de malo iniuste inferendo, non de eo quod iuste inferri potest.
- 3 Extorquere non est aliquid gratis accipere non exigendo.
- 4 Correlatiuum vnum non potest esse sine altero.
- 4 Pœna posita contra vnum correlatiuum, videtur apposita contra alterum, si eadem ratio omnino idem suadet in vtroque.
- 5 Sensariam vltra taxam statuti, etiam sponte datam, ne accipiant proxeneta. sub pœna dupli statui potest.

CONSILIVM V.

**E**xcellentissime Domine. Hæc dubia occurrunt Romæ de proxenetis, & mercatoribus. Extat quadam sententia lata in Curia Capitolina super mercede fartorum, quâ sensariam vocant, sub his verbis.

Ad publicam vtilitatem declarauerunt, statuerunt, & ordinauerunt, mercedem debitam ipsis fartoribus, & similibus, quorum persona mediante dicti mercatores vendunt bona spectantia ad artem mercantia (vt vulgo dicitur, la Tassa) esse, & solui debere ad rationem vnus cum dimidio pro quolibet centenario, & hoc solum quando ipsi fartores conducunt cum eorum propria persona emere volente ad fundacum, seu apothecam mercatorum, & interueniunt cum eo vsque ad pretij conclusionem, & non aliter, nec alio modo. Modo quidam fartor recipit sensariam ad rationem trium, & quandoque quatuor, & quinque pro centenario de omnibus mercibus, in quarum emptione ipse personaliter cum emptore interfuit modo supradicto. Hic idem fartor recipit sensariam, iuxta prædictas omnes portiones, de omnibus mercibus, quæ venerunt ad eius manus pro vestibus faciendis, in quarum emptione nullo modo interuenit, sed fuerunt ei pro vestibus conficiendis traditæ ab emptore, qui primo fuit aliàs conductus ab ipso fartore tamquam aduentor ad mercatorem.

Primo queritur, quid iuris in foro conscientie in omnibus prædictis casibus, dato quod mercator inficio emptore portione illam, quam pro sensaria dedit dicto fartori, siue fuerit ad rationem vnus cum dimidio, siue triu, siue quatuor, siue quinque pro ceterario, superaddidit iusto pretio in dânum emptoris: An scilicet mercator mortaliter peccauerit cû obligatione restituendi, & similiter an fartor ipse in solidum ad restitutionem obligetur, dato quod sciat sensariam, quam recipit, fuisse à mercatore, iusto pretio auctam.

Secundo queritur, dato q̄ mercator nihil alterauerit iustum pretium, sed sensariam ipsam soluerit de suo, tamè inuitus, timens rationabiliter ne fartorem cû emptoribus & aduentoribus deuiet à sua apotheca, An fartor licite recipiat, ita vt nõ peccauerit mortaliter, nec obligetur ad restitutionem.

Tertiõ queritur, etiam vltra iuris decisionem, modus aliquis opportunus euitandi, & abolendi huiusmodi, quantum sunt abusus, quibus ligatur penè infinitus animarum numerus. Nam ad dubia quæ sita responderi potest eodem ordine.

Ad primum, quantum ad mercatorem, quod peccauit mortaliter cum obligatione restituendi in totum: & fundamentum est, quia fecit contra legem iustâ in damnû proximi, ac proinde contra iustitiam. Ad idem, quantum ad proxenetam, peccauit mortaliter cum obligatione restitutionis, mercatori in totum quidem, si non cõduxit emptorem, & præsens non fuit ad consummatam emptionem, restituendum erit, quod accipit vltra vnum cû dimidio pro centenario: & fundamentum est idem quod supra.

Ad secundum: Mercator nec peccauit, nec ad aliquam restitutionem teneret, fartor tamen & peccauit mortaliter, & teneret ad restitutionem faciendam mercatori, quantum ad totum id, quod vltra vnum cum dimidio pro centenario accepit: & fundamentum est idem quod supra.

Ad tertium: stante lege præfata, quæ iustissima est, ac proinde obligat in foro conscientie, non est alius modus ad non peccandum, nisi seruare talem legem: si tamè nulla esset lex, res tota penderet ex arbitrio prudentis viri, & quadam communi consuetudine alioquin non reprehensâ à bonis viris, & exercitatis in huiusmodi contractibus:

itaque non potest dari vna certa regula de omnibus: quia quod in vno esset multum, in alio erit moderatum, & iustum.

**1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM** respondeo primò quod duas quæstiones in se continet, alterâ de mercatore, alterâ de fartore, siue proxeneta. Secundo, quod mercator proculdubio peccat mortaliter, & teneret ad restitutionem emptori tantum, quantum addiderit iusto pretio rigoroso, ea firma ratione, quod decipit emptorem, lædendo eum notabiliter iniuste, per ea quæ diximus in Man. cõf. 2 Tertiõ, quo ad alteram quæstionem de proxeneta, respondeo, quod ea sola ratione teneret, quod sciat, id, quod soluitur ei, addi à mercatore iusto pretio: si verò aliter non consentiat, neque aliquo modo cooperetur, nõ teneret ad restitutionem, per ea quæ diximus in dicto Manuali confess. b secus autem si consentiat, cooperando eo modo, quo ibi dicitur. An verò peccet, & teneatur restituere ea ratione, quod contraueniat legi prædictæ iustæ, colligitur ex decisione sequentis quæstionis.

**1 AD SECVNDAM** respondeo primò, quod proxeneta, seu fartor non teneret restituere ratione metus, cuius meminit quæstio: tum quia non est iustus, & ita non est attendendus. c Tum quia non obstat quod in foro conscientie non solum iustus metus inficit actum, sed etiam iniustus, si verè coram Deo fuit causa illius, vt diximus in dicto Manuali confess. d & quod metus prædictus, licet non sit iniustus, est tamen causa dandi id, quod vltra mercedem statutam datur, & sine qua illud non daretur.

3 Non inquam hoc obstat: quia id, vt tradimus duobus locis Manualis à nobis citatis intelligi debet de metu mali iniuste inferendi, & non de metu mali, quod iuste inferri potest, & metus ille, quo mercator timet ne fartor diuertat ad alterius mercatoris tabernam emptores, si illud plus non dederit illi, non est timor mali iniuste inferendi: quia nulla lege teneret eos conducere ad eius tabernam, cum liberum sit ei ducere eos ad aliam, vt palam est. Secundo, quod maioris quæstionis est, an teneatur ratione transgressionis prædictæ legis, quod tamen non queritur: & responderi posset, quod illa etiam ratione non teneret: quia licet publicata lex iubeat mercatori sub graui pœna, ne villo modo, & ita nec sponte det aliquid vltra mercedem præstitutam proxeneta: non tamen præcipit proxenete ne accipiat, si gratis ei detur, sed solum quod non exigat, quod non est extorquere ab inuito, si iuxta glossam & Cardinalem, s & ita si exigeret, peccaret quidem, & teneretur ad restitutionem, sed non eo quod accipiat sponte datum.

**4 AD TERTIAM** videtur satis aptum remedium id, quod per prædictam legem statutum est, addendo pœnam proxeneta accipienti plus, etiam si sponte daretur. Diceret tamen aliquis, quod iâ hoc satis statutum est in illa lege, eo quod pœna posita contra vnum correlatiuum, videtur apposita in altero, h & ibi Barthol. & latè traditur per Panor. & alios, præsertim Felinum in præmio Gregor. i Sed responderi potest primò, quod mercator, & proxeneta non sunt correlatiua, cum pœnim mercator inueniatur sine proxeneta, non autem est vnum correlatiuum sine alio, secundum Aristotelem in prædicamentis, quem Felinus vbi supra allegat. k Secundo, quod illud est verum, quando omnino eadem ratio suadet idem in vtroque, vt latè tradit Felinus, l quod non contingit hic.

5 Tertiõ, quod illud non procedit, quando eadem lex diuerso modo statuit de correlatiuis, secundum Dominicum, m quem idem Felinus vbi supra sequitur, n & lex præfata Capitolina statuit quod ad proxenetam, ne plus exigere possint, & quo ad mercatores, ne villo modo plus dare possint: & ita pœna mercatoribus posita, non videtur proxenetis posita: & ita merito posset addi pœna restituendi duplum eius, quod reciperent, etiam sponte datum. Salua, &c.

*Aduertendum proxenetam, qui ipsi fidem deducit ad mercatorem, quem scit vel scire debet excessurum pretium rigorosum, satis efficacem esse concusam damni quod datur emptori, & ita in subsidium teneri ad restituendum in solidum.*

SVM MARIVM.

- 1 Pretio per electos estimando si cõueniat vt aliquid notabile soluen-

a Ca. 23. nu. 77.

b Ca. 17. nu. 17.

c L. metu, & leg. 2. ff. quod met. cau. d Ca. 17. nu. 4. & nu. 29.

e Arg. l. sum. lier. ff. quod met. cau.

f L. soluendo. ff. de negot. gest. g In elem. de censibus.

h L. vnica C. de emp. l. 11. i à nu. 4.

k In 6. cap.

l Vbi supra num. 10. m In ca. 1. de tempor. ord. in 6. n Num. 12.

- dum addatur, venditio erit iniusta.
- 2 Obligatus tradere alicui aromata ad vsum illius, non tenetur illa tradere, si eis talis non eger.

CONSILIVM VI.

**S**iluester aromatarius vëdedit omnia aromata, quæ habebat in sua apotheca, pretio per arbitros æstimando; & conuenerunt, vt Sebastianus emptor traderet quotannis vltra pretium prædictum aromata, quæ valerent decem scuta: ad vsum certarum personarum; & postea iterum conuenerunt, vt pro illis aromatibus valoris decem scutorum traderent decem scuta in pecunia numerata, anticipata solutione in principiis annorum. Queritur, an id liceat.

1 Respondeo primo, quod conuentio fuit iniusta quia omnis emptio & venditio: in qua pretiũ maius notabiliter iusto datur, vel accipitur, est iniusta, iuxta iura, a & declarat S. Thomas, b quem in hoc citauimus in Man. confess. c & ex facto constat, quod maius iusto notabiliter pretium Siluester accepit à Sebastiani emptore.

2 Secundo, quod conuentio secũda fuit iniustior prior: quia per illam venditor voluit accipere maius pretiũ, quàm per priorem; cum palam sit plus valere decem scuta anticipatè soluta in pecunia numerata absolutè venditori; quàm soluenda in aromatibus, & certis personis, quibus non egentibus non essent soluenda. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Pretium rei minuit pactum de retrouendendo; & magis, si addatur aliud pactum de locando venditori.
- 2 Locari potest venditori res empta cum pacto de redimendo, & tanti quanti locaretur cuiuslibet tertio: aequitas tamen suadet vt mitiori ei locetur pensione.
- 3 Vsurarij suspicionem habet, qui venditori cum pacto de retrouendendo & locando rem locat ad rationem tot pro centenario, habita relatione non ad valorem rei, sed pretij soluti: licet in conscientia aequus videatur, vt in pensionis impositione attendatur quantum itas pretij.

CONSILIVM VII.

**V**trum emens fundum cû onere retrouendendi, & locandi eum venditori, & propter hæc onera imposita ei emit illũ pretio multo minore, quàm si emisset sine illis oneribus, quia illa onera sunt pars pretij; possit iuste locare illi venditori tam grandi pensione & affectu, quam grãdi poterat locare, si absolutè sine oneribus iusto pretio, & ita maiori emisset. d

1 Pro parte negante facit, quod videtur iniquum, siue inæquale, quod tantum affectum pendat venditor emptori locanti sibi fundum venditũ minori iusto pretio, quantum penderet, si emisset iusto pretio: & quod pactum de retrouendendo & locando sibi factum in fauore eius, retorqueatur in odium eius, ita quod debeat tantum pendere, quantum penderet, si absque villo pacto vendidisset, quod videtur contra l. quod fauore. e

2 Sed pro parte affirmante facit, quod præfatus emptor est tam verus & integer dominus illius fundi, ac si emisset iusto pretio sine illis oneribus, licet teneretur ad illa subeunda: ergo seruatis illis potest eo vti ad alia, perinde ac sine illis emisset. Secundo, quod si venditor nollet conducere, posset emptor illum locare tertio tam carè, ac si absolutè emisset, cum nulla ratio suadeat minuire pretium quo ad illum. Et hanc partem de rigore iuris veritiorem licet secundum æquitatem videatur in taxatione pensionis respiciendum ad pretium solutum.

3 Cauet tamen emptor, ne in instrumento taxetur ad rationem tot, pura quinque, vel sex pro centenario; ne inde in foro exteriori contra ipsum oriatur suspicio vsuraria prauitatis.

SVM MARIVM.

- 1 Commutare scire ex iustâ causa potest Papa laicorum pias dispositiones in alios similiter pios vsus: ita & laica potestas habens regalia, & non recognoscens superiorem, potest restantium voluntates de vno opere profano in aliud mutare.
- 2 Mediolani Dux habet regalia, nec superiorem ad quem appellatur eiusque Senatus regalium vsum habet.
- 3 Dispensatio iusta tollit vim legis & dispositionis, contra quam dispensatur, nec peccat qui ea munitus contra dispositionem facit.

a Ca. 1. & 2. de empt. & l. 1. ff. de contra. ven. empt. b 2. 2. qu. 77. art. 1. c Ca. 23. nu. 77.

d Arg. l. fundipartem. ff. de contrahen. cap. cõ Ioannes. de fide instrum.

e Cod. de ll.

- 4 Prohibitio de non alienando expresse addita ad tacitam resultantem ex fideicommissio impedit dominij translationem, ac acquisitionem iuris ad rem, nu. 7. licet non impediatur locationem & concessionem vsufructus, si ad modicum fiat tempus. num. 5. at sola tacita prohibitio non impedit translationem dominij, licet fideicommissarius possit adueniente die alienationem reuocare. num. 6.

8 Facere, vel nõ facere aliis: ex præcepto tenemur, quod alios nobis facere, vel non facere tamquam obligatos iusta voluntate volumus: quæ autem sunt consilii, quod non obligat, sicut nõ possum iusta voluntate velle vt alii ea mihi ex obligatione faciant, vel non faciant, ita nec ego teneor ea aliis facere, vel non facere num. 9.

- 10 Concupiscentia inordinata, & non ordinata prohibetur Decalogo.

CONSILIVM VIII.

**M**agnificus quondã D. Augustinus Dominicus Saccus in suo vltimo testamento sibi hæredè instituit quondã D. Antoniũ Puteum, ex sorore sibi nepotem, cum conditionibus infra scriptis: quod nolebat, vt post se quomodolibet vendere, alienare, permutare, nec disponere inter viuos, nec causã mortis, nec alio quouis modo, locũ appellatum la Rosta, nec palatiũ iacens, & situm in ciuitate Alexandriæ, in quarterio Marengi, cui cohæret via communis, & D. Ioãnes, Christophorus Panizonus, quia volebat vt dicta Rosta, & ipsum palatium conseruarentur perpetuo in dictum D. Antonium hæredem, ac eius filios masculos, vel in substitutos, ad effectum, vt conseruarent dicta bona in ipsius testatoris memoriã: & propterea volebat, vt dictus D. Antonius, postquam factus esset hæres; vteretur insigniis, & armis ipsius D. testatoris pro parte, & si casus euenisset, quod dictus D. Antoniõ decederet sine filiis masculis ex legitimo matrimonio natis, eo casu substituebat D. Petrũ Camillũ, de Canibus, Laudẽsẽ, qui deberet etiã portare, & vti insigniis & armis ipsius D. testatoris, saltè pro parte, nec volebat vt dictus D. substitutus valeret alienare, nec dispõere vt supra, de loco Rosta, & palatio, sed reseruaurentur filijs legitimis, & de legitimo matrimonio natis: & casu quod dictus D. Petrus Camillus decederet sine filiis masculis, & de legitimo matrimonio procreatis, quod tunc, & eo casu volebat, vt dicta bona, & hæreditas iure substitutionis, & modis, & formis prout supra, perueneret ad D. Fabricium, & inde in D. Epaminundam de Canibus de Bisnatis, & in eorum substitutorum filios; ita vt dictum palatium, & Rosta trãfirer in dictos filios vsque in infinitum. Prædictus D. Antonius obiit sine filiis legitimis, & naturalibus, atque ita bona præfata hæreditatis peruenerunt in D. Petrum Camillum de Canibus substitutum; qui non obstante prohibitione expressa testatoris vendendi, aliove aliquo modo alienandi præfatum palatium, illud de facto vendidit D. Iacobo Francisco, & fratribus de Baratis; cuius Alexandrinis, nulla obtenta ab Excellentissimo Senatu dispensatione illud alienandi: quo audito, Episcopus Alexandriæ, precibus in Excellentissimo Senatu porrectis, petiit ob bonum publicũ, præfatum palatium, vbi venditũ esset, sibi vëdi nomine sui episcopatus: cuius preces Excellentissimus Senatus decreuit venditori, & emptoribus intimandas, & vt interim nihil in nouaretur: post quarum literarum concessionem porrecta fuerunt preces in Excellentissimo Senatu nomine præfati D. Petri Camilli, in quibus nulla facta mentione prohibitionis expressæ vëdendi, aliõve modo alienandi ipsum palatium à testatore factæ, quæ contractum ab initio impedit, & irritat, sed tantum substitutionis, & fideicommissi, petebat dictum contractum venditionis approbari, & confirmari, vbi aliàs validus esset, quibus visis, & attèto substitutoris cõsiliũ, placuit Excellentissimo Senatui, non quidè contractũ approbare, sed tantum dispensare, vt ad vëditionem dicti palatii validè deueniri posset, in præiudicium tantum ipsorum consentientium, quæ tamen venditio postea nõ fuit facta dictis fratribus. Postea precibus Episcopi venditori & emptoribus intimatis, auditis partibus, Excellentissimus Senatus decreuit præfatum palatiũ Episcopo vëdẽdũ esse, modo illud acquireret episcopatus. In quarum literarum executionem die octauo mensis Augusti anni proximè

1 Pro parte negante facit, quod videtur iniquum, siue inæquale, quod tantum affectum pendat venditor emptori locanti sibi fundum venditũ minori iusto pretio, quantum penderet, si emisset iusto pretio: & quod pactum de retrouendendo & locando sibi factum in fauore eius, retorqueatur in odium eius, ita quod debeat tantum pendere, quantum penderet, si absque villo pacto vendidisset, quod videtur contra l. quod fauore. e

2 Sed pro parte affirmante facit, quod præfatus emptor est tam verus & integer dominus illius fundi, ac si emisset iusto pretio sine illis oneribus, licet teneretur ad illa subeunda: ergo seruatis illis potest eo vti ad alia, perinde ac sine illis emisset. Secundo, quod si venditor nollet conducere, posset emptor illum locare tertio tam carè, ac si absolutè emisset, cum nulla ratio suadeat minuire pretium quo ad illum. Et hanc partem de rigore iuris veritiorem licet secundum æquitatem videatur in taxatione pensionis respiciendum ad pretium solutum.

3 Cauet tamen emptor, ne in instrumento taxetur ad rationem tot, pura quinque, vel sex pro centenario; ne inde in foro exteriori contra ipsum oriatur suspicio vsuraria prauitatis.

SVM MARIVM.

- 1 Commutare scire ex iustâ causa potest Papa laicorum pias dispositiones in alios similiter pios vsus: ita & laica potestas habens regalia, & non recognoscens superiorem, potest restantium voluntates de vno opere profano in aliud mutare.
- 2 Mediolani Dux habet regalia, nec superiorem ad quem appellatur eiusque Senatus regalium vsum habet.
- 3 Dispensatio iusta tollit vim legis & dispositionis, contra quam dispensatur, nec peccat qui ea munitus contra dispositionem facit.



præteriti emptum fuit palatium ab Episcopo, enumeratis pro parte pretij mille aureis, & præstita de residuo intra terminum inter partes conventum soluendo idonea fideiussione, prius tamen obtenta ab Excellentissimo Senatu dispensatione contractus ipsius venditionis in eundem, non obstantem expressa testatoris prohibitione, neque tacita ex fideicommissio proveniente: quorum omnium, nullum prætermisso, in precibus mentio facta fuit. Post hæc omnia petierunt prædicti fratres, supplicatione porrecta in Senatu Mediolanensi, iterum audiri, quo concessio, & auditis, quæ utrimque afferebantur ab Advocatis utriusque partis, decrevit Senatus, in iam ordinatis ad fauorē episcopatus Alexandrini persistendum esse. Qua facti narratione proposita, quæritur: an Episcopus, in eo quod egit, aliqua ratione peccauerit, vel contra iustitiam, ita ut teneatur præfatis fratribus aliquid restituere, vel contra caritatem, ita ut saltem teneatur factum ipsum in foro pœnitentiæ detestari.

Et primò quidem videtur peccatum contra iustitiam, ex quo oriatur obligatio domum ipsam, vel integrum eius pretium restituendi: quia dominus Petrus Camillus videtur potuisse transferre tatumdem iuris in ipsos fratres, quantum ipse habebat; hoc autem ipsum fecisse videtur, cum eos in locum suum constituit, ut patet in instrumento. Quòd verò id facere potuerit, inde probari videtur, quod nihil aliud obstat quo minus id facere potuerit, nisi fideicommissum, quod tamen ab initio contractum non impedit, aut irritat, sed tantum operatur, ut post mortem eius, qui dominium transfudit, successio substitutorum non impediatur, propter quod solùm videtur necessaria dispensatio. Præterea videtur peccatum contra iustitiam fuisse: quia ex contractu illo inter præfatos fratres, & D. Petrum Camillum inito, licet non fuerit plenum ius, & perfectum, quod dicitur ius in re, dictis fratribus quæsitum, videtur tamen saltem ius imperfectum illis quæsitum, quod ius ad rem dicitur, cuius impedimentum in impediente parit obligationem restituendi, non quidem rem ipsam, cuius consecutio impedita fuit, vel integrum eius pretium, sed tantum, quantum arbitrio boni viri visus fuerit damni passus, qui fuit impeditus quo minus rem ipsam consequeretur. Si verò concedatur peccatum non fuisse contra iustitiam, saltem videtur contra caritatem, quia est contra principium illud iuris naturalis, *quod tibi non vis, alteri ne feceris*: cui Episcopus id fecerit, quod sibi ab alio fieri noluisse. Præterea videtur peccatum fuisse contra præceptum illud Decalogi, *Non concupiscas rem proximi tui*: quod probatur auctoritate Catechismi Romani in explicatione huius præcepti, *Non concupiscas. &c.* cuius hæc verba; *hoc autem præceptum inquit, vetat ne villo modo quis concupiscat, etsi iure, legemque assequi id possit. ex cuius adeptione damnum proximo importari videat.* Quibus tamen non obstantibus, visum est Episcopo, & nonnullis egregie doctrinæ viris, non solum hoc potuisse, sed etiam fieri debuisse propter necessitatem domus episcopalis. In cuius probationem duo supponuntur tamquam certa. Alterum est; inter fidei commissum simplex, & expressam testatoris alienandi prohibitionem; hoc esse discrimen, quod etiam si concedatur simplex fideicommissum contractum alienationis ab initio non impedire, aut irritare; hoc tamen de prohibitione alienandi à testatore facta, præsertim cum causa, quæ non respiciat fauorem hæredum, vel substitutorum, nullo modo concedi potest: quia expressa alienandi prohibitio à testatore facta cum causa, ut supra, contractum alienationis de facto in initio impedit, & omnino iuxta communem Doctorum sententiam irritum reddit. & ratio est evidens, quia vnusquisque potest rem propriam alteri relinquere quacumque apposita cõditione legibus & bonis moribus nõ contraria, quæ omnino seruanda erit. Alterum quod supponitur; est, Principem posse propter publicam utilitatem non solum præferre in emptione rei vendendam causam publicam priuatorum commodis; sed etiam veros dominos cogere ad rem propriam vendendam, præsertim vbi agitur de fauore Ecclesiæ, cuius necessitati sit consulendum. Quibus suppositis, patet in primis quod tempore contractus de facto iniri inter D. Petrum Camillum & præfatos fratres, res adhuc erat integra, cum ex prohibitione expressa, sicut priori loco supposuimus,

contractus omnino irritus redderetur: & ideo iure potuit Episcopus petere; quod petiit, & Senatus cõcedere quod semel atque iterum, auditis partibus, omnibusque maturè cõsideratis, concessit; cum ex eo quod posterius supposuimus, potuisset etiam præfatos fratres cogere, si verè domini facti fuissent, domum Episcopo vendere, modò illa acquireret episcopatus: & ideo multo magis præferre potuit in venditione dictæ domus Episcopi sui episcopatus nomine penitentem dictis fratribus, quibus nullum ius dominij in dicta domo cõpeterat. Hinc etiam manifestum est argumētum primo loco allatum cõtra Episc. nõ valere: quia in hoc casu nõ solùm obest fideicommissum simplex, sed etiam expressa prohibitio dictam domum alienandi, addita causa, quæ non respicit fauorem hæredum, vel substitutorum, quæ est consecutio memoriæ testatoris; ut patet ex iis, quæ superius dicta sunt. Neque aliquid probat argumentum secundo loco allatum, de impedimento iuris imperfecti, quod ad rem dicitur: quoniam tunc tantum parit obligationem restituendi impedimentum illud, quado est contra iustitiam, non autem quando impedit aliquis consecutionem alicuius rei iuris ordine seruato, quia tunc actus ille non est contra iustitiam: hic autem versamur in casu, in quo Princeps, auditis partibus, decreuit domum Episcopo vendendam esse, modo illam acquireret episcopatus. Quod autem dicitur de principio illo iuris naturalis, *quod tibi non vis, &c.* non est ita intelligendum, quasi nemo debeat alteri facere, quicquid, quacumque voluntate, etiam deprauata, & à recta ratione recedente sibi fieri nollit. alioquin neque iudex posset tuta conscientia, capitali sententia reum condemnare, neque minister condemnationem exequi; quia neuter illorum, si reus esset vellet condemnari, vel occidi, sed est intelligendum de voluntate rectæ rationi cõsentanea, quæ si esset in præfatis fratribus bonum publicum priuato iporum commodo præferrent. Ad id autem quod ex Catechismo Romano obicitur, respondetur, verba illa non eam sententiam habere, v: nemini liceat concupiscere, quod iure & lege, assequi possit absolute; quia inde prohiberentur lites omnes Christianis, etiam iustæ, quod esset erroneum, sed eam potius videtur habere sententiam, ut nemo erga rem alienam ita prauè sit affectus, ut concupiscat ius sibi competere rem alienam consequendi, quod non habet, vel appetat illius dominium in eum casum incidere, propter quem iuste re ipsa priuatus esset, ut illam posset acquirere, hic autem versamur in casu, in quo prædicti fratres nullum habebant dominium rei vendendæ, sed remanebat adhuc penes D. Petrum Camillum; atque ideo licuit Episcopo petere, & obtinere, quod vendendam domum sui Episcopatus nomine posset emere, sicut fecit.

SEQUITUR RESPONSIO.

Um in Prætorio Sacræ Pœnitentiariæ à Reuerendissimo Regente dictum fuisset, petitum esse ab eo, ut præfatus casus cum prædicta quæstione proponeretur coram Illustrissimo D. meo Cardinali, eodemque summo Pœnitentiario, dixit se respondisse, hoc negotium non pertinere ad præfatum Prætorium; sed videri sibi, gratum fore oratori, ut prædictus D. Cardinalis iuberet mihi: ut responderem: extra Prætorium, petitioni oratoris. Cuius iustitia capeffens, suscepi eam nondum lectam. Super qua dico primum, intellexisse me tunc, non quæreri quæstiones super prædictas, sed illam; An Senatus Mediolanensis posset mutare voluntates testatorum laicorum Ducatus Mediolanensis, ita ut ab eis relicta conuerti possint in alios vsus, vel in quos, vel quæ testatores nõ disponunt. Ad quæ & alias quæstiones respondeo paucis, quia non vacat id facere multis.

Primum, quod præfatus Reuerendissimus D. Regens aptissime respondit. Tum quia hoc negotium est publicum & non est de numero illorum publicorum, de quibus præfata Pœnitentiaria exaudit petentes illa, post vltimam eius reformationem à fel. me. Pio V. factam. Tum quia tangit principaliter forum exterius, in quo nõ profunt literæ ab ea data, ut constat ex tenore suæ facultatis.

Ad quæstionem autem à me subintellectam respondeo affirmatiuè; nepe, quòd, vti certum est Pontificæ Maximæ posse iusta de causa mutare relicta testatorum laicorum

A  
B  
C  
D  
E  
F

3 E.

F

in alios

in alios pios vsus, iuxta cle. *quia contingit.* & ei anontata ita Imperator, Rex, & alij, qui habent regalia, & nõ recognoscunt in temporalibus superiorem, possunt mutare iusta de causa relicta testatorum laicorum ad vsus profanos, in alios vsus profanos, & à fortiori in pios, iuxta iura, & sententiam omnes, & multi in c. *qua in ecclesiis*, & alibi sapè. 2. At Dux Mediolanensis non recognoscit, ut præsupponitur, superiorem in temporalibus, & habet regalia, superioremque potestatem laicam, ita ut ab eo ad neminem in temporalibus appelletur; ergo potuit ex iusta causa voluntate & dispositionem prædicti D. Augustini Dominici mutare in aliam, præsertim piam, & consequenter Senatus eius Excellentissimus, cum præsupponatur eum habere à Duce Mediolanensi omnium regalium vsum.

Ad quæstionem autem ab oratore quæsitam, videlicet an præfatus Reuerendiss. Episcopus peccauerit contra iustitiam cum obligatione restituendi, aut sine illa, aut contra caritatem: videtur dicendum quod non. Tum quia nihil fecit contra leges iustitiæ specialis, ea firma ratione quòd contractus emptionis & venditionis est licitus, & honestus, & iustus secundum leges iustitiæ specialis, ut colligitur ex titu. *de contrahenda emptione.* ac aliis multis; nisi aliqua lege speciali prohiberetur; at nulla tali videtur prohiberi hæc emptio, de qua loquimur. Si qua enim prohiberetur, maximè per illam solemnem, qua prohibetur hæres alienare rem restitutioni subiectam, iux. gl. f.

3 At lex illa non videtur obitare; quia præfatus Senatus per suam dispensationem videtur abstulisse illam, quod ad hunc casum: & cõstat per iustam dispensationem tolli vim legis, super qua dispensatur, iuxta. *S. nisi rigor.* Tum quia nõ obstat lex supra cõtra hoc tacite & expressè opposita.

4 Ad primum enim responderetur negando; quòd præfatus Petrus Camillus potuerit trāsferre in præfatos fratres ius dominij, quod habebat in prædicto palatio: partim quia erat prohibitus tacite alienare per fidei commissum factum à testatore, iuxta d. l. f. partim quia etiam expressè erat prohibitus alienare, quæ prohibitio expressa impedit translationem dominij secundum omnes.

5 Ad secundum, quod tacite insinuat, scilicet potuisse præfatum Petrum Camillum dare præfatis fratribus ius, quod ipse habebat, & quo poterat vti, dum viueret; responderetur concedendo quod poterat locare ad paruum tempus; sicut emphyteuta potest locare emphyteusum, iuxta iura, & tradit Speculator, quem sequitur Iason, & etiam concedere vsufructum, vt notat Negaus, quod possit transferre dominium. Tum quia non sequitur ex prædictis quod possit alienare: quoniam à separatis non fit illatio; & aliud est alienare, & aliud ad breue tempus locare, & vsufructum concedere, cum per hæc non transferatur dominium, & per illud sic, vt notatur in rub. *de reb. eccl. non alien.* Tum quia neque emphyteuta potest alienare neque locare ad longum tempus sine consensu domini proprietatis, quia prohibetur alienare sine consensu illius. Itaque cõcedimus, quod præfatus Petrus Camillus potuit transferre aliquod ius in prædictos fratres & aliquod non potuit, & quia noluit quod potuit, & voluit quod nõ potuit, nihil validè effecit; quia vt actus valeat, oportet vt concurrant potestas & voluntas ad illum faciendum, iuxta ca. *cum super.* cum aliis ibi à Doctoribus citatis.

Ad tertium responderetur primo negando quod nihil aliud obstat venditioni, quam Petrus Camillus intentauit facere, nisi quod præfatum palatium erat subiectum restitutioni per fideicommissum; quoniam etiam obstat expressa prohibitio alienationis, quæ omnino impediabat translationem dominij, secundum omnes in l. *filius fam.* & in aliis multis locis, quæ ibi citant Ripa, & alij. Secundum, quod etiam multi tenent, etiam tacitam prohibitionem alienandi, quæ resultat ex fidei commissio, impedire translationem dominij, & facere contractum ipso iure nullum; & omnes, quod saltem reuocari debet volente fideicommissario per dictam vltimam.

7 Ad quartum responderetur negando quod fuerit quæsitum vllum ius neque in re, neque ad rem, præfatis fratribus per illam venditionem iniustam, & nullam propter fideicommissum, & propter expressam prohibitionem a-

a. De religio. domib.  
b. L. i. c. l. legatum. ff. de administr. rerum ad ciuit. pertin.  
c. In di. elem.  
d. De const.  
  
e. Ex de natio. nib. empti.  
  
f. L. fin. s. sed quia. c. s. sequen. cum ei concordat. C. comm. de legat.  
g. Sub ca. requiritis, & multa alia cap. cõsequ. l. q. 7. c. cap. de multa. de præb.  
h. s. sed quia. c. s. seq. C. com. de legat.  
  
i. Le. non solū. ff. locat. c. le. nemo prohibetur. C. de locat.  
k. In tit. de locat. s. nica aliqua. verb. 125.  
l. In le. fin. C. de iure. emphy. nu. 112.  
m. In l. i. c. l. item in fundo. ff. quibus. mod. vsufruct. amitt. n. In l. 3. s. cõtrario. ff. de acq. poss.  
o. L. Papinianus. ff. de minorib.  
p. Et titu. de reb. alien. C. q. De off. de leg. r. s. diui. ff. de legat. l. 1.  
  
s. s. sed quia. c. s. sequen. C. comm. de legat.

lienandi. Tum per regulam illam, *Ex nihilo nihil fit.* Tum quod non præstat impedimentum quod de iure non fortitur effectum.

8 Ad quintum responderetur negando id quod præsupponit argumentum, nempe quod peccant omnes faciendo aliqua aliquibus, quæ nollent sibi ab illis fieri. Tum quia aliqui peccant iudices, patres, & domini iuste punientes & castigantes delinquentes filios, & seruos, à quibus nollent sibi eadem fieri, quod est cõtra c. *non est crudelis*, & alia multa tam sacra, quam profana. Tum quia verus sensus illius iuris naturalis, quod colligitur ex Matr. d. relato à Gratiano, & iuxta mentem glossæ Archidiaconi & utriusque Cardinalis, & factorum Doctorum citatorum in Catena aurea D. Thoma, & ipsiusmet D. Thoma, h. *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*: non est quod absolute prohibeamur de præcepto sub pena peccati facere aliis quod nolumus nobis fieri, sed quod prohibeamur de præcepto facere aliis id, quod de præcepto tenemur non facere illis: sicut nolumus quod alij faciant nobis, quod de præcepto tenemur non facere: & quod de consilio tantum prohibemur facere alijs, quod de consilio tenemur ad illud. Sicut nolumus: vt alij de consilio tantum desinant facere nobis id, quod de consilio tantum tenemur non facere. Verbi gratia, de præcepto teneor nolle capere rem alienam inordinatè; sicut nolo quod alius capiat rem meam: & sicut nolo teneri ad mutuandum alteri non egenti extremè, nisi de consilio tantum, ita non debeo velle vt alij teneatur mutuare mihi nõ egenti extremè, nisi de consilio tantum. Ita quod prohibemur facere aliis inordinatè de præcepto, vel de consilio sicut volumus ne alij inordinatè de præcepto vel consilio tantum nobis faciant. Cum igitur præfatus Reuerendissimus Episcopus non teneretur de præcepto ad nolendum emere; nihil peccauit emendo, quia nec voluit, vt præfati fratres de præcepto abstinerent à bene emendo, est quod de bono consilio Christi fuisset obligatus ad illud; quoniam consilia eius non obligant per peccato ad sui obseruatiã, & tradimus nos post alios in Enchirid. confess. c. 20. Ad do tamen, quod neque de consilio tenebatur ad illud. Tum quia plus tenebatur prouidere sibi quam aliis. Tum quia plus tenebatur episcopatus suo, quæ erat pius opus, quam aliis quod ad vsus profanos, cum pia præferatur profanis.

10 Ad sextum, quod fundatur in præcepto 10. Decalogi & Catechismo Romano, responderetur non obstat, quia, vt nos post S. Thomam & alios diximus in præcitato Enchiridio, nõ intelligitur de concupiscentia inordinata, præsertim contra leges iustitiæ specialis. At concupiscere rem alienam per iustam emptionem, permutationem, vltimam voluntatem, & aliam viam iustam, nõ est inordinata, immo valde ordinata Episcopo egenti eo ad habitationem suam honestam. Salua quæ iustior fuerit sententia.

SVM MARI VM.

- 1 Cõscientia, quæ nõ potentia, nec habitus est sed actus, aut est testificans, aut accusans, vel excusans, aut dirigens: quarum prima & secunda species cum sit generalis, sit contraria specialis, non ligat: tertia verò si sit certa, vel verè dubia, obligat secus si scrupulosa, cõtra quæ fecisse nõ est arguendū is qui post factum super eo cõsultat Pœnitentiariū. n. 2. in fine.
- 2 Actus, ad cuius valorem dispensatio est necessaria, nõ potest valere, atè quæ interpretetur, nec sufficit quod sit facta promissio illi interpretada.
- 3 Scrupulum habere is dicitur, qui habet aliquod argumentum apparens contra id quod credit, contra quod qui agit nedum non peccat, immo sepe multum proficit: quem ac erroneam conscientiam, etsi secundum aliquos nemo possit proprio iudicio deponere, verius tamen est quod possit, quando habet probabilem rationem id faciendi, præsertim si sit doctus. n. 4.
- 4 Dubius in fide, qui & infidelis est, is non dicitur qui habet aliquod motiuum contra fidem quam credit, sed is qui ita de ea deliberat dubitat, vt nullam partem credat.
- 5 Petens absolutionem ad cautelam, non ideo fatetur se excommunicatum, nec qui post factum petit consilium, arguendus est, quod id quod at ea fecit, fecerit cõtra cõscientiam. n. 2. in fin.
- 6 Obligatio naturalis illa obligat cõscientiam, quæ oritur ex pacto & conuentione quæ sit licita, secus si sit illicita.
- 6 Alienans contra iustitiam & validum præceptum testatoris, peccat, & ex contractu tali nullam nec naturalem obligantem in

a. L. decem de verb. obliga. c. ad dissoluendum. de spõs. impuber.  
b. Ca. non præstat. de regul. iur. lib. 6.  
c. 23. q. 5. cap. duo iusta nomina. 23. qu. 4.  
d. Cap. 7.  
e. Ca. id. ff. l. ibidem.  
f. Super præfato ca. 7.  
h. In lect. propria ipsius. ff. super Matib.  
  
i. s. fin. 4. dist. c. quod præcipitur. l. 4. q. 1. k. Arg. c. s. nõ licet. 23. qu. 5. c. le. præses. Co. de seruic. c. aqu. l. Arg. c. relationum. c. ca. cõ in officijs. de testamen. m. Ca. 17. c. 19.

- confscientia contrahit obligationem. & num. 10. in fin. etiam si promittat obtinere dispensationem. & num. 7. & 8. contra-rium tamen videtur admittere num. 7. ad finem.
- 6 Testatoris iustum preceptum obligat sub peccato mortali: quod vel inde patet. quia nisi seruet iustum. potest excommunicari.
- 7 Prohibitus valide a testatore alienare. vendens etiam sub conditione si Princeps dispensauerit. & promittat illam impetrare. non obligatur. antequam dispensatio impetretur. & num. 6.
- 2 Vendens scienter male. non tenetur de euictione. nec ad interesse. quando emptor sciebat rem vel alienam. vel alienari prohibita: immo nec tuta conscientia potest emptor petere nec re nec interesse. n. 10. at si fuit in bona fide. non tenetur venditor adimplere tradendo rem quam non potest sine peccato alienare. sed ex maleficio tenetur emptori ad interesse. nu. 8.
- 9 Emens secundo loco. & accipiens rem quam scit alteri prius venditam. tenetur secundum aliquos in conscientia primo venditori tradere: sed hoc non procedit. quando prima venditio fuit nulla.
- 10 Iuramentum quidem seruandum est. quando non est maioris boni impeditiuum. potestque seruari sine interitu salutis eterne: quale non est id. quod non potest seruari sine peccato etiam veniali. vel iniustitia aliqua.

CONSILIVM IX.

**O**mnis rogatus. & quadamtenus iustus ab iis. qui facere id suo iure possunt. vt recognito responsio a me dato in causa emptionis cuiusdam domus a valde illustri Reuerendissimoque D. Episcopo Alexandriae. & perpesso responso excellentissimi vtriusque iuris Doctoris. & praefatoris primae conscientiae iuris Caesarei Academiae Ticinensis Thomae Gualae in eadem causa reddito. & typis excuso Papiae. quod videri potest contrarium nostro: consideratis ite iis. quibus subtiliter ac erudite praefatus Reuerendissimus suam causam protegit a praefati eruditissimi Thomae magnis ictibus: respondeam. an praefatus Reuerendissimus idemque omnium consensu iustissimus. iuste possit in foro conscientiae domum praefatam retinere. an teneatur restituere illam magnanimis fratribus de Baratis: qui prius illam emisse feruntur; faciam id breuiter. tum ob infirmam valetudinem. tum ne verborum. allegationum. & phalarum ostentatione. adiectorum multiplicatione. veritas. perdat. aut occultetur; quod saepe fieri. eruditissimus Cardinalis Caietanus frequenter admonet. & experientia demonstrat. etiam in dictis scriptis. quibus perpensis respondere iubemur.

Dico igitur primo. quod. si ego putaram meum responsum ab eo edendum. & typis excudendum. munitius ex officina nostra. licet paupere. prodiisset. Deinde gratias me agere. quam maximas possum. Reuerendissimo D. Episcopo. quod me multo maioris. quam merear. facit: & praefato excellentissimo Doctori. & primae functionis Cathedrali. quod mihi longe sublimiore locum. quam humilitas mea modestè subire possit. tribuit. Vtinam D. Iesus. quando ego nequeo. vtrique cumulatè retribuatur. Tertio. certissimum esse id. quod praefatus D. Doctor multis probat de conscientia. multa minimè licere in illius foro. quod est Dei. quae licent in foro exteriori; & contra plurima licere in illo. quae non licent in hoc. Quaevis quaedam exquisita Baldi & Iasonis elogia. quae de quidditate. seu definitione conscientiae colligit. vulgo magis. quam eruditis. probari debeant. per ea quae S. Thomas receptus tradit. quae nos in compendium redeimus in Manu. confess. b & terigimus in prael. 7. c vbi dicimus conscientiam non esse potentiam. neque habitum. sed actum; & diuidi in tres. scilicet testificantem. accusantem. vel excusantem & dirigentem: & hanc tertiam in certam. dubiam. & scrupulosam secari: quarum duae. scilicet certa. & dubia. speciales obligant. etiam si sint erroneae. ad parendum eis. vel certè deponendum eas: non autem tertia. siue scrupulosa. neque aliq. cum. cum sunt generales cõtrariae specialibus. cuius rei exemplum vbi supra ponimus: & ita fateamur cum praefato D. Doctore. quod si praefatus Reuerendissimus retinet praefatam domum contra conscientiam suam dirigentem certam. & dictantem in specie contra iustitiam retinere se illam domum; peccare mortaliter. immo etiam si retineret contra conscientiam dirigentem

dubiam. quae dicitur ei probabiliter dubitare debere. an retineat contra iustitiam: non autem si retineret eam contra conscientiam scrupulosam. per ea quae vbi supra diximus. & latius tradidimus in cap. si quis autem. a in commentariis tractatus de penit. decreti Gratiani iam pridè extra Italiam bis editis. & nuper in Vrbe tertio typis excusis. Quarto. quod praefatus Reuerendissimus Deique Opt. Max. vt ex eius dictis coniciit. timentissimus. non debet habere conscientiam dirigentem certam. nec dubiam. immo nec scrupulosam. quae sibi dicitur peccare ipsum mortaliter ob praefatè domus retentionem. propter ea. quae praefatè praeclè Doctor in dicto suo responsio scribit. 2 Primum quidem. quod videtur niti narratione facti parum suè intentioni commoda. immo contraria. Vtitur enim illa narratione. quod praefatus D. Petrus Camillus promissit praefatis fratribus obtinere dispensationem à Senatu Regio suis expensis pro venditione praefatè domus. quam fecit praefatis fratribus. Quae narratio nihil cõtinet commodans valori cõtractus iam facti. vt palam est: cum actus. ad cuius valorem est necessaria dispensatio. nõ possit valere. antequam illa impetretur: non enim valet matrimonium cõtractum inter cognatos aliquo gradu intra 4. se attingentes. ante dispensationem impetratam. licet alter cõiugum promittat alteri se impetraturum eam. b & qui resignat aliquod beneficium. reseruata sibi aliqua parte fructuum. vel pensionem. saluo beneplacito Papae: si antequam obtineatur beneplacitum eius. capiat illam partem fructuum. vel pensionem. censetur simoniacus. etiam realis. vt praetorium sacre Penitentiariae censet. & nos ad demus propedia in praef. Man. cõf. c. ius necessarius ad adeudam hereditatem procedere debet. iuxta l. si quis mihi bona. d vbi Bartholus cõmuniter recep. & à Iasone declaratus. idem dicit de permissione & licentia alienandi res Ecclesiae. si est perpetua. & rei grauis: quia tractatus. & concessio qui sunt necessarii. debent praecedere. nec sufficit ratificatio postea ex interuallo facta. nisi certo modo. vt Immolens concludit. concordando opiniones diuersas. f quem sequitur Francus. g qui alios refert. Ergo promissio de impetranda dispensatione alienandi nõ potuit validare alienationem. antequam illa à Senatu concederetur. & consequenter narratio illius promissionis non commodabat praefati D. praecellentis Doctoris intentioni immo incommoabat: quia significabat venditionem praefatam remansuram nullam donec obtenta dispensatione ratificarent illam partes.

Secundò. quod nitiur narratione falsa. vel certè falsa sibi significante. Narratum enim fuit illi. quod fuit obrepta dispensatio à Senatu regio; significando. quod fuit obrepta dispensatio conueniens intèntioni praefati Petri Camilli. & fratrum de Baratis. & tempore opportuno. antequam praefatus Reuerendissimus se misceret negotio. quod fuit falsum: non enim fuit conueniens intèntioni praefatorum Petri Camilli. & fratrum. quia vt esset conueniens illi. oportebat illam cõtinere dispensationem. vt Petrus Camillus venderet praefatis fratribus absolute. & quod venditionem factam regia eademque summa potestate approbaret: quorum nihil continebat: quia solum continebat posse venire ad venditionem petitam in praedictum consentientium. & etiam heredum tantum. & quod tot alia bona equiualentia supponeret oneri fidei commissi: & ita nec approbavit dictam venditionem antea factam ipsis fratribus. nec illa fuit facta cum modificationibus. quas adiecit Senatus. Nec Senatus fecit potestatem vendendi eo modo. quo ipse vendiderat absolute. vt palam fecit praefatus Reuerendissimus per tenorem decreti ipsi Senatus regij. & auctoritate instrumenti dictè venditionis. Nec fuit impetrata tempore opportuno. quia fuit impetrata posteaquam Senatus iusserat. ne quidquam innovaretur super ea. posteaquam praefatus Reuerendissimus petiit praefatam domum sibi vendi. donec Senatus ea de re decerneret. & ita remansit dicta venditio nulla. donec decerneret Senatus: aut ad petitionem Petri Camilli simpliciter decreuit. vt possit vendi seruatis his. quae in decreto continebantur. Postea precibus Episcopi venditori & emptori intimatis. & auditis. decreuit Senatus. vt venderetur Episcopo. modo emeret illam pro Ecclesia sua. cum

a De penit. dist. 7. nu. 01.

b Capit. 1. de nos. tit. de con. sang. G. aff. in.

c Ca. 23. nu. 107. d §. iussum. ff. de acquir. ha. red. e à nu. 31.

f In cap. 3. de his qua. sunt à prael. g in ca. 1. nu. 13. de reb. eccl. non alie. li. 6.

h In c. si quis autem. num. 13. de penit. dist. 7. i Lib. 3. sent. dist. 25. qu. 4. col. 3. k Ca. 1. de ha. reit. l In summa verb. scrupulorum. m Vbi supra. n In c. vne rabilem. in verb. postula. ut. de elec.

a. par. q. 70. art. 13. b Ca. 27. nu. 279. c Nu. 13. & pral. 9. nu. 9. d Cap. fin. do praescrip. e Capit. per tuas. il. 2. de simon. c. inquisitioni. de sent. excom.

onere soluendi pretium. & faciendi alia in eo contenta; & ita nec praefata dispensatio fuit facta eo modo. qui cõueniret intentioni praefatorum P. Camilli. & fratrum de Baratis. nec tempore. quo possent eis prodesse; immo causa cognita Senatus nouè decreuit. vt venderetur praefato Reuerendissimo. si vellet eam emere pro sua Ecclesia. & ita in piam causam. prout postea emit praedictus Reuerendissimus. Et cõsequenter patet. multa falsa. vel significancia falsa. narrata fuisse praefato D. Doctore. quibus tãquã fundamētis nitiur dictum suum responsu: & fundamēto sublatu. tollitur & corruiit fudatū. Equidem fateor. me quoque. si mihi narrata fuissent. praefata sic vt praefato D. Doctore. non fuisset responsum omnino eo modo. quo respondi. Nec mirari debet Reuerendissimus. quod praefatus D. Doctor magis credit narratis sibi à parte se cõsulente. quam narratis mihi à parte cõtraria: quia frequenter partes aduersae solent credere aduersa. & informare patronos immo & iudices aduersè: & Iurisconsultorum est respondere more Sceuolè ad proposita. vt proponuntur. Tertio. cur praefatus Reuerendissimus non debeat accusare se peccati. est quod nihil prodest aduersae partidicere. quod sua D. Reuerendissima sciuit praefatam venditionem inter praefatos P. Camillum. & fratres de Baratis fuisse factam. & quod non debuit facere aliis. quod sibi nouisset fieri. & quod sciebat se displiciturum praefatis P. Camillo. & fratribus. volendo domum praefatam sibi emere. &c. Quoniam ad hoc argumentum respondimus nos in responsio nostro resolutis. clarius. & vberius. quam forte vsque ad illud temporis fuerit responsum. in solutione quinti argumenti contra praefatum Reuerendissimum formati. quod percipio videri & serena mente pefari ab aduersa parte. ne cum offensa diuina contra stimulum veritatis calcitret. Quarto. cur praefatus Reuerendissimus non debeat se accusare peccati. est quod nihil obstat quod post emptionem praefatae domus. non obstante decreto Senatus. & nõ obstantibus quibusdam aliis. quae iuuant. ipse voluit consulere sacram Penitentiariam. & quosdam alios super iustitia illius cõtractus; & quod anxie eum conscientia sua: & quod contrariens conscientiae suae peccat. &c. vt latius praefatus D. Doctor tractat. 3 Tum quia bonarum mentium est culpam timere. vbi culpa non est. b Tum quia faciens contra scrupulum cõscientiae non peccat. vt supra dictum est; immo frequenter multum proficit. vt & nos adnotamus in Manu. confess. c post S. Antoninum. d & Siluestrum. e Tum quia Baldus & alij citati à praefato D. Doctore. vt supra dixi. non definitur. nec diuiserunt conscientiam. eius naturam radicatus considerando. Tum quia scrupulum habere. est habere argumentu aliquod apparet contra id quod credit vel opinatur. vt tradit Ioannes Gersonus. Cancellarius Parisiensis. f & Adrianus. g quos referimus. & sequimur. h & Ioannes Maior. i 4 Vbi pulchrè declarans illud. b Dubi in fide. infidelis est. ait nõ dici dubiu in fide. qui habet scrupulu. hoc est aliquod motiuum contra fidem. modo credat eam; sed qui deliberrata mēte ita dubitat. vt nullam partem credat. Quae etiã satis sentit Caietanus. l Et quamuis quidam à praefato D. Doctore citati videantur asserere. nõ posse quem scrupulum & conscientiam erroneam deponere proprio iudicio. sed tantum alieno. & sui superioris: contrarium tamè est verius. per multa. quae adduci possunt. & Siluester qui melius illis id pefauit. m dicit in hae verba: Immo dico quod hoc potest facere tuta conscientia ex consilio proprio. quando habet probabilem rationem. quod sic possit facere. maxime si sit doctus. hae ille: qualis est praefatus Reuerendissimus. 5 Ad praedicta facit glossa recepta. n quatenus probat. postulatè abolutionem ab excommunicatione ad cautelam. nõ se fateri excommunicationem. quia bonarum mentium est culpam timere. &c. & ita praefatus Reuerendissimus petens ad maiorem cautelam consilia. quae petiit. nullatenus est censendus peccator; sed (vt ait gloss.) bonae mentis quae culpam timet. vbi culpa non est. Quinto. quod nihil prodest aduersae parti ea quae adducit contra Reuerendissimum de naturali obligatione. quae in foro conscientiae seruanda est. etiam si in foro exte-

riori non seruaretur. super quo tam D. Episcopus. quam praefatus D. Doctor multa congerunt parum necessaria. quae pacis poterant resolui. 6 Cõcedimus enim aduersae parti. obligationem naturalem quae ex pacto & cõuentione licitis. etiã nudis nascitur. esse seruandam in foro cõscientiae etiã in foro exteriori Caesareo nõ seruaretur. vt tradit Bartholus communiter receptus. a & traditur in c. 1. b & alibi saepe. At negamus ortam esse vllam obligationem naturalem contra praefatum Reuerendissimum ex venditione facta inter praefatos Petrum Camillum. & fratres de Baratis. Tum quia in illa non interuenit Episcopus. nec procurator vllus ei. nec alia persona. quae ipsam obligare potuisset. vt emptorem. vel vt venditorem: & res inter alios acta aliis non prauidicat. c Tu quia nulla obligatio naturalis fuit orta ex illa venditione etiam contra praefatum P. Camillum pro praefatis fratribus. quia nullum pactum. nec vlla conuentione illicita producit vllam obligationem naturalem. d At praefata venditio fuit illicita. quia fuit facta ab herede contra iustum preceptu testatoris. vt palam est. quia certum est preceptum testatoris factum heredi. ne alienet aliquam rem iusta de causa valere iuxta l. filius famil. e cum multis ibi per multos cõmetatores traditis. Certu itè. q iusta di. positio testatoris habet vim legis iustae. iuxta auth. de nup. f & c. vltima voluntas testatoris modis omnibus seruari debet. Certum item. quod haeres illicite omittit seruare iusta precepta testatoris; & compelli potest ad illa seruanda. h etiam per censuras ecclesiasticas. vt adnotat Couarruuias. i quod licet in specie non probet illius contextus. nec allegati per eum. probat tamen cap. licet. k vbi potest haeres excõmunicari. nisi seruet iustum preceptum testatoris; & constat apud omnes. non posse quem excommunicari maiori excommunicatione. nisi ob peccatum mortiferu. l Tum quia non prodest aduersae parti. dicere quod praefatus P. Camillus licite poterat vendere praefatam domum sub conditione. si Senatus dispensaret; & quod ipse promissit in contractu obtinere dispensationem. Tum quia venditio fuit pura. & promissio de obtinenda dispensatione nõ fuit posita per conditionem. sed per modu & onus iniunctum ipsi P. Camillo. vt eam suis impensis impetraret: & modus. & onus iniunctum per viam modi. non faciunt cõpositionem conditionalem. vt probatur in ca. verum. m & tradit Bartholus. n & alibi saepe. Tu quia si venditio fuit conditionalis. nullam obligationem produxit ante adimpletam conditionem. o Et cum conditio numquam fuerit completa; quia. vt praedictum. numquam praefatus Senatus dispensauit. vt ille cõtractus valeret. vel fieret. immo totum contrarium decreuit. ergo illa venditio nullam produxit obligationem. si fuit licite conditionaliter facta & cum absolute facta sit illicita. nullatenus vllam obligationem naturalem produxit. etiam inter partes; quato minus in Episcopum. quia nullatenus in ea interuenit? 7 Sexto. quia nihil prodest aduersae parti dicere. quod alienatio praefata. etiã si simpliciter esset inualida. valuit tamen in praedictum P. Camilli alienantis. ita quod remansit obligatus naturaliter praefatis fratribus ad interesse. iuxta Baldum. p per Fredericum & Decium. q quamuis aptius potuit allegari contextus ipsiusmet ca. imperialem. Sed. vt dixi. nihil prodest. Tum quia ex hoc non inferitur. Episcopum. qui non alienauit. obligari ex illo contractu naturaliter illis. vel P. Camillo. cum nullatenus per se. nec per aliu. qui potuit illu obligare. interfuerit illi. vt praedictum est in quinto argumento. Tum quia per hoc nõ excusatur à peccato mortifero praefatus P. Camillus. qui cõtrauenit scienter precepto iusto testatoris. iurique canonico. & Caesareo. quibus prohibetur alienatio rei prohibita alienari iusto precepto testatoris. 8 Tum quia falsum est P. Camillum praefatis fratribus teneri ad interesse: quia tunc vendens scienter male tenetur de euictione. & ad interesse. quando emptor emit bona fide: non autem quando emit mala. sciens rem esse alienam. vel sciens venditorem non posse illam iuste vendere. vt est casus in l. si fundum. & l. emptor. adiuncta glossa. r immo id probat etiã praefatus c. imperialis ibi. bona fidei emptor. ex quo gl. expresse id colligit. Tu quia qui vendit scienter liberu hominè p seruo. & rē sacrā vel locu religiosum

a In extrauag. ad reprimendū. verb. denunciatio. b Et 2. de padis.

c Leg. 1. & 2. C. res inter alios acta. & l. stipulatio i sta. §. alteri. ff. de verb. obligat cum ei adnot. d L. iuris gentiu. §. pacta. ff. de pactis. l. generaliter. ff. de verb. oblig. c. in ma. lu. 22. q. 4. c. c. in malis. de reg. iur. li. 6. c. s. diu. 2. ff. de legat. 1. §. disponat. iustior. & erulex. col. 4. g 13. q. 2. h Ca. si haeres. des. & c. loas. res. de testamētis.

i In d. capi. si ueredes. k De voto. l Cap. nemo. & ca. nullus. 11. q. 3. m Et c. si. cū eis adnot. de condi. apposi. & le. 1. C. de donatio. qua sub modo. n In rubr. & l. quibus diebus ff. de condit. & demons. o §. omnis. in. f. de verb. oblig. c. si pro re. de rescrip. li. 6.

p In c. imperialis. de prohib. fendi alien.

q In consilio. 185. num. 6.

r C. de eu. f. & l. g. si fa. do. cū alijs multi. ff. eod.



a L. & liberi homini. Et l. liberi hominis. cum eis adnot. ff. de contrah. emptio.

b In leg. quoties. la. 1. C. de fidecommu.

c §. diui. 2. de leg. 1.

d C. de rei vendi. c. C. de fidei. commis.

f Num. 26.

g Lib. 6.

h In c. ex p. no. no. 2. de rescript.

i Et ca. su. ro. cum alijs. de iur. iur.

k Et c. iura. nit. ca. in ma. li. 22. q. 4. l. 2. 2. q. 89. art. 7. m. 22. q. 2. n. De pactis lib. 6.

o Vbi supra. p. Ca. 12. nu. 25. q. Capi. inter cetera. 22. q. 4. & c. quan. to. de iur. iur.

pro profano ignorantem emptori peccat quidem mortaliter licet teneat emptio in preiudicium venditoris ad hoc ut emptor bone fidei sed non male fidei agere possit ex empto aduersus venditorem. Et ita prefatus P. Camillus peccauit mortiferè alienando rem iuste prohibitam alienari, & non valuit alienatio: nec fuit obligatus ad tuendam alienationem iniustam, & iniquam: sed ex maleficio tenebatur ad interessè prefatis fratribus, si emissent bona fide, ignorantes maleficio eius, & putantes domum illam esse liberam à prefata prohibitione alienationis: sed quia nouerunt contrarium, ut patet ex eo, quod cauentur sibi, ut dispensatio impetraretur sumptibus P. Camilli: non obligauit eum, etiam ad hoc, ut ipsi possent agere ad interessè.

9 Septimò, quòd nihil etiam prodest aduersa parti dicere, quòd prefatus R. euerendissimus sciuit alienationem prefatam à P. Camillo fratribus de Baratis factam, antequam petisset domum prefatam sibi vendi: eo quòd, qui emit aliquam rem iam venditam alteri, sciens illam esse venditam, debet postponi priori emptori, etiam si prius fuisset sibi tradita, in quòd allegat glossam, Albertum Salicetum & Iasonem, quòd nihil ad hoc faciunt: sed eis querèdis multum teporis vanè impèdi, legens multa scripta in l. filius fam. quòd tractant materiam prefata. l. quotiens. putans plurimum id importare: non enim credebam allegari l. quoties. quòd est propria sedes cõclusionis, & incogitantè ad hoc allegaretur d. l. quoties. Non ergo inquam prodest illud aduersa parti. Tum quia illa glossa id non dicit, ut etiam Alexander & Iason ibi significarunt, & probatur: quia si diceret illud, maximè diceret per illa verba, bona fide. At illa verba referuntur ad venditorem, & non ad emptorem, ut colligitur ex glossa in textum relata. Tum quia licet id diceret, & esset verum, per ea quibus Iason ibi, non in limitatione 2. vbi allegatur, sed in limitatione 9. confirmatur: tamen nihil facit ad propositum: quia loquitur de emptore secundo rei, qui sciebat venditorem prius vendidisse illam alteri venditione valida, & legitima, ut palam colligitur ex illa l. quotiens. & ex mente loquimur de secundo emptore, qui sciebat primam quidem emptionem factam, sed inualidè, iniuste, & iniquè, adeo quòd etiam in contractu fuit expressum necessariam esse ad eius valorem Senatus Regij dispensationem. Tum quia regula, s. est, non prestat impedimentum, quòd iure non sortitur effectum, quòd plurimis exornari potest, prefertim illis multis quòd congerit Felinus, probando quòd de rescripto priuilegio, collatio ne, lite, compromisso, & alijs, quòd ipso iure sunt nulla, nihil est curadum, nec vlla est facièda mètio.

10 Octauò, non etià prodest aduersa parti, dicere quòd venditio prefati P. Camilli fuit iurata, & quòd iuramentum, quòd potest seruari sine interitu salutis æternæ, est seruandum iuxta cap. verum. & alia, quòd parum aptè citatur ad probandum quòd ex illo contractu nata est obligatio naturalis contra Episcopum, qui eam tenetur seruare in foro conscientia; Non inquam id prodest. Tum quia D. Episcopus nec per se, nec per alium iurauit illam venditionem, & consequenter non fuit ex eo nata vlla obligatio cõtra illud. Tum quia non omne iuramentum est seruadum, sed tantum licitum, & iustum: iuxta capit. si aliquid & tradit S. Thomas receptus, vbi dicit nullum iuramentum contra iustitiã factum, esse seruadum: pro quo casus in c. animaduertendum. vna enim comitum requisitarum ad hoc, ut iuramentum sit licitum, est ut contineat iustitiã, & quòd promissum est possit licitè sine peccato seruari, iuxta cap. quannus pactum. quatenus probat non esse seruadum iuramentum, si absque dispendio salutis æternæ, id est sine peccato etiam veniali, vel sine impedimento maioris boni non potest seruari, ut ait prefatus S. Thomas, receptus ab omnibus. Quòd omnia tradimus in Manua. confess. Iuramentum enim non potest esse vinculum iniquitatis, id est, non potest obligare aliquem ad vilam iniustitiã, & iniquitatem. Cum ergo iniustum, & iniquum sit vendere rem alienam, vel suam quam habet cum obligatione iuste sibi posita non alienandi, ut prædictum est: prefatus P. Camillus non solum non tenetur seruare iuramentum, sed tenetur pœnitere, quòd illicitè iurauit, & desistere à

tuendo peccato, quòd fecit: & certè, mea sententia, grauius peccaret, qui consuleret illi, ut placeret sibi alienatio illa, & pergeret in illius defensione, perinde ac qui consuleret alicui, ut placeret illi fornicatio commissã, & in illius complacentia perseueraret. Et caueat sibi, qui per canones parum pensatos, & leges non bene digestas, & applicatas, contrarium illi consulunt. Tum quia si iuramentum esset licitum, non solum produxisset naturalem obligationem quo ad forum conscientia, sed etiam ciuilem quo ad forum exterius secundum omnes; & consequenter dicendum esset malè iudicasse Senatam Regium, cuius tamen contrarium ipsamet aduersa pars asserit.

Nonò, quòd illa, quòd ab aduersa parte geminantur & reiteratur de naturali obligatione, qualis nulla nata fuit contra Episcopum de iuramento, quòd fuit illicitum, & nullatenus seruandum, & ad probandum prefatam venditionem absque licentia & dispensatione regia valere, adeo sunt leuia, ut non sit opus eis respondere: & adeo pro eiusmodi habuit ea Senatus Regius, cuius decretum aduersa pars laudat: ut noluerit dare licentiã vendendi etiã Episcopo, etiam pro Ecclesia, & in piam causam, nisi multis, & grauibus adiectis modis, & oneribus, ut ex eius decreto maturitate magna edito constat. Et certè iure quis mireretur aduersam partem ita sibi contradicere, ut neget ab vna parte posse Regem sine magna compensatione disponere de re, & dispositione sui subditi quo ad forum conscientia; & ab altera asserat; quòd venditio facta contra dispositionem iustam testatoris, quam Rex non potest sine iusta causa mutare, producat naturalem obligationem, etiam facta sine vlla Regis & superioris auctoritate, quo ad idem forum conscientia.

Decimò, & postremò, quòd nihil prodest aduersa parti id quòd ait, Episcopum peccare cooperando peccato P. Camilli, quòd admittit impediendo, ne adimpleat naturalem obligationem eum in foro conscientia ligantem ad tradendam prefatã domum prefatis fratribus. Tum quia, ut supra probatum est, P. Camillus nullam obligationem contraxit per illam iniustam, & nullam venditionem ad tradendam rem venditam. Tum quia prefati fratres, eo quòd fuerunt conscij prefate prohibitionis alienandi, non possunt petere iuste à P. Camillo rem ipsam, nec interessè ut supra probatum est. Tum quia, etiam si prefati fratres bona fide emissent, non possent rem emptam petere, sed tantum agere ad interessè: ad quòd nulla ratione dici potest obligatus Episcopus, & ut dictum est supra de vendente scienter liberum hominem, vel rem sacram id ignorati quia emptor etiam bonæ fidei non potest petere liberum hominem, vel rem sacram, sed tantum repetere pretium, quòd dedit, vel interessè, quòd ob id sibi debetur non tantum ex contractu, quantum ex maleficio in eo facto, vendendo scienter rem, quòd non erat vendibilis, illud ignorantem. Salua in omnibus quòd iustior fuerit sententia.

- S V M M A R I V M. 1 Vtura non est cassare censum annuum vitalitium, soluto aliquo pretio etiam non iusto. num. 2. 2 Contractus omnis non gratuitus est iniustus, si non seruetur pretij equalitas. 3 Pensio seu annua prestatio per quintuplicem cassari solet. 4 Censum annuum centum pro mille in vita accipientis valet. 5 Cassatio census vitalitij, recepta certa pecunia, reducit ad venditionem.

CONSILIVM X.

PETRVS, cui debebatur prestatio annua septuaginta duorum ducatorum quoad viueret, tantum accepit à Ioanne ducenta scuta pro prefata prestationis annua celsione.

Quæritur primo, an contractus sit vsurarius. Secundo, an sit iustus. Tertio, quo nomine sit censendus.

1 Ad primam questionem respondetur, quòd non est vsurarius; ea firma ratione, quòd nos in Commet. de vsuris ponimus, scilicet quòd solus ille contractus, qui formaliter, vel æquipollenter est mutuum, potest esse vsurarius; & prædictus non est formaliter, nec æquipollenter mutuum; non quidem formaliter, ut palam est; neque æquipollenter

a Superca. s. feneraueris. 14. q. 3. nu. 4.

a Num. 6.

b In 4. li. sent. dist. 15. q. 2. c. Ca. 23. nu. 78.

d ff. ad l. Fal. c. iud.

c Num. 128.

f ff. de praes. verb.

sive virtualiter, quoniam Ioannes non potest cõdicere siue repetere 200. quòd dedit, neque Petrus potest repetere, vel condicere prædictam præstationem: & ad hoc, ut quis fiat vsurarius, oportet, ut trades pecuniam accipiat formaliter vel virtualiter aliquid ultra sortem ut mutui, vi dicimus vbi supra, & quòd cedens obliget se formaliter vel virtualiter ad dandum aliquid ultra sortem.

2 AD SECUNDAM videtur dicendum, quòd prædictus contractus est iniustus: quia non est gratuitus, ut palam est, & contractus non gratuitus, siue sit nominatus, siue innominatus, in quo non seruat æqualitas pretij dati & accepti, est iniustus, ut definit Scotus, & relatus à nobis in Man. confess. quòd ipsum & S. Thomam sensisse ibidem dicimus: & pretium 200. ducatorum, quòd dedit Ioannes, & pretium annuæ præstationis 72. ducatorum ad vitam Petri non sunt æqualia, immo pretium præstationis videtur excedere pretium ducentorum scutorum ultra dimidium iusti pretij. Tum per l. hereditatum, quòd probat præstationem annuam quo ad vitam eius, cui præstata est, valere ad minus quintuplum eius quòd est quotannis præstandum. Tum quia pensiones annuæ concessæ ad vitam pensionarij redimuntur communiter per solutionem quintupli auctoritate Papæ, immo multi ditiores, & qui non premuntur egestate, vel agriuidine aliqua, nolunt extinguere ob quintuplum.

3 Tum quia nos satis probamus in d. comment. de vsuris, quòd iuste possunt accipi centum quotannis pro mille, cum ea conditione, ut cessante vita accipientis cesset obligatio reddendi ea.

4 AD TERTIAM respondetur, quòd non potest vocari contractus donationis gratuita: quia ab vna parte accipitur pretium in pecunia numerata, & ab altera præstatio annua, quòd merx quòdam est: nec potest appellari mutuum, ut dictum est in responsione ad primam, neque permutatio, nec locatio, vel cõductio, ut palam est: fed potest appellari emptio & venditio: quia ab vna parte datur pretium, & ab altera merx: potest etiam appellari contractus innominatus, do vt facias, iuxta l. naturalis: quia Ioannes dedit, & Petrus facit cedens, quia celsit præfatam præstationem. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Contractus censuales sine alia superioris licentia omnes iniure possunt. 2 Censum pretium saltem redimibile non est iure communi taxati, expediret tamen taxari, sed an à cognoscente superiore possit, non est certum.

CONSILIVM XI.

IN ciuitate & diocesi Cremonensi, & in tota provincia Mediolanensi censuum contractus hactenus numquam celebrati fuerunt, sed emphyteutici, seu libellarij in vsu fuerunt, ex quibus fructus ad rationem quinque pro centenario percipiuntur. Verum quia à nonnullis annis nulli contractus huiusmodi super bonis Ecclesiæ conceduntur, pauci admodum super bonis laicalibus pecunias hoc modo implicare volunt, eo quòd aliunde maius lucrum iuste percipiunt. Propterea conueniunt ciues & incolæ pecuniis egètes, quibus necessitatibus suis providere non possunt, & ideo ciuitas instanter petit ab Episcopo, ut velit permittere introduci vsum censuum iuxta formam datam in bulla Pij V. & taxare fructum, qui iuste & iura conscientia ab huiusmodi contractibus censuibus percipi possit. Dubitat tamen Episcopus Cremonensis de duobus.

Primo, an prædicta petitioni annuere debeat ex prædicta Bulla Pij V. quòd potius videtur tollendo abusus nouam formam censibus in locis, vbi celebrantur, dare, quòd concedere, ut vbi que locorum etiã seruata forma ibi tradita indistinctè introducantur.

Secundo, an ipse vna cum decurionibus possit præfigere, & taxare fructum census, puta ad rationem 7. pro 100. habito respectu ad alia lucra, quòd communiter in dicta ciuitate & diocesi diuersis modis sunt, & electa media & moderata summa, non autè rigorosa, nec pia, seu inferiori. 1 AD PRIMVM DVBIVM respondeo primo, quòd ciuitas Cremonæ, & suum territorium non indiget licentia noua Papæ, nec sui Episcopi, nec alius superioris Ecclesiastici, vel secularis ad faciendum contractus censi-

ticos; quia iure communi naturali, diuino, & humano est id eis permissum, ut copiosè nos post alios tradimus in Manua. aut certe tangimus copiosus tradita in c. si feneraueris, vbi late comminimus in extrauagante prædicti Pij V. Secundo, quòd Reuerendissimus Episcopus sine vilo scrupulo potest facere suis subditis facultatem exercendi prædictos contractus. Tum quia id non est dare facultatem nouam, sed declarare iure communi esse sibi datam. Tum quia, licet frustra impetretur quòd iure communi conceditur, poterit tamen prodesse ad tollèdos scrupulos aliquorum trepidatiu timore vbi non est timor; quòd bonarum esse mentium dicit Gregorius.

2 Ad Secundum dubium respondeo primo, quòd iure communi non est taxatum pretium dandum pro annuo censu, saltè redimibile: & ideo in diuersis prouincijs diuersum statuitur, aut vitatur, ut latius diximus in comment. prædicto. Secundo, quòd arbitror conuenire reipub. vt taxetur pretium soluendum pro annuo censu redimibili, circumspectis illis, quòd circumspecti in dubio proponuntur; quamuis dubitari posset an ciuitas recognoscens Superiori possit illud statuere, an requiratur auctoritas superioris: quòd non recognoscit Superior: & in regnis Hispania non est statutum illud à ciuitatibus, & Episcopis, sed à Regibus secularibus, ut in Castella, vel à tribus statibus, & ipso Rege, seu à Rege de consensu trium statuum, ut in Nauarra. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Censum perpetuum irredimibile constitui possunt sine circumstantijs à Pio V. requisitis. num. 3. 2 Lex non est generaliter intelligenda, si per specialem, vel aliquam rationem firmam limitatur. 3 Intellectus extrauagant. Pij V. annullantis pacta tollentia facultatem redimendi censum.

CONSILIVM XII.

STante extrauagante Pij V. lata super constitutione censuum, an possit constitui census perpetuus sine circumstantijs dictæ extrauagantis?

1 Respondendum videtur primò posse; quia dicta extrauagans nihil meminit de censu perpetuo: & cum sit lex exorbitans à iure communi antiquo, vtique non debet extendi. Secundo, quia ratio condendi præfatam extrauagantem fuit mens & voluntas tollendi contractus vsurarios, qui fiebant sub specie pactorum de retrovendendo, & emèdo pretio minore iusto propter gratiam & facultatem, quam ementes faciebant vendentibus de redimendo, quando vellent, vel vsque ad certum tempus eodem pretio; quòd ratio & mens cessat in censu perpetuo irredimibili, ut palam est.

2 Non obstat, quòd lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda, & præfata extrauagans loquitur generaliter de censu, non distinguendo de perpetuo & irredimibili, ac de temporali redimibili: quia obiectio non procedit, quòd lex generalis per legem specialem restringitur, etiam si specialis præcedat generalem, cuius exemplum est in authen. offeratur. & in l. sciendum. At in casu proposito speciali lege statutum est, valere constitutionem censu perpetui sine facultate redimendi. Nec etiam procedit dicta regula, quando est aliqua ratio firma illam restringens etiam sine lege speciali iuxta glossam receptam. At in casu proposito est maxima ratio restringendi, videlicet, quia in censu perpetuo cessat mens & intentio legislatoris, ut supra dictum est.

3 Non etiam obstat præfata extrauagans, quatenus annullat pacta, quibus directè, vel indirectè tollitur facultas redimendi, & aufert præscriptionem centenariam, & immemorabilem: quia loquitur solum de pactis adiectis censui temporali, & redimibili, & de præscriptione, quòd allegari posset contra huiusmodi facultatem; non autem de pactis de non retrovendendo, nec redimendo, adiectis contractibus perpetuis sine facultate redimendi: ita quòd in contractu census cum facultate redimendi non potest apponi pactum, ut illa facultas tollatur per lapsum alicuius temporis, puta per non solutionem pensionis intra certum tempus, vel aliquod aliud simile, ad tollendam facultatè redimendi in aliquo casu: & ita præsupponit agere de contractu, in quo apposita est eiusmodi facultas: quia priuatio

a Cap. 7. nu. 234. b 14. q. 8.

c Leg. 1. ff. ad municip. c. 2. cum gloss. de rescript. d In c. ad ex. in fin. dist. 5.

e Cap. s. f. f. ueraueris.

f Reg. qua à iure. de regu. iur. lib. 6.

g L. de pretio. ff. de publ. in rem acti. c. solita. de maior. & obed. h L. in toto. ff. de regu. iur. eodem tit. lib. 6.

i L. a. nam & posteriores. ff. de legibus. k C. de litis contest. l. ff. qui satisf. cog. m Ca. Eleutherius. 28. q. 2. c. præterea. de iure patro natus.

n In d. lo. de pretio. ff. de publ. in rem acti.

a L. decem ff. de verborum oblig. c. ad d. i. soluedum. de despons. impube.

b ff. si certum petatur. c. De verborum sig.

d Super ca. 1. 14. q. 3. n. 88.

e Ca. 2. c. c. fin. de consue.

f Notab. 22. 14. q. 3.

præsupponit habitum, & quia absurdum est dicere, quod non valeat pactum de non redimendo censum perpetuum constitutum a testatore, vel donatore pro Missis perpetuo celebrandis in aliqua Ecclesia, & quod faciat censum redimibilem, qui sine illo pacto erat irredimibilis: absurdum enim est dicere quod pactum huiusmodi non solum sit nullum, sed quod operetur contrarium eius, ad quod ponitur, & quod de censu alioqui perpetuo & irredimibili faciat temporalem, & redimibilem, cum tamen sit appositum ad maiorem declarationem perpetuitatis, & irredimibilitatis, contra l. non omnis, b & ca. fi. Denique d. extrauagans nulla sui parte vetat principaliter emi, & vedit censum perpetuum, neque pacta de non redimendo huiusmodi emptionibus apponi; sed veluti incidenter, & per adiectionem statuit, ut pacta, que tollunt facultatem redimendi, non valeant, præsupponendo clarè, se statuere de emptionibus censuum factis cum facultate redimendi.

SVMMARIVM.

- 1 Censuum annuus post extrauagantem Pij V. non potest attendi illius mente emi, nisi totum pretium numeretur & solvatur tempore contractus, de iure autem communi pro illo potest volente venditore alia res solui, vel etiam debitum antecedens compensari. nu. 2.
- 3 Emptio annui census & cuiuslibet alterius rei non potest contrahi, nisi certo pretio consistente in pecunia numerata, pro eo tamen potest, volente venditore, alia res solui, modo si ius extracensum Extrauag. Pij V. de censibus. nu. 1.

CONSILIVM XIIII.

AN constitutio census ob pecuniã longè antea à venditore debitam, quã non fuit soluta in pecunia numerata tempore constitutionis, sit valida?

1 Respondeo primo, quod non videtur valida, si est facta post extrauag. fel. rec. Pij V. quã incipit, Cum onus: quã videtur requirere, vt solutio totius pretij census constituen- di solvatur in pecunia numerata ipso tempore, quo constituitur: quamuis disputando fortè teneri posset non probari hoc efficaciter ibi, vt in comment. de vsur. d. insinuatum, ponderando, quod non dicit, pecunia numerata soluta, sed solum, pecunia numerata, & quod dicit non posse totum pretium solui antea, significando quod pars pretij potest solui, sed quia quidquid verba sonent, videtur mens auctoris fuisse, vt totum pretium in pecunia numerata solvatur tempore constitutionis, puto esse verum quod dixi.

2 Secundo respondeo, quod constitutio census ante prædictam extrauagantem facta valet, si pretium fuit constitutum in pecunia numerata, licet solutio facta fuisset in alia pecunia, vel re, quã non esset numerata pecunia. Tum quia extrauagans illa quo ad hoc ius nouum inducit, & ita non se extendit ad præterita. c. Tum quia videtur quo ad hoc valde rigorosa, & quadamtenus contrarietatis æquitati, quã apud omnes videtur dictare, pinguiorem esse solutionem, vno, duobus, vel tribus annis anticipatam, qua fructus est veditor census sine vllo cõsu & interesse, quam eiusdem quãtitatis solutionem tempore cõstitutionis, qua nescitur an & quomodo sit fruiturus. Tũ quia innumeri cõtractus veditiois censuum fuerunt facti ante prædictam cõstitutionem tam in his partibus, quã alibi, in quibus seruatum est quidem, vt pretium cõstitueretur in pecunia numerata: quia id erat de substantia & essentia emptionis, non tamè quod solueretur in ea, & in tempore & articulo cõstitutionis, quod est de forma accidentali: & ita oportet illos iudicare vsurarios, quod esset longè alienissimũ, & absurdissimũ à ratione prædicta contractus emptionis, Tum quia ex neutra extrauaganti Martini V. & Calixti III. colligitur, quod sit necessarium, quod solutio fiat in pecunia numerata, licet prima magis id insinuare videatur, vnde nec Illustrissimus Tolertanus in summa Conciliorum posuit eam inter sex condiciones, quas ex eis colligit, neque ego inter octo, quas ante ipsum collegeram, dum Salmantica extrauagantes illas prælegerem, & postea in cap. i. f. quamuis ambo collegerimus, quod pretium debet constitui in numerata pecunia, & quod totum debet solui, id est, esse solutum, à tempore constitutionis, sed aliud est, quod pretium totum debeat constitui in pecunia

numerata, & quod totũ debeat solui: & aliud est, quod totũ debeat cõstitui, & solui in pecunia numerata. Tũ quia extrauagantes prædicta; quatenus loquuntur de pecunia numerata, videntur id facere ad significandum, quod is contractus debet iustificari ex natura contractus emptionis: qualis non potest esse, nisi pretiũ cõstituat in numerata pecunia, vt est textus irrefragabilis in §. item pretium. a Potest autè solui in alia re, quam in numerata pecunia, quod quotidie fit iure quidem per l. pretij. b cuius summaria tã Saliceti, quam Baldi, habent in effectu, quod contractus emptionis nõ irritatur, nec desinit esse talis, eo quod solutio fiat in pecoribus, vel alia re, quam numerata pecunia: & glossa ipsius respondens ad dictum §. item pretium, c sic ait, potest autem solui in alia re, quam in numerata pecunia. quod quotidie fit, & iure quidem, per dictã l. pretij. in hoc clarissimam, quã habet pretium debere constitui in numerata pecunia quo ad conuentionem, sed non quo ad solutionem, quã volenti venditori potest fieri in alia re: quod ipsum paulo latius dicunt ibi Baldus, & Salicetus & Angelus d. vbi laso e id admonuit, & totus orbis hoc seruat: quod non satis aduerterunt quidam doctissimi Theologi, qui nullam differentiam constituerunt inter conuentionem de pretio, & solutionem eius; cum tamè de essentia, & substantia, & forma emptionis sit, vt pretium cõstituat in numerata pecunia, de accidentalibus vero, & voluntaria, vt solutio fiat in illa, vel alia re, quã creditor placuerit. Tum denique, quod præfata extrauagantes Pontificũ non damnant emptiones censuum aliter, quã ibi dicitur vt fiant, initas, sed solum approbant illas, de quibus fuerunt prædicti Papæ consulti, vt palam est, ideo videntur reliquisse alias, quã secundum naturam iustæ emptionis erant licitæ, in suo bono statu. At emptio census constituto pretio in pecunia numerata, soluto etiam ante in aliis rebus æstimatis illa quantitate, est iusta, immo iustior eo respectu, quo venditor maiore tempore fruitur pretio; ergo, &c. Ob quã arbitror hanc partem esse veriorẽ. Salua quã iustior fuerit sententia.

SVMMARIVM.

1 Vendens rem certo pretio conuertendo in annuos census, si relinquat illud penes emptorem obligatam se pro rata retenti pretij dictum censum soluere, committit vsuram, nisi aliud excusetur.

2 Emptor rei emptæ fructus percipiens etiam antequam pretiũ persoluat, non tenetur ad vsuras pretij non soluti de iure canonico; post moram autem tenetur ratione fructuum perceptorum.

CONSILIVM XIII.

VIDAM vendidit domum alteri, pacto interposito vt de pretio emeretur annuus census ad rationem decem vel nouem pro centenariõ, soluta pretij parte reliquam partem emptor retinuit, promittens venditori se pro retento pretio soluturum præfatum censum rationem venditori id placuit. Queritur quid iuris.

1 Respondeo primò, quod casus propositus duos contractus continet, quorum prior est emptionis, & posterior promissio emptoris de soluendo censum pro parte pretij, quod debeat ad rationem decem, vel nouem pro centum. De posteriore autem, an sit vsurarius, videtur esse magna quæstio. Pro parte namque negatè facit l. curabit. f quatenus secundum Baldum & Salicetum habet, quod emptor qui percepit fructus rei emptæ tenetur ad vsuras pretij non soluti. Secundo, quod accipere vsuram, seu aliquid ultra sortem pro interesse, etiam lucri cessantis, licitum est, iuxta glossam receptam, & in casu proposito videntur capi illa nouem, vel decem annua pro interesse lucri cessantis.

Pro parte verò affirmante facit primo, quod de æquipollentibus idem est iudicium, h & quod æquipollere videntur hæc duo, emere prædium centum, & solutis decem, retinere nonaginta, soluendo nouem annua, donec illa nonaginta soluat, & accipere ab alio mutuo nonaginta, & soluere nouem annua, donec illa nonaginta reddat. At palam est hoc posterius esse vsurarium, ergo & prius est tale. Secundo, quod accipere aliquid pro dilatione solutionis, est vsurarium, vt probat prædictũ c. consuluir. & nos post alios tradimus latius in comment. de vsur. i & in casu

a Institut. de empt. b C. de rescin. den. vendit.

c Institut. de empt.

d in d. §. item pretium. e In addit. ad Portium.

f C. de actio. nibus empti.

g In cap. con. questus. de vsur.

h Leg. fin. ff. mand.

i Ca. si san. raueris. 1. q. 3. n. 3. in 26.

proposito

proposito venditor accipit aliquid ultra sortem principalem ab emptore, eo quod dat ei dilationem constituendi censum annuum pro parte pretij non soluti: ergo vsuram admittit.

2 Non obstant opposita: non primum: quia illa l. curabit vel non est seruanda iure canonico, vel est intelligenda de interesse fructuum, quos percipit emptor post moram nõdum soluto pretio. Ad secundum respondetur concedendo, quod licet accipere aliquid ultra sortem pro interesse etiam lucri cessantis, negando tamen, quod in casu proposito dicatur capi pro illo: nulla enim fit mentio de domo emptæ, an esset frugifera, an esset locabilis, nec quanti posset locari, neque an inueniretur census emendus, nec alia que requiruntur ad capiendum interesse lucri cessantis, attamen promittitur certum lucrum annuum. Quare mea sententia is contractus posterior, prout proponitur, vsurarius est. Salua sanioris sententia.

SVMMARIVM.

- 1 Mercator qui plura exercuit mercimonia, quã vix sine fraude exerceri possunt, reputet apud se, vt potest, omnia, & verisimilitè quantum a damni restituat, & primo certa certis, deinde incerta pauperibus.
- 2 Mutuus frumentum sibi restituendum post messem, modo non obliget mutuatarium ad reddendum melius, non peccat, licet speret quod ei reddatur nouum melius, & magis aptum vt conferretur.
- 3 Societas contracta ad lucrum & damnum, cum pacto quod liceret ponenti operam loco fructuum seu lucri soluere certum interesse, licita est, modo ponens pecunias ita illas posuerit, vt starent eius periculo.
- 4 Gabellam fraudantes, & sub nomine suo permittentes fraudari, an obligentur restituere remissive.
- 5 Censuum ante Pij V. partim pecunia, partim aliis bonis certo pretio æstimatis emebantur.
- 6 Pœna restituenda sortis in casu mora soluendi censum ante bullã Pij V. apponi, & peti poterat.
- 7 Emens rem tamquam suppositam alicui censui, de quo tamen an iure subsistat dubitatur, non potest propria auctoritate spoliare existentem in possessione exigendi, potest tamen velle, vt de illius iustitia agatur, nisi vendens in venditione rem dicto oneri supposuisset.
- 8 Pretium census redimibilis incertum, irredimibilis verò videntur esse viginti pro vno.
- 9 Societate finita, ob moram soluendi sortem nihil capiendum, nisi damnum quod ei inde prouenit.
- 10 Societas officiorum cum reuocatur, possunt fructus decursi conueniri in sortem, & augeri societas.
- 11 Societas super officio non potest iniuri ultra valorem officij: & capere fructus ex re qua non parit, est contra ius natura, nec tolerantia Papæ, quã est solum permissiua, & non approbatiua excusat.
- 12 Vendens vineam tamquam liberam ei qui scit eam non esse talẽ, coram Deo non tenetur de euictione.
- 13 Vendi non potest res, dilata solutione in certum tempus, plus quã nunc valeat, nisi quando vendens erat rem in dictum tempus seruaturus, dubitatur, an illo tempore res sit plurius vel minoris valitura. & nu. 14.

CONSILIVM XV.

PRIMUM dubium est. Quidam, qui lãgo tempore exercuit nonnulla mercimonia diuersi generis, cum tamen omnia mercimoniorum genera vix sine peccato exerceri possent, & propterea ipse potuit acquisuisse aliqua illicitè, nescit tamen quantitatẽ. Pro illorum emendatione quid agendum est, vt sua conscientia consulatur?

Secundum. Est solitũ in quodam loco, quando mutuuntur frumenta, quod mutuo recipientes, quando illa restituant, reddant meliora, si licet recipere dictam meliorationem?

Tertium. Fuit contracta societas super mercimoniis cũ pacto inter socios de stando lucro, & damno, vel quod illi qui recipiebant pecunias, soluerent certũ interesse cõuetũ illi, qui pecunias dabat, & dicti socij soluerũt illi interesse licet non tantum, quantum conuenerant, asserentes se velle etiã pro maiori eorum commodo magis de interesse soluere, quam reddere computa, & rationes dictæ societatis. Dubitatur, si licuit recipere dictum interesse.

Quartum. Fraus gabellæ aliquando facta est pro bonis fraudantis, & etiam, ab aliis sub nomine illius, absque eo tamen, quod ipse participaret de aliquo lucro: propter dictam fraudem, si tenetur ad restitutionem aliquã, & cui?

Quintum. Censuum iniri & constitui solebant ante constitutionem Pij V. partim cum pretio, partim verò mediantibus bonis stabilibus æstimatis ab ipsis partibus: si liciti sunt?

Sextum. Ante dictam constitutionem Pij V. census fiebant cum multis pactis, & inter alia, quod in casu morositate non soluẽtis dictum annuum censum, possit ille cõpelli ad restitutionem sortis principalis. An vigore dicti pacti compelli potuerunt censuarij ad restitutionem dictæ sortis principalis, propter quod nata sunt lites, & dãnata: an eorum ratio habenda sit, & quã?

Septimum. Domus emptæ fuit cum onere certi census; sed dubitauit emptor dictæ domus, quod huiusmodi census esset indebitus, & vsurpatus super dicta domo, & propterea illum recusauit soluere, nisi ostenderetur quod dicta domus esset dicto censui obligata. Si licet?

Octauum. Item si ante constitutionem Pij V. fuit licita exactio census ad 10. pro 100. & etiam post dictam constitutionem?

Nonum. Initis societatis super officiis, illisq; extinctis, si licuit recipere eisdem fructus, aut aliquid vile, facta omni diligentia de recuperanda sorte principali, quam debitor morosus non soluit; & aliquando non est facta tanta diligentia, quanta potuit: si debetur dicti fructus post dictam, & quanti?

Decimum. Quandoque dictæ societates renouantur, in quibus connumerantur fructus, & interesse decursi illa dicta. An sit licitum?

Vndecimum. Fiunt societates super officiis: super quibus dantur pecuniam cum participatione fructuum dictorum officiorum, ad rationem 11. & 12. pro 100. super periculo vitæ ipsius dantis, vel alterius nominati, & dictæ societates sũt ad certum tempus duraturæ: & vt plurimum conueniunt officiales, qui habent eorum officia quasi locatitia pro similibus societatibus faciendis, & pro diuersis etiam innumeris aliis societatibus obligata longè ultra quam valeat dicta officia, & longè plus quam fructus reddant, vt recognoscant bonam fidem: & currunt dictæ societates periculo vitæ eius, qui dat pecunias. An liceat, stante etiam licentia, & tolerantia Papæ?

Duodecimum. Est vendita vinea ad instantiam vnus creditoris per viam Curie, & cum onere certæ responsionis: emptor dictæ vineæ querebat vendere alteri, & cedere iuri, & iste alter sciebat de dicto onere responsionis: quã tamen venditio: seu cõsilio effectu caruit, & ideo ad instantiam eiusdẽ creditoris fuit de nouo dicta res subhastata, & vendita cum asseritione, quod res vendebatur libera pro quanto intelligebatur, & quod emptor de eo se informaret: vnde ille, qui volebat primo emere ab illo primo emptore, emit vigore istius venditionis secunde, & subhastationis factæ ab illo creditore, seu iudice ad illi in instantiam vendentis, & super vinea fuit detectum postea onus; propter quod ille, qui vendidit: cogitur cauere de euictione ex eo, quod in secunda venditione expressit dictam vineam esse liberam, vbi tamen prius dixit esse grauatam. Queritur, an in foro cõscientiæ dictus emptor teneatur, ex quo de dicta responsione habuit notitiam ante dictam secundam venditionem factam.

Decimum tertium. An sit licitum vendere rem maiori pretio ad tempus, quam quod tunc in pecunia numerata vendi possit, propter dilatam dilationem temporis: & si non licet, an debeat haberi aliqua ratio dicti pretij propter dilatam dilationem?

Decimum quartum: & si venditur frumentum, aut vinũ pro pretio, quo communiter tali tempore valebit, & pecuniam exiget, an liceat?

1 Ad primam quæstionem respondeo, quod is, qui varia mercimonia exercuit, debet secũ reputare vsque ad quãtam quãtitatem verisimilem proximis nocuit, & si potest meminisse quantum aliquibus certis personis nocuerit; restituat eisdem. a & si non potest ad memoriam reuocare quantum aliquibus certis personis nocuerit, vel memi-

a Arg. ca. ea te. de iure iur.



netit,quod multis aliis nocuit, sed non recordatur, debet bona fide reputare quatum plus, vel minus potuit nocuisse eo modo, vt restituere teneatur, & restituere illud pauperibus, vel impedere in alia opera pia, iuxta tex. & gloss. <sup>a</sup>

**2 AD SECUNDAM** M, quod si expressè, vel tacite conveniatur, vel consuetudo habeat, quod mutuatarius reddat melius frumentum, quam accepit, peccat mutuas, & tenetur restituere illud plus, quod accepit, <sup>b</sup> sed si non fiat conventio, nec consuetudo obligat ad reddendum melius, sed contingit, quod cum teneatur reddere idem in specie, reddit melius frumentum, eo quod est sanius, vel novius ad conservandum aptius, non peccat accipiendo, nec tenetur restituere, etiam si minus principaliter motus fuerit ad mutuandum frumentum, quod recipere melius: ea tamen mente, quod contentus foret restitutione frumenti aequè boni, nec peteret amplius, neque conquereretur: quoniam spes illa minus principalis non facit mutuum vsurarium, iuxta glo. receptam. <sup>c</sup>

**3 AD TERTIAM** M respondeo, quod, si supradicta societas erat vera, ita quod capitale non manebat saluū conferenti pecuniam, immo si perderetur, periret illi, & non aliis sociis, satis licita esset, si autem capitale, seu fors principalis debebat salua reddi conferenti, non esset licita, per ea quæ nos post alios scribimus in Man. <sup>d</sup>

**4 AD QVARTAM** M respondeo primo, quod eius decisio pendet à decisione illius grauiusimæ quæstionis, An gabella possit salua conscientia fraudari ab eo, qui se subicit pœnæ impositæ fraudanti, si damnatus fuerit in foro exteriori. Secundo, quod ad eius decisionem præmissimus, & considerauimus aliora, & plura, quæ qui ante nos eam tractarunt, in dicto Man. <sup>e</sup> ex quibus diligens lector poterit colligere vtriusque decisionem, quamuis ea non sine causa ibi est obmbrilata.

**5 AD QVINTAM** M respondeo, quod census impositi ante extrauagantem Pij V. non desinunt esse liciti, propterea quod pars pretij fuisse soluta in pecunia numerata, & pars in aliis iustè estimatis, si alia necessaria fuerunt seruata: quoniam ante illam pretium census poterat solui in aliis bonis, quam pecunia numerata, immo & remittendo debitum à venditore soluendum emptori, cū finis extrauag. prædictæ habeat non esse illi locum in censibus ante illam constitutis, vt per eius tenorem patet.

**6 AD SEXTAM** M respondeo, quod ante prædictam Pij V. constitutionem iustè poterat apponi pœna restitutionis fortis in casu contractæ moræ soluendi censum: & ita peti potuit & potest restitutio prædictæ fortis post contractam moram, immo & impensæ & damna ob illam litè consequuta deberentur à tali moroso, eo modo quo in aliis litibus debentur ab iniusto litigante, per notata in c. finem litibus. <sup>f</sup>

**7 AD SEPTIMAM** M respondeo primo, quod, si ille, cui debetur census in instrumento emptionis dicitur, est in possessione accipiendi censum, non licet negare illius solutionem: quia esset priuare ipsum auctoritate propria, quod non licet. <sup>g</sup> Secundo, quod, si non esset in possessione percipiendi illum, nec spoliatus ab ea, nec fuit mens venditoris obligare eumentem ad plusquam ipse debebat, pœnderanda essent verba instrumenti, an per ea satis probaretur census ille esse impositus contra eumentem, & si satis probaretur, non liceret negare, & si non probaretur satis, posset negare solutionem: quia possessor in dubio non tenetur id quod possidet indiscussum dimittere. <sup>h</sup>

**8 AD OCTAVAM** M respondeo, quod Pius V. non statuit quantitatem pretij dandi pro censu, & ita non est definitum quod sit iustum pretium census redimibilis, licet pro censu irredimibilis videatur dari debere ad rationē 20. pro vno, <sup>i</sup> & ita secundum varias terras varium est pretium census redimibilis, vt nos latius diximus in commentario prædictæ extrauagantis.

**9 AD NONAM** M respondeo, quod non videtur licere socio conferenti pecuniam, capere aliquid vltra fortem post disiectam, sine post recessum à societate, pro tempore post illum recessum currenre: quia iam cessat societas, & periculum perdendi fortè, ratione quorum poterat accipere aliquid vltra fortè: & causa cessante cessat effectus. <sup>k</sup> Nec obstat, quod socius sit in mora soluendi. Tum quia mora

non reddendi mutuum non inducit ius petendi aliquid vltra fortem. <sup>a</sup> Tum quia per aliam actionem, vel officium iudicis poterit recuperare damna, vel impensas. Tenetur tamen vltra fortem reddere damnum, quod dedit, eo modo, quo singulariter ait S. Thomas receptus, <sup>b</sup> quem in alio consilio referimus.

**10 AD DECIMAM** M respondeo primo, quod non satis intelligo quæstionem. Secundo, quod si mens querentis est, an liceat post disiectam renouare societatem, & quod quantitas ad quam ascendunt fructus quæsti ex priori societate, ponatur in societate: Respondeo, quod non video cur non liceat, cum liceret ei pecuniâ ex priori societate extractam cum reliqua lucrifacere ponere in societate penes alium. <sup>c</sup>

**11 AD VNDECIMAM** M respondeo, quod contra ius naturale videtur, vt contrahatur societas super lucro officij, quod sperat officialis, vltra valorem, quem valet ipsi officiali officium suum, super cuius fructibus contrahitur societas, per ea quæ post D. Thomam & alios, nos quoque tenuimus in c. si fœneraueris. <sup>d</sup> dū ea ratione probamus iure naturali prohiberi vsuram; eo quod ex re quæ non parit quaritur partus: & toleratia Papæ, qui solum permittit, & non approbat actum, non facit eum licitum, iuxta glossam celebrem, <sup>e</sup> & licet periculum mortis possit iustificare contractum donationis, vel alium de se licitum, factum cum conditione, vt dans pecuniam perdat illam, si moriatur intra illud, aut illud tempus; nō tamen potest iustificare contractum de se illicitum, qualis est societas super re infructuosa. <sup>f</sup>

**12 AD DVODECIMAM** M respondeo, quod in ei<sup>9</sup> propositionis linea penultima videtur positum verbum, *emptor*, pro verbo, *venditor*. Secundo, quod in casu proposito venditor non tenetur in foro conscientie ipsi emptori pro responsione, quia emptor sciebat illam deberi à vendente vineam. <sup>g</sup>

**13 AD DECIMAM TERTIAM** M respondeo, quod qui vendit rem carius iusto pretio propter dilationem datam ad soluendum; admittit peccatum vsuræ, nisi dubium esset, an res vendita pluris valitura sit tempore solutionis, & venditor seruaturus esset illam vsque ad illud tempus, iuxta c. in ciuitate. <sup>h</sup> vt nos declaramus in dicto Manual. <sup>i</sup>

**14 AD DECIMAM QVARTAM** M respondeo, quod licet vendere rem pluris, quam valeat tempore venditionis, dilata solutione, concurrentibus duobus: alterū, quod ipse venditor volebat seruare rem vendendam vsque ad tempus solutionis faciendæ: alterum, quod esset dubium, an tempore solutionis valeret illa res plus, vel minus, quam pretium constitutum. casus est in d. ca. fi. k & resolutio communis in d. c. in ciuitate. Salua, &c.

**S V M M A R I V M.**

**1** Census, empti pretium debet solui in pecunia numerata.

**2** Census impositio, cum pacto vt etiam re censuarie perempta solui debeat: vel ne illa alienari possit, vel ea alienata censuaris non soluente emptore censum soluere teneatur, & non soluendo puniatur, vsuraria iudicanda, & ad formam bullæ Pij V. reducenda. num. 2.

**C O N S I L I V M X V I.**

**D** G A S P A R debebat Augustino quamdam pecuniam summam, & anno 1568. mense Maij conueniunt inter se, vt Gaspar venderet ei censum redimibilem super sua domo, ad rationem octo pro centum, cum pactis, & conditionibus, vt Gaspar teneatur illum soluere, etiam quomodocumque pereat domus ipsa, & quod non possit illam vendere in præiudicium Augustini; & quod in casu venditionis, si emptor non soluerit censum, remaneat Gaspar obligatus ad illum soluendum: & quod non soluens tempore statuto, incurrat talem pœnam. Quaritur an huiusmodi contractus sit validus.

Respondetur primo, agere me gratias DD. consulentibus, quod meo dignantur stare iudicio, quod vt è vultu Dei prodeat, oro ipsum omnipotentissimum & maximum. Secundo, quod fæl. recor. Pius V. edidit extrauag. cuius initium est, *Cum omis*, circiter duobus mensibus antequam fieret is, de quo quaritur, contractus censiticus: per quam

a Ca. consil. luit. de vsur. vi.

b Ia 2.2. qu. 62. art. 4.

c Arg. illud. ff. ad l. Aquil.

d Ia 9.3.

e Cap. denique. 4. dist.

f Arg. c. cum Paulus. 1. q. 1.

g Perle. 2. §. venditor. sub fin. ff. de actio. empt.

h In dicto cap. fin. de vsur. 1. Cap. 17. nu. 206. & 210.

k De vsur.

a Ca. cum in. de vsur.

b Arg. c. 1. §. 2. 14. q. 3.

c In cap. consiluit. de vsur.

d Ca. 17. nu. 251.

e Ca. 17. §. 2. 202.

f De dolo & contum. §. in toto tit. de calumni. §. C. de pœna temere litig. g Toto tit. de restit. spoliatis. in l. §. de ded. riss. ff. de iudi.

h Le. illud. ff. de pœsione hered.

i Argu. gloss. communiter recepta in au. th. perpetua. C. de sacrosanct. eccl.

k Ca. cū cef. sane. de appell.

determinauit omnem contractum censiticum aliter, vel in alia forma factum, præsumendum esse fœneratiuū. Et quod is contractus non fuit factus secundum illius formam. Primo quidè, quia pretium census per eum impositi, & venditi D. Gaspari prædicto à D. Augustino non fuit solum in pecunia numerata: quia pro eius pretio fuerunt accepta in solum multa, quæ debebat Augustinus ipsi Gaspari, vt in eodè contractu expressè dicitur: & præfata extrau. statuit ne aliter vllus census constitui possit. Secundo, quod per contractum prædictus Augustinus venditor census obligat se ad eum soluendum, quomodocumque etiam casu fortuito res ipsa immobilis, super qua imponitur census, pereat, quod est expressè contra prædictam extrauagantem. Tertio, quod per huc contractum conueniunt partes, ne bona, super quibus imponebatur census, vllatenus vendi vel alienari possent, quod prædicta extrauagans prohibet fieri. Nec prædicti contrahentes videntur excusari posse allegando, quod nō fuit prohibita simpliciter omnis alienatio, sed tantum illa quæ fieret in præiudicium census impositi. Tum quia vix fieri potest, vt illa sine præiudicio aliquo fieri queat, si res satis introspectatur, cum persona, quæ solutura est census, mutetur, & ipse opponere possit aliquas exceptiones peremptorias, vel dilatorias, quas nō opposuisset, nec potuisset opponere impositor & venditor ei<sup>9</sup>. Tū quia videtur emptori census tolli ius preferendi se in emendo illam rem pro eodè pretio, quod extrauagans prædicta illi concedit. Quarto, quod prædictus Augustinus remansit obligatus ad soluendum censum, si is in quem res census supposita alienaretur non solueret illum, quod est contra prædictam extrauag. vel mentem conditoris eius, qui voluit, ne qui impositum censum, si videret bona super quibus poneretur ille, solueret amplius illum. Quinto, quod per hunc contractum remansit præfatus Augustinus obligatus ad soluendum censum, etiam re supposita illi perempta: & extrauag. prædicta statuit, vt re etiam pro parte pereunte pars quoque census periret. Sexto, quod extrauagans prædicta præcipit, ne vllam pœnā ipso iure incurrat venditor census, eo quod non soluat tempore statuto: & per hunc contractum imponitur pœna grauiusima perdendi ipso iure multa, vt ex ipso apparet.

Tertio principaliter respondeo, quod ex prædictis infertur præfatos DD. consulentes rectè facturos, si prædictum contractum in iuridicam formam reformauerint, antequam iudex vllus contra illos processerit, imponendo eis crimen vsuræ. Tum quia etiam iure communi antiquiore prædicta extrauag. malè contraxerunt ponendo secundam, tertiam, & quartam conditiones, vt satis colligitur ex his quæ scribimus in commentario de vsuris, <sup>a</sup> vbi ponimus prædictam extrauag. multis glossis & quæstionibus ornatā. Salua, &c.

**S V M M A R I V M.**

**1** Census redimibilis positus super re immobili, cum pacto, quod si incapax inueniatur, censetur positus ad electionem emptoris super omnibus bonis constituentis, est contrarius extrauag. Pij V. & illius menti, & etiam contra iura prohibentia vsuram palliatam. nu. 2.

**C O N S I L I V M X V I I.**

**A** N qui emit censum redimibilem constitutum super re immobili suis finibus designata, cum pacto, quod si inuenta fuerit incapax talis census, censetur impositus generaliter super omnibus bonis constituentis ad electionem emptoris, sit censendus vsurarius, extante maximè extrauagante Pij V.

Respondeo primo, quod in terris, in quibus est recepta prædicta extrauag. de rigore iuris censendus est prædictus census positus contra illam, aut certè eius mentem, & in fraudem eius, quod idem est, <sup>b</sup> & in foro exteriori videtur iudicandus vsurarius, per ea quæ nos adnotauimus in comment. de vsur. <sup>c</sup>

Secundo, quod punctus & iugulum huius quæstionis propositæ videtur esse, an hæc præsumptio vsuraria prauitatis, quam inducit prædictum pactum assicurationis, tollatur ex eo, quod priusquam illud adiceretur, principaliter fuit constitutus census in re certa limitibus suis designata. Nā pro parte affirmante facit quod non refert, quid de acqui-

pollentibus fiat, <sup>a</sup> & quod adiectio prædicti pacti, quod si res immobilis super qua fuit constitutus census inueniretur incapax ad constituendum illum super ea, censetur impositus super omnibus alijs bonis constituentibus ad electionem emptoris, videtur æquipollere, & non plus operari, quam cautio, vel fideiussio, qua promitteretur habitas & capacitas rei, super qua imponebatur census.

**2** Sed pro contraria parte facit, quod nō sunt illa æquipollentia. Tum quia longe maioris effectus est translatio census de vna re in aliam, præsertim incertam, & eligendam ab emptore, quam sit cautio, vel fideiussio, qua promittitur assicuratio capacitatis rei, super qua census imponitur. Tum quia illa cautio non operatur plusquam, cautio de euictione. Tum quia multò securior sit emptor census per illud; quam per hoc, vt palam est. Tū quia præfatio prædictæ cautionis non est contra mentem extrauag. quæ fuit facere participem periculi perdendi censum emptorem; sicut emptor prædij participat periculi perdendi illud casu aliquo casinatis, belli, vel alius generalis perditionis: immo est secundum mentem eiusdem, quæ voluit, vt tamdiu securus esset census, quamdiu securum esset prædium, & non vltra. Tum quia per adiectionem prædicti pacti securitatis alteratur multum & notabiliter modus constituendi censum: per quam alterationem fit, vt alio modo, quam ordinato per illam extrauagantem contrahatur census: & extrauagans prædicta expressè statuit, quod contractus, per quem constituitur census alio modo, quam per illam ordinato, censetur vsurarius. Tum quia per adiectionem prædicti pacti videtur creari actio quadam personalis contra constituentem censum, ita quod possit ab eo peti census etiam perita re, super qua fuit impositus, cum tamen extrauagans solum intendat, vt contrahatur actio realis contra possidentem rem censuariam, quicumque sit ille, & nō contra vendentem illum, si res illa pereat, vel ipse desinat eam possidere: & nos probamus contra Sorum, & Couarruiam, non posse constitui censum super persona, ita vt actio personalis nascatur contra constituentem illum. Tum denique quod per adiectionem huiusmodi pacti aperiretur via facilis ad exercendas vsuras: quoniam ferè tam facile inueniet quis emptorem census cum huiusmodi pactione, ac inueniet mutuantem sub vsuris, si id facere liceret, & quasi tam securè posset quis emere censum cū hac pactione, ac mutuando pro vsura sine illo pacto. Per quæ omnia proculdubio puto huiusmodi contractum esse contra prædictam extrauagantem & mentem eius, immo etiam contra ipsa iura communia, non solum vetantia vsuram formalem, quæ fit mutuo formali, sed etiam virtuales, siue tacitam, quæ illi æquipollet, iuxta ca. in ciuitate. <sup>b</sup>

**S V M M A R I V M.**

**1** Census emptio non vitatur, eo quod nulla habeatur ratio valoris rei super qua imponitur, modo sit immobilis, valens quotannis tantam vel maiorem quantitatem reddituum, quam est census impositus: eius vero pretium non est determinatum iure, sed varium pro diuersitate regionis. nu. 2. potestque conueniri vt detur fideiussor quod census potuit super dicta re imponi, sicut secundum morem regionis à venditore rerum prestari solet cautio de euictione, cui hæc similis est, num. 3. sed non quod census statuto tempore soluatur. num. 5. nec potest conueniri vt soluatur ante finem anni, nisi ibi sit mos quod pensiones ante soluatur. nu. 4.

**C O N S I L I V M X V I I I.**

**Q** V A E R I T V R, an emptioni census annui per petui sexdecim pro 200. possit adici fideiussor de soluendo censu termino statuto, & quod vendens potuit imponere illum prædico censuario: nulla consideratione particulari habita de valore prædij, super quo imponitur census, & quod dimidiū census, soluatur singulo semestri.

**1** Respondeo primo, quod nullo iure cōmuni, nec nouo extrauaganti Pij V. est necessaria inquisitio de valore prædij censuarij; sed satis est, quod illud sit res immobilis, & quod verè reddere possit quotannis tantam vel maiore quantitatē reddituum, quam sit census impositus ei, per ea quæ nos addimus illi extrauaganti. <sup>c</sup>

**2** Secundo, quod nullo iure antiquo, nec nouo illius ex-

a Leg. fin. ff. mand.

b De vsuris, & c. illo vos. de pignorb. & ca. ad no. stram empti.

c In eius commenta. quem facimus in tract. de vsu. super c. 1. 14. q. 3.

a In d. comm. b r. 2. De emptio.

c In le. p. a. conuenia. ff. de contrab. empt. c. in l. 1. de euictio. d L. si fund. ff. de euict. e Leg. 3. ff. de leg. 1. c. significasti. de electio. f L. adem. C. de locat. g Ibidem.

trauagantis definitur iustu pretiu census annui, quod secundum varietatem regionum varium esse, ostendimus, testando, quod in Aragonia centum soluentur pro quinque, & in Nauarra sex, & in Castella pro septem centum, & aliquando amplius, & in aliquot partibus Gallia pro decem, & etia in Germania, vt significant extrauagant. b & in Vrbe vidimus solui pro noue: & ita si mos illius regionis habet, vt octo emanant per centum, iustum reputabitur, pretium.

3 Tertio, quod arbitror iuste posse dari fideiussorem a venditore, quod potuit vendere illum, & quo d est bene impositus. Tum quia de natura venditionis est vt venditor teneatur de euictione, & non videtur voluisse auctorem eius tollere illa, quae sunt emptio naturalia, qualis est euictio, iuxta tex. adiuncta glo. c. Tum quia secundum morem regionis, in qua contrahitur, est danda cautio de euictione. d Tum quia expressio eius, quod tacite inest, nihil nocet, e & in emptio venditor tenetur tacite de euictione, vt praedictum est.

4 Quarto, quod nullo iure antiquo, nec nouo extrauag. praedicta praescribitur tempus, quo census huiusmodi debeat solui: sed videtur quod est soluendum tempore quo pensio: illa vero soluenda est tempore, quo inter partes conuenit, secundum gloss. recept. f & si nihil conuenit, more regionis, secundum eandem gloss. & Bart. g & si nec vllus mos regionis est, in fine anni, secundum eandem gloss. & Bart. Quibus videtur consequens, quod si dimidium pensionis est soluendum in fine semestris, & consequenter dimidium census est soluendum in eo, potest adici pactum de soluendo dimidium census in fine semestris. Sed dubiu est, an partes conuenire possint, vt huiusmodi census soluantur priusquam mos regionis habeat. & puto quod non: quia per praefatam extrauag. vetantur omnia pacta, quibus venditor census grauatur vitra ius comune. At iure communi, si nihil actum est, nec more regionis aliud statuitur, census videtur soluendus in fine anni, vt pensio soluenda est, per praedicta. ergo videtur grauari venditor per pactum de soluendo dimidio in fine semestris.

5 Quinto, quod datio fideiussoris de soluendo censu tempore debito videtur esse aliquid grauamen venditori census, qui nullo iure communi tenetur ad dandum illum fideiussorem: cui videtur consequens, tale pactum non posse adici, quia videtur esse contra praefatam extrauagantem Salua. & c.

SVM MARI V M.

- 1 Census si ematur cum pacto vt soluatur liber ab onere & gabelle, quae de iure ad emptorem spectat, vel vt soluatur secundum formam obligationis Camerae, est contra extrauagantem Pij V. 2 Generale pactum, & mandatum intelligendum de is qua licite fieri possunt, & ita vt excludat delictum.

CONSILIV M XIX.

AN census constitutus super aliquo praedio certo, & finibus recte designato, cum conditione vt soluatur liber ab omni onere, impositione, gabella, & vectigali, sit contra formam extrauagantis Pij V.

1 Respondeo primo, quod si contrahentes intellexerunt de libertate ab onere soluendi impositionem, & gabelas, seu vectigalia, quae iure communi deberet per emptorem adimpleri, est contra formam extrauagantis Pij V. Tum quia per praedicta extrauag. vetantur pacta, per quae venditor census obligatur ad aliquid, ad quod iure communi non tenetur, praeterquam ad solutionem census: & per praedictam conuentionem obligatur venditor ad soluendum impositionem, gabellas, & vectigalia, quae soluere deberet emptor. Tum quia venditio census cum obligatione ad soluendum illum in forma Camerae non valet, vt tradimus nos in comm. de vsuris. h

Secundo, quod si contrahentes intellexerunt de libertate in soluendis oneribus, quae deberet venditor census propter praedium, super quo vendebat illum, vel ob aliquid aliud, non est contra formam, neque mentem extrauagantis praedictae: quia per illud pactum non obligatur ipse ad aliud, quam ad id, ad quod iure tenetur.

2 Tertio, quod in dubio videtur praesumendum eos intellexisse secundo modo: quia i dubio non est praesumendum delictum.

Tum quia mandatum generale ad aliquid faciendum, est intelligendum de eo, quod potest fieri licite, & non est extendendum ad id, quod potest illicite fieri. a

SVM MARI V M.

- 1 Vrsura non est, si do tibi irrevocabiliter scuta ducenta, vt certu quid annuum mihi quoad vixero, des; quia non est mutuum, sine quo non est vsura. 2 Aequalitas dati & recepti requiritur etiam in contractibus innominatis, do vt des vel facias: at in sponsonibus non ita exacte requiritur, num. 3. 4 Annua praestatio vitalitiae, ad hoc vt sit iusta, debet ita computari, vt tot praestationes annuae, quot praesumitur vitam duraturu, computato etiam periculo quod citius forte morietur, equipolleant ei pro dicta praestatione recipitur.

CONSILIV M XX.

EDIT Mariae aetatis 50. annorum, & post longas infirmitates valetudinaria, ducatos 200. sub conditione tamen, quod dicta Mariae, vel fratri suo, qui tunc 60. erat annorum, tot mensuras vini, & tot aliarum rerum annis singulis, & ad eorum vitam tantum donare teneretur, & post obitum praedictorum recipiens dominus absolute, & absque vlllo onere maneret. Queritur, an huiusmodi contractus sit licitus.

Respondeo primo, multum lucis afferre potuisse huiusmodi pactiois tenorem scriptum; quia talibus verbis posset esse conceptus, vt iudicaretur emptio: & talibus, vt iudicaretur donatio sub certo modo & onere facta; & talibus, vt esset contractus societatis; & talibus, quod esset contractus innominatus, do vt des, vel do vt facias, vel sponso dabo haec, quot annis vixeris, si dederis mihi ducenta scuta. Secundo, quod attenda sola serie verborum, quibus quaestio proponitur, videtur esse contractus innominatus do vt des, iuxta l. vltimam, b quamuis etiam posset dici quadamtenus do tibi haec annis quibus vixeris, si dederis mihi ducenta scuta, iuxta tradit. in l. a Titio. c

1 Tertio, quod huiusmodi contractus nullatenus est vsurarius, quia nullum mutuum expressum, neque tacitum continet, sine quo nequit esse vsura; secundum omnes, d & tradimus nos in Manuali. e

2 Quarto, quod si contractus si dicatur esse innominatus, do vt des, potest esse iniustus ea ratione, quod inter 200. scuta data, & inter triticu, vinu, & alia danda non seruaretur aequalitas: quia in omni commutatione, siue sit emptio, siue per mutatio, siue do vt des, siue quaeris alia, seruanda est aequalitas valoris inter datu & receptum, secundum receptam sententiam, quam pulchre ponit Scotus, quem post alios sequimur nos in Manuali. f Quinto, quod is contractus est iustus, & sanctus, si secundum aestimationem virorum prudentium tantum valebant praedicta 200. scuta cum periculo mortis, quam praedicta Maria & frater eius obire poterant, attenda sua aetate, quantum illa qua erant danda, attenda facilitate liberationis, quae poterat ei obuenire quocumque anno, mense, & die post accepta illa scuta. h

3 Sexto, quod facilius iustificari posset, si reduceretur ad genus sponsonu. arg. sponsonu, quae sepe fiunt de dadas 100. pro 10. vel 20. si ille aut ille intra certu tempus non moriatur, vel moriatur, vel si illud aut illud contingat, vel non, iuxta notata per Paulum, Alexandrum & alios. i

4 Septimo, quod cum in argumento quaestiois non proponatur quantum tritici, vini, & ceterarum rerum erat quotannis reddendum, non potest iudicari certo de iniustitia huius contractus, si reduceretur ad contractum, do vt des: quare hoc prudentibus viris remittendum censeo: tametsi credam eum esse iustu, eo quod non erat soluendum tantum pretium, quanti essent valitura omnia, quae redderentur, sed quanti valitura erant annis quibus verisimiliter praedicta Maria, & frater eius victuri praesumerentur, & tanti minus, quanti aestimandus esset euentus mortis, qui accidere potuisset statim, vel paulo post praestationem praedictorum scutorum.

Postea pro clariori notitia expressu fuit, quod valor annuus vini, tritici, & c. excedebat summam 30. scutoru, & si haberetur ratio praesentis temporis, perueniret ad summam 40. Et ab aliquibus aliis datae fuerunt aliae responsiones. Prima. Nec ex hac parte apparet iniustitia, cum in hac

E

F

a L. si procurator. ff. de cond. in deb. c. 1. de iur. iur. lib. 6. cum similib.

b ff. de cond. caus. dat. & le. naturalis. § 1. & leg. eb. ca. ff. de praesep. verb. c. ff. de verb. oblig. c. in l. cum ad praesens. ff. de rebus cred. d In rub. de vsuris, c. in 4. distict. 15. c. Ca. 17. nu. 200. i 4. dist. 15. q. 2. arr. 2. g. Cap. 17. nu. 287. l. i. c. c. ff. de iur. in c. fin. de vsu. a nu. 11. c. tribus seq. h Arg. l. habe ditatu. ff. ad l. Falcid.

i In l. a Titio. ff. de verb. oblig. c. in d. l. cum ad praesens. ff. de rebus cred.

ciuitate huiusmodi contractus innominati passim ob fertilitatem agrorum, & pecuniae penuriam exercentur. Quod vero facit difficultatem, & videtur nescio quid iniustitiae insinuare, illud est, quod huiusmodi reddenda sunt non tantum in vita Mariae, sed etiam fratris, ita vt haec soluendi obligatio duret vtriusque vita durante. Quare sicut exactio ista 30. vel 40. scutorum annuorum pro 200. datis non iudicatur iniusta ob consuetudinem, & qualitatem regionis, ita & excusari posset ab iniustitia haec ad duas vitas solutio propter ingrauescentem vtriusque etatem, & ex omni parte iustus hic contractus censeretur.

Alia responsio. Contractus hic speciem habet census vitalitiae, qui ex natura sua iustus est, & potest reddi iniustus ob inaequalitatem annuorum redituum, maximè cum in contractu ad duas vitas diminui debeant. Verum hoc constare poterit ex pecuniae penuria, ex fertilitate agrorum, ex consuetudine vniuersali patriae, ex qualitate & sanitate, & aetate eorum, pro quorum vita census instituitur. Quantum vero iudicare possum, inaequalitas & excessus in annuis redditibus esse videtur.

Alia. Talis contractus nullo iure censendus est illicitus, vt colligitur ex praedictis. Tota difficultas consistit in hoc, an in ijs, quae pro 200. scutis soluuntur vi no, tritico, & c. seruatur iustitia, & aequalitas. Haec enim tantu videntur consideranda, cum ex his contractus huiusmodi innominatus, & pro duabus vitis reputetur iniustus. Excusant hanc, quae forsitan iudicaretur iniustitia, vt pro 200. soluereatur annua 30. & postea 40. ex penuria pecuniae, & fertilitate agrorum & consuetudine vniuersali in illa ciuitate, & ob ingrauescentem vtriusque, scilicet M. & fratris aetatem, quae si ita sint, nos etiam excusamus. Prima enim facie videtur maxima iniustitia, vt pro 200. soluatur quotannis modo 40. & praecipue in duabus vitis. At si tanta esset penuria pecuniae, tanta fertilitas agrorum, vniuersalis etiam consuetudo, vt nullum propter hoc scandalum oriat, quae omnia iudicio boni viri sunt relinquenda, certe dubitari non posset de iustitia talis contractus.

Alia. De praedicto contractu, quod non sit vsurarius, vt dicunt praedicti DD. patet ex definitione vsurae, quae est, cum quid accipitur vitra fortem. a Sed sic est, quod in hoc casu numquam repetitur fors, nec est spes vt repetatur, ergo non est vsurarius. An autem contineat iniustitiam, hoc non potest certa lege determinari, sed vt post alios copiose in hac materia scribit Couarruias b hoc totum pendet ex arbitrio boni viri, qui secundum qualitatem loci, & personarum, ad quarum vitam annuatim fit dicta annua solutio, rem iudicabit, & descendendo ad particulare, Oldrad. c approbauit similem contractum, in quo solvebatur ad rationem vitra 16. pro 100. adiecto pacto, vt si is, super cuius vita solvebatur annua praestatio, moreretur intra bienniu, dimidium capitalis restitueretur suis haeredibus. Vnde licet haec praestatio sit ad vitam duorum, Oldradi autem contractus esset ad vitam vnius solum Episcopi, attamen haec qualitas duarum personarum videtur compensanda cum pacto de recuperando capitali modo praedicto, maximè cum vterque esset senex. Praeterea, etsi vita hominis non sit certa, attamen Iurisconsultus in simili causa, scilicet legis Falcidiae, d arbitratus est, homini. qui attingit annum 50. posse assignari annos 9. superuiuentiae, ei autem qui excedit annum 50. posse assignari annos 7. sexagenario autem assignari annos 5. licet autem ad dicta materia ad aliam materiam illatio non sit necessaria, vt notat idem Couarruias vbi supra, attamen non tollitur quin sit probabilis, & talis, quae iudicantis animum possit mouere, & informare. Cum autem praedictus D. frater, cuius vita magis consideratur, quam M. quae credebatur iam pedem in fouea habere, iam excederet annum 50. & forte 55. non video quae sit iniustitia, si quis pro 200. scutis emat annuam pensionem ducatorum 32. ad septenniu, vel nouenniu. Vtilius enim emisset ad rationem 10. vel etiam 8. pro centenario in perpetuum, quam emere ad rationem 16. pro 100. pro annis solum 7. vel 10. Immo credo, quod quilibet emptor potius daret scuta 16. pro 100. in vita sua, quam 10. in perpetuum. Ex quibus, & alijs similibus computationibus, credo quod possit dimitti dicta Maria in sua bona conscientia. Salua, & c.

a 14. q. 3. e. 1. cum seq.

b 3. p. resol. 9. nu. 7.

c Conf. 207. quod incipit. Vniuersis.

d In l. haereditatum. ff. ad l. Falcid.

h q. 21. super praedicta extrauag. nu. 110.

i Ca. de regul. iur. c. le. merito. ff. pro socio.

SVM MARI V M.

- 1 Prohibitus non est censendus contractus, nisi lege prohibeatur. 1 Census annuus ante extrauagantem Pij V. poterat emi & constitui super omnibus bonis immobilibus, mobilibus, iuribus, & actionibus praesentibus, & futuris alicuius maiorique subiacet periculo, & difficultatis est exactio, quam si imponeretur super vna sola re immobili. nu. 2. & 3. & quia Nicolaus V. pro regno Sicilia hos contractus approbauit, modo adesset obligatio de retrouendo, nu. 4. ac etiam consuetudo approbauit, nu. 5. nec est verum quod hic census non habeat fundamentum, seu rem super qua subsistat, nu. 6. & 9. licetque extrauagantes Martini, & Calixti approbent census constitutos super rebus immobilibus nu. 7. non tamen reprobant aliter constitutos. nu. 10. secus est post extrauagantem Pij V. num. 6. qui non quidem declarando, sed de nouo constituendo decreuit vt solum super certis immobilibus rebus constitueretur. nu. 8.

- 1 Census annuus olim secudum aliquos etiam super persona constitui poterat, quod tamen auctori non placet. 3 Census si super pluribus rebus constituitur, hoc habet incommodi, quod si res ipsa ad plures perueniant haeredes vel successores, a pluribus erit exigendus per partes. 6 Accidens non potest esse sine subiecto & fundamento aliquo. c. n. 9. 7 Census creatus ante bullam Pij V. si reformetur post illam, illius dispositioni videtur subiacere, & hoc, quando a primo recedatur, secus; si eidem inherens emptor aliquid onus remittat, vel aliquam gratiam faciat venditori. nu. 11.

CONSILIV M XXI.

QID AM de anno LXVII. emit censum constitutum super omnibus bonis immobilibus, & mobilibus, iuribus, & actionibus praesentibus & futuris ad rationem octo pro centu, & postea anno sequenti reduxit illum ad rationem septem pro centu, ratificando illu in reliquis.

Queritur, an valuerit constitutio census, & eius emptio prima, & an valeat ratificatio.

1 AD QVAESTIONEM respondeo affirmatiue. Primo quidem, quod nullo iure videtur prohiberi constitutio census, & emptio eius praedicta: & non est dicendum esse prohibitum aliquid sine lege prohibente. a

Secundo quod Henricus in tractatu de contractibus b quem sequitur Dominicus Sotus c tenent quod census non solum potest constitui super quibuscumque bonis, sed etiam super persona ipsa ipsiusmet venditoris, quamuis efficaciter id consuetauerimus, quo ad ampliationem. 2 Tertio, quod emptio census eo magis iustificatur, quo maiori periculo pretium illius subiicitur. d & quod pretium census constituiti super iuribus & actionibus maiori periculo videtur subijci, quam pretium census constituti super aliqua re immobili, quae firmior, & maioris durationis est, qua sint actiones & iura personalia, quae in dies & horas pereunt, & extinguuntur, vt palu est: ergo constitutio huius census non debet iniusta iudicari, eo quod super rebus ra mobilibus & iuribus, qua immobilibus sit constitutus.

3 Quarto, quod si potest constitui super vna re immobili tantum, a fortiori videtur posse constitui super multis, & a fortiori super immobilibus & mobilibus, & alijs iuribus: quia emptio census eo iustior esse videtur, quo ceteris paribus ille minus tutus est, & minoris aestimationis, quia minorem speciem vsurae habet. At census constitutus super pluribus rebus, eo minus tutus & minoris aestimationis est, quo super pluribus rebus constituitur: quia succedentibus multis in eis per contractus inter viuos vel vltimas voluntates, diuidetur census inter eos, & ita longe difficilius poterit recipi, & exigi a multis, quam exigere ad vno, qui succederet in vno praedio, in quo solo ille fuisset constitutus. arg. eoru que de incommoditate damnoque determinantur de solutione partis, & diuisione actionu inter multos haeredes, & multiplicatioe debitoru. e

4 Quinto, quod Nicolaus Quintus ad petitionem Regis Aragonie & vtriusque Siciliae Alphonsi declarauit licitos esse contractus, per quos aliqui constituunt, & vendunt census annuales super domibus, possessionibus & proprietatibus specialiter, vel etiam generaliter super omnibus bonis, redditibus, emolumentis, iuribus & rebus eoru, mediate tamen instrumentum publico gratia redimendi onera eoru, & in casu proposito eodem modo fuit constitutus census.

a Cap. consulti 2. q. 4. §. 1. in auct. de qualitate dot. coll. 2. b Qu. 74. c. 75. c In tractatu de iustitia & iure li. 6. q. 5. art. 1. d Argu. eoru que notatur in cap. fin. de vsur.

e In l. cum i. §. causa. ff. de tran. act. c. in l. tutor. c. l. Lucius. ff. de vsuris. c. le. plane. ff. familiae erec. scunda. cu ijs qua glossa. eius in vers. minima. citat.



a Ca. quo in re. 8. dist. 6. c. fin. de consuetudine. le. de quibus. ff. de legibus.

b Arg. c. sum quidam. 25. q. 1.

c In ca. si fuerit naveris. 14. q. 3. nu. 81. c. segg. d. Cap. 17. nu. 234.

e §. sequitur. ff. de actio. empt.

f Ca. cu Paulus. 1. q. 1. cap. veniens. de presbyt. non bap. g. Postea sub tit. de emptio. c. vendi. inter communes.

h De consuet.

5 Sexto, quod consuetudo, quae non est contra legem naturalem, neque diuinam, si est praescripta tempore legitimo, seruanda est, a at consuetudo constituendi census super omnibus bonis generaliter, nullis expressis, est longa & praescripta, quia quae plurimi census inueniuntur constituti & empti a maximo tempore; non solum in regnis Aragoniae & Siciliae, de quibus loquitur Nicolaus Quintus in dicta sua bulla, sed etiam in multis alijs regnis Hispaniae, & Galliae, immo & Romae ante praefatam extrauagantem Pij Quinti, & praefata consuetudo non est contra ius naturale, neque diuinum, quod colligitur necessario ex praefata bulla Nicolai Quinti, qua declarauit eam esse licitam in regnis Aragoniae, Valentiae, Cathalonie, & vtriusque Siciliae citra & ultra Pharus, qui eam nullatenus fecisset, nec facere potuisset, si fuisset contra ius naturale vel diuinum.

6 At pro parte negante facit primo, quod in casu proposito census non fuit constitutus super aliqua certa re immobili, vel quae pro immobili habetur, vt ex instrumento apparet. At prima conditio requisita ad hoc, vt census redimibilis, qualis est iste, constituatur, est vt constituatur super certa re immobili, vt traditur in summa Conciliorum, quam & eius auctorem citauimus in nostro comment. de vsu. c. Secundo, quod sel. record. Pius V. declarauit hanc conditionem esse necessariam in sua extrauagante cuius tenorem nos posuimus in Manuali. d. Tertio, quod id videtur probare ratio illa, quam nos ibi pro hac parte formauimus, nempe quod accidens non potest esse sine substantia, iuxta l. si feruum. c. quatenus probat non entis non esse qualitatem. & facit, quod vbi fundamentum deest, ibi nihil aedificari potest, f & ita cu census sit quoddam accidens, non potest esse sine aliquo subiecto.

7 Quarto, quod extrauagantes illae duae Martini & Calixti non approbant omnes census redimibiles constitutos & emptos, sed tantum illos, qui sunt constituti super rebus immobilibus in contractibus expressis, vt habet extrauagans Martini Quinti in casu autem proposito nulla bona fuerunt expressa. Quinto, quod licet prima constitutio praefati census facta fuerit ante praefatam extrauagantem Pij Quinti editam anno 67. secunda tamen fuit facta post eam editam, anno scilicet 71. & ita licet valuerit prima, & consequenter debitus fuerit census trium vel quatuor annorum, non tamen debetur aliorum consecutorum. Non obstantibus tamen his, pars affirmans contraria videtur tenenda.

8 Non obstant in contrarium adducta. Ad primum enim responderetur concedendo censum praefatum non esse constitutum super re certa, negando tamen quod id requirebatur ante praefatam Pij Quinti extrauag. per praedicta.

Ad secundum responderetur, negando quod praefata extrauagans sit quo ad hoc declaratoria iuris antiqui, quia immo est inductoria noui, & consequenter non respicit praeterita, sed tantum futura, iuxta cap. 2. & vltimum cum late illic annotatis, praesertim per Felinum. h

9 Ad tertium responderetur, concedendo non posse manere accidens sine subiecto, nec aedificium sine fundamento, & non entis non esse qualitatem: concedendo item quod census est quasi quoddam accidens, & quod requirit subiectum, & fundamentum: negando tamen, quod census, de quo in casu proposito, non habeat subiectum, & fundamentum: habet enim omnia bona, immobilia, & mobilia constitutum, & venditum illum, sicut & sub hypothese est quoddam accidens. Attamen fundari potest, & in dies & horas fundatur in omnibus bonis se obligantium in forma Camerae tam habitis, quam habendis.

10 Ad quartum responderetur, concedendo quidem, quod praefata extrauagans non approbat emptionem omnium censuum quomodolibet constitutorum: negando tamen, vt pernegant Henricus & Sorus supra citati, quod reprobant omnes alios, qui alijs modis constituuntur, vt palam est: & ita non obstantibus illis valebit constitutio, & emptio census alio modo quam ibi expresso, modo non sit contrarius iuri naturali, diuino, vel alij humano iusto: quali modo census, de quo loquimur, est constitutus, vt patuit per praedicta.

11 Ad quintum responderetur, concedendo quidem, quod constitutio prima anni 67. non cepit vllum valorem ex se-

cunda: negando tamen, quod ceperit vlla laesionem, praeterquam diminutionem census soluendi per primam eius constitutionem. Tu quia actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, a & intentio partium, vt constat ex instrumento, non fuit laedere constitutionem census antea factam, sed solum diminueri illum amice, & gratuito. Tu quia expressis ratam habuerunt primam constitutionem cum omnibus contentis in ea. Tum quia emptio praedij, praesertim solemniter facta per instrumentum publicum per mille scuta, nullatenus rescinditur, eo quod per aliud instrumentum partes conueniant, vt remittantur centum, & emptor non cogatur soluere nisi nongenta, nam &, quod est fortius, pars stipulationis tolli potest per acceptationem eius manente stipulatione firma quo ad reliqua. b

SVMMA RI VM.

- 1 Officium iurisdictionis temporalis ab illo, qui licet possit illud gratis conferre, licite tamen vendere non potest, emens, peccat mortaliter, tenet tamen collatio, ita vt donec eo priuetur, possit iuste exercere, nu. 4. nec tenetur relinquere. nu. 5. nec ex eo quaesita restituere. num. 6.
- 2 Officia iurisdictionis secularis cum non sint spiritalia, circa illa non committitur simonia, immo sunt vendibilia, iusteque vendi possunt a non recognoscente superiore, immo & a recognoscente si ad id habeat licentiam a Principe, vel si ad sit consuetudo vt alijs personis honestis iusto vendatur pretio. n. 3.

CONSILIVM XXII.

VIDAM quaesuit, mediante pecunia, vel fauore temporali, officia quaedam pecuniaria iudicandi, ab eis, qui poterant ea ipsi gratis conferre, & exercuit illa multo tempore, & pro eorum exercitio plurima quaesuit.

Quaeritur primo, an peccauerit ea sic quaerendo. Secundo, an peccauerit ea exercendo. Tertio, an teneatur relinquere illa. Quarto, an teneatur restituere illa, quae per illud exercitium acquisiuit.

AD PRIMAM QUESTIONEM respondeo affirmatiue. Tu quia videtur transgressus fuisse legem, quae habetur in auth. vt iudices sine quoquo suffragio fiant. c. Tum quia consensit, & fuit causa, vt peccaret collator eorum, accipiendo pecuniam contra praedicta iura: nam & nos in Manu. confess. d. diximus etiam Reges illa vendendo peccare, nisi certo modo id faciatur: illud enim lucrum esset turpe, vt Panormitanus definiuit e relatus a nobis vbi supra.

AD SECUNDAM respondeo, illam esse profecto difficilem. Pro parte namque affirmate facit primo, quod iniuste quaesitum tenetur quis relinquere, & non eo vti. c. Secundo, quod non potest quis habere iustum titulum possidendi rem sacram, nec aliam, quae extra suum sit commercium, & in casu proponitur officium huiusmodi esse sua natura inuendibile. Tertio, quod Fabianus a Monte h per multa definit, iustitiam & iurisdictionem esse res inuendibiles.

2 Pro parte autem negante facit, quod huiusmodi officia non sunt spiritalia, sed secularia, nec habent iurisdictionem spiritualem, & ita in emptione vel venditione illorum non admittitur simonia: quicquid aliqui dixerint, vt recte concludit Panormitanus. i Secundo, quod non videtur verum id, quod in casu proponitur, munus iudicandi esse sua natura inuendibile: quoniam S. Thomas k determinat contrarium, dicens licere vendere illud cum certa modificatione per eum ibi addita. Tertio, quod etiam praefatus Fabianus ait, consuetudinem dictare, quod sit vendibile.

3 Quarto, quod per totam Franciam solebant, cum in ea degerem, vendi a Rege, & in Hispania passim dantur loco cuiusdam doris iuris peritis doctis, vt ducant in vxores aliquas aulicas, & aulicis propinquas pauperes. Vnde dicimus ea vendi posse, & quidem iuste a non recognoscente superiore, & etiam a recognoscente talem de licentia illius, immo & sine licentia, si consuetudo praescripta haberet vendendi ea honesto pretio personis idoneis, quod affirmat Caietanus m & data efficaci ratione concludit Dominicus Sorus n post Caietanum vitio imprefloris male citatum. o Per quae posteriora pro parte negante adducta videtur concludendum, quod officia praedicta suapte natura non sunt inuendibilia: quia Rex, vel habens regalia, vel alius, cui ipse vendendi facultatem faceret, posset illa iuste vendere: quamuis non posset id facere

a L. in agris. ff. de acquir. do rerum dom. ca. finali de verborum significatio. ne.

b L. pars leg. pluribus. ff. de acceptationibus.

c Collat. 2. c. in auth. de madata primcipu. §. illud collat. 3. le. 2. c. de nullitate. §. 11. d. Ca. 25. nu. 7.

e In c. 1. c. 2. ne palatius ces ius. f Arg. c. si res aliena. 14. q. 6. c. peccatum. de regu. iur. lib. 6. g. L. inter stipulantem. §. sacrum. ff. de verb. obligat. c. §. sacro. inst. de rerum diuis.

h In tractat. de empt. q. 6. i vbi supra. k In opus. 21.

l In d. ca. 25. nu. 7. m In summ. verb. officior. n De iust. c. iur. q. 6. art. 4. col. 4. vers. prima conclusio. o In verbo officiorum.

priuatus

priuatus homo, cuius esset officium etiam iuste a Rege gratis, vel gratia quaesitum, nisi facultate per eum ad id facta: quia non habet potestatem eligendi ministrum illius officij, nec dandi ei titulum: quia illa penes ipsum Regem, Proregem, vel alium ministrum superiorem est. Immo neque vllus minister inferior Rege, vel non habente regalia posset iuste illa vendere, nisi haberet facultatem id faciendi a Rege, vel ab eo, qui haberet regalia.

4 Quae omnia casui proposito applicanda, resoluendum videtur quod D. consulens haec officia habuit mediante pecunia, & non quidem ab homine aliquo priuato, cuius essent illa, tamquam merces empras ab eo, sed a superiore habente potestatem illa sibi conferendi: & ita, quia haec officia sunt secularia, in quorum adeptione non potest committi simonia, collatio eorum facta a superiore potente illa conferre valuit, & non fuit ipso iure nulla: quauis potuisset Rex, vel alius legitimus superior illam annihilare, seu annullare, & tam conferentem, quam acceptantem castigare: sed donec id fieret, consulens poterat exercere illa, quorum tituli ipso iure valuerunt, quoad vsque cassarentur. Quibus est consequens, quod licet consulens peccasset quaerendo illa per pecuniam, non tamen peccauit exercendo ea alijs iuste.

AD TERTIAM respondeo, quod ex solutione quaestionis praecedentis sequitur, quod non tenetur eam relinquere donec eius tituli per superiorem cassentur: sicut & beneficiarius Ecclesiasticus per homicidium, vel aliud delictum incurrens irregularitatem, propter quam suo beneficio priuati potest, sed non est ipso iure priuatus, potest illud retinere, & fructibus eius vti, donec per sententiam superioris priuaretur, per illam singularem doctrinam Innocentij a receptam communiter ab omnibus, & in his a Felino: b & sicut admittentes delicta, ob quae suis possunt priuari bonis, quorum magnus est numerus in orbe Christiano, possunt retinere, & administrare illa, & eis sancte vti, donec per sententiam iudicis priuetur, iuxta glossam solemnem ab omnibus fere receptam. c

AD QUARTAM respondeo, quod ex solutione secundae & tertiae quaestionis colligitur solutio, videlicet, quod D. consulens non tenetur restituere quaesita per exercitium praefatorum officiorum, plusquam teneretur si ea sibi iuste quaesiuisset. An autem illi, quibus iniuste dedit pecunias pro illis quaerendis, teneatur restituere illas determinandum est per ea quae nos scripsimus in Manual. confess. d. quod praedictis est parergon. & c.

Aduertendum Pium V. circa venalitatem horum officiorum in statu Rom. Ecclesiae edidisse quendam constitutionem, de qua in hac materia idem Nauarrus meminit in Manu. Confess. cap. 25. post nu. 7. qui etiam videndus est in tractatu de datis & promissis notab. 32. post nu. 45. ver. 4.

DE LOCATO ET CONDUCTO.

SVMMA RI VM.

- 1 Famulus conuenit a mercede, etiam si sit minor iusta, contentus esse debet, nec supplementum potest sibi clam surripere. nu. 4. nisi sit talis, qui vel non potuit donare, vel iniustitiam ignorauit, vel necessitate compulsus iniquam admiserit conuentionem. nu. 5.
- 2 Contractus omnis vltro citroque obligatorius ad sui iustitiam dati & recepti requirit aequalitatem, nec ad vltius iustitiam sufficit quod partes ita voluerint contrahere, si laesus iniustitiam ignorauit, vel necessitate pressus illam admisit. nu. 3.
- 3 Merces famuli iusta quae sit, ex diuersis circumstantijs pendet, quam in foro conscientiae arbitrabitur etiam bonus & prudens confessorius. nu. 7.

CONSILIVM I.

ROMAE est consuetudo, vt domini pueris suis, quibus vtuntur in omnibus sibi occurrentibus tam domi, quam extra, etiam cum equitant, pro illorum stipendio soluant iulios decem singulis mensibus, eosque cogunt, vt se decentibus induant vestibus, alioquin eos eiciunt: & quia stipendium non sufficit, vt in annos sibi aliquid rependant, nec etiam valeant meliores condiciones reperire, vltra mercedem conueniam, aliquid a dominis subripiunt. Dubitatur an possint absolui, an vero cogendi, vt sint contenti conuenio stipendio, vel sibi alio modo vi-

ctum quarant: quod tamen est difficile, cum omnes domini idem a suis famulis exigant, & pro stipendio vltra decem iulios soluere nolint.

1 Respondeo primo, quaestionem hanc esse quotidianam, & magni ponderis circa plurimarum animarum salutem: & quod de alia huic affini, & ex cuius decisione posset colligi huius decisio, scilicet quod dominus vel herus peccet non soluendo salarium expressis, vel tacite conuentum famulo, tractauit in Manu. confess. a

Secundo, quod huius quaestionis decisio pendet ab ea, an conuentio praedicta sit ita iusta, vt famulus non possit quicquam vltra conuentum clam accipere. Pro cuius parte affirmante facit primo reg. contractus ex conuentione partium legem accipiunt, b cum concordantibus per glossam ibi citatis, quae dicit, vulgo dici, Pactum rumpit legem.

Secundo, quod sicut potest quis donare rem suam alicui, ita potest donare partem eius diuisibilem: & consequenter sicut potest quis gratis inferuire alicui, vel operas suas gratiosas praestare alicui, ita potest seruire partim gratis, & partim pretio, & partem opera praestare gratis, & partem pro pretio, c ergo licebit hero, & famulo conuenire, vt partim gratis, & partim pro pretio ei famuletur.

Tertio, quod consuetudo fere totius orbis Christiani habet, vt quidam inferuiant alijs tum summatibus, tum mediocribus, tum Doctoribus & scholasticis in Academicis, tum aulicis in curijs regijs, & praesertim in curia Romana pro solo victu, immo etiam parte victus, vel pro tempore, seu horis, quae conceduntur eis ad discendum, vel scribendum, immo nonnulli inferuiunt Cardinalibus, immo & Papae, multo plura insumendo in vestibus, mulis, vel equis, quam sit salarium eis assignatum, immo & sine vlllo salario praeter esum & potum in suis caenaculis, dum ad ea veniunt.

2 Pro parte autem negante facit primo, quod nullus contractus, nec nominatus, nec innominatus vltro citroque obligatorius potest esse iustus, nisi aequale pro equali detur, vt post alios diximus in Manu. confess. d. At opera, quas praestat famulus hero, comitando eum, vestiendo, ac calcando se eo modo, qui conuenit comitanti eum, valent pluris, quam scutum menstruum: ergo conuentio, quod famulus praestet operas modo praedicto pro scuto menstruo, est iniusta.

Secundo, quod, qua ratione venditio est iniusta, cum minus iusto pretio venditur, eadem est locatio, cum res minus iusto pretio locatur. f

3 Tertio, quod sicut voluntas vendendi, vel locandi pretio minore iusto non iustificat conuentionem, si quis illam ignorans, vel necessitate adactus faciat, ita & voluntas famuli praestatis operas suas minoris quam valent, non iustificat conuentionem inferuendi ob scutum menstruum hero suo, si opera praestata pluris quam illud valeant, si ignoranter, vel necessitate adactus, eas praestet, arg. a simili, quod valet cap. dudum. 2. g

4 His pro vtraque parte vtrinque pensatis, & reuocatis ad memoriam illis multis, quae super iustitia contractuum qui minore vel maiore pretio iusto fiunt, vtiliter & resolute scripsimus in c. nouit. h Potest dici primo, quod si famulus aetatis legitime, & potens donare res suas, & sciens valorem operarum, quas praestaturus est, & nulla necessitate ad id coactus conuenit, vt sine vlllo salario, vel cum minore iusto praestet illas hero, conuentio erit licita, & seruanda, & non poterit quicquam amplius vltra conuentum clam accipere: quia videtur donare gratis id, quod dat sine vlllo pretio, arg. l. Campanus. i & tradit Salice. k & consequenter valent omnia, iuxta reg. c. peccatum. l & hoc videtur probare arg. pro parte affirmante supra facta.

5 Secundo, quod e contrario, si non est persona potens gratuito donare suas operas, vel ignorat earum iustum pretium, vel nouit illud, sed pressus necessitate aliqua donat illas, vel partem illarum, non est iusta conuentio, sed iniusta, per citata in d. cap. nouit m & consequenter, attento quod in foro exteriori difficile posset assequi honeste, & cum pace, seruata iusta amicitia, integrum debitum, posset clam surripere id quod deesset ad faciendam conuentionem iustam, arg. l. glossa celebris, n & eorum quae latius tradimus in Manu. confess. o

a Cap. 17. nu. 108. c. segg.

b De reg. iur. li. 6.

c Arg. l. qua desosa. ff. de rei venditio. c. arg. le. illud. ff. ad l. Aquil. cum suis concord.

d Ca. 17. nu. 287.

e L. 2. c. de rescind. vend. c. cum dilect. de empt. l. 1. ff. locat. ca. 1. de locat.

g De elect. c. inter cetera. de rescript.

h De iudi. no. ta. 6. a nu. 01.

i ff. de operis. li. 6. le. cuius per errorem. ff. de regulis iuris.

k In auth. ad hac. C. de v. sur. nu. 21.

l De regulis iuris lib. 6. c. si res alien. 14. q. 6. m Notab. 6. a nu. 47.

n Ca. ius gentium 1. dist. o Cap. 17. nu. 14.

6 Tertio, quod in comparando operas prastandas scuto menstruo, an sint paris, an imparis valoris, considerate oportet quantas & quales operas herus requirit à famulo, & an herus obliget se ad concedendum tempus aliquod ad studendum, legendum, scribendum, vel ad agendum alia negotia sua, vel sibi commendata, vel ad docendum ei aliquam artem liberalem, vel mechanicam, vel militarem, vel etiam artem inferiendi vrbane, vel aliquam aliam ei vtilem, an non: an etiam rogatus accipiat illum sine fideiussore, aut cum illo, an item requirat, vt sic vestitus inferuiat, vel comitetur, an sit contentus suo famulatu, & seruitio cum qualicumque veste, vel calceatu prastito, quoniam hæc omnia possunt augere vel minuere iustum salarium, & facere vt debitum sit legale, vel solum antidorale: & requiritur, vt debitum sit legale, siue de iustitia debitum, ad hoc vt iuste possit clam accipi, per tradita in Manuale. <sup>a</sup>

a Cap. 17. nu. 113.

7 Quare, meo iudicio, pauci eorum, qui seruiunt aulicis, vt meliores, doctiores, vrbaniore, & reru aulicarum peritiores, & ad agenda negotia fiant aptiores, merentur de iustitia plusquam vnum scutum: quomuis multi, qui inferuiunt toto dies intra & extra domos curando equos, vel mulos, & comitando heros cum honesto vestitu & calceatu, nihil vel parum sibi proficiendo, plus mereantur, iuxta quantitatem & qualitatem operarum suarum, quod determinandum videtur arbitrio boni viri, & prudentis confessarij, <sup>b</sup> qui perpendere debet, quod vt plurimum quilibet famulus, quamlibet parum inferuiat, mereatur scutum menstruum, & quod antiqua consuetudo habet, ne vlli amplius de iustitia debeatur, quod tamen alij longè melius, & vtilius quam alij deseruiunt, & minus sibi proficiunt. Salua, &c.

b Arg. l. 1. ff. de iure d. lib.

S V M M A R I V M.

- 1 Locatio ouium ad quinquennium, cum pacto vt ea finita totidem equè bona restituantur, exceptis quæ fulgure vel certa quadam infirmitate perierint, est iniusta, & vsuraria cõsenda.
- 2 Conductor regulariter, nisi de culpa lata, & leui, non tenetur.

C O N S I L I V M I I.

Q V I D A M locauit centum oues alteri ad quinque annos pro pensione 100. iuliorum, & 50. caseorum in singulos annos, ea lege, vt finitis quinque annis, redderet conductor totidem equè bonas, exceptis quæ perirent fulgure, vel vna quadam infirmitate. Queritur an is contractus sit vsurarius.

1 Respondeo primò, præfatum contractum non esse verè vsurarium, quia vera vlura in solo contractu mutui requiritur, & is contractus non est contractus mutui, sed locationis, & conductionis, vt palam est.

Secundo, quod non videtur licitus, & potest præsumi vsurarius. Tum propter pactu reddendi equè bonas oues post quinquennium, per quod in effectu redditus fors principalis post quinque annos, & vltra illam quingenti solidi, & quinquaginta casei.

2 Tum quia conductor, qui iure communi non tenetur, nisi de culpa lata, & leui; obligatur in hoc casu, vt teneatur de omni culpa leuissima, & de omni casu fortuito, excepto icu fulminis, quo rarissimè peribit vlla, & casu vnius agritudinis etiam fatis rarè contingentis. &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Emphyteuta canonem non soluens feudum amittit, nisi vbi aliter sit conuentum.
- 2 Lex perpetua etiam post mortem legislatoris durat monitio, seu præceptum principis morte finitur.
- 3 Lex tollens pacta à caducitate excusantia intelligitur de pactis illam tollentibus simpliciter, & non quando loco caducitatis alia pena ponitur.
- 4 Compositio, seu noua conuentio remittit deuoluta, & non deuoluenda.

C O N S I L I V M I I I.

D E C L A R A T V M fuit, quod ad quemdam D. Philippum tamquam Ecclesie feudatarium pertinerent quedam paludes desiccate, & desiccande cum certa pensione, & immunitate, & conuenit cum Camera Apostolica, vt caderet in pœnam dupli, si pensionem non solueret. Superuenit noua Alexandri VI. constitutio auferens pacta caducitatem tollentia. Dicitur autem feudatarius ces-

sauit à solutione, sed postea de nouo cum Sede Apostolica conuenit super dictis paludibus, & cum clausulis derogatorijs obstantias auferentibus. Dubitatur modo, an teneatur d. D. Philippus adhuc pœnam caducitatis subire, & sit compellendus prædictas paludes Ecclesie restituere, quia adhuc post vltimam conuentionem nõ soluit.

1 Respondeo inclinate me ad credendum, quod ad præfatum dominum Philippum pertinent prædictæ paludes desiccate, & desiccande cum immunitate exportandi fructus earum extra statum Ecclesie, & cum onere soluendi temporibus debitis omnia, quæ pro illarum concessione, & immunitate exportationis fructuum promittit, iuxta tenorem literarum postremarum S. D. N. Gregorij XIII. Tum quia inter Camera Reuerendissimam & præcessores prædicti Philippi conuentum fuit olim, quod paludes prædictæ non deuoluerentur ad sanctam Sedem Apostolicam ob non solum canonem, siue pensionem, sed tantum pœna publicate tur.

2 Tum quia Alexandri VI. bulla, qua monuit omnes emphyteutas, & censuarios, vt soluerent intra certum tempus, alioqui incurrerent pœnas, & quod non prodesse eis priuilegia, indulta, & pacta de non incurrendo pœnas caducitatis ob non solutionem canonis, potest dici monitio, vel præceptum, quod morte mandantis finitur, & non lex perpetua, quæ etiam post mortem durat.

3 Tum quia etiam dicere quispiam possit, quod prædicta bulla Alexandri tollebat quidem pacta illa quæ simpliciter excusarent à caducitate, non tamen illa, quæ loco pœnæ caducitatis adderent pœnam duplicati canonis, vel tributi, qualia sunt pacta, quæ præcessores prædicti D. Philippi cum Reuerendissima Camera iurauerunt.

4 Tum quia præfatus dominus Philippus nouissimè conuenit de mandato S. D. N. Gregorij XIII. cum prædicta Reuerendissima eius Camera super prorogatione noua quindecim annorum, qui inceperunt à fine anni 77. & finientur per totum annum 92. in qua conuentione prædicta Camera, si & quatenus opus esset, nouè concessit prædicto Philippo prædictas paludes, quocumque modo ad eandem, siue ad sanctam Sedem Apostolicam deuolutæ essent. Nec obstat, quod prædicta conuentio fuit facta anno 75. & solutionis omisio fuit facta anno 76. & 77. & consequenter deuolutio fuit facta post illam conuentionem, per quam solum fuit facta noua concessio, quatenus erant hinc deuolutæ, & non quatenus postea deuoluerentur. Tum quia prædicta conuentione fuit adiecta clausula, ne prædictæ paludes deuoluerentur ad sanctam Sedem Apostolicam propter non solutionem pensionis: & per clausulam, non obstantibus. positam in confirmatione prædictæ conuentionis prædictæ bullæ Alexandri VI. etiam si fuisset constitutio perpetua. Tum denique quod prædictus Philippus potest bene sperare, quod S. D. N. pro sua maxima benignitate, & pari animi magnificentia, & liberalitate, sibi viro nobili, & de Repub. benemerito in rebus dubijs fauebit, & dignabitur meminisse ca. fraternitas. <sup>a</sup> per quod alteri benignissimo Gregorio suo præcessori in calis regnanti non fuit valde gratum ditare Ecclesiam per pœnas delinquentium.

S V M M A R I V M.

- 1 Prædium proprium dare in censum annuum in perpetuum, cum pacto vt tanta pecunia possit redimi, non est Pium V. prohibitum.

C O N S I L I V M I I I I.

Q V O D D A M monasterium tradidit prædium valens 14. millibus in censum mille annoru cù facultate redimedi. Queritur an ille cõsus fuerit licitè cõstitutus.

1 Pro parte negante facit extrauagans Pij V. in quam nos latè fuimus commenti in comment. de vsur. <sup>b</sup> quæ habet, censum non posse constitui nisi pro pretio soluendo in pecunia numerata tempore constitutionis.

Pro parte vero contraria, quæ tenenda est, facit, quod huiusmodi contractus non est ille censiticus, de quo loquitur prædicta extrauagans. Tum quia est contractus emptionis emphyteuticus, vel locationis, vt colligitur ex S. adeo, <sup>c</sup> adiuncta l. 1. & 2. <sup>d</sup> Tum quia contractus censiticus, de quo loquitur Pius V. est contractus, per quem dominus rei imponit aliquem censum alteri super re sua,

a 12. q. 2.

b Super ca. si fuerit aueris. 14. q. 3. à nu. 84.

c In sit. de locat. d. C. de iure emphyteu.

vel

a Gloss. 17. §. 9. 9.

b 17. nu. 98.

vel quæ puratur eius, pro certo pretio & pecunia numerata, vt palam est, & nos tradidimus in eius comment. <sup>a</sup> & in casu proposito prædium non erat, nec putabatur esse constituentis censum, immo pertinebat clarè ad monasterium, cui constituebatur ille, vt in facto proponitur. Tum quia ratio, quæ mouit Pium Quintum ad condendam illam extrauagantem, non habet locum in contractu proposito: quoniam Pium Quintum mouit ad eam edendam, vt auferret occasionem palliandi fraudem vsurarium, quæ fiebat inter simulantem vendere censum pro certa pecunia, quam verè coram Deo assuuebat muruo pro soluenda vlura palliata nomine census: quæ ratio omnino cessat in casu proposito, in quo dominus rei non soluit censum pro re sua, sed accepit pro ea. Tum denique quod nos in dicta glossa <sup>b</sup> probamus prædictam extrauagantem non habere locum extra suos terminos, vt ibi videri potest. Salua, &c.

D E F E V D I S.

S V M M A R I V M.

- 1 Mendax preceptor impetratis carere debet.
- 1 Taciturnitas eius quod expressum principem reddidisset difficiliorem ad concedendum, vitiat gratiam, & hoc quando hoc tacitum est de illis que iura iubent exprimi. nu. 4. & 5. item fallit in aliter notis principi. nu. 2. vel qua sunt notoria, vel qua iure communi actui insunt. nu. 3.
- 3 Falsus non est, qui cum debeat duo, dicit se vnum debere, modo non adiciat taxatiuam dictionem, tantum.
- 6 Minima non videntur consideranda, ad rescindendum magna, vel vt puniatur quis pena statuti, nec quando ex qualitate personarum presumitur quod ob minima non mouentur, nec ea curant item & quando non militat eadem ratio.
- 7 Carnalis affectus licet noceat prelato in concessione rerum Ecclesiarum, attamen in concessis facit presumi maiorem voluntatem ad firmius concedendum.
- 10 Iuramentum fidelitatis, ac petitio inuestitura reputantur inter recognitiones, quæ a feudatario debentur, adeo vt per horum omissionem perdat feudum. num. 8. & hoc nisi illa etiam sub generali remissione recognitionum fuerint à domino remissa. nu. 9. & 10.
- 11 Vniuersalis loquutio nihil excludit, & includit omnia, ita vt includat multa que non includit indefinita, illaque ampliat.
- 12 Negatiua equipollet vniuersali, & quicquid inuenit destruit, & eius contrarium ponit.
- 13 Exceptio in casibus non exceptis firmat regulam.
- 13 Feudum concedi potest absque onere petendi inuestituram, & prestandi iuramentum fidelitatis.
- 14 Iuramentum fidelitatis est à principio non censeatur remissum attamen aliquo ex pacto, vel lapsu triginta annorum remissum censei potest.
- 15 Innouatio; seu prorogatio alicuius potestatis, nisi forma eius antiqua muetur, cum omnibus illius qualitatibus facta censeatur.
- 15 Forma est, que dat esse rei.

C O N S I L I V M I.

I N causa quæ vertitur inter Reuerendissimam Camera, & Illustrissimum D. Honorium de Sabellis super amissione castrorum Tarani, Montisboni, & Rocchettaurum, & deuolutione illorum ad præfatum Reuerendissimam Camera, omisiss alijs punctis, ventum esse videtur ad illa duo, quorum vnum est, an inuestitura, qua inuestiuit bo. mem. Paulus Papa III. Illustrissimos D. Paulum & Antonium prædecessores Illustrissimi D. Honorij, fuerit subreptitia.

Alterum est, est quod non fuerit, an præfatus D. Honorius amiserit dicta castra; eo quod non præstitit iuramentum fidelitatis.

Pro quorum resolutione præsupponitur in facto, primo quod Gregorius XII. concessit castra, de quibus contenditur, præcessoribus eorum, cum quibus Reuerendissima Camera contendit, ea lege, vt præstarent iuramentum fidelitatis, & quolibet anno soluerent pro recognitione vnum accipitrem, & duos braccos. Secundo, quod postea bonæ mem. Paulus III. anno 1535. inuestiuit præfatos DD. Petrum & Antonium præcessores Illustrissimi domini Honorij, narrando in inuestitura bulla, quod præfati Petrus & Antonius Camera Apostolica singulis an-

nis in festiuitate beatorum Petri & Pauli pro recognitione dictorum castrorum erant obligati soluere vnum canem, & vnum accipitrem, & quod à pluribus annis in solutione dicta recognitionis defecerunt: & propterea dicta castra ad Camera Apostolicam deuoluta censebantur: & volens Papa ipso, qui secundum carnem erant consanguinei sui, specialibus gratijs & fauoribus prosequi, auctoritate Apostolica ipso liberauit à solutionibus decursis, & ipsa castra deuoluta ipso de nouo inuestiuit, nec non recognitionem præfatum in vnum ducatum auri de Camera singulis annis in festo Sanctorum Petri & Pauli soluere. commutauit, & ipso ad aliam recognitionem dictorum castrorum dicta Camera de cætero faciendam minime teneri decreuit, & declarauit, contrarijs non obstantibus quibuscumque.

1 H O C I G I T V R F A C T O præsupposito, ad primum eius punctum responderetur, quod pro Reuerendissima Camera facit primum, quod mendax preceptor debet carere impetratis. <sup>a</sup> At præfati domini Petrus & Antonius videntur in impetratione feudi dixisse falsum, dicentes, quod non debebant nisi vnum canem seu braccum in anno. Secundo, quod taciturnitas eius, quod expressum redderet principem difficiliorem ad concedendum, efficit gratiam subreptitiam, & nullam, cap. postulasti. <sup>b</sup> ibi, Non tam de leui concessissemus. & præfati DD. Petrus & Antonius tacuerunt se fuisse obligatos ad præstandum iuramentum fidelitatis: quod si Paulus sciuisset, difficilius liberasset eos ab omni recognitione.

2 Pro parte verò præfatorum DD. faciunt primò verba expressa præfata bullæ inuestitura, scilicet quod ipso ad aliam recognitionem dictorum castrorum de cætero faciendam minime teneri decernit, & declarat. Secundo, quod taciturnitas eius, quod princeps nouit, non inducit subreptionem, immo includit dispensationem, quatenus opus est ad valorem actus secundum iura, & tradit Felinus & citati ab eo. <sup>d</sup> At Paulus III. Papa, in cuius pectore erant omnia iura clausa, <sup>e</sup> nouit vassallum feudatarium teneri ad præstandum iuramentum fidelitatis. <sup>f</sup>

3 Tertio quod vt expressio eius, quod iure inest, non facit actum simoniacum, <sup>g</sup> vbi late Felinus, <sup>h</sup> ita taciturnitas qualitatis, quæ est notoria, vel de iure inest, qualis est reueruatio generalis in corpore iuris clausa, non facit gratiam subreptitiam, vt colligitur ex <sup>i</sup> Rota <sup>k</sup> quod late confirmat Felinus. <sup>l</sup>

Non obstant opposita. Ad prius enim illorum responderetur, negando quod præfati domini dixerint falsum, quia non dixerunt se non debere duos canes, nec debere vnum tantum, sed debuisse vnum, quod erat verissimum.

Ad replicationem, quæ fieri potest, quod idem est dicendum de tacente verum, quod de dicente falsum, responderetur in solutione sequenti.

4 Ad posterius autem responderetur primò, negando quod omnis taciturnitas, quæ redderet principem difficiliorem ad concedendum, vitiet gratiam, sed solum illa vitiat, quæ tacetur id, quod iura statuunt vt exprimat, vt late concludit Rota <sup>m</sup> & latius Egidius <sup>n</sup> quos inter alios sequitur Felinus <sup>o</sup> & nullo iure cauetur, vt huiusmodi debiti canes exprimantur in concessione huiusmodi feudi.

5 Secundo, quod duo requiruntur ad hoc, quod taciturnitas veri vitiet gratiam. Alterum, quod, vt diximus, iure cauetur eius expressio. Alterum, vt id, quod tacetur, sit tale, quod expressum retraheret principem à concedenda gratia. At non cauetur iure, vt expressio huiusmodi canis debiti fiat, vt dictum est, nec est tale quod expressum retraxisset principem à concedendo.

6 Tum quia de minimis non est curandum, saltem ad effectum rescindendi magna. <sup>p</sup> Vnde alienationem rei ecclesiastica parua non vitiat omisio solemnitatis iuris, iuxta cap. terrulas. <sup>q</sup> per quod id dicit Federicus, <sup>r</sup> & non debet quis puniri pœna statuti punientis vulnerantem ob paruum vulnusculum, secundum Bartholum. <sup>s</sup> Tum quia de minimis non est curandum, quando ratio legis de maioribus disponens non militat proportionabiliter in illis, vt ait Panormitanus <sup>t</sup> per textum efficaciter id probantem. <sup>v</sup> Tum quia illud cap. probat etiam, quod minima non nocent: cum ex circumstantijs personarum præ-

a Ca. super l. teris. de reser. leg. c. si. C. si cõtra ius vel util. pub. trãssat. in c. c. & si legibus. 25. q. 1. b De rescrip.

c Le. quidam consulebat. ff. de re iudic. l. idè Vlpianus. ff. de excusatio. tuto. d In c. qua in ecclesiarum, de constit. c. ca. si quando. de rescrip. nu. 4.

d Cap. 1. de consil. li. 6. f Cap. de forma. 22. qu. 5. c. c. i. de forma fidelitatis. in vrbibus feudorum. g Ca. significasti. de elect. gloss. sole. h In c. ad audientiam. 2. de rescrip. i Decis. 32. k De rescrip. in nouis.

l In ca. in nostra. col. 5. de rescrip. m In d. decisio. 32. de rescrip. in nouis. n Concl. 697. conclusio extra Rotam.

o In c. postulasti. colum. 3. c. in ca. in nostra. corol. 5. de rescrip. p L. sciendū. ff. de in integrum restitui. cap. ex parte. de fide instrum. mon. l. Senatus. s. Marcel. l. ff. de le. 1. q. 12. q. 2.

r Confil. 210. s In le. si prædium. C. de adit. edict. t In c. de appell. v In c. etsi qu. de simon.

sumitur



sumitur contrarium: probat enim donationem vnus equi factam a viro Illustri Legato Papæ non inducere præsumptionem simoniæ. Cùm ergo debitum soluendi vnum canem non sit negatum, sed solum tacitum: cumque sit quiddam minimum tam ex circumstantia beneficentis & concedentis feudum, qui erat summus Pontifex, & summus Rex, quam beneficiarij, qui erant illustrissimi viri, quàm ipsius beneficij, quod erat multorum castorum, cum omnimoda iurisdictione, mero & mixto imperio, non videtur considerandum esse ad effectum rescindendi tam grande beneficium à tam grandi & summo principe tam magnis viris factum, neque ad præsumendum, quod ob illius expressiõnem retraxisset se tantus princeps à tam illustri concessione. Tum quod præfati viri illustrissimi erant cognati ipsius summi principis, qui erat valde propensus ad augendum & honorandum eos: & ridiculum videtur dicere, quod tantam donationem à tam grandi principe factam vitaret taciturnitas debiti vnus canis, qui apud eos fere pro nihilo habetur. Tum quod non tacuerunt dolo, sed ob incogitantiam, quæ verisimiliter prouenit ex eo, quod diutissime cessauerunt à solutione accipitris, & canum debitorum, & non cogitarunt an duo canes, vel vnus deberentur.

7 Tum quod licet cognatio & consanguinitas carnalis ad alios effectus noceat in rerum ecclesiasticarum tractatu, iuxta cap. huiusmodi. non tamen obest, immo plurimum prodest ad præsumendum, quod concedens maiore affectu concedit cognato dilecto, quàm extraneo, & quod voluerit firmiorem & ampliore esse suam donationem, vt experientia docet, & probat lex vi rim. b & alia plurima: & quod cæteris paribus, modo absit fraus, magis tenetur cognatis, quàm extraneis, vt in his terminis tradit Federicus vbi supra.

8 Ad alterum punctum responderetur, quod pro parte affirmante, scilicet, quod præfatus Illustrissimus D. Honorius perdidit præfata bona, eo quod non præstitit iuramentum fidelitatis, facit primo, quod omnis feudatarius videtur teneri ad præstandum iuramentum fidelitatis domino, à quo habuit feudum, & adeo quod si noluerit illud præstare, perdat feudum. d Secundo, quod feudatarius, qui non petit inuestituram, perdit feudum. e

9 Pro parte tamen negante facit neruosisime, quod non omnis vassallus, qui habet feudum, tenetur ad præstandam inuestituram, & iurandam fidelitatem, sed solum ille qui habet feudum illis oneribus subiectum, vt est casus in dicto cap. i. f & præfatum feudum concessum fuit præfatis DD. Petro & Antonio à Paulo III. liberum ab omni alia recognitione, excepta solutione vnus ducati auri in vigilia Apostolorum Petri & Pauli.

10 Et constat, quod iuramentum fidelitatis, & petitio inuestituræ sunt recognitiones dominij directi, quod apud concedentem feudum remanet, vt ex definitione recognitionis, & verbis petitionis inuestituræ, & præstationis iuramenti fidelitatis positus in titu. de vera forma fidelitatis. & in titu. quid sit inuestitura. & qualiter fiat in vrbibus feudorum. irrefragabiliter colligitur, & expressè adnotauit Marianus Socinas g in hæc verba, Petere inuestituræ, est quiddam quasi census denotionis & reuerentia, quæ domino præstari debent. Cum ergo fuerit concessum liberum ab alia recognitione, quàm præfati ducati solutione, & petitio inuestituræ, & præstatio iuramenti fidelitatis sint recognitiones, consequens est, concessum fuisse liberum ab illis.

11 Tum quia non solum concessit liberum indefinitè à recognitione, sed vniuersaliter ab omni alia recognitione: quæ vniuersalis loquutio omnia includit, & nihil excludit, h immo includit multa, quæ non includit indefinita, amplius enim legat, qui legat omne marmor, quam qui legat marmor, & qui legat omnem lanam, quam qui lanam, per iura, quæ in id allegat glossa singularis i & alia glossa singularis, k quæ habet, per illam vniuersalem notam seu dictionem quamuis, ampliari clem. illam ad causas criminales spirituales, quas non inclusisset, si absque illa nota dictata fuisset. quod putatur singulare à Panormitano l & Andrea Siculo. m

12 Nec obstat, quod bulla non habet illa verba, omni alia recognitione, sed solum, aliam recognitionem: quoniam sunt

verba negatiua, quibus Papa decernit eos ad aliam recognitionem minime teneri: quæ verba aequipollent illis verbis, ad aliam recognitionem non teneri, quæ constat esse vniuersalia negatiua, quæ quicquid inueniunt destruunt, & contrarium eius ponunt, iuxta glossam singularem & receptam a cui omnium dialecticorum chorus consentit. 13 Tum quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, iuxta l. quasitum. b vbi Bartholus & capit. dominus. c & latè Felinus d & præfatus Paulus III. liberauit præfatos fratres ab omni recognitione, excepta solutione vnus ducati annui: ergo liberauit eos ab omni alia recognitione, & consequenter ab inuestitura petitione, & iuramenti fidelitatis præstatione. Tum quia indubitatum est, feudum posse concedi absque onere pendendi inuestituram, & præstandi iuramentum fidelitatis, iuxta iura, e & tradit Panormitanus f in hæc verba, Iuramentum à vassallo præstandum est, nisi à principe fuerit remissum. Tum quia, vt ait Panormitanus, g licet non præsumatur iuramentum à principio fuisse remissum, id tamen potest constare ex speciali pacto, vel lapsu triginta vel quadraginta annorum, h & in casu proposito non solum constat de speciali pacto, sed etiam de lapsu quadraginta & amplius annorum: quia feudum fuit concessum anno 1535, & nunc agitur annus 1581.

15 Tum quia nihil obstat, quod in prima concessione, quæ Gregorius XII. concessit bona prædicta præcessoribus præfatorum DD. Petri, & Antonij, fuit adiectum onus iurandi fidelitatem, & inuestituram petendi: & quod concessio Pauli III. fuit quadam renouatio, & prorogatio concessionis Gregorij XII. & consequenter videtur esse facta cum omnibus qualitatibus illius iuxta l. sed si manente. i per quam glossa memorabilis k dicit prorogationem alicuius potestatis videri factam cum omnibus qualitatibus illius, & in terminis propositis cõtulit Ioannes Barthomæus Scarampus l quod feudum etiam ipso iure perditum, & renouatum adeo censetur vetus, & non nouum, quod agnati possunt & debent succedere in illud. Non inquam hoc obstat: quia id forte verum est, cum renouatio sit forma antiqua non mutata, secus si ea mutetur, quia per illam mutationem fit nouum, vt determinat Baldus m per Federicum & antea Oldradum n cuius ratio germana est, quod forma dat esse rei iuxta l. Iulianus, o cum his quæ glossa ibi citat: & palam est in concessione Pauli III. valde fuisse mutatam formam concessionis Gregorij XII.

Per quæ omnia superuestita, & aucta maxima S. D. N. benignitate, & liberali æquitate, qua solet erga huiusmodi viros Illustrissimos vt, resolutio prædicta sancta & æqua videri potest. Salua, &c.

DE SOLVTIONIBVS. SYMMARIVM.

- 1 Res transit cum onere suo: fallit, quando res ipsa, antequam dicto onere afficeretur, mutata forma, ad alium qui non est successor perueniret. nu. 2.
- 1 Decima & collecta soluenda aliqua anno de fructibus alicuius beneficij, debent ab eo solui qui illius anni fructus percepit, etiam si beneficium tempore solutionis mutauerit possessorem, modò qui illos percepit, eos tamquam beneficiarius perceperit. nu. 4.
- 2 Pensio Apostolica auctoritate imposta super distributionibus quotidianis alicuius beneficij obligat solummodò ipsum beneficium pensioni consentientem, & in beneficio successorem: qualis cum non sit nec Capitulum; nec singuli de Capitulo, quibus dictæ distributiones vacante beneficio ratione interesse accrescunt, sequitur vt illi ad illam non teneantur.
- 2 Distributiones quotidiana alicuius beneficij, super quibus alicui reseruat est pensio, tunc demum remanent dicto onere affectæ, si à beneficiario ipso lucrifactæ sint.
- 3 Pensio annua soluenda ex fructibus alicuius beneficij taxatiue expressè operatur quidem vt nõ debeat solui ex alijs, quam ex dicti beneficij fructibus perceptis, vel qui percipi potuerunt, sed non tollit quominus termini illorum annorum, in quibus nulli potuerunt percipi fructus, solui debeant ex fructibus in sequentibus annis successiue perceptis, siue percipiendù num. 4. & 5.

a In cap. cum dilectus. de consuetu. b §. denique. ff. de fund. instru. c 22. q. 7. d In ca. fin. de lite non contest.

e Cap. 1. §. 1. que fuit prima causa beneficij. amitt. c. 1. in fin. per quos fiat inuestitura. f In cons. 82. num. 7. g Ibidem. h Arg. c. peruenit. de emptio. c. v. de iur. et i. §. filius. C. de petit. hære.

i ff. de precario. k In c. hi qui. de prebe. l. 6. l Consil. 112. prim. par. col. feuda.

m In §. infu. per. de prob. feud. alien n Consil. 178. o §. si quis re fecerit. ff. de exhiben. rei.

a §. nam hac usum præstationis. 10. q. 2.

b ff. de iusti. & iur.

c Ca. 1. de forma fidelitatis, & melius in c. 1. de noua form. fidel. in vrbibus. feud. & c. de forma. 22. q. 5. d Cap. ego N. de iareiu. ran. e Cap. 1. §. 1. que fuit prima causa beneficij. amitt. in vrbibus feud. f Ca. 1. in princip. que fuit prima causa beneficij. amitt. in ca. 1. quo tempore miles in vrbibus feud. g Consil. 66. nu. 30. in fine.

h Cap. solita. versus fin. de maior. & obed. i In c. ut circa. de elect. li. 6. k In verbo. quauis. clem. 1. de re iudic. l In consil. vlt. primi volum. m In c. tertio loco. de probatio.

- 3 Taxationis, & non demonstrationis causa censetur facta mentio rerum, ex quibus quid solui mandatur, quando vtraque vna & eadem oratione continetur.
- 4 Pensionarius potest pensiones non exactas exigere à successore in beneficio, nedum pro illis annis in quibus beneficium fuit ab antecessore possessum, sed etiam in quibus fuit vacans, non tamen poterit cogi, vt soluat nisi ex fructibus. prout eos successiue ex eodem percipiet beneficio. nu. 6.

CONSILIVM I.

Q Væritur primo, an Antoninus pensionarius, cui constituta est pensio 250. scutorum super fructibus & distributionibus cantoriæ valoris 1250. ducat. vacante catoria per annum, & fructibus eius, qui in solis distributionibus consistunt, præter aureos centum, cedentibus Capitulo, possit petere pensionem à Capitulo.

Secundo, an possit petere ab eo, qui ei fuerit successor. Dux quæstiones videntur proponi. Prior est, an prædictus Antoninus possit petere prædictam pensionem prædicti anni à Capitulo. Posterior, an poterit petere ab eo, qui successerit in d. cantoria.

1 AD PRIOREM respondeo, quod pro eius parte affirmante facit, quod res cum suo onere transit. a At distributiones quotidiana prædicti anni Ecclesiæ prædictæ videntur onerata, & affecta onere soluendi prædictam pensionem: ergo is vel ij, ad quos transierint tenebuntur soluere illam. Cû ergo distributiones transierint ad Capitulum, vel dignitates, & canonicos illius Capituli, illi tenebuntur ad soluendù illa. facit quod collecta vel decima soluenda aliquo non de fructibus alicuius beneficij, solui debet ab eo, qui fructus anni accepit, etiam si antequam soluerit desinat esse beneficiarius illius beneficij, quod sæpè se respõdiffe ait Dominicus. b

2 His tamen non obstantibus pars negatiua videtur verior, tam quo ad Capitulum, quam quo ad illos, qui sunt de Capitulo. Quo ad Capitulum quidè duplici ratione. Prior est: quia nihil de distributionibus prædictis peruenit ad illud, illa enim tota peruenit ad singulares de Capitulo, & constat aliud esse Capitulum, aliud singulos de Capitulo iuxta c. eam te, vbi latè hoc Felinus. exornat. c Posterior est, quod litera Apostolica, obligant ad soluendam prædictam pensionem solum Ioannem, qui consenserat eius cõstitutioni, & successores in ipsa cantoria, vt ex tenore illarum constat, de quibus non est Capitulum, vt palam est. Quod autem non possit petere etiam à singularibus, qui non fuerunt, vel fuerint successores in cantoria, probatur posteriore ratione: quia litera Apostolicæ non obligat illos, nec vllam de illis mentionem faciunt. Probatur etiã, eo quod nihil prædictarum distributionum prouenit ad eos ratione prædictæ cantoriæ, sed tantum ratione suarum dignitatum & canonicatuum, ratione quorum diuinis intererant.

Non obstant opposita: quia concedimus quidem rem transire cum onere suo, sed negamus prædictas distributiones, quæ numquam fuerunt quaxitæ per vllum cantorem, esse oneratas illo onere: quia ad summum illa tantum, quæ essent lucrifactæ per cantores, potuerit esse affectæ, & obligatæ onere illo, iuxta illud solene Ludou. Ro. d de quib. nõ sunt illa quæ accreuerunt eis ob absentia catoris, & determinatio Dominic. loquitur de collecta, quæ debebatur à beneficiario de fructibus, quos ratione sui beneficij percepit, quod non contingit in casu proposito, in quo pensio debetur de perceptis à cantore, quales nulli sunt: quia nullus fuit cantor, qui eos percipere posset.

AD POSTERIOREM QVÆSTIONEM, videlicet an prædictus Antoninus poterit petere prædictam pensionem ab eo qui successerit in dicta cantoria, esto quod distributiones, nec fructus perceperit, respondeo pro parte negante facere primo, quod ipse nõ recepit, neq; quidquam vquam recipiet de fructibus, & distributionibus prædicti anni, quo cantoria vacauit: quia illi cum consistere in distributionibus quotidianis, accreuerunt Capitulo, vel singularibus dignitatibus, vel canonicis, qui fuerit illo anno de Capitulo, & interfuerunt horis, & alijs diuinis officijs, iuxta cap. i. e & f Conc. Trident. & iniustum videtur, quod qui non rapuit, nec accepit, exoluat. g

Secundo, quod non debet alteri per alterum iniqua con-

a Ca. ex lite. de pig. & ca. si quis laici. 10. q. 1.

b In cap. præfati. §. porro. de off. ordin. lib. 6.

c De rescrip.

d 388. in ca. ju.

e De cler. nõ rescrip. lib. 6. f Cap. 12. de rescrip. §. 24. g Argu. cap. si res aliena. 14. q. 5. c. pæccatum. de reg. iur. lib. 5.

ditio inferri, nec debet alius pro alio teneri, arg. illorum tit. C. ne fil. pro patr. & ne vxor pro mar. & illius Ezechielis, b Filius non portabit iniquitatem patris.

3 Tertio, quod non debetur pensio illius anni quo non fuerunt percepti, nec potuerunt percipi fructus beneficij, si fuerunt in bulla expressè causa taxationis, & non demonstrationis, vt grauer definit Paul. Castrensis, c & post illud Fel. d & addit Gigas, e quod secundum stylum Curie fructus, super quibus imponitur pensio, exprimuntur causa taxationis, & non causa demonstrationis: & rectè quidem, quia vna & eadem oratione continetur reseruatio pensionis, & nominatio fructuum, ex quibus illa est soluenda, & quando id vna & eadè oratione fit, censetur fructus nominati causa taxationis, vt efficaciter probat Paul. cõmuniter recep. f & in casu proposito fructus non fuerunt recepti, nec potuerunt percipi ab aliquo: quia vacabat cantoria, & non erat cantor qui posset interesse diuinis, ergo non potest peti pensio pro illo anno.

His tamen non obstantibus pars affirmatiua videtur verior. Tum quia intentio Papæ est seruanda, g argum. l. In conditionibus primum locum eorum habet intentio disponeris. h At intentio Papæ fuit, prouidere D. Antonio de prædicta pensione pro victu eius honesto, vel parte eius soluenda de fructibus & distributionibus per Ioannem cantorem, & successores eius percipiendis: ergo soluenda est illa ab aliquo, & non à Capitulo, neque à singularibus de illo, ergo à successoribus eius.

4 Tum quia stylus Curie habet, quod pensionarius potest petere pensiones decursas, & non solutas annorum præteritorum à nouo possessore beneficij, qui nihil vquam recepit, nec fortè recipiet, nec recuperabit à præcessoribus, suis, nec ab hæredibus eorum, & id esse iuri consonum, satis colligitur ex Dominico & Fræco, i & ex traditis à Cacialupo k & latius ex Gigante. l

Non obstat primum oppositum: quia concedimus successores prædictos numquã esse percepturos de fructibus, & distributionibus illius anni, sed negamus eos ob hoc liberari: quia tenebuntur ad soluendum de fructibus perceptis ab eis alijs annis, quibus cantoriam possederint: sicut tenebuntur soluere pensiones omnes decursas, si prædictus Ioannes cantor non soluisset eas, vt dictum est. Non obstat etiam secundum: quia successor in cantoria nõ cogitur ad soluendam pensionem propter factum alienum, sed propter suum, quia recipiet & possidebit cantoriam onustam prædicta pensione, nulla facta ei remissione, & ita cessant omnia ibi citata ad probandum, quod vnus pro alio non debet teneri, successores enim prædicti non tenebuntur p alijs, sed pro se & sua cantoria à se possessa & retenta.

5 Non obstat etiam tertium, licet plurimum vtgeat: quia concedimus non esse soluendam pensionem annuam illo anno, quo non nascuntur fructus illius anni, concedimus item, quod in literis pensionum, fructus vnde debet solui, causa taxationis exprimuntur, vt in argum. sed dicimus illa hoc operari, quod non est soluenda de alijs, quam de fructibus ipsius beneficij, non tamen operatur, quod non debeat solui pensio pro anno, in quo nõ colliguntur fructus, & ita si percipiuntur à successoribus cantoriæ fructus, vnde possit solui pensio decursa, tenebuntur soluere illa, siue perceperint siue non perceperint fructus annorum præteritorum, & siue alij possessores perceperint, siue non perceperint, per prædictum stylum Curie, & iura quibus ille fundatur. vnde si in literis diceretur, quod pensio qualibet annua solueretur à beneficiario de fructibus illius anni, pro quo est soluenda pensio, non tenebuntur soluere successor pro anno, in quo non colligerentur fructus, sed quia in literis solum fit mentio fructuum percipiendorum ex beneficio: taxatio quidem fit quo ad hoc, vt si nulli fructus percipiatur, nec percipi possint, non soluantur pensio de alijs fructibus: sed quia litera non taxant, neque limitant pensionis solutionem ad fructus huius vel alterius anni, soluenda erit de fructibus, qui percipiuntur ex beneficio illis, vel alijs annis. Facit ad hoc argumētum à parte ad totum, m quod cõmuniter omnia beneficia cum vacant aliquo tempore manet vacantia, & collatarij eorum absque possessione illorum, & consequenter sine potentia querendi distributiones quotidianas: sic quæ eorum possessoribus, & inter-

a Le. non debet. ff. de reg. iur. b Ezech. 18.

c Conf. 338. nu. 3. col. 1. d In c. ad audientiam. 2. n. 7. de rescri. c In q. 62. de pensio.

f In d. conf. 338. nu. 3. g Ca. super literis. sub fin. de rescrip. ca. fin. de præb. h ff. de codic. & demonstr.

i In c. præfati. §. fin. de offic. ord. li. 6. k quæst. 11. de pensio. l In tract. de pensio qu. 39.

m In l. qua de sort. ff. de rei vend.

essentibus diuinis debentur:attamen vsus habet,quod qui accipiunt beneficia huiusmodi pensionibus onusta,foluunt pensiones, non detracta aliqua parte illius, pro rata temporis, quo non poterunt interesse diuinis.

6 Ex his tamen inferitur,quod successor non poterit cogi ad soluendam pensionem statim quo successerit, donec lucretur, vel per eum steterit quo minus lucretur tantum de fructibus,& distributionibus, quam commodè illa soluere poterit de fructibus cantoriae, qui nominantur causa taxationis,& demonstrationis solutionis faciendae: & ita non tenebitur soluere de aliis bonis,quã de his,quæ quæsiuit,vel per eum steterit, quo minus quæreret de fructibus cantoriae.Salua,&c.

SVM MARIVM.

- 1 Fructus episcopatus vacantis, à die vacationis successor debentur de iure, nisi Pontifex illos Camera vel alteri specialiter reseruauerit.
- 2 Pensionis reseruati qui nec per se, nec per procuratorem consentit, ob non solutionem non ligatur censuris, antequam reseruati littera non per alterius notarij transumptum, sed in authentica forma intimentur. nu. 4.
- 3 Pensionem prateritorum annorum ab antecessore non solutam ita tenetur soluere successor ex fructibus, quos ipse percepit, vel in futurum percipiet, vt ab herede antecessoris, qui fructus dictorum annorum percepit, quod soluit recuperare valeat. & nu. 5.
- 6 Pensionarius tenetur compensare seu deducere ex terminis sibi debitis id quod beneficiarius pro ipso in expeditione bullarum pensionis soluit iuxta stylum Curiae, nec potest propria auctoritate capere fructus pro solutione sua pensionis. nu. 7.
- 8 Declaratio contra non citatum, quod incidit in censuras, est nulla cum omnibus inde sequutis: & hoc modo non sumus in notorijs.

CONSILIVM II.

1 Errum est, iure solo comuni attento, quod Episcopus debet habere fructus sui episcopatus, obuenientes non solum à tempore datæ prouisionis, sed etiã quotquot obuenerunt à tempore vacationis, nisi illos quos Sede, Apostolica sibi, fisco Regio, vel alijs reseruauit, quarum reseruati copia ostendi deberent, aut summa earum proponi ad rectè iudicandum: mihi autem nõ exhibetur priuilegium fisci Siciliae, quod super hoc habet, neque etiam copia litterarum Regiarum, quæ fuerunt expeditæ die 7. mensis Ianuarij, super fructibus à fisco Regio perceptis vel percipiendis vel reddendis. Deinde non ostenditur mihi, quo iure, & quibus literis Papæ præfatus Rinaldus Corfuss accepit fructus, quos narratur accepisse.

2 Præterea bulla pensionis concessa officio Inquisitionis anno 78. & intimata anno 80. non nocuit domino Episcopo, ad incurendam censuram vllam ante intimationem, quia non consentit constitutioni pensionis personaliter, immo neque per procuratorem: quia solum debebat, eo quod successit debenti eam, vel quia de consensu Regis constituit eam Papa, cuius copia neque summa monstratur mihi, vt possim iudicare de quibus ducatis sit intelligenda, quamuis credam intelligendam esse de ducatis 13. tarenarum, & non de ducatis 16. tarenarum, si vera sunt omnia quæ in factis narrantur.

3 Ad hæc credo eiusdem Dominationem reuerendissimam teneri ad soluendam pensionem decursam à die constitutionis pensionis de fructibus perceptis, vel percipiendis, saltem posteaquã eos perceperit ex fructibus annorum sequentium, remanente vel cessã sibi actione recuperandi ab eis, qui perceperunt fructus, & non soluerunt partem pensionis, quæ debebatur ex eis: quia secundum receptiorem opinionem, qui succedit in beneficio onerato pensione, debet soluere pensiones decursas, quas non soluit prædecessor, remanente sibi actio recuperandi eas ab eius herede.

4 Insuper intimatio bullæ pensionis facta per transumptum, & non originaliter, ad nihil obligauit dominum Episcopum, quia habetur pro non facta, quia debuit fieri per instrumentum authenticum, b quale non est copia instrumenti per alium notarium exemplati siue transumpti, c præsertim si est rasum in loco suspecto, quale dicitur fuisse id, per quod fuit facta intimatio.

5 Accedit, quod dominus Episcopus secundum receptiorem opinionem cogi potest ad soluendam pensionem anni 1578. cuius fructus non recepit, si postea recepit alios, vt prædictum est, remanente sibi actione contra heredem, qui debuit eam soluere. Addo, quod, vt prædixi, credo dominum Episcopum non debere ducatos de Camera, sed tantum 13. tarenarum, si vera sunt narrata in factis, sed non posse me certo iudicare non vsis literis. Quin etiam certum est, D. Episcopum retinere posse omnia quæ soluit ratione litterarum, & impensæ factæ pro expeditione pensionis, quæ soluenda erat, per officium Inquisitionis, iuxta morem quæ Curia seruat, & qui pro lege habetur. a

7 Certum est etiam pensionarium non posse auctoritate sua propria & priuata capere ea, quæ sibi pro pensione debentur, nisi sancta Sedes Apostolica id specialiter ei concesserit, vel nisi officium Inquisitionis habuerit huiusmodi priuilegium, quod ego non noui: & consequenter, dominum Inquisitorem, si processit, vt narratur in factis, male processisse, & acta eius retractatã iri à S. D. N. iuri seruando deditissimo. Nec interim desino mirari, Inquisitionis executorem, tot quot narratur errata iuris & facti fecisse, & quod ea si fecit, emendabuntur à S. D. N. & quod declaratio, quod aliquis incidit in censuram, nisi notoriũ sit, non potest fieri absque citatione, & denique quod declaratio, & omnia quæ illam consequuta sunt, sunt nulla ipso iure, & eorum ligamina nulla indigent relaxatione, quia non fuere verè ligamina, per ea plurima quæ nos post alios tradimus, b quamuis non est facilè credendum tantum executorem, contra tantum Episcopum, in tanta ciuitate, tanta errata fecisse in offensam D. N. Iesu Christi, qui nos omnes sua misericordia saluet. Amen.

SVM MARIVM.

- 1 Capitulum, in quod perueniunt omnes fructus canonicatus consistentes in distributionibus, & grossa, tenetur soluere pensionem alicui super eisdem reseruati, secundum aliquos, cuius contrarium tenet auctor.
- 1 Distributiones omnes acquiruntur solis interessentibus, non per verum ius accrescendi, sed ex particulari iuris dispositione.
- 2 Diuidere etsi non possit iudex canonicatum sine iusta causa, concordia tamen iudicialis est seruanda.
- 3 Optans secundum canonicatum liber est ab obligatione, qua per iudicalem concordiam initam occasione primi dimissi tenebatur.

CONSILIVM III.

1 Rogatus, vt perpenderem responsa duorum doctorum super his, & dicerem quid de illis sentirem, respõdeo primo, hæc dubia maiora esse, quam quæ pro eorum æquitate possem ego in præsentia ob occupationes varias soluere.

Secundo, quod ad resoluendum primũ, oportebat scire an hic canonicatus apud Sedem Apostolicam vacasset, an non, & aliqua alia.

1 Tertio, quod nisi prædicti doctores eruditissimi defendissent pensionem prædictam deberi à Capitulo prædictas distributiones lucranti, fortè decidissem contrarium. Tum quia pensio prædicta loan. videtur posita super grossa & distributionibus quærendis à canonico pensioni consentiente, & non super quærendis à tertio. Tum quia Capitulum non quærit distributiones interessentium, sed singuli de Capitulo nunc plures, nunc pauciores pro numero interessentium, iuxta cap. 1. c. Tu quia illi singuli non videtur easdem quærere illo vero iure accrescendi, de quo agitur in l. re conuicti, d sed eo quo c. 1. e habet quod distributiones tribuantur interessentibus. Tum quia nec Capitulum vniuersum, nec singuli canonici tenerentur soluere pensionem constitutam alicui super fructibus, & distributionibus alicuius canonici, si ille possideret illos, & non inderet ei interessendo diuinis, neque illo mortuo, vel nõ possidente. argumento à simili, vel eadem ratione ca. dudum. f Sed quia prædictorum præcellentium doctorum auctoritas multum apud me valet, malo hæere, quam tumultuariè iudicare.

2 Quarto, quod consonum videtur id quod alter prædictorum

atorum

a Iuxta cap. nisi, & ei adnot. de præb.

a Cap. quam graui. de crimine fal.

b 7. q. 1. c. Verb. morte. in cap. suscepta. de rescript. li. 6.

b In ca. cum contingat. de rescripti.

rum dominorum ait, scilicet vicarium non potuisse canonicatum vacantem diuidere sine iusta causa per citata ab eodem. Sed arbitror compositionem illam auctoritate vicarij factam inter litigantes debuisse seruari inter eos sine vlla diuisione canonicatus, vel præbendæ. a

3 Quinto, quod nisi verba instrumenti continentis compositionem prædictam aliud exprimat, videtur præfatum Gabrielem, simul ac reliquos priorem canonicatũ, & accepit optatum, liberatum fuisse ab obligatione cõtenta in prædicta compositione: quia illa restringebatur ad illud tempus, quo esset canonicus illius canonicatus, & per prædictam optionem definit esse talis, & quo ad illum habetur pro mortuo, iuxta §. ecce, b & gloss. memorabilem. c

SVM MARIVM.

- 1 Socios qui plures accipit officialis super suo officio, quã illud reddidit, peccat, & ratione societatis sic imita, posterioribus, præsertim ignorantibus, tenetur satisfacere.
- 2 Debitor peccat volens posterioribus prius soluere, etiam si prioribus tãquam fideiussor, & posterioribus tãquam principalis teneatur: nisi incogitantia eum excuset; vel ob aliquam occasionem crediderit ita de iure faciendum, vel agatur de solutione extra iudiciũ faciendã, quo casu regulariter potest posterioribus prius soluere: immo si ab eis nimium vrgetur, tenetur: & hoc nisi iam cefferit bonis, vel sit is ad quem bona defuncti debitoris peruenierint, quia tunc non potest posteriores præferre. nu. 4.
- 3 Usurarius tenetur prius mutuo accepta restituere, quam vsuras extortas.
- 4 Debitor qui nimium vrgetur à posterioribus creditoribus, potest eis prius soluere, quam anterioribus etiam hypothecariis.
- 4 Consules in re in qua non habet interesse aliquod bona fide consulenti nullo modo tenetur, at tertio, qui ex dicto consilio damnus passus est, tunc demum tenetur, si fuit in culpa lata: quia de damno dato pro leuem culpam nemo in conscientia tenetur. nu. 3. & hoc quando consilium versatur circa contractus: nam circa delicta aliud videtur.
- 5 Consilium non circa delictum, sed circa contractum is dicitur dedisse, qui bona fide, sed erronea & cum peccato consulit debitori, vt prius satisfaceret vni creditori, quã alteri, licet exinde per accidens alter creditor damnus passus fuerit.

CONSILIVM IIII.

1 Tullius super suo officio accepit pecunias ad societatem, plusquã officium reddebat, & fideiussit pro aliquibus amicis, Deinde super eodem officio pecunias pro se ipso accepit, quo vendito, dum volebat creditoribus satisfacere, communicauit consilium cum amico, qui consuluit vt prius solueret propriis creditoribus, deinde ijs quibus fideiussit, cum pretium venditi officij nõ sufficeret pro ytriusque. Quaritur, an consulens peccauerit, & teneatur ad restitutionem prioribus creditoribus.

1 Respondeo primò, quod peccat is, qui accipit ad societatem super officio suo, vltra quã illud reddit, & quod ratione societatis debet prædictis officialibus soluere socijs, à quibus pecunias ad societatem accipit, præsertim si posteriores socij ignorant accepisse ipsum prius alios socios, qui vacuarent omnes redditus sui officij, sicut & qui super vnum & eundem fundum redderent decem annua constitueret clam multos alios census, qui superaret summam dictorum 10. annuorum, posterioribus ignorantibus census anteriores constitutos, iuxta ea quæ scribimus in in commen. resolut. d

2 Secundo, quod is officialis videtur peccasse volendo prius soluere his, à quibus posterius pro se ipso accepit, quam his, quibus antea se per fideiussionem obligauit, vt diximus in Man. confess. e scilicet quod debet prius soluere illa, pro quibus soluendis prius se & omnia bona sua, præsertim in forma Cameræ obligauit, quã quæ postea contraxit, & ita peruertendo illum ordinem videtur commisisse iniustitiam, quæ est peccatum mortiferum, secundum S. Thom. recep. f nisi ignorantia, vel inaduertentia excusasset illum, eo quod aliquam occasionem habuit credendi, quòd prius debebat soluere illa, quæ pro se ipso accepit, & quæ in sui ipsius vsus impendit, per mox dicenda; & quia vt post Caiet. diximus, e prius tenetur soluere vsurarius mutuo à se accepta, quam per vsuras extorta.

3 Tertio, quod si is principalis peccauit, difficile excusa-

ri potest consulens à peccato: quia consentiens peccato peccat. a

Quarto, quod graue dubium videtur, an culpa ipsius, dato quod peccauerit consulendo, fuerit leuis vel lata, quod tamen plurimum importat: quia si leuis fuit, non videtur teneri ad restitutionem, per dictum sing. Innoc. c. sicut dignum. de homicid. si autem fuerit lata, sic, secundum Innoc. ibid.

4 Quinto, quod ad dicendum quod fuit leuis, facit primò, quòd ipse non erat iuris peritus, neque petebatur ab eo consilium tamquam à iuris perito, sed tãquam ab amico & officario Curiae. Secundo, quòd ferè omnes sua cõditionis homines putat fideiussores iuste posse soluere prius debita sua, quã aliena, pro quibus fideiussurunt. Tertio, quòd iure regulari debitor potest soluere extra iudicium creditoribus suis posterioribus prius quam prioribus, immo & debet, si ipsi prius petant. b Quarto, quòd communiter debitores, qui soluunt prius posterioribus creditoribus nimium vrgentibus, quam prioribus etiam hypothecariis, quibus se & sua obligarunt, communiter dicuntur non peccare. Quinto, quòd aliud videtur dicendum de soluendis debitis mortuo debitore, vel cessione bonorũ facta per eum, & aliud de soluendis debitis viuents, qui potest bona fortuna, vel industria soluere alijs creditoribus prioribus: & ita non est tanta culpa consulere huic viuenti, quanta esset consulere idem custodi bonorum mortui, vel eius, qui cecidit bonis. Sexto, quòd fertur in Signatura Papæ decretum esse aliquando, vt fideiussor viuens & impotens ad soluenda omnia debita, prius solueret debita pro se contracta, quã per fideiussionem debita. Septimo, facit cap. Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur, c cum is de quo agimus, bona fide laudauerit cõsiliũ prædictum decoquere volentis.

5 Non obstat, quod licet consulens bona fide non tenetur consulenti, quando sua non interest, d tenetur tamen tertio, cui ex dicto consilio damnus consequentum est, si consilium illud fuit causa, sine qua non fuisset illud damnus sequutum, e vt singulariter annotat Dinus, f non inquam hoc obstat: quia illud intelligendum est de consilio malè dato pro culpam latam, sed non per leuem tantum, vel fortè nullam, per proximè allata. Non obstat etiã, quòd licet nemo teneatur ex malo consilio bona fide dato circa contractus, tenetur tamen de dato circa delicta, vt omnes DD. tenent, g & latius Decius, h non inquam hoc obstat: quia in nostro casu agitur de consilio dato circa contractus, & non circa delicta: & licet aliquod peccatum interueniret in sic contrahendo, vel distrahendo, illud tamè non contingit per se, sed per accidens, & nõ principaliter, & ita de eo non est curandum. i Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Debitor occultus transmittens creditori debitum per confessarium, qui infideliter agens pecuniam sibi retinuit, non liberatur, sed solum excusatur, donec rescriuerit dolum confessarij.
- 2 Regularis confessarius accipiens à penitente pecuniam numerandam penitenti creditoribus, & in alios vsus consumens, restituat eo modo, quo regulares suis creditoribus sine damno monasterij satisfacere debent, puta ex iis, quæ sibi corradunt ex suis portionibus, vel, & hoc videtur iuri magis cõgruum, factum penitenti veniet. nu. 3. quod si creditores sunt incerti, cum tunc restitutio sit faciendã pauperibus, potest sibi met tamquam vni pauperi restituere. n. m. 4.
- 3 Confessarius ad restituendum quid accipiens, eandem quam penitens curam adhibere debet inueniendi creditores.
- 4 Incertis creditoribus qui restituere tenetur, si sit pauper, potest sibi tamquam pauperi restituere.

CONSILIVM V.

1 Confessarius religiosus accipit à penitente certam summam pecuniam, vt ea satisfaceret suis creditoribus occultis, qui tamen impendit eam in suos vsus bonos, vel malos, mentitus penitenti, quod satisfecit creditoribus. Quaritur quid dicendum.

1 Respondeo primò quod penitens videtur satisfecisse, donec innotuerit ei dolus confessarij, argumento cap. significanti, k & aliorum iurium, quæ probant excusari què ob fidelitatem nuncijs, & ob auctoritatem consultorum.

a Ca. 1. de offic. deleg.

b L. pupillus. ff. qua in fraudem credi.

c De reg. iuris. lib. 6.

d L. 2. §. fin. ff. Mandati. d. cap. nullus.

e Arg. ca. fin. de iniur. l. qui occidit. ff. ad legem A. quil. §. in dict. reg. nullus.

g In d. c. nullus. c. l. consilij. ff. de reg. iur.

h D. reg. consilij. l. si quis nec causam. ff. de rebus cred.

k De pignoribus.

a Ca. quia se pe. de elect. li. 6. c. ubi sibi concordantibus.

b Clem. causam. de elect. c. Authen. si quis in aliquo documẽto. C. de eden.

c De cler. nõ resp. li. 6. d. De leg. 3. c. De cler. nõ resp. li. 6.

f 2. de elec.

d Cap. 1. 14. que. 3.

e Cap. 17. n. 11.

f 2. q. 4. 19. art. 4.

g Vbi supra n. 12.



a Quasi. 3. mo. ult. & explicat. q. 2. mon. 20.

b Super cap. non dicitur. 12. q. 1.

c L. cum qui. §. qui inu. riarum. ff. de quis cautio. nibus.

d De solutio. eff. de dolo. & doli except. f. 2. 2. qu. 62. art. 1. §. 1.

e Cap. 17. nu. 75. h. Cap. 7. nu. 34.

2 Secundo, quod præfatus D. confessorius tenetur satisfacere dictis creditoribus eo modo, quo religiosi possunt suis sine detrimento sui monasterij, vel ordinis, his modis, quos terigimus in tractatu redit. eccl. a ubi potest videri inter quos dicimus posse satisfacere de rebus, quas in suos honestos vsus dispenderent de licentia legitima suorum superiorum, iuxta ea quæ latius scripsimus in comment. 2. de regul. b

3 Tertio, quod præfatus confessorius debet ponere tantam diligentiam in inquirendo prædictos creditores, & eorum hæredes, quantam tenebatur adhibere penitens: quia subrogatus sapit naturam eius, cui subrogatur. c Quarto, quod iuri proprius videtur præfatus confessorius, vt admoeat secretissimè penitentem, quod non soluit præfata debita, si penitens viuat.

4 Quinto, quod si nullo modo prædictorum potest satisfacere, excutabitur impotentia, iuxta cap. Odoardus, d & l. nam & u. c. & tradita per S. Thom. f & per nos post alios in Man. conf. s. Sexto, quod si creditorum, & debitorum incertitudo non poterit certificari, vel qua parte non potest, est facienda restitutio pauperibus, si fieri potest, per capit. cum tu, iuncta glo. de vsuris. & ipsamet confessorius potest esse vnus de pauperibus, cui tamquam pauperi potest fieri restitutio, vt nos vtiliter declaramus in Enchirid. de orat. h

S V M M A R I V M.

1 Creditor anterior per reuocatum reuocat, quicquid factio debitoris fraudantis in alium peruenit, etiam si esset translatio triennalis locationis, qua debitor prædita ad triennium conduxerat: nec penes eum, qui sic per fraudem acquisiuit, debet quicquam remanere: secus esset, si peruenisset ex non factio, seu omissione, puta a debitor nolendo acquirere fuerit causa, vt ius non acquisitum in hunc tertium perueniret.

CONSILIVM VI.

Titius fideiussor pro Sempronio pro summa 200. scutorum mutuò acceptorum à Ioanne, quorum centum D. Sempronius consumpsit in colendo vinea, quam à Petro ad Triennium conduxerat, & alia 100. in soluendo quædam alia debita. Titius cupiens solutionis prædictæ fideiussionis periculum euadere, dixit ipsi Sèpronio: iam scis te antea contraxisse quamplurima alia debita maiora, quam soluere valeas. Quapropter te mortuo, cum ista mea fideiussio vltimum debitum sit, necessarii mihi erunt soluenda ex propriis bonis ista 200. scuta: obsecro te, vt pro mea securitate, & cautela, transferas in me locationem d. vinea, vt ego possim dicere fructus eius meos esse, & ex eis satisfacere fideiussioni prædictæ, aliàs si non satisfacis ex eis, possim te compellere ex eisdem soluere. Consensit Sempronius, & sic coram notario, & testibus in præsentia dicti Petri domini vinea contententis, pariterque transferentis facta fuit translatio prædictæ locationis triennalis eius in ipsum Titium. Post duos autem annos à dicta translatione defunctus est Sempronius relictus in esse aliquibus fructibus ex ipsa vinea separatis, & anteriores creditores sua credita ab hæredibus petunt. Sed cum non sufficiat hæreditas omnibus soluere.

Dubitatur primò, an prædicta cautela translationis dictæ locationis ita sit valida, & iusta, vt d. Titius ex prædictæ vinea fructibus, scuta illa ducenta vltimo & recentiori creditori, cui per dictam fideiussionem ipse est obligatus, licet soluere possit, aliis creditoribus relictis.

Secundò, an saltem soluere licet possit prædicta centum scuta in colendo & beneficiando dictam vineam ab ipso Sempronio ipsumpta.

Tertio, an tuta conscientia prædictus Titius post mortem dicti Sempronij in conductione dictæ vinea virtute supradictæ translationis pro illo tertio anno, qui deest, vt finiatur prædicta conductione, succedere valeat: vel potius sit dicendum, ei hæredes ipsius Sempronij succedere.

1 Respondeo, quod creditores antiquiores habentes antiquiorem obligationem contra Sempronium poterunt per actionem reuocatoriam, i reuocare præfata translationem locationis, & vtilitates inde sequutas, eo quod non potest negari illam fuisse factam in fraudem creditorum. Tum quia licet illa non habeat locum contra eum, ad quæ peruenit aliquid, eo quod debitor noluit querere illud cum

posset, a habet tamen locum contra illum, ad quem peruenit aliquid ex aliquo contractu debitoris, vel per quodcunque aliud factum. b Tum quia præfatus Sempronius debitor alienauit à se vsum triennalem vinea locata in Titium, & etiam melioramenta quæ fecit in vinea, & etiã operas, quas facturus erat in administranda & colenda illa, & in fructu eius percipiendo, & denique quod nihil debet remanere apud fraudatorem, ex eo quod per fraudem venit ad eum. c Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Regularis quicquid acquirit, suo monasterio acquirit. si sit illius capax, & nu. 20. & hoc ita irrevocabiliter, vt de acquisitis non possit disponere. nu. 11. fallit in beneficio suo, modo non sit episcopatus titularis clero carens, & populo, cui non acquirit, & nu. 20. omnia que acquirit, ita acquirit, vt tamen solus retineat illorum inter viuos dispositionem. nu. 11.

2 Beneficiarius de fructibus beneficii inter viuos disponit in sui honestam sustentationem, & alios pios vsus, & illos etiam in vita sua percipiendos, quamuis sit regularis, potest obligare. nu. 6. & 10. ei verò morienti de iure is qui in beneficio successor est, sed ex priuilegio ratione spoliatorum succedit Camera Apostolica. n. 3. 12. & 17.

4 Beneficiarius debitor ex superfluo, quod debet pauperibus, non potest soluere debita sua: fallit, quando non habet, vnde aliunde soluat. nu. 7. & 9. nam tunc sibi in effectu tamquam pauperi non valenti sua debita soluere erogat: immo & cogitur via iuris, vt ex illis soluat. nu. 19.

4 Monasterium non soluit debita contracta per monachum, nisi creditor probet conuersa in vtilitatem monasterij, vel quod mandante monasterio illa contraxerit. nu. 16. contracta autem per beneficiarium soluuntur de bonis relictis, quorum viuens solus habebat administrationem. nu. 16. at contracta à cõuentu seu monasterij Superiore exigat creditor ab ipso monasterio, absque eo quod cogatur probare conuersum fuisse in vtilitatem monasterij. nu. 6. 8.

5 Spolia Ecclesiasticorum beneficiariorum ita debentur Camera, vt illa ex illis non teneatur soluere debita relictis, nisi quando defunctus non reliquit alia bona, vnde possit propriis creditoribus satisfieri. nu. 19. quia bona, in quibus Camera ratione spolijs succedit, intelliguntur deducto ære alieno. nu. 5. & 13.

6 Beneficiarius duobus modis contrahit debita: nam quandoq; seruatis seruandis contrahit nomine & in vtilitatem Ecclesie seu beneficii, & tunc bona Ecclesie etiam pretiosa & inalienabilia remanent etiam obligata, quandoque contrahit nomine proprio, & tunc prædicta bona Ecclesie non remanent obligata, sed fructus, & alia eius bona, de quib. beneficiarius solus poterat inter viuos disponere, ita vt hæc bona ad successores sui sui transeant onere. Debita primo modo contracta soluit successor in Ecclesia & beneficio: secundo modo contracta soluit in Ecclesia, siue non. nu. 10. Camera tamen, qua succedit in spolio, ad hoc non tenetur, quando debitor alia bona reliquit: quia tunc de illis primo soluenda sunt debita. nu. 19.

14 Intellectus cap. 1. de fideiussionibus.  
15 Intellectus cap. peruenit. de solutione.  
20 Episcopus titularis, qui caret clero & populo, non acquirit suo episcopatus non habenti nec clerum, nec populum.

CONSILIVM VII.

Q Vidam Archiepiscop. olim frater Minor, anno M. D. LXXV. obligauit se in forma Camere ad soluenda 500. scuta collegio cuidã pro parte pretij, quo emerat quoddam palatium ad vitam suam; quibus non solutis, mortuus est anno sequenti 76. cuius spolia Camera Apostolica accepit, à qua prædictum collegium petit sibi solui prædicta 500. scuta. Queritur an teneatur Camera ei soluere.

1 Pro Camera facit primò, quod Archiepiscopus fuerit frater Minor, qui, vt nullus alius religiosus, non potest habere dominium, neque possessionem alicuius rei temporalis etiam minimæ, d quia quicquid acquirit, acquirit monasterio, vel Ecclesie, cui præest, etiam si fuit factus Episcopus, iuxta cap. 1. e & cap. cum olim, f ubi latè tradit Innoc. receptus ab omnibus, & ideo non videtur Archiepiscopus se potuisse obligare ad soluenda prædicta, cum non posset sibi quarere, vnde illa soluere, nec consequenter prædi-

a L. qui au. tem. ff. qui in fraudem creditorum. b L. e. ff. eod.

c L. ait pra. cor. 2. §. pen. nul. ff. eod.

f Ca. 1. de sol. iur. sua gloss.

g Decis. 1. de solut. h Ca. ea te. de iureiur. i 16. q. 1. k l. no. q. 1.

l Capi. quod quibusdam. de fideiuss.

m Ca. presen. tes. de officio ord. l. 6. vers. reservari. n Decis. 1. de solut. o q. 1. de prob.

p L. sub signa. sum. §. bona. ff. de verb. signifi. q. 1. de fructu. ff. sol. matr.

r Clem. 2. §. sed & sales. de vita & hon. cleric. s Super capi. no dicitur. 12. q. 1. nu. 10. t §. sed & talis. v Quasi. 1. mo. nito 8.

d Ca. non dicitur. & ibid. nos. 12. qu. 2. c. 18. §. 1. f 2. de priuili.

sta Camera tenebitur, vt eius successor.

2 Secundò facit, quod nec etiam clericus beneficiarius secularis acquirit ita sibi ex rebus beneficii sui, vt fiat dominus integer, & perfectus, sed solum secundum quid, hoc est ad hoc, vt ex his possit se decenter alere, & reliqua impendere pauperibus, vel aliis pijs operibus, vt tradit Innocentius, a quod nos retulimus, & ampliauius in tract. de redit. eccl. b & ita neque potest disponere de illis donando inter viuos diuitibus, & operibus profanis, neque in morte testari de illis, c & ita Camera, qua per sua priuilegia succedit in spoliis clerici morientis loco Ecclesie, vel successoris, qui iuri communi succedere debebat, debet habere illa, quæ prædictus Archiepiscopus reliquit.

3 Tertio facit, quod Papa seruauit spolia clericorum tam secularium, quam regularium, vt efficaciter probamus in tractatu de spolijs super cap. non liceat, d at omnia quæ sita bona ex rebus ecclesiasticis, quæ relinquuntur in sumpta, dicuntur spolia, vt plenè probauimus ibi, e ergo omnia bona, quæ reliquit in sumpta prædictus Archiepiscopus, sunt spolia, & pertinent ad prædictam Camera, & non est alicui de illis soluendum.

4 Quartò, quod sola illa debita præcessoris, quæ pro necessitate ecclesie contracta fuerunt, tenetur soluere successor, f at debitor prædictorum 500. scutorum non fuit tale, immo nec pro eius vtilitate: ergo Camera, quæ illi successit, non tenetur ea soluere: quo argumento nititur Rota antiqua. s Quintò, quod id, quod debetur, non potest iuste solui alteri: h at bona quæ sita ex rebus ecclesiasticis debentur pauperibus, & operibus pijs, ca. quicquid, i in cuius tractatu passim, k latè probauimus. ergo ex bonis Archiepiscopi, quæ in vita eius debebantur pauperibus, & post mortem ipsius, Papæ, qui est summus pater pauperum, non possunt iuste dari creditoribus eius. Sextò, quod debitum contractum à religioso non debet solui à monasterio creditori, nisi fuerit conuersum in vtilitatem monasterij, l & prædictum debitum est debitum religiosi, & non conuersum in vtilitatem Ecclesie, ergo non est soluendum creditori. Septimo, quod præfatus Archiepiscopus habebat beneficium habens administrationem, & cõsequenter non poterat testari, iuxta glo. sing. m Octauò, q Rota antiqua videtur in specie decidere hanc quæstionem, n quatenus sentit clericum non posse obligare suo creditori fructus sui beneficii. Nono, quod Rota antiqua, o sentit Camera Papæ non teneri soluere debita creditoribus clerici de spolijs eius, saltem si non probantur versã in vtilitatem Ecclesie.

5 Istis tamen non obstantibus, quia verè non obstant, cõtrarium videtur de iure dicendum. Primò quidem, quod illa bona tantum dicuntur esse à moriente relictis, quæ deducto ære alieno superfluo, p sicut & fructus, qui deducta impensa restant, q & ita illa sola bona præfati Archiep. pertinent ad Camera, qua deducto ære alieno, & consequenter præfatis 500. scutis superfluerint.

6 Secundò, quod omnis regularis, siue religiosus beneficiarius, seu habens beneficium Ecclesiasticum potest disponere de fructibus, & rebus eius a quæ amplè, ac clericus secularis beneficiarius de fructibus, & rebus sui beneficii, vt singulariter determinat Cardinalis, r cui nemo contradicit vsque ad quemdam nouissimum, qui sine vilo textu & ratione id facit, vt dixi in comment. 2. de regular. s & efficaciter probatur dicta Clem. 2. t inducendo eo modo, quo illum induximus in tractatu de rebus ecclesie. v ergo præfatus Archiepiscopus, qui erat beneficiarius habens Archiepiscopatum, & alia beneficia Ecclesiastica, potuit disponere de fructibus eorum, sicut alij beneficiarij seculares de fructibus suorum beneficiorum, & consequenter emere domum ad habitandum, præsertim ad suã vitam, & obligare redditus, & fructus beneficiorum suorum, quos inde durante sua vita colligeret pro solutione pretij eius, cum palam sit hoc posse facere clericum secularem de fructibus, & rebus sui beneficii.

7 Tertio, quod debita beneficiariorum debent solui creditoribus de rebus suorum beneficiorum, si non habet alia bona patrimonialia, vel quasi patrimonialia, vnde illa soluant, vt est casus formalis cap. peruenit de fideiui. per quæ stylo omnium curiarum tam Vrbs, quam orbis, omnes be-

neficiarij, siue regulares, siue seculares, coguntur ad soluendum sua debita de quæ sitis intuitu suarum Ecclesiarum, & beneficiorum, si non habent alia bona, vnde illa soluât, quæ ego plus satis experior ex eo, quod cogor iam circiter ad biennium manere in Vrbe, & non redire ad patriam, eo quod quidam dominus trapezita, & siue campfor contendit me debere illi circiter duo millia scutorum, ob quamdam fideiussionem, quæ statim cogeret soluere, si non haberem alias iustas exceptiones, quam quod sim clericus, & canonicus regularis, & non habens alia bona, quam beneficia, vnde illa soluam.

8 Quartò, quod etiam monasteria, quorum Prælati, & religiosi debent aliqua creditoribus, debent illa soluere illis, si fuerint contracta per Prælatos & conuentus eorum, etiam si creditores non probent ea conuersa fuisse in vtilitatem Ecclesie. casus est in c. quod quibusdam, a quod clarius monstrabitur in solutione argumenti sexti.

Quinto, quod omnes actiones, & obligationes conuenientes alicui transeunt in hæredem eius, & contra hæredes debitoris, b ergo actio, & obligatio, quæ prædicto collegio iure naturali, diuino, & humano, Canonico, & Cæsareo competeant contra prædictum Archiepiscopum viuentem, competent eo mortuo contra hæredem ipsius ex testamento, siue ab intestato decedat. cum ergo Camera dicat se esse hæredem, & successorem vniuersalem prædicti Archiep. consequitur, prædicto collegio cõpetere contra illam actionem, & obligationem.

9 Sextò nec potest ad soluendum hoc argumentum, dicere, quod Hostiensis dixit in c. peruenit, c illud c. cõtinere gratiam, & non iustitiam: quia cum ibi respõdeatur cõsultationi, necessario continet iustitiam, iuxta glo. recep. d Neque quod Cardinalis dixit intelligendum esse illud ca. de debitis in vtilitatem ecclesie conuersis. Tum qui diuinar. Tum quia respõsio esset de re indubia, cõtra l. ancilla, e Nec etiam quod Pan. f dixit, clericos illos, de quibus cap. illud loquitur, habuisse alios redditus patrimoniales. Tum quia diuinar. Tum quia contextus clarè probat fuisse iustos soluere de rebus ecclesie. Tum quia respõsio esset de re indubia, contra dictam l. ancilla, e quorum triu tres intellectus latè cõsultauimus ante quinquaginta annos Salmantica prælegendò illud cap. quorum summam postea posuimus in Manu. s & nuper in tractatu de rebus ecclesiasticis, h in quibus soluimus argumentum præfatorum Patrum, quod fecit eos timere, vbi non erat timor, & violare responsum Papæ, & recedere à prædicto omnium curiarum Vrbs & orbis stylo, & ita cum Archiepiscopus, dū viueret, contraxisset prædictum debitum, & fuisset obligatus ad soluendum illud in vtroque foro, & obligasset omnia sua habita, & habenda ad solutionem eius, & non reliquerit alia bona, quam quæ sita ex beneficiis, necessariò sequitur, ex illis esse soluendum à quocumque ipsius hærede, & successore, & consequenter à Reuerendissima Camera, quæ illi successit.

10 Septimò, quod longè aliud est debitum Ecclesie nomine ipsius contractum, & aliud debitum Prælati, rectoris, & beneficiarij nomine suæ personæ contractum, secundum mentem omnium, i obligatio enim nomine personæ Prælati, rectoris, beneficiarij, &c. solum afficit redditus & fructus beneficii, vel Ecclesie, quorum dispensatione ipse habet, & quos potest alienare, & locare ad modicum tempus vitæ suæ pro suo arbitrio sine alia iusta causa, & solemnitate iuris, k non autem afficit bona immobilia, neq; mobilia pretiosa pertinentia ad Ecclesiam, quæ non potest beneficiarius alienare, neq; obligare sine iusta causa, & solennitate debita, l obligatio verò nomine Ecclesie vel beneficii contracta afficit bona præfata immobilia & mobilia pretiosa, & redditus pertinentes ad fabricam Ecclesie, qui non subunt dispensationi solius Prælati, vel beneficiarij, sed sunt conseruanda per operarios Ecclesie ad vtilitatem illius, & nõ ad sustentationem beneficiarij, quales sunt multi, & amplissimi in Hispaniis: quæ æquiuocatio nominis bonorũ, & debitorum Ecclesie confusa, & malè distincta, plus satis cõfusionis inducit circa dicta, & expositiones Doctorũ tractantiũ de obligatione bonorũ, & solutione debitorum Ecclesiarum, & beneficiorum. & in præfenti nõ tractatur de obligatione, & solutione debitorũ ipsarũ

a De fideiuss.

b Leg. 1. §. 2. & toto titulo C. de hered. aut. §. l. e. ff. ad Trebell.

c De fideiuss.

d In cap. cõsultationi. de temp. ord.

e C. de fur. f Ca. cum eff. de testa. num. 27.

g Cap. 25. nu. 151. h qu. 1. mon. 52.

i In dicto ca. 1. de solutio. & ca. peruenit. de fideiuss. & alibi sape.

k Ca. vestra. de locat. & c. fin. ne prel. vices. suas. clem. 1. de rebus eccle. non alienan.

l Ca. sine exceptione. 1. 2. q. 2. ca. nulli de rebus eccl. non alien.

Ecclesiarum, vel beneficiorum prædicti Archiepiscopi, sed de obligatione & solutione bonorum & debitorum personam ipsius Archiepiscopi afficientium, & ita Archiepiscop. pro arbitrio suo sine alia causa & solennitate iuris potuit obligare suam personam, & suos fructus, & redditus ad suam personalem dispositionem pertinentem, sine vlllo dano inde consequendo suis Ecclesiis, & beneficiis, & bonis eorum immobilibus, & mobilibus pretiosis, & redditibus ad fabricas pertinentibus: & illa obligata per illud, ad quæcumque transeant, cum onere suo transeant, & obligationes, & actiones actiuæ, & passiuæ personam Archiepiscopi & bona ad ipsius solius dispensationem pertinentia transeant in hæredem, & contra hæredem eius, siue debita cõuersa fuerint in vtilitatem Ecclesiæ, siue non. & ita cum in prædictam Camera transierint prædictæ obligationes, & actiones actiuæ, & passiuæ, sicut potest vti actiuus ad recuperandum debita, quæ Archiepiscopo debebatur, ita pati debet passiuus ad soluendum ea, quæ Archiepiscopus debebat. <sup>b</sup> Id quod ex solutione oppositorum clarius apparebit.

11 Ad primum igitur oppositorum respondeo, concedendo quidem, quod nullus religiosus potest acquirere quicquam sibi, immo quicquid acquirat, monasterio, vel Ecclesiæ, cui præest, acquirat, sed aliter religiosus simplex, & aliter beneficiarius: simplex enim quærit monasterio irrevocabiliter, ita quod non potest disponere solus de illo quæsit, postquam quæsitum est, iuxta athen. <sup>c</sup> Beneficiarius autem revocabiliter, ita quod potest disponere de illis inter viuos, sicut alij beneficiarij sæculares de redditibus sui beneficij, vt probatum est primo argumento pro collegio formato: & in casu proposito non loquimur de religioso simplici, sed beneficiario, & non quali quali, sed Archiepiscopo.

12 Ad secundum concedo, quod etiam clericus sæcularis beneficiarius non quærit ex redditibus sui beneficij ita sibi, vt fiat perfectus & integer dominus, & cõsequenter, quod non potest de illis testari, neq; inter viuos donare cognatis, vel aliis diuitibus, negando tamen quod non possit dispendere ita quæsitum in suos & suorum decedentes vsus per contractus inter viuos non gratuitos, emendo videlicet, & vendendo, locando, conducendo, & permutando, immo & gratuitos, donando ob causam remunerationis, paupertatis, vel pietatis, vt in dicto tractatu latè tradimus, <sup>d</sup> & cõsequenter concedimus, quod prædictus Archiepiscopus non potuit testari, nec per vltimam voluntatem relinquere prædicta 500. scuta prædicto collegio. negamus tamen, quod non potuit per contractum non gratuitum emptio- nis, se & suos redditus obligare illi, sicut in forma Camere obligauit pro pretio emptio- nis prædicti palatij ad suam vitam, cum religiosus beneficiarius possit disponere de redditibus, & fructibus sui beneficij, perinde ac sæcularis de redditibus suis, vt probatum est in argumento secundo pro collegio facto.

13 Ad tertium concedimus Papæ succedere in bonis prædicti Archiepiscopi, & quod omnia bona, quæ ipse reliquit, debentur Reuerendissimæ Camere, sed negamus, omnia, quæ erant penes Archiepiscopum, esse bona illius, sed solū ea, quæ super sunt deducto are alieno, iuxta l. <sup>e</sup> *subsignatum*. & adducta in argumento primo pro collegio formato, & consequenter deductis prædictis 500. scutis, quæ erant as alienum, seu debitum ipsius Archiepiscopi.

14 Ad quartū, quod alia sunt debita, quæ respiciunt & afficiunt personam beneficiarij, & redditus eius, quorū dispensatio pertinet ad eū solū: & alia, quæ afficiunt, & respiciunt ipsam Ecclesiā, & bona eius, de quibus beneficiarius non potest sine iusta causa, & iuris solennitate disponere: aliud item succedere in beneficio, & aliud succedere in bonis beneficiarij, vt deductū est in argumento vltimo pro collegio facto: & quod capit. 1. <sup>f</sup> loquitur de succedente in beneficio, & Ecclesia, & bonis, quæ non sub sunt dispositioni solius beneficiarij, & ita concedimus, quod ille non tenetur soluere debita, quæ contraxit præcessor, nisi fuissent contracta pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, quod habet illud capit. & ita fatemur, quod successor prædicti Archiepiscopi in Archiepiscopatu & aliis beneficiis eius, non tenetur soluere prædicta 500. scuta, cum nõ fuerint pro necessitate illorum accepta, vel promissa. & in casu proposito non loquimur de succedente in archiepiscopatu, & beneficiis prædictis, vel bonis eorū, de quibus non poterat Archiepiscop. disponere in vita, sed de succedente in bonis Archiepiscopi, de quibus potuit ille disponere in vita per contractum non gratuitos, & etiam gratuitos, causa remunerationis, pietatis, vel paupertatis initos. & sic negamus, quod Camera, quæ succedit in illis bonis, de quibus ille poterat disponere, non tenetur eius dispositioni stare, quauis illa non fuerit facta pro necessitate ecclesiæ, alioquin enim non teneretur soluere etiam panem, vinum, carnes, & alia empta ab ipso pro sustentatione decentia suæ vite, & personæ, si ante suam mortem ipsemet nõ soluisset, quod est absurdum, & ita nõ dicēdū.

15 Ad quintum respondeo, quod hoc argumentum, cui nemo (vt arbitror) ante nos satisfecit, adeo torfit Innocentiū, Host. Ioannem Andream, Card. Pan. & omnes alios, <sup>b</sup> vt illius contextum destruxerint, & inutilem fecerint diuinando, improprando, & ad gratiam redigendo, vt dictū est in argumento sexto pro collegio facto: & destruendo illum textum, docere videntur contra praxim omnium curiarum Vrbs & orbis, quod beneficiarius non potest iustè soluere, nec iustè potest cogi ad soluenda debita sua, quantumlibet legitima, de redditibus sui beneficij suis creditoribus, præsertim diuitibus, nisi fuerint contracta pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ suæ: cui tamen argumento quinto nos in locis in prædicto argumento sexto citatis satisfecimus, ea consideratione, quod omnis beneficiarius, siue sæcularis, siue regularis, qui verè & legitime est obligatus ad soluenda aliqua, & non habet vlla alia bona, vnde illa soluat, quam redditus sui beneficij, est pauper, & egenus, & soluere de illis debita legitima creditoribus, est dare, & impendere illos in vsus pauperis, & consequenter non est dare illos aliis, quam pauperibus. & ita respondendo formaliter ad hoc quintum argumentum, concedimus assumptum, siue maiorem eius, scilicet, quod debitum vni non debet solui alteri, neque qui soluit alteri, liberatur à debito: concedimus subsumptum, seu maiorem, scilicet, redditus beneficiorum superfluos esse debitos pauperibus, vel pijs operibus: concedimus etiam consequentiam, ergo beneficiarius non debet soluere, nec cogi ad soluendum debitum creditori, saltem diuiti, intelligendo de beneficiario diuite, & habente patrimonialia, vnde illa soluat. negando tamen illam, intelligendo de beneficiario non habente talia patrimonialia: quia talis beneficiarius debitor est pauper, & soluere eius debitum, est soluere pauperis debitum, & consequenter dare pauperi: & ita talis beneficiarius ipsemet sua sponte potest soluere sanctè, & sanctè cogi à iudice ad soluendū creditori etiam diuiti: quia id æquipollenter est erogare pauperi, & egeno, cum solua- re creditori debitoris in effectu sit dare debitori, quia liberat eum ab obligatione. <sup>c</sup> Vnde & qui tenetur aliqua distribuere pauperibus, potest, si est pauper, capere sibi tāquam pauperi aliqua ex eis, vt diximus in Manu. <sup>d</sup> & latius in tract. de red. <sup>e</sup> post Bald. <sup>f</sup> Calderinum, & Ancharanum. <sup>h</sup>

16 Ad sextum respondeo, quod assumptum in eo, scilicet, debitum religiosi non est soluendum à monasterio, nisi conuersum fuerit in vtilitatem eius, intelligendum est de debito contracto à religioso simplice, sine mādato monasterij, nos autem loquimur de religioso nõ simplici, sed de habente beneficium, & beneficia. Item, quod assumptū loquitur de monasterio, quod nõ tenetur soluere debitū religiosi etiam beneficiarij de bonis monasterij, de quibus ipse non poterat disponere, nos autem loquimur de redditibus, de quibus Archiepiscopus, licet esset religiosus, poterat disponere in vita sua: & ita nõ obstat penitus, quia à disparatis non fit illatio.

17 Ad septimum concedimus, quod Archiepiscopus nõ poterat testari, etiam si non esset religiosus, de redditibus suorum beneficiorum, nec prædictū collegium peti prædicta scuta tamquam sibi debita ex testamento, vel vltima voluntate: sed negamus, quod non poterat emere, vendere, locare, & conducere per contractus alios licitos de redditibus suis legitime initis, qualis fuit emptio dicti palatij ad suam vitam: & ita prædictum collegium peti prædicta scuta ex contractu, & non ex vltima voluntate.

**A** rint pro necessitate illorum accepta, vel promissa. & in casu proposito non loquimur de succedente in archiepiscopatu, & beneficiis prædictis, vel bonis eorū, de quibus non poterat Archiepiscop. disponere in vita, sed de succedente in bonis Archiepiscopi, de quibus potuit ille disponere in vita per contractum non gratuitos, & etiam gratuitos, causa remunerationis, pietatis, vel paupertatis initos. & sic negamus, quod Camera, quæ succedit in illis bonis, de quibus ille poterat disponere, non tenetur eius dispositioni stare, quauis illa non fuerit facta pro necessitate ecclesiæ, alioquin enim non teneretur soluere etiam panem, vinum, carnes, & alia empta ab ipso pro sustentatione decentia suæ vite, & personæ, si ante suam mortem ipsemet nõ soluisset, quod est absurdum, & ita nõ dicēdū.

**B** 15 Ad quintum respondeo, quod hoc argumentum, cui nemo (vt arbitror) ante nos satisfecit, adeo torfit Innocentiū, Host. Ioannem Andream, Card. Pan. & omnes alios, vt illius contextum destruxerint, & inutilem fecerint diuinando, improprando, & ad gratiam redigendo, vt dictū est in argumento sexto pro collegio facto: & destruendo illum textum, docere videntur contra praxim omnium curiarum Vrbs & orbis, quod beneficiarius non potest iustè soluere, nec iustè potest cogi ad soluenda debita sua, quantumlibet legitima, de redditibus sui beneficij suis creditoribus, præsertim diuitibus, nisi fuerint contracta pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ suæ: cui tamen argumento quinto nos in locis in prædicto argumento sexto citatis satisfecimus, ea consideratione, quod omnis beneficiarius, siue sæcularis, siue regularis, qui verè & legitime est obligatus ad soluenda aliqua, & non habet vlla alia bona, vnde illa soluat, quam redditus sui beneficij, est pauper, & egenus, & soluere de illis debita legitima creditoribus, est dare, & impendere illos in vsus pauperis, & consequenter non est dare illos aliis, quam pauperibus. & ita respondendo formaliter ad hoc quintum argumentum, concedimus assumptum, siue maiorem eius, scilicet, quod debitum vni non debet solui alteri, neque qui soluit alteri, liberatur à debito: concedimus subsumptum, seu maiorem, scilicet, redditus beneficiorum superfluos esse debitos pauperibus, vel pijs operibus: concedimus etiam consequentiam, ergo beneficiarius non debet soluere, nec cogi ad soluendum debitum creditori, saltem diuiti, intelligendo de beneficiario diuite, & habente patrimonialia, vnde illa soluat. negando tamen illam, intelligendo de beneficiario non habente talia patrimonialia: quia talis beneficiarius debitor est pauper, & soluere eius debitum, est soluere pauperis debitum, & consequenter dare pauperi: & ita talis beneficiarius ipsemet sua sponte potest soluere sanctè, & sanctè cogi à iudice ad soluendū creditori etiam diuiti: quia id æquipollenter est erogare pauperi, & egeno, cum solua- re creditori debitoris in effectu sit dare debitori, quia liberat eum ab obligatione. <sup>c</sup> Vnde & qui tenetur aliqua distribuere pauperibus, potest, si est pauper, capere sibi tāquam pauperi aliqua ex eis, vt diximus in Manu. <sup>d</sup> & latius in tract. de red. <sup>e</sup> post Bald. <sup>f</sup> Calderinum, & Ancharanum. <sup>h</sup>

**C** 16 Ad sextum respondeo, quod assumptum in eo, scilicet, debitum religiosi non est soluendum à monasterio, nisi conuersum fuerit in vtilitatem eius, intelligendum est de debito contracto à religioso simplice, sine mādato monasterij, nos autem loquimur de religioso nõ simplici, sed de habente beneficium, & beneficia. Item, quod assumptū loquitur de monasterio, quod nõ tenetur soluere debitū religiosi etiam beneficiarij de bonis monasterij, de quibus ipse non poterat disponere, nos autem loquimur de redditibus, de quibus Archiepiscopus, licet esset religiosus, poterat disponere in vita sua: & ita nõ obstat penitus, quia à disparatis non fit illatio.

**D** 17 Ad septimum concedimus, quod Archiepiscopus nõ poterat testari, etiam si non esset religiosus, de redditibus suorum beneficiorum, nec prædictū collegium peti prædicta scuta tamquam sibi debita ex testamento, vel vltima voluntate: sed negamus, quod non poterat emere, vendere, locare, & conducere per contractus alios licitos de redditibus suis legitime initis, qualis fuit emptio dicti palatij ad suam vitam: & ita prædictum collegium peti prædicta scuta ex contractu, & non ex vltima voluntate.

<sup>a</sup> In illa decis. de solut. ibi Cap. Anan. um. s. affessorum, de rescrip. lib. 6.

<sup>b</sup> De probat.

<sup>c</sup> De fideiuss.

<sup>d</sup> In ca. peruenit. de fideiuss. & alibi sepe.

<sup>e</sup> Ca. present. i. ver. refer. nari. de offic. ord. li. 5.

<sup>f</sup> Quæstio. 2. mon. 1.

<sup>g</sup> In illa quibus modis soluitur obligatio in princip. d. Cap. 25. nu. 123.

<sup>h</sup> Ca. ad audiendam. de decim.

a Ca. ex l. v. de pignori.

b Arg. le. i. ff. ad Trebel. & totius tit. eod. de hered. aff.

c C. de sacrosan. eccl. ca. in presentia. de probat.

d Qu. 1. mon. 18. & 29. & seq.

e 6. bona. ff. de verb. sign.

f De solut.

quam suis cognatis, immo nec ad vlla opera pia; quippe qui eo quod erat religiosus, nullatenus potuit testari, iuxta ca. 2. <sup>a</sup> cum multis, quæ in dicto cõmentario scribimus.

20 Tum quia est consequens his, quod exceptis illis bonis, quæ per fideicommissum, vel onus iniunctum appõsit in testamento & donatione prædictis debentur necessario aliis, reliqua omnia pertinent ad Sedem Apostolicam, non tantum ea ratione, quod sunt spolia, quantum eo quod à principio ei fuerunt acquisita: ita quod exceptis illis, quæ pro se sustentant Archiepiscopus expendit in vita, omnia remanserunt prædictæ sedi, cui fuerunt quæsitæ; cum archiepiscopatu suo, vt dicitur, titulari, qui caret clero, & populo Christiano, non potuerit quærri: & ita nihil obstat intentioni Camere dictæ extrauagans Pij V. quæ peculiaribus clericis plurimum commodat, vt nos diximus in comment. c. non liceat. <sup>b</sup> Salua, & c.

**DE DONATIONIBVS.**

**SVMMARIVM.**

1 Donare potest quis inter viuos mille, vt donatarius eidem diuixerit centum quot annis soluat, nec hic contractus prohibetur per extrauag. Pij V. num. 2.

1 Periculo subito facit, vt quis iustè capiat plus quam donat & teneat sponsiones.

**CONSILIVM I.**

**Q**UIDAM donauit mille alteri donatione irrevocabili inter viuos, ea lege, vt donatarius teneretur ei redonare singulis annis vitæ ipsius centum, ita quod mortuo donatore, nihil deberetur hæredibus suis. Quæritur an is contractus sit licitus.

Respondetur, quod pro parte negante facit primo extrauag. cum onus. Pij V. quam iusto cõmentario donauimus in commen. c. 1. <sup>c</sup> quatenus vetat constitui aliquem censum in alia forma: quam in ea præscripta; & quod cõsus hic non est cõstitutus in ea forma. Secundo facit, quod prædictus donator si vixerit vndecim annos à donatione facta, accipiet aliquid vltra ea quæ dedit; & ita videri potest vsurarius vbi que reprobatur. <sup>d</sup>

1 Pars verò affirmatiua tenenda est. Tum quod licita est donatio sub modo iusto facta, <sup>e</sup> & donatio præfata est eiusmodi; nullum enim continet modum iniustum. Tum quod subito periculi est iusta causa suscipienda aliquid vltra id quod datur iuxta iura, <sup>f</sup> & tradit Decius, <sup>g</sup> & in casu proposito donator subiit periculum perdendi magnā partē illorū mille, quæ donat: nā si paucis vel nullis annis vixerit, lōgè minus quā donauit accipiet, vel fortè nihil capiet. Tū quæ contractus nullatenus est mutatio, etiam si non sit vera donatio, sed donatio sub modo, vt dictum est, aut contractus innominatus, do vt des, vt diximus in Man. confess. <sup>h</sup> Tum quod, vt ibidem diximus, licitū est donare alteri aliquid cū pacto, quod si vixerit certos annos, reddatur ei duplum, & alioqui nihil.

2 Tum denique quod nõ obstat pro parte negante adducta. Ad prius enim eorū respondetur, quod extrauagans Pij V. loquitur de censu constituto per viam emptio- nis, vel alius contractus ei æquipollentis, vt nos diximus super ea, <sup>i</sup> in casu autem proposito agitur de censu constituto per viam donationis sub modo facta; & ita nõ videtur ad ipsum extendi, cum quisque possit rei sue traditioni modū imponere. <sup>k</sup> Ad posterius autē respondetur cõcedēdo esse vsuram quicquid accipitur vltra fortem ex contractu mutui, non autem ex aliis contractibus emptio- nis, & ceterorum vt palam est: & in proposito non agitur de contractu mutui, sed de contractu donationis modalis, cui donator potest adiciere modū à legibus non improbatum, vt prædictum est.

**SVMMARIVM.**

1 Extrauagans Pij V. edita anno 1567. de spolijs, non agit de omnibus vasis argenteis, sed solum de destinatis ad cultum diuinum. quæ beneficiarij tempore mortis relinquunt: vnde non prohibentur ea inter viuos ad pia opera donari.

Ad octauum respondeo primo, quod Rota, <sup>a</sup> refert tantū quæstionem Archidiaconi, <sup>b</sup> in quam inclināt etiam Innocentius & alij supra citati, videlicet, quod clericus debitor non potest iustè soluere sua debita de redditibus sui beneficij; sed non ait, ita decisum fuisse à Rota; immo expressè ait, Auditorem Camere contrarium feruare, dādo sequestrum fructuum beneficiarij pro debitis eius. Secundo respondeo, quod potest intelligi de clerico beneficiario habente alia bona patrimonialia, ex quibus sua debita soluere possit, & non de non habente talia, de quo agitur in casu proposito.

18 Ad nonum, quod fundatur in decisione illa 4r. <sup>c</sup> respondeo primo, quod non ait illam causam fuisse decisam per ibi adducta. Secundo, quod nihil affirmat, sed dubitādo & vacillando refert opiniones varias, quas latius & distinctius supra tetigimus, & reprobauimus; quia sunt contra contextum expressum c. peruenit. <sup>d</sup> & cõtra praxim omnium curiarum Vrbs & orbis, per responsa ad quintū argumentum, cui non potuerunt respondere, & potest optinē & sanctè supradictō modo responderi. Tertiō, quod ipsa fatetur, quod debita contracta in vita à beneficiario habente administrationem, debent solui de redditibus eius quæsitis ab eo viuentem; & in casu proposito agitur de habente administrationem, & non qualem quæle, sed archiepiscopatus. Quartō, quod ineptè allegat ad suū propositum glossam illam solemnem, <sup>e</sup> quia quæstio sua proposita, ibi est de debitis à clerico in vita per cõtractū, contractis; & glossa loquitur de debitis per vltimam voluntatem contrahendis: non enim glossa quærit, an clericus in vita possit contrahere, sed an possit testari, quæ lōgissimè differunt; & vera resolutio habet, quod nullus beneficiarius potest testari iure communi sine dispensatione Papæ de redditibus sui beneficij, siue habeat administrationem, siue non, quicquid illa glossa dicat, vt latè monstrauimus in tractatu de redditibus, <sup>f</sup> & quod quilibet beneficiarius siue regularis, siue sæcularis potest contrahere obligationē, & actionē actiuā, & passiuā, vt supra dictum est: & cum in proposito casu tractetur de contractu, & nõ de vltima voluntate, illa glo. nõ facit, vt aiunt, ad rhōbū.

19 Quinto; quod prædicta decisio confundit debitum beneficiarij, & debitum Ecclesiæ, & successorem beneficiarij quo ad bonam quæsitam per eum de redditibus Ecclesiæ, quæ tamen sunt distinguenda; vt supra in argumento vltimo pro collegio facto distinximus: & ommissa sua obscuritate resoluendum, quod succedens in bonis quæsitis ex redditibus Ecclesiæ non tenetur ad soluenda debita Ecclesiæ: nec succedens in Ecclesia & beneficio ad soluenda debita, quæ non fuerunt conuersa in vtilitatem Ecclesiæ. Per quā distinctionē, & resolutionē, cõcedimus, quod qui successerūt prædicto Archiepiscopo in Archiepiscopatu, vel aliis beneficiis, & Ecclesiis quæ per mortē eius vacarūt, nõ tenentur soluere prædicta 500. scuta, quæ non fuerunt conuersa in vtilitatem Ecclesiæ: sed qui successerūt, vel qui succedere debet vel ex testamento vel ab intestato prædicto Archiepiscopo in quæsitis à se ex redditibus sui archiepiscopatus, & aliorum beneficiorum, debet soluere illa, si non reliquit alia patrimonialia, vnde illa solui possint; & quia Reuerendissima Camera nõ successit Archiepiscopo in archiepiscopatu; nec in aliis beneficiis, sed in quæsitis per eū ex redditibus illorum, tenetur soluere debita ipsius legitime contracta in sua vita, & cõsequenter prædicta 500. scuta. Quia verò vltra ea, quæ hic scripto allegantur, dictum fuit mihi verbo, quod pro parua summa offerabatur à Camera concordia, & absolutio, consulo vt fiat, & acceptetur. Tum quia rei veritas in hoc casu habet, quod quidquid prædictus Archiepiscopus quomodolibet quæsiuit, siue ex industria, siue ex negotiatione, siue ex rebus donatis inter viuos, siue relictis in vltima volū tate, siue aliter omne illud quæsiuit suo archiepiscopatu, vel sed Apostol. iuxta c. 1. <sup>g</sup> & multa alia, quæ nunc scribo in commen. c. nõ liceat. <sup>h</sup> eo quod propter solēne votum paupertatis nullatenus potuit quærere sibi, nec cognatis suis. Tum quia prædictus Archiepiscopus per nullam vltimam voluntatem potuit relinquere quic-

in illa decis. de solut. ibi Cap. Anan. um. s. affessorum, de rescrip. lib. 6.

De probat.

De fideiuss.

Ca. present. i. ver. refer. nari. de offic. ord. li. 5.

Quæstio. 2. mon. 1.

18. qu. 1. ca. cum olim. 2. de priuileg. h. 12. q. 1.

a De testam.

b 12. q. 1.

c 1. 4. q. 3.

d Ca. quia in omnibus. de vsuris. c. Toto tit. de donationibus qua sub modo. f. Leg. 1. & 2. C. de nauico fanore. & notatur in c. fin. de vsuris g. In consil. 123. h. Cap. 17. nu. 222.

i In gloss. 17. k. L. traditio nibus. ff. d. pact. c. veris. de conditio n. appõsit.



CONSILIVM I.

CANONICVS donavit quaedam vasa argentea cuicidam capella; in qua elegit sepulturam, ante duos annos, quam moreretur. Queritur an praedicta capella possit se defendere ab Ecclesia ipsius canonici, illa sibi repetere volente virtute extrauag. Pij V. edita: anno 1576. super spoliis.

1 Respondeo, quod iure optimo potest praedicta capella retinere sibi vasa praedicta. Primo, quia praedicta extrauagans non disponit de quibuslibet bonis, vel vasis beneficiariorum, sed tantum de destinatis ad vsum & cultum diuinum, vt expressè habent eius verba: & ex argumento, & quaestione propositis non colligitur, quod praedicta vasa erant ad vsum diuinum destinata. Secundo, quod praedicta extrauagans non disponit de omnibus ad vsum & cultum diuinum destinatis, sed tantum de illis, quae tempore obitus beneficiarij inueniuntur relicta ex testamento, vel ab intestato: & praedicta vasa, de quibus est quaestio, etiam si fuissent ad vsum & cultum diuinum destinata, non fuerunt relicta ex testamento, vel ab intestato tempore obitus; quia, vt in casu proponitur, fuerunt donata praedictae capellae duobus annis ante obitum: & ita non habet locum in eis extrauagans, quae inducit nouum ius, vt colligitur ex illis verbis eius, statim, & decernim, vt super eadem extrauagante, diximus; & ideo non est extendenda ad ea, quae non comprehenduntur in ea, sed debent remanere sub iure antiquo; a quo non receditur, nisi quatenus videbitur recessum a iure nouo. b Tertio, quod illa extrauagans non tollit beneficiarij potestatem, quam a iure communi habent, donandi ad pia opera bona destinata ad cultum diuinum, dum viuunt; sed solum tollit eis facultatem disponendi de illis ex testamento, vel ab intestato, vt super eadem extrauagante expressè hoc, notauimus. Cum ergo praedictus canonicus donauerit praedicta vasa in pios vsus per donationem inter viuos, & non reliquerit illa ex testamento, vel ab intestato; sequitur posse, & debere illa praedictam capellam habere. & quoniam ante contingentiam huius casus haec scripsi, non addo plura, quia per illa est mihi haec conclusio indubitata.

SVMARIVM.

1 Beneficiarius quo ad acquirendum actu ius in fructibus equiparatur usufructuario, cui acquiruntur simulac sunt separati a solo, modo separatio sit facta nomine ipsius qualis praesumitur facta per debentes decimas ac colonos, num. 2. nendum paritatis sed conuenta pensione volentes, nu. 3. nondum autem separati ad ipsum non spectant, licet possit ex eis expensas eorumdem serendorum gratia factas deducere, num. 3.

1 Donatio, quam facit titularis de omnibus fructibus sui beneficij, non comprehendit illam partem, quae de iure, vel consuetudine debetur Ecclesiae, & num. 3.

CONSILIVM III.

EPISCOPVS Immolensis iamiam moriturus 21. mensis Augusti donauit cuicidam nepoti suo ex fratre praesentis; & acceptanti omnes & singulos fructus collectos; & a solo separatos spectantes quomodolibet ad suum episcopatum. Queritur, qui fructus illius anni seletur donati.

1 Respondendum est donatos censeret omnes fructus illius anni pertinentes ad episcopatum, in quibus iam erat donatori ius quaesitum actu die 21. Augusti, excepta parte, quae tunc de illis debebatur Ecclesiae de iure, vel consuetudine; & continentur non solum decimae, & alij fructus, qui tunc erant collecti, & in horrea reconditi, sed etiam qui erant iam messi, & ab arboribus, vel terra separati, etiam si nondum essent triturati, & grana ex spicis excussa; quia mea opinione, cui me antehac subscripsi, beneficiarius in hoc casu exaequat usufructuario, licet quo ad quaedam alia differat ab eo, iuxta glossam.

2 Nam ad usufructuarium pertinent omnes fructus separati a solo suo nomine, iuxta l. si eius. f. & secundum vtiorem intellectum l. arboribus. s. alias est l. si fur. h. quamuis praedicta glossa videri possit requirere reconditionem in horrea. Arbitror enim: quod licet beneficiarij vt plurimum non separent per se, nec per alios fructus, quos coloni colligunt, & ex quibus postea decimas soluunt; tamen ipsi coloni, qui ea mente messim vel vindemiam faciunt, vt ex eis decimas soluant, satis videntur nomine beneficia-

riorum quo ad partem illis debitam metere, vindemiarum, ac fructus colligere.

3 Non tamen censetur donati fructus etiam alij a decimis, qui nondum erant a solo separati; etiam si per ipsum Episcopum eius impensis vel per eius colonos paritarios, aut pensionarios facta fuissent semina, ex quibus illi orti fuerunt: quamuis eo casu deducere possent impensas, quas Episcopum eorum serendorum gratia fecit: quia fructus dicuntur, qui residui sunt impensis deductis.

Nec etiam censetur donata pars illa fructuum, quae iure, vel consuetudine debebatur Ecclesiae: quae quota, vel quata sit arbitror iudicandum esse per consuetudinem, vel constitutiones synodales, vel eis deficientibus per c. quatuor. b

SVMARIVM.

1 Beneficiarius & Episcopus de rebus suis victui superfluis, vt sanitatis, quam infirmitatis tempore possunt, immo debent nendum modica, sed etiam magna in pia opera donare; legare autem, aut de illo testari non possunt, nisi habeant super hoc indultum, num. 2. & 4.

3 Argumentum a contrario sensu aliis validum, inualidum tamen est ad hoc, vt ex illo colligi possit aliquid, cuius contrarium alio iure, sit expressum.

5 Donatio inter viuos etiam ab infirmo, ita irrevocabiliter facta vt liceat donatori intra duos menses illam reuocare, licet videatur facta causa mortis conditionalis, num. 7. attamen ex quo in ea saltem in parte dispositiva nulla sit mentio mortis, censenda est inter viuos, numer. 6. & 9. non conditionalis, sed absoluta, licet intra dictum tempus reuocabilis, nu. 8.

8 Donatio inter viuos conditionalis purificatur, & perficitur per aduentum seu purificationem conditionis, etiam si conditio purificetur post mortem donatoris.

10 Donatio ita inter viuos facta creditoribus irrevocabiliter, vt liceat donanti illam intra certum tempus reuocare, potest in iure defendi quod non sit reuocabilis, seu saltem quod non possit tuta conscientia reuocari, 12.

11 Spolia defunctorum sunt, quae solutis debitis, deductisq; expensis supersunt; siue agatur de fructibus beneficiorum, siue de alijs bonis.

CONSILIVM IV.

LEODOVICVS Balduin<sup>o</sup> infirmarius, & canonicus Ecclesiae Niciensis I. V. D. inferuiuit bo. mem. Francisco Lamberto, dum vixit, Ecclesiae Niciensis Praesuli pro eius Vicario generali circiter decem & octo annis, a quo toto illo tempore nullum salarium accepit: vnde anno 1583, idem Praesul graui infirmitate detentus, memor seruiturum eiusdem Vicarij, in remunerationem seruitutis ab illo sibi per tot annos, vt praefertur, impensa, pro qua dixit non fuisse ei satisfactum, & quia sic ei facere placuit, donauit illi praesenti & acceptanti donationem irrevocabili inter viuos (sub ea lege, quod si sibi videretur infra duos menses proximos, sibi liceret illam reuocare) suos libros; iocalia, & mobilia domus, ac mille scuta, quae habebat in quadam crumena existente in eius domo Episcopali, quam D. Vicario consignando eidem ordinauit, vt de dictis pecuniis disponeret in vsus; quos tunc illi commisit. Deinde post paucos dies idem Praesul, sicut Domino placuit, vita functus est: post cuius obitum mobilia fuerunt in inuentario redacta, & deposita vti spolia spectantia per concessionem Apostolicam ad magnum Magistrum SS. Mauritij & Lazari. idem autem Vicarius distribuit pecunias existentes in d. crumena, seu earum maiorem partem iuxta voluntatem Episcopi donatoris, videlicet locis pijs in eleemosynam, familiaribus dicti Episcopi, & similibus, ac in conficiendo depositum marmoreum in ecclesia Niciensi pro sepultura cadaveris dicti Episcopi.

Modo molestatur a collectore spoliourum tam super pecunijs in d. crumena sibi consignatis, & per eum distributis, ac illarum residuo penes eum remanente, nec non super libris, & alijs donatis, sub praetextu quod donatio non teneat, & censetur facta in fraudem. Queritur, quid iuris?

AD HANC QVAESTIONEM responderetur primo, quod donatio facta ab Episcopo inter viuos de rebus suis episcopat<sup>o</sup> ad pia opera valet, non solum si ea faciat sanus, sed etiam si ea faciat aegrotus, & existens infirmus; vt

a Le. fructus. ff. solut. matri. b Et ca. reditibus. 12. q. 2.

g Destitiam. h ff. ad le. A. quilibet. i In c. qualis. 25. dist. k In verbo mobilibus. in d. ca. ad hac.

l Ca. vltima voluntas. 13. q. 2. cap. cum Martia. de celeb. missa. m L. sicut ab initio. C. de actio. & oblig. l. in commodato. §. si cui. ff. comm. n In d. ca. ad hac. o Leg. 1. ff. de offic. eius cui man. est. & c. cum Apostolica. de his qua sunt a prel. p In ca. a nobis. de sent. excomm. q In ca. signifi. casti. de foro compet. r Quasi. 1. nu. 24. & 34. s Not. 1. verbum illud. t Super e. quoniam quicquid & in apolo. g. q. 3. v In l. 2. ff. de pact. x In rubrica de testam. 3. par. nu. 1. & 15.

a Quaesitio. 1. monit. 34. in eius apologia. nu. 82. b Capi. 1. 10. q. 1. c Mon. 26. & seq. & 42. & seq. in eius apologia mo. nito 27. 38. & 39. d L. de pretio. ff. de publi. in rem actio. & cap. soluta. sub fin. de maior. & obed. e In capi. ad hac. de testa. f 13. dist. c. nemo. de penit. dist. 7.

g Destitiam. h ff. ad le. A. quilibet. i In c. qualis. 25. dist. k In verbo mobilibus. in d. ca. ad hac.

l Ca. vltima voluntas. 13. q. 2. cap. cum Martia. de celeb. missa. m L. sicut ab initio. C. de actio. & oblig. l. in commodato. §. si cui. ff. comm. n In d. ca. ad hac. o Leg. 1. ff. de offic. eius cui man. est. & c. cum Apostolica. de his qua sunt a prel. p In ca. a nobis. de sent. excomm. q In ca. signifi. casti. de foro compet. r Quasi. 1. nu. 24. & 34. s Not. 1. verbum illud. t Super e. quoniam quicquid & in apolo. g. q. 3. v In l. 2. ff. de pact. x In rubrica de testam. 3. par. nu. 1. & 15.

neruosisimis argumentis probamus in tract. de rebus ecclesiasticis. a Tum quia Episcopus, & alij beneficiarij non solum possunt superflua sua sustentationi impendere in pijs operibus, sed etiam tenentur, b vt latius tradimus nos vbi supra, c & canones, qui hac facultatem faciunt beneficiarijs, & obligant eos ad id faciendum, no distinguunt inter sanos, & aegrotos: ergo etiam aegroti hoc facere possunt, & tenentur: quia lex generaliter dispones, generaliter est intelligenda. d Tum quia per infirmitate non admittunt suos titulos, iuxta ca. tua. & tot. tit. de cle. aegrot. quibus sancta mater Ecclesia praefatam facit facultatem. Tum quia Alexan. I. I. L. indicat aperte, e maiorem beneficiario esse facultatem, dum aegrotat, ad largiendas eleemosynas per donationem inter viuos, quam per vltimam voluntate. Tu quia id est aptum medium ad beneficiarios eripiendos ab ea perplexitate reprobata per ca. nerui. f quam inducit ex vna parte obligatio conferendi superflua pauperibus, ex altera vero prohibitio, qua ventantur dare per vltimam voluntatem: nam talis perplexitas cessat aperte, si dicamus posse donare inter viuos beneficiarios superflua, dum aegrotant. Tum quia pauperibus, quibus superflua sunt eroganda, est multo magis expediens, vt cum non acciperint a beneficiarijs, dum sani erant, saltem dum aegrotant accipiant. Tum qui apertissimum est, beneficiarios aegrotantem aliquam portionem bonorum erogare posse, per c. ad hac. & sed eadem ratione qua conuincitur exigua portio posse dari, conuincitur etiam posse dari copiosa, quantum ad praesens negotium attinet: nulla enim alia ratio reddi potest, cur possint dare aliqua, nisi quia habet facultatem id faciendi virtute suorum titulorum: at virtute eorum habent quo ad omnia: ergo, & c. argumen. & Lillud. h & quia qui de vno dicit, vt videtur negare de alio dissimiliari videretur affirmare de alio simili, iuxta Dominicum, i & probat gloss. k 2 Tum quia ratio potissima, qua interdicitur beneficiarijs, ne legare possint, ea est, vt certe vel sic cogantur diu vi uot errogare superflua pauperibus. At quo ad hunc finem co modus est ea donare, quando aduersa valitudine laborat, quae du valerent donare noluerit, quae non donare, & ob id habere datus cedere. Tu quia non obstat, quae ex aduerso assertur ratio, scilicet, in idem recidere aegroti morbi proximum inter viuos donare posse, & posse donare per vltimam voluntatem: vnde cum negetur hoc secundum, inferunt & primum denegandum. Non inquam id obstat: Na qui per vltimam voluntate donat, reuocare potest id, q dedit, si conualecat, l quod nequaquam poterit, si semel donet inter viuos. m Nec obstant Alexandri verba, n qui dum permittit aegrotantibus posse aliquid donare inter viuos, sed moderatè: visus est innuere a contrario non posse dare largè, vel immoderatè: id enim non est efficax argumentum,

3 Tam quia argumentum a sensu contrario licet alijs dicatur fortissimum in iure, o nihil probat, si ex eo colligitur aliquid contra id, quod in iure habetur expressum, vt est textus optimus, p & glossa celebris & recept. q vbi latè Felinus & in d. ca. ad hac. est glossa adjuncta textui: na textum loquentem solum de mobilibus, intelligit etiam de immobilibus. Expressum autem est, immo & praecipit a iure diuino, naturali, & humano per hoc c. & alia multa citata in praefato tract. de rebus eccles. r non tantum beneficiarios dare posse superflua pauperibus, sed & dare debere. Tum etiam quia verbu illud, moderatè, refertur potest ad alia bona Ecclesiastica, quae nec dum sunt beneficiarij sani possunt expendere; & in hunc modum exponunt Panormitanus & Andreas Siculus. s

4 Secundo responderetur, quod praedictus Reuerendissimus Episcopus, non potuit praedicta bona dare, etiam ad pias causas, donatione causa mortis, si non habebat priuilegium testandi, quia non poterat testari de illis iure communi, vt nos latè tradimus in d. tractatu de red. eccles. f & licet donatio causa mortis quo ad initium sui, prout est in fieri, sit similis contractibus; quo ad effectum tamen, & prout est factum, similior est vltimis voluntatibus, vt tradit Baldus, v communiter receptus, vt colligitur ex his, quae citat Couarruuias. x

5 Tertio, quod dubium est in proposito casu, an donatio

prae dicti Reuerendissimi debeat iudicari donatio inter viuos, an donatio causa mortis. Quod enim debeat iudicari donatio causa mortis, facit primo l. vbi ita donatur. a quatenus probat, donationem causa mortis etiam expressè causa mortis factam, si donas adiciat, quod nulla de causa reuocari possit: debet iudicari donatio inter viuos: ergo etiam donatio inter viuos, licet appelletur a donante inter viuos, & irrevocabilis, si tamen adiciatur, quod sit reuocabilis, iudicanda erit donatio causa mortis quia fit operatur oppositu in opposito, operatur propositum in proposito. b At praedictus Reuerendissimus, licet dixisset, quod faciebat donationem irrevocabilem inter viuos, adiecit tamen quod possit eam reuocare intra duos menses: ergo non fuit donatio inter viuos irrevocabilis, Secundo facit, quod donatio facta ab aegrotante existente in periculo mortis praesumitur fieri ob timore mortis, etiam si nullam de morte mentionem faciat donas, vt significat l. apud Abeonè. c quae videtur habere, donatione ab aegrotante sine mentione mortis fuisse iudicanda causa mortis factam.

Quod autem iudicari debeat donatio inter viuos, facit primo, quod in ipso instrumento clarè exprimitur, quod fecit donationem inter viuos irrevocabilem. Secundo, quod nullam de morte fecit mentionem, & nulla donatio, quae de morte non facit mentionem, potest dici donatio causa mortis iuxta l. seia. d Bartholus & Paulus existimant hoc esse singulare, e Imola, Alexander, f & Iafon. g Immo non sufficit mentio mortis, nisi fiat in illa parte instrumenti, quae continet verba tangentia dispositionem principalem, argumento clemētinae. i. h & satis colligitur ex his quae Couarruuias dicit & citat. i

7 Tertio, quod donatio non definit esse vera donatio inter viuos, & irrevocabilis, eo quod sit condicionalis, & conditio non impleatur ante mortem donantis: si quis enim donaret alteri centum sub conditione, si nauis ex Asia veniret prospera, & integra, non definit esse valida, & efficax, eo quod donans moriatur, antequam nauis veniret ex Asia, si post eius mortem veniret prospera, & integra, iuxta §. omnis. k & cap. si pro te. l & eis adnotatis & cum donatio praedicti Reuerendissimi fuerit in effectu ad minus condicionalis, perinde ac si dixisset, dono ista pijs operibus, si non reuocauero donationem intra duos menses; valida & efficax debet iudicari, etiam si vixisset multo tempore, dummodo non reuocasset illam intra duos menses: & ita non est iudicanda facta causa mortis, cum per mortem non subsequatur non fuisset reuocata; sed potius est iudicanda condicionalis talis, quae adimpleta conditione fuerat exequenda, quodcumque Reuerendissimus mortuus fuisset adimpleta conditione, si eam non reuocasset intra duos menses.

8 Quarto, quod praedicta donatio fuit plusquam condicionalis: quia fuit pura cum facultate reuocandi; sicut venditio praedicti facta cuipiam cum adiectione in diem, ita vt si melior conditio intra certu diem afferatur, venditor decidere possit ad venditionem, venditio censetur pura quamuis venditor possit recedere ab illa meliori conditione oblata; licet esset condicionalis, si venditio fieret sub conditione, si non fuerit oblata melior conditio, iuxta. l. 2. m per quam in ea notata, est dicendum, quod donare alicui, si donans non mutauerit voluntatem intra duos menses, erit pura & perfecta donatio; cum facultate reuocandi eam intra duos menses si donanti placuerit. Na et si iusto pretio vendat praedium, cui pacto, vt sibi reuocandatur post aliquot dies, menses, aut annos, venditio iudicanda est pura; licet rescindi possit intra tempus adiectu a venditore; dominij tamen eius & ius percipiendi fructus transit in emptore, iuxta iura, n & glossam solemnem, o & notatur per omnes, p & quotidie praxis seruat in emptione & venditione pensuum cum facultate redimendi.

9 Quinto, quod communis opinio habet, donationem simpliciter factam sine mentione mortis esse iudicandam inter viuos, per glossam singularem communiter receptam q a qua non esse in consulendo & iudicando recedendum, dicunt Alexander & Iafon, r & Couarruuias. s Sexto, quod non obstat ille §. Iulianus, quia glossa praedicta recepta, intelligit illu de aegrotante, qui fecerat donatio-

a ff. de donat. causa mortis.

b Cap. sciendum. 8. qu. 1. & l. & si contra tabulas. ff. de vulgarn.

c §. Iulianus. ff. de dolim. li. exceptis.

d §. cumparet. & ibi. c. ff. de donat. cau. mortis. f Num. 7. g Nu. 20. in l. qua dotis. ff. sol. matri. h De prabon. i In rubri. de testam. parte 2. nu. 13.

k In fine. de verbor. oblig. l. De re script. li. 6.

m ff. de in diem addi. n Le. 2. C. de pact. inter emptorè & venditorè. & d. l. 2. ff. de in diem addi. & in l. fina. ff. de per. u. & commo rei vend. o In ca. conuestum. de usuria. p In c. ad au dientiam. de empt. & vendit. & in cap. illo vos. de pignori. q In d. §. Iulianus. r In d. l. qua dotis. soluto matrimonio. s In dicta rubrica de testam. men. parte 3. u. 25. in fin.

a Notat. 2. in comment. de spol. super ca. no liceat. 12. q. 2. §. 8. nu. 3. b Le. praeceptum. C. de ap pell. c Vbi supra.

d Vbi supra.

e Cap. si propter. verbo primi anni. de electio. li. 6. & ff. de rei vendi. g §. Iulianus. h ff. de usufructu. & l. si usufructuarius. ff. quibus modis usufructus amittit.

a ff. de dote preleg. b L. que religioff. ff. de relig. & iump. fun. c L. quoties ff. de rebu. auibys. & leg. quoties ff. de reg. iur.

d 12. q. 2.

e L. fructus ff. solut. mo. erim. cum ei similibus. f L. si quis in tantu. C. vnde vi. cu. suis concordan.

g D. s. omnis. Instructio. de verb. obliga. & le. eedere diem. ff. de verb. sign.

nem expressa causa mortis per textum optimu in l. Seia. Septimo, quia in proposito agitur de fauore pia causa; cui fauendum est, & de tuendo valore actus, qui in dubio tuendus est. Non obstat etiam argumētum nouum, quod contra hanc partem noue fecimus: quia nō arguitur de contrario vnus oppositi ad contrarium alius oppositi: arguitur enim ad oppositum donationis mortis causa nullo casu reuocanda, ad oppositum donationis inter viuos in vno solo casu reuocanda.

10 Quarto principaliter respondetur, quod predictus admodum Reuerendus Vicarius potest se defendere etiā alia ratione, quam qua defenduntur dicta opera pia: quia id quod donauit ei predictus Reuerendissimus donauit, in solutionem debiti: nā id quod ei donauit & longē amplius debebat ei; debebat enim ei salariū 18. annorum, vt præsупponitur in facto: & iudicio cuiusque viri boni & prudentis plusquam centum scuta debentur pro stipendio Vicario generali D. V. I. & viro prudenti, & vita exemplari suis impensis decenter & honorabiliter viuenti: & licet non fuissent debita pro singulis annis, nisi singula centena, debebantur ei 1800. & vix fuerunt illi data 600.

1 Tum quia, vt nos definimus in principio tractatus de spoliis super cap. non liceat Papa, d spolia Episcoporum sunt illa, quae debitis suis solutis superfunt, vt colligitur ex definitione spoliatorum, & aliis quae ibi dicuntur: bona enim & fructus sunt, quae deductis impensis & debitis superfunt. Non obstat, quod collector videtur posse dicere, quod predictus Vicarius non potest auctoritate propria capere, vel retinere aliena. Non inquam hoc obstat, quoniam predictus Vicarius non accepit illa scuta, & bona, quae ei tradidit predictus Reuerendissimus in remunerationem tum logi, & tam boni seruitij; auctoritate sua sed auctoritate & mandato ipsiusmet Reuerendissimi sui debitoris, qui poterat & obligabatur soluere illi multo plura quam dedit.

12 Non obstat etiam, quod donatio predicta fuit conditionalis, per quam non potuit transferri dominium ante impletam conditionem, & non inquam hoc etiam obstat. Tum quia predicta donatio non fuit conditionalis sed pura, immo & irreuocabilis, nisi tantum vno casu, & illo breui tempore finiēdo, vt irrefragabiliter probatū est supra. Tum quia iure defendi potest, quod licet predictus Reuerendissimus, si vixisset, potuisset intra duos mēses reuocare suam donationē quo ad alia, quae ad pia donauit, non potuisset tamen reuocare illam quo ad ea, quae ipsi Vicario tradidit: quia quo ad illa non fuit donatio, sed solutio debiti & remuneratio seruitij, quā poterat & tenebatur facere, & non poterat iuste, & bona conscientia reuocare illā inuito ipso Vicario, per multa, quae vti minime necessaria gratia breuitatis, & euitandae prolixitatis, praetermitti; precatus D. N. Iesum Christum, vt intercessionem gloriosissimae Virginis matris Mariae perducatur nos ad regna caelorum. Amen.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus, modo non sit regularis, potest de patrimonialibus, vel quasi, etiam donando pro libito vt laicus disponere. & nu. 3. at quae sit ex fructibus beneficii, seu intuitu Ecclesiae, nō potest elargiri alicui, nisi intuitu vere paupertatis, vel pietatis. nu. 2. aliter vterq; vltra peccatū tenetur restituere. & nu. 5. & 6.
4 Donatio a clerico de bonis intuitu Ecclesiae quaesitis facta in notabili quantitate, nisi probetur contrarium, praesumitur in foro exteriori facta in fraudem. & nu. 5.
6 Spoliorum collectores vt euitet clericus, in vita donet in pia opera, vel obtenta facultate testandi, eisdem leger.

CONSILIVM V.

Prælatu quidam fecit donationem cuidam N. liberè & purè inter viuos 27. millium ducatorū, quos in bonis habebat, & sibi debebantur à certis personis sui episcopatus; & donatario tradidit scripturas, & nomina, debitorum, quae idē N. donatarius accepit, & eius nomine fuit exacta maior pars istius pecunie, & ad praesens exigitur: cuius pecuniae partem idem N. donatarius expendit pro sustentatione domus Prælati: de quibus predictis expensis in sustentatione domus Prælati donator ipsi donatario obligationes fecit, quibus fateatur se à dicto N. donatario predictas pecunias accepisse, & promittit se solu-

turum toties, quoties per donatarium fuerint petita. Quaritur primo, an mortuo prælato; & collectore Camera Apostolica occupante eius bona, donatarius possit virtute obligationum factarum per prælatum mortuum recuperare dictas pecunias expensas & debitas.

Secundo, an prælatus tempore obitus possit donatario assignare bona, ex quibus dicta debita possit recuperare.

Tertio supplicatur dari cōsiliū super his, & qualiter hoc consultius fieri possit.

1 Ad primam quaestionē respondeo primò, quod predicta ambe donationes fuerunt valida; si tã Prælatu, quàm N. erant saeculares & non verè religiosi, & scuta donata & redonata erant de bonis patrimonialibus, vel quasi patrimonialibus eorundem: quia clericus saecularis potest de eis disponere, ac laicus de suis bonis profanis iuxta iura, a de testamē. c. 1. & 2. 12. q. 3. c. si cū. eadem causa. q. 5. & tradimus in apologia, b

2 Secundo, quod si predicta scuta erant quaesita intuitu Ecclesie, siue de redditibus eius, prior donatio, qua predictus prælatus donauit illa N. non valet, si absque iusto paupertatis intuitu, aut etiā pietatis id fecit: immo eā faciēdo grauius peccauit, per ea multa, quae nos articulimus in d. apolog. & tenetur restituere ea pauperibus & operibus piis, per ea multa, quae tradimus vbi supra. d Tertio, quod etiam predictus N. peccauit accipiēdo, & tenetur illa restituere, aut piis operibus, aut predicto Prælato in piis vsus impendēda per dicta. e

3 Quarto, quod si predicta prior donatio fuit facta verè & principaliter corā Deo ex vera causa paupertatis, & pietatis, valet in foro cōsciētie, per adducta vbi supra. f Quinto, quod vtraq; donatio praesumitur in exteriori foro facta in fraudem, nisi probaretur tantam esse qualitatem N. & tantam eius paupertatem, vt merito credi possit intuitu paupertatis esse factam; quod non esset facile probare in donatione tantae quantitatē: nam etsi qui donat, & qui relinquit diuiti, dicat se donare intuitu paupertatis; praesumitur tamen donatum, aut relictum alio respectu, secundum glossam, & eccle. communiter receptam & relatam à nobis, b Sexto, quod etiam posterior donatio praesumitur facta in fraudem, nisi probaretur in tantam paupertatem deuenisse præfatam, & tam pauperes cognatos habere, & tam diuitem esse N. vt verisimiliter credi deberet eam fuisse factam in prælati elemosinam; quod difficile probari arbitror.

4 Septimò, ex his inferri, quod si predicta scuta fuerint de redditibus Ecclesiae; vel intuitu Ecclesiae quaesita, nō potest predictus prælatus de illis disponere plusquam de aliis intuitu Ecclesiae quaesitis, nec testando, nec donando. 5 Ad secundam respondeo primò, quod si predicta 27. millia scuta erāt de redditibus Ecclesiae, vel intuitu Ecclesiae quaesitis, & donatio nō fuit facta verè & principaliter corā Deo causaverè paupertatis & verè pietatis, non fuit valida, & vterq; tã donatarius, quàm donator peccauit, & tenetur restituere, per supra dicta. Secūdo, qm foro exteriori praesumitur facta in fraudem pauperū, & piorum operū vel Camerae Apostolicę; & consequenter collector non patietur, vt predictus N. recipiat de bonis Prælati mortui ea, in quae praesumitur fraudulenter obligasse, nec consequēter Prælatu absque peccato poterit in morte assignare bona; ex quibus illa debita reciperet.

6 Ad tertiam, qua quaeritur modus bene super his consulendi, respondeo primò, quod si predictae pecuniae sunt Ecclesiasticę, non possunt vllatenus sine peccato, & obligatione restituendi ad vana, aut profana directē, aut indirectē donari, & ideo necessariò sunt distribuendę per donationem inter viuos irreuocabiliter in opera pia, dum vita manet, ad hoc quod absque peccato euadant manus collectoris predicti; aut in morte cum facultate testandi ad opera pia à Sede Apostolica obtenta. Secundo, quod vię bonę, per quas sic distribui vel retineri possunt tanguntur in dicta nostra apologia, i & in locis ad quae ibi sit remissio. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- Beneficiarij siue sit saecularis, siue regularis de fructibus beneficii testari iure non potest: fallit in commorantibus Romae, quibus Pontifex, prout potest, hanc facultatem, si ibidem morantur.

a Capit. quia nos. p. q. 1. mo. 22.

c Dered. q. 1. mon. 27. 38. & 39. d. q. 2. mon. 7. d. vbi sup. q. 7. monit. 83. nu. 4. & d. q. 2. monit. 26. d. nu. 1. i. in dicto mō. 27. 38. & 39.

g Te. illud. C. de sacro. an. eccles. h in d. apol. q. 1. mon. 29. nu. 2.

i Quæstio. 3. mon. vlti.

rentur, concessit. num. 7. & 8.

- 2 Spolia, quae post se relinquunt beneficiarij saeculares & regulares, ad Camera spectant Apostolicam, inter qua non computantur ea, quae talis viuens in pia opera impendit. num. 9.
2 Apostata à religione de bonis per eos quaesitis disponere non possunt ex vlla Pauli III. non tamen ex ea probatur, per eos quaesita spectare ad Camera, immo deberi monasterio in quo professionem fecerant. num. 10.
3 Regularium extra claustrum degentium bona Camera Apostolica debentur: fallit in degentibus & morientibus Romae, vel intra decē miliaria: quia tales non faciūt spolia. n. 14. & 9.
4 Beneficiarij oēs, siue regulares, siue saeculares, de fructibus beneficii, seu bonis per eos quaesitis possunt per contractū inter viuos etiā donado in suos honestos & alienos pijs vsus disponere; hoc etiam, si amplius beneficium non habent. & n. 6. & 8.
5 Roma degentes clerici saeculares & regulares, beneficia, vel dignitates habentes, possunt de quaesitis per eos inter viuos & per vltimam voluntatem disponere, nec Roma sunt spolia. n. 9. & hoc etiā si tales iā desisset beneficia habere. & n. 7.
10 Religiosus transuendo ad Episcopu statum nequaquam dicitur apostata: immo nec efficitur talis, etiam si dimisso episcopatu ad religionem non redeat: nam licet per episcopatum non desinat esse monachus quo ad tria vota, ac gestationem habitus, liberatur tamen ab alijs obseruantijs, inter quas est habitatio in claustro, num. 11. itemque & eximitur à superioritate regularis prælati, in quaui per dimissionem episcopatus non reuincitur, num. 12. maleque faciunt, qui hos vocant apostatas, nu. 13. vel talem transitum vocant subilem apostasiam, iuncto, num. 2.

CONSILIVM VI.

N. Frater ordinis Prædicatorum, cum iam pridem esset vir egregia pietate, & eruditione insignis, fuit à Rege Catholico nominatus in Episcopum Cusquensem & à sancta Sede Apostolica in eum promotus: quē cum laudabiliter gubernaret, & iudicaret necessarium esse, vt potestas saecularis permitteret vsum liberum aliquorum sacrorum canonum multum ad salutem animarum suo iudicio conuenientem, venit personaliter ad Curiam regię, & proposuit se non posse suo muneri episcopali absque illo satisfacere: quod cum impetrare non posset, & diceret se non auctere ad episcopatum redire, nisi id ei concederetur; responsum fuit ei, non desaturum qui vellet illuc ire, & fungi officio Episcopi, si ipse renunciarer episcopatu. Cumque replicasset malle carere episcopatus administratione, quam contra suam conscientiam retinere munus, cui sine præfato vsu libero non poterat satisfacere, neque animæ suæ salutem conseruare, raro exemplo renunciauit episcopatum, quo monebatur potestas saecularis ad persuadēdum sibi permissionem illam esse necessariam: & ita renunciauit episcopatu, & eo alteri collato; dimissa patria, & abnegatis cognatis, vti alter Abrahamus egressus de terra & cognatione sua, venit Romam matrem omnium communem, & ad sanctā Sedem Apostolicam se. rec. Pio V. tunc ei praesidente, vt sui aduentus consilio ei cōmunicato; & ab eo approbato, vitam in ea finiret, vt finiuit magno cum exemplo contemptus mundi, & honorum eius, sanctissimè viuendo, nihilque tædij & molestia pro se neque pro alijs eidem ingerendos: adeo quidem, vt nec etiam à cognatis acciperet epistolas, neq; ad eos daret. Cumque parce viuendo, & prudēter administrando peculii, quod sibi quaesierat, dum præfatum episcopatum administraret, reliquasset aliqua, donauit bonam partem eorum donatione inter viuos irreuocabili monasterio ordinis sui sanctae Mariae supra Mineruā in opus piissimum, & vbi & obi, vt palam est; decorum, & vtilissimum. Quo mortuo, Reuerendissima Camera Apostolica, longē aliter; quàm res habeat, informata, dicitur prætereundē, quod oia illa qua per præfatum Episcopum præfato monasterio inter viuos donata, pertineant ad eam. Quod præfatum monasterium, seruata reuerentia, & humilitate, negat: & quaeritur quid iuris sit respondendum.

1 Et quidem pro parte Reuerendissimae Camerae facit primò, quod ipse erat clericus, & Episcopus, qualis testari prohibetur de fructibus beneficiorū, vel episcopatus, & omnia, quae dedit præfato monasterio, fuerunt quaesita

a Ca. 1. & c. 2. 12. q. 5. & c. 1. & c. relatum de testam. & auct. licentiam C. de episc. & clari.

de fructibus episcopatus: ergo non potuit ea illi dare. Secundo, quod ipse erat monachus, siue religiosus expressè professus sancta Sede Apostolica approbante ordinem non qualem qualem, sed mendicantium Prædicatorum, & palam est nō posse monachum iure testari, neque dare aliquid sine licentia superioris. b

1 Tertio, quod omnia spolia clericorum, & monachorū relicta per mortem ipsorum videntur Reuerendissima; Camerae deberi per extrauagantem scl. rec. Pauli III. & per alia, quae nos post alios in tract. de spoliis, c aliās citauimus. Quarto, quod extrauagans Pauli III. quae incipit Postquam diuina. statuit, quod religiosus apostata nō possit disponere de bonis, & præfatus Episcopus videbatur esse apostata. Tum quod de simplici religioso statu trāsuit ad statum episcopalem: quem transitum fuisse appellatū à Ioanne Andrea quamdam subtilem apostasiam aliqui testantur. Tum quod post renunciatum episcopatum non rediit ad claustrum, immo remansit extra illud. Quinto, quod extrauagans Gregorij XIII. quae incipit, Officij nostri, expressè videtur habere, omnia bona regularium viuentium extra claustra monasteriorum deberi præfate Camerae. At præfatus Episcopus Cusquenensis erat regularis, & vivebat extra claustrū; & mortu⁹ est extra illud: ergo, &c.

4 His tamen non obstantibus, contrarium est respondendum. Primò quidem, quod omnis clericus beneficiarius potest dispēdere fructus sui beneficii in vsus suos honestos, & superflua in vsus pauperū, & alios pijs, dū viuunt, per dispositionē inter viuos etiā iure antiquo, & com. d & præfatus Episc. præfata bona predicto monasterio donauit per dispositionem inter viuos ad pia irreuocabili donatione: ergo iuste retinet illa præfatum monasteriū. Secundo, quod regularis, siue religiosus perinde potest de fructibus sui beneficii disponere inter viuos, ac clericus saecularis de fructibus sui beneficii, vt singulariter dixit Cardinalis, e cui neminem contradixisse, antequā nos eum citaremus in Vrbe, diximus in tracta. de redditibus eccle. f Ergo præfatus dominus Episcopus potuit præfata bona dare in vita præfato monasterio in vsum piissimū, in quem donauit, sicut & potuisset, si fuisset clericus saecularis.

5 Tertio, quod præfatus Episcopus obiit mortē in Vrbe, in qua vivebat, & vixit multos annos sanctissimè sine vlla querela, & venit ad eam ob causam in argumēto & facto contentam, & omnes clerici saeculares, & regulares beneficia vel dignitates habentes degentes in Vrbe possunt disponere in vita, & in morte de omnibus bonis quaesitis, etiam ex fructibus beneficiorum suorum per facultatem amplissimā cōcessam à Sixto IV. & Leone X. quod per bullas eorum constat: ergo ipse potuit in vita, & in morte disponere de his, quae præfato monasterio dedit.

6 Non obstant opposita. Ad primum enim respondetur duobus modis irrefragabilibus. Primò quidē, concedendo, quod clericus non potest testari de fructibus beneficiorum iure communi: negando tamen, quod non possit in vita disponere de illis in sustentationem suā & ad opera pia: quia non solum potest id facere, sed etiam tenetur per d. c. vltimū, i & alia multa, quae nos ibidem post alios adducimus: & præfatus Episcopus nō reliquit præfata bona per testamentum & vltimam voluntatem, sed liberalissimè & nobilissimè per donationem irreuocabilem inter viuos, vt in facto narratur.

7 Secundo respondetur, quod argumentum procedit attento solo iure communi, sed nō attenta facultate amplissima disponendi in vita, & in morte facta per præfatum Sixtum IV. Leonem X. & alios summos Pontifices omnibus prælatis, & beneficiarijs saecularibus & regularibus, habentibus administrationem & dignitatem, qui Romę, & in Curia Apostolica morarentur, quorum de numero fuit præfatus D. Episcopus Cusquenensis: quia licet iure naturali diuino videatur prohibitum, ne quis Ecclesiasticus impendat fructus beneficiorum in profanos vsus; iure tamen solo humano prohibetur, ne testetur in vsus pijs, vt nos alibi probamus, præsertim

a Ca. 2. de testam. auct. ingressi. C. de sacrosan. eccle. b Ca. non dicat. 12. q. 1. c Super cap. non licet Pa. 12. q. 2.

d Ca. fin. 10. q. 1. & c. conuenit. 23. q. 8.

e In Clemē. 2. §. sed & tales. de vita & honest. cleric. i. q. 1. mon. 8. num. 2.

g q. 3. h De concess. probam.

i 10. q. 1.



in dicto tract. de red. a & ita potest Pontifex Maximus contra huiusmodi ius humanum ex causa iusta sancte concedere facultatem disponendi, etiam per ultimam voluntatem de his. Quae est ratio fundamentalis non adeo explicata, per quam omnium fere opinio habet posse Papam facere facultatem testandi personis Ecclesiasticis de fructibus beneficiorum, & ita nosse Episcopum poruisset relinquere, etiam per ultimam voluntatem, praefata bona praedicto monasterio, quamvis firmius & perfectius dederit ei per dispositionem inter viuos.

8 Ad secundum respondetur etiam duobus modis. Primo quidem, concedendo, quod monachus simplex, qui nullum beneficium nec dignitatem habet, non potest iure communi testari, neque dare inter viuos alicui quicquam: negando tamen, quod non possit facere vtrumque iure specialis priuilegii Papae, quale habuit praefatus Episcopus concessit a praefato Sixto IV. & aliis Pontificibus Maximis, his qui moreretur Romae, ut praedictum est, quos posse constat. Tum eo ipso, quod praefatus Pontifex Maximus concesserunt eam omnibus regularibus, qui habentes administrationem, vel dignitatem in Curia morerentur. Tum quod recepta sententia habet, quod ex iusta causa Papa potest concedere praefatam licentiam testandi, ut Philippus Francus post alios tandem resoluit. b Tum illa noua, eademque verissima consideratione quam fecimus in comment. 2. de regular. c scilicet, quod tam Philippus Francus, quam alij quaestione hanc disputantes plurimum errant. Secundum, quod valor dispositionis praefati Episcopi Cusquensis non indiget, ut ipse haberet facultatem testandi, quia iussit, quod habuisset facultatem disponendi per contractus inter viuos; quam habere omnes praelatos & beneficiarios regulares quo ad fructus suorum beneficiorum, supra probatum est, & praxis totius orbis Christi. seruat.

9 Ad tertium respondetur etiam dupliciter. Primo quidem quod in casu proposito non agimus de spoliis nostri Episcopi, sed de donatis ab ipso in vita loco pio ad opera pia: spolia enim ecclesiasticorum sola illa esse dicuntur, quae reperitur post mortem ipsorum nondum pie impesa, vt & nos post alios definiendo ea probamus in d. cap. non liceat Papa. d Secundo, quod post praefatas constitutiones Sixti IV. & aliorum Pontificum Maximorum nulla sunt spolia ecclesiasticorum in Vrbe, quod satis significat commissiones, quas Paulus, Iulius, Pius & Gregorius XII. dederunt ad colligenda illa extra Urbem, quas alij Domini mei consulentes in hoc citant: & ratio est clara, & per praefatas facultates Sixti IV. & aliorum Pontificum Maximorum constat bona morientium in Vrbe existentia in ea, vel intra decem miliaria, non pertinere ad Camera, siue moriantur testati, siue intestati.

Ad quartum respondetur primo, quod licet praefata bulla Pauli III. indirecte probare videatur, non possit apostatam de bonis a se quaesitis disponere, non tamen probat illa bona deberi Camerae Apostolicae: immo habet deberi monasterio, & religioni, in quibus primo loco professionem facit. Secundo negando, quod praefatus Episcopus fuit apostata transeundo ab ordine ad episcopatum. Tu quia apostata est qui retrocedit, iuxta glossam receptam, & S. Tho. receptum, f & ipse transeundo ab ordine ad episcopatum, non retrocessit, immo ultra processit, cum fuerit factus de filio patris, vt ait glossa, g & status episcopalis sit perfectior status monachali, vt tradit S. Thomas receptus. h Tum quia non dicitur apostata; qui a bono ad melius legitime transit, secundum omnes, & praefatus Episcopus transit a statu monachali ad statum episcopalem legitime: quia transit iure naturali, diuino, & humano id approbante, i immo & ipso Papa scienter eum promouente.

11 Tertio negando, quod monachus fiat apostata non redeundo ad ordinem post episcopatum renunciatum, quicquid aliqui recentiores parum caute dixerint. Tum quia licet monachus per assumptionem ad Episcopatum non exuat monachatum quo ad tria substantialia vota, neque quo ad habitus delationem: exiit tamen illum quo ad alias obseruantias regulares, iuxta glossam receptam, k & notata in d. c. 1. l. & in c. clericus. m & alibi saepe: & consequenter ab obseruantia manendi in claustro, sicut & ab obligatione ieiunandi, & surgendi ad matutinum, & similibus. Tu

quod nullo iure id cautum est, & ita non dicendum. a Tu quod etiam in terminis id asserit Federicus, b & Bonifacius. c Tum quod praxis omnium monachorum renunciantium loco episcopatus, & non honori, hoc seruauit, & seruat, Papa id scienter, & consentiente.

12 Tum quod id concludit ratio illa irrefragabilis fundata in eo, quod promotus in episcopatum eximitur ab omni iurisdictione Abbatis, secundum omnes; & per cessum, siue renunciatione episcopatus quo ad locum, & non quo ad honorem; non recidit in illam; quia quo ad illum extincta fuit, & extincta non reuiuiscunt, iuxta iura, d & facit c. ad supplicationem. e

13 Tum quod res indecens, insolita, & quadamtenus scandalosa est, vt Episcopus qui vocatur frater Papae, f subiaceat, vt quilibet alius simplex monachus, simplici Priori, vel Guardiani, vt palam est; & eiusmodi indecora, insolita, & quadamtenus scandalosa non sunt statuenda, quippe quae laedunt pietatem, iuxta l. filius. g & ca. erit autem lex. h quatenus ait Isidorus sola honesta debere statui. Tum denique, quod illud, quod aliqui tribuunt Ioanni And. quod promotio religiosi ad episcopatum est quaedam subtilis apostasia, aut non fuit dicta ab eo, aut fuit dicta iocose, aut fuit false, & irreligiose contra honorem sanctae Sedis Apostol. prolaturae, per supradicta: & certe qui hoc contra Episcopatum Cusquensem praefatum adducunt, debent sibi cauere, ne detractorum, & infamatorum crimen incurrant contra octauum praecipuum Decalogi, i iuxta declarationem late a nobis post alios traditam in Man. conf. k

14 Ad quintum responderetur, quod multis de causis non obstat. Primo quidem, quod loquitur de bonis illorum apostatarum; contra quos Paulus III. suam constitutionem edidit, vt palam colligitur ex ipsa: & Episcopus Cusquensis nullatenus fuit apostata, vt supra probatum est. Secundo, quod tota intentio Gregorij XIII. in edenda praefata extrauagante fuit declarare, quod non obstante praefata extrauagante, Pauli III. quae fuit reducta ad viam iuris per Pium IV. spolia regularium degentium extra claustra debentur Camerae Apostolicae, iuxta declarationem Pauli IV. quod nos non negamus: immo concedimus, quod si praefatus Episcopus Cusquensis obiisset mortem extra Urbem & curiam, & non habuisset facultatem testandi, reliquissetque aliqua bona, quae dum viueret, non impedisset pie, illa debuisset applicari Camerae Apostolicae, non quia fuisset apostata, sed quia spolia quorumcumque Praelatorum tam regularium, quam secularium debentur Camerae Apostolicae. Sed negamus, quod praefata bona, quae praefatus Episcopus donauit Ecclesiae praefatae fuerint spolia eius. Tum quia ante mortem ipsius bene, optime piissimae fuerunt piissimo loco in piissimum vsum donata. & consequenter non sunt spolia per supradicta. Tum quia bona praelatorum, & beneficiorum morientium in Curia non dicuntur spolia Camerae debita propter praefatum priuilegium Sixti III. & aliorum maximorum Pontificum supra relatum, siue obierint testati, siue intestati. Tertio, quia praefata constitutio Gregorij XIII. non est noui iuris introductoria, sed solum antiqui declarationis, quod colligitur ex proaemio eius ibi, vt dubia declaratione nostra dilucidetur. & infra, praesentium auctoritate declaramus. Verbum enim declaramus. positum in constitutione, significat illam non inducere ius nouum, iuxta glossam receptam; l' & efficaciter probatur in l. heredes palam. m At secundum ius conditum ante extrauagantem praefatam Gregorij XIII. bona praefata non debebant praefata Reuerendissime Camerae: ergo neque post illam debentur. Quarto, quod praefata constitutio solum continet spolia regularium deberi Camerae Apostolicae & praefata bona, quia, vt praedictum est pie fuerunt ante mortem impensa, nullatenus sunt spolia, nec consequenter per illam constitutionem debentur Camerae Apostolicae.

Per que omnia proculdubio respondendum est, iure optimo pertinere ad praefatum monasterium praefata bona a pio Episcopo Cusquensi piensimae ipsi donata, Sal. & c. Aduertendum item quod dicitur, Episcopus, & praelatos Romae morantes posse testari de fructibus beneficiorum, & quod in eis Camera non habet spolum non esse ita certum; & contrarium, vt dicitur, modo seruari.

2 q. 4. c. con. suluiti. & c. 2. de transla. prala. b In consil. s. c. 19. c In clem. 1. de regula. d Le. quires. s. area. ff. de solutio. & le. inter stipulan. tem. q. nam cum qua. ff. de ver. oblig. c. De renun. & cap. 2. de transla. prala. f Ca. quamuis. de crim. falsi. g ff. de condi. nisi. h 4. dist. i Exod. 20. k Caput. 18. a nu. 17. vique ad so.

l In clem. fm. de rescript. m s. 1. ff. de testam. b Ad Hebr. 4. cap. multi. 2. q. 1. c Capi. sedes Apostolicae. de rescript. d L. 1. & tot. tit. C. plus va. lere. quod agitur. e In l. post contractu ff. de donat. nu. 4. f Leg. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. g In l. si quis pro eo sub si. ff. de fideiuss.

SVM MARIVM.

1 Regulari etiam translatio concessa a Papa licentia disponendi de per eum extra monasterium quaerendis, comprehendit etiam, que alias licite morando, & seruendo in hospitali quaesuit: restringitur tamen ad dispositionem irrevocabilem inter viuos in pios vsus faciendam.

CONSILIVM VII.

VISO tenore breuis, per quod D. consulens fuit auctoritate Pauli III. translatus ab ordine Praedicatorum in ordinem canonicorum regularium Sancti Augustini, visa item clausula in eo contenta, per quam fit ei facultas disponendi de bonis quaesitis ab eo extra monasterium in suos vsus, pauperum, & alios pios, & quod praefatum breue, & licentia, & facultates per illud concessa, fuerunt a Vicario Pij III. iudicatae legitime, & non reuocatae per bullam Pauli III. contra apostatas edita: viso item quod praefato D. consulenti licuit, & licet manere extra monasterium habitu regulari sub vestibus retento, dum seruierit hospitali sancti Iacobi ciuitatis Neapolitanae virtute praefati breuis, & sententiae praefatae super eo lata, & licentiae a superiore datae, & breuis a Sanctissimo D. N. concessa.

1 Respondemus posse praefatum D. consulentem disponere in vita per donationes, & alias dispositiones inter viuos factas de bonis, quae habet, vt proponit, recte quaesita in vsus pios, in quos optat ea infumere, per ea quae nos tradimus in comment. 2. de reg. a Cauendum tamen serio, vt praedictum, praefatorum bonorum dispositio est facienda per viam donationis, vel alius contractus irrevocabilem inter viuos facti: quia non liceret hoc facere per viam vltimae voluntatis, per quam nullus religionem professus potest quidquam disponere sine facultate testandi, vt palam est, & tangitur in locis praedictis, & eam non habet D. consulens in villa facultate sibi a Papa facta. Salua, & c.

SVM MARIVM.

1 Falsitas antedate diei posita in contractu coram Deo nec prodest, nec nocet, sed sola attenditur veritas.

1 Donatio facta vxori ficta non tenet, immo nec vera valet: tamen si sit iurata, etiam si sit facta ab eo, qui commisit delictum, ob quod bona ipso quidem iure non confiscantur, sed confiscari possunt, num. 2. licet que haec donatio posita a fisco, in cuius fraudem facta fuit, per rescissoria reuocari, attamen donataria non tenetur ea fisco, antequam rescindatur, tradere, nu. 3.

3 Fraudandi fisci, vel alterius creditoris causa facta donatio potest quidem rescindi, sed antequam rescindatur, donataris iuste retinet.

5 Occultans bona delinquentis confiscata, tenetur ea fisco tradere.

CONSILIVM VIII.

MARTIUS post delictum commissum, pro quo a fisco bona sua fuerunt per sententiam confiscata, vxori suae per instrumentum certa bona donauit, & instrumentum subseripxit sub die ante delictum commissum, vt sic apparet donationem antea fuisse factam, & vxor illa occultauit, & retinet.

Queritur primo, an donatio praedicta teneat: & quia dicta mulier alia etiam occulte accepit, & retinet.

Queritur secundo, an illa etiam fisco non petenti, & in conscientia tradere teneatur.

1 AD PRIMAM quaestione respondetur primo, quod in foro conscientiae siue Dei, non potest prodesse plus praefato donatori instrumentum falso die firmatum, quam si fuisset vero die firmatum. Tum quia Deo omnia sunt nota. b Tu quia fraus & dolus nemini patrocinari debent. c Secundo, quod praefatum instrumentum donationis, etiam si esset legitime factum, non posset ei prodesse, si donatio fuit ficta & simulata sine vero animo donandi facta: quia illa est ipso iure nulla, & nihil valet, d & quod talis praesumitur haec de qua agimus in foro exteriori, cum fuerit facta vxori, quae est persona coniuncta, & virtualiter ipse remansit in eorum possessione, iuxta doctrinam Bart. e

2 Tertio, quod etiam si esset vera coram Deo donatio, non posset prodesse: quia fuit facta vxori, quae non valet, f nisi esset in rata, vt ait Barto. recept. g

Quarto, quod si vera & iurata fuisset donatio, dubitari

SVM MARIVM.

potest. Nam pro consulente facit, quod reus criminis, propter quod ipso iure non perduntur bona, vt perduntur in crimine laesa maiestatis humanae, & diuinae, b neque tale ob quod administratio ipso iure interdicatur, quale est repetundarum, c donare potest post crimen commissum antequam in iudicium deducatur & valet ipso iure donatio.

3 Et contra consulentem facit, quod illa reuocari potest tamquam in fraudem filii facta, d. l. post contractum. d vbi Bartholus communiter recepit vtrumque tener. Sed contra hoc facit consideratio quaedam, quam nullibi legi; scilicet quod donatio vera in fraude facta ipso iure tenet, & non potest, nec debet creditor, vel alius, in cuius fraudem facta est, admitti ad illa bona donata, nisi prius per actionem reuocatoriā rescindatur, iuxta §. ita si quis in fraudem. e eo quod per donationem, & emptionem etiam in fraudem factam, transit dominium in donatarium, & emptorem iuxta glossam, f & ex textu expressis in l. si sciens. g & quod ideo donataris non videtur obligatus ad reddenda illa bona, donec per iudicem reuocetur donatio, vel emptio: sicut nec incidens in poenam tenetur solvere illam in foro conscientiae, donec a iudice condemnetur, iuxta glossam celeberrimam, h S. Thomam. i

4 Quinto, quod per hanc considerationem, qua in praesentia mihi videtur tenenda praesertim contra fiscum contra quem in dubio iudicandum est, l' resolute ad quaestionem respondeo, quod si coram Deo praefatus consulens verè donauit praefata bona vxori & donationem confirmauit iuramento, ita quod non potuisset illam reuocare, etiam si numquam fuisset condemnatus, poterit vxor eius retinere illa sibi tamquam sua, quia verè sunt talia, donec donatio illa reuocetur, & rescindatur per iudicem, tamquam in fraudem facta: si autem non habuit verum animum donandi, cum illa semper manserint sua, cadunt sub confiscatione generali omnium bonorum suorum, & sic debentur fisco per sententiam condemnatoriam.

5 AD SECVNDAM respondeo, indubitati iuris esse, quod illa bona occultata debentur fisco, cum occultatio non habuerit vim auferendi dominium, sicut habuisset vera donatio, vel vera venditio; & ita semper remanserunt tam sua, ac si non fuissent occultata.

SVM MARIAM.

1 Lex prohibens patri ne in dammum filiorum donet ultra quintam, non ligat donantem pro anima sua, vel in remuneratione.

CONSILIVM IX.

QVAERITVR in vtroque foro, vtrum pater multa in bonis habens pro filiis, quae etiam per eorum persona ac statu sint superflua, possit in vita ad opera pia, & donationes gratuitas, etiam ultra quintam partem impendere.

1 Respondetur, quod potest donare in cultum Dei, & ad opera pia salutem animae suae respicientia, vt in Man. diximus. l Potest etiam facere donationes profanas remuneratorias, quae non sunt vere donationes, non autem veras, vt vbi supra diximus in dicto Manual. m

SVM MARIVM.

1 Donatio inter viuos non insinuata, si sit ultra 500. non valet, nisi in 500.

2 Donatio causa mortis cum clausula de non reuocando, si sit posita in parte dispositiua, transit in donationem inter viuos.

2 Donatio causa mortis iudicabitur non esse reuocata, si quis posita donet inter viuos, putans donatarium interuisse.

CONSILIVM X.

AN donatio inter viuos vsque ad 800. vel mille aureos, non insinuata iudici, valeat; & an donatio causa mortis possit reuocari donando inter viuos?

1 Respondetur, quod donatio inter viuos facta de maiore summa, quam quingentorum aureorum, licet valeat quo ad 500. non tamen valet quo ad reliqua, nisi fuerit insinuata, vel nisi fuerit iurata, vt ait late Dec. o Sola enim condonatio solennitatis iniurata non sufficit vt ait Bartholus in d. l. sancimus. §. fin. & Decius vbi supra.

b In rub. de testa. nu. 82. c Super c. no dicatis. 12. q. 1. nu. 17. d 12. q. 2. e In cap. 1. de apost. f 2. 2. qua. 12. art. 1. c. 2. g Ca. 1. 18. q. 1. h 2. 2. q. 181. art. 7. i Ca. statutu. 18. q. 1. cap. cum olim. de priuileg. k In c. de monachis. 10. q. 1. l 18. q. 1. m De vita & honest. cler.

a L. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. b Ca. cum secundum. de haeret. li. 6. c Le. exiudiciorum. ff. de accusat. d ff. de donat. e In f. de adition. f In d. §. item si quis. g ff. de contrah. emp. h In c. frater natus. 12. q. 2. i 2. 2. qu. 62. art. 4. k L. non puto ff. de iure ficti.

2 Donatio causa mortis transit in donationem inter vivos per clausulam insertam ei de non reuocando eam, si modo inseratur verbis dispositio: licet secus sit, si id fiat in exequutoriis ut ait Couarruias. <sup>a</sup> Animaduertendum tamen, quod si quis donaret inter vivos alicui aliqua bona quae causa mortis ante donat, putans donatarium causa mortis obiisse, fortitan iudicabitur eam non esse reuocatum. argumento l. in. <sup>b</sup>

DE PECVLIO CLERICORVM.

SVMMARIVM.

1 Clerico filiofamilias quod annuatim dat pater, ut sic ex eo clericus se fingat, efficitur peculium castrense, quod etiam ludendo efficitur in alium transfert, sicut etiam est omne id quod lucratur.

CONSILIVM I.

**C**Aius paterfamilias lusit cum Sempronio ludo alearum prima nupat, qui Caius superlucratu est à Sempronio scuta sex auri sine fraude. Ludo finito, Sempronius, qui perdidit, reperitur esse filiusfamilias, doctor aetatis vigintiocto annorum, vel circa, habens primam toturam, & tres ordines minores tantum, nec possidet bona aliqua castrensis, vel aduercitia, nec aliquid ex doctoratus officio lucratur, & demum nullas alias pecunias habet, praeterquam centum & quinquaginta aureos, quos habet à patre singulis annis, de quibus liberè disponere potest: dictusque Sempronius moratur cum quodam Cardinali, à quo habet victum, & habitationem, eo quod manet in eius curia, & ipsum concomitatur.

Quaritur, attento quod dictus Sempronius est filiusfamilias, quomodo dictus Caius possit esse tutus in foro poli: Vtrum huiusmodi pecunia sit restituenda, necne?

1 Respondeo, quod de rigore iuris non tenetur restituere: quia quicquid huiusmodi clericus quarit, sit ei peculium castrense, & potest de ipso testari, & disponere, non obstante quod sit filiusfamilias, iuxta aethe. presbyteros, & tradit Innoc. & post eum Panormitanus. <sup>d</sup>

Nec obstat, quod omnia quae habet, sint donata sibi à patre: quia donantur ei, vt exerceat militiam clericalem, inseruendo, vt inseruit Cardinali in primis inseruientium honorificentissimè, per ea quae Couarruias addit Panormitano. <sup>e</sup> Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Beneficiarius de patrimonio, & questis sua industria, ac laicus disponere potest. <sup>e</sup> n. 4.  
2 Donare habenti ad se sustentandum, sed non honestè, pium.  
3 Pia vt sit largitio, principaliter ob Deum fieri debet: nec desinit esse bona, licet fiat etiam, sed minus principaliter ob alium sine etiam ineptum, modo non sit malus.

CONSILIVM II.

**A**N pensionarius de reliquatis ex sua modica pensione, & de aliis suo labore & industria comparatis possit cognatis suis plus satis familia oneratis, & egentibus opulari?

1 Respondeo primò, quod latius, quam hactenus alij tradiderunt, scripsimus nos in tractatu de redditibus ecclesiae, quod non solum pensionarius, & quibus alius stipendiarius, vel accipiens aliquid pro labore, & industria, & occupatione, qua seruit, vel tenetur seruire alteri, potest ea, quae reliquit, vel superflua facit ultra suum victum decentem, donare, & dispendere in opera pia, sed etiam beneficiarius quilibet, etiam regularis, & religiosus potest impendere fructus sui beneficii sic reliquatos, & seruatos in eadem operapia.

2 Secundo, quod impensa, & erogatio, quam ait se facere D. consulens in praedictos cognatos, est pia & sancta, vt in d. tractatu, traditur declarando, <sup>h</sup> quae sunt opera pia, & addendo, <sup>i</sup> quod etiam dare habenti necessaria ad sustentandam vitam, sed egenti ad se decenter sustentandum cum sua domo, & familia, est dare ad opera pia.

3 Tertio quod ad hoc, vt impensa & erogatio dicatur pia, oportet, quod principaliter fiat ob amorem Dei, vel ob misericordiam, & necessitatem proximi, ita quod non sufficeret facere illam ob cognationem, & amicitiam, vel alium respectum profanum, vt traditur vbi supra. <sup>k</sup> Dixi princi-

paliter, quia non oportet vt fiat nullo respectu alio profano habito. Tum quia iudicandum est opus secundum id, quod principaliter intenditur. <sup>a</sup> Tum quia, vt colligitur ex ea ratione sequitur communem, attendendum est id quod principaliter intenditur, & non quod minus principaliter siue incidenter, ex quo inferunt multa vitia, & in his id quod ait glossa finalis putata singularis, <sup>b</sup> quae adiuncto textu probat non esse attendendum prauiudicium, quod consequenter, siue per quamdam consequentiam fit, sed tantum principale. Tum quia non definit opus esse bonum, eo quod minus principaliter fiat ob aliquem finem ineptum, modo non sit malus, si principaliter fiat propter finem aptum, vt tradimus latius in comment. ca. inter verba. <sup>c</sup> & breuius in comment. cum minister. <sup>d</sup> & vtilius in Manu. confell. <sup>e</sup>

Quarto, quod D. consulens debet elargiri ea, quae largitur praedictis cognatis suis de fructibus pensionum, principaliter, siue principaliter propter amorem Dei, & misericordiam, & paupertatem, siue indigentiam quo ad se sustentandum, quam propter cognationem, vel alium respectum humanum, siue saecularem: quamuis etiam bene faciat largiendo propter Deum principaliter, habendo minus principalem respectum ad cognationem, amicitiam, & alios respectus, & fines saeculares, dummodo non sint principales; sed tantum minus principales.

4 Quinto, quod non frustra in praecedenti dicto dixi, De fructibus pensionum Ecclesiasticarum, quia de aliis fructibus aliarum pensionum saecularium, vel de salariis, vel stipendiis, quae pro laboribus suis accipit, potest pro libito suo etiam principaliter largiri praedictis suis cognatis ob consanguinitatem, & amicitiam: sicut quilibet laicus potest de fructibus laicis pro libito largiri etiam extraneis per dicta in d. tractatu, <sup>f</sup> nec debet scrupulum sibi facere de difficultate sciendi, quantum reliquit de pensionibus Ecclesiasticis, & quantum de aliis stipendiis &c. sine vilo errore: quia satis est bona fide sine dolo computare verisimilem quantitatem vtrorumque. arg. c. quia verisimile non est, & ei adnotatis. <sup>g</sup> Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Fructus beneficiorum, viuente titulari, seu illorum reseruatario separati à solo, ei debentur, ac etiam locationum pensiones correspondentes fructibus, sicut supra à solo separatis. num. 5. 6. 9. & hoc etiam si nondum fuissent in horrea repositi. n. 4. vnde si illos viuens debita honestè contrahendo consumpsisset, non facerent spoliū. num. 2. alias sic. n. 3. de iure autem deberentur successori in beneficio, sicut & collecti sede vacante, nisi alteri essent applicati, seu coelesi. num. 7. & 8.

CONSILIVM III.

**P**RAESUPPOSITO priuilegio Apostolico factò illustrissimo N. de percipiendis spoliis clericorum in sua ditioe, quae sita fuerunt sequentia à successore D. Consulente.

1 Primum, cuius debeant esse fructus, quos reseruatario sibi praecessor ipsius sine vlla locatione per se ipsum percipiendos, an haeredis eius, an illustrissimi N. an D. consulentis, & de fructibus, qui obuenerunt sede vacante. Et responsum fuit primo, quod fructus, quos reseruatario administrationi suae praefatus praecessor, & fuerunt in vita eius à solo separati, pertinuerunt omnes ad ipsum, & nulli eorum, qui post mortem fuerunt collecti, & à solo separati, secundum glossam, <sup>h</sup> communiter receptam per communem sententiam, vt diximus in tractatu de redditibus ecclesiae. <sup>i</sup> per argumenta valida, quae ibidem videri possunt.

2 Secundo, quod si fructus illi reseruatario fuerunt impediti à praecessore, ita quod non remanserunt inter spolia eius, pertinebunt ad praecessorem mortuum, vel haeredes, aut eius causam habentes: quia ipse poterat eos impendere suis honestis vsibus, etiam seruato patrimonio, & eius fructibus, quibus voluisset, iuxta illud dictum singulare Innocentij, <sup>k</sup> relatum à nobis in praefato tractatu, <sup>l</sup> & nullatenus pertinebunt ad illustrissimum N. nec ad D. consulentem.

3 Tertio, quod si praefatus praecessor non impendit ea honestè in vsibus suis, dum vixit, sed remanserunt libera à debitis eius, pertinebunt ad spolia eius.

a Leg. si quis nec causam ff. de reb. ere. dem.

b In c. quamuis pactu. de pact. li. 6.

c 11. q. 3. con. clus. 5. nu. 19. & seq. d. 23. q. 1. nu. 4. e. Ca. 14. nu. 33.

f Qu. 1. mon. 17. & multis seqq.

g De prescriptio.

h In c. si propter. de reser. li. 6. & in c. present. de off. ord. vob. lib. i. Quasi. 2. mo. 2.

k In ca. Episcopus. de prescrip. lib. 1. Quasi. 1. mon. 32.

a 2. part. rubr. de reb. mu. 13.

b De dol. ha. red. in suis.

c C. de episc. cop. & cler. d. In ca. quia nos. de test. a. men. nu. 5.

e In d. c. quia nos.

f Qu. 1. mo. 18. & serc. per bonam partem aliorum. tra. sertim 32. & conseq.

g Qu. 1. mon. 32. h In mon. 26. i In mon. 27.

k Mon. 28.

4 Quarto, quod non refert an fructus praefati fuissent percepti, & reconditi, an solum à solo separati: quia idem est iudicandum de vtriusque. arg. l. si eius, <sup>a</sup> secundum veriorum intellectum l. arboribus. S. Iulianus. alias est l. si fur. ff. de usufruct. & l. si usufructuarius. ff. quemad. usufr. amitt. & est communis opinio, quam sequimur nos in d. tract. <sup>b</sup>

5 SECVNDVM QVAESITVM est, cui debent adjudicari pretia locationum, & conductionum soluenda in aliquo festo cadente intra tempus sedis vacantis. Ad quod respondetur, quod huiusmodi pretia, quae erant soluenda in aliquo termino contingente tempore sedis vacantis propter fructus quaesitos, vel salte separatos à solo ante mortem praecessoris, ad iudicabuntur, ei, vel ab eo causam habentibus: quia pretium rei venditae debetur vendenti, sicut res vendita debetur emptori, <sup>c</sup> & eadem ratione pretium fructuum locatorum post perfectam locationem debetur locati pro ea parte quae fuit locantis, vel debita ei, sicut vsus rei locatae debetur conductori. <sup>d</sup>

6 TERTIVM QVAESITVM, Cui debent adjudicari pretia praefatarum locationum soluenda in aliquo festo cadente post prouisionem D. successoris. Ad quod respondetur idem quod responsum est ad secundum, scilicet quod cedunt ipsi praecessori pro ea parte, quae fuit quaesita seu debita ipsi locanti: & sic pro ea parte, quae fuit collecta, vel à solo separata ante mortem locantis.

7 QVARTVM QVAESITVM, Cui debeant adjudicari fructus, qui obuenerunt sede vacante. Ad quod respondetur, quod adjudicari debent illustrissimo N. vel eius commissario: quia licet iure communi debeantur successori, per c. cum vos, <sup>e</sup> & cap. quia sepe, <sup>f</sup> priuilegio tamen Papae pertinent ad suam Dominationem illustrissimam, vt praesupponitur.

8 QVINTVM QVAESITVM, Cui debent adjudicari fructus, qui remanserunt in spoliis praecessoris. Respondetur, quod ipsimet illustrissimo N. virtute dicti priuilegij. Nec obstat argumentum factum in fauore opinionis Soti in d. tractatu, scilicet quod alioquin, &c.

9 SEXTVM QVAESITVM, Cui credere debeant pretia locationum fructuum pro ea parte, quae tangunt fructus perceptos, vel à terra separatos post prouisionem successoris, quocumque tempore sint soluenda. Et respondetur, quod aut locatio fructuum definit esse valida quo ad partem, quae tangebat illos fructus perceptos post praefatam prouisionem, aut non. Priore casu pretium respondentis praefati parti, soluendum est praefato successori: quia fructus illi, si non fuissent locati, pertinuisissent ad ipsum, & consequenter pretium, quod debetur pro illis, soluendum est ei, cuius fuissent fructus, si non fuissent locati. Altero casu, scilicet si conductio remansit valida etiam quo ad illos fructus, dicendum pretium eorum diminuendum esse pro rata fructuum locatorum, ita quod successor percipiat fructus, vel locet eos de nouo. An autem locatio & conductio desinant esse valida quo ad illos fructus, necne, colligendum est ex tenore instrumenti, & ex causa, & consuetudine locandi, & aliis circumstantiis. Salua, &c.

SVMMARIVM.

2 Clerici beneficiati possunt licite de fructibus suorum beneficiorum, viuendo de bonis patrimonialibus, vel quasi, inter qua omnia, quae aliunde quam ex fructibus beneficiorum acquisierunt, etiam si illa ex vsu sacrorum ordinum acquisierint, copulantur, num. 1. tam inter vivos, quam in vltima voluntate, etiam propinquus relinquendo, disponere. nu. 2 & 3. An autem in dubio sit presumendum eum ex dictis fructibus voluisse viuere, vel ex patrimonialibus, seu quasi, ex coniecturis est diuidendum.  
4 Clericus negotia principum in Curia, etiam recepto stipendio, iure communi, & ex stylo Curiae gerere licite posse videtur.

CONSILIVM IIII.

**Q**uod de bonis clerici quasi patrimonialibus, & de patrimonialibus idem sit iudicandum, tenuimus nos in apologia libr. de re. eccles. <sup>a</sup> Quod item bona clerici quaesita per industriam suam, etiam per vsum sacrorum ordinum alia oratione, quam fructuum vel reddituum beneficiorum, dicantur quasi patrimonialia, tenuimus.

1 Interrogatus, quid mihi videatur de hac informatione

h Qu. 1. mon. 22.

respondeo me pridem in apologia libr. de red. eccles. <sup>a</sup> tenuisse, quod bona quaesita licite per artificium, vel aliam industriam, & laborem clericis ab seque inuita clericatus, & ordinum suorum, sunt vere patrimonialia, sicut quaesita à laicis; & quod quaesita à clerico ratione officij clericali, & suorum ordinum extra fructus beneficiorum Ecclesiasticorum, sunt quasi patrimonialia, & quod de iis perinde ac de patrimonialibus disponere potest clericus, qui ea quaesuit.

2 Secundo, quod, <sup>b</sup> teneo firmiter determinationem Innocentij, <sup>c</sup> quod beneficiarius potest viuere de fructibus sui beneficii, & seruare suum patrimonium, seu sua bona patrimonialia, & fructus eorum suis cognatis; & disponere de illis inter vivos, & in vltima voluntate.

3 Tertio, quod haec consequitur praefatum D. Gab. Robos. potuisse de bonis quaesitis licite per industriam suam, tam ratione ordinum suorum, quam alia, disponere perinde, ac si esset laicus.

4 Quarto, quod iure communi consuetudine Curiae in Vrbe declarato & vsitato videntur licita negotia Regum, & aliorum, per quae fuerunt ei aliqua salaria, vel honoraria donata, vt supra in informatione probatur.

5 Quinto quod licet forsitan expresse non declarauerit se voluisse, dum viueret, de fructibus beneficiorum suorum viuere; & bona patrimonialia suis cognatis vel amicis ab intestato, vel ex testamento relinquere; tamen ex multis eius actis, & ex cura, quam habuit seruandi tot millia ducatorum, & ex consuetudine, quam communiter seruant clerici beneficiati habentes patrimonialia seu bona patrimonialia facile conijci potest eum habuisse hunc animum: ita quod Reuerendissime Cameræ procuratores nullam sibi culpam poterunt adscribere, quod falso id crediderint: quamuis Ludouicus Rom. in consilio citato. in informatione id mihi non aperte dicat. Salua, &c.

DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS

VOLUNTATIBVS.

SVMMARIVM.

1 Testamentum à parcho scriptum, & sola testatoris manu subscriptum, nec in terris Ecclesiae tenet in foro exteriori: at in foro conscientiae, qui ex eo bona possidet, licite retinet. nu. 2.  
2 Relictum mihi sponte in dispositione minus solemni, immo solo verbo sine testibus, tut a conscientia retineo.

CONSILIVM I.

**F**RANCISCVS disposuit de bonis suis in terris Ecclesiae, instituendo nepotem haeredem per schedulam scriptam à proprio parcho, subscriptam ab ipsomet testatore. Quaritur, an valeat huiusmodi institutio in foro conscientiae.

1 Respondeo primò, quod ordinatio praedicta non est seruanda in foro exteriori; quia nec secundum formam iuris Caesarici, neque canonici est facta, vt constat per cap. cum esset, & ei annotatis. <sup>f</sup>

2 Secundo, quod grauissima difficultas est apud vtriusque & etiam diuini iuris peritos, an vltima voluntas, quae sine solennitate à iure requisita est ordinata, valeat in foro conscientiae: ego autem in ea opinione sum, quod qui possidet bona sibi verè & sponte coram Deo relicta, siue scripto, siue verbo tantum, siue coram testibus, siue sine illis, potest sanctè salua conscientia retinere; licet possint ei tolli per iudicem in foro exteriori. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Beneficiarius haeres à patre insiruitus, si fecit inuentarium, non cogitur ex fructibus beneficii soluere debita, vel legata ei à patre mandata ultra vires hereditarias: sed ad id tenentur alij habentes hereditatem. num. 5. immo nec volens potest, nisi dicta solutio saltem indirectè iudicetur opus pium. num. 3. & 4.

CONSILIVM II.

1 Respondeo primò; praefatum Praelatum non potuisse obligare & onerare filium, cui reliquit beneficia, & minorem partem patrimonij. Tum quia tamquam successor in beneficio non fuit grauatus ad illa, cum non fuerit ei imposita pensio auctoritate illius; qui poterat eam

a Qu. 1. mon. 22.

b In d. qu. 1. monito 30. c. In c. indecorum. de etate & qual.



imponere ad soluendum suum as alienum, & alia legata pia. Tum quia tamquam hæres non potuit obligari ultra vires hæreditarias.

2 Secundo, quod si præfatus filius adiuit hæreditatem patris absque beneficio inuentarii, aut non fecit inuentarium intra legitimum tempus, cogetur in foro exteriori soluere præfata onera, iuxta l. scimus, a quamvis in foro cõscientiæ non teneretur ultra vires hæreditarias.

3 Tertio, quod si ipse voluerit soluere præfata pia legata, iustè ac sanctè soluere poterit illa de fructibus & redditibus sui beneficii, quia iustè potest impendere illa operibus piis, qualia sunt præfata legata pia. Quarto, quod si as alieni præfatum fuit cõtractum ob causam profanam & tẽporariam, nõ poterit iustè de redditibus sui beneficii soluere illud: quia oēs fructus beneficiarij debent impendi in eius sustentationem honestam, vel alia opera pia, quamvis, quia in facto proponitur illud as alienum constatum fuisse ob sustentationem dignitatis Ecclesiasticæ, poterit (vt putò) reduci directè, vel indirectè ad pietatis opera.

5 Quinto, quod si præfatus filius noluerit soluere præfata legata, & debita, nec poterit cogi ob beneficii inuentarii facti, alter frater cogetur soluere illa de rigore iuris, tamquam hæres patris retinens maiorem partem honoris eius, si, quæ bona habuit à patre, ad soluenda prædicta sufficiant.

S V M M A R I V M.

3 Clerici & Episcopi, quibus in Vrbe decedentibus Iulius III. concessit, vt possent de omnibus rebus, exceptis illicite acquisitis, testari, si testamentum fecerint, etiam si aliqua ex illicita, hoc est eis prohibita, non tamen iniusta negotiatione. nu. 7. acquisierint, tenet, nu. 1. 6. & 14. etiam ad effectum, vt prædictorum sic acquisitorum hæres & legatarius dominium acquirant. nu. 2. cessante autem dicto privilegio, de iis que per negotiationem ipsis inhabitant, vel alias contra Canones Ecclesiasticos dominis secularibus seruendo, prædialia laicorum conducendo, officia aduocandi & iudicandi in foro seculari exercendo acquisuerunt, in vltima voluntate disponere non possunt, sed spectant ad Camera Apostolicam, etiam si tales essent regulares apostata. nu. 4.

9 Negotiatio est de actibus indifferentibus, que non facit aliquem malum, sed mendacia, que negotiatio profertur: sed si rectè fiat, & ad bonum finem, est vitilis & necessaria Reipublice, nu. 8. & ex circumstantia potest deprauari, nu. 9. vel agendo contra terminos iustitiæ commutatiuæ, & hæc ultra peccatum obligat ad restituendum, vel agendo contra præcepta aliarum virtutum & charitatem, & hæc licet habeat annexum peccatum, nõ tamen obligat ad restituendum. nu. 11. & seq.

14 Actus omnes humanos, esse peccata dicere, hæreticum: sed quod maxima illorum pars sit infecta peccato veniali, est Catholicum.

14 Veniale peccatum, quo opus aliquod inficitur, operatur, vt non sit meritorium gratiæ, nec gloriæ.

CONSILIVM III.

1 AD quæstionem propositam de clericis & Episcopis decedentibus in Vrbe, an possint testari de rebus quasitis per negotiationem, iam dudum respõdi. Primò, quod sic, ad hunc sensum, quod testatio, seu testamentum, & vltima voluntas eorum possit dici iusta, si fecerint illam per verba generalia, dicendo, Lucius hæres meus esto, vel relinquo bona mea Titio, vel similia, non facta mentione particulari de rebus per negotiationem quasitis, per ea que tunc allegauit, & alia que tradunt Decius, b & citati ab eo. c

2 Secundo etiam respondi affirmatiuè, quòd sic, intelligendo eam in hoc sensu, quòd hæres legatarius, vel fideicommissarius acquirunt titulum quasitorum per negotiationem de se licitam, id est, non contrariam legibus iustitiæ specialis, licet esset illicita ratione circumstantiæ personæ, loci, temporis, vel alterius, quæ negotiationem faceret vitiosam, eo quòd esset contraria aliis virtutibus, quàm iustitiæ specialis: & quòd exceptio, quæ fecit Iulius III. in bulla, per quam concessit facultatem testandi prædictis clericis, & Episcopis in Vrbe decedentibus de

omnibus rebus, exceptis illicite quasitis intelligenda erat de rebus quasitis illicite contra leges iustitiæ specialis, & non de quasitis illicite contra leges virtutum theologiarum, vel aliarum moralium: contra quod formauit quatuor argumenta, quibus respondi.

3 Nunc autem pro maiori declaratione oppono cõtra responsionem. Primò, quòd præfatus Iulius III. in sua bulla generaliter excepit res illicite quasitas; ergo generaliter est intelligenda. a Secundo, quòd nulla ratio diuersitatis videtur dari posse inter quasita illicite contra leges iustitiæ specialis, & inter quasita contra leges speciales aliarum virtutum, cum per vtramque acquisitionem peccetur mortaliter, & per vtramque offendatur Deus.

4 Tertio, quòd Pius III. iuris vtriusque (vt fertur) cal lentissimus, videtur præfatum bullam in quadam eius declaratione fit intellexisse, vt per illicite acquisita, veniant omnia quasita per negotiationem illicitam, & aliàs contra canones. Quam expositionem nos post alios secuti sumus in comment. c. non liceat Papa. b diximus valde notandam esse illam declarationem, per quam declarabatur id, quòd nusquã antea videtur in vlla iuris scripti parte expositum, scilicet nulla quesita per negotiationem illicitam, vel alias contra canones Ecclesiæ, posse per vltimam voluntatem relinqui à clericis, vel Episcopis: ex quo intulimus nos ibidem, quòd cuidam monacho apostata, qui apud Indos quasit 2000. scutorum per negotiationes, & mercaturas, non debet succedere monasterium, iuxta ca. cum olim. 2. & alia iura, c sed Camera Sedis Apostolicæ: & quòd stipendia, quæ quarunt multi clerici inferuicndo Regibus, & aliis principibus, & dominis secularibus, & per conductionem, seu arredationem prædiorum, vel reddituum secularium, & aduocationis, & officia iudicandi in foro seculari, eis mortuis debentur Camera Apostol.

5 Quarto, quòd negotiatio siue mercatura videtur esse per se mala, iuxta illud Leonis Papæ relatu in c. qualitas. d Inter ementis & vendentis commercium difficile non interuenire peccatum: ob quòd ibidem consultitur, ne penitens negotietur: & quòd Chrysostomus relatus in c. cogens. e sic ait, Mercator numquam Deo placere potest, & ideo nullus Christianus debet esse mercator, & mercator sine mendacio & periurio esse nõ potest. Quinto, quòd onus augetur, & non minuitur, cum quòd vni debetur, improvidè aliis soluitur. f At quasita per negotiationem illicitam, videtur deberi damnificato per illa: quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatu. g ergo non possunt per vltimam voluntatem solui aliis. Sexto, quòd licet Iulius III. non statuerit illud; satis superquetamen est quòd Pius III. statuerit illud. h

6 Quibus tamen non obstantibus, vera videtur nostra responsio, salua emunctissima S. D. N. censura, & cuiuslibet sanioris sententia. Primo quidem, quòd nulla ratio naturalis, nec diuina positiua, nec humana canonica, vel ciuilibis, reddi potest, cur se. rec. Iulius III. excipere voluisset quasita per negotiationem per se licitam, licet sit illicita ratione circumstantiæ personæ, temporis, loci, vel alius, quàm quasita per alium actum suapte natura indifferentem, & ob aliquam circumstantiam prædictarum illicitu. ergo dicendum est, vel voluisse excipere omnia quocumque modo illicite quasita, vel nec quasita per negotiatio nem ex sola circumstantia illicitam. At non potest iuridicè responderi excepisse omnia quocumque modo illicito acquisita, per ea, quæ infra dicentur; ergo dicendum est, nõ excepisse quasita per negotiationem suapte natura licita, & sola circumstantia illicitam.

7 Secundo, quòd non obstat huic argumento dicere, quòd satis est id placuisse Principi, ad hoc, vt legis vigor habeat, i & quòd nõ solum Pius III. excepit generaliter quasita illicite, sed etiam prius exponendo eius verba; specialiter excepit quesita per negotiationem illicitam, & aliàs contra canones. Quia eodem modo responderi potest ad eius expositionem, sicut ad constitutionem Iulij III. vt infra respondebitur, scilicet quòd intelligitur de quasitis per negotiationem cõtra leges iustitiæ specialis, & de quasitis contra canones iustitiæ specialem cõrinentes; quia negotiatio est duplex, honesta, & turpis, siue illicita, vt habet præfatum c. qualitas. & honesta attenda iustitiæ qualitate non generat saltem immediatè turpia, & inho-

nesta, iuxta illud Dominicum, Arbor bona non facit fructus malos, a & illud Baldi. b Non potest esse plus in causato, quam virtus causa influit.

8 Tertio, quòd vt ait Augustinus relatus in ca. quoniam, c negotiatio non facit quem malum, sed mendacia & periuria quæ negotiantes profertur. cui concordat Calsiadorus relatus in cap. quid aliud. d

Quarto, quòd ars rectè negotiandi est licita, secundum Aristotele e & vitilis, ac necessaria, secundum Ciceronem, f cum ad honestum & bonum finem dirigitur, vt declarat S. Thom. receptus ab omnibus. g

Quinto, quòd si negotiatio de se esset illicita, maxime foret, quia per eam quòd vilius emitur, carius venditur: sed hoc est licitum: quia dignus est operarius mercede sua, h & mercator multam operam impendit emendo merces temporibus congruis, in locis aliquando remotis, & seruado eas in tempus opportunu, & transferendo in alia loca, & subeundo pericula, & nulla alia merces ei assignatur præter id quòd vilius emendo, & carius vendendo, lucraretur, & ita licite capit lucrum modo rationale.

9 Per quòd & alia cõcludimus nos, i negotiationem in genere esse actum suapte natura indifferentem, nec per se bonum, nec per se malum, sed talem, qui ob circumstantias potest esse bonus vel malus: qualia sunt loqui, & filere, e dere, & bibere, ambulare, & sedere, & alia id genus innumera, quæ ob circumstantias personæ, tẽporis, loci, & præsertim finis, sunt bona, vel mala, vt tradit S. Thomas receptus ab aliis. k At nemo prohibetur testari de quasitis per actus de se honestos, & iustos, licet defectu cuiuspiam circumstantiæ prædictarum sint illiciti: ergo nec debet prohiberi, testari de quasitis per negotiationem per se iustam & licitam, licet ex circumstantia sit illicita: quoniam rari sunt qui quarant bona omnino licite.

10 Nam quicunque quarit aliquid per actus mortaliter, vel venialiter malos, quarit illicite: quandoquidem omne peccatum non solum mortale, sed etiam veniale est illicitum, adeo quòd etiam iuramentum non ligat iuramentum ad illud faciendum, l & ferè omnes clerici quarunt per huiusmodi actus: nam multi querunt per suarum amariarum donationes, vel vltimas voluntates, alij per seruitia & obsequia illicita contra legem naturalem, vel diuinam, vel canonicam, vel ciuilem à canonica probatam: plures malè suadendo ad testandum in fauorem suum, alij per mēdacia, vel detrahendo malè aliis sibi acquirunt malè beneficia ecclesiastica, multi non recitando horas canonicas malè percipiunt beneficiorum suorum fructus, multi excommunicati, & aliis censuris ligati quarunt fructus, eo quòd habent canonicos titulos: multi licet dicant Horas canonicas, tamen id faciunt mortaliter, vel venialiter peccantes sine debita reuerentia, vel sine intentione, aut sine attentione requisita, vel nimium festinè, vel corruptè illas pronunciant, vel cantant, multi omitendo cantum debitum, vel non seruando silentium debitum, vel alias ceremonias, nonnumquam etiam ridendo, vel ringēdo, & aliis multis modis saltem venialiter inficiendo illas, per quòd earum pronuntiatio fit illicita saltem venialiter, & consequēter fructus taliter sunt illicite quasiti, saltem per actus ex circumstantia illicitos. Plures Decani, Archidiaconi, Abbates, & Episcopi negligenter fungentes suis officiis, saltè venialiter peccant, & per illas illicitas functiones querunt sibi magnos redditus, de quibus nullatenus possunt iustè cū bona conscientia testari, si contraria opinio esset vera.

11 Sexto, quòd negotiatio, vt dictum est supra, est duplex, honesta, & turpis, siue illicita: illicita verò etiã est duplex, altera quæ est cõtra leges iustitiæ specialis, altera quæ est cõtra leges caritatis, & aliarum virtutum moralium, inter quas est magna differentia: quia negotiatio quæ fit contra leges iustitiæ specialis, non solum inducit peccatum, sed etiam obligationem restituendi damnū datu per illam parti dānicatæ, vt colligitur ex S. Tho. m Altera verò licet inducat peccatum veniale, vel mortale, non tamen inducit obligationem restituendi, vt colligitur ex eodem S. Thom. n dicente, quòd necessitas restituendi nascitur ex ablatione præcedenti, quæ præsupponit, eo quòd sit actus iustus virtutis, quæ ponit, & præcipit æqualitatem inter res exteriores ablatas restituendas, vel recompenandas. Exemplū

cõtra iustitiã commutatiuam, vendere maiori vel minori pretio quàm valet, vel occultado vitia, vel defectus mercis, vel exprimendo aliquas vires & qualitates falsas, vel negando aliquas bonas, ob quas merx vendenda pluris vel minoris valet; vel credendo sub vsuris, a quæ non solum inducit peccatum, sed etiam obligationem restituendi parti damnificatæ damnum quòd intulit contra iustitiã specialem, contraueniendo alicui legi naturali, vel diuina positiua, vel humana canonica, vel per canones approbatæ; contra etiam canones illos, quibus illa approbantur, iuxta principium Decreti, & c. ius naturale. b At quæ fit cõtra caritatem, aut alias virtutes morales, excepta iustitiã specialis, negotiatio quidem iustè quòd ad specialem iustitiã, & eius leges, vendēdo scilicet, vel emēdo iusto pretio, & nõ occultando vitia, vel defectus mercis, nec exprimēdo valorem, siue vires eius falsas, nec negando veras, sed intendendo aliquem malum finem; vel displicendo Deo, vel proximo, vel in honorando eos, vel agendo aliquid astute, vel imprudenter, superbe, ambitiose, præsumptuose: vel ob vanam gloriam, vel ob gulam & voracitatem, vel aliquam voluptatem illicitam, sine damno tamen personæ, honoris, vel famę proximi, occidere volendo in aliquo loco, vel tempore sacro, vel mētiendo, vel iurando aliqua; quæ merces quidem ipsam non augent, nec minuunt, sed per ea offendunt animam, & decipiunt proximum, citra tamen damnum personæ, honoris, & famæ. & hæc negotiatio illicita inducit quidem peccatum, sed non obligationem restituendi: quia peccata contra charitatem, & alias virtutes morales præter iustitiã admissa non inducunt obligationem restituendi, vt latè diximus in tractatu de re. ecclesiast. c

12 Vbi mōstrauimus esse fallum, quòd quidquid fit cõtra legem obligantem, censetur fieri contra legem iustitiæ specialis, adducendo illam sententiam S. Thomæ, d ab omnibus receptam ex Aristotele, e scilicet dari eorum virtutum actibus, & alias esse leges, & præcepta fidei, de quibus S. Thomas, f & alias virtutis ipsei, de quibus idem ibidem, g & alias leges, & præcepta caritatis, de quibus idem, h & alias leges, & præcepta prudentiæ, de quibus idem, i & alias leges, & præcepta iustitiæ specialis, de quibus idem, k & leges, & præcepta fortitudinis, de quibus idem, l & alias leges temperantiæ, de quibus idem. m

13 Et quòd leges iustitiæ specialis versantur principaliter & immediate circa actus exteriores, & ponentes æqualitatem circa cõmutationes exteriores, & debita, quæ sunt ad alterum, vt reddantur æqualia in totum. Alię autē virtutes & leges earum versantur principaliter & immediate circa actus interiores & compositionem animę, & per quamdam consequentiam circa actus exteriores quò ad se, & minus principi aliter quò ad alterum: non quidem quò ad ponendum æqualitatem debiti ad debitum, qualis est religio quæ iubet honorem dari Deo, cui non potest dari debitus, de quibus idem S. Thomas, n & qualis pietas quæ iubet honorem deferri patri, & parentibus, quibus etiam non potest reddi equalis.

14 Septimo: quòd licet dixerimus in comment. ca. inter verba. o quòd hæretica sit illa opinio Lutherana, quæ habet, quòd omnis hominum actus est peccatum: attamen Catholica, & sancta est illa, quæ habet, quòd maxima pars actuum humanorum est infecta culpa saltem veniali, iuxta illud, Septies in die cadit iustus. p & illud, q Quasi pannus mēstruata vniuersa iustitia nostra. vt ob oculos temper habeamus ad cauendum, ne bona opera, quæ facimus, ita pereant, vt per ea non queratur gratia in terris, nec gloria in cælis, vt certè peribunt, si saltem veniali culpa inficiantur; quoniam vnum & idem opus nõ potest esse bonum merito rium gratiæ, vel glorię, si est venialiter malum, vt post S. Thomam, r diximus in Manu. confess. s & in comment. de silentio, t & prius in Enchir. de ratione. v Et ita cū magna multitudo actuum clericorum, quibus aliqua querunt, sit illicita, & contra canones, non profectò erunt, qui de quasitis à se restari possint in Vrbe, nec in orbe. Quandoquidem non solum actus, quos communes habemus cū laicis, sed etiam præcipui, quos habemus cum Angelis, laudandi, & colendi Deum, sunt magna ex parte illiciti saltè venialiter, & contra canones.

a C. de iure delib.

b In l. hæreditas, ff. de reg. iur.

c Ibidem.

a Cap. solia, de maiori, & obediē. l. de pretio. ff. de public. in rem actioe.

b l. 2. q. 2. §. 7. num. 4. & 5.

c De primile.

d De penit. dist. 5. c. qualitas.

e Ca. cam. de iur. iuran.

f Ca. si res aliena. l. q. 6. c. regu. peccatum, de reg. iur. l. 6. h Cap. si Roman. l. 9. dist. c. capit. 1. de consili.

i Leg. 1. ff. de consil. princ.

a Ex Matth. 12. b In l. 2. ff. de Senatoribus. c 88. dist. 1. d Eadē dist. c. 1. Politic.

f Li. 1. offic. g 2. 2. q. 77. art. 4. ad primum. h Luca. 10. re lat. in c. 1. col. 2. c. seq. 13. q. 2.

i De penit. dist. 5. c. qualitas.

k l. 2. q. 7. c. qu. 18. per totam.

l Cap. si aliquid, iuncta glo. & c. definitio. 22. q. 4.

m 2. 2. q. 62.

n Vbi supra.

a Capi. si res. 14. q. 6. c. reg. peccat. de reg. iur. l. 6.

b Et cap. ius gentium. c. alia posita in l. 2. c. 3. dist. c. in ca. q. 10. iure. 8. dist. c. alibi sepe.

c Qu. 2. mon. 1. 2. c. 7. d l. 2. q. 95. art. 1. c. melius q. 6. ar. 3. e Eth. 5. f 2. 2. q. 17. g 7. 22. h 9. 44. i 9. 65. k 9. 122. l 9. 140. m 9. 170.

n 2. 2. q. 81. c. seq.

o l. 9. q. 36.

p De penite. dist. 3. q. 1. §. 64.

r 2. l. sen. dist. 40. q. 1. art. 4. c. 1. 2. q. 10. art. 6. s Pralud. 7. nu. 17. c. ca. 23. nu. 1. t Sup. c. in loco benedictio. 5. q. 4. v Capi. 3. nu. 49. c. 20. nu. 30.

15 Octavo, ex prædictis fumitur ratio diuersitatis, quare peccata facta contra leges iustitiæ specialis inducit obligationem restituendi, & non peccata facta contra legem caritatis, & aliarum virtutum, vt docuit Alexander Alenfis cõmuniter receptus, a quem rectè defendit Adrian. b que nos secuti sumus in comment. cap. inter verba, c & in Man. conf. d & Sorus, e & nos repetimus in tractatu de redi. eccl. f per quod Adrian. vbi supra tenuit, eum qui videt aliquem furantem, licet verbo & facto possit eum à furando atterere, non tamen obligari ad restituendũ id, quod fur furto abstulit, nisi ex officio ad id teneretur lege iustitiæ. Per quæ soluuntur argum. in oppositũ formata. Salua, &c.

SVM MARI VM.

1 Illegitimis legare & donare ex causis iure cõmuni concessis, etiã de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, non prohibetur clericis, per extrauag. Pij V. qui sola priuilegia ad id se & suis prædecessoribus concessa reuocauit.

1 Extrauagans Pij V. reuocans priuilegia concessa clericis disponendi in fauorem illegitimorum declarat.

CONSILIVM IIII.

Respondeo, quod huius quæstionis, & aliarum multarum ei similium determinatio desumi potest ex annot. 9. quam ego addidi bullæ Pij V. *Quæ ordini*, quam ad verbũ refero in tract. de spoliis quem feci super cap. non licet Pape, vbi per multa argumenta neruosa compendiosè formata probò, quod præfatus Pius V. nihil tollit, nec reuocat de constitutis iure cõmuni in fauorem illegitimorũ, sed tantum gratias & facultates concessas particulariter ad disponendũ de quibuscumque bonis inter viuos per donationes, vel in morte per vitimas voluntates in fauorem eorum concessas à se, & ab aliquot aliis Pontificibus Max. præcessoribus suis: & ideo proculdubio non obstante reuocatione præfatarum facultatum, quæ sunt priuilegia quædam, possunt clerici, & quilibet alij donare inter viuos, & relinquere in vltima voluntate illegitimis filiis, tã suis quàm alienis, ea, & eo modo, quo iure cõmuni absq; prædictis facultatibus possent, iuxta cap. cum haberet, h & alia iura, quæ ipse ibi cito: & consequenter D. consulens proculdubio poterit nepotib. ex fratribus suis illegitimis donare & relinquere, si sunt pauperes, de bonis intuitu Ecclesiæ quæritis tanta, & talibus modis, quanta, & quibus modis iure cõmuni possent, si prædicta extrauagans Pij V. non fuisset edita. Et quia fundamenta huius responsionis ibi possunt videri, quoniam scio delatos esse Mediolanum multos ex illis tractatibus, hic ea non rescribo, sed precor D. consulentem, vt in suis ad Deum precibus aliquando mei meminerit.

SVM MARI VM.

1 Illegitimo suo, vel alieno nullus, nec in vita, nec in morte aliquid dare potest: & hoc si velit inniti priuilegiis à Sede Apostolica concessis, quæ Pius V. reuocauit, nu. 2. 3. 8. nam si velit inniti iuri cõmuni, num. 4. & 5. vel speciali concessioni alterius principis habentis iura regalia, nu. 6. 7. & 8. potest.

3 Spuriũ secundum iura canonica, quæ in hoc prævalent iuri civili, aliquid in bonis parentum habere possunt, eis que iure naturali, quod tolli non potest, debentur educatio, & alimenta, etiam in terris Imperij, nu. 4.

6 Papa non potest tollere clericis filio priuilegia, nec legitimaciones, quæ quo ad temporalia principes ei concesserunt, nu. 7.

CONSILIVM V.

Varitur, an hodie clericus possit donare inter viuos, vel relinquere in morte filiis suis illegitimis saltem legitimatis, & capacibus effectis, aliqua bona sua saltem patrimonialia, vel quasi patrimonialia, hoc est per suum laborem, & industriam quæsitã.

1 Pro parte negatiua videtur casus in extrauagante Pij V. cuius initium est, *Quæ ordini*, per quam statui videtur, vt nulla singularis persona, neque vniuersitas vel collegium possit donare in vita, vel relinquere in morte suo nec extraneo filio illegitimo etiam legitimo de vllis bonis inuitu Ecclesiæ quæritis, nec etiam de alijs per vllum laborem, vel industriam, vel quocumque alio modo partis.

2 Pro parte, verò affirmatiua facit primò vrgentissimè id quod nos annotauimus ad extrauagantem prædictam in comment. 1. c. non liceat Pape.

Noro nono, &c. nempe, quod hæc extrauagans non reuocat iura

A communia, per quæ illegitimi possunt habere aliqua de bonis parentum. Quod probatur primò, eo quod solum reuocat priuilegia, licet eas, dispensationes, & indulta contra vel præter ius commune concessa per ipsummet Pium V. & alios omnes præcessores eius, vt ex ea patet; nam qui de vno dicit, de alio negare videtur, a & omnia quæ reuocat ibi Pius sunt alia, quam iura communia, ergo nõ debet censeri reuocasse illa.

3 Secundo, quod filij illegitimi: etiam si sint spurij, possunt aliquid habere de bonis parentum iure cõmuni, iuxta cap. cum haberet, b & per ea quæ Panormitanus & alij ibidem notant: & absurdum videretur dicere, quod prædictus Pius reuocat facultatem, quam habent patres in alendo filios illegitimos etiam spurios. Tum quia facilius tollitur ius speciale quam ius commune, c & ita ex eo quod reuocet remedia, & alia iura specialia, non videtur reuocare remedia iuris communis generalia. Tum quia lege humana non potest tolli naturalis, d & educatio liberorum iure naturali debetur. e Tũ quia prædicta auth. ex complexu. f nullibi gentium seruatur, quatenus habet spurios filios non esse à parentibus alendos: quæ tamquã contraria pietati naturali, postponitur æquitati canonicæ prædictæ conformi iuri & pietati naturali, de qua in l. 1. & 2. s. vt supra dictũ est. Tũ quia nõ est verisimile, quod Pius V. piensissimus, & iuris communis obseruantissim⁹, & morum ab eo exorbitantium reductionis in illud tantum in pristinum, & probatissimum statũ amantissimus, intenderit tollere legem tantæ pietatis, cum similis simile quærat, & foueat, iuxta h Ecclesiasticũ & Philosophũ, i & facere contrarium esset quædam crudelitas Deo & hominibus inuisa secundum Ioannem Baptistam. k

4 Tum quia à iure antiquo non censetur recessus, nisi quatenus id in nouo exprimitur, l & per hæc extrauagantem nulla recessio ab eo exprimitur: ergo, &c. & communiter iustè potest & debet clericus non obstante hæc extrauagante alere suos filios illegitimos etiam spurios, intendendo iuri cõmuni contento in d. ca. cum haberet. quod seruandum esse etiam in foro saculari terrarum Imperij, & aliorum regnorum, etiam non subiectorum Pape, affirmat communis opinio post Panormitanum, m & Bartholum, n & videre est apud Decium alios citantem, o cui ad de Philippum Francum, p & Ioannem Lupum. q

5 Tertio, quod eadem ratione tenemur dicere per prædictam extrauagantem non reuocari iura communia filiis clericorum fauentia, quæ tenemur dicere non reuocari iura concedentia eis ius alimentorum: cum ergo hoc nõ tollatur, vt probatum est, nec alia sibi iure cõmuni conuenientia censentur reuocata.

6 Quarto quod Papa non potest tollere priuilegia, facultates, gratias, & indulta concessa circa temporalia ab Imperatore, Regibus, & alijs iura regalia habentibus, per ea, quæ nos latè post alios scripsimus in rele. c. nouit. r ergo iura & facultates capacitatis suscipiendi & succedendi extra dominium temporale Pape, concessa filiis clericorum ab Imperatore, Regibus, & regalia iura habentibus, non potuit tollere Pius V. qui vt vir sanctus, & ex animo diligens Reges & habetes regalia, tamquam filios, noluit præiudicare priuilegijs & indultis concessis ab eis vt palà est ex eo, quod solum reuocauit concessa per Põtifices Maximos, vel eorum auctoritate.

7 Quintò, quod prædicti Imperator, Reges, & Reguli non permisissent ei; nec permitterent alij Pontifici Maximo, vt reuocaret legitimaciones, dispensationes, & alia iura capacitatis succedendi ex testamento, vel ab intestato concessa à se quo ad temporalia filiis illegitimis: sicut nec Papa permitteret eis, vt dispensarent vel legitimaret illegitimos quo ad spiritualia, iuxta glossam receptam. s

6 Sextò, quod ex contraria & negatiua parte sequeretur quod nemo quilibet extraneus possit donare inter viuos, vel relinquere in morte quicquam alicui illegitimo quilibet extraneo; quod est absurdissimum: quod autem sequeretur, patet ex eo, quod in prædicta extrauag. exprimitur, ne quis facultate vlla munitis quicquam det, vel relinquat filiis illegitimis suis, vel extraneis. quod autem sit absurdissimũ, patet ex eo, quod alioqui nulli possent succedere ex testamento, vel ab intestato, nec possent dono accipere quicquam ab aliquo, & ita perirent, etiam si ef-

a L. cum prator ff. de iud. & ca. nome. de prescrip.

b De eo qui duxit in mat.

c l. eius militis §. militia mis. ff. de milit. test. & l. si quando. C. de inoff. testam. d. ca. sunt qui dam. 25. q. 1. l. id quod dicitur ff. de reg. iur. e. Ca. ius naturale. 1. diff. & l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iure. f. C. de inoff. nupt. g. ff. de lib. a. g. 2. h. Ca. 13. i. in Erb. k. in repet. ff. qua illu. ff. C. ad orph. col. penul. l. Le. præcipimus. C. de ap. pell.

m In d. c. cum haberet. n In auth. ex complexu. C. de inoff. nupt. o In c. clerici. n. 2. de iudic. p In rubr. de test. lib. 6. col. 28. q In repet. c. per vestras. de donat. inter vir. & u. 20. §. 23. nu. 12. r De iudic. not. 3.

s In c. 1. verbo. diuisis. 10. diff.

ala 2. par. q. 87. bla 4. de res. q. 2. col. 9. in §. de cur. reuibus cum iure. c. 11. q. 3. d. Ca. 24. nu. 7. c. Li. 4. qu. 3. art. 4. & lib. 4. q. 7. art. 3. colum. 4. & alibi sape. de iustitia & iure. f. q. 2. mon. 7.

g 12. qu. 2. in §. 19. sine vltimo.

h De eo qui duxit in mat. tri. quam pol. lu. per adu. l.

i 12. qu. 2. §. 19. nu. 9. ibi.

sent iustissimi & sanctissimi, contra illud, Non vidis iustum derelictum, &c. & contra iura & consuetudines gentium, & alia omnium regnorum vbi que gentium seruata. 8 Septimo, denique peremptoriè facit, quod ratio, quæ mouit prædictum Pium ad edendam prædictam extrauagantem fuit desiderium illud iustum tollendi clericis vias speciales, & priuilegiatas, quas quotidie impetrabant à Sede Apostolica, vel eius auctoritate ad directè vel indirectè donandum, aut renunciandum filiis suis illegitimis, non autem ad tollendum vias generales iuris communis, vel speciales aliorum regnorum, & ab alijs Regibus & principibus concessas, vt satis colligitur ex proemio, & ex ipsa constitutione, quam restrinxit ad priuilegia, & facultates concessas à Sede Apostolica, vel eius auctoritate, & communiter non est extendenda ad alia, cum lex regatur & ducatur ratione sua, & limitetur & extendatur iuxta suos limites, argumento l. cum pater. a & traditorum Panormit. in cap. suggestũ, & cap. meminimus. de appell.

SVM MARI VM.

- 1 Statutum Dominicanorum, de successione bonorum à fratribus relictorum, quos comprehendat.
- 2 Domiciliũ per officium quæsitũ, eo amisso, vel dimisso, amittitur.
- 3 Monachus fit ciuis per monachationem, sicut per adoptionem: & transeundo de illo in potestatem superioris alterius monasterij, amisso primo, acquirit domiciliũ. & fit ciuis ciuitatis, cuius est secundum monasterium, & nu. 4.
- 4 Magister sacri Palatii est à sua religione exemptus, & sic donec est exemptus, videtur esse extra religionem.
- 5 Regularis perpetuo translatus ad beneficium saculare, desinit esse ordinis suo subiectus.
- 6 Domiciliũ originis non tollitur per domiciliũ habitationis.
- 7 Successio ab intestato cessat per successionem ex testamento, præcipue ad pia.
- 8 Testamentum ad pia factum coram duobus testibus valet.
- 9 Regularis ex Papa priuilegio ad pia testari potest.
- 10 Testimonio vnus in foro fori regulariter non creditur, nisi in ijs quæ alteri non præiudicant. nu. 9.
- 11 Cardinalis creditur quo ad sibi commissã per Papam, si nullius concernat præiudicium: quod si concernat præiudicium, requiritur primò, quod sit de commissis sibi à Papa faciendis, vel alteri referendis, secundo, quod sit de solitis concedi, tercio, quod non tendat immediate vel directè in damnũ tertij: vnde ei creditur de facultate facta monacho testandi ad pia opera, vel de cũ aliquo dispensandi, vel absoluedi. nu. 9.
- 10 Lex vbi deest, efficaç ratio multum operatur.
- 10 Stylus Curie facit ius.
- 11 Regularis habens Ecclesiã sacularem, illi, & non monasterio quærit, eique ab intestato succedit dicta Ecclesiã.

CONSILIVM VI.

FRATER Thomas Maricus Dominicanus ordinis emisit professionẽ in monasterio suæ provincie in Hispania, in qua functus fuit prælectoris, prædicatoris, & Prioris officijs, & postea constitutus procurator generalis ordinis in Curia Romana assumptus fuit in Magistrũ sacri Palatii, & habuit aliquas pënsiones, & beneficia simplicia, ac tandè factus canonicus ecclesiæ S. Petri defunctus est relictis multis bonis tẽporalibus, & condito testamento ad opera pia sui ordinis coram duobus dignissimis testibus de licentia Pape, quam quidem Illustrissimus Cardinalis N. ad suam instantiam viua vocis oraculo sibi datam fuisse testatur suis literis, sigillo, & iuramento firmatis. quorum bonorum possessio apprehensa est, & tenetur nomine hæredum in testamento institutorum. Extat autem quædam declaratio in constitutionibus Dominicanorum b de studentibus in hæc verba.

1 Declaramus circa successiones bonorum relictorum per fratres, quod seruentur constitutiones in his, in quibus constitutiones sunt clare, sicut de ijs qui sunt assignati in conuentibus, & provincijs: de illis autem qui manent extra conuentus, & non habent aliquam assignationem à Provinciali, aut sunt extra ordinem, declaramus medietatem bonorum suorum post mortem pertinere ad Generalem, & medietatem ad Provinciales.

Est item quædam constitutio c de itinerant. quæ habet hæc verba, Fratres verò nostros tam in episcopatu præcisè titulari, vel alijs infra episcopatum constitutos, & beneficiatos, vel exemptos ab ordine, exceptis Magistris sacri Palatii, & Penitentarijs

b In 2. diff. il. larum, c. 14.

c In eadem diff. ca. 13.

A perpetuis D. Papa. qui sequuntur Romanam Curiam, eorũque socijs, nolimus in nostris conuentibus vltra tradidum retineri. His præsuppositis, quaritur an defendi possit, quod dimidium prædictorum bonorum à prædicto Fratre Thoma relictorum non possit vendicari à Generali. Ad quod respondeo primo, quod difficile fuerat defendere ex eo capite, quod non comprehendatur sub declaratione prædicta: a quia prædictus Frater Thomas viuabat extra conuentum, & non erat alicui provincie assignatus.

2 Secundo, quod non obstat dicere, quod functus fuerat in provincia Hispania prælectoris, prædicatoris, & Prioris officijs, quia longè ante mortem illa reliquit: & domicilium, & ciuitas quæsitã per officium, videtur perdi eo relicto, vel amisso, vt colligitur ex Bartholo b cum ait: Monachus efficitur ciuis illius ciuitatis per monachationem, sicut per adoptionem: tranfit enim in potestatem Capituli, & in potestatem Abbatis, qui sunt ciues, vt supra dictum est. verumtamen ista ciuitas durat, donec durat adoptio: & sic si de illo Capitulo recederet, & transiret ad aliud, vt faciunt fratres Prædicatores, Minores, & Eremitæ, desineret esse ciues huius ciuitatis, & essent ciues illius Capituli, in quod transferunt.

3 Tertio, quod prædictus Frater Thomas obiit mortem exemptus ab omni iurisdictione sui ordinis, obiit enim Magister sacri Palatii, qui est exemptus, vt probat prædictum cap. 13. de itinerantibus. At talis exemptus extra ordinem videtur esse, donec exemptus est: ergo comprehenditur sub prædicta declaratione. c Quarto facit, quod regularius translatus ad beneficium saculare desinit esse subiectus ordini suo, cap. ne pro ciuilibus. d & facit cap. si quis iam translatus. e & glossa singularis. f At prædictus F. Thomas habuit beneficia sacularia, pensiones, & canonicatũ, vt in facto proponitur: ergo extra ordinem erat, & consequenter comprehendebatur sub prædicta declaratione.

4 Quintò, quod non videtur obstat, quod ciuitas siue domiciliũ originis non tollitur per domiciliũ, siue ciuitatem habitationis alibi quæsitã, & ita ciuitas & filiatio quæsitã prædicto monasterio de Pedraita in prædictum Fratrem Thomam non videtur sublata per mutationem ipsius ad alia monasteria, & loca non videtur inquam obstat. Tum quia ciuitas, quæ quaritur per professionem, non est originis, sed officij, vel dignitatis, quæ anittitur per dimissionem illius, per prædicta dicta Bartholi communiter recepta. Tum quia certum est, ciuitatem & filiationem prouenientem monacho per professionem in aliquo monasterio tolli per consecutionem episcopatus, h & etiam per consecutionem alius Ecclesiæ sacularis, quæ perpetuo ei tenenda conceditur, iuxta prædictam glossam singularem & receptã i qua citat textum id optimè probantem. k Tum quia l. pen. l. qua habet per adiectionem domiciliij dignitatis non tolli domiciliũ, vnde est oriundus, loquitur de domicilio originis, quod est immutabile, secundum glossam m & non de alijs mutabilibus, vt eadem glossa sentit.

5 Secundo principaliter respondeo, quod videtur posse defendi iure testamenti ab eo facti. Primo quidem, quod successio ab intestato cessat per successionem ex testamento. n At prædictus Generalis intendit habere prædictum dimidium bonorum per successionem ab intestato, & præfatus frater Thomas decessit testatus, & non ad quemcumque, sed ad pia opera, & non ad qualia qualia, sed in vtilitatem sui ordinis, & duorum monasteriorum, in quorum altero professus fuit, & altero monialium, cuius curam habet illud, in quo professus fuit, instituido.

6 Secundo, quod non obstat dicere, quod ad testamenti valorem requiruntur septem testes, o & in prædicto testamento interfuerunt solum duo, quia in testamento ad pia, quale fuit hoc, sufficiunt duo, p iure quidẽ canonico, secundum omnes tam Legistas, quã Canonistas, vt testatur Iason post alios q & D. Didacus à Leyua præfates Illustrissimi Cõcilij Regij r qui & alij omnes sequuntur Barth. dicentẽ s ius canonicũ in hoc seruari, & seruandũ esse vbiq; quidquid leges ciuiles secundũ varias opinionẽs statuãt.

7 Tertio, quod non obstat dicere, quod prædictus frater Thomas erat religiosus, & quod religiosus testari nõ potest, t quia illud est verũ iure cõmuni, sed prædictus Thomas habuit priuilegiũ testandi particulariter, vt in argu-

a In 2. diffin. ca. 14.

b Leg. 1. ff. ad municip. nu. 14.

c Cap. 14.

d 15. q. 1. c. 21. q. 2. f. in elem. 1. §. ad hæc. de statu mon.

g Ca. cũ nullus. de temp. ord. li. 6.

h Ca. 118. q. 1. & cap. cum olim. 2. de priuileg. i In elem. 1. §. ad hæc. ver. ad claustrũ. de statu. mon. a. h. k In d. cap. ne pro ciuilibus. l. 15. q. 2. l. ff. de senator. m Ibidem. n L. quãdiu. ff. de reg. iur. & l. quãdiu. ff. de acquir. hæred. cum citat. à gloss. eorum. o L. hæc consultissima. C. qui testam. fac. poss. p Ca. relatũ. de testamen. q In l. 1. C. de sacros. eccles. num. 28. r In d. ca. re. larum. s In d. l. 1. col. 1. l. 1. c. 1. t Ca. 2. de testam. & a. h. ingress. f. C. de sacros. eccles.



mento proponitur, à Papa, qui potest illud dare ad testan-  
dum ad pia, vt nos latius probam<sup>9</sup> in tract. de re. eccles. <sup>a</sup>  
8 Quartò, quòd non obstat etiam dicere, quod prædicti  
priuilegium testandi non satis dicatur, quo ad forù  
exteriori, eo quòd vno solo teste probatur, Illustrissimo ne-  
pe Cardinali N. & vnus testimonio quantacumque di-  
gnitatis non creditur in illo foro. <sup>b</sup> Quoniam licet verum  
sit illud regulariter, tamen fallit in multis, in quibus sunt  
Cardinales quo ad commissà per Pontificem Maximum <sup>c</sup>  
vt tradit Baldus <sup>d</sup> relatus à Felino <sup>e</sup> & à Iafone. <sup>f</sup> Nec ob-  
stat, quod ipse post alios à se citatos limitat illud dictum  
Baldi procedere quo ad ea, in quibus non agitur de præ-  
iudicio alterius, per glossam singularem. <sup>g</sup>  
9 Tum quia ipse, & omnes sentiunt aliquid speciale ha-  
bere in hoc dictum Cardinalis, quale non haberet, si ei in  
nullis præiudicialibus crederetur, cù etiam dicto cuiusque  
alterius stetur in illis, quæ nulli alteri sunt præiudicialia,  
iuxta glossas <sup>h</sup> & alias multas receptas. Tum quia ipsimet  
fatentur credi Cardinali dicenti se habere commissiõnem  
absoluendi, & dispensandi, cuius tamen absolutio & dis-  
pensatio potest esse præiudicialis alijs, qui litigarent cum  
absolutis, vel dispensatis ab eo, dicentibus beneficia, vel  
alias gratias esse ipsi collatas sine absolutione, & dispen-  
satione necessaria præcedente. Et ita videtur dicendum,  
quod credendum sit Cardinali etiam in præiudicium ter-  
tij, tribus concurrentibus. Primùm, quòd testatur de com-  
missis à Papa sibi, vel alijs per eum deferendis. Secùdùm,  
quòd sint solita concedi. Tertium, quòd non vergant di-  
rectè in præiudicium aliorum, sed tantùm indirectè, & per  
quamdam consequentiam. Fatèdum enim est, quod dicto  
Cardinalis testantis Ioannem muruo dedisse Petro mille,  
vel percussisse Paulum, vel donasse centum, non est stan-  
dum: quia in his non cõcurrunt prædicta, nam neque sunt  
commissa à Papa, nec facillè concedi solita ab eo, & direc-  
tè præiudicant tertio, sed cõtra videtur, cum testatur fac-  
tam esse facultatem sibi, vel alijs per se deferendam ei ab-  
soluendi, dispensandi, vel testandi, vel aliam similem, quæ  
directè non præiudicant alteri: quia concurrunt tria præ-  
dicta, scilicet, quia sunt commissà à Papa, & facillè conce-  
di solita, & non vergunt directè in præiudicium aliorum:  
quamuis indirectè per quamdam consequentiam verge-  
re possint: & in casu proposito agitur de dicto Cardina-  
lis, quo testatur de facultate testandi prædicto fratri Tho-  
mæ facta, in quam prædicta tria concurrunt.  
10 Nec obstat, quòd non videatur probari hæc limita-  
tio canone vilo speciali. Tum quia sufficit, quod probe-  
tur supradicta efficacia ratione, nempe, quòd secundùm om-  
nes aliquid speciale habet in hoc testimonium Cardina-  
lis, & non potest dare aliud minus, quàm istud. Tum quod  
stylus Curia, qui vim iuris habet, seruare videtur, quod  
credatur Cardinali dicenti saltem iurato, quòd Papa viuè  
votis oraculo huiusmodi facultates, indulgentias, vel gra-  
tias, quæ facillè solent concedi, & directè, & recta non præ-  
iudicant tertio, fecerit, vel concesserit. Quod videtur in-  
ductum ad excusandas impensas, & necessitatem lite-  
rarum Apostolicarum: quod esse sanctissimum, & negotijs  
breuiter expediendis commodissimum, testatur multa  
commissiõnes, quas quotidie viuæ vocis oracu-  
lo videmus fieri summo Pœnitentiario. Tum denique,  
quòd in casu proposito agitur de Cardinali cuius fidei  
adminiculatur multa, nempe genus illustrissimum redi-  
tus amplissimi, episcopus Burgensis, qui nullum vim-  
quam præter Papam agnouit superiorem, & nunc est factus  
Archiepiscopus, & plurimis annis magna eiusdem cù  
laude in Curia conuersatio; & erga summos Pontifices  
summa pietas, & obseruantia: & quod iudicio vulgi non  
fuit prædicto fratri Thomæ vltra aras amicus, neq; vsque  
ad eas adeo propènde, vt in gratiã eius à vero se auerteret.  
11 Tertio respondeo, quòd ad hoc, vt vel ex bono & æ-  
quo prædictus D. Generalis debeat probare testamentum  
prædictum, multum facit, quod prædicta monasteria, qui-  
bus relicta sunt prædicta bona, sunt sibi subiecta, & si tes-  
tamentum non valeret, possent petere illa ab intestato  
Ecclesie secularis, in quibus prædictus frater Thomas ha-  
buit beneficia secularia, eo quod religiosus beneficiarius  
beneficij secularis non quærit ordini, & monasterio suo,

fed suo beneficio, vel Ecclesie, in qua illud habet, vt nos  
latè probamus in comment. cap. non dicatis. <sup>a</sup> nuper typis  
excuso, & tangimus in comment. cap. statumus. <sup>b</sup> vna cum  
illo etiam excuso, vbi specialem de successione prædicti  
patris Reuerendissimi Thomæ Manrici mentione facimus.  
S V M M A R I V M.  
2 Statutum in fauorem personarum factum extra statutum  
territorium extenditur.  
3 Incapaci aliquid si legat quis, non tenet legatum: at si legat ter-  
tio, eundem rogado, vt restituat dicto incapaci, tenet legatum,  
& acquiritur ipsi tertio. nu. 7. qui tamen si extra testamen-  
tum vel codicillum det fidem etiam per publicum instrumen-  
tum testatori de restituendo incapaci, potest legato per fiscum  
priuari. nu. 1. & 3. interim tamen sibi iuste retinet. nu. 4. qui si  
se ipsum fisco deserat, lucrabitur tertiam partem, quæ alteri  
cuiusque delatori daretur. nu. 7. quod si ipsemet incapax de-  
ferat, dimidiam lucrabitur. nu. 6.  
5 Clericus, qui ob tacitam fidem datam de restituendo incapaci  
damnatur, fisco Ecclesia restituit.  
CONSILIVM VII.  
S T A T V T O Ciuitatis N. cauetur, ne maritus possit  
uxorem instituere heredem, nec legare, vel relinquere  
illi proprietatem alicuius rei, sed solum vsumfructu. Qui-  
dam ciuis illius ciuitatis venit Romam cum vxore sua, si-  
ne animo transferendi domicilium, causa cuiusdam negotij,  
& incidens in morbum reliquit vxorè vsumfructuariam  
bonorum immobilium, & reliquit grandem partem mobi-  
lium cuidam presbytero cognato vxoris suæ, ea mente,  
vt post mortem eius restitueret illa d. vxori: quod tamen  
nec in testamento, nec in codicillis expressit, sed coram  
quibusdam testibus dixit ei, se velle, vt illa restituerentur  
suæ vxori, quod promisit facere presbyter.  
Queritur quid debet confessarius consulere vxori, &  
quid presbytero.  
1 Respondeo primò, quòd hoc fideicommissum debet  
iudicari relictum illi vxori, tacita fide præstita de resti-  
tuendo eo illi, per l. 3. <sup>c</sup> & in l. tacitis. <sup>d</sup> adiuncta Bartholi  
doctrina, <sup>e</sup> nempe, quod dicitur præstita fides tacite de re-  
stituendo incapaci, etiam si coram notario publico eam  
extra tamen testamentum & codicillum præstaret, & col-  
ligitur ex eleganti Azonis declaratione in summa. <sup>f</sup>  
2 Secundo, quòd statutum præfatum comprehendebat  
præfatum testatorè: quia statutum ciuitatis factum in fauore  
personarum porrigit effectum, extra territorium statutum,  
vt tradit Bartho. ponens exemplum de statuto, quo prohibe-  
tur cõiux legare <sup>g</sup> quæ Iafon, & alij ab eo citati sequuntur.  
3 Tertio, quòd præfatus presbyter posset priuari præfa-  
tis bonis, si de illis restituendis præstitisset occultè fidem,  
iuxta præfatam l. 3. <sup>h</sup> non autem si palam: quia priuatur  
ppter delictum, quod committit volendo fraudare legè bonã  
per illã tacitã fidem: quæ ratio cessat in præstata illã palam.  
Quartò, quòd si præfatus maritus recta via legasset vx-  
ori illa mobilia, non valisset legatum: & ita illa debuif-  
sent restitui heredibus, iuxta l. si alienum. <sup>i</sup>  
4 Quintò, quòd præfatus presbyter cù bona conscien-  
tia potest retinere bona, donec eis priuetur: quia in illis  
quæ sunt dominium per legatum sibi relictum, licet pri-  
uari possit eis pro pœna delicti, vt pulchrè sentit Baldus <sup>k</sup>  
& nemo tenetur pœnam soluere, donec à iudice cõdem-  
netur, iuxta glossam solemnem & receptam: vnde etiam  
clericus irregularis iuste tenet beneficium antea legitime  
obtentum, donec priuetur, per Innocentium, cap. cum no-  
stra de concess. præb. receptum communiter, vt est apud  
Felinum. <sup>m</sup>  
5 Sexto, quòd presbyter, si delatus fuerit ad fiscum, &  
condemnat, illa restituere tenebitur ei, iuxta præfatam  
l. 3. <sup>n</sup> tenebitur autè restituere fisco Ecclesie, & non tem-  
porali, iuxta Baldum. <sup>o</sup> & ratio est, quod iã factus est ipse  
dominus illorù: & ita debent per ipsius priuatione applicari  
fisco Ecclesie, cù subijciatur iurisdictioni ecclesiasticæ.  
6 Septimo, quòd præfata vxor potest querere sibi dimi-  
dium illorum bonorum mobilium, si voluerit deferre, si-  
ue denunciare hoc delictum fisco, & fuerit prima in de-  
ferendo, & denunciando, iuxta l. Senatus. <sup>a</sup> & tradita ibi  
per Bartholum resolutè.  
7 Octauo, quòd hæc res erat secretè tractanda, & præ-

a Nu. 38. 12.  
q. 1.  
b q. 3.  
c ff. de iure  
fisci.  
d ff. de leg. 1.  
e In d. l. 3.  
f De his quib.  
vt indig. n. 5.  
g In l. x. nu.  
52. C. de sum.  
Trin.  
h ff. de iure  
fisci.  
i §. fin. C. de  
hereditat. ff.  
de hered. in-  
sti.  
k In d. leg. 3.  
quis presbyt.  
C. de epis. &  
cler.  
l In c. frater-  
nitatis. 12. q. 2.  
m In cap. in-  
quisitionis. de  
accus.  
n ff. de iure  
fisci.  
o In d. leg. 3.  
quis presbyt.  
C. de epis. &  
cler.  
p §. Senatus.  
ff. de iure fi-  
sci.

a Qu. 3. mo-  
nus. 17.  
b Cap. cum à  
nobis. de re-  
sibus.  
c Ca. nobilif-  
simus. 97. dis.  
d In le. iusu-  
rand. C. de  
testib.  
e In ca. scut.  
de senten. ex-  
commun.  
f In l. admo-  
nèdi. nu. 189.  
de iur. iuran.  
g In d. cap. fi-  
cut.  
h In c. nuper.  
de testibus. &  
in ca. placuit.  
de consec. di-  
stin. 4.

i Cap. quam  
grau. de cri-  
mi. fals. & c.  
ex literis. de  
confissu.

fatus presbyter non debuisset pandere illam heredi testa-  
mentario. Tum quia præfata mobilia relicta vxori non  
redeunt ad illum, sed pertinent ad præfatum presbyterum,  
donec puniatur pœna priuationis eorum, vt prædictum  
est. Tum quia si potuisset res manere secreta, potuisset in-  
ueniri modus, quo sine offensa Dei potuissent illa venire  
ad vxorem. Tum quia interest plurimum vxoris præfata,  
vt si res deferenda est ad fiscum, ipsamet prima omnino  
deferat, vt lucretur dimidium eorum, fisco lucrante alte-  
rum dimidium, iuxta 7. dictum: nam & presbyter, si fuerit  
primus delator, lucrabitur tertiam partem, iuxta l. cum ta-  
citur. <sup>a</sup> quam poterit postea tamquam suam restituere  
vxori, suæ cognata: sed & si heres, vel alius extraneus fue-  
rit delator primus, lucrabitur tertiam, nihil lucrante vxore,  
nec presbytero prædictis, iuxta l. 1. <sup>b</sup> & l. edicto. <sup>c</sup> Salua, & c.  
S V M M A R I V M.  
1 Legatum annuum alicuius rei alicui datum cum onere, vt dicta  
res dentur Minoribus de obseruantia pro tot dicendis Mis-  
sis, non potest eis persolui, nec ipsi accipere. num. 3. & 4. &  
seq. immo nec eis dicitur rerum pretium tamquam debi-  
tum. qui fratribus tenebatur dare, ita tamen vt ipse ex eo  
dici faciat tot Missas, ad quot obligabantur fratres. num. 9.  
& in eadem Ecclesia, in qua à prædictis fratribus fuissent  
dicenda, nu. 10. & si quid ex re legata supererit vltra ele-  
mosynam, quæ dabitur celebrantibus, non potest talis sibi  
retinere. num. 11.  
2 Minores de obseruantia sunt incapaces hereditatis in totum,  
vel in parte eis directè, vel per fideicommissum data capiunt  
tamen legatum etiam absolute rei particularis etiam immo-  
bilis vendenda, vt sic in suas conuertant necessitates eis reli-  
ctum: dummodo nec sit talis, quæ hereditatem fraudulenter  
re ipsa representet, nec sit adiectus modus alius ab illis, secun-  
dum quos eis est permissum res accipere. nu. 2. qui sunt vt eis  
solummodo liceat aliquid pro præteritis & presentibus ne-  
cessitatibus etiam aliquam tractum temporis habentibus, &  
hoc non tamquam debitum ex obligatione procedens, acci-  
pere. num. 7. & 8. & etiam nu. 3. & 4.  
3 Minoribus de obseruantia non potest legari vinea colenda, nec  
domus locanda, vt sic ex locatione, vel cultura, quid annuum  
percipiant, sed nec potest eis quid annuum legari. nu. 6.  
4 Mendicantium ordinum vt sit aliqua religio, necessarium est,  
vt nequaquam tot habeant bona, ex quibus sine incerta  
mendicitate possint viuere.  
5 Incapaci relictum legatum efficitur caducum, ita tamen, vt si  
sine culpa sua sit factus talis, detur estimatio: alius remanet  
apud illum, qui iussus erat dare: ea tamen lege, vt teneatur  
adimplere onus legato adiunctum, nu. 9. & 10 in fin. immo  
si sit talis, mens legantis, penes hunc nihil debet remanere  
ex ijs, quæ adimpleo onere supererunt. num. 11.  
CONSILIVM VIII.  
Q V Æ D A M testatrices reliquerunt collegio cui-  
dam Monialium redditus annuos 18. aureorum, &  
octo cados vini, ad hoc, vt teneantur illa dare fratribus S.  
Francisci de obseruantia pro stipendio celebrationis Mis-  
sarum, & diuinorum officiorum eis iniunctorum. Queritur,  
an præfatum legatum præfatis fratribus relictum valeat.  
Ad hanc quæstionem occurrit considerandum primò,  
quòd pro parte quidem affirmante facit, quod fratres Mi-  
nores de obseruantia licet non possint institui heredes,  
vt expressè declarat Concilium Viennense <sup>d</sup> nec etiam  
possint eis relinqui hereditas per fideicommissum vniuersale,  
vt declarat Bartholus <sup>e</sup> quamuis item non liceat le-  
gare ipsis adiecto modo per quem non licet eis accipere,  
vt si legaretur eis vinea ad colendum, vel domus ad lo-  
candum, vt habetur in capit. exijt. <sup>f</sup> nec licet legare ipsis  
tantam partem hereditatis, vel tantam quantitatem pre-  
tij eius, vt videatur legatum fieri in fraudem institutio-  
nis, ita quod verba fõnarent legatum, & res denotaret re-  
lictum institutionem.  
2 Licet tamen legare eis moderatè pecuniam, & quod-  
libet aliud etiam immobile, per modum, quo licet eis ac-  
cipere, puta, vt pecunia impendatur in necessitatibus eor-  
um, & vinea, vel domus vendatur, & pretium eius im-  
pendatur in necessitatibus eorum, vt habetur in præfato  
§. ad hæc. adeo quod in vers. si vero. habetur, valere legatum

generaliter relictum eis, non exprimendo modum, per  
quem non licet eis accipere illud, ea ratione, quòd qui  
generaliter legat non exprimendo modum illicitum acci-  
piendi, præsumitur legare ipsis per modum, quo liceat  
eis iuste accipere, argumento l. plenum. <sup>a</sup> & l. si procurator. <sup>b</sup>  
At in casu proposito præfati fratres non fuerunt instituti  
heredes, neque fideicommissarij vniuersales, nec legatum  
fuit tantum, vt crederetur factum in fraudem institutio-  
nis, nec sub modo, per quem non liceat fratribus acci-  
pere: ergo legatum hoc debet censi validum. quod scribit  
Bartholus <sup>c</sup> & clarè exprimit alibi, <sup>d</sup> & Cardinalis in d. §.  
proinde. Secundò, quòd promissio vel oblatio pecuniarum  
etiam numeratè facta præfatis fratribus expressè pro ne-  
cessitatibus suis præteritis vel presentibus, etiam tractum  
futurum breuem vel longum habentibus, valet, vt habe-  
tur in d. cap. exijt. <sup>e</sup> immo & facta generaliter, non expri-  
mendo pro necessitatibus, per præfatum vers. si vero.  
3 Quibus tamen non obstantibus, videtur verius præ-  
fata legata non valere. Ad quod facit in primis d. ca. exijt. <sup>f</sup>  
quatenus determinat præfatos fratres Minores non posse  
habere vlla bona pecuniaria, nec in communi, neque in  
speciali, neque consequenter ius exigendi aliquid tale, nec  
consequenter ius capiendi præfata 18. scuta, & 8. cados vi-  
ni sibi legatos: quia hæc omnia sunt bona pecuniaria, ar-  
gumento l. bonorum. <sup>g</sup> Secundò, quod per præfatum cap.  
exijt. <sup>h</sup> declaratur præfatos fratres non posse capere pecu-  
nias, neque ipsis quæri vllam obligationem, neque actio-  
nem contra offerentem, aut dantem illas. Tertio, quod in  
dicta clem. exiui. <sup>i</sup> additur clarius id, quod in dicto §. cete-  
rum. factis clarè ponitur, scilicet quod nullis alijs modis ab  
expressis in d. §. ceterum. præfati fratres recurrant ad ali-  
quem pro pecunijs, vel alijs rebus habendis.  
4 Præfata autem §. ceterum. solum permittitur præfatis  
fratribus recursum pro necessitatibus præteritis; vel præ-  
sentibus ingruentibus, vt patet in eo: & fratres, quibus  
legata fuerunt præfata in casu nostro, recurrunt ad præfa-  
tum collegium Monialium ad accipiendas pecunias præ-  
fatas, & cados vini, tamquam ad obligatum ad ea danda,  
etiam si nulla necessitas præterita, nec præsens ea requi-  
rat: ergo præfatum legatum est factum præfatis fratribus  
alio modo, quam liceat eis accipere: ergo non valet: nec  
enim præfatus finis celebrandi Missas, nec modi quibus  
relinquuntur præfata scuta sunt expressi, nec videtur  
exprimi alia eis similia in præfato §. ceterum. quia in illo  
solum fit facultas recurrendi pro pecunijs ad prouiden-  
dum necessitatibus præteritis, vel presentibus, de quibus  
non est celebratio Missarum, vel diuinorum officiorum,  
ad quæ relinquuntur præfata scuta, & cados vini: nec præ-  
fati fratres recurrunt ad præfatarum monacharum colle-  
gium tamquam ad personam nihil debentem eis, sed tam-  
quam ad personam fictam obligatã ad soluenda illa onera.  
5 Quarto, quòd legatum factum præfatis fratribus de  
vinea, vt eam colant, & fructus percipiant, vel de domo,  
vt eam locent, & pensionem accipiant, non valet, vt supra  
dictum est per præfatum cap. exijt. <sup>k</sup> ergo à fortiori non  
valebit legatum, quo grauiatur hæres, vt det eis quoran-  
nis, vel quolibet mensè certam pecuniam, vel certos ca-  
dos vini, cum certior redditus sit huius legati, quàm illius.  
nam hoc nullam fere curam, laborem, aut impensam re-  
quirit illud autem sic.  
6 Quintò, quòd cum qui concederet hoc legatum va-  
lere, oporteret concedere valere legata, quibus diaria,  
mensua, vel annua pecunia legaretur præfatis fratribus. <sup>l</sup>  
Tum quia legatum annuum relinquitur præfatis fratribus  
illo modo, per quem non licet illis accipere, cum vt  
prædictum est, magis repugnet suæ regulæ accipere pecu-  
niam annuam, quàm vineam colendam: cum securius,  
certius, & minore labore capiatur annuum, vel mensuum  
legatum, quàm fructus vineæ legatè. Sextò, quòd per con-  
trariam opinionem daretur facilis & clarus modus frau-  
dandi paupertatem illam summam, & arctissimam regulæ  
sancti Francisci: quoniam parentes & cognati fratrum præ-  
dicti ordinis possent grauiare suos heredes ad dandum  
aliquas quantitates annuas, vel mensuras conuentibus  
fratrum Minorum, quæ possent sufficere ad viuendum si-  
ne vlla mendicitate incerta, quæ requiritur etiam ad hoc,

a ff. de iure  
fisci.  
b C. de his  
qui se defe-  
runt.  
c §. extat. ff.  
de iure fisci.

c ff. de iure  
fisci.  
d ff. de leg. 1.  
e In d. l. 3.  
f De his quib.  
vt indig. n. 5.

g In l. x. nu.  
52. C. de sum.  
Trin.

h ff. de iure  
fisci.

i §. fin. C. de  
hereditat. ff.  
de hered. in-  
sti.

k In d. leg. 3.  
quis presbyt.  
C. de epis. &  
cler.  
l In c. frater-  
nitatis. 12. q. 2.

m In cap. in-  
quisitionis. de  
accus.  
n ff. de iure  
fisci.  
o In d. leg. 3.  
quis presbyt.  
C. de epis. &  
cler.

p §. Senatus.  
ff. de iure fi-  
sci.

a §. equit. ff.  
de iur. & ba-  
bita.  
b ff. de condi.  
indebit.

c In d. lib. 1.  
d ff. 2. c. 2.  
d Li. 2. d. ff. 1.  
ca. 1.

c §. ceterum.

f §. porro.

g ff. de ver-  
bor. signifi-  
h In §. cete-  
rum.

i §. porro.

k §. ad hæc.

l D. clem. exi-  
ui. §. cinque  
annui redi-  
tus.

a Ca. i. §. 1. de relig. domib. li. 6.

vt aliquis ordo dicatur mendicantium, a quanto magis ad hoc, vt sit ordo Franciscanus, cuius paupertas est artificiosa, & maxima, vt praefatum cap. exijt. & praefata clem. exiui. affirmant.

7 Non obstant allegata pro parte affirmante. Non primum, quod est adeo maximum, vt mea sententia multos etiam eruditos in partem affirmantem traxerit: non inquam obstat: quia concedendo fere omnia, quae in eo adducuntur, negamus illam particulam, quae habet legata praefata non concedi adiuncto modo, per quem non licet praefatis fratribus accipere illa: quoniam non licet fratribus accipere aliqua, nisi pro necessitate praeterita vel praesenti, neque ab aliquo tamquam ad dandum illis obligato, per praedicta: & in nostro casu praefati fratres accipiunt praedicta legata sibi a praefato collegio debita, & non pro necessitate praeterita, neque praesenti, sed pro dicendis certis diuinis officijs, sine alio ad necessitates respectu. item recipiunt illa vti quosdam redditus annuos ad finem dicendi certa diuina officia, quod sibi non licere declarat praefata clem. exiui. b Ad secundum etiam respondetur concedendo, quod legatum, & promissio, & oblatio, & donatio pecuniae, & cuiuslibet alius rei temporariae fratribus Minoribus facta regulariter valet, si modo fiat per modum, per quem liceat eis illa capere, negando tamen, quod in casu nostro sic relinquatur, vt proximè probatum est.

8 Secundo principaliter, praesupposito quod legatum hoc non valeat, considerandum est, an praefatum collegium, a quo id relinquitur, teneatur in foro conscientiae estimationem illius praefatis fratribus soluere, super quo magna & subtilis disputatio haberi posset: sed prolixitatis vitandae gratia, breuiter respondetur quod non. Tum quia relictum incapaci a testatore pro non scripto habetur. c Tum quia non obstat lex idem Iulianus. d quae habet, legatario, qui sine suo delicto est rei legata incapax debere estimationem: & quod praefati fratres absque suo delicto sunt incapaces praefati legati, non inquam hoc obstat, quia illud est verum, quando simpliciter fit capax, & non cum adiectione, quod nullo alio nisi certo expresso modo capere possit: vt fratres Minores sunt incapaces ad accipiendum res temporarias per praefatum §. caterum. nisi modis, quibus in eo permittitur, scilicet a solis non obligatis, & pro necessitatibus praeteritis, vel praesentibus, per praedicta: quod satis clare affirmat Bartholus vbi supra. e

9 Tertio, considerandum occurrit, an praefatum collegium obligetur ad faciendum celebrare officia diuina, ad quae testator intendebat praefatos fratres obligare. Ad quod videtur breuiter respondendum, quod sic, argumento l. i. f quae habet, legatum relictum alicui, qui tempore testamenti in rerum natura erat, & postea priusquam illud quareret aliqua ratione deficit, debere remanere penes eum, a quo relinquitur: ita tamen, vt impleat onus, quod ei adijciatur, ea ratione adiecta, quod non est ferendus, qui lucrū amplectitur, & onus ei adiectum continet.

Quarto considerandum occurrit, an praefata moniales satisfacciant faciendū celebrare partem diuinorum officiorum iniunctorū praefatis legatis per fratres vnus monasterij eiusdem ordinis. Ad quod respondendum est, quod non, si illud faciant obligando se ad faciendum sic celebrare perpetuū, sicut testatores intendebant obligare fratres illos, quibus legabant, ad faciendam illa. Tum quia fratres ij, per quos collegium praefatum vult celebrare illa, sunt eiusdem ordinis Franciscani, & ita sunt incapaces huius obligationis, & non possent salua sua regula accipere illa illo modo, per quem non licet eis quidquam accipere.

10 Quinto considerandum venit, per quem igitur modum possint licite praefatae monachae illa diuina officia facere celebrare. Ad quod respondendum videtur primò, quod tenentur, si fieri potest, facere celebrare illa in illis Ecclesijs & altaribus, in quibus praefatae testatrices iusserunt vt celebrarentur: quia diuina officia debent celebrari in illa Ecclesia, vel loco, in quo iussa sunt celebrari, vt nos post alios tradimus in enchir. de oratio. § allegando in id multa in quibus est cap. nos quidem. h vbi per illum textum hoc adnotarunt Petrus, Ioannes Imola & Barbatius ibi-

b §. cumque annui redditus.

c Le. si in meallum. ff. de his qua pro no scriptis habentur. §. le. 1. C. de hered. instit. d §. fin. cum l. §. ff. de leg. 1.

e Li. 2. dist. 2. cap. 1.

f §. pro secundo. C. de cadu. tollen.

g Ca. 5. no. 3. h De testam.

dem allegati. Secundo, quod regulariter pro suo libito eligere sacerdotes saeculares, & regulares eiusdem, vel alterius ordinis, de consensu Guardiani, conuentus, & fratrum Ecclesiae praefatae S. Francisci, si fuerit ad id necessarium, cum tanta libertate, cum quanta possent sua sponte facere in ea celebrare alia similia diuina officia, quae vellent pro aliqua sancta & pia causa: non quidem animo soluendi legata illa praedictis fratribus, sed animo exonerandi se onere, quod ipsi euenerit ex eo, quod illa legata vti facta incapacibus non fuerunt valida, & debent remanere apud eos, a quibus legata fuerunt, cum onere tamen subeundi onera illis adiecta, argumento praefatae legis i. a & aliorum.

11 Sexto, considerandum occurrit primò, quod haec omnia praefata sine vlla dispensatione S. D. N. iure communi fieri possunt: Sua vero sanctitas potest, quicquid sibi placuerit, eis addere, & detrachere, argumento cap. cuncta per mundum. b obseruata tamen lege naturali, & diuina. c Secundo, quod consequenter posset confirmare praedicta legata, & dispensare cum praefatis fratribus, vt acciperent ea pro necessitatibus praeteritis, vel praesentibus, & etiam pro futuris: quia praefatus S. Franciscus suam regulam auctoritati sanctae Sedis Apostolicae, a quo confirmata fuit, supposuit. Tertio, quod fortassis hoc non expediret regulae illi mirabili S. Francisci, & puritati eius, & honori ordinis eius Illustrissimi, eo quod praepareretur occasio petendi alias mille dispensationes similes fratribus eiusdem ordinis volentibus sese opiparè sustentare. Quartò, quod posset pie declarari, quod si quid de praefatis scutis & cadis superesset soluto iusto stipendio celebrantibus praefatas Missas, illud impenderetur monasterijs pauperibus, quae ipsae eligerent. Tum quia testatrices videntur voluisse, ne quicquam de illis apud praefatas monachas remaneret. Tū quia ipsi aperiretur via, per qua possent iuste id erogare praefato monasterio S. Francisci, quando necessitas praeterita vel praesens illud permetteret. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Minoribus de obseruantia, qui tenentur ex incerta mendicitate viuere, nu. 4. non potest aliquid annue praestandum legari, etiam addito modo, vt illud vedatur. & sic annuatim in fructum vsus conuertatur: sicut nec potest legari praedium, vt pensiones omni anno in eorum necessitates conuertantur, licet eis possit legari praedium tunc ita vendendum, vt ex pretio praesenti eorum subueniatur necessitati, nu. 2. at eorum Ecclesia & conuentus potest qui annum necessarium pro fabrica, vino, hostijs, cera, oleo, vestimentis ad sacrificium & diuina necessarijs legari. nu. 3. quod si legatum excedat dictas necessitates, vide remissio. nu. 5.

C O N S I L I V M I X.

V T R V M annuus redditus promissus, vel legatus monasterio fratrum Minorum de obseruantia, pro fabrica, vino, hostijs, cera, oleo, & vestimentis ad celebrationem Missarum, sit validus, nec ne?

1 Pro parte negatiua facit primò, quod legatum annuum factum fratribus Minoribus non valet, etiam ad hoc, vt vendatur, & estimatio in necessitatibus imminentibus impendatur, vt determinat Bartholus, d pro quo videtur casus in cap. exijt. e qui habet, relictum fratribus Minoribus expresso modo, secundum quem non licet eis accipere, non esse ab eis acceptandum: constat autem non licere eis habere annuos redditus, f & consequenter apparet non licere fratribus huiusmodi habere legatum, de quo est quaestio, per modum annui redditus, cum per talem modum habendi relinquatur eis illud modo expresso, quo tenere possunt.

2 Secundo, quod quamuis liceat huiusmodi fratribus accipere domum, vel praedium simpliciter legatum, ad hoc vt vendatur, & pretium in necessitatibus couertatur: non tamen licet eis accipere domum, vel praedium legatum, adiecto modo expresso, vt loctè, vel colant, vt est casus in eodem §. ad hoc. & in casu nostro videtur relictum sub modo expresso habendi illud per modum annui redditus. Tertio, quod multa scripsit Cardinalis § quae videntur hanc partem negatiuam confirmare. 3 Sed his non obstantibus contrarium videtur verius pro validitate legati: & primo ea firma ratione, quod aliud

a §. pro secundo. C. de cadu. toll.

b §. 9. §. 2. c. de concess. praeb. c Capis. sim. quidam. 25. q. 1.

d In d. §. proinde.

e In tract. Minorit. li. 2. ca. 1. dist. 6. c §. ad hoc. 2. verb. sig. li. 6. f Clem. exiuit. §. cique annui redditus de verb. sig.

g In d. clem. exiuit. §. proinde. §. §. §. quon.

est Ec

a De priuile. li. 6. b De sentent. excomm. eodem lib. 6. c De testam. d De verbos. signifi. li. 6. e Eodem tit. f Li. 1. Monovitium. d. 2. §. 1. §. 1. l. ciuitatibus ff. de leg. 1. §. 1. l. seruus. ff. de alimen. leg.

g Ca. cum ces. saure. de ap. p. h. vbi supra.

i In d. §. proinde.

est ecclesia, & fabrica eius, & aliud collegium, conuentus, vel Capitulum, quod eam tenet, gubernat, & regit, iuxta cap. per exemptionem. a & argumento capit. si ciuius. b & notatur in cap. requisisti. c huic autem testator non reliquit fratribus Minoribus, nec eorum collegio, nec vlli singulari eorum, sed Ecclesiae, quae non prohibetur taliter accipere: nam nec d. cap. exijt. d nec d. clem. exiuit. e nec vlla particula regulae S. Francisci prohibet relinquere aliquid annuum eorum Ecclesijs, vt aduertit Bartholus. f

4 Secundo, quia ratio, quare S. Franciscus voluit fratres fore Mendicantes, & in arctissima paupertate, est, vt totipenderent a Deo, & solis illis, quae amore Dei sibi traderentur, per incertam mendicantem vicigaret, vt colligitur ex eius regula, & ex declarationibus eius, quae habentur in d. ca. exijt. & in d. clem. exiuit. & constat eorum incertam mendicantem non tolli ex eo, quod aliquem certum redditum habeat eorum Ecclesia pro fabrica, candelis, hostijs, & vino ad sacrificandum, & alijs huiusmodi, quae ad victum & vestitum fratrum non pertinent, quale est relictum, de quo agitur: & cum cesset ratio prohibitionis, consequenter cessare videtur ipsa prohibitio. g

5 Contra hoc tamen facit, quod Bartholus h determinat, videlicet illud superfluum, quod relinquitur Ecclesiae, vel fabrica, pro aliqua necessitate, posse a fratribus conuerti in aliam necessitatem, & ita etiam relictum vltra necessitatem valere: ideo cogitentur ea, quae addit Cardinalis. i Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Testamentum ante ingressum religionis factum a cogitante de dicto ingressu, statim ita professione facta confirmatur, vt haeres possit capere possessionem bonorum, & hoc etiam si illud sine licentia Episcopi & conuentus fecerit. nu. 2. nec potest amplius ipse testator etiam ex licentia Episcopi, vel conuentus, de dictis bonis disponere. nu. 3. at si quando fecit dictum testamentum, non cogitauit de dicto ingressu, & professionem fecit apud non mendicantes, ex aequitate videtur reuocasse dictum testamentum. nu. 1.

C O N S I L I V M X.

A N Petrus haeres institutus a volente ingredi monasterium, & cogitante de ingressu, adeo quod conuenit cum Abbatissa, & conuentu, quantum dotis erat datura ei, & quod de reliquis possit testari, vel alijs liberè disponere, & ita fecit testamentum instituendo ipsum Petrum heredem in dictis bonis, possit capere possessionem bonorum quo ad ea, ad quae fuit institutus, statim post professionem consequatur, non expectata morte naturali testantis: vel requiratur auctoritas Episcopi, & consensus conuentus: attento, quod post professionem de illorum licentia, & consensu reuocauit praedictum testamentum.

Respondeo, quod praedictus Petrus institutus haeres a praedicta volente ingredi religionem, & non solum cogitante de ingressu, sed etiam pacifcente, quantum dotis erat datura, & quantum partem seruaturam suam libera dispositioni, potest capere possessionem statim post professionem, & vti & frui bonis illius hereditatis.

1 Primò quidem, quod testamentum factum ab ingressuro religionem intendente ingredi eam confirmatur morte ciuili professionis, non expectata morte naturali profitentis, quae est determinatio Ioannis Imolae, k quem sequitur Franciscus. l Couarruias cap. 2. de testa. num. 8. Dixi, cogitante. &c. Quia, si absque cogitatione ingressus testamentum factum fuisset, iudicari posset ex quadam aequitate, quod postea ingressus illud, & proficiens videretur noua voluntate recedere a priore, fauore monasterij: quo casu potest procedere opinio Bartholi frequentius recepta, qua tenet testamentum ingredientis monasterij non mendicantium morte ciuili professionis non confirmari. 2 Secundo respondeo, quod licentia & auctoritas Episcopi, & consensus conuentus non sunt necessaria ad hoc, vt praefatum testamentum valeat: quia iure communi licet volenti ingredi religionem, immo & ingresso ante professionem libere testari, vt nos resoluimus in Com. 2. de reg. m & frustra precibus impetratur, quod iure communi conceditur. n 3 Tertio, quod neque Episcopus, neque monasterium Monialium, neque ambo coniecta potuerunt facere fa-

k Le. 1. col. 9. num. 14. ff. de testam.

l In rub. de testa. nu. 72.

m Super ca. no dicatis. 12. q. 1. nu. 51. n Leg. 1. ff. ad municipa. c. glo. recep. c. 1. de rescrip.

cultatem disponendi de bonis suis post professionem: quia id est contra authent. ingressi. a & cap. 2. b & cap. in praesentia. c contra qua nullo iure potest dispensare Episcopus neque alius inferior a Papa, quandoquidem, an id etiam possit facere Papa, multi dubitarunt; vt post Francum d diximus etiam nos. e Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Legatum, quo mandatur heredi, vt det omni anno aliquid, censetur perpetuum, praesertim si fiat loco pio. num. 2. item si mandatur fieri etiam tacite in memoriam & honorem familiae aliqua, quae non possent assequi, nisi legatum esset perpetuum. num. 1.

C O N S I L I V M X I.

Q U I D A M testator reliquit legatum, quo oneravit N. heredem, vt singulis annis soluere eiuidam loco pio aliquot libras & solidos, quibus emerentur tres cerei, & ponerentur in dicto loco pio cum armis & insignibus suae familiae. Dubitatum est, an ex verbis testatoris possit colligi legatum hoc esse perpetuum: & cum res delata esset in iudicium, iudicatum est esse perpetuum. Quaritur modo a Dominatione vestra, quid hac in re sit tenendum.

1 Sententia praefata eruditissimi Domini mei videtur esse iudicialis. Tum per ea, quae S. D. adducit. Tum quia praefatum legatum etiam si non fuisset pium, erat censendum perpetuum, quod palam sonant illa verba, omni anno, & illa quibus oneratur haeres soluere praedictas libras, & solidos positos in tribus torijs cum armis, & insignibus familiae testatoris, quae palam significant testatorem voluisse id ad nomen familiae seruandum, quod per vnū actum fieri non poterat. Tum quia sententiae a duobus posterioribus iudicibus late expressè habent praefatum legatum fuisse soluendum non solum ab N. herede, dum viueret, sed etiam a filijs suis, dum viuerent, quod nulla ratione potest defendi, nisi legatum esset perpetuum: nam filij, vt ibi habetur, non fuerunt instituti, neque grauari, nisi casu, quo pater eorum decederet priusquam testator, qui cum decessisset post mortem testatoris, defecit substitutio illa conditionalis defectu conditionis, & consequenter grauaamen impositum eis: & ita filij dicti N. nihil penitus debuerunt, nec debent ex suis personis tamquam substituti, sed tantum ex persona patris, cuius sunt haeredes, & ratione oneris adiecti suo patri N. vt haeredi suo, & consequenter nihil debuissent, nisi legatum fuisset perpetuum transiens ab haerede in omnes haeredes eius, siue essent filij, siue extranei: quia filij non fuerunt instituti, nec substitutio eorum valuit deficiente conditione sub qua fuerunt substituti, vt dictum est, plusquam extranei, si fuissent eius haeredes. ita quod praefati iudices videntur secum pugnasse, dicentes ab vna parte filios teneri, dum viuerent, ad soluendum illud legatum, & ab alia parte legatum patri suo relictum non fuisse perpetuum, si res satis perpendatur.

2 Tum quia iugulum huius quaestionis non tam est, an legatum sit pium aut profanum, quam an ex verbis testatoris colligatur esse perpetuum, vel temporale, & an legatum annuum ab haerede soluendum alicui collegio perpetuo maxime pio censetur perpetuum. Cum ergo ex verbis testatoris colligatur hoc legatum, cum sit annuum legatum absolutè ab haerede alicui collegio perpetuo factum, praesertim pio, esse perpetuum iuxta l. antepenult. f quae habet legatum vt die natalis sui darentur aliqua diuidenda decutionibus censerì perpetuum, & per l. annua. § quatenus habet annum legatum relictum templo censerì perpetuum, & per alia, quae nunc non vacat nec videtur necesse scribere, consequens est responsum praefatam praefati domini mei esse iudicam. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

2 Exequutoribus testamentarijs non potest de iure testator dare facultatem faciendi instructiones, vel substitutiones, nec etiam secundum ius Castelle, nisi exprimat nomen institutorum, vel substitutorum. Vnde licet intra annum a die iudicialis monitionis aliqua possint, non tamen poterunt praedicta. num. 1. 3 Prohibitio de non alienando facta a testatore, nisi addatur causa, aut persona, ob quam sit, non tenet: sufficit tamen causa tacita, puta ad seruandum honorem in familia, etiam

a C. de sacrosanct. eccles. b De testam. c Cum etiam notatis de probat. d D. rubr. e Vbi supra.

ff. de annuis legat.

g Eodem tit. sub finem.

ex actu



ex actu nullo coniecturata a. num. 4.

- 4 Intensio & mens alicuius ex actu & confessione eius, etiam nulliter facta, immo & ex facto etiam nullo exequutorum sui testamenti potest colligi.
- 5 Alienare extra familiam prohibito; potest remotior, sed non extraneus ex testamento, sed sic ab intestato succedere.
- 6 Bona vinculata tunc ad proximiorum vinculantur, & non ultimi possessoris transeunt, quando testator dixit ut bona transirent ad proximiorum, alius secus.

CONSILIVM XII.

CIRCA testamentum Vincentij de Salcedo portio- narij, Primo videtur dicendum, quod substitutiones & vocaciones facta a testamentarijs, vel commissarijs ab eo institutis nil valent. Tum quia potestas eis concessa non videtur extendi ad illas. a Tum quia non sunt vti sua potestate intra quatuor vel sex menses, intra quos vti debebant. b

2 Non obstat, quod praedicti, quibus data fuit a testato- re potestas, erant exequutores testamentarij, quorum po- testas durat vno anno post monitionem eis factam a iu- dice, vt exequantur, c non inquam hoc obstat. Tum quia illud ius commune restrictum est in regnis Castella: per leges Tauri ad quatuor vel sex menses. Tum quia nec intra annum, nec intra quatuor vel sex menses possunt fa- cere exequutores id, eo quod eis testator non potest com- mittere potestatem institutiendi vel substitutiendi heredem, secundum ius commune, d neque secundum ius Castellae, nisi expresso nomine eius qui est institutus, vel substi- tuendus, vt habet praedicta l. 31. & ita in casu proposito no potuerunt praedicti exequutores, vel commissarij facere praedictas substitutiones ob defectum potestatis, licet aliqua alia potuissent facere intra annum a tempore moni- tionis iudicis.

3 Secundo, quod prohibitio alienationis a praedicto Vin- centio testatore facta potest videri alicui non valuisse: quia videtur nuda a causa & persona, & talis prohibitio a testatore facta non valet. e Sed videtur quod testator voluit tacite suum nomen & familiam honorare, eo quod post prohibitionem alienationis adiecit, vt omnia sua bona vinculata manerent, & non possent diuidi: per quod ta- cite videtur voluisse prouidere suo nomini, & familiae, & sufficit, vt prohibitio alienationis videatur vestita tacita causa, vel persona, vt post alios tradit Ripa, f ponens e- xemplum de prohibente alienare turrim, vel pulchrum palatium, nulla expressa causa, vel persona.

4 Facit ad hoc, quod commissarij, vel exequutores praedicti, declarando intentionem Vincentij testatoris, sta- tuerunt, vt omnis, ad quem illa bona vinculata peruener- ent, cognominaretur de Salcedo, alioquin perderet illa: quae magna est coniectura praesumendi voluisse illum per illud vinculum consulere honori suae familiae: nisi enim id voluissent, non imposuissent tam graue onus successo- ribus. Nec obstat, quod actus ille fuit nullus: quoniam ex actu nullo colligitur intentio & mens testatoris, instar confessionis, quae in actu nullo facta prauidetur, secun- dum Innocentium & receptum vt monstrat Decius. h

Tertio, quod qui teneret prohibitionem alienationis non valere, deberet dicere, quod haeres institutus a praedi- cto Vincentio potuit ex testamento, vel ab intestato in alium transmittere illa, & consequenter instituendo vxo- rem suam in suis bonis, videtur transulisse illa in eam. Tum quia institutus in parte bonorum, non dato sibi co- haerede, videtur institutus in omnia bona per testamen- tum transmissibilia. i Tum quia non potest quis, nisi sit miles, decedere pro parte testat, & pro parte intestatus. k

5 Quarto, quod si tenuerimus, vt videtur tenendū, pro- hibitionem praedictam valuisse ob adiectionem tacitam praedictae causae honoris sui & suae familiae, D. consulens, si, vt dicitur in facto, est proximior haeres ab intestato pri- mi haereditis, debet habere illa bona vinculata. Tum quia de illis non fuit testatus primus haeres, nec potuit testari instituendo heredem in eis suam vxorem, quae non erat de familia, nec cognomine Vincentij vinculatoris illorū bonorum per l. peto. l & notata ibi per Bartholum ab alijs receptum, dicentem, quod prohibitus alienare aliquam rem extra familiam, non potest eam alienare in aliquem

extraneū per haereditis institutionem licet posset per succe- sionem ab intestato per l. cum pater. vbi idē Bartholus & alij. Tū quia cōsulens est, vt in facto proponitur, propin- quisimus omnium, qui ei ab intestato succedere possunt. 6 Quinto, quod videtur huic dicto ob stare illa opinio, quae habet, bona vinculata transire ad propinquiorum vinculantur, & non ad propinquiorum vltimi possidentis, quaeque multorum auctoritate confirmatur in informa- tione Hispana, quoniam contraria, pro qua etiam multi citantur in d. informatione, videtur tenenda in hoc casu, in quo testator nihil dixit de successione propinquorum, sed simpliciter instituit quemdam nepotem heredem, nullo sibi dato substituto, nec vlla facta mentione, nec ordi- natione, quod succederet propinquior: & quod ipse- met testator non reliquit illa bona vinculata fratri suo, qui erat sibi propinquissimus, sed nepoti ex sorore, esto quod alia opinio procedere posset, si testator dixisset, vt succederet in eis propinquior, non declarando an deberet esse propinquior testatoris, vel possessoris. Salua, &c.

SVMARIVM.

1 Substitutus heredi decedenti sine liberis excluditur a mona- sterio, in quo haeres professionem emisit, nisi aliter de mente testatoris expresse, vel tacite constet.

CONSILIVM XIII.

ANTONIVS carens liberis instituit nepotem ex fratre, & substituit ei suos filios masculos legitimos, si haberet, alias neptes ex sorore. Is nepos institutus in- trauit monasterium, & donauit illi omnia bona sua, & ita non potuit habere filios masculos legitimos. Queritur an filia substituta excludat monasterium, an contra mo- nasterium excludat eas.

1 Respondetur primo, quaestioni huius decisionem pen- dere a decisione illius generalioris, an substitutus, si abs- que liberis decesserit institutus, excludat monasterium, quod institutus intrauit, an contra monasterium excludat substitutum? quam constat esse valde controuersam, quamque nos olim late tractauimus in cap. in praesentia. b vbi etiam satis tractant Panormitanus, Felinus, Decius, & alij, qui referunt plurimos diuersa de illa sentientes, qui- bus addit alios Couarruias. c

Secundo, quod ego in ea fui & sum opinione, quod si testator, qui instituit & substituit, expresse excludit mo- nasterium, aut tacite talibus verbis, per quae appareat eum cogitasse de monasterio, vel noluisse, vt monasterium suc- cederet in suis bonis, substitutus excludit monasterium: alioquin monasterium excludit substitutum.

Tertio, quod cum in casu proposito institutus non ex- cluserit expresse monasterium, nec tacite talibus verbis, ex quibus colligeretur noluisse, vt monasterium succeder- et, censendum est, quod monasterium excludit praefatas filias substitutas, per ea multa, quae colligi possunt ex lo- cis supra citatis, quod valetudo infirma nobis facere non permittit. Salua, &c.

SVMARIVM.

1 Incerta persona de certis per tertium eligenda relicta non dicitur captatorium, sed tenet, est tamen conditionale: ita vt non facta electione, omnibus debeatur, ea autem facta, soli electo totum, alijs penitus exclusis, acquiritur.

2 Captatoria dispositio, per quam institutio, legatum, & fidei- commissum in voluntate alterius tertij relinquuntur, non tenet: talis tamen non est, immo tenet, quando tertio solum est data facultas ex certis incertum eligendi, puta vnum de tali familia. num. 3 & num. 1.

3 Eligere qui ex certis vnum quem malit potest, qui legatum, vel hereditatem dandam, vel restituendam capit, taliter nomi- nato, non potest onus aliquod imponere, num. 4. nisi sic nominatum grauet, vt alteri ex dictis certis, puta alteri pauperi, vel alteri de familia vocatis restituat. num. 5.

4 Vtile per inutile, si sint separabilia, non vitatur. vnde qui tenetur aliquem ad legatum simpliciter nominare, licet non possit nominato, num. 2. nec cui tenetur restituere, num. 4. onus imponere, si tamen imponat, tenet nominatio, & re- stitutio, relicto onere. num. 4.

6 Grauat post mortem alteri nominato restituere, si superui- uat nominato, liber a dicto onere remanet, nec heredibus nominati ad aliquid tenetur.

a s. cū inter. ff. eod.

b De proba- tionibus.

c l. i. r. varia. resol. ca. 19.

CONSILIVM XIII.

PRæsupponitur in facto, quod testator habens filiam, & ex ea inter alios tres nepotes, Ferdinandum, Petrum, & Franciscum, & quadam capellam dotatā cum onere vnus Mistā singulis annis, ordinauit, quod eius gener & filia, quicumque ex eis vltimus decessisset, nominare deberet vnum ex dictis tribus nepotibus, qui sibi magis placuisset, qui haberet dictā capellam, & eius bona, & alij nō nomi- nati illā non possent habere: & defuncto genero, supersti- te filia, illa nominauit ad dictā capellam Franciscum vnū ex dictis tribus, & casu quo ipse descenderet, sine liberis, quod dicta capella perueniret ad Ferdinandum similiter vnum ex dictis tribus filiis, nulla facta mentione de Petro tertio filio. Defunctus est Ferdinandus, relicto Ludouico eius filio: & deinde defunctus est Franciscus sine filiis, qui in eius testamento instituit heredem Ludouicum filium Ferdinandi, & iuxta formā testamenti patris sui, & aui nomi- nabat ad dictam capellam praedictam Ludouicum, quatenus haberet facultatem nominandi. Nunc Petrus super- stes ex dictis tribus nepotibus praetendit dictam capellam ad se pertinere, & nominationem factam de dicto Ludo- uico filio Ferdinandi non valere. Quare dubitatur, quis eorum, scilicet, Ludouici, & Petri, teneat ius.

1 Et breuiter omisis superfluis more Romano conclu- dendum est, Ludouicū debere obtinere. Et pro fundamēto in primis praemitenda est communis conclusio omnium, istam dispositionem factam per dictum testatorem, in qua fuit data facultas genero & filia nominandi vnum ex tribus filiis, esse validā & non captatoriā: quia data fuit electio incertae personae de certis, quo casu valet: quia non facta electione omnes essent vocati, iuxta text. in l. cum quidam, & l. vni ex familia, vbi Bartho. & omnes scribentes l. vrrū §. cum quidam. ff. de reb. dub. vbi omnes tradūt, Parisinus, b vbi latissime multos congerit. & talis dispositio dicitur conditionalis antequam sit facta electio, & nominatio: & facta electione expirat conditio, & ceterae conditiones de- ficiunt: quia est adimpleta voluntas testatoris: ita inquit textus in d. l. vnum ex familia, c & ibi Paul. de Castro & Bal. & Paris. d Vnde cum in casu nostro filia secundum facultatem sibi concessam nominauerit Franciscum, statim facta nominatione, & secuta morte filiae, dicitur adimpleta & purificata conditio, & ius fuit acquisitū ipsi nominato, & alij duo, scilicet Ferdinandus, & Petrus, remanserunt exclusi.

Super hoc facto, & responso cuiusdam excellentissimi V. I. D. Queritur a Dominatione tua quid sentiat?

2 RESPONDEO, quod conclusio consulenti erudi- tissimi proculdubio videtur esse iuridica, & solide fun- data rationibus ei subiectis: & ad maiorem redandā, & explicationem, considerari potest, quod ea quae propo- no, nihil ei profunt. Pro illo enim solum possunt facere duo: Primo quidē, quod tam legatum, vel fideicommissum captatorium, quam institutio captatoria, siue relicta in vo- luntate alterius, sunt inualida, c & quod facultas illa data filiae & genero nominandi vnū de filiis suis videtur fuisse captatoria, quia fuit collata in voluntatem alterius.

Secundo, quod nec filia, nec gener habuerunt facultatē nominandi vllum ex filiis cum grauamine nominandi ali- que, sed solum simpliciter nominandi, & quod consequē- ter filia nominans Franciscum cum onere nominandi Fer- dinandum, si decederet sine liberis, excessit facultatem si- bi datam, & ita non valuit quod egit, f & qui non vult fa- cere quod potest, & vult facere quod non potest, nil videri- tur facere. g

3 Sed ad primum horum responderetur, quod licet substā- tia institutionis legati vel fideicommissi non possit in ar- bitrium alterius conferri, vt iura praedicta declarant, electio tamen incertae personae de certis, vel de certo genere personarum, vel familiae, potest in arbitrium & voluntatē alterius cōferri, h adeo quod Bart. cōmuniter receptus in theoria & praxi determinat, i valere institutionē pauperū, quos elegerit Titius: & certum est valere legatum relictu alicui de familia, cui vel quibus haeres volet. k

4 Ad secundum autem responderetur primo, cōcedendo, quod qui grauatur restituere simpliciter aliquid alicui, nō potest illum grauare regulariter, vt restituar illud alij, nec

a Cū tribus. §. leg. ff. de leg. 2. b Consil. 38. col. 1. & nu. 31. & 32. vol. 5. c s. 1. & §. si itaque. d D. consil. 38. nu. 5. d. l. cum quidam ff. de legat. 2.

e l. illa insti- tut. cum glof. & l. captato- rias ff. de ha- red. insti. & l. captatorias. C. de testam. milis.

f Arg. l. fin. ff. de iurid. om- nium iud. c. 2. de consti. l. 6. g Ca. cum su per. de offi. deleg. h l. si quis Ti- tio. §. 1. & l. e. cum quidā. 2. & l. vnum ex familia ff. de leg. 2. i In d. leg. illa institutio. k D. l. vnum ex familia. §. sed & si sum- mū ff. de leg. 2.

aliquid eiusmodi imponere: sed negando, quod restitutio facta cum onere non valeat quo ad satisfaciendum facultati de restituendo, licet oneris additio non valeat: quia haeres vel grauat restituit aliquid simpliciter, si restituerit fideicommissario onere aliquo adiecto, satisfacit ob- ligationi restituendi, licet onus adiectum non valeat, nec fideicommissarius teneatur illud acceptare, nec adimple- re, vt est casus in d. §. sed & si fundum, vbi hoc clarē sentit Bart. & latius expressit Paulus Castrensis Vnde & praxis totius orbis habet, quod qui habet primogenium, vel ma- ioraturū restituendum alteri, si restituit illum adiecto onere aliquo, satisfacit obligationi suae, licet ille non teneatur acceptare onus, nec acceptet: cuius ratio radicalis est illa regula, a vtile per inutile non vitatur, quod est verum, quando alterum ab altero est separabile, vt in casu nostro, in quo onus adiectum est separabile a restitutione, cui ad- iicitur, vt palam est.

5 Secundo respondi potest, quod licet regulariter grauat de restituendo aliquid alicui de familia non possit grauare illū de restituendo alteri: fallit tamen, quādo gra- uatur restituere vni de familia, vult grauare illū de resti- tuendo alteri eiusdē familiae, vt colligit singulariter Bar. b inferens ex hoc, quod exequutor, qui deputatur ad eligen- dos pauperes, potest eligere vnum cum onere restituendi alteri pauperi: & in casu nostro filia testatoris, quae nomi- nauit Franciscum vnum de filiis suis, grauauit eū de resti- tuendo Ferdinādo alteri filio suo, qui erat vnus de tribus, quorum vnus erat nominandus.

6 Tertio etiam potest responderi, quod onus adiectum Francisco extinctum fuit per mortē Ferdinandi & sic nomi- natione remansit pura, & capella sine aliquo onere apud Franciscum grauatam restituere Ferdinādo, iuxta textum in l. qui liberis, c & in terminis Fabianus de Monte, d vbi mater, quae fuit grauat restituere filio post mortem, si fi- lius praecedat, haereditas remanet penes matē, ac si purē & sine aliquo onere fuisset relicta, quia deficit conditio, & fideicommissum conditionale non transmittitur ad here- des, nec etiam ad liberos, iuxta glo. e vbi Bart. & alij om- nes & gloss. f vbi Alex. dicit quod omnes sequuntur illam gloss. Socinas. g Fabia. de Monte. h Cald. i Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Rei sua quilibet est moderator.
- 1 Rei sua traditioni potest quis legem, & modum, qui nec turpis, nec impossibilis sit, adicere.
- 2 Vxor nubendo nobili fit nobilis.
- 3 Filius quo ad honores & nobilitatem non sequitur conditionem matris, sed patris.
- 4 Nobilis est ex patre nobili natus, etiam si ignobili matre.
- 4 Definitio debet conuenire definito, ita vt de quocumque dicitur definitum, dicatur definitio.
- 5 Genus proprie dicitur de omni sua specie.
- 6 Natus ex patre tantum nobili secundum l. regiam, est quidem no- bilis, non tamen ita, ac si esset etiam ex matre nobilis natus.
- 6 Iuxta iuribus conciliari expedit, & ita vnam legem intelligere, vt sibi non contradicat.
- 7 Natus ex vitroque parente nobili, secundum stylum curiae, & com- mune vsum, maioris fit ceteris paribus, & magis dignus gra- tiis, quam natus ex altero tantum nobili.
- 7 Duo vincula fortiora sunt vno.

CONSILIVM XV.

MAioratum, seu primogeniū vir & vxor instituunt, & filios filiasque ordine nominant, tali scilicet vincu- lo, ac conditione. Nemo, aiunt, ex nostris filiis, ac filiabus, seu qui- us alius successor ad dictum maioratum nominandus possit ducere vxorem, qua non sit suae qualitatis nobilis, ac generosa, quales vos estis, nec quae sit descendens ex nouis Christianis: sed qui contra fe- cerit, exclusus sit a dicto maioratu.

Dubitatur nunc primo, an si vnus ex istis, nominatis ducit vxorem talem, erit exclusus ab isto maioratu. Secundo, si vnus ex nominatis ducit vxorem mulierem, cuius pater fuit nobilis, & fidalgus ex primariis, sed mater non ita nobilis, vtrum iste satisfecerit supra dictae clausulae, vt possit succedere.

Tertio, si de isto nominato, qui ita nupsit, probaretur patrem suae matris fuisse fidalgum, & matrem illius igno-

a De reg. iur. lib. 6.

b In d. l. vni. §. sed & si fundum. num. 2.

c s. hac ver- ba. & leg. sed & si plures. ff. de vulg. & pup. l. quibus diebus. §. qui- dā. ff. de cod. & de mon. str. d. In consil. 140. num. 18. cum seq. in- ter consilia vlt. volunta. e In l. 1. C. de fil. qui ante aper. tab. f In l. e. sendū mei. §. cū ita. ff. ad Trebell. g Consil. 17. nu. 30. vol. 1. h D. consil. 149. num. 16. i Consil. 35. de testamen.

bilem,an sufficeret ad succedendum iuxta præfatam clausulam.

Quarto dubitatur, si id non haberet locum, vtrum si filius nominatus, qui ita nupit, filios prodicaret, poterunt succedere, cum ipse natus sit ex patre fidalgo, & matre fidalga: & si hoc locum habet, vtrum filius poterit petere successione viuentis patre.

Cuperem mihi declarari intellectum l.3. tit. 21. parte secunda, quæ hoc loquitur.

AD PRIMAM IGITUR QUESTIONEM respondeo, quod pro parte negante, nempe quod non excluderetur, faciunt illa multa, quæ a quibusdam traduntur contra statutum Ecclesiæ Toletanæ, & alia similia multarum Ecclesiarum, multorumque collegiorum, quibus à beneficiis, & locis, & receptionibus eorum excluduntur trahentes originem à gente Iudæorum, & Sarracenorum. Illa enim sicut applicantur ad impugandum præfata statuta, ita etiam possent applicari ad impugnamdam huiusmodi primogenij ordinationem.

Pro parte vero affirmate possent adduci omnia, quibus præfata statuta defenduntur, & quod quilibet est rei suæ moderator, iuxta l. sed & si, & quod traditioni rei suæ potest quis legem & modum, qui nec turpis, nec impossibilis sit, adicere, & quod hæc adiectio non est turpis, nec impossibilis magis quam præfata statuta, immo nec tantum, per ea, quæ pro illis adducuntur, per quæ & alia videtur tenenda pars affirmatiua huius primæ quæstionis.

AD SECVNDAM respondeo, quod videtur satisfacere: quia vxor nubendo nobili fit nobilis. l. mulieres maritorum honore erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex persona reorum statuimus, quæ ad literam repetitur l. vltim. cum aliis multis vsque ad nauisem citatis per Tiraquel. d

AD TERTIAM respondeo, quod videtur impertinens ad clausulam supra in quæstione proposita inserta: quia clausula solum tractat de his, cum quibus debent contrahere matrimonium illi, qui ad præfatum primogenium vocantur, & nihil disponit de his, qui sunt ad præfatum maioratum vocandi: quæstio verò agit de vocandis ad illum, quod decidendum est per alias clausulas maioratus de his, qui sunt vocandi, quæ ego minimè noui, neque in superscripto facto narrantur. Certum autem est, quod si cù hoc, de quo quæritur, contraheret matrimonium illa, quæ esset vocata ad præfatum maioratum, perderet illum: quia is non est nobilis, eo quod pater matris eius esset nobilis etiã valde, nisi pater quoque talis esset: quia filius quo ad honores & nobilitatem non sequitur conditionem matris, sed patris, argum. l. ex æplo, vbi Bart. & Angel. notant, & Felin. f & Benedic. Raynuntius, & multi alij, quos vsq; ad nauisem refert Tiraquellus. h

AD QVARTAM respondeo idem, quod ad tertiam, nempe quod est impertinens ad clausulam in narratione facti propositam, quoniam illa disponit solum de personis, cum quibus tenentur contrahere matrimonium illi, qui vocantur ad præfatum maioratum, & quæstio hæc quartæ quærit de quibusdam personis, an debeant succedere in maioratu. Et præterea hæc quæstio videtur loqui de illa eadem persona, de qua loquitur quæstio tertia, & videtur secum pugnare: quoniam quæstio tertia loquitur de illo, cuius mater erat nobilis, significando quod pater non erat talis, hæc autem quæstio loquitur de persona, cuius pater & mater erant nobiles. Verum tamè pro comperto habeo, quod si pater non posset succedere, nec filij eius possent, nisi ex clausulis primogenij aliud colligeretur.

AD DESIDERIVM autem nocendi verum intellectum l. 3. respondeo primò non abs re id desiderari quo ad illam partem, quæ habet, natum ex fidalgo, & villana, esse quidem fidalgum, non tamen nobile: & quod glos. ex illis verbis ibi colligit non dici nobile, nisi qui ex vtroque parente est nobilis, cuius tamen contrarium est verum, vt supra in secunda quæstione diximus, nempe quod natus ex nobili patre, & ignobili matre, est nobilis. Tù quia est conclusio à plerisque omnibus recepta. Tum quia etiã probatur per principium eiusdem l. 3. quatenus definit fidalgum esse nobile, que viene por linaso. Cù ergo omnis definitio debeat conuenire definito, ita quod de quocùq; dicitur definitum, debeat dici definitio, secundum omnes, &

per ipsam l. 3. natus ex patre nobili, & matre ignobili, fit fidalgus, & habeat fidalguam, necessario cõsequitur quod est nobilis, & habet nobilitatem. Tum quia id ipsum probatur per l. 2. quatenus habet, quod omnis fidalguia est gentileza, & præsupponit quod omnis gentileza est nobileza. Cum ergo natus ex patre nobili, & matre ignobili, sit gentilis, erit quoque nobilis. Tum quia præfata l. 3. non solum probat huiusmodi fidalgum esse nobilem, sed etiam esse propriè nobilem: quia in vna parte probat quod fidalguia rectè definitur esse nobilitas ex genere proueniens, & in altera parte probat, quod genitus ex patre nobili, & matre ignobili est fidalgus, & habet fidalguam. Cum ergo prædicta definitio constet ex illo verbo, nobileza, quod ponitur pro genere, & ex aliis, quæ ponuntur pro differentia, ex quibus duobus debet constare bona definitio, iuxta l. 1. b & notata vtroque per Bartholum communiter receptum consequitur quod verbum, nobileza, est genus ad fidalguam, cui consequens est, quod omnis fidalguia est propriè nobileza, & omnis fidalgus propriè nobilis: & consequenter cù per dictam l. 3. fidalgus, de quo loquimur, sit species nobilis, propriè dicitur talis, quoniam genus propriè dicitur de omni sua specie, secundum Bald. communiter receptum. c

RESPONDEO SECUNDO, EX PRÆDICTIS INFERRI, quod illa l. 3. non satis rectè intelligitur à sua glossa quatenus ait solum dici nobilem illum, qui ex vtroque parente est talis, neque ita intelligendum esse, vt velit dicere natum ex patre tantum nobili, non dici propriè nobilem, quoniam per prædicta concluditur quod ipsam l. 3. probat contrarium. Quare dicendum est verum intellectum illius legis esse, quod natus ex patre tantum nobili est quidem nobilis, sed ceteris paribus non adeo, ac si esset etiam ex matre nobili natus. Pro quo modo intelligendi facit, quod expedit iura iuribus conciliari, & ita intelligere vnam legem, vt sibi ipsi non contradicat, nec secum pugnet. Et prædicta l. 3. sibi contradiceret, secumque pugneret, nisi sic intelligatur.

TUM DENIQUE quod stylus Curia, & communis vsus totius orbis habet, quod maioris habeatur, ceteris paribus, natus ex vtroque parente nobili, quam natus ex altero tantum tali. Et ita ad mouendum Papam ad concedendū gratiam, dicitur in libellis supplicibus, quod orator est nobilis, ex vtroque parente. Et facit, & merito, quod duo vincula fortiora sunt vno. e

SVM MARI VM.

1 Heres, cui testator, etiam pro exoneratione suæ conscientia, mandauit, vt faceret, quod confessarius vel alter diceret, non tenetur credere tali petenti sibi aliquid clam restituendum dari, nisi aliunde præsumatur de eo quod petitor testatorem sensisse. nu. 4. Sed nec confessarius potest cogi, vt secreta reuelet. nu. 3.

1 Captatoria voluntas non tenet: fallit in pia causa. 2 Vnius dicto vt credatur, is potest mandare, cuius solius dicto stare cogimur.

2 Legatarij persona cum non est omnino expressa, vel certa, illi debet solui, de qua verisimilius est testatorem sensisse.

CONSILIVM XVI.

Clericus quidam, posteaquam in suo testamento grauauit hæredem ad instituenda vel facienda certa annuaria, reuocauit illud onus, & adiecit aliud, scilicet vt faceret illa, quæ confessarius eius ei diceret pro satisfactione obligationum, quibus tenebatur. Quo mortuo hæres volens adimplere voluntatem defuncti, petiit à confessario, vt diceret ei, quæ pia opera iusserat facere testator & ille respondit, vt traderet ei 400. scuta, vt ipse faceret ex illis, quæ sibi secreto commiserat testator.

Quæritur, an hæres teneatur ei credere, & tradere prædicta 400. Et pro parte negatæ facit primò, quod voluntas captatoria non valet, & prædicta voluntas testatoris videtur esse captatoria, quia pendet à voluntate tertij, iuxta l. illa institutio. 8 Secundò, quod non videtur hæres teneri ad credendum confessario: vnde Bartholus, h dixit hæredem non teneri ad soluendum legatum inuentum scriptum in manu guardiani, ad quod se remittebat testator, nisi constaret illam schedulam esse testatoris: ergo: nec consulens tenebitur soluere, quod dicit confessa-

a Eiusdem tituli 21.

b ff. de test. l. 1. §. dolum. ff. de dolo.

c Le. 2. C. de iure auro. annu.

d Ca. cum ex pediat. de elect. li. 6.

e Capit. 1. de treug. & par. Authent. in que communia. de iust. ab inter.

f Le. captatoria. ff. de heredi. instit. g. ff. de heredi. instit.

h In leg. si ita scripsero. ff. de condition. & demonst.

a §. consulti. ff. de pet. heredi. & l. in re mandata. C. mand.

b C. de dign. li. 12. c. C. de incol. li. 10. d De nobilitate cap. 8. in princip.

c C. de decurio. li. 10. f Cap. nouit. num. 2. de iudic. g De testam. in princ. h De nobilitate cap. 8. in nu. 20.

i Arg. le. fin. C. de natur. liber. k Tit. 21. par. 2.

DE SVCCESIONIBVS AB INTESTATO.

SVM MARI VM.

1 Statutum, quod vxore mortua sine liberis, vir lucretur partem dotis, non habet locum, si moriatur matrimonio non consummato. 1 Maritus pauper partem dotis lucratur, si vxor diues ante copulam obiit.

CONSILIVM I.

Quæritur, an quando coniux diues ante copulam carnalem, & post matrimonium per verba de præfenti contractum moritur, maritus lucretur partem dotis. b

RESPONDEO, plurima posse adduci pro vtraque parte quæstionis, quæ cõgerit Felinus, e super statuto, vt vxore mortua sine liberis maritus lucretur certam partem dotis, an habeat locum in vxore mortua ante matrimonium consummatum.

Licet autem Felinus ibi teneat communiorem & veriorẽ esse partem negatiuam, & multis videri poterit idem dicendum esse de negatiua huius quæstionis, quod de negatiua illius: ego verò in præsentia magis inclino in partẽ affirmatiuam huius, ea ratione, quod præcipua ratio, qua Panormitanus ibidem citatus sequitur negatiuam illius, cessat in negatiua huius, & quod agatur hic de fauore pauperis succelluri pro parte in hæreditate vxoris diuitis, & prouisione legali pietatem magis præferente. Salua, &c.

SVM MARI VM.

1 Spurijs natis ex damnata copula, put a ex sacerdote. ab intestato non succedunt nec parentes. nec contra, nec etiam fratres. nu. 2 itemque nec ex testamento. nu. 3. & 4. nisi fuissent legitimati: quia tunc iuxta modum legitimatiõis successio attenditur. nu. 4. in spuris autem non ex damnata copula, sed vulgo quæstis conceditur successio. nu. 2.

CONSILIVM II.

Ad sequentes quæstiones respondeo: Ad primam, præsupponendo, quod quando filius sacerdotis fuit in sacerdotio, vel in sacro ordine genitus, & consequenter ex damnato coitu natus, pater nihil de bonis filij habere potest: quia filius spuris ex damnato coitu natis non succedunt parentes, nec econtra parentibus ipsi spurij, iuxta authentica quibus modis nat. eff. sui, d tradit Panormitanus, e Nicolaus Vbaldus. f

2 Qui expressè definiuit etiam fratres non succedere fratribus spuris ex damnato coitu natis, licet secus in spuris vulgo quæstis, vt definiuit glossa recepta. g

AD SECVNDAM respondeo, quod sicut, vt prædictum est, spurij ex damnato coitu nati non succedunt suis parentibus, nec ecõtra ab intestato, ita nec ex testamento, dicente Baldo, h quod sicut non potest pater filium suum spurium instituere, ita nec filius parentem: & consequenter prædictus filius non potuit tertiam partem relinquere matri, nec filia eius debet habere aliquid ex ea, ratione huiusmodi ordinationis.

AD TERTIAM, quod ex prædictis infertur, nihil de bonis prædicti filij deberi suo patri, nec suis fratribus, nec fororibus, & quod tertia, quam reliquit matri, est impendenda operibus pijs, scilicet monasterio S. Francisci. Quæ tria responsa intelligenda sunt præsupponendo, quod prædictus filius, de quo loquimur, non fuit legitimatus eo modo, quo communiter legitimantur filij præsertim spurij ex damnato coitu nati, quorum legitimatiões sunt in effectu quædam dispensatiões, per quas habilitantur ad succedendum parentibus, vel ad capiendum inter viuos ab eis aliqua interdum ex testamento tantum, interdum etiam ab intestato: nam si esset ita legitimatus vt esset restitutus natalibus, & factus omnino legitimus, paulo aliter esset respondendum, iuxta §. fin. authent. quibus

a C. de con. di. ob causam.

b Per auth. præterea. C. vnde vir & vxor. c In rubr. de sponsalib.

d §. illud. ver. sculo. vltima siquidem. col. lat. 7.

e In c. tanta. nu. 13. qui filij sine legitimati.

f In tract. de successiõne ab intest. l. part. nu. 45.

g In auth. si qua illustris. C. ad Orificianum. & in §. nouissime. instit. cod. & in d. §. illud. d. auth. quibus modis nat. eff. sui.

h In authent. licet. C. de naturalibus lib.

rius, nisi testator id ei dixisset. Tertio, quod testator, qui relinquit aliquid dandum illi, cui voluerit dare Titius, videtur tacitum fideicommissum in fraudem legis relinqueret. a

2 Pro parte autem affirmante facit primo l. Theopompus, b quatenus habet standum esse dicto illius, cui stari voluit is, cuius solius dicto & dispositioni standum esset. Secundo, quod l. quem heredi, c probat hæredem, cui dixit testator, dato aliquid ei, cui dixero tibi, teneri ad dandum ei, de quo testatorem intellexisse aliqua coniectura constiterit: vbi dicit Bartholus, quod si testator reliquerit mille alicui, vt dicitur ab illo illi, quem dixerit, legatario & heredi, si eo mortuo dissenferit hæres, & legatarius, danda esse illa vni ex nominatis, qui verisimilius creditur fuisse nominatus à testatore, & ita creditur vni, etiam contradicente altero, propter verisimilitudinem. & in casu proposito disponētis dicto standum erat, qui iussit, vt staretur dicto alterius, qui dicit 400. scuta esse danda sibi ad quædam opera pia secreta. ergo standum est dicto eius, cum nemo possit dicere contrarium.

3 Tertio, quod dispositio captatoria ad pias causas valet iuxta cap. cum tibi & ei adnota. d vt Bartholus in hac ipsa specie dicit, e & in hoc casu agitur de relictis ad pias causas. Quarto, quod confessarius non potest cogi ad dicendū causas & personas, ob quas, & quibus danda sunt illa 400. f

4 His pro vtraque parte adductis arbitror hæredẽ prædictum non teneri ad credendum dictis confessarij, nisi quo ad ea, quæ per aliquas coniecturas sunt verisimilia intentioni testatoris, per determinationem Bartholi, g quem sequitur Couarruias. h Tum quia non constat, quod prædicta dispositio facta ad pias causas, nec confessarius illas exprimit, & quia videtur dispositio in alterius voluntate collata, etiam quo ad substantiam eius, & habet qualem qualem præsumptionem fideicommissi taciti in fraudem legis, iuxta d. l. Lucius, i & quod confessarius velit illa, vel aliquot illorum sibi retinere, & denique quod non est standum eius dicto, nec aliis similibus, nisi quando per aliquas coniecturas dictum eius fieret verisimile, iuxta prædictam l. quem heredi. k Salua, &c.

SVM MARI VM.

1 Debitor occultus testatoris, qui animo compensandi fecit, vt testator horum ignarus, minus quam decreuerat, legaret, ab obligatione restituendi non liberatur.

1 Testari, & testari velle, diuer. 4. 2 Propositum in mente retentum parit abortum.

CONSILIVM XVII.

Deliberauit quidam reliquere 200. in suo testamento cuidam famulo suo debenti ei 50. clam minutatim sublata, & antequam relinqueret, dixit eidem se id deliberrasse, qui respondit se ob id gratias agere, sufficere tamen, vt sibi solum relinqueret 150. idque fecit animo cõpensandi prædicta 50. sublata, quæ ex 200. sibi legandis remittebat. Testatore mortuo, & solū 150. legatis, quæ situm fuit an 50. quæ debebat famulus, possit retinere ultra 150. legata loco aliorum 50. quæ legasset defunctus, si ipse non impedisset.

1 Respondetur, teneri famulum ad soluenda hæredi 50. quæ clam subtraxit, si receperit 150. sibi legata. Tum quia velle testari, vel legare, non est testari, neque legare, argumento textus cum glossa, l & ita non fuerit ei legata 200. Tum quia licet mutare vltimam voluntatem vsque ad extremum vitæ exitum, m & ita quamuis legasset, potuit mutare illam voluntatem vsque ad mortem, quod & fecit. Tù quod constat testatorem noluisse relinquere plusquam 150. tempore quo legauit: & si prædictus famulus accepisset 150. & retinere ea cum aliis 50. subtrahatis, retinere 50. ultra contenta in legato, quod non licet. Tum quia si famulus posset retinere illa 50. cum 150. legatis, censeretur testator reliquisse 200. legando 150. & remittendo 50. cum remittere sit dare, n quod est absurdum dicere.

2 Nec prodest quidquam illud bonū propositum, quod habuit famulus, quia fuit occultum vti mentale ipsi testatori, & propositum in mente retentum parit abortum.

a Le. Lucius. §. final. ff. de legat. l. b ff. de dote præf. c ff. de rebus dub.

d De testam. e In d. l. Theopompus. f Arg. c. omnis. de pœnitenti. & remiss. g In d. l. Theopompus. h In dicto cap. cum tibi. sub finem.

i §. fin.

k ff. de rebus dub.

l In l. in vendentis. C. de contrahend. emptio. m Capit. cum Martha. de celebr. Missa. & ca. vltima voluntas. l. 3. q. 2.

n Ca. venies. 2. de testib.



aff. de natal. restitui.

modis nat. eff. sui, & iuxta legē 2.3. & 4. sed difficile & raro fit hoc, vt in simili in d.l.2. Salua, &c.

SVM MARI V M.

- 1 Clerico Roma ab intestato morienti nec in fructibus ex beneficio receptis succedit Camera: unde non illi, sed proximioribus si reperiri possunt, alioquin pauperibus sunt restituendi. nu. 2.
2 Aliena etiam alienigena & ignoti defuncti qui habet prius inquirat de defuncti patria & propinquis, quibus non reperitis, deducto eo quod sic inquirendo expendit, reliquum pauperibus, & non prius distribuat.

CONSILIVM III.

Quidam clericus obiit in Curia ab intestato, datis mutuo cuidam suo amico nonnullis pecuniis de rebus suorum beneficiorum. Quiritur, cui teneatur is mutuatarius illas restituere.

- 1 Respondeo, quod praefatus D. consulens non debet restituere illas Camerae Apostolicae per partem bullae Iulij III. a nobis translatam in tractatu de spoliis. b
2 Secundo, quod teneatur restituere haeredibus eius: illis enim debentur bona clerici morientis ab intestato Romae per dictam bullam Iulij III. quae in hoc consonat iuri communi. c Tertiò, quòd si ignorat haeredē eius, debet inquirere cuius effectus patriae, & si erat ei pater, vel mater, frater, vel soror, & his deficientibus alius proximior gradu, & restituere illa huiusmodi proximiori, deductis impensis, si casu oportuerit facere in inquisitione huiusmodi. Quarto, quòd non sufficit restituere illa pauperibus, vel piis locis, nisi casu quo non inueniretur aliquis haeres, quod non est credibile: si autem per debitam diligentiam adhibita nullus inueniretur haeres, tunc deberet restituere illa pauperibus, vel aliis operibus piis. d

SVM MARI V M.

- 1 Extrauagans Iulij III. qua statutum est, ne debita, nec legata pia facta a beneficiario tempore infirmitatis soluantur ex fructibus nondum exactis subdura visa fuit, nec habet locum, vbi semel tantum collector spoliatorum fuit deputatus. nu. 3.
2 Favorabilis censetur illa lex & dispositio, per quam res reducitur ad pristinam suam naturam.
3 Consuetum ad hoc vt quid dici possit, necessario requiritur, quod saltem bis fuerit factum: idem de solito contra Bartholum probat Decius. fallit in illo vnico actu, qui sortitus effectum causam habens successiuam, multo tempore continuauit.

CONSILIVM IIII.

Beneficiarius quidam in terris, vbi tantum semel collector Apostolicus positus fuit, obiens mortem, reliquit multa debita, & multos fructus sui beneficii inexactos. Quiritur an ex eis possit creditoribus satisfieri.

- 1 Extrauagans se. re. Iulij III. publicata anno 1550. mēse Iunio perdura visa fuit multis iam inde à principio promulgationis eius, vt dixi in tractatu de re. ecclē. e ita quod arbitror nō fuisse receptam in Galliis, nec etiam in Hispaniis, & minus extensionem eius, quā publicauit anno 1550. mēse Augusto, qua statuit ne soluerentur debita beneficiarij contracta, neque legata pia tempore infirmitatis facta ex rebus nondum exactis.
2 Ex hoc sequitur, constitutionem, quae illas tolleret, vel limitaret, dignam fore fauore, quia per eam fieret reuersio rei saltem ex parte ad suam pristinam naturā, quod est fauorabile, f & consequenter tertiam praefati Iulij extrauag. publicatam anno 1551. mēse Iunio, quae limitat illas ne habeant locum terris, vbi non cōsueuerunt à S. Sede Apostolica poni collectores, videtur esse fauorabiliter interpretandam.
3 Quòd fit, vt videatur resolucendum, quod in casu praesenti non habeantur locum praefatae duae constitutiones. Tum quia tamquam exorbitantes à iure communi debent restringi. g Tum quia per hoc res in sua pristina natura conseruatur, quod est fauore dignum, vt praedictum est.
4 Tum quia non fuit in loco praefato nisi semel positus collector: & ita non potest dici, quod ibi cōsueuerunt poni collectores: quia ad hoc, vt aliquid dicatur cōsuetū, est necessarium quòd saltem bis sit factum, secundum om-

b Super c. nō liceat. Papa. 12. q. 2. §. 6. in principio.

c Authen. de haered. ab intest. collat. 9. §. in fin. de haered. ab intest. veni.

d Ca. cum tu. ad iura gloss. de vj. r.

e qu. 2. mon. 26. nu. 4.

f Cap. ab exordio. 35. dist. 1. §. vniuers. §. pactus ne periret. ff. de pact.

g Reg. qua à iure. lib. 6.

nes per l. 3. a immo etiam ad hoc, vt dicatur solitum, vt efficaciter probat Philippus Decius, b contra Bartholum. c Tum quia verba praefatae tertiae extrauagantis concipiuntur in numero plurali ibi, in quibus collectores praefati deputari, seu esse non cōsueuerunt. & pluralis locutio saltem duo requirit. d Tum denique quod licet vnus actus sortitus effectum habens causam successiuam, multo tempore continuatus faciat dici rem cōsuetam, iuxta textum singularem in cap. cum de beneficio, e cōstitutio tamē collectoris, de qua in casu proposito, non fuit sortita effectum, neque continuata, vt in facto proponitur, &c.

SVM MARI V M.

- 1 Clericatus ad hoc vt dicto vnus probetur, requiritur vt deponat se vidisse illum ab Episcopo ordinari, sed nec sufficit, si agatur de tertij prauidicio: sed & coniectura procedens ex eo, quòd pileum clericorum gestaret, & cantaret in choro, est debilis, cum multi laici id faciant nu. 4.
2 Clericus in minoribus non beneficiatus licet potest exercere ea omnia, quae licet laicis: immo & in sacris cōstitutus, ad se & suos honeste sustentandum, potest aliquam honestam exercere negotiationem. Vnde nec bona, quae sic quaesita morientes relinquunt, sunt spoliū Camerae Apostolicae reseruatū. nu. 3.

CONSILIVM V.

N. Pratenus clericus negotiationem ad se suosque sustentandum exercendo aliqua bona mobilia & immobilia sua industria sibi comparauit: post cuius mortem spoliatorum commissarius prætendit illa esse spolia, & consequenter ad Cameraam pertinere, probando per vnum testem, qui erat praedicti N. inimicus, ipsum fuisse clericū, & per alios multos, quod gestare solebat pileum rotundum, & canebat in choro Ecclesia. Quiritur, quid iuris.

- 1 Quod bona praefati prateni clerici non sunt spolia, neque ex eis debeant illa colligi, facit primò, & quidem, pretempore, quòd non probatur fuisse clericus, vt in facto proponitur: quandoquidem nullae literae suae ordinationis ostenduntur, nec ex confessione ipsius, qui iam mortuus est, potest id constare: & quòd solus vnus testis dicitur id affirmare, quod nihil prodest. Tum quod oportet vt dicat se vidisse illum ordinari ab Episcopo, quod raro contingit in ordinatione primae tonsurae. Tum quod dicitur esse inimicus, & ita non est ei credendū. f Tum quod testimonio vnus, quantūcūque sit dignitatis, in prauidicium tertij nō creditur. g
2 Secundo, quòd omnis clericus nondum ordine sacro initiatus, & carēs beneficio, potest sine villo peccato exercere omnia illa, quae potest laicus, vt tradit Panormitan. h & nos latius declaramus in Manu. confess. i at praefatus asseruit clericus nullo sacro ordine erat initiatus, neque beneficiatus: ergo potuit negotiari, mercari, ferre arma, & facere alia, quae alius laicus, & consequenter nō possunt eius bona capi ratione negotiationis: & certè in Hispania & Gallia Reges defenderent illum, ne vocaretur super hoc ab villo iudice Ecclesiastico.
3 Tertiò quòd etiam clericus in sacris cōstitutus potest exercere negotiationem aliā honestam, ad se & suos honeste sustentandum, iuxta glossam, k quam etiam nos ad hoc citamus, & sequimur vbi supra: & in facto praesupponitur eum vsum fuisse aliqua viuendi arte honesta ad se suosque sustentandos, ergo, &c.
4 Quarto, quòd debilis coniectura est gestatio pilei rotundi ad probandum clericatum: cum plurimi laici etiam coniugati illum vbique gentium deferant, praesertim ij, qui sunt cursores, & in choris Ecclesiarum solent officia diuina cantare, quod fecisse, dum viueret, praefatum clericum in facto proponitur. Salua, &c.

SVM MARI V M.

- 1 Fiscus nec etiam in vita delinquentis aliquid consequi potest, si vltra fideicommissum concurrat alienandi prohibitio.

CONSILIVM VI.

AN succedat fiscus in bonis prohibitis alienari, si usufructuarius damnatur propter maleficcium patratum, & facinus commissum?

a C. de episc. audien. b In rubr. de cōsuet. c In leg. item mala. ff. de a. lim. §. cib. & leg. d Ca. pluralis. de reg. iur. li. 6. cum concordant. e De prob. li. 6.

f Ca. cum P. de accusat. c. per tuas. de simon. g Cap. cum à nobis. de testi. h In cap. 1. §. 2. de postulat. i Cap. 25. nu. 210.

k In c. peruenit. 87. dist.

a §. Cornelio. ff. de iur. sibi.

b In l. filiusfamil. ml. §. diui. nu. 30.

c Nu. 47. ver. sic. item expressa. de leg. 1.

d In consil. 230. num. 11. c. 19. li. 2.

e Quasi. 41. nu. 5.

f De bonis publ. nu. 34. in pract. crimin.

g In sua pra. crimin. in §. fin. li. 5. q. 78. ver. si quero numquid in confiscatio ne.

h In consil. 23. nu. 3. li. 1.

k Consil. 124. nu. 5. li. 2.

l Cap. si propter. de reser. li. 6. m L. 1. ca. 15. var. reser. n qm. 2. mon. 13. o ff. quibus mod. usufruct. amitta. p Et l. diuortio. ff. solutio. matrimon.

q Cap. fin. de cōsuet. r C. qua sit long. cōsuet. s De constit. ff. de iusti. §. iur. §. in le. de quibus. ff. de legibus.

v Praed. l. fr. usufructuarii. ff. quib. mod. usufruct. x Le Herennius. ff. de v. iur.

1 Respondeo, quod non, etiam quo ad vitam prohibiti iuxta l. status: a quia passim admittunt Doctores, quod vbicumque vltra fideicommissum concurrat alienandi prohibitio, fiscus nec in vita delinquentis aliquid consequi possit, vt post Bartholum, Paulum, Alexandrum & Angelū tradit Crotus, b Ripelū, c Curtius Iunius. d Roland. conf. 98. nu. e Peronius, f Bofsius, g Iulius Clarus testans de cōmuni, h Alexander, i Ruinerius. k

SVM MARI V M.

- 1 Fructus beneficiorum inter successorem & praedecessorem debent secundum communem diuidi, prout inter proprietarium & usufructuarium finito usufructu sit, seu inter fideicommissarium, & eum cui haereditas cedente die fideicommissi restituitur. nu. 5. & sic praecessor debet habere fructus, qui reperiuntur collecti, vel ceperunt deberi ante eius obitum, reliqui spectant ad successorem. nu. 7. & hoc dummodo in loco non adsit alia particularis consuetudo, vel statutum. nu. 1. quia haec sunt primo loco attendenda. nu. 4.
2 Anni initium variè secundum diuersas materias, regiones, & prouincias computatur. & nu. 6.

CONSILIVM VII.

ANNO Domini 1571. de consensu bon. mem. Card. Vuariniensis fuit deputatus in episcopatu Vuariniensi auctoritate Apostolica cum futura successione coadiutor N. cui fuerunt reseruata omnia incerta iura, & emolumenta dicti episcopatus. Reliqui reditus certi, qui in censibus annuis à colonis dicti episcopatus certis anni festiuitatis persolui solitis consistunt, per eundem Cardinalem, seu eius œconomum exigebantur, vt prius, & fuerunt exacti vsque per totum annū 78. Demum, sicut Domino placuit, quinta Augusti anno 79. Cardinalis decessit.

Quiritur, num census anni 79. qui proximè mensibus Septembris, Octobris, Nouembris, & Decembris exacti sunt, vsque ad diem obitus pro rata parte Cardinali, vel eius haeredibus debeantur.

- 1 Pro huius decisione praesupponendum primò, quòd circa diuisionem fructuum beneficiorum faciendā inter praedecessorem & successorem tres opiniones sunt. Prima communis, quā tenet glossa, l prout habet Couarruias, m qui citat multos, qui apud eum videri possunt, quam etiā nos sequimur in tractatu de red. ecclē. n quā habet diuisionem eorum esse ita faciendam inter eos, ac inter usufructuarium & proprietarium finito usufructu, de qua in l. si usufructuarius. o Secunda est, quā habet esse faciendam, ita vt debet fieri fructuum rerum dotalium inter maritum & vxorem facto diuortio, vel inter haeredes eorum, de qua traditur in l. de diuisione. p Tertia, quā nos insinuauimus vbi supra, quòd est faciendā secundum statuta & consuetudines prouinciae, & episcopatus.
2 Secundo, quòd annus fructuum, de quorum diuisione dubitatur, in variis regionibus vel prouinciis varium principium habet: nam alicubi incipit à die Circūcisionis, alicubi à festo Diui Martini, & quod aliter incipit annus fructuum diuidendorum quo ad diuisionem faciendam inter virū & vxorem, vel haeredes eorū, facto diuortio, & aliter quo ad diuisionem fructuum diuidendorum inter praecessorem & successorem beneficij.
3 Quo ad hanc enim incipit à die praestituto à lege, statuto, vel cōsuetudine, licet varia variarum regionum, quo ad illam autem incipit à die traditionis fundi, vel praedij dotalis, vt patet ex l. praedicta de diuisione. ff. sol. matrim.
4 His praesuppositis, respondeo primò, quod constitutiones, siue statuta, & consuetudines prouinciae, vel episcopatus Vuariniensis si quae sunt, debent seruari, argumento, q & l. 2. r & notatorum in cap. cum omnes, s & in l. omnes populi. t
5 Secundo, quòd cessante iure particulari, mihi videtur seruanda prima opinio, scilicet, quod debeat fieri diuisio fructuum inter praecessorem & successorem beneficij eodem modo, quo est faciendā inter usufructuarium & proprietarium finito usufructu, v amit. vel etiam inter fideicommissarium, & eum qui restituit fideicommissum, cedente die restitutionis faciendae, x & consequenter praefatus Illustrissimus attentò solo iure cōmuni deberet habere om-

l Cap. si propter. de reser. li. 6. m L. 1. ca. 15. var. reser. n qm. 2. mon. 13. o ff. quibus mod. usufruct. amitta. p Et l. diuortio. ff. solutio. matrimon.

q Cap. fin. de cōsuet. r C. qua sit long. cōsuet. s De constit. ff. de iusti. §. iur. §. in le. de quibus. ff. de legibus.

v Praed. l. fr. usufructuarii. ff. quib. mod. usufruct. x Le Herennius. ff. de v. iur.

nes fructus collectos, vel debitos ante suam mortem, & reliqua omnes successor eius, non habita ratione partis anni, qua vixit. Tum quia haec est, vt dixi, communis ferè omnium opinio. Tum quia, vt nos diximus vbi supra, nullus textus, nec vlla ratio cogit, vt discendamus ab ea. Tum quia rationi omnium fortissima, quae pro secunda opinione fieri potest, nos ibi respondemus, & ob id discissimus ab opinione praefati Couarruias & aliorū paucorum, qui dixerunt diuisionem praefatam esse faciendam instar diuisionis faciendae inter virum & vxorem, vel haeredes eorū, facto diuortio.

6 Tertiò, quòd annus vario modo circa varias materias & varia proposita incipitur: nam annus, quem aliqui appellant legalem, & apponitur instrumentis notariorum, secundum vsum Romanum, & Hispaniae, incipit à Natiuitate Domini, & in Gallia, & Anglia à die Annunciationis, vt tradit Speculator, a & Rota. b Cum autē statuitur annus ad aliquid faciendum, computatur à die, quo potest, vel debet incipere illud, vt est in cap. cum sit Romana, c & aliis similibus & quo ad diuisionem fructuum inter virum & vxorem, facto diuortio, incipitur à die traditionis fundi dotalis, d & quo ad diuisionem fructuum inter Episcopum vel alium habentem priuilegium accipiendi fructus primi anni beneficij vacantis incipit à die vacationis, vt dicit glo. e

7 Quo ad diuisionem autem faciendā inter praecessorē & successorem beneficij non videtur iure communi cautum, à quo tempore incipere deberet, immo nec videtur necessarium id inquirere, vel scire, secundum opinionem, quam sequimur, scilicet, quòd diuisio debeat fieri inter eos, ac inter usufructuarium & proprietarium: quia secundum illam praecessor debet habere fructus, qui fuerunt collecti, vel ceperunt deberi intra tempus, quo ipse habuit beneficium, & reliquos successor. Secundum autem alteram opinionem, quae tenet illam faciendam, vt debet fieri inter virum & vxorem facto diuortio, debet incipere à die acquisitionis beneficij, vel vacationis eius, aut à die statuto per constitutionem, vel consuetudinem particularem, secundum quam, vt praediximus, alicubi incipitur à Kal. Ianuarij, alicubi à die omnium Sanctorum, vel Beati Martini: sed, vt praedixi, haec inquisitio non est necessaria iure communi, secundum communem opinionem, quam sequimur, quam etiā in monit. 13. fuimus sequuti. Salua, &c.

SVM MARI V M.

- 1 Fructus beneficiorum separati à solo, etiam non exacti, de iure spectant ad beneficiarium Roma defunctum, & eius legitimos haeredes, quales in foro conscientiae non sunt diuites, nec in vtroque foro illegitimi: nec Episcopus de eis potest disponere: licet mortuum extra Urbem sint iure communi reseruati Camerae Apostolicae per bullam de spoliis. nu. 2.

CONSILIVM VIII.

AD quaestionem respondetur primò, quòd iure cōmuni fructus beneficij collecti, vel à solo separati nondum exacti pertinent ad beneficiarium, vel ad iustos haeredes eius, & non ad dispositionem ordinarij, qui nihil potest disponere de illis vltra id, quod ei iure reseruatur. Dixi, iustos haeredes, quales non essent illegitimi, vt statuit Pius V. in extrauagante que ordinari. relata à nobis in comment. de spoliis, f neq; alij homines profani diuites quo ad forū conscientiae, vt diximus vbi supra, super bulla Iulij III. g

2 Et ita nihil potest de illis disponere ordinarij, neque Papa disponit: quia licet spolia pertineant ad eum iure cōmuni, per bullam tamen praedicti Iulij III. spolia morientium in Romana Curia pertinent ad haeredes praedictos.

SVM MARI V M.

- 1 Intellectus cap. 16. sess. 25. de regularibus, Concilij Tridentini.
1 Religionem ingresso, & ante professionem exeunsi, vel morienti donata restituantur ex decreto Concilij Tridentini.
1 Monasterij non sunt bona morientis ante professionem.

CONSILIVM IX.

AN decretum Concilij Tridentini, h dum disponit, A quod monialibus abeuntibus ante professionem omnia restituantur, procedat etiam in morientibus ante emis-

a In titul. de instrum. edit. colum. 1. b Decisio 3. §. 4. de iud. in nou. §. 17. eodem in antiq. §. 2. de verbor. signifi. in antiq. c De appell. l. ita vulnera tus. ff. ad le. Aquil. d Le. de diuisione. ff. solutio. matrimon. e In ca. si propter. verb. primi anni. de rescript. li. 6.

f §. 19. nu. 1. §. 6. nu. 3.

h Sess. 25. ca. 10. de regul.

fam professionem, an verò, quæ data sunt, remaneant monasterio?

1 Respondeo affirmatiuè, quod illud decretum perinde habet locum in monachis morientibus ante professionem, ac in abeuntibus ante illam. Tum quia etiam morientes dicuntur abeuntes, iuxta illud Terentij in Phormione, ea mortem obiit, & de medio abiit. Tum quia eadem ratio est de abeunte per mortem, & de abeunte per exitum: ratio enim, quare abiens per exitum debet habere ea, quæ dedit ante professionem, est, quod ante illam non erant facta monasterij, secundum omnes: & constat secundum plerisque omnes, quod ea quæ morientis erant ante professionem, non sunt monasterij, vt latius tradimus nos post alios in commen. 2. de reg. vbi scribuntur alia necessaria quo ad confirmandum hoc responsum, quæ quia ibi videri possunt, frustra hic infererentur. Salua, &c.

DE SEPULTVRIS.

SVM MARI VM.

- 1 Sepultura ecclesiastica locus potest ab eo, cui cõpetit libera facultas ad sepulturam in sua Ecclesia admittendi, concedi alicui, ad effectum, vt ei liceat mortuos suos ibi sepelire. Quod si velit ita concedere, vt alij non possint ibi sepeliri, requiritur eadem solemnitas, quæ in alienatione rei Ecclesiæ loci autem dominium, cum sit sacer, nullo modo potest in alterum trãsserri. idem etiã dicitur de constructione sepulchrorum. nu. 3.
2 Exempti regulares, eorumve loca non comprehenduntur constitutione Episcopi, etiam facta in Concilio provinciali.

CONSILIVM I.

QVæritur, an constitutio Concilij provincialis, ne sepultura locus quouis nomine cuiquã detur, neve sepulchra fiant in vlla quavis Ecclesia sine Episcopi consensu, valeat, nec sit hoc decretum contra regulares mendicantes exemptos, & alios qui habent priuilegia sepeliendi in Ecclesiis suis.

1 Ad has quæstiones videtur dicendum in primis, quod locus sepulturæ dari potest tribus modis. Primò, vt is, cui datur, fiat dominus eius. Secundo, vt habeat ius sepeliendi in eo mortuos suos, & impediendi, ne alij sepeliant in eo. Tertio, vt possit sepelire aliquem in eo, vt satis videtur colligi ex textu in cap. abolenda, b & notatis per Innocentium, Panormitanum & alios ibi, & ex clem. dudum, c cum ei annoratis per Card. & alios. d Secundo, dicendum, quod primo modo nulli potest dari locus sepulturæ etiam cum auctoritate Episcopi: quia rei sacra dominium nullus potest habere, & quod secundo modo non potest dari sine auctoritate Episcopi, neque cõ illa sine iusta, causa & seruata forma in alienandis rebus Ecclesiæ seruanda: quia licet per illum modum non transferatur rei dominium, non transfertur tamen vñs eius, & quoddam ius sepeliendi: quod fieri nequit, nisi seruatis canonibus de non alienandis rebus Ecclesiæ, de quibus capit. sine exceptione. f Tertio verò modo potest dari à quolibet habente liberam sepulturam, vel ius admittendi ad sepulturam in sua Ecclesia, per prædictam Clementinam & ei adnotata, sine auctoritate speciali Episcopi per auctoritatẽ quam habet à iure cõmuni, vel priuilegio aliquo legitimo.

2 Tertio dicendum, quod prædicta constitutio nihil præiudicat exemptis, cum Provincialis non sit superior eis, & extra suum territorium sua lex non ligat. g

3 Quarto, quod idem videtur dicendum de concessione facultatis faciendi, vel construendi sepulchrum, quod dictum est de seruando modo dandi alicui locum sepulture, cum de similibus idem debeat esse iudicium. h Salua, &c.

SVM MARI VM.

- 1 Sepulturam filio impuberi nec viuo, nec mortuo eligere potest pater, nisi consuetudo aliter se habeat, & nu. 4. licet ipse teneatur ad funeris expensas, possitq; pro eo institutiones & substitutiones facere. nu. 2.
3 Sepultura electio est quid spirituale: ad qua in filium non se extendit patria potestas, estq; actus vltimæ voluntatis, vnde vsque ad mortem potest mutari. nu. 5.

CONSILIVM II.

QVæsitum est, an valeat electio sepulture facta à patre sibi, & familiæ suæ, omnibus viuentibus, in Ec-

clesia fratrum Prædicatorum, omiffa Ecclesia, in qua alias de iure erat sepeliendus, ita vt eius filius impubes, qui postea mortuus est, sit sepeliendus in ea.

1 Respondetur, quod non, si consuetudo terræ non habet vt pater possit eligere sepulturam filio impuberi, per capitulo licet. de sepult. lib. 6. vbi est casus de hoc expressus.

Contra quam tamen responfionem videtur facere quatuor. Primum opinio Vincentij Lapi, Goffredi, & Hostiensis, quos ait Dominicus, a contrarium tenuisse, scilicet quod pater potest impuberi filio eligere sepulturam, etiam si consuetudo id non haberet.

2 Secundò argumenta, quibus illi Domini mouebantur, scilicet, quod pater potest facere filio impuberi testamentum, b & substituere illi etiam in bonis maternis, c & teneretur facere impensas eius funerales. d Tertio, quod eadem vel maiore ratione videtur posse illi eligere sepulturam, quam facere prædicta tria, cum videatur minus præiudicialis. Quarto, quod prædictum capit. licet solum videtur loqui de patre eligente sepulturam filio impuberi mortuo: & in casu proposito videtur agi de patre eligente sepulturam filio impuberi viuo.

Sed ad horum primum responderetur, quod prædictorum Doctorum citatorum opinio fuit correctæ in prædicto capit. licet. quod ipsi non viderunt: quia fuit compositum à Bonifacio VIII. ante quem ipsi scripserunt, vt videre est in nomenclatura scriptorum ecclesiasticorum.

3 Ad secundum autem responderetur, quod, licet laborauerint Doctores in reddenda ratione, cur pater possit facere filio impuberi tria prædicta, & non eligere sepulturam, nisi consuetudo terræ id habeat, vsque ad Ioannem Impolensem, post eum tamen facile reddiderunt eam Dominicus & Francus, scilicet, quod prædicta tria, quæ potest facere pater filio impuberi, sunt temporalia: eligere autem sepulturam est quiddam spirituale, & constat patriam potestatem non extendi ad spiritualia filij, sicut ad temporalia eiusdem, per cap. si annum. e Per quod soluitur etiam tertium, quod fundatur in rationis identitate, cum per hoc appareat esse longè diuersum.

4 Ad quartum autem responderetur negando, quod prædictum cap. licet. debeat restringi ad patrem eligentem sepulturam filio impuberi mortuo, & non extendi ad patrem eligentem illam filio impuberi viuo. Tum quia generaliter loquitur de patre eligente sepulturam filio impuberi, non se restringendo ad mortuũ, neque viuũ, & ita est intelligendum generaliter de viuo, & mortuo. f Tũ quia non potest dari ratio, cur pater potest eligere plus viuo, quam mortuo: immo in vtroque casu vt plurimum eligitur sepultura mortuõ, antequam moriatur. Tum quia magis prohibetur electio sepulture viuo, quam mortuo, argumento cap. 1. s quatenus grauissimè prohibet, ne quis viuus inducatur ad eligendum sepulturam sub voto, vel iuramento, vel promissione de non mutado illam electionem.

5 Tum quod electio sepulture est actus pertinens ad vltimam voluntatem, vt aiunt Doctores, præsertim Dominicus, & Francus, h & potest vsque ad finem vitæ reuocari, sicut vltima voluntas, iuxta cap. vltima voluntas, i & ita qui eligit sepulturam viuo, eligit in effectu mortuo, cum non sit ante mortem sepeliendus, cumque possit illa electio ante mortem reuocari: quandoquidem testamenta, & vltimæ voluntates morte confirmantur. k

SVM MARI VM.

- 1 Sepeliri debet in loco sacro extractus de ventre matris, si sit, licet non solemniter baptizatus, perinde ac quilibet alius solemniter baptizatus, cum aquæ & tantum sacramentum recipiat vnus, ac alter.
2 Sacramenta alia vt Catechismus, Exorcismus non conferunt gratiã ex opere operato.

CONSILIVM III.

AN infans baptizatus rectè intra vel extra ecclesiam sine solennitate solita, moriẽs antequã illa suppleatur,

possit

possit

possit

possit

possit

possit iustè in Ecclesia vel cõmeterio sepeliri cum cruce & aliis solitis adhiberi sepulture infantis solemniter baptizati?

1 Respondeo, quod sic. Tum quia id colligitur ex Hostiensis in summa, a quatenus habet, puerum ex ventre matris mortuæ extractum sepeliendum esse in loco sacro, si extractus fuerit baptizatus; & certum est eum intellexisse de baptizato in necessitate sine solita solemnitate; nec est qui contradicat ei. Tum ob illam firmissimam rationem, quod standũ est regulæ, nisi probetur contrariũ. b At regula est, quod omnis Christianus debet in loco sacro sepeliri, c & cõstat præfatum puerũ esse Christianũ, & caractere Christiani insignitũ per c. quæ admodũ. d & nullo iure speciali prohibetur, quod nõ possit & debeat sepeliri cum solemnitate crucis & luminariis, instar aliorũ infantium baptizatorum solemniter. & probatur ea ratione insolubili, quod is tam Christianus est, quàm ille, & quod tantam gratiam sacramentalem habet, sicut ille.

2 Nam sacramentalia non conferunt gratiam ex opere operato; quia id sola sacramenta efficiunt, secundum omnes, e & puer sine solennitate baptizatus tantum sacramentum percipit, quantum solemniter baptizatus: quia exorcismus, & alia quæ sunt in baptismo solemniter, non sunt sacramenta, sed solum sacramentalia, quæ Ecclesiæ fieri præcipit, secundum S. Thomam & alios; f est etiam tanto Christianissimi caractere insignitus hic, ac ille: ergo non est cur non debeat sepeliri, vt Christianus, quemadmodum ille. Salua, &c.

SVM MARI VM.

- 1 Excommunicatus ob debitum, si moritur contritus coram Deo est absolutus; secus coram Ecclesia: quia ante absolutionem non est sepeliendus in sacro: absolutus autem etiam à parochio, & sepultus, non est exhumandus, sed heredes cogendi vt satisficiant num. 1.
2 Absolutio ab excommunicatione, quam morituro dat parochus prodest etiam quo ad forum exterius.

CONSILIVM IV.

AN excommunicatus propter debitum descendens de loco delicto, vel contracti; mortuus ante solutionem, debeat sepeliri in sacro, vel sepultus debeat exhumari, cũ ante mortem ostenderit signa contritionis.

1 Respondeo, quod etiam si huiusmodi excommunicatus ante mortem ostendisset signa contritionis, & non fuisset absolutus à parochio, non erat sepeliendus in loco sacro, donec obtineretur absolutio ab eo, à quo sanus debebat absolui: absoluitur enim erat ab eo, qui eum sanũ posset absolvere, vt est casus in c. à nobis 2. de sent. excõ. per quem textum à contrario sensu, & in c. si. in sensu directo probatur, quod, qui non solum monstrat signa contritionis, sed etiam fuit absolutus à parochio, potuit in sacro sepeliri, & aliis suffragiis Ecclesiæ iuari. vnde in casu præfati possunt heredes mortui cogi ad satisfaciendum eis, quibus ille debitor erat ex maleficio, vel contractu, per præfata duo iura.

2 Scio tamen posse aliquibus moueri scrupulum super probatione huiusmodi absolutionis, quod illa solum forũ conscientie spectare videatur: cum dictum c. si. loquatur de absolutione in forma Ecclesiæ. Item quod per aliquot bullas Apostolicas & iobela: datur potestas absoluenti; quæ tamen non prodest, nisi quo ad forum conscientie, si aliud in eis non exprimitur: ex quo clarè significat, absolutionem per contritionem contingentem sufficere quo ad Deum; absolutionem autem, quæ fit per presbyterũ, sufficere etiã quo ad forũ exterius: quod & nos diximus in Ma. h Hi tamẽ scrupuli satis tolluntur ex eo, quod præfata duo cap. ponunt differentiã inter absolutionem quo ad Deum per solam veram contritionem, & eam quæ fit per sacerdotem post contritionem. Itaque concludo, non esse exhumadum istum mortuum, sed heredes eius compellendos ad satisfaciendum.

SVM MARI VM.

- 1 Immunis à peccato est, qui post Concilium Tridentinum sepelitur excommunicatum, & interdictum absolutum: tamen in articulo mortis à simplici sacerdote: Item & excusandus est

qui ante Concilium Tridentinum bona fide idem fecisset. n. 3. quod si non erat adhuc denunciatus, poterat etiam non absolutus sepeliri ex beneficio extraneantis à euitanda. n. 2.

CONSILIVM V.

AN qui sepelierunt mortuum excommunicatũ, vel interdictum, absolutum in articulo mortis à simplici sacerdote, peccauerint?

1 Respondeo primò quod non, secundum sententiam, quam aliàs tenendam diximus post Concilium Tridentinum. a Præterea quia; vt in c. fi. b probatur, qui non solum monstrat signa contritionis, sed etiam fuit absolutus à parochio, potest in sacro sepeliri, & aliis suffragiis Ecclesiæ iuari.

2 Secundò, quod idem est dicendum secundum antiquiora iura, si mortuus excommunicatus, vel interdictus, nondum erat denunciatus: quoniam communicans excommunicato, vel interdicto viuo, vel mortuo, nondum denunciato non peccat, per extraneantem Martini V. relatum à nobis fideliter in nostro Man. confess. c

3 Tertio, idem esse dicendum, si erat denunciatus absolutus in articulo mortis ab aliquo sacerdote simplici etiã secũdũ antiquiora iura, si bona fide id fecerunt: quia probabiliter credere poterunt sufficere absolutionem simplicis sacerdotis, cum iura ipsa dicant eam sufficere sine limitatione. Fundamentis alterius opinionis satis responsum est ibi, ad effectum probabiliter credendi illum fuisse bene absolutum, quod sufficit ad excusandum à peccato trãsgressionis legis humanæ male: sed bona fide intellecta; per dictum singulare Innocentij, d & allegata per Felinum. e

SVM MARI VM.

- 1 Contritus mori in dubio non presumitur, qui moritur in actu peccati: vnde nec debet Ecclesiastica sepultura tradi. num. 4.
2 Sepeliri regulariter debet omnis, qui in Quadragesima confessus est, & in Paschate communicauit, nisi constet eum in peccato mortali mortuum fuisse.
2 Meretrix olim que fuit. si in Paschate communicauit, reperta in domo olim amasij nocte ab amasio occisa, in dubio debet presumi mortua non in actu peccati, sed cõtrita: vnde & sepelienda.

CONSILIVM VI.

AN priuari debeat sepultura ecclesiastica meretrix, quæ in Paschate confessa est, & communicauit, & modo reperta fuit innumeris vulneribus cõfossa, & mortuã in domo cuiusdam sui amici, nullòque pacto constare potest, quod mortua fuerit contrita, vel cõtritionis signa dederit, cum id nocte acciderit, & clauso ostio: certum tamen est illam ab illo amico iugularam fuisse.

1 Respondetur netuõse vrgere pro parte affirmante c. fures. f quatenus probat, furem, qui furando occiditur, & latronem, qui prædando occiditur, nõ esse sepeliendos in sacro. ex quo Ioannes Andreas & Ioannes ab Anannia, referunt, eum, qui verisimiliter moritur in peccato mortali, non esse sepeliendũ in loco sacro: & præfata meretrix videtur mortua meretricando: quia fuit mortua in domo amici sui carnalis delata ad eam ab illo; vt meretricaretur cum illo, & postea fuit ab eodem occisa; & vt aiunt Panormitanus & Anannia, g non presumitur in dubio mori contritus, qui moritur in crimine: & præfata misera fuit in crimine occisa.

2 Pro parte autem negãte facit primò, quod omnis, qui confessus est in Quadragesima, & communicauit in Paschate, sepeliendus est in sacro; nisi certis casibus, & nisi constet eum in peccato mortali mortuum fuisse, per resolutionem communiter receptam post glossam, h & præsupponitur præfata meretricem fuisse confessam, & cõmunicatam in Paschate, & non est mortua in præfatis exceptis casibus, nec constat eam mortuam fuisse in peccato mortali. Tum quia non constat de mente, qua illam amice eius duxit in suã domũ: quoniam licet verisimiliter crede retur illã duxisse ad meretricadũ, si nõ occidisset eã; quia tamen occidit, verisimiliter credi potest deduxisse illã ad

SVM MARI VM.

- 1 In cap. per tuas. & in c. 2. de simonia. c in c. 1. fall. 7. de re iudic.

In d. cap. per tuas. & in c. 2. de simonia. c in c. 1. fall. 7. de re iudic.

In d. cap. per tuas. & in c. 2. de simonia. c in c. 1. fall. 7. de re iudic.

In d. cap. per tuas. & in c. 2. de simonia. c in c. 1. fall. 7. de re iudic.

In d. cap. per tuas. & in c. 2. de simonia. c in c. 1. fall. 7. de re iudic.

In d. cap. per tuas. & in c. 2. de simonia. c in c. 1. fall. 7. de re iudic.

a Super cap. non dicatis. 12. q. 2. num. 49. & seq.

b De sepult. c. huiusmodi.

d De sepult.

e Inter stipulantes. §. sacram. ff. de verbor. oblig. c. §. sacra. Instit. de re. rum diuini.

f 12. qu. 2. c. capi. nulli. de reb. ecclie. non alien.

g Ca. 2. de cõstit. lib. 6. c. 1. ff. de iur. iudic. omniũ iudic.

h Le. illud. ff. ad l. Aquil. c. dudum. 2. de elect.

a In d. c. licet.

b Ca. si pater. de testa. li. 6. c. leg. 1. ff. de vulg. d. Le. filius. ff. de re. ver.

c In 4. dist. 1.

In 4. dist. 2.

e De iudic. li. 6.

f Argula. de prescrip. ff. de public. in rem. act. ca. solita. de maior. & obed.

g De sepult. li. 6.

h In d. ca. licet. i. 2. q. 2.

k Capit. cum Martha. §. ca. seruum. de celebr. dist.

a De consecr. eccl. §. & an. su.

b L. 1. ff. de reg. iur. gloss. in leg. omnis definitio. eod. tit. c. in rub. eodem tit. lib. 6.

c Arg. ca. eccliam. de cõsac. dist. 1. c. toto tit. de sepult. i. decret. c. clem. d. 37. q. 7.

e In 4. dist. 1.

In 4. dist. 2.

e De iudic. li. 6.

g De sepult.

h Ca. 20. nu. 31.

a Sess. 14. c. 7. b De sepult.

c Ca. 27. nu. 34. & sequũ.

d In cap. per tuas. & in c. 2. de simonia. c in c. 1. fall. 7. de re iudic.

f De furis.

g In d. cap. per tuas. & in c. 2. de sepul.



sumenda vindictam de aliqua iniuria, quam putabat iuste vel iniuste sibi fuisse factam. Tum quia verisimile est ipsum occidere, cum Christianus esset, & ei communicaret Ecclesia, pramonuisse illam, vt se commendaret Deo, & doleret de peccatis suis: quoniam communiter id faciunt occisores vxorum suarum, & aliarum cognatarum, quas occidunt ferro clam propter earum delicta, & validum est argumentum à communiter accidentibus, si non constar de contrario.

3 Tum quod verisimile est eam, quæ, vt prædictum est, confessæ & communicata fuit, & non fuit mortua meretricando, siue meretricis officio fungendo, pronunciaffe Iesum vel alia signa contritionis dedisse, dum ferro appetere, quæ sufficiunt ad exhibendam præfatam sepulturam, dum non constat de contrario, vt habetur in ca. à nobis. b & tradimus nos latius in c. fin.

4 Secundo facit, quod non obstat præfatum ca. fures. cū adiectis ei à Panormitano & Anania: quia illa loquuntur de illis, qui furando, rapiendo, vel alias mortaliter delinquendo occidunt: nos autem agimus de illa, quæ non præsumitur occisa meretricando, seu meretricis officio fungendo; sed quia fecit prius aliquam aliam iniuriam amico suo, & forte denegando ei ad se ingressum, ita quod non fuit mortua in crimine, quod patrabat, sed pro aliquo alio, quod iam patrauerat, & cuius forte iam illam pœnituit: & ita non potest dici mortua delinquendo delictum quod patrabat tempore mortis; de quo loquitur glossa, d & omnes qui eam sequuntur. Per quas duas rationes tumultuariè libratas videtur nobis hæc pars negatiua verior. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Occidisse, etiam si reperiatur clauso ostio suspensus, nemo est in dubio præsumendus, vnde ei non debet ecclesiastica sepultura denegari, nisi sciatur quod seipsum occiderit.
- 1 Præsumptiones præsumptionibus eliduntur.

CONSILIVM VII.

Quidam monachus mane cōfessus, & absolutus à cōfessario, qui tota die, & vespera stetit latus. fuit inuentus mane mortuus intra suam cellam, ostio clauso, habens laqueum pendente ex collo, ipse autem non pendebat, nec omnino iacebat, sed quasi genuflexus extabat. Queritur an possit, & debeat in loco sacro sepeliri.

1 Perpendis quæ narratur in facto, & viso responso cuiusdā viri eruditissimi, iusti, ac religiosissimi super hoc prudenter & eruditè reddito, respondeo eiusdem opinionis esse me, cuius est ille, nempe, quod cadaver prædicti monachi potuit & debuit in loco sacro sepeliri, & quod malè fuit sepultum in loco profano; & consequenter potest & debet transferri ex loco illo profano, in quo fuit sepultus, & inferri in locum sacrum, propter ea quæ præfatus vir eruditissimus citat in suo responso partim accepta à viro eruditissimo Couarruua auditore olim nostro in Academia Salmanticensi feruentissimo; e & alia; quæ de suo addit, quæ confirmari possunt illa firmissima ratione, quod regulariter omnis Christianus debet, si fieri potest, in loco sacro sepeliri, iuxta textū & glossam, nisi in casibus exceptis. Nec obstat capi. placuit. § quatenus habet, seipsum occidentem carere debere sepultura: quia intelligendum est de illo, qui scitur esse occisus à seipso. at prædictus monachus non scitur esse occisus à seipso, nec præsumitur. Tum quia de nemine præsumendum est quod deliquerit, præsertim tam grande delictum, & tā abominabile conditioni & inclinationi humanæ, & maxime de confesso, absoluto, & communicato eodem die. Vnde mulier cadēs de cimba in fluuium iubetur sepeliri in loco sacro, etiam si fugiendo cecidisset; quia non præsumitur voluntariè ad se occidentam deiecit. i Tum quia indicia, quæ in contraria inducuntur, sunt exilia, & multis modis frangibilia. Ita intrepidè pars hæc tenenda est.

S V M M A R I V M.

- 1 Cadaver trāsferens an teneatur gabellam pro illo soluere, possit ve illam fraudare, non est ita clarum: possit tamen Pontifex id solo verbo concedere, & sic transferens esset tutus in conscientia.
- 2 Debens aliquid conuentu mercede minori aliis debita, animo

S V M M A R I V M.

fraudandi gabellam, sciente domino rerum, si adhibita in id ne detegatur mediocri prudentia, inopinato casu incidat in pœnas, non cogitur de suo soluere.

CONSILIVM VIII.

QVoniā cadauer, habita licentia, vt solet, superiorū, Roma Mediolanum sine pompa transferendum est; queritur, an si sub specie mercium deferatur, & gabellæ vel in statu Ecclesiæ, vel etiam extra eiusdem statum defraudetur, peccatum sit, & præterea maneat obligatio ad restitutionem, non obstantibus aut immemorata consuetudine, aut forte alicubi statutis de solutione in transfectione cadauerum.

1 An is, qui quoquo modo procurat, aut cooperatur in cadauere clam transuehendo; sciens certò fore, vt vector defraudet gabellas, acceptis solum 40. aureis; cum alicubi, si non merces, sed cadauer deportari intelligeretur, vix centum aureis satisfaceret, licet in scriptis Romæ concessa licentia transferendi ostenderetur, peccet, & restituere teneatur: & quid de curatore, vel exequutore testamentario, eo quod dederit 40. aureos ad cadauer clam deferendum, & præterea arcam ad fallendum aptissimam coemerit, qua ossa ad patrium tumulum deportentur. Quid demum fieri possit commodè, & tuta conscientia, sine solutione gabellarum, aut portuum, cum non videatur cadauer subici hi solutionibus.

1 Non miror, quòd vir vndequaque doctissimus dignetur super iis questionibus interrogare hominem vulgare & à sua eruditione longè alienum: arbitratus fieri, vt quòdoque abscondantur sapientibus, quæ reuelantur paruulis. Quod hac in re non contigit; cum, vt in ceteris, ita in ea nihil certi habeam, quòd respondeam, præterquàm quod didicerim à Iuriconsulto esse inciuile iudicare de lege, nisi tota ea perspecta: & quod non proponuntur videnda statuta terrarum, per quas præfatum corpus est transferendum, & an sint Papalia, an Ordinaria, & an approbata à Papa, vel simplicia, & an contineant excommunicationem ipso iure latam; & an Superiores, quorum licentia deferendum est, possint ea tollere, & an sustulerint.

Secundo, quod in iure Pontificio nihil habemus super huiusmodi questionibus præter extrauagantem primam de sepulturis inter communes, quæ tamè de sola exenteratione, & non de translatione cadaueris loquitur: neque glossa eruditissimi Ioannis Monachi quidquam huc pertinens habet.

Tertiò, quòd cum simus Romæ, & S.D.N. facilè possit consuli, & peti ab eius Sanctitate, vt vel solo verbo, & secreto deroget omnibus statutis, si qua sunt, quæ hæc translationem impedire possint, petendum est ab ea. Quo habito, certum est præfatum cadauer posse transferri licite coram Deo; & consequenter coram ipso quo ad forum interius cessaturum omne peccatum transferentium, consentium, & iuuantium.

2 Quarto, si præfato remedio perito, ij, quibus est onus transferendi illud, aliquo casu probabiliter ignorato, & non præuiso, inciderint in aliquas pœnas, non cogentur de suo soluere illas, tamquam qui prudenter negotia ipsi egerunt; licet casu qui prudentiam mediocrem excefferit, improuiso non cesserit eis res ex sententiâ, quæ apud prudentes erat probabilis, per multa, quæ in hoc adduci possunt. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Reliquia & corpora Sanctorum, quæ tradita sunt perpetue sepultura, vt etiam sunt reliquia incluse in altariibus cōsecratis, non possunt de vno altari seu loco transferri ad aliud etiam eiusdem ecclesiæ: quod si non sunt tradita perpetue sepultura, vt sunt quæ afferuntur in capsulis, & portantur in processionibus, possunt etiã extra ecclesiã ad alia loca trāsferri, nec subiacent dispositioni c. corpora. de consecrat. d. i.

CONSILIVM IX.

AN illa verba, Corpora Sanctorum non transferantur de loco ad locū sine licentia Principis, cōprehendat translationē de vno loco Ecclesiæ ad aliū locū eiusdē Ecclesiæ. 1 Respondeo primò, multa posse adduci pro vtraque parte questionis, quod nostræ occupationes non patiuntur. Secundo, quòd verba prædicta non includunt trans-

a Cap. corpora. de consec. dist. 1.

lationem corporum nondum perpetuè sepultura traditorū de vno loco Ecclesiæ ad aliū eiusdē ecclesiæ: quoniam non includunt etiam translationem de vna ecclesiâ ad alteram, per glossam tam per proximam, quàm per theoricam receptam, quæ fundat se in l. nec dum. Ergo à fortiori non includunt translationem de vno loco vnius ecclesiæ ad alium eiusdē; & consequenter non includunt reliquias corporum Sanctorum, quæ manent extra sepulturam perpetuam in sacrario, vel aliis locis, vnde accipiuntur, & efferuntur frequenter ad processiones, siue supplicationes publicas, vel priuatas Missas, vel alias deuotiones. Tertio, quòd verba prædicta includunt corpora Sanctorum, & partes eorum, quæ deputatæ sunt perpetuè sepultura, de vno loco ecclesiæ ad aliū eiusdē; quia non videtur negari posse ea non transferri de vno loco ad alium locum; quia non omnia loca eiusdē ecclesiæ sunt eadem loca, neque æquè honorabilia; immo sunt maxime contentiones inter summates, & mediocres, immo & infimates, alijs contententibus sua sepulchra debere esse sita propius altarium maioribus, vel aliquorū Sanctorum, quam alia aliorum, & alijs contradicentibus eis: cum consequens videtur, reliquias vel partes illas Sanctorum, quæ sunt incluse legitimè altaribus ad illorum consecrationem, non posse mutari de illis ad alia sine auctoritate legitima; quia videtur mutari de loco, cui iã sunt illæ perpetuè sepultura deputatæ. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Consentiens peccato alterius peccat mortaliter, vel venialiter, sicut est peccatum cui consentit, sed non statim sequitur, vt debeat eadē pœna puniri. n. s. nisi cōsentiat cooperando, vel nõ corrigendo, cum ad id ex officio teneretur, vel auctorizand. nu. 2. & num. 5. ad 2.
- 3 Excommunicatio lata in facientem aliquid, non ligat consentientem, nec desiderantem solum, nec mandantem, consulentem, approbantem, vt. nu. 5. nisi aliud exprimat. num. 3.
- 3 Religiosi non tenentur scire leges extraneas ab eorū instituto.
- 3 Cadauera laniare, vel exenterare præsumunt, vt de loco Christianorum ad alium locum sepeliendum portet, excommunicat extrauagans. i. de sepulturis cum mandatoribus, non tamen ligat superiorem monasterij assignantem defuncti propinquis locum; vbi hæc etiam eo præfente exequantur, ignorantem dictam pœnam. ac bona fide id præstantem, num. 4. & 5. qui potuit iuste illam ignorare, & credere hoc licere. num. 6. & seq.
- 4 Ignorantia legis, vel statuti excusat ab excommunicatione, & ab alia pœna non solita pro similibus imponi, etiam si sit lata contra aliquod prohibitum lege diuina & naturali, & nu. 5. maxime si sit posita intra corpus iuris inter extrauagantes communes. num. 6. immo & ignorantia iuris non clari, etiam naturalis & diuini, excusare potest à peccato mortali. num. 7.

CONSILIVM X.

QVidā nobilis Hispanus mortuus est, cuius corpus à suis consanguineis positum est in Ecclesia cuiusdam monasterij sub nomine depositi, quo tempore congruo in Hispaniam transferre possent: cumque hoc facere voluissent, compertum est corpus non esse bene conseruatum, sed male olere, quoniam adhuc caro ossibus hærebat. Verum consanguinei, volentes ossa commodè transferre, decreuerunt carnē ab ossibus separare, & petierunt locum à Priore conuentus, vbi hoc commodè facere possent. Tandem Prior, ipsis morem gerere volens, extra claustra conuentus præbuit illis stabulum, in quo in feruenti aqua, igne supposito, fuit corpus positum: & caro (aliquantulum temporis Priore præfente, qui ob factorem postmodum recessit) fuit consumpta, & ab ossibus separata. Modo dubitatur, an Prior sit excommunicatus, cum ex dictis videatur operibus illorum consensisse.

Respondeo: quoniam extra narrata in casu proposito relatum est nobis aliquos viros eruditissimos, & gymnastas in Academia exercitatos respondisse, præfatum Priorem non incurrisse excommunicationem, petij eorum respõsa, quæ profecto magnopere voluissent legere, vt eorumdem sententiam lætissimè sequeretur; sed responsum est nõ haberi copiam eorum.

a In d. ca. corpora. b C. de relig. & sumpt. funer.

1 Quare respondeo primò, quòd contra Priorem facit primo illud Pauli, Facietes & consentientes digni sunt morte. a & quod Prior prædictus consentit illi maleficio. Nam ex narratione casus colligitur ipsum fuisse superiorem stabuli, in quo delictum factum fuit, & assignauit illud ad opportunè illud faciendū: & quod præfatus fuit actui; etsi non toti, saltè parti eius: & quod, si voluisset poterat illum impedire, & prohibere, vt Superior monasterij.

2 Secundo, quòd delinquenti videtur consentire quis tribus modis, ad hoc vt puniatur sicut delinquens, vt ait glossa prædicti ca. notum. b Primò, cooperando. c Secundo, non corrigendo; cum ex officio tenetur, & potest iuxta cap. error. d ibi, Error, cui non restituit, approbatur. Negligere quippe cum possis peruersos, nihil est aliud, quàm fouere. Nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifeste facinorosi desinit obuiare. Tertio, cum sit eius auctoritate, e & prædictus Prior videtur cooperatus fuisse, assignando locum, & stabulum, & non corrigendo & impediendo delinquentes; cum posset, immo & auctoritatem delinquenti præstando.

3 Tertio facit, quòd extrauagans Bonifacij I. f non solū excommunicat facientem prædictum delictum, sed etiã attentantem, & pertractantem corpora humana tam inhumaniter, & facientem pertractare, & consequenter cōsentiendo per cooperationem vel auctorizationem, & difficile iuste negari potest quòd prædictus D. Prior non attentauerit, vel non fecerit aliquid ad pertractandum sic inhumaniter corpus humanum, vel quod non auctorizauerit, seu potestatem præstiterit illi actui.

Pro Priore tamen facit primò, quòd lex excommunicas facientem aliquòd delictum, non videtur includere solū consentientem in illo & desiderantem vt fiat, si aliud nõ concurrat, vt colligitur ex capit. cum quis? adiuncto capit. si quis suadente. h & clem. i. i cum glossa.

Secundò, quòd lex excommunicas facientē aliquid, non includit consulentem, nec mandantem; nisi eadem lex, vel alia similis, cuius auctor id facere possit, illud exprimat, vt nos tradimus in Manua. confess. k post Caetanum & alios.

Tertiò, quòd non probatur ipsum sciuisse tam exorbitantem pœnam esse à iure impositam faciēti huiusmodi delictum: & præsumitur ignorantia, vbi non probatur scientia, l & ignorantia legis excommunicantis videtur excusare ab excommunicatione, m & quod religiosi non tenentur scire huiusmodi leges de rebus ordini suo adeo extraneis disponentes. n

4 Quarto, quòd lex puniens præsumentem aliquid facere, non videtur includere facientem illud simplici animo & bona fide absque dolo malo, iuxta doctrinam singularem Cardinalis, o quam post alios nos quoque applicauimus defensionis eorum, qui ordinantur bona fide simplici animo ante legitimam ætatem ordine sacro, in repetitione ca. accepta. p Et prædictus Prior non consentit prædicto delicto dolo malo, sed bona fide, putans id esse licitum.

Quintò, quòd excusat ab excommunicatione ignorantia statuti imponentis pœnam illius, etiam pro facto de se illicito, per c. 2. q & quod idem dicendum est de excommunicatione imposita per legem Papæ; præsertim quo ad forum conscientia, vt nos dicimus in d. Manual. r

Sextò quòd licet ignorantia communiter nequeat esse iusta circa legem naturalem, vel diuinam, quo ad eius dispositionem; & quatenus est talis; potest tamen esse iusta quo ad pœnam humanitatis statutam, si illa est excommunicationis, secundum Antonium, spro quo est casus in ca. 2. immò etiam si sit alia qualibet communiter non statuta, eadem ratione, vt efficaciter defendimus in ca. 2. v post S. Antonium, s sub finem, cui cōsentit Angelus, v & Siluester, z & Caictanus, quòd maxime procedit in foro conscientia.

5 Septimo facit ratio noua, per quam proximū præcedēs fundamentum defendimus neuolissimè in d. Man. b Cili-cæta, quòd excusatur quis per ignorantiam iuris ab omni pœna valde extraordinaria, & exorbitante, & præsertim ab excommunicatione per statutum & legem generalem Papæ lata, etiam pro facto de se illicito, quòd scit esse illicitū, sed ignorat illā pœnam extraordinariam &

a Leg. neque natus. C. de probatio. & ca. in praesentia. eod. titu. cū eis adnot.

b 2. de sen. ex commu. c De pœnit. dist. 7.

d Super d. ca. ex parte il. 2.

e In 2. 10. re sol. li. 2. cap. 1. num. 11. f Ca. ex parte. 2. de sepul. turis. g 23. q. 5.

h Le. merito. ff. pro socio. & c. 2. de regul. iur.

i Dico ca. ex parte. 2.

a Ad Rom. 1. & c. notum. 2. q. 1. ca. 1. de off. deleg.

b Verbo consentientem. c Cap. si quis Episcopus. 2. q. 1. d 83. dist.

c Ca. qui alio rum. 2. 4. q. 3.

f De sepul. inter comun.

g De sentent. excomm. li. 6. h 17. q. 4. i De consang. & affin.

k Ca. 27. nu. 51.

l Ca. præsumitur. de regul. iuris. li. 6. m Cap. 2. de consuet. l. 6. n Ca. non magno. ne cler. vel monachi. & c. 2. adiun. ita glossa de postula. o In clem. 1. de priuil. qu. 39. p De restit. spoli. oppo. 8.

q De consuet. li. 6. r Cap. 27. nu. 16.

s In ca. à nobis. 1. de sent. excomm. t De consuet. li. 6.

v De consuet. x 3. par. titu. 24. ca. 33. y Verbo ignorantia. §. 4. z Verbo ignorantia. qu. 8. a 2. 2. qu. 76. art. 3. col. 2. b Ca. 27. nu. 274.

exorbitantem esse impostam, vt ibidem videri potest ad multorum seruorum Domini consolationem.

Octauo facit, quod ad opposita responderi potest. Ad primum quidem concedendo, omnes, qui consentiunt alicui facto, quod est peccatum, & sciunt illud esse tale, peccare venialiter quidem, si est veniale, & mortaliter, si est mortale; & consequenter predictum Prior, si sciebat praefatum factum esse peccatum mortale, mortaliter peccasset: negando tamen ex hoc inferri, omnes, qui consentiunt peccato mortali, quod sciunt esse mortale, incurere excommunicationem pro tali mortali latam, vt est casus adiuncta doctrina Doctorum communi. in ca. cum quis. a quod habet, eum, cui placet percussio clerici, peccare quidem mortaliter, sicut & percussorem, sed non incurere excommunicationem, nisi percussio fuerit facta eius mandato, vel eius nomine, secuta ratificatione ipsius: & est exemplum clarius in d. Clementina r. b. adiuncta glossa, quae habet, contrahentes matrimonium intra gradum consanguinitatis prohibendum, vel contra votum solemne ordinis, vel religionis, peccare mortaliter, incurereque excommunicationem, sed non eos, quibus placent illa, & approbantes. Exemplum est etiam quotidianius in c. si vero. c. cum suis similibus, quae habent, percussorem iniuste clericum, quem iuste putabat esse laicum, peccare quidem mortaliter, sed non incurere excommunicationem propter ignorantiam, quae excusat ab illa poena, sed non a peccato.

Ad secundum responderetur eodem modo, quo ad primum; nempe concedendo tribus modis posse quem consentire peccato, vt puniatur sicut faciens; negando tamen, quod quoties consentiat peccato, toties incurat poenam impostam pro illo, vt per exempla praedicta patet: & consequenter negando, quod praedictus Prior, eo solo quod consensisset ad effectum incurrendi peccatum, censendus sit excommunicatus, per responsum ad primum, & alias rationes suoadictas, per quas, etiam si non excusaretur a peccato; excusatur tamen a sententia excommunicationis, quae est omnium poenarum spiritualium maxima. d.

Ad tertium autem responderetur primo, non probari, quod praedictus Prior sciebat illud factum fuisse peccatum mortale. Nec obstat, quod extraneus praedicta significat, illud esse peccatum contra ius naturale, quod nemini licet ignorare, argumento §. notandum. e. cum ei adnotatis: & quod ignorantia iuris non excusat. f. Non inquam hoc obstat: quia multa concurrerant, propter quae praedictus Prior probabiliter potuisset illud ignorare.

6 Tum quia praedicta extraneus non est posita intra corpus iuris communis, & multis etiam doctoribus vtriusque iuris est incognita. Tum quia non est directè contra illud praecipuum Decalogi quoniam non fuit occisio, neque mutilatio; neque percussio hominis, quae directè ventantur per quantum praecipuum Decalogi, sed quaedam diuisio, & partitio cadaueris, quod palam est non esse hominem. Tum quia quotidie videmus cadauera mortuorum iudice mandante diuidi in quatuor, & multo plures partes, non solum ad sepeliendum, quod est actus religionis, sed etiam ad suspendendum in compitis, & quadruis, & ad comburendum, & ad faciendum anatomias, & aliquot medicamenta, quae medici & pharmacopolae frequenter componunt, & de licentia saltem Papae ministrant. Immo & chirurgi frequenter absciunt membra hominum viuentium vt viuunt vitam corporalem. & poterat homini adeo spirituali videri quod iustius poterant membra mortui diuidi quo ad suam vitam spirituales melius in alio loco consequendam. Tum quia praedicta extraneus inuit illud factum per se, & intrinsecè non esse malum, & quod fieri potest licitè sine vlla licentia in terris, in quibus non sunt sepulturae Christianae sacrae: quoniam, vt & nos post alios adnotauimus in extraneis praedicta relata in dict. Manu. confess. g. non habet illa locum in terris infidelium, vbi non sunt sacrae sepulturae neque in eo, qui facit illud alio fine, praesertim bono, neque si faceret de licentia Papae; immo fortè id fieret de licentia Regis secularis quo ad alium finem, quam ad sepeliendum in alio loco: & quod ministri illius facti erant Catholici timentes Deum: & quod vt fertur, Prouincia-

lis religionis id sciuit, & ordinauit; cuius ordinationi, vt Superioris, parere tenebatur Prior in dubio; a & quod factum fuit publicè, & quod iudices neque seculares neque Ecclesiastici punierunt eos ob illud factum: & quod Prior erat vir religiosissimus, & intentum principale ipsius fuit facere, quod in decreto depositionis iubebatur, & facere voluntate expressam, vel tacitam Prouincialis, & sui conuentus: & quod etiam alij monachi dici poterant communicasse, vel consensisse illi facto.

7 Per quae omnia, immo & maiorem partem eorum, profecto praedicti Priori iuranti se putasse id fuisse licitum, credendum videtur: & palam est apud omnes iuriscōsultos, quos breuitatis gratia non citamus, ignorantiam non solum facti excusare, vt habet praedicta regula ignorantia. sed etiā ignorantia iuris dubij, etiā naturalis, & diuini; quales sunt multae leges naturales, & diuinae, quae non sūt principia illorum, neque conclusiones proximè ex illis deductae, quales sūt leges Decalogi, sed longè remotiores per Doctorum discursus deriuatae, qualis est praedicta extraneus vetans praedictam exenterationem. Secundo respondemus ad praedictum argumentum tertium, quod praesupposito id, quod non putamus, esse verum, scilicet praefatum Priorem peccasse, vt supra dictum est, consentiendo: negandum tamen est, eum incurrisse praedictam excommunicationem, neque ob eius incursum vniquam punitum iri à D. N. Iesu Christo, qui nos omnes saluet, Amen.

DE PAROCHIIS, ET ALIENIS PAROCHIANIS.

S V M M A R I V M.

1 Habitatio, quam quis in noua parochia, retento primo domicilio, puta ex causa rusticandi, vel fugiendi periculum pestis, vel inimicorum, ad tempus elegit, licet operetur, vt non sit viator, nec peregrinus; non tamen operatur, vt à nouo parochia possit sacramenta voluntaria, vt est matrimonium, accipere; nisi forte tantum distet à primo domicilio, quod ad illud non possit commode pro illis accedere: quia tunc, modo absit fraus, sufficeret. nu. 3. mutatio autem domicilij verus efficitur secunda parochia parochianus. num. 2.

CONSILIVM I.

Q U I D requiratur, vt quis ratione habitationis efficiatur parochianus alicuius parochiae, & praesertim in sacramentis voluntariis, vt in matrimonio?

1 Respondeo primo, quod sufficit, quod habeat domicilium habitationis, etiā per translationem alterius domicilij habitationis, quod alibi habebat, per c. vl. b.

Secundo, quod non sufficit habitatio, quam quis habet vt peregrinus, & viator. c.

2 Tertio, quod non requiritur, vt ibi habeat, vel nouè contrahat domicilium habitationis; per glossam, d. quae habet Scholasticorum parochum esse illum, in cuius parochia habitant; quos tamen constat non habere domicilium habitationis ibidem, cum habeant animum reuertendi ad suas patrias, in quibus habent domicilia habitationis secundum omnes.

3 Quarto, quod non sufficit quelibet habitatio efficiens, ne quis dicatur peregrinus, vel viator iuxta. c. is qui. e. quod probat, eum, qui de oppido aliquo vadit ad villam alterius parochiae, causa recreationis, vel agriculturalis, non effici parochianum illius parochiae, sed permanere parochianum Ecclesiae oppidi, cuius erat antequam illuc iret, licet aliquo tempore ibi habitet; quod ipsum est dicendum de illo, qui causa pestis, seditionis, vel belli fugit à sua parochia, primo quoque tempore, quo potuerit, reuersurus per allegata à Panormitano. f.

4 Quinto, quod videtur sufficere habitatio bona fide & sine fraude suscepta in aliquo loco, vnde non potest commode reuerti ad sumenda sacramenta in loco parochiae, vbi habebat domicilium. Tum per praefatam glossam singularem. g. Tum quod alioquin mercatores & stipendiarij degentes in longinquis à suis patriis regionibus carent proprio parochio; quod videtur contra mentem, ca. omnis, h. & Innocentij & aliorum scribentium & rationem naturalem.

a De sent. excomm. li. 6.

b De consanguini.

c De sentent. excommuni.

d Cap. corripitur. 24. q. 3.

e l. q. 7. de regul. iur. lib. 6.

g Ca. 27. nu. 105.

a Capi. quid culpatur. 23. q. 5.

c In l. assumptio ff. ad municipalem. d In l. filios. C. de muni. & ori lib. 10. c. in c. Rodolphus. nu. 9. de rescriptis. f In l. huiusmodi. §. legatus ff. de leg. 1. g In d. §. legatum.

b De paroch. c. l. haeres absens. §. proinde ff. de iudi.

d Clem. 1. de privileg. verbo parochialis.

e De sepult. li. 6.

f Capit. quod clericus. ann. 4. de foro competenti. c. in matrimon. de sepult. g D. elem. 1. de priuil. h De penit. & remiss.

Sexto, quod habitatio fraudulenter in praedictum parochi proprii, vel alteri parochi, habita in aliquo loco ad affectum acquirendi nouum parochum, non sufficeret, Tum quia fraus & dolus nemini debent patrocinari. a Tum quia malitius hominum obuiandum est. b Salua, & c.

S V M M A R I V M.

1 Natus matre extra proprium domicilium ad tempus morante, in domicilio matris censetur natus, censeturque originarius illius, & non loci, vbi naturaliter natus fuit.

2 Legis mens magis attendenda, quam verba. Parochianus censetur mori intra ecclesiam suam, licet alibi manendo cum animo reuertendi ibidem moriatur.

4 Possessor bona fidei triennalis: si non adsit simonia, nec violentia facit suum beneficium.

CONSILIVM II.

M V L I E R habens domicilium in vna parochia, peperit in alia, vbi causa recreationis, pestis, vel alterius impedimenti habitabat ad aliquod tempus, animo reuertendi ad suum domicilium cessante impedimento.

Quaeritur primo, in vtra illarum parochiarum filius eius dicatur natus, ad obtinendum beneficium debitum filio nato in illa parochia. Secundo, quid si praedictus filius obtinuerit simile beneficium in parochia, in qua habebat mater domicilium, & illud ultra tres annos possiderit.

1 AD PRIMAM respondeo diuersas videri opiniones in ista materia, vt refert Alexander Imola ad Bartholum, e qui per verbum forte, inclinatur in opinionem, quae habet dicendum esse quem natum esse in loco, in quo verè natus est, & ibi habere domicilium. Bartholus autem, d quem sequitur Abbas, e & idem Bartholus, f inclinatur in contrarium, vbi Baldus idem videtur tenere; licet Iason, g videatur tenere priorem, ea ratione quod aliud est dicendum de his; quae ad destinationem animi pendunt, & aliud de his quae pendunt, à legis dispositione. Tum quod veriorum puto opinionem Cini, Baldi, & Bartholi. argumento praefati §. legatum. qui habet, ancillam quae mortis testatoris tempore erat in fuga, & peperit in ea, censendam esse, peperisse in fundo, in quo conseruauerat esse, ad hoc, vt ipsa & partus includerentur in legato seruorum, qui essent in illo fundo tempore mortis testatoris.

2 Tum denique quod mens legis est magis attendenda, quam verba eius, h & quod id est habendum pro lege, quod legislator interrogatus, cum eam ferebat, respondisset, iuxta glossam singularem, i & quod de mente statuentium, vt beneficium aliquod debeatur nato in aliquo loco, non videtur esse excludere illum; qui fuerit natus extra illum locum, eo quod mater eius peperisset eum alibi, quo iussit causa recreationis, pestis, belli, vel alius impedimenti, cum animo reuertendi cessante impedimento vt contigit in casu proposito.

3 Tum quia parochianus alicuius Ecclesiae videtur mori intra parochiam suam, licet moriatur extra illam, vbi aliqua de causa praedictarum manebat cum animo reuertendi ad illam sine voluntate mutandi domicilium. k

4 AD SECVNDAM, quod mea sententia praefatus filius iuste tenuit praefatum beneficium, si bona fide credidit titulum sibi datum fuisse canonicum. Tum quod in ea sum opinione, vt credam beneficiarium, qui triennio bona fide possedit beneficium sine simonia & violentia acceptum, facere illud suum, cum glossa antiqua regulae de triennali possessore per rationes ipsius, quas deducit neruosas, & per alias, quas addit Petrus Rebuffus, l attestans illam teneri à praetoris Gallicanis, quae parlamenta vocantur, prout in consil. 30. m diximus.

S V M M A R I V M.

1 Pena parochi, cuius culpa parochianus sine penitentia moritur, est arbitraria, cum nulla reperiat in iure decreta.

CONSILIVM III.

Q V A E R I T V R quae poena sit sacerdotis, cuius culpa effectum est, vt parochianus decesserit sine sacramento.

1 Respondeo primo, quod pro tali culpa generaliter est nulla, quod meminimus, ipso iure, nisi amissionis gratia gratum facientis Dei, si culpa peruenit ad gradum, quo

esset mortalis: per sententiam autè imponitur arbitraria iuxta culpae quantitatem, secundum illud, iuxta mensuram delicti sit & poenae modus. a & cap. non afferamus. b & iuxta iura, quae ad negligentiam puniendam citat glossa celebris. c

DE DECIMIS, PRIMITIIS, ET OBLATIONIBVS.

S V M M A R I V M.

1 Decimis in soluendis consuetudo in primis est seruanda. cum autem nihil solui debeat illis parochialibus, per quas oves trahuntur. num. 2. & 3. & decima ouium sit mixta, n. 8. quae pro parte debetur Ecclesiae domicilij domini, & pro parte parochiae, in qua oves pascuntur, num. 9. sequitur, vt vna pars debeatur illi Ecclesiae, quae pro se habet consuetudinem, nu. 1. altera verò pars pro vna dimidia detur Ecclesiae domicilij, & pro altera dimidia detur illi, vel illis Ecclesiis proportionabiliter, in quarum territorio pascula accipiunt. numero 10.

5 Parochianus tenetur decimas personales soluere parochio sui domicilij, qui ex obligatione offert pro ipso sacrificia & orationes, ac tenetur sacramenta ministrare, & non parochio illius parochiae, in qua etiam per annum moram trahit, qui ei de facto, sed non ex obligatione sacramenta ministrat.

7 Decima personalis debetur iure communi Ecclesiae parochiali, praedialis autem Ecclesiae, in qua sunt praedia, pro quibus soluitur; mixta autem, pro parte pro qua est personalis, sequitur naturam personalium; & pro parte pro qua est realis, sequitur naturam realium. numero 9.

8 Decima ouium licet ab aliquibus dicatur praedialis; attamen verior est, quod sit mixta propter multam industriam hominis, quae in hoc requiritur: vnde lac, lana, factus earum dicuntur fructus industriales sicut & oliua.

CONSILIVM I.

A D Quætionem Illustris Comititis, qua quaerit, cui debeat soluere dimidium decimae ouium suarum, quas mittit quotannis pasceudas in monte Stella.

1 Respondeo sequentia. Primum, quod in hoc seruanda est consuetudo diu obtenta, vt ait S. Thomas, d & ante illud glossa, e quod dictum corroborari, ampliari, & declarari potest per illa multa, quae adducunt Panormitanus & alij, f & Felinus, g & alij multi alibi, quos allegat Franciscus Baldus, h & eruditissimus Didacus, i

Secundo, quod ex hoc sequitur, non esse dubium de dimidio praedictae decimae, quod sit soluendum propter pascula montis Stella; quia in casu praesupponitur, quod consuetudo habet, vt dimidium decimae ouium, quae transferuntur pasceudas ad dictum montem tempore aestiuo, debeat ibi solui; cum per primum dictum consuetudo illa seruanda sit.

2 Tertio, quod nihil de praefata decima debet solui Ecclesiae illarum regionum, per quas transeunt oves praedictae ad praefatum montem Stella; & redeunt ab illo in alia pascula hiberna. Tum quod licet in partibus innumeris Hispaniae, cuius pars est Portugallia, in qua mons Stella situs est, oves mutant pascula, & in hyeme morentur in alijs, & aestate in alijs longe sepositis, & necessario eundo & redeundo pascant in pascujs variorum locorum, & pagorum, nullibi tamen soluitur quidquam de decimis Ecclesiarum parochialibus eorum.

3 Quod iustificatur ex eo, quod de minimis non est de praecipuo decimandum, secundum S. Thomam, communiter receptum, k & passio illa transitoria est parua, & non tanti momenti, vt ob eam debeat solui vlla decima. Tum quod esset moraliter impossibile iudicare rectè, quae particula deberetur eis solui, & computatio tanti, vel paulò minoris constaret, quam particula soluenda valeret; & non est maior impensa facienda, vel maior labor assumendus, quam res ipsa valeat. l

4 Quarto, quod illo anno, quo toto residuo tempore, excepto tempore, quo pascentur oves in monte Stella, & quoeunt ad illud, & redeunt ab illo, pascentur in pascujs parochiae suae, alterum dimidium decimae proculdubio debetur ei; quia, cum illud debeatur alicui Ecclesiae, & non debeatur alicui Ecclesiae motis, nec alicui locorum, per quae trahunt eundo & redeundo, nec morentur in aliarum Ecclesiarum

a Deuter. 25. b 24. q. 1. c In cap. ea qua. de offic. archid.

d 2. 2. qu. 87. art. 3. ad secundum. e In cap. cum contingat. de decim. verbo. de iure communi. f In ca. in aliquibus. §. fin. de decimis. g Ca. causam qua de pasca. h In 1. quinta partis principis. 7. de praescrip. i Lib. 1. v. var. resol. cap. 17. num. 8.

k 2. 2. qu. 87. art. 2. ad 3.

l L. mediterranea. C. de anno & trib. li. 10.



Instit. de oblig. qua ex tract. n. in princ. & ca. si enim. de pot. dist. 2.

Ca. 3. de sepulch. li. 6.

L. ascriptio. §. viri prudentib. ff. ad municipa. & d. ca. 3. de sepulch.

d. 2. q. 87. art. 3. ad 2. c. lib. 6. q. 4. de iur. & iur.

In clem. 1. q. 10. de decimis. g. libid. nu. 10. In mercu. reg. qui prior. de regu. iuris. li. 6.

In summa. k. In c. ad A. postolica. de decimis. l. i. 6. de iust. & iur. q. 4.

In summa de decim. §. quot sunt beces. n. In summa ver. decima. in princ. o. Ca. 21. nu. 29.

In d. ca. ad Apostolica. de decim.

pascuis, consequitur necessario illud illi deberi, argumēto à sufficiente partium enumeratione, quod est validū. Quinto, quod Ecclesia parochialis præfati Diuus, Comitibus non definit esse Ecclesia parochialis ipsius, eo quod eius excellentia causa comitandi Regem, vel fugiendi pestem, vel recreandi animum, vel agendi alia negotia, vel causa belli manserit aliqua parte anni, vel etiam toto anno extra illam; nisi manserit ibi animo transferendi domicilium suum illuc in perpetuum, & ideo cessat exorbitantia, quam videretur concipere, eo quod aliquot annis præteritis multis partibus eorum vixit extra ciuitatem, in qua habet domicilium. Nec obstat, quod potest quis habere domicilium in duobus locis, si quæ utrobique se collocauerit, non inquam hoc obstat quia qui in vno loco habitat animo constituendi, vel conseruandi domicilium, & in alio loco habitat sine animo id faciendi, sed propter aliquam causam prædictam accidentalem, non se collocat tantum in hoc, quantum in illo etiam si maiore tempore habitat in hoc, quam in illo. Non etiam obstat, quod, ut prædictum est, decima personalis debetur Ecclesiæ, eo quod in ea percipiatur sacramenta, & audiatur diuina: & quod eius excellentia, cum abest à domicilio ob aliquam prædictarum causarum, in aliis Ecclesiis percipit & audit illa: quia non percipit ex obligatione, qua Ecclesiæ illa tenentur ei ministrare, sicut Ecclesia domicilij, quæ etiam pro ipso absente tenetur offerre, & offert sacrificia; & facere, vt facit, alia diuina pro alijs præsentibus; & ob hanc obligationem, qua illa Ecclesia tenetur ei ad hæc, ipse quoque tenetur ad soluendas decimas personales, & non alijs, quæ non tenentur ea illi facere, vt colligitur ex mente ca. ad Apostolica. & aliorum iurium de hac re statuentium, & subtiliter explicatur ab vtroque Thoma, & quicquid murmuraret Dominicus Sot. Augerur tamen quæstio ex eo, quod in hoc casu videtur decima diuidenda in tres partes, & soluenda tribus Ecclesiis, videlicet Ecclesiæ motis, & Ecclesiæ, in qua habet D. Comes domicilium, & percipit sacramenta, & in qua oues in hyeme pascua pascunt.

Ad quam quæstionem applicari possunt ea, quæ Cardinalis adducit, & Ioanes Imola, s post alios à se relatos; qui ambo faciunt mentionem de decima ouium diuidenda in tres partes; sed nec apud eos, nec apud Ioannem Andream: nec apud Innocentium Cardinalem Panormitanum nec citatos ab eis, nec apud aliquem alium Theologum aut Canonistam puto inueniri decisionem huius quæstionis: licet enim inueniatur apud eos decisum, quod decima ouium debeatur multis Ecclesiis, quando multarum Ecclesiarum prædia pascuntur; non tamen attingunt, quid sit agendum, quando oues pascunt prædia diuersarum Ecclesiarum, & dominus earum habet domicilium in alia diuersa Ecclesia, cuius prædia non pascuntur: & paucissimi eorum explicant qualis sit decima, quæ debetur de agnis, lana, & lacte, siue caseo: nam Goffredus, post glossam, & fere omnes dicunt eam prædiale. & Dominicus Sotus, in duobus vel tribus locis parui facit differentiam decimæ prædialis, & personalis, contra ferè omnes alios; cuius dictum licet quo ad quid defendi possit, simpliciter tamè non est verum, nec ipse, nec alij communiter faciunt mentionem de tertia specie decimæ, quæ dicitur mixta, de qua tamen necessariò facienda videtur, vt fecit præ omnibus alijs Hostiensis, cuius dictum eo non citato sequitur Angelus à Clauasio breuiloquus auctor, quod nos quoque posuimus in Man. confess. sed nec Hostiensis nec alius, nec nos tangimus, an decimæ mixtæ debeat solui aliter, vel alijs, eo quod sunt mixtæ, quæ prædiales: ex cuius declaratione pedit huius quæstionis decisio. Septimò, dico, quod videtur sententiam receptam habere, quod decima personalis soluenda est iure communi Ecclesiæ parochiali, in cuius parochia domicilium habet is, qui eam debet propter sacramenta, & diuina, quæ ibi percipit, & audit; & quod prædialis debet solui Ecclesiæ, in cuius parochia sit prædium, ratione cuius illa debetur, iuxta glossam communiter receptam. Vbi est expressa de hoc Papalis decisio.

Octauo, quod præfata glossa tenet decimam animalium esse tantum prædiale, & deberi Ecclesiæ, cuius pa-

rochiæ pascua pascuntur; & pluribus Ecclesiis, si plurium parochiarum pascua pascuntur: quæ glossa communiter approbatur ab ijs, qui non meminerunt, quod decima animalium dicatur mixta à multis, in quibus sunt Hostiensis & Angelus, pro quibus facit, quod industria domini & custodis multum operatur circa fœtum, lac, & lanam earum, propter quod fœtus dicitur fructus industrialis, & non naturalis; secundum Baldum, & oliua dicitur fructus industrialis, & lana, & lac, iuxta glossam, & quam sequitur Bartholus, & Panormitanus. Quorum qui opinionem tenuerit, dicere debet, decimas mixtas diuidendas esse inter Ecclesiam, cuius parochianus est qui eam debet, & inter Ecclesiam vel Ecclesias, cuius, vel quarum parochiarum pascua pascuntur animalia: eo, quod qua parte sunt personales, debent sequi naturam personalium, quæ debentur Ecclesiæ domicilij; & qua parte sunt prædiales, debent sequi naturam prædialium, quæ debentur Ecclesiæ, vel Ecclesiis prædiorum depastorum: ita vt in simili triplex cum sit actio, personalis; realis, & mixta; illa quæ est mixta, qua parte est realis, sequitur naturam realis; & qua parte est personalis, sequitur naturam personalis, vt colligitur ex §. omnium. adiecto §. quedam. s cum eis adnotatis. & sicut cum triplex sit actio rei, persecutoria, pœnalis, & mixta; illa quæ est mixta, quatenus est rei persecutoria, sequitur naturam persecutorie; & quatenus pœnalis, naturam pœnalis, vt colligitur ex §. ex maleficijs. h & sicut stipulatio mixta de dando & faciendo sequitur partim naturam eius, quæ est de dando tantum, & partim naturam eius, quæ est de faciendo tantum. Facit etiam quod dicitur de illo, qui est Episcopus & Canonicus euilidè Ecclesiæ i & de eo qui est iudex simul, & arbiter, & arbitrator, & denique de quolibet qui habet duo officia diuersa iuxta l. 2. & ca. cum olim. m adiuncta glossa cum ei per omnes adiectis.

Nono, quod in casu quæstionis propositæ in sexto dicto D. Comes videtur teneri soluere dimidium totius decimæ prædictarum ouium Ecclesiæ montis Stellæ, & dimidium alterius dimidij, hoc est quartam partem totius decimæ Ecclesiæ suæ parochiali, & alterum dimidium dimidij prædictæ decimæ; hoc est quartam partem ei Ecclesiæ, cuius prædia in hyeme præfatæ oues pascuntur. Horum trium dictorum primum ea firma ratione nititur, quod cœsuetudo antiqua illius regionis habet, quod nutritores ouium, quas pascendas tradunt ad prædictum montem, soluant dimidium decimæ ibi; & illa consuetudo non habet in nostra quæstione contrarium: immo indubitatè significatur, quod Ecclesiæ parochiali debeatur aliqua pars. Neque obstat, quod etiam in eadem quæstione significatur, quod dimidium totius decimæ debetur: tamen hoc dictum habet, quod non debet solui ei nisi dimidium dimidij. Non inquam hoc obstat; quia id intelligitur: quando oues pascuntur sola pascua parochiæ domicilij tota hyeme. At in quæstione in sexto dicto proposita ponitur, quod oues pascuntur tota hyeme pascua alius Ecclesiæ. Tertium autem probatur ex eo, quod secundum omnes debet habere suam partem Ecclesiæ, cuius pascua pascuntur oues morando & manendo in eius parochia: & cum per consuetudinem dimidij totius decimæ debeat habere Ecclesia montis Stellæ, & tam iure quam consuetudine illius regionis Ecclesia parochialis debeat habere suam partem; necessarium videtur, vt alterum dimidium diuidatur inter Ecclesiam parochialem, & illam cuius pascua oues pascuntur & si oues pascuntur in hyeme pascua duarum, vel plurium Ecclesiarum illa quarta pars esset diuidenda inter illas Ecclesias pro rata temporis, quo pasceretur oues in earum parochiis, ex mente Cardinalis & Imolenis, Salua, & c.

SVMMARIVM. Decimas, præsertim prædiales, soluere iure diuino tenentur omnes: quæ autem, quæ secundum veriorum contrarium nunc debentur, est de iure positivo, num. 3. immo & quo ad aliquot prædij vel prædia, modo parochia remaneat sufficiens sustentatio in totum, ne debeantur per laicos possessores prædiorum, est præscriptibilis, n. 5. at ob peccatum non soluendi debitas decimas, nisi sit notorium, non potest parochus propria auctoritate non soluendis sacramenta denegare n. 2.

Vbi supra. b. Le. ancilla. c. de iur. c. l. si eius. ff. de rei vend. d. §. si quis à non domo. verbo cura in sum. de rerum diu. c. l. ex diuerso nu. 3. ff. de rei vend. f. Cap. granis de res. spol.

Instit. de act.

Instit. de act. In c. cum in Ecclesia. de preben. lib. 6. c. ca. a collatione. de appell. li. 6. k. Cap. nisi de preben. ff. de officio procons. leg. si quando. C. de appellat. m. De re iudic. c. ex littera de probat.

In d. clem. 1. de decim.

CONSILIVM II. AN parochus, qui est in possessione exigendi decimas intra certos limites, possit repellere à sacramentorum perceptione quosdam particulares recusantes soluere decimas, sub prætextu, quod numquam eas soluerint, stante maximè quadam declaratione Senatus Veneti, quæ sic habet, Cum hac declaratione, quod illa terra, seu possessiones, quæ soluerunt quartasium, debeant continuare in solutionibus consuētis. Arguendo à contrario sensu: Ergo qui non sunt soliti, non debent soluere. An inquam possit eos repellere tamquam pertinaciter in peccato persistentes. Ad hanc quæstionem respondeo primò, illos parochianos, de quibus in ea queritur, peccare mortiferè nolendo soluere decimas. Tum quia iure communi, siue diuino, siue humano, omnes tenentur soluere decimas, præsertim prædiales, secundum omnes, & prædicti parochiani nullum titulum iustum allegant, per quem eximantur à solutione illarum, cum præsupponatur in facto, eorum auctores, & à quibus præfata prædia ipsi habuerunt, soluissè decimas, & ipsosmet fuisse ministros recipiendi eas, & consequenter non possederunt libertatem non soluendi eas bona fide, cui consequens est eos non vlcepisse, nec præscripsisse illam, cum possessor mala fidei nullo tempore præscribat. An autem sint repellendi à sacramentorum frequentia per parochum auctoritate propria, dicitur quod non. Tum quia nemo potest sine causa cogitatione alium iuris sui vsu priuare: quia illud esset auctoritate priuata priuare, quod non est licitum, & etiam si esset iudex. Tum quia nemo debet esse iudex in causa propria, & etiam si alias sit iudex. Tum quia rector, seu parochus, qui priuat parochianos vsu sacramentorum, videtur spoliare eos, vt tradit Lapas, f quod vt dictum est, non licet facere.

Non obstant allegationes doctissimorum viroꝝ mihi præsentate, quibus concludunt prædictos parochianos teneri ad soluendas decimas. Tum quia præsupponunt vnà conclusionem, quæ licet à nostris communiter teneatur post Innocentium, & alijs, falsa tamen est, vt nos breuiter retulimus in Man. confess. scilicet quod decima debeatur quo ad quotam iure diuino post passum Christum, & obliteratam legem veterem quo ad præcepta iudicialia, & caeremonialia: non enim debentur iure naturali, nec diuino positivo, nisi quo ad sustentationem necessariam, siue competentem ministrorum, seu parochorum. Tū quia prædictorum Doctorum responsa non sufficiunt ad priuandum eos iure suo, donec feratur à competenti iudice sententia, vt palam est. Non enim faciunt peccatum adeo notorium, vt possint repelli à sacramentis, iuxta ea, quæ tradimus in d. Man. k cum non sint constituti in peccato cõfesso per eos in iure, quod sit mortiferum, neque quod rei euidencia sit tale, neque per sententiam iudicis, quæ transierit in rem iudicatam: quibus tribus modis sit peccatum notorium, iuxta tradita, per Antoninum, Panormitanum, & alios.

Et quo ad fundamentum eorum, qui se defendunt per cõstitutionem Serenissimi Venetorum Senatus, nihil potest eis prodesse, vt præfati eruditissimi consulentes respondent. Tum quia, vt eruditè illi dicunt, argumentum à contrario sensu nihil valet ad probandum contrarium eius, quod alio iure statuitur, vt glo. putata singularis quasi in istis terminis dicit. Tum quia nulla secularis potestas, quamuis suprema, potest super hoc spirituali, saltem quatenus est tale, dispondere, saltem contra ius Pontificum. Sed grande fundamentum habent in possessione immemoriali, quam videntur allegare. quoniam quicquid dicat plurimi, qui in hoc possunt allegari, & parum de iure, quo decima debentur, nouerunt, veritas est, quod etiam laici possunt vsu capere, & præscribere libertatem ab obligatione soluendi decimas quo ad quotam, & ab obligatione soluendi de illo vel illo prædio, dummodo parochus, seu rector habeat ex alijs Ecclesiæ iuribus congruam sustentationem. Quod quia est contra desiderium consulentium, non confirmo pluribus, quæ irrefragabilia sunt argumenta: solum addo, quod laici propter incapacitatem non possunt quidem ius spirituale percipiendi decimas præscribere, immo nec possidere, vt Felinus & alij multi

Cap. possess. de regul. iur. li. 6.

Ca. in litteris. cum sibi cõcord. de res. spol. c. Ca. conquirente. eodem titu. d. L. extat. ff. quod metus causa. c. le. si quis in rãia. C. unde vi. c. l. qui in rãia. ff. de iurisdic. om. m. iud. f. Allegat. 67. g. In rub. de decim. h. In c. fin. de paroch. i. Cap. 21. nu. 28. & 29.

Ca. 27. nu. 55.

In c. vestra. de cohabit. cleric. & mulier.

In clem. 1. in verb. facere. de usuris. n. Ca. ecclesia sancta Maria. de constitutio.

Cap. possess. de regul. iur. li. 6.

Ca. in litteris. cum sibi cõcord. de res. spol. c. Ca. conquirente. eodem titu. d. L. extat. ff. quod metus causa. c. le. si quis in rãia. C. unde vi. c. l. qui in rãia. ff. de iurisdic. om. m. iud. f. Allegat. 67. g. In rub. de decim. h. In c. fin. de paroch. i. Cap. 21. nu. 28. & 29.

Ca. 27. nu. 55.

In c. vestra. de cohabit. cleric. & mulier.

In clem. 1. in verb. facere. de usuris. n. Ca. ecclesia sancta Maria. de constitutio.

dicunt: sed bene possunt præscribere libertatem soluendi decimas, quatenus sunt iure solo humano debita: quia non sunt incapaces huius libertatis.

SVMMARIVM. Vicarium non potest contra solutionem patronus onerare, vt de terris vicaria soluat parochie primitias. Laicis nulla est super bonis Ecclesiæ disponendi facultas.

CONSILIVM III. NFVIT per patronos ad vicariam quamdam præsentatus hac conditione, vt ex terris annexis d. vicariæ (quæ sunt pro sustentatione Vicarij) licet per præfatum N. administrarentur, solueret primitias parochiæ: fuit N. ante ordinariū citatus, vt solueret primitias parochiæ, iuxta conditionem appositam tempore præsentationis; qui respondit d. conditionem se non acceptasse, nec potuisse acceptare, cum sit super re spirituali, in qua non potest apponi conditio, nec modus, nec pactum, sed debet purè & liberè tradi, quia aliter est simonia. Vt tamen lites euaret, & ne contenderet cum laicis, eas sua sponte soluit, & non virtute conditionis præsentatæ. Dubitatur nunc, an isti patroni potuerint imponere istam conditionem, at cõtoto quod si dictus N. præfatas terras suis impensis colit, ac serit, non tenetur soluere primitias, sed tantum si alij eas colerent, ac sererent.

Respondeo, quod proculdubio præfati patroni non potuerunt illam conditionem imponere suæ presentationi, nec illud onus adicere terris illis contra consuetudinem antiquam. Tum quia illud fuit contra c. 1. adiuncta saltem consuetudine non soluendi primitias, cū per Vicarium ipsum colerentur. Tum quia laicis nulla est super rebus Ecclesiæ disponendi facultas: textus est in c. bene quidem. Et præfatus Vicarius non debet pati, vt cum onere illo maneat terra illa: contra consuetudinem antiquam grauari. Vide etiam cap. nouum genus. & ibi bonam glossam & Panormitanum, & Felinum, c. quæ in ecclesiis. de consti.

DE REGVLARIBVS, ET TRANSGRESSIONIBVS AD REGVLIONEM.

SVMMARIVM. Ecclesiam regularem fundare, melius est, quam secularem, si cetera sint equalia: nam inæqualitas expensa facienda posset aliud suadere. n. 2. Perfectioris status personarum orationes sunt Deo gratiores. Melius quod est opus, quod quis adiunat, tanto plus ex eo & ipse inuatur. Voto obstricti opus Deo magis gratum, quam quod sit ab alio, qui se non obstrinxit.

CONSILIVM I. AN sit melius, & Deo acceptius, fundare Ecclesiam collegiatam regularem Mendicantium, quam collegiatam secularem, ceteris paribus?

Pro parte regularium facit primò, quod status religionis est melius, quam status secularis, quia est in via perfectionis, vt dicitur à D. Thoma, cuius orationes, cum sint meliores, sunt Deo magis acceptæ: ergo, & c. Secundo quia ordo Mendicantium non tantum orationibus, sed confessionibus, prædicationibus, lectionibus, bonis exemplis magis ædificant, & profunt Ecclesiæ: quæ plura bona magis adiunant illorum fundationem, quia ipsorum est causa bonorum. Tertio, quia votum & status paupertatis magis Deo placent, quæ ipse Christus in se suscepit prædicauit, & Apostoli eum sequuti sunt. Ecce, inquit, nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: & omnis qui reliquerit domum, vel agrum, & c.

Quarto magis Deo placet, qui voto se obligat, quam alij, qui sine voto idem faciunt, ceteris paribus, iuxta D. Thomam. Hæc argumenta efficaciter quidem probant, melius esse, ceteris paribus, fundare, ædificare, & dotare Ecclesiam collegiatam regularem, præsertim Mendicantium, quam collegiatam secularem. Sed in quæstione proposita non sunt cetera paria: quoniam multo maiorè impensam requirit fundatio & ædificatio Ecclesiæ collegiatæ secularis cum assignatione reddituum sufficientium canonicis secularibus eam culturis, quam fundatio & ædi-

De cõssibus.

96. dist. 8. ca. ecclesia S. Maria. de cõssibus.

Quod est 2. de decim.

2. 2. q. 184. art. 3.

2. 2. q. 88. art. 6.





pleat ex parte sua illum contractum, & consequenter iurare, quod non intrabit eam, donec id faciat: quia non licet ei usque ad illud tempus eam intrare, & sic potest iurare, quod non intrabit eam usque ad illud tempus: quia id non est contra consilium Domini iurare. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Coegisse mulierem monasterium ingredi non dicitur quis, si illa non sit ingressa: unde nec ipse, nec ei id consulens ligantur excommunicatione sacri Concilij cap. 18. sess. 25. de regularibus.
2 Consulentes, auxiliantes, & similes cum excommunicatur, in dubio accessorie censentur excommunicari: unde non sequitur effectum, non ligantur.
2 Consulentes appellari ad futurum Concilium videntur non ligari excommunicatione bullae Cœnæ latae à Gregorio XIII. licet ligentur per excommunicationem Iulij I.

CONSILIVM V.

CVm sacrum Concil. Trid. anathematizet cogentes mulierem ad ingrediendum monasterium, atque prestantes consilium, auxilium, &c. Dubitatur, an cogens, & consilians sit excommunicatus, effectu non subsécuto.

1 Respondeo primò, quòd quæstio, quo ad cogentem, nullum videtur habere dubium: quia nemo potest dici cogens ingredi, siue quod coegerit ingredi, nisi secuto ingressu. Aliud enim est cogere ingredi, & aliud cogere ingredi, quòd non potest consistere sine ingressu, vt palam est, & ita certum est, conantem cogere ingredi non excommunicari, eo quòd coegerit ingredi. Secundo, quòd neq; etiã consulens videtur excommunicari, nisi subsécuto effectu, & ingressu.

2 Tum quia consulens, fauens, & auxilians videntur accessorie in d. canone excommunicari. Tum per regulam, In penis benignior interpretatio est facièda, & cum ille canon 18. non exprimat expressè, nec tacite, an accessorie, an æque principaliter excommunicet consulentem, interpretandũ est, quòd excommunicet accessorie, quia illud est mitius, per resolut. positam in nostro Man. e per quam accessorie excommunicatus non incurrit excommunicationem, nisi subsécuto effectu principalis excommunicationis. Tum quia Caiet. d. dixit, quòd per const. Pij I. qua excommunicauit appellantes ad futurum Concilium à Papa, cum consulentibus, auxiliantibus, &c. non fuit visus excommunicare consulentes, & auxiliantes, nisi appellatione subsécuta. Tũ etiã dicitur in Man. e quòd per bullam Cœnæ, qua S. D. N. excommunicauit appellantes huiusmodi, & consulentes, ij non videntur excommunicati, nisi secuta appellatione: quamuis nec nos, ibi nec alius alibi reddiderit rationem fundamentalem, quam nos supra in prædicto fundamento reddimus. Tum quia Iulius Secundus extendit prædictã excommunicationem Pij Secundi ad eos, qui decreuerint esse appelladum, vel consuluerint licite posse appellari à Papa ad Concilium, vel consuluerint appellare, etiã non secuta appellatione, & ita clarè significauit non cõprehendi eos, nisi eam extensione ipse fecisset. Tũ quia S. D. N. iuris callentissimus, excommunicans appellantes, & consulentes, vt excommunicauit Pius Secundus, non addidit se excommunicare decernentes, & consulentes licite appellare, &c. vt Iulius, significans se pro sua benignitate velle ab excommunicatione bullae Cœnæ eximere consulentes, & auxiliantes, non secuta appellatione, licet includantur in extrauagante Iulij I. sed non quo ad hoc, vt censeantur excommunicati bulla Cœnæ. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Cogens puellam ingredi monasterium, etiam vt ibi in habitu seculari usque ad ætatem nubendi educetur, comprehenditur sub decreto sacri Concilij sess. 25. de reg. cap. 18. & nu. 3.
1 Ingressus monasterij dictio, etsi de assumptione habitus probationis, ac de professionis emissionem solcat intelligi, attamen quando lex disiunctiue loquitur de assumptione habitus, vel de ingressu, tũc latius patet.
2 Repetitio eiusdem dictionis in eadem dispositione denotat id cum mysterio factum.

CONSILIVM VI.

AN cogens aliquam puellam minorem 12. ingredi monasterium, non causa accipiendi habitum, nec faciendi professionem, sed vt maneret ibi honestè usque ad

ætatem nubendi, incidat in excommunicationem. a Concilij Tridentini.

1 Respondeo, quòd pro parte negatiua facit primò, quòd in hac materia iuxta authent. ingressi, & ei annotata, b appellatio ingressus venit tantum ingressus ad suscipiendum habitum, quem appellant primum ingressum, & ad faciendam professionem, quem appellant secundum ingressum, ad quorum nullum prædicta puella est coacta in casu proposito. Secundo, quòd si de quolibet ingressu esset intelligendum illud cap. Concilij, sequeretur quòd etiam haberet locum in cogente ingredi ad audiendam Missam, vel ad visendam quampiam cognatam, quòd non est dicendum, quia absurdum. c

Pro parte affirmatiua vrget primò, quòd verba propriè sunt intelligenda, nisi de contraria mente loquentis appareat, d & verba illa disiunctim posita, ad ingrediendum, vel ad habitum suscipiendum, &c. propriè intellecta comprehendunt cogentem tantum ad ingrediendum, cum in alternatiuis sufficiat vnã partem earum esse veram. e

2 Secundo, quòd bis repetit illa tria verba, ad ingrediendum, vel ad habitum suscipiendum, vel ad professionem faciendam, & repetitio dictionis in eadem dispositione facta significat id esse cũ mysterio factũ, iuxta glossam memorabilem. f

3 Tertiò, quòd Concilium non abs re potuit considerare, quòd qui cogit intrare aliquam in aliquo monasterio, vt ibi educetur, indirectè videtur cogere, vt cùm tempus fuerit, accipiat habitum, & faciat professionem precibus, aut blanditijs monialium, aut minis eiusdem, qui cogit intrare, aut verecundia, & timore maledicorum, & ideo voluerit hanc viam indirectam cogendi præcludere, & legillatorum est, non solum vias directas, sed etiam indirectas prohibere, iuxta ca. cum quid vna via prohibetur, non debet altera concedi. de reg. iur. lib. 6.

Per qua videtur hæc pars litera: & menti illius cap. & vsui intromittedi puellas ad educandum eas in monasterio germanior, & turtior, atque ideo tenenda. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Errans circa intelligentiã legis difficilis, qualis est, cap. 18. sess. 25. de regularibus excusatur à peccato mortali, & successiue ab excommunicatione ob illud insitita.

CONSILIVM VII.

Religiosus quidam, habens neptem, ac timens, ne in aliquem errorem incideret (patre enim carebat) procurauit, vt monasterium ingrederetur, donec ad nubendi ætatem perueniret: quòd totum effectum est, etiam ipsa & matre nolentibus. Quaritur, an sit excommunicatus vigore Concilij Tridentini, & vbi ait, Anathematis subiicit prædicta Synodus. &c. Deinde quaritur, an si incidit in excommunicationem, id ignorans, celebrando incidit in irregularitatem.

1 Respondeo, quòd D. consulens in foro exteriori iudicabitur excommunicatus, & si celebrauerit, irregularis, quamuis nos credimus eum non esse iudicandum irregularem in foro conscientia: quia, quia errat ob legem difficilem intellectu malè intellectam, non peccat mortifère, secundum Innocentium, h de simon. probatum, & roboratum à Felino. i Et nemo cadit in excommunicationem legis, vel canonis generaliter latam per actum, qui verè non est peccatum mortale, k quòd in multis locis nos asseruimus, & nuper in manu. l & negari non potest prædictum ca. 18. quo ad hoc esse difficile intellectu. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Congregatio Hospitalarium Ioannis de Deo an ex bulla Pij V. sit censenda approbata vt religio, ex coniecturis, & in dubio pro negatiua est iudicandum. num. 3.

- 2 Regulares non sunt omnes, quibus Papa concessit, vt viuant sub regula seu secundum regulam S. Augustini. & num. 1.
3 Institutio noue religionis præcipue mendicantium, & maxime illorum quorum professores vt plurimum lautius in sanitate & aegritudine gubernantur & tractantur, quam sibi pares seculares in suis domibus priuatis degentes, non facile est admittenda.

CONSILIVM VIII.

Vlta bulla scilicet recor. Pij V. concessa fratribus, qui dicuntur confratres hospitalis Ioannis Dei, videtur primò esse quæstionis magnæ, an ipsi cõfratres hospitalis

a Cap. 18. de reg. sess. 25.

b C. de sacrosanctis ecclis.

c L. nã quod absurdum, ff. de bonis lib. d. L. nã aliter, ff. de legat. 3.

e Capi. in alternatiuis de reg. iur. lib. 6.

f In elem. 1. de iure patron. verbo diuocianis.

g Sess. 25. ca. 18.

h In cap. per tuam, num. 2. col. 2.

i In c. 1. de re iudicat. col. 7.

k Ca. nemo, & ca. nullus. 11. q. 3.

l Cap. 27. nu. 157. & 241.

prædicti, & aliorum similibus debeant esse fratres professi.

1 Quoniam pro parte affirmante facit, quòd debent viuere sub regula sancti Augustini. Pars verò negas videtur verior. Tum quia præfatus Pius nõ videtur velle cõstituire nouam religionem, nec efficere nouam regulam. Tum quia regula sancti Augustini appellat Prælatos suos præpositos, & presbyteros, qualiter non appellat Pius, neque illi habent eos. Tum quia nullibi iubet, vt faciant professionem solemnem. Tum quia non videtur ipsi esse inhabiles ad cõtrahendum matrimonium, cùm sola professio facta in religione approbata inducat inhabilitatem ad illud cõtrahendum. Tum quia expressè habet, quòd de cõsensu cõfratrum hospitalis, in quo viuunt, possint dimittere habitum, & assumere aliud. Tum quia nullam mentionem nec differentiam facit inter nouitium & professũ, sed solum inter deferentem scapularium, & non deferentem illud. Et primo die quò illud accipiunt possunt petere eleemosynas, & seruire hospitali percipiendo post duos & tres menses, & post annum. Tum quia nouitius regularis si sit clericus, quales non oportet ipsos esse secundum S. Tho. a ad secundum, si simpliciter profiteretur regulam S. Aug. diceretur canonicus regularis. At nemo, vt puto, dixerit quod intentio præfati Pij V. fuerit facere eos canonicos regulares, quorum magna est in Ecclesia Dei auctoritas.

2 Tum quòd potest quis viuere secundum regulam sancti Augustini, licet non sit professus illam: canonici enim nouitij viuunt secundum regulam S. Augustini, & tamen non sunt professi illam. Nec præfati confratres tenentur, vt puto, recitare horas canonicas, qua tenerentur dicere, si essent canonici, vel profiterentur regulam S. Augustini. Itaque non debent ipsi meo iudicio facere professionem in forma prædicta, antequam habeatur notitia authentica de forma qua fit professio in hospitali Granateni.

3 Immo neque postea, nisi consulto S. D. N. & facta per eum declaratione quòd hic modus viuendi erigitur in veram & approbatam religionem, & impediendum matrimonij contractum, & requirentem annum nouitatus, & officij diuini, vel aliarum precum eis subrogandarum recitationem: quòd nescio an facile faciet, attetã multitudine religionum, maxime mendicantium, contra cap. fi. b & quòd populus magna paupertate opprimitur, & eorũ aliqui opiparius viuunt, & propinant ægrotis, quàm alij sua conditionis homines in domibus suis tractantur. Et multi adeunt huiusmodi hospitalia, vt melius tractentur in eis, & hinc non parum crescit impenã populũ, à quo illa mendicatur.

SVM MARIVM.

- 1 Bullarum plumbatores, quibus Pontifices in collatione officij dant habitum ordinis Cisterciensium, & vocant Cistercienses conuersos, ob hoc, cùm aliud non promittant, vel faciant, verè non efficiuntur religiosi, nu. 3. nec alicui subdantur, immo remanent laici liberi etiam ad effectum matrimonium contrahendi, vt prius, nu. 5.
2 Religiosus verus post Concilium nemo effici potest, nisi post probationis annum sine interruptione in monasterio exactum, & post emissã tria substantialia vota. nu. 4.
3 Papa sola nominatio non facit quem religiosum.

CONSILIVM IX.

IN curia est officium, quòd vocant plumbatoris bullarũ, cuius officialis vocatur vulgo frater plumbi, & defert habitum, siue scapulare certi coloris, quòd in collatione eiusdè à Papa accipit, & nominatur ab eo ordinis Cisterciensis conuersus: nullam tamen professionem emittit, nec viuunt sub vllius regula, vel obedientia. Quaritur, an præfatus officialis sit religiosus, ita vt possit in aliquo à Cisterciensibus, vel alijs molestari super persona, & bonis, qua in dies sibi acquirit.

1 Ad hanc quæstionem responsurus præmitto primo illud Iurifconsulti, Inciuile est iudicare de lege, nisi tota ea perspecta, & non possum credere non esse aliqua statuta, vel leges, secundum quas debeant prædicti plumbatores viuere, præsertim cùm à Papa vœuentur conuersi Cistercienses, & accipiant habitum ab eo, & cùm portent scapulare certi coloris: & non possunt illa fieri, & dici commodè, nisi aliqua alia referantur & addantur: & ideo tenor illorum

c Le. inciuile, ff. de legibus.

statutorum & legum proponendus esset Iurifconsultis huic quæstioni responsurus.

Secundo, quòd præsupposito, quòd nulla talia statuta habeant prædicti plumbatores, & quòd Papa, cum confert illa officia, vel tollit, vel mutat ea, nec facit, nec dicit alia, quam quæ referuntur in quæstione proposta, dicenda videntur sequentia.

2 Primum, quòd ipsi non sunt verè religiosi. Tum quia post Concilium Tridentinum, nemo potest esse verè religiosus, nisi post annum probationis perfectum: & prædicti plumbatores nec faciunt, nec incipiunt, nec mediãt annum præfatum. Tum quia non solum requiritur annus præfatus perfectus, sed etiam quòd sit continuatus in monasterio, & non quomodocumque, sed continuè sine interruptione, vt videtur casus in cap. 1. b vbi post Lapum & Dominicum tradit Philippus Fracus, & firmis rationibus probari potest. Tum quia præsupponitur nullam professionem eos facere, neque expressam, neque tacitam, & quòd illa nihil potest operari, etiã si fieret, cùm fieret ante anni præfati perfectionem, quem nunquã ipsi incipiunt.

2 Tum quia prædicta nominatio, qua Papa nominat eos Cistercienses, non sufficit ad faciendos eos religiosos veros, per Clementinam vltimam, e qua habet non censeri Papam absolueri excommunicatum, eo quòd verbo vel facto communicet illi, neque tribuere dignitatem, vel beneficium, seu honorem, eo quòd appellet eum nomine significante eum esse possum in illa dignitate, beneficio, vel honore.

4 Tum quia non sunt ipsi iure censendi conuersi Cistercienses, cum iure communi ad id requiratur vt faciant tria substantialia vota, castitatis, paupertatis, & obedientia, iuxta ea qua traduntur in cap. ex eo, d & in ca. vt lex cõruentia. 27. q. 1. & traditur per Panormitanum, Felinum, & Decium, & eos, quos ipsi citant, e quæ ipsi non faciunt, vt latè monstrari potest per ea, qua nos adducimus in comment. 2. de reg. f referendo latè ea, qua sunt necessaria ad hoc, vt quis dicatur emississe illa.

5 Secundo, quòd prædictis est consequens prædictos plumbatores nullatenus esse religiosos: & consequenter neque à Cisterciensibus, nec ab alijs religiosis possè molestari tamquam à superioribus, & posse vti proprio, & bonis alijs iuste quæsitis, immo & contrahere matrimonium, & renunciare officiis suis, referuatis sibi fructibus de consensu Papæ, vel non referuatis, & denique omnia alia, qua licita sunt clericis, vel laicis, iuxta statum, quem legitime habent, vel habuerint, si, vt præmittitur, statuta, leges, vel consuetudines præscriptæ, vel alia conuentiones inter Papam & ipsos, vel iuramenta iuste præfrita, non fuerint eis contraria. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Milites regulares sancti Stephani, cùm sint vere religiosi, sunt incapaces parochialis secularis. num. 11.
1 Religio sancti Stephani à magno Duce Hetruria ex concessione Pij III. num. 4. ad instar Calatraue & Alcantara, nu. 3. ad militandum pro defensione fidei, ita vt non requiratur clericatum, num. 2. instituta, & etiam ab eodem Pontifice confirmata, est verè & propriè religio, nu. 1. habitum habens regularem militans sub regula sancti Augustini. nu. 4. cuius professores votum paupertatis emittunt, nu. 5. & 9. & morientium spolia spectant ad ararium religionis. nu. 5. possunt tamen ex priuilegio Apostolico relicta quinta parte dicto arario testari. num. 5. & num. 9. & 10. Item que emittunt votum castitatis, mitigatum tamen à sede Apostolica ad coniugalem. nu. 6. & 11. sunt que etiam si beneficia possiderent à iurisdictione ordinaria exempti. nu. 7. ex eorum autem statutis post sacrum Concilium editis, & confirmatis non tenentur facere annũ probationis. nu. 8. & 10.

9 Totum obedientia regularis includit in se votum castitatis, & paupertatis in regula præcepta.

CONSILIVM X.

CVm Vincentius Guidius presbyter Lucanus V. I. D. & ordinis seu militiae sancti Stephani Papiæ professor, in concursu parochialem ecclesiam sanctæ Mariæ de Brancalo Lucanæ diocesis obtinuerit, stante Lateranensi Concilio, & sacro Concilio Tridentino, h dubitatur, an per assumptum habitum, & emissam professionem in dic.

a Cap. 15. sess. 25. de reg.

b De reg. l. 6.

c De sent. excommunic.

d §. 1. de elect. l. 6.

e In c. in præsent. de prob. f Super c. cui portio. à nu. 14.

g In c. monachi. de statu mona. ac canoni. regul. h In c. 10. sess. 14. & 1010 si. de regularib. & monialib. sess. 25.

militia, ita sit regularis effectus, vt incapax sit secularium beneficiorum, & ita à dicta parochiali reiciendus.

1 Respondet, quod pro parte affirmatiua propofiti dubij facit primo, quod omnis, qui emittit profefionem, qua in religione probata voueat tria vota substantialia, est religiosus, siue regularis, accipiendo proprie & strictè illa verba, religiosus, & regularis, vt accipiuntur in titul. de regul. a secundum omnes, b & communem, c & alibi saepe. & prædictus confilens emittit profefionem etiam expressam huiusmodi: quia emittit illam in prædicta religione S. Stephani, quæ est approbata, vt constat per confirmationem eiusdem à Pio III. factam, & vouit tria vota, scilicet charitatis, pudicitia, & obedientia, vt ex forma vouendi in prædicta religione palam colligitur. Ergo est verè, proprie, & strictè religiosus, & regularis.

2 Secundo facit, quod duo sola sunt genera hominum, alterum clericorum, & Deo deuorum, siue religiosorum, & alterum laicorum, d & sodales sancti Stephani non sunt laici, quia gestant habitum insignitum, & distinctum ab habitu Christianorum laicorum, vt palam est, & ita non sunt laici. Non etiã sunt clerici: quia licet clerici possint esse sodales illius ordinis, de substantia tamen & essentia illius non est aliquis ordo, vt colligitur ex regula, quæ non requirit vllum ordinem etiam clericatus, quo ad eos, qui sunt arma secularia exercituri, sicuti neque est de substantia & essentia monachorum, & religiosorum aliorum ordinum, quàm canonicorum & regularium, vt definit sanctus Thomas. e Ergo sunt Deo deuoti, siue religiosi.

Tertio facit, quod religio vera & propria potest institui ad militandum pro defensione fidei, vel reipubl. Christianæ, vt pulchrè probat S. Thomas, f & prædicta religio sancti Stephani est instituta ad defensionem fidei Christianæ, & ad impugnationem infidelitatis illi contraria: ergo merito dici potest vera & propria religio, & sodales eius verè & proprie religiosi.

Quarto facit, quod omnes communiter putant prædictam religionem sancti Stephani esse quiddam longè maius, & altius, quàm fratras, siue confraternitates, siue societates, quas vocant gloriosissimæ Trinitatis, Sacramenti, S. Crucis, Rosarii, Misericordie, & id genus alias: & si non esset vera & propria religio, non esset res altior illis: ergo est vera religio.

3 Quinto, quod religio sancti Stephani videtur instituta instar religionum sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantara, quæ inueniuntur in Hispania ad militandum instituta, vt expressè colligitur tam ex primis, quàm ex secundis literis Pij III. quibus dedit facultatem instituendi prædictam militiam. At illæ sunt veræ & propriae religiones, vt aperte probauimus in tract. de rebus ecclesiasticis. g Ergo etiam prædicta religio sancti Stephani censenda est vera religio, & sodales eius verè religiosi, & verè regulares.

4 Sexto, quod prædicta militia S. Stephani est instituta iuxta formam & facultatem instituendi, quam dederat Duci institutori Pius III. qui solum dedit ei facultatem instituendi vnã militiam sub regula sancti Augustini, aut sancti Benedicti, vel Cisterciensis aut alterius approbati ordinis, vt habetur expressè in primis literis Pij III. & etiam in secundis, ibi, Sub certum approbatum ordinem per eum eligendum: & ibi, Sub regula sancti Benedicti, vel alterius approbati ordinis: & ibi, Habitu regulari huiusmodi ordinis. Per quæ verba clarè significatur, habitum prædictæ militiæ debere esse regularem, & non qualem qualem, sed ordinis huiusmodi, nempe probati: quia hæc dictio, huiusmodi, est restrictiua, h & clarius ibi, Sub regula sancti Benedicti exerceri. Per quæ apparet, quod prædicta militia erecta fuit sub regula sancti Benedicti: & consequenter sunt religiosi, & regulares ordinis sancti Benedicti, quos constat verè & proprie esse religiosos.

5 Septimò, quod ex variis locis regula, & statutorum præfate militiæ colligitur, præfatos milites expressè vel tacitè emittere votum paupertatis: nã in c. 3. dell'habito del Cauallero, habetur, quod aliqui prædictæ militiæ sunt conuersi: at conuersus in religione est, qui tria substantialia vouerit i & in c. 4. habetur, religiosos aliorum ordinum huic militiæ paritè posse transire ad illam de Superiorum consensu, & ex ca. 17. & ibi, Quello che s'è desto delle spoglie, &c. per quæ verba

significatur, eos non habere liberam testandi facultatem: & ex cap. 26. quo iubentur milites a groti facere inuentarium suorum bonorum mobilium, ad hoc, vt eo mortuo perueniant ad suum ordinem: & in ca. 2. delle alloggiationi, ibi, che li beni delle spoglie si vendano all'incanto, &c. & in cap. 1. delle proibitioni, & pene. ex quo patet, non habere illos liberam facultatem testandi, sed limitatam, & id virtute illius statuti auctoritate Papæ confirmati: & in cap. 26. delle proibitioni, & pene, ibi, I beni delle spoglie de i nostri Cauaglieri s'appartengono di buona ragione al nostro thesoro commune, &c. Et in additione reformationis, & in priuilegiis à Pio IV. concessis expressè dicitur, quod prædicta militia est instituta sub regula B. Benedicti, & paulò inferius facit eis priuilegium testandi, quinta parte relicta ordini prædicto, præsupponendo, quod non possint testari liberè. Tum quod in eisdem literis pro priuilegio cõceditur eis, quod quædam beneficia secularia eis conferri possint, si aliàs canonicè conferantur.

6 Pro contraria parte multa possunt allegari: quorum primũ est, quod non potest consistere religio absque voto solemnè paupertatis, castitatis, & obedientia, a & latè probat S. Thomas, b & quod prædicti milites non vouent castitatem simpliciter, sed tantum castitatem coniugalem, nec vouent paupertatem, sed loco eius caritatem: quod palam est non tollere dominium, neque possessionem bonorum, vt tollit votum solemnè paupertatis, c

7 Secundo, quod in priuilegiis concessis à Pio IV. est vnũ, quo eximit ab omni iurisdictione ordinaria quoscumque milites prædictæ militiæ, etiam quoscumque & qualiacumque beneficia habentes: per quod præsupponere videtur, posse prædictos milites recipere & obtinere beneficia etiam secularia curata, & simplicia: quia, qui totum dicit, nihil excludit. d

8 Tertio, quod videtur in prætorio Rotæ decisum, prædictam militiam sancti Stephani non esse proprie & verè religionem, & in ea possunt facere profefionem, & in ea possunt facere profefionem ante finitum probationis annum, quæ tamen non potest fieri in religione, quæ verè & proprie sit religio, post Concilium Tridentinum. e

Quarto, quod licet eis testari de omnibus suis bonis, relicta quinta parte ordini, vt patet per priuilegium Pij V. sub fin. suæ regulæ, & statutorum impressum.

9 Quinto, quod votum castitatis coniugalis non sufficit ad veram religionem, vt probat S. Thomas. f

Sed hæc non obstant. Ad primum enim responderet, negãdo, quod prædicti milites non emittant votum paupertatis solemnè, Tum quia contrariũ colligitur ex multis locis supra citatis, in quibus probatur non esse prædictis militibus testandi liberam facultatem. Tum quia, qui profefionem facit secundum aliquam regulam monachalem à Sede Apostolica approbatam, videtur vouere castitatem & paupertatẽ, quas regula illa iubet seruari, etiam si nullam aliã expressionem faciat, quod confirmatur per illud singulare dictum S. Thomæ, g scilicet quod votum obedientia continet alia duo vota, scilicet castitatis, & paupertatis, quæ præcipit regula.

Ad secundum concedo illud habere colorem, sed non concludere. Tum quia non habet bulla Pij IV. quod prædicti milites possunt habere quodcumque, & qualiacumque beneficia, sed quod quodcumque & qualiacumque habeant, sunt exempti, quod longè aliud est, & verificari potest in beneficiis regularibus, & secularibus cõmendatis, vel per dispensationẽ retentis, vel dependentibus ab ordine suo.

Ad tertiam concedimus, in prætorio Rotæ decisum esse, posse prædictos milites vouere intra annum probationis, sed non ea ratione, quod prædicta militia non sit vera religio, sed aliis rationibus, quæ in decisione redduntur, & optima videtur esse, quod per statuta à Sede Apostolica confirmata post Concilium Tridentinum in prædicta militia non requiritur annus probationis, sed simul in assumptione habitus sit profefio, vt patet ex ca. 3. continente modum assumendi habitum, & profitendi.

Ad quartã respondetur, negãdo quod liceat eis testari liberè, sed cum limitatione, & id nõ iure cõmuni, sed priuilegio expresso Pij IV. & statutis à Sede Apost. confirmatis: per quæ argumentũ retorqueri potest facile in arguentẽ.

a Ca. cum ad monasteriũ, de statu monach. b 2. 2. q. 186. art. 6. c. 7. c Ca. non dicitur, de quatuor.

d Cap. solita, § fin. de maior. & obed. c. si Romanorum, de iur. dicit.

e Per cap. 15. sess. 25. de regularibus.

f 2. 2. q. 186. art. 4. ad 3. c. 6.

g 2. 2. q. 186. art. 8.

a Tam in lib. 6. Clem. quæ in antiquis. b In d. urbr. de regul. c In r. eccle. sua sancta Maria. de consil.

d Capit. duo sunt genera. 12. q. 1.

e 2. 2. q. 189. art. 8. ad 2.

f 2. 2. q. 188. art. 3.

g Quæ. 1. mon. 55. c. 56.

h In huiusmodi. de leg. 1.

i Cap. ex eo. §. 1. de elect. lib. 6.

Ad quintum concedimus, votum castitatis coniugalis non sufficere iure communi ad constituendum votum solemnè castitatis: sed negãdo id non posse fieri priuilegio: cum enim solemnitas voti sit iure humano inducta, potest illa minui, vel augeri rationabili causa subsistente: & ita, sicut Papa potest facere religioso facultatem aliquo modo testandi, moderando solemnitatem voti paupertatis: ita etiam facere facultatem vtendi coniugio legitimo, minuendo solemnitatem voti castitatis, vt etiam dixi in prædicto tractatu de reit. eccles. a

Per hæc tumultuario studio scripta, hanc partem credimus veriorẽ, licet contraria ab initio ante lectum librum regula me ei accedere coegisset, eamque affirmare etiam nunc voluissẽ in gratiam D. consulentis, quem profectò ex animo amo, & suspicio. Salua, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 Miles ordinis Christi in Italia de licentia Superioris, manes gaudet canonis & fori priuilegio, estq. verè religiosus. nu. 2. & seq.
2 Matrimonium etsi iure commune sit incompatible cum religione, secus tamen est si accedat dispensatio Apostolica, qua potuit ex iusta causa castitatis votum essentiale religionis in religionibus militaribus mitigare, & reducere ad votum coniugalis castitatis. num. 4.
3 Voti obligatio iuris naturæ & diuini est, solemnitas humani, & ita, vt plus, vel minus in ea requiratur statui potest.
4 Pontifices Maximi sicut Petrus eandem potestatem à Deo accipiunt immediatè.

CONSILIVM XI.

QVIDAM eruditissimus patronus per multa cõcluit, quemdam militem ordinis Christi Lusitanie manentem in Italia de licentia Magistri illius militie, qui est Rex à Sede Apostolica deputatus, debere gaudere priuilegio canonis & fori, & accusatum de crimine remitti ad suum iudicem ecclesiasticum. Rogatus vt meam, de conclusionis præmissa subscriberem simpliciter sine allegationibus sententiam, dico primò, illam esse veram, eruditè, neruose, copiose, & piè fundatam.

2 Dico secundò, quod nullus alius contra eam videtur relictus scrupulus, præterquam quod quibusdam recentioribus vitum est, coniugium incompatible esse religioni, & per consequens non esse possibile, quod aliqui sit legitime coniugatus, & religiosus, cum contraria non se compatiuntur, qui tamen scrupulus duplici consideratione interitur. Altera est, quod licet in corpore iuris clauso iure communi, cui nititur doctrina D. Thomæ recepta b assumptum sit verũ, per dispensationẽ tamen sedis Apostolicæ id fieri potest, secundum communem sententiam Innocentij glossæ & aliorum, c quam etiam Caietanus sequutus est contra suum D. Thomam, d quam nos etiã sequuti sumus in Manu. e & paulo latius in com. 2. de reg. f

3 Altera, quod licet voti obligatio sit iure naturali & diuino inducta, solemnitas tamen voti iuris humani Pontificij inuentum est, Pontifices enim Maximi induxerunt, vt ad faciendum solemnè votum requiratur primò, quod conflet ex tribus votis, scilicet, castitatis integræ, paupertatis, & obedientia: secundò, quod hæc tria fiant in religione approbata: tertio, quod fiant in manibus eius, qui potest volentem incorporare religioni, & quod alioquin non sit solemnè secundum omnes. & ideo sicut Papa statuit, & induxit, vt omnia prædicta requirantur ad hoc, vt aliquod votũ dicatur solemnè, & sufficiens ad faciendum quam verum religiosum, & ad alios certos effectus, & ita potest statuere, vt aliquod amplius requiratur, vel aliquod minus sufficiat, & consequenter potest efficere, quod non solum votum castitatis integræ, sed etiam votum castitatis coniugalis sufficiat.

4 Cum omnes Pontifices Maximi equelem, immo eandem potestatem ecclesiasticã immediatè à Deo, sicut ipse Petrus accepit, habeant, & accipiant, arg. cap. in nouo. § & alia multa, quæ nos citauimus in repet. cap. nouit. h Quò fit, quod licet omnes religiosi emittant votum paupertatis, non tamen omnes pari modo ad eam seruandam obligantur: Franciscani enim de obseruantia, & Capuccini tenentur eam seruare in particulari, & in communi, at religiosi non mendicantes tantum in particulari, nõ in communi. Quin & Mendicantes ante Concilium Tridentinũ

2. 2. nu. 12.

b 2. 2. q. 188. art. 3. c. 9. quibus sequentibus art. c. in cap. cum ad monasterium, de statu monach. d 2. 2. q. 88. art. 11. e Cap. 12. nu. 75. f Nu. 17.

g 21. diff. rap. cum a. c. ipsi sunt. q. 9. c. 1. de homicidia in 6. h De iudicio. not. 3.

non poterant habere in communi, nisi cum certa limitatione, nunc autem post Concilium Tridentinum possunt habere sine illa, per cap. 2. a quin & alicui religiosi, etiam quibus non licet habere proprium, possunt ex priuilegio certo modo testari per limitationem voti paupertatis: & ita non est, cur quis miretur Pontifices Maximos statuisse, vt aliquot religiosi religionum ad militiam armatam constitutarum propter maximam difficultatem seruandi votum castitatis integræ, conuerterent fere semper cum secularibus maribus & feminis, satisfacerent voto castitatis religioni necessaria seruando coniugalem.

5 Cuius rationis, quam ante nos neminem putamus ita expressè tradidisse, inconsideratio, in causa fuit, nostra sententia, vt prædictis recentioribus visum fuerit huiusmodi religiosos milites coniugatos non esse religiosos, contra multa diplomata à Sede Apostolica religionibus militaribus concessa. & ita non solum primo modo dicto, sed etiam hoc secundo conteritur prædictus scrupulus.

Dico tertio, accepisse me à viro fide digno, quod in curia Regis Catholici quidam miles ordinis sancti Iacobi coniectus in carcerem ob crimẽ morte naturali dignum, qua Rex cupiebat eum puniri, fuit liberatus, ab ea à iudicibus, à Rege, quatenus est magister militie, datis, per scripta nostra per prædictum dominum consulentem citata, & in Africam ad pugnandum contra Sarracenos ad certum tempus relegatus, eo quod gaudere deberet priuilegio canonis, & fori, tamquam religiosus religionis approbata, sed & in Lusitania, in qua quindecim annis cathedram primæ functionis insignis Academia Conimbricensis rexi, semper tamquam rem notoriam intellexi, prædictos milites Christi prædicto priuilegio tamquam religiosos gaudere. Quare prædicti Domini consulentis conclusio mihi proculdubio vera est. Salua, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 Cap. 3. sess. 6. Concilij Tridentini an in milite sancti Iohannis locum habeat, à Pontifice petendum. num. 6.
2 Milites sancti Iohannis, & alij tria vota solemniter in approbata religione emittentes sunt veri religiosi.
3 Verbum nemo regularis, omnes etiam milites ex propria significatione comprehendit, nisi speciali ratione excludantur.
4 Dispositio exorbitans ad omnia extenditur, quæ eius verba proprie signant.
5 Delegatus Papa procedens in exemptos non dicitur eorum priuilegio exemptionis contrariare.
6 Priuilegijs per clausulam generalem in lege posita derogatur.
7 Consuetudo etiam nondum legitime præscripta, seu vsus secundum quem lex fuit recepta, sunt optimi legum interpretes.

CONSILIVM XII.

AN MILITES sancti Iohannis Hierosolymitani comprehendantur sub dispositione Concilij Tridentini b quatenus habet, ordinarium tamquam Sedis Apostolicæ delegatum posse visitare, punire, & corrigere quemcumque clericum cuiusvis ordinis personalis, & regularis, extra monasterium degentem, & delinquentem, non obstantibus priuilegijs, &c.

Huius questionis decisio, meo iudicio, ex paucis pendet. Primum, quod desiderari potest vera litera præfati c Concilij Tridentini: quia hæc, quæ habemus, vix est intelligibilis quo ad illa verba, cuiusvis ordinis personalis, vel, &c.

Secundò, quod vtcumque intelligatur, in effectu sonat, quòd nullus clericus secularis, vel regularis, &c. & ita ponderationes verbi clericus, quas aliqui faciunt ad inferendum, quod loquitur de præfatis militibus, leues videntur.

1 Tertio, quod negari non potest, præfatos milites S. Iohannis esse verè & proprie regulares: quia, quicquid aliqui dicant, non satis agnoscentes, & venerantes naturam religionis à Sede Apostolica approbata, omnes illi & soli dicuntur verè & proprie religiosi, siue regulares, qui emittunt legitime tria vota substantialia, castitatis, paupertatis, & obedientia, in manibus superioris, vel locum eius tenentis, & sub aliqua regula à Sede Apostolica approbata, iuxta sententiam Canonistarum receptam d & Theologorum, e quod etiam nos grauissimis fundamentis comprobamus in tractatu de reit. eccles. f & constat præfatos milites emittere præfata tria substantialia vota

a Sess. 25.

b Ca. 3. de refo. sess. 6.

c Ca. 3. de refo. sess. 6.

d In rubrica de regul. e In 4. li. sentent. dist. 38. f Quæ. 1. nu. 55. c. 9. nu. 27. c. 29.



in manibus sui Superioris sub regula à Sede Apostolica approbata, laudata, & ad fidera priuilegijs merito exaltata.

a Prefati c. 3.

2 Quarto, quod ponderatio, qua ponderatur verbum nemo, & verbum regularis, ad hoc, quod verba illius cap. ex propria significatione comprehendunt regulares, & in his etiam præfatos milites, iuxta glossam 2. ab omnibus receptam & laudatam irrefragabilis est: & ita, nisi aliquo respectu particulari eximantur præfati DD. milites, continentur in eo.

b In clem. 1. de decim.

3 Quinto, quod ad hoc, vt excludantur ab eo, non sufficeret, quod illud esset contrarium iuri, communi, vel exorbitans ab eo: quoniam etiam talia omnia extenduntur ad omnia contenta sub propria significatione verborum illorum, iuxta textum solemnem adiuncta glossa & doctrinam Francisci Aretini, quam Decius Alciatus & omnis turba recentiorum expendentium suo iudicio leges sequuntur vbique.

c In l. cum lege. ff. de testam.

Sexto, quod potissima huius dubij resoluendi ratio pendet à duobus illis dubijs. Alterum est, an præfatum capi. 3. sit contrarium priuilegio præfatorum militum. Alterum, an, esto sit contrarium censeatur derogare illi, non facta mentione de priuilegijs ordinis eorum in specie, vel saltem in genere de priuilegijs ordinum militantium.

d Ca. graue, de offic. ord.

4 Et quidem pro parte negatiua prioris dubij facit, quod mandatum Papæ, factum alicui, vt procedat auctoritate delegata contra aliquem exemptum, non videtur contrarium priuilegio exemptionis, quia nemo est exemptus à iurisdictione Papæ: & ita delegatus, procedens vt ordinarius, à cuius iurisdictione ille est exemptus, non videtur facere contra exemptionem, vt sentit glossa quam in hoc commendat Panormitanus d. concludens, quod delegatus ad corrigendos clericos auctoritate delegata potest procedere contra exemptos.

e In d. ca. graue.

Sed pro contraria parte videtur facere primo, quod opinio communis tenet contra Panormitanum vt ait Felinus e per rationes, que apud eum videri possunt. Secundo, quod forte præfatus ordo militum habet priuilegium simile priuilegio ordinis Cisterciensium, ne per rescripta Papæ possint conueniri, nisi facta mentione sui ordinis, quale tamen an habeant, ignoro.

f In ca. accedentes. nu. 4. de prescript. g Ibidem. h §. fin. de sepult.

5 Pro vtraque parte posterioris dubij possent multa citari ex his, que Felinus congerit, f & ex citatis ab eo g copiosissime; qui tamē tenet, sufficere clausulam generalem tollentem priuilegia, cum reuocatio eorum fit per viam legis, iuxta clem. dudum. h & derogatio priuilegiorum, de qua loquimur, fit per viam legis, & non qualis qualis, sed Conciliaris. Dicit etiam sufficere clausulam consuetam de stylo curiæ poni, quorum tenores habentur pro expressis. &c. & facile quis posset defendere, quod clausula derogatoria priuilegiorum posita in lege communi æquiualeat clausule derogatoriæ præfate solite apponi de stylo curiæ.

i Ca. cum dilectus. de consue. & le. m. n. ff. de leg. 2. g. ibid.

6 Quoniam autem interdum in præfato Concilio Tridentino fit mentio in specie de ordinibus, & interdum non, insurgit magna dubitatio, an intenderit Concilium derogare priuilegijs militaribus, nisi facta expressa mentione de illis: & sic videtur necessaria declaratio Papalis, quia item consuetudo est legum optima interpret, i quāuis non fuerit legitime præscripta, secundum communem videretur habenda consideratio vsus, quo receptum est præfatum cap. 3. quæ quia factum aliqua ex parte respiciunt, non dico plura, submittem hæc pauca tumultuario studio scripta Illustrissimi Domini mei censura.

Responsum hoc videtur datum satis diu, cum referatur hanc religionem super hoc à Pio V. priuilegium impetrasse, de quo hic nulla sit mentio.

S V M M A R I V M.

- 1 Probationis annus incipit à die suscepti habitus regularis, qui debet intra claustra, vel alibi de licentia saltem tacita Superioris deferri. nu. 8. & licet ex Concilio Tridentino professio non possit fieri ante annum probationis, de iure tamen ex consensu partium potest ante fieri: videtur tamen quod requiratur consensus Papæ in hoc. nu. 6.
3 Professio tacita iure quidem inducitur per habitus regularis indistincti annalem gestationem: sed & consuetudine indu-

ci potest, vt per perseverantiam vnius hebdomada, vel solam adeptionem possessionis canonicatus regularis censeatur facta professio. nu. 6.

4 Habitus canonicorum regularium nihil fere distat ab habitu honesto clericorum secularium. vnde & paruo roqueto albo, quo alicubi vtuntur, satis à seculari distinguitur.

5 Regulare beneficium 40. annis per seculares possessum seculari conferri potest.

5 Regularis Ecclesia cōuentualis nō desinit esse regularis, licet in ea tota regularis obseruatiā non seruetur, immo debet reformari.

7 Consuetudine præscripta induci, quicquid à lege statui, potest.

7 Habitum regularem, hoc est roquetum, vt extra ciuitatē propriam non portet canonicus regularis, consuetudine saltem immemorabili induci potest. & num. 11. consulendum tamen talibus, vt saltem occultè illum deferant. nu. 12.

8 Clausuram inhabitare censeatur regularis, qui ex iusta causa de licentia sui Superioris stat extra.

9 Peculium regulares habere possunt nedum de expressa, sed & de tacita Superioris licentia.

10 Professionem inductam fuisse in foro exteriori indicandum potius est, quam contrarium, cum in dubio pro religione sit pronuntiandum.

11 Professio tacitè emissā per canonicū regularem, quando accepit canonicatum, ex eo quod beneficium renunciet, nō euanescit, immo adhuc tenetur habitum regularem portare, vt prius.

CONSILIVM XIII.

TITIO à summo Pontifice collatus fuit canonicatus cuiusdam Ecclesiæ cathedralis sub regula S. Augustini, cuius Ecclesiæ canonici licet regulares dicantur, nullam tamen emittunt professionem: qui canonici in ciuitate, in qua canonicatum obtinent, assidue gerunt quoddam scapularium, quod dicitur roquetus, latitudinis duorum digitorum, quem tamen extra ciuitatem minimè gestant, neque apud dictos canonicos aliqua regularis obseruantia viget, quinimmo complures ex dictis canonicis, qui sacris ordinibus initiati non sunt, vxores absque dispensatione apostolica, dimisso canonicatu, & dicto scapulario, duxerunt.

Ex hac facti specie de tribus hæsitatur. Quorum primū est, an dictus Titius qui dimisit suum canonicatum referuata sibi quadam pensione super eodem canonicatu, sit capax officiorū vrbis Romæ, & illa per se exercere possit.

Secundo quæritur, an cum apud dictos canonicos vigeat consuetudo immemorabilis, que ab eis etiam in presentiarum obseruatur, non deferendi dictum scapularium extra ciuitatem, sed tantum in ea, an peccent, si illud minimè gestent, prout gestant in ciuitate in qua canonicatum obtinent.

Tertium dubium est, an iste Titius, qui fuit canonicus, teneatur illud scapularium gestare in dicta ciuitate, prout & ceteri canonici gestant, attento quod ille dimiserit suum canonicatum, & amplius canonicus non sit.

1 Respondetur primò, quod harum quæstionum responsio præsupponit decisionem alius quæstionis, scilicet an præfatus Titius sit professus regulam canonicorum regularium S. Augustini. Pro cuius parte negante facit primo Concilium Tridentinum, quatenus habet nullam professionem religionis ante annum probationis valere, & quod prædictus Titius nullum annum probationis videtur egisse. Tum quia videtur nullum habitum religionis assumpsisse, & annus probationis incipit à tempore susceptionis habitus, vt exprimitur in eodem Concilio. b

2 Secundo, quod roquetum, qui posset alicui videri seruire pro habitu, non detulit intra claustrum monasterij, quod communiter tenetur esse necessarium ad anni probationis perfectionem, iuxta cap. 1. c & clem. eos. d

3 Pro parte tamen affirmatiua facit, quod licet prædictus Titius non fecerit professionem expressam, videtur tamen fecisse tacitam, quæ fit per gestationem habitus indistincti annalem, per prædictum cap. 1. c & de clem. eos. f

4 Secundo, quod non obstat, quod ipse non gestauerit habitum canonicorum regularium. Tum quia habitus canonicorum regularium nihil fere distat ab habitu honesto clericorum secularium, vt satis notat glossa recepta in b & prædictus Titius gestauit habitum honestum clericorum secularium, & præterea etiam roquetū, quo videtur

a Sess. 25. de reg. c. 15.

b In d. ca. 15.

c De reg. l. 6. d Eod. tit.

e De reg. l. 6. f Eod. tit.

g Clemen. 1. verb. habitus. de elect.

distingui habitus canonicorum Ecclesiæ prædictæ cathedralis ab habitu clericorum secularium, præsertim eo quod est albi coloris, cuius est etiam roquetus magnus Episcoporum, quo vt plurimum vt solent canonici regulares per ciuitates incedentes.

5 Tertio, quod prædicta Ecclesia cathedralis videtur esse regularis, quales fuerunt olim fere omnes Ecclesiæ cathedrales Galliarum, vt colligitur ex Volaterrano, & etiā nunc appellatur regularis, & canonici eius canonici regulares, qui etiam nunc deferunt roquetos illos paruos, & sedes ipsa Apostolica in literis prouisionis appellat eos regulares S. Augustini: & Ecclesia vel religio regularis non desinit esse talis, propterea quod tota obseruantia regularis non seruetur in eis, quamuis beneficium regulare possessum 40. annis per seculares possit conferri seculari, iuxta cap. cum de beneficio. a quoniam fractio regula non annihilat religionem, sed inducit reformationis necessitatem, iuxta ea quæ habentur in cap. ad nostram. b

a De præb. li. 6. b De appell.

c Ca. ad Apostolicam. de regularib.

d Arg. c. vlt. de consue. & le. 2. ff. que sit longa consue. e Arg. ca. vlt. cum ei adnot. de regul.

f In cap. cum illorum. de senten. excomm. g In c. ex rescript. de iur. iur.

h In cap. non dicatis. 12. q. 1. i Super d. ca. nu. 20.

k ff. de religio. & sumpt. fun. ibi.

l Capit. super quibusdam. de verb. signifi. & hoc iure. §. dicitur a. qua. ff. de a. qua. quot. & astuta. m. 2. de priuileg. n. §. vlt. de statu monach.

6 Quarto, quod licet in prædicta Ecclesia non fiat expressa professio, potest tamen dici, quod fiat tacita, immo quod consuetudine induci potest, vt de consensu partium fiat ante annum probationis, vel quod saltem facta obliget profitemem ad religionem, immo quod censeatur esse facta per perseverantiam vnius mensis, vel hebdomada, vt audiui adhuc seruari in aliquibus Ecclesijs Gallicanis: immo etiam dici possit introduci posse consuetudine legitime præscripta, vt per possessionem pacificè acceptam loci canonicus censeatur professio facta: quoniam quicquid potest induci lege, potest induci consuetudine, d & hæc possent induci per legem Papæ: quia non sunt contra ius naturale, neque diuinum, sed solum contra humanum, vt palam est. e

7 Quinto, quod non obstat dicere, quod prædicti canonici non portant roquetum prædictum extra ciuitatem. Tum quia etiam hoc induci posset consuetudine saltem immemorabili, quia non est contra legem naturalem, neque diuinam. Tum quia possit dici eos malè facere.

8 Sexto, quod non obstat etiam dicere, quod non detulit Titius habitum intra monasterium. Tum quia satis est, vt gesserit illum extra illud de licentia Superioris ex aliqua honesta causa concessa, per illud dictum Abbatis antiqui f recepti à Panormitano, scilicet quod monachus manens extra monasterium de licentia Abbatis, videtur manere intra illud: & quamuis prædicti canonici accepta possessione, & roqueto, non absint à monasterio de licentia expressa Superioris, abesse tamen possunt dici de licentia tacita, quæ in hoc proposito tantum valet, quantum expressa, vt colligitur ex decisione vtriusque Cardinalis, h quam nos sequuti fuimus, & latè probauimus in comment. 1. de reg. i

9 Septimo, quod non obstat etiam dicere, quod non seruetur in prædicta Ecclesia votum solemne pauperatis, eo quod vnusquisque canonicorum disponit de rebus suis, vt sibi liber. Tum quia responderi potest, vt in proximo argumento, quod id faciunt de licentia tacita, de qua licentia vtendi proprio loquuntur prædicti Cardinales. Tum quia negari potest eos vt rebus suis, vt sibi liber, quamuis sic, vt honestè licet, vt latè probauimus in plerisque locis commun. de reg. i

10 Per quæ omnia videtur periculosum consulere partem contrariam negatiuam absque sedis Apostolica licentia: quia saltem de rigore iuris hæc pars affirmatiua defendi posse videtur, & in dubijs pro religione est iudicandum & consulendum, iuxta l. sunt persona. k summa est ratio, que pro religione facit.

AD PRIMAM igitur quæstionem colligitur ex decisione prædicta pars negatiua.

AD SECUNDAM respondetur, quod per dicta ad præsuppositam non peccant: quia consuetudo immemoralis in his, quæ sunt contra legem humanam habet vim legis. l

AD TERTIAM colligitur responsio per dicta ad primam præsuppositam, cum teneri: quia professio quamlibet tacita non tollitur per renunciationem beneficii, etiam si transfret ad aliud, iuxta cap. cum olim. m & alia multa ibi citata, & iuxta cap. cum ad monasterium. n Vnde

consulo vt saltem occultè habitum suæ religionis in ciuitate deferat, prout antea, dum erat canonicus, palam deferat, cum regularis semper remaneat etiam dimisso canonicatu, & malè fecerint qui vxores duxerunt dimisso canonicatu, cum regulares canonici remanissent. &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Regularis qui non est, habitum regularem non deferat.
2 Professio tacita fieri censeatur, vbi regularis habitus semper deferatur, licet expressis nunquam emittatur.

3 Papa ex causa licentiam dimittendi habitum dare potest, alius autem eo inferior non.

3 Regularis subiectus Episcopo eius Vicarius & cubicularius fieri potest, si tamen sit exemptus, requiritur licentia Superioris.

4 Habitum occultè ferendi dispensatio fere tam difficilis, ac dimittendi, minus tamen ab instituto regulari recedit primus, quam secundus. num. 5. Item & facilius excusatur à pœna, sed non à peccato. num. 4.

5 Dispensandi iusta causa dimittendi habitum regularem arbitraria.

CONSILIVM XIII.

DE QVODAM, qui dicit se esse monachum S. Benedicti cuiusdam monasterij, in quo post memoriam siue à tempore, cuius initij non est memoria, non fit, vt fertur, professio expressa, nec viget obseruantia regularis plusquam in Ecclesia collegiata seculari, &c. & quærit, an adit iusta causa dispensandi cum eo, vt sibi liceat deferre habitum subius vestem, & occultè, & ita famulari aliquibus prælatis, eo quod monasterium denegauit sibi alimenta studiorum, & quod propterea consumpsit substantiam paternam, & æs alienum contraxit, & quod ob reuerentiam & verecundiam non audet prædicta alimenta à monasterio repetere.

1 Respondeo primò, quod D. consulens præsupponit se esse verum monachum, & religiosum: quia, si verus monachus non esset, sine vlla dispensatione Papæ posset patientiam, siue habitum regularem, quam supra vestem deferret, deferre intus illam: quia etiam posset, immo deberet illam omnino dimittere, vt palam est.

2 Secundo, quod eius præsupposita opinio videtur esse iure verior, per multa, quæ in simili quæstione adduximus pro hac parte in quadam consultatione cuiusdam canonici ecclesiæ cathedralis regularis, in qua nulla dicitur fieri professio expressa, attamen semper deferunt roquetus albus ad formam cuiusdam patientiæ, & ita videtur fieri tacita professio per illa, quæ ibi adduximus.

3 Tertio, quod certum est posse S. D. N. pro sua summa in leges humanas potestate facere prædictam facultatem, quam Dominus consulens desiderat, a posse inquam iuste & sanctè facere illam facultatem, si iusta causa id faciendi adesset, argumento eorum, quæ Innocentius cum omnibus a seclis eius tradit. b

4 Quarto, quod etiam est certum, monachum iuste posse fieri cubicularium, & Vicarium alicuius Episcopi, iuxta glossam adiuncto textu e quam citat Romanus, vbi citat Innocentium e receptum ab omnibus, præsertim à Felino scitante vitiis Romanum: quod est verum, si est sibi subiectus, & etiam de licentia Superioris, si est exemptus, secundum omnes: quod tamen est intelligendum habitu retento: quia folius Papæ est facere facultatem manendi extra monasterium sine habitu, secundum omnes. f

5 Quinto, quod fere tam difficile est dispensare vt monachus deferat subius vestem habitum, ac dispensare ne deferat illum, per glossam memorabilem. h Dixi, fere, propter ea, quæ de pœna addit Panormitanus, i cuius determinatio licet posset procedere quo ad hoc, vt pœna non ita incurratur per occultationem, sicut per dimissionem, non tamen videtur procedere quo ad culpam: quoniam quo ad illam incurrendam videtur paria esse, deferre occultum, & dimittere, per prædictam glossam communius receptam.

6 Sexto, quod tatum & tale potest esse æs alienum contractum à Domino consulente, & tanta & talis potest esse substantia paterna, quam ipse impendit in literarum studiis, & tam indecora & molesta petitio, lis, & actio, quam moueret Dominus consulens cōtra monasterium, quod præterdit iniuste per inuidiam, vel alium affectum

a Arg. c. propositus. de concessio. præb. & ca. cuncta per midium. g. q. 3. b In c. quæ in ecclesiis. de consue. c In cap. cum possoris. 2. q. 7. d Singu. 506. & sing. 278. e In c. cum l. & A. de re iudic. f Ibid. nu. 13. g Per ca. 2. ne cleric. vel monach. li. 6. & c. cler. de vita & honest. cleric. h Clemen. 2. verb. extrinseci. de vita & honest. cleric. i In ca. Deus qui. de vita & honest. cleric.

iniustum, negasse sibi alimenta studiorum debita, & tanta, & talis verecundia relinquendi studia iam coepit, iuxta qualitatem personae ipsius, quae ea coepit, quod boni viri arbitrio possit videri iusta causa dispensandi, & faciendi facultatem, quam petit, per ea, quae nos scripsimus in com. de regul. cum tractamus de ingressu debentium & obligatorum in monasteria, & de obligatione ingressorum, & professorum illa, quam habent ad laborandum, & lucrandum, quae sufficient ad soluenda debita, quae non est necessarium hic repetere, cum ibi facile videri possint. Adiungendo eis, quod minus recedit ab institutione regulari deferens habitum occultum, quam omnino illum dimittens, per praedicta, quae Panormitanus adiecit, vt praedictum est.

S Y M M A R I V M.

- 1 Exemplari sublato, tollitur obligatio faciendi aliquid ad illius similitudinem: sicut & sublato fundamento, caetera superedificata corruunt.
- 1 Religio illa, quae ab immemorabili tempore desit ob eam intrantibus expressam exigere professionem; etsi videri possit, quod nec tacitam exigat. attamen probabiliter credi potest privilegio, quod ex sola allegatione hoc casu probatur concessum vt tacita sufficeret. nu. 3. 4. & 6. vnde eam ingredientibus elapso anno a die habitus suscepti de manu Superioris sunt censendi professi. nu. 5.
- 2 Professio coram Deo ibi est nulla, vbi non fuit animus profitendi: quamuis qui regularem habitum in religione, etiam si in ea non soleat emitti expressa professio, suscipit, & per annum gestat, praesumitur professus, cum sciat, vel scire debeat ex hoc illam induci. nu. 5.
- 3 Consuetudine immemorabili induci potest, quidquid lege humana statuit, & privilegio concedi, immo & ea stante illud sola allegatione probatur, & nu. 4.
- 6 Commendatarij monasteriorum equiparantur habentibus ea in titulum quo ad omnia pertinentia ad administrationem, etiamque quo ad effectum recipiendi religiosos ad habitum. nu. 5.
- 7 Religio essentia non est, vt generalem habeat presidentem omnibus illius religiosi.

CONSILIVM XV.

**I**n religione S. Basilij approbata in sui initio fiebat expressa professio, a tempore autem, de cuius initio non est memoria, regulari obseruantia in ea collabente, eius monasteria commendata fuerunt, desijtque emitti consueta professio. Dubitatur, an ille qui huiusmodi religionis habitum de manu commendatarij, vel Prioris non expressit professi susceptum per aliquot annos gestarunt, tacite professi intelligantur religionem S. Basilij.

1 Pro parte negante huius questionis facit primò, quòd sublato fundamento aedificij tollitur edificium, & ablato priori & principali tollitur posterius pendens ab illo, & sublato exemplari videtur tolli obligatio faciendi aliquid instar illius. Cum ergo obligatio profitendi expressa, & professio expressa sint quoddam fundamentum, & quoddam prius, & exemplar obligationis profitendi tacite, non existente obligatione profitendi expressa, videtur non existere obligatio profitendi tacite.

2 Secundò, quòd nulla professio potest esse vera sine animo profitendi coram Deo, secundum omnes. Vnde neque expressa valet coram eo sine animo profitendi facta, & tacita ideo iudicatur valida, quia deferens habitum tanto tempore videtur habuisse animum faciendi professionem fieri solitam in illo monasterio. At intrans monasterium, vbi nulla fit professio expressa, neque est qui recipiat, non videtur habere animum faciendi professionem, quam non nouit, quia nihil volitum, quod non sit prius cognitum, secundum Augustinum.

3 Pro parte verò affirmante facit, quòd possit Papa constituiti nouam religionem, in qua nulla professio fieret expressa, sed solum tacita per solam delationem habitus certo tempore continuata, & consequenter possit etiam per consuetudinem temporis immemorialis, vel quae ad id esset legitima, id ipsum induci: quoniam quod potest fieri lege humana, potest etiam fieri consuetudine. & quicquid potest induci privilegio, potest induci consuetudine immemoriali. Immo etiam consuetudine mino-

re induci possit, vt quis inuitus cogatur rem suam vendere iuxta l. venditor. quam ad hoc commendarunt pro singulari Felinus & aliquot alij & alij alibi.

4 Cum igitur possessio, & consuetudo immemorialis habeat vim priuilegij: ita quod qui allegaret aliquid sibi competere priuilegio Papae, ad quod probandum literas Apostolicas non haberet, probando consuetudinem immemorialem, probaret titulum, & priuilegium a se allegatum, secundum omnes, per praedictam l. hoc iure. & ca. super quibusdam. Cumque certum sit posse Papam concedere priuilegium alicui religioni, immo etiam omnibus, vt illarum professores non teneantur ad professionem expressam, sed quod sufficeret tacita, & quod illa esset tanti valoris, quanti expressa: cumque hic allegari possit huiusmodi priuilegium, immo & probabiliter credi propter commendationes in questione tactas, quae bonam partem religionum labefecerunt: vtique videtur quod illud probari possit praesumptiue per praedictam consuetudinem immemorialem.

5 Cumque iure communi professio tacita suppleat expressam, proculdubio nouitij, qui susceperunt habitum de manibus commendatariorum, & gestarunt tempore & modo iuridico sufficienter ad inducendam tacitam professionem, censendi sunt professi tacite: quia sciebant, vel scire debebant regulam sancti Basilij esse approbatam, & sub ea victuros teneri ad profitendum solemniter tria substantialia vota, iuxta formam regulae illius: & sciebant, vel scire debeant iura omnia nota, quod per delationem legitimam suscepti habitus tempore vnius anni sine protestatione contrariae voluntatis nouitij, vel monasterij, censetur ipso iure facta professio.

6 Non obstat, Praelatos fuisse commendatarios, & non proprietarios, iuxta cap. nullus. cap. quorundam. & cap. cum singula. Quia commendatarij Praelati equiparantur proprietarijs quo ad omnia iura pertinentia ad administrationem, vt tradit Panormitanus quem sequitur Decius, & a se citari, & multis probari possent. Non etiam obstat argumenta in contrarium adducta: quoniam in hoc casu non deest fundamentum, nec prius, nec exemplar professionis tacita: quia expressa continetur in ipsa regula, & solita fuit aliquando fieri interdum expressa, & interdum tacite, & postea priuilegio, vel consensu Papae, qui hoc poterat inducere, praesumitur inductum per consuetudinem immemorialem, qui sola tacita emitti solita fuit: & ita non est curandum de expressa, sed de sola tacita, quae est instar expressae antiquitus instituta, & solita fieri. & sic patet responsio ad secundum oppositum.

7 Non obstat etiam, quod religio praedicta S. Basilij nullum caput, siue generalem Praelatum habet: quia de religionis essentia non est, vt habeat generalem omnibus religiosi illius religionis presidentem. Tum quia nullo iure naturali, diuino, nec humano id cauetur. Tum quod canonici regulares, quorum monasteriorum olim maxima copia fuit, secundum Volaterranum, qui de numero eorum erat, nullum generalem habuerunt, postquam coeperunt multiplicari. Tum quia antequam Papae priuilegio eximerentur Abbates, & monachi, suberat vnumquodque eorum monasterium Episcopo, in cuius diocesi erat situm. Salua, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 Monachum esse, & professionem nec tacitam, nec expressam fecisse, pugnat.
- 3 Religionem ita supprimere potest Pontifex, vt remaneat solummodo quo ad apparentiam in delatione habitus, & aliorum aliorum externorum: quam suppressionem sola allegatione probabit is, qui immemorabilem probabit consuetudinem. nu. 2. Item & a principio talis potest institui, quae qui ingrediuntur non sunt verè religiosi, nu. 4. nec a Pontifice possunt cogi, vt religionem approbatam ingrediantur, nu. 5. nec vt efficiantur verè religiosi. nu. 6.
- 6 Regularis vt aliam, quam non vult, ingrediatur religionem etiam laxiorem, nec arctiorem, nec per supremum Praelatum cogi potest. nu. 7.

CONSILIVM XVI.

**P**RAESUPPOSITO, quod in monasterio montis Auellanæ monachi a tempore immemoriali nullam

a Super c. cui portio. 12. q. 1. a nu. 8. & super c. non dicitis. nu. 42. b In comm. super ca. non dicitis. num. 42. c In d. c. Deus qui.

d Ca. cu Paulus. 1. q. 1. e Ca. translatio. de constit. f Le. in testamento. ff. de condit. & demons. g Ca. humana. 22. q. 5. h Arg. c. tua. & cap. is qui. & eu adnotatis. de sponsal. i Arg. ca. cum ista per mundum. 9. qua. 3. & ca. propositus. de concess. praben. k Le. de quibus. ff. de leg. & ca. fin. de consensu. l Le. hoc iure. §. ductus a qua. ff. de a qua quot. & affi. ca. super quibusdam. §. praterea. de verb. signific.

a §. si constat. ff. commun. prob. b Nu. 27. c In c. qua in ecclesiis. de constit. d §. ductus a qua. ff. de a qua quot. & affi. e §. praterea. ff. de verb. signific.

f Ca. si religio sui. de elect. li. 6. g §. prohibemus. de prob. eod. li. h In c. querelam. de elect. li. 6. i In c. edoceri. sub fin. de rescript.

k Ca. Abbat. 18. q. 2. cum multis alijs.

emittere solent professionem expressam, nec tacitam, & quod deferre consueuerint religionis habitum, vt ratione illius fierent habiles ad obtinenda beneficia illius religionis, cuius erat illud monasterium, & quod possunt conuiuere simul, non tamen ad id compelli. Quaritur, an Papa potuerit cogere praefatos monachos ad intrandam aliam religionem veram, & approbatam, & ad eam profitendam.

1 Ad hanc questionem respondens, dico primò, videri posse alicui pugnare secum praesupposita. Primò quidem, quatenus habent, in monasterio Montis Auellanae fuisse monachos, qui non emitterent professionem expressam, nec tacitam, cum nemo possit esse monachus, nisi faciat professionem validam, a Monachum enim non facit habitus, sed professio.

Secundo, quatenus habet monachos praefatos consueuisse deferre habitum religionis, vt ratione illius fierent habiles ad obtinenda beneficia religionis, cuius erat illud monasterium, & quod non erant verè regulares religiosi: quoniam nulla alia ratione videbantur esse inhabiles ad illa beneficia, qui habitum non deferebant, quam quia erant regularia, & illa non poterant esse regularia, nisi religio Montis Auellanae fuisset vera religio, & eius monachi essent verè religiosi expressè vel tacite professi.

Tertiò, quatenus ab vna parte habent illos monachos solitos fuisse suscipere habitum, & deferre illum, & tacite significant, eos qui vellent, potuisse conuiuere simul, & ab alia parte significant non potuisse compelli ad conuiuendum simul.

2 Sed haec repugnantia tolli potest, eo quòd extra haec proposita in alijs mihi oblati alleritur esse clarissimum, & probari posse, quod praedicta religio Montis Auellana a tempore immemoriali fuit collapsa, tam quo ad regulam, quam quo ad habitum: quod non potuit fieri, nisi eo quod ibi defuerit fieri professio regularis, licet soleat deferri habitus regulae approbatæ conueniens, & constat consuetudinem immemorialem haberi pro titulo, vel pro probatione tituli, quem allegare voluerat is, pro quo illa facit, & ideo possit quis allegare praefatos monachos dictos fuisse quidem monachos, quia modum quemdam viuendi separatum a communi vita, & accedentem ad monachalem viuere: sicut solebant olim habere fratres Tertiarij ordinis S. Francisci viuentes congregati, iuxta glossam solemnem.

3 Allegando item, quod priuilegio, vel sententia, vel reformatione aliqua S. Sedis Apostolicæ fuit statutum, vt illa religio extingueretur quo ad veram essentiam religionis, & maneret quo ad apparentiam, & quo ad modum viuendi praedictum, separatum quidem a communi vita, & accedentem ad monachalem: ita quod verae religioni extinctae succederet noua apparens, in qua post mortem antea professorum non fieret vltra professio regularis expressa, nec tacita: quod vidimus esse factum in multis monasterijs, & Ecclesijs, etiam cathedralibus canonicorum regularium in Hispanijs & Gallijs.

4 Et etiam allegari possit, quod nulla vmquam ibi fuisset religio vera, sed solù apparens, & quod ex aliqua fundatione antiqua statutum fuit, vt certa beneficia nullis alijs conferrentur, quam gestantibus habitum praefatorum monachorum, & seruantibus illum modum viuendi: & pro omnium horum probatione allegare possumus praefatam consuetudinem immemorialem, qua probata, probarentur tituli allegati.

Secundò dico, his consequens esse, praefatos monachos non fuisse religiosos, sed solum conuixisse quamdam vitam & modum viuendi differentem a communi, & accedentem monachali, qui defendi potest fuisse iustus, & licitus, licet nullam professionem regularem religionis approbatæ facerent expressam, nec tacitam, per d. glossam ab omnibus receptam.

5 Tertio dico, his praesuppositis, & praedicta defensione munitis, ad punctum questionis responderi posse, mea sententia, non potuisse Papam compellere praefatos monachos, seu vitam quadamtenus monachalem degentes, ad ingrediendam, & profitendam aliam religionem veram & probatam.

d Cap. super quibusdam. §. praterea. de verb. signific. & hoc iure. §. ductus a qua. ff. de a qua quot. & affi. e Clem. cum ex eo. verbo tertio. de senten. excomm.

f Praefata. c. cum ex eo.

6 Tum quia nemo cogitur crescere. a Tum quia nemo cogitur vouere, & virginitas suaderi potest, non precipi. b Tum quia licet sint variae opiniones circa illam questionem, An religiosi possint compelli ad obseruantiam suae regulae durioris illa, quam inuenerunt tempore suae professionis, quam meo iudicio tertius & attentius tractat Decius, quam alij omnes tamen consentiunt in hoc, quod non possunt cogi ad profitendam nouam regulam, quam antea non vouerunt. Cum ergo D. consulens numquam vouisset illam religionem, quam Papa praecipit ei profiteri, nulla ratione potuit eum ad id compellere.

7 Tum quia nos pridem respondimus id quod postea typis excudi fecimus in com. 4. de reg. d nullum Praelatum nec inferiorem, nec supremum posse cogere vllum religiosum ad transeundum ad aliam regulam strictiorem, nec laxiorem, ratione ibi subiecta: in quod faciunt scripta super eod. cap. statuimus. Ex quibus colligitur, fratres Minores Conuentuales, quorum regulam Pius V. extinxit in Hispania, non potuisse compelli ad profitendam regulam fratrum Minorum Obseruantiae, quia regula eorum est longè durior, & alia, quam regula Conuentualium: quia hi profitentur regulam D. Francisci temperatam priuilegijs Apostolicis: illi vero profitentur eam nullo tali temperamento laxatam. Salua, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 Probationis annus, qui necessario professionem praecedat, debet esse adeo continuus, vt mensibus quibus stetit in primo monasterio, a quo sine licentia ad aliud transfuit, etiam de voluntate secundi monasterij non possint coniungi.
- 2 Tempus a iure statutum in dubio debet esse continuum.
- 3 Professio nulliter facta sine scientia nullitatis non ratificatur.

CONSILIVM XVII.

**M**INGRESSVS quoddam monasterium, post decem menses sine licentia illud egressus est, & se ad aliud eiusdem ordinis contulit, in quo receptus de consensu fratrum post duos menses emisit professionem, & multos annos postea perseuerauit.

Quaritur, an huiusmodi professio N. valeat, vel possit ad aliam religionem se transferre.

1 Respondeo, quod professio Domini consulentis expressè facta non valet, quia fuit ante vnum annum continuum completum, & post Concilium Tridentinum professio facta ante finem anni nouitatus est ipso iure nulla quo ad omnes effectus. Nec obstat, quod nouem, vel decem menses mansit in vno monasterio, & reliquum tempus adimpleuit in alio, & consenserunt monachi vt haberetur annus pro completo.

2 Tum quia annus debet esse continuus & vt probat Lopus Abbas, & probat text. in cap. 1. ibi, per totum annum: per quem hoc tenuit ibi Dominicus & Francus ea ratione, quam Lopus allegat, nempe, quòd omne tempus statutum a iure ad aliquem effectum debet esse in dubio continuum, iuxta glossam celebrem & receptam.

3 Tum quia sic vidimus in sacro Pœnitentiariae pratorio iudicari: & quamuis aliquot annis postea manserit in monasterijs, reputando se professum, non tamen ideo est tacite professus, quia qui post professionem inualide siue nulliter factam, nesciens illius nullitatem in monasterio perseuerat, non censetur satis ratificare illam, vt determinat Caietanus. Quare arbitror hunc D. consulentem non esse religiosum verè professum alicuius ordinis, & ita posse transire ad quamlibet aliam religionem, vel potius intrare quamlibet aliam de nouo sine vlla alia dispensatione. Salua, &c.

S Y M M A R I V M.

- 1 Professio apud mendicantes ante Concilium Tridentinum anno probationis non completo emissam non faciebat aliquem religiosum verum in specie, sed solum in genere, id est obligatum ad intrandam aliquam religionem: quae non dirimit matrimonium postea contractum, sed impedit, nu. 2. immo nec impedit, si per professionem intendebat se solum obligare dicto ordini, quem profitebatur. nu. 3.

CONSILIVM XVIII.

**Q**UIDAM ante Concilium Tridentinum ingressus religionem Carmelitarum ante finem anni nouitatus fecit professionem, & post multos annos miles factus

a Cap. gesta. 74. dist. b Ca. in egrit. 32. qu. 1.

c In c. ad nostram. nu. 9. de appell. no. tab. 4.

d Super c. statuimus. 12. q. 2. nu. 21.

e a nu. 13. v. que ad 20.

f C. 15. de reg. i. 25.

g Per ca. 1. b In allegat. 47. i De reg. li. 6.

k In rub. de diuers. & e. por. praescript. adde l. i. ff. de diuers.

l 2. 2. q. 189. art. 5.



cum tribus successiue contraxit matrimonium, cum quorum tertia filijs ex ea susceptis viuit. **Q**ueritur quid iuris. **R**espondeo sequentia. Primum, praefatum oratorem non fuisse verum religiosum ordinis Carmelitarum: quia, licet per professionem etiam intra annum nouitius emittam in ordine non Mendicantium fieret quis verus religiosus ordinis, quem profiteretur ante Concilium Tridentinum: <sup>a</sup> profitens tamen ordinem Mendicantium ante finem anni nouitatus non fiebat verus religiosus illius ordinis, quem profiteretur, per cap. non solum. <sup>b</sup> quod de ordine Praedicatorum & Franciscanorum statuit, & per cap. constitutionem. <sup>c</sup> quod praefatum cap. non solum. extendit ad omnes ordines mendicantes, qualis est ordo Carmelitarum, <sup>d</sup> sed tantum fiebat religiosus in genere, id est obligatus religioni in genere, vt dixit glossa dicti cap. non solum. <sup>e</sup> & ante Archidiaconus receptus ab omnibus. <sup>f</sup>

**2** Secundum, quod matrimonia contracta ab oratore post praefatam professionem valuerunt: quia professus religionem in genere non est verè religiosus, sed ad summum obligatus ad se faciendum religiosum, si inueniat receptores, vt tradunt in specie Angelus & Siluester, <sup>h</sup> quod & nos, ipsis non relatis, tenuimus in Com. 2. de reg. <sup>i</sup> post Calderinum. <sup>k</sup> Et tam ipsi, quam nos dicimus in specie, quod profitens in ordine Mendicantium etiam ante Concilium Tridentinum fiebat professus in genere tantum, & matrimonium ab eo contractum valuit.

**3** Tertium, quod si orator habuit animum obligandi se solum ordini Carmelitarum, & non religioni in genere, potuit licite contrahere matrimonium: quia tali animo profitens ordinem Mendicantium, nec in specie, nec in genere obligatur religioni, vt Dominicus post & ante alios tenet. <sup>l</sup> Si autem habuit animum obligandi se religioni in genere, peccauit quidem, quoties postea contraxit matrimonium, sed matrimonia valuerunt, & peccabit, si mortua vxore, quam nunc habet, quarta vice contrahat: quia ea mortua tenebitur intrare religionem. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Probationis annus debet adeo esse continuus, vt menses in quibus habitum in vno monasterio gestauit non coniungantur cum mensibus quibus stetit in alio: itemque dictus annus, seu habitus, ea intentione fuerit datus, & assumptus, vt sic tamquam nouitius probaret, & probaretur, nu. 2. & 4. & in atate legitima continuatus, num. 1. & haec etiam procedunt quo ad forum exterius, num. 4.
- 2 Tacita professio non inducitur dato errore Praelati recipientis aliquem ad habitandum, & ad alios actus tamquam prius professum, nec item per licentiam datam ad suscipiendos ordines, illorumve susceptionem, num. 3. sed nec post Concilium Tridentinum potest esse tacita professio, vbi non praecipit completus annus probationis assumptus intentione probationem faciendi, num. 4.

CONSILIVM XIX.

**Q**VIDAM in 12. atatis suae anno suscepit habitum Minorum de Obseruantia, & in diuersis monasterijs vitam suam transegit, donec legitimam aetatem ad profectum attingens ad monasterium Aracali de Vrbe se contulit: vbi, narrato Superiori, quod ipse tot annis gestauit habitum religionis, fuit ab eo admittus, & nulla expressa facta professione ad ordines suscipiendos missus, prout successiue etiam sacris insignitus fuit, actibusque professorum se impiscuit.

**Q**ueritur, an saltem tacite professus intelligatur. **R**espondeo primo, hanc causam Domini consulentis esse satis implicitam, & eius decisionem pendere ab aliquot iuris modorum, & articulorum explicatione, quae pro rei dignitate facere non vacat: neque quod facio fecissem ob alias grauissimas occupationes, nisi me iubentium auctoritas in id adegisset.

**2** Secundum, quod Dominus consulens non potest censeri fuisse professus, donec in monasterio de Aracali reciperetur. Tum quia non potuit esse professus tacite, nec expressè ante annum 16. atatis suae completum, ante quem longè prius suscepit habitum. Tum quia non poterat expressè, nec tacite profiteri ante annum nouitatus completum, quem ipse non compleuerat: quia licet vno anno & amplius gestasset habitum, coniungendo menses, qui-

bus mansit in vno monasterio, cum alijs, quibus mansit in alijs monasterijs, hoc tamen non sufficit secundum vniuersam & receptiorem sententiam, secundum quam annus probationis & nouitatus debet esse continuus, & in legitima aetate continuatus, prout saepe respondimus, qualem Dominus consulens non fecit.

**2** Tertio, quod non potest etià censeri professus in praefato monasterio de Aracali. Tum quia nullam expressam professionem sibi fecit. Tum quia nullam expressam, neque tacitam facere potuit in eo, antequam completeret annum nouitatus, quem tamen non compleuit. quod colligitur ex eo, quod actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, & non fuit intentio Ministri, qui eum suscepit, suscipere tamquam laicum & nouitium ad faciendum annum probationis, nec intentio Domini consulenti suscepti fuit intrare illud monasterium tamquam secularis, & qui nouè habitum suscipit ad faciendum praefatum annum probationis. quod colligitur ex eo, quod Minister non interrogauit eum, an esset nouitius, nec professus, nec consulens quidquam dixit ei de hoc: & quod simpliciter fuit tractatus, vt alij professi, & quod nunquam fuit iussus vel rogatus facere professionem, plusquam alij professi, eo quod Minister habuit magnam credendi causam, quod erat professus, eo quod Dominus consulens narrauit ei solum, se pridem accepisse habitum, & multis annis gestasse illum in multis monasterijs ante legitimam aetatem, & etiam in ea, & ita magnam causam habuit credendi, quod erat professus, & quod iussit ei ordines etiam sacros suscipere, & facere alia, quae ipsi professi faciebant, exeundo foras extra monasterium, & extra Urbem. Tum quia non obstat, quod de iussu praelati ordinis suscepit ordines sacros, & quod per talem susceptionem videtur facere professionem, nec quod nouitius immiscendo se actibus professorum videtur aliquibus profiteri. Nò in quā haec obstat.

**A**d prius enim responderetur, falsum esse, per talem ordinationem fieri professionem, immo nec ratificationem iam factam, vt nos probamus in Comment. 4. de reg. <sup>a</sup>

**A**d posterius responderetur primo, quod etiam iure antiquiori Concilio Tridentino non censetur quis tacite profiteri, eo solo, quod se miscet actui proprio professorum: sed requiruntur aliquot aliae conditiones, vt tradit diligenter Panormitanus: <sup>b</sup> quarum vna est, quod cognoscatur, & sciat per talem actum fieri professionem, quod tamen nesciebat Dominus consulens, & ignorant multi etiam eruditi.

**2** Secundo responderetur efficacius, quam forte alius haecenus responderit, quod post Concilium Tridentinum hoc nullatenus habet locum ante annum nouitatus completum, per cap. 15. <sup>c</sup> quod habet, nò posse vllò modo professionem fieri validam ante complementum anni probationis, & in casu proposito nunquam compleuit annum probationis, qui debet esse continuus, & cum intentione probationis faciendae, qualem non compleuit ipse, vt praedictum est.

**P**er quae omnia concluditur primo, certum esse, praefatum Dominum consulentem non esse verè professum expressè, nec tacite quo ad forum conscientiae. Secundo, quod etiam videtur verius non esse ipsum praesumendum professum etiam quo ad forum exterius. Tertio, quod Illustrissimus Reuerendissimusque Protector, & Generalis praefati ordinis, licet possent eum fatigare in foro exteriori, si esset quarentes magis sua, quam quae sunt Christi, rem tamen suo superillustri genere, suaque maxima religione, & humanitate dignam faceret, si eum declarauerint non esse censendum professum, & permiserint ei viuere honestè in habitu, quem gerit, presbyterali. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Professus tacitus est censendus is, qui vltra annum habitum nouitij & professus communem gestauit, non obstante quod ad professionem expressè faciendam sapius petitam nunquam fuerit admissus, nec assignati tres dies professoris assignari ad deliberandum consueti per conuentum, qui etiam solet nouitios post quodcumque tempus eijcere.
- 1 Probationis annus potest incipi & compleri, etiam antequam quis compleat suae aetatis annum 16. & virtute illius postea emitti professio.

a Ca. ad Apo stol. de reg. b Derog. lib. c. Eod. tit. & lib. d Ca. 1. §. penult. de religio. dom. li. 6. c. In verba vobis ordo. f Ibidem in eod. verb. g In sum. verbo religiosus. §. 14. h Verbo religio §. 9. i. Super c. non dicitur. 12. q. 1. nu. 5. k Consi. 23. & 27. de reg.

l In d. ca. non solum.

a Super c. In sum. 10. q. 3. nu. 71. & seq.

b In cap. v. d. de reg. nu. 7.

c Derog. lib. 25.

a Ca. 1. de regula. in 6. clem. eos. eod. tit. b Sess. 25. ca. 15.

c Ca. 16. sess. 25.

d Ca. ignorat. de regul. iur. lib. 6.

e De reg. l. 6. ca. ad Apo stol. de reg. licam. eod. c. ei adnota. f 19. q. 3. nu. 74. g C. de express. lib. 11.

- 2 Ignorantia iuris non suffragatur in foro exteriori, quò minus quis per analem delationem habitus communis censetur tacitus professus, sufficit tamen coram Deo, nu. 4.
- 3 Tacita professio non censetur inducitur in illis monasterijs, in quibus ex statuto, vel praescripta consuetudine licet nouitios quando cumque ante expressam professionem eijcere, item & quando aliunde constat intentionem vel nouitij, vel conuentus esse, vt per tales actus tacita professio non inducatur: & coram Deo nunquam inducitur professio, nisi concurrat intentio volentis profiteri.

CONSILIVM XX.

**D**E eo, qui mansit in quodam monasterio ordinis S. Augustini decem mensibus, & deinde ingressus ordinem Minorum Conuentualium per duos annos continuos detulit habitum professus & non professus communem, ignorans, an ante professionem expressam obligaretur religioni, an censetur religiosus, attento quòd sapius petiit profiteri, & nò fuit per fratres admissus, & quod dicti Conuentuales habent libertatem eijciendi nouitios, quantocumque tempore in monasterio manserint, & quòd, quando volunt aliquem ad professionem admittere, assignant illi tres dies ad deliberandum.

**R**espondeo primo, certum esse, oratorem non esse professum ratione mansionis apud fratres sancti Augustini, neque expressè professum fuisse ordinis & regulam Conuentualium.

**1** Secundo, quod ego non ausum dicere ipsum non esse censendum iure communi tacite professum in ordine Conuentualium. Tum quia detulit habitum indistinctum & professus & non professus communem per biennium: & sufficit ad talem professionem detulisse illum per annum integrum. <sup>a</sup> Tum quia non obstat dicere, quod habitum suscepit ante decem & sex annos completos, ante quos vetat Concilium Tridentinum professionem fieri: <sup>b</sup> quia nò vetat habitum posse suscipi ante illos completos, neque disponit annum probationis impleri non posse ante illos completos. & ita etiam hodie annus probationis incipere potest, immo & perfici ante decimum sextum completum, & virtute illius probationis fieri professio expleto decimo sexto, iuxta d. clem. eos. quae quo ad hoc nullatenus est correctae.

**2** Tum quia etiam non obstat dicere, quod ipse petebat admitti ad professionem, & quod fratres volebant eum admittere ad illam: quia non repugnat, quem esse professum tacite, & petere se admitti ad professionem expressam: neque quòd conuentus noluit eum ad eam admittere: quia non definit ipse esse professus tacite, licet conuentus noluit eum ad expressam admittere: quia non est eius potestatis facere de tacite, professio non professum, nisi protestatus fuisset se nolle esse professum, & constaret de tali eius animo, vel de simili eius protestatione, & animo Conuentus. quibus casibus videtur intelligendum <sup>c</sup> Concilium Tridentinum ibi, finito tempore nouitij, Superiores aut admittant nouitios ad professionem, aut eijciant. Tum quia non iuuat illum, saltem quo ad forum exterius, ignorantia iuris, quod ante professionem expressam non obligaretur ei. <sup>d</sup> Tum quia non obstat, quòd dicitur de libertate praedictorum Conuentualium eijciendi nouitios, quantocumque tempore in monasterio manserint: quia id falsum est iure communi per supradicta. Tum quia licet sola ordinis susceptio non videatur inducere professionem tacitam, multum tamen adiuvat ad eam praesumendam. Non etiam obstat, quòd non fuerit facta ei assignatio illa trina trium dierum ad deliberandum super professione expressè faciendae, quia est contra ius commune.

**3** Tertio principaliter respondeo, quòd si statutum, vel consuetudo praescripta ordinis Conuentualium haberet, vt liberum sit conuentui expellere nouitios ante professionem expressam, non esset orator censendus tacite professus, argum. cap. 1. & cap. non solum, <sup>e</sup> & eorum, quae nos diximus in Com. de reg. in cap. statum. <sup>f</sup> Ex quibus colligitur, tanta libertate vti posse nouitium ad exeundum, quanta Conuentus ad eijciendum: & facit, quòd statutum in vno correlatiuorum habet locum in alio, si modo eadem ratio idem dicitur in eo, l. 1. r. g. & latè tradita per Fel-

**A** num. <sup>a</sup> Idem dico, etiam si constaret Conuentus praedicti ordinis animo & protestatione expressa, vel tacita suscipere nouitios, vt nolint eos habere pro professis ante professionem expressam, pro quo plurimum facit. <sup>b</sup> Concilium Tridentinum cum proximè adductis.

**4** Quarto igitur principaliter resolutò, praedictum oratorem solo iure communi attento censendum esse tacite professum quo ad forum exterius: attento autem praefato statuto, vel consuetudine, vel protestatione tacita, vel expressa, non esse talè censendum: & quòd praesuppositis his, quae de ignorantia, & animo oratoris proponuntur in facto, non esse illum etiam iure communi solo attento tacite professum quo ad forum interius, per ea, quae de tacita professione diximus vbi supra. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Professionem tacitam emittere videtur, qui professus in laxiori, postea habitum indistinctum per annum continuum in religione deserit (strictiori): vnde nec potest ad primam reuerti.
- 2 Iniuriarum etiam iniusta irrogatio, non est causa sufficiens, vt religioso, cui proprium est has pati, detur licentia transeundi ad laxiorem.

CONSILIVM XXI.

**R**eligionem S. Francisci de Obseruantia quidam ingressus fuit, deinde Conuentualium, & legitime professus ad priorem de Obseruantia rediit, & per annum integrum, & amplius in ea permansit: & cum sine iusta causa verbis & factis à nonnullis fratribus iniurias accepisset, exiit. Dubitauit, an esset verus religiosus, & an haberet satis causam, propter quòd S. D. N. cum eo dispeset, vt ad Conuentuales redeat.

**1** Respondeo primo, quòd D. consulens fuit verus frater, & religiosus ordinis Minorum Conuentualium, quia professionem fecit in eo expressam. Secundo, quòd videtur nunc esse religiosus etiam verus ordinis Minorum Obseruantiae: quia, redeundo ad monasterium ordinis Minorum Obseruantiae, videtur tacite fecisse professionem in eo, manendo plusquam per annum, si vestis nouitiorum non esset distincta, iuxta ca. 1. <sup>c</sup>

**2** Tertio, quòd vix dabit S. D. N. licentiam, quam petit, immo negabit eam: quia causa non videntur sufficientes, cum religiosorum debeat esse magis proprium, quam aliorum, iniurias ferre: quòd Christus satis suo exèplo docuit, & verbo. <sup>d</sup> Benedicite maledicentibus vos. Quarto, quòd dabit facultatem transeundi ad alium strictiorem, vel aequiualentem, & fortè ad laxiorem. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Professionem saltem tacitam apud Minores de obseruantia censetur fecisse, qui à Conuentualibus ad illos transeundo, per annos septem commoratus est, & ordines sacros suscepit.
- 2 Matris necessitas corporalis etsi praebet iustam causam vt professio detur licentia retento habitu standi extra claustrum, non tamen praebet vt detur licentia dimittendi habitum, & accipiendi beneficia in titulum, nu. 4. quòd si licentia non obtenta exeat, peccat, num. 1. & si dimisso habitu celebret, efficitur irregularis, numero 3.

CONSILIVM XXII.

**Q**uidam monachus professus ordinis Conuentualium S. Francisci transiit à dicto ordine ad ordinem Minorum de Obseruatia, in quo nullam emittens professionem expressam mansit septem annos continuos, & ad sacros ordines est promotus: postea, urgente necessitate matris senis, pauperis, ac nobilis, exiit sine facultate Superioris è monasterio, dimisso habitu, vt illi subueniret. **Q**ueritur nunc quid iuris, & an propter praedictam necessitatè matris possit dictus monachus accipere hospitale in titulū beneficiale.

**1** Respondeo primo, praefatum D. consulentem mihi videri esse saltem tacite professum religionem Franciscanorum de Obseruantia: quia sponte intrauit eam, posteaquā exiit à conuentu Conuentualium, & in eo mansit circiter septem annis, & ordines omnes etiam presbyteratus suscepit, & seruauit vt frater Obseruantiae.

a In pro-mio Greg.

b Cap. 16.

c §. 1. de reg. li. 6.

d Matth. 5.

2 Secundò, quòd licet iustam causam habuerit exeundi à monasterio Obseruantiũ, vt subueniret matri pauperi, seni, & nobili, non tamen licetè potuit id facere sine licentia Superioris, & consequenter, quòd in malo statu vixit sine habitu, toto tempore quo mansit Neapoli, & in via exeundi ad eam, & nunc veniens ad Urbem, & nunc manens in ea sine habitu.

3 Tertio, quòd mea sententia contraxit irregularitatem sic manendo, & celebrando, & quòd in maiori necessitate sua animæ salutis est constitutus ipse, quàm mater eius in necessitate corporis.

4 Quarto, quòd, vt opinor, nec congregatio Cardinaliũ, nec ipse Papa faciet ei facultatem obtinendi præfatũ hospitale in titulum beneficiale: quamuis arbitretur facturũ ei Papam facultatem manendi cum matre, habitu retento, dum mater vixerit, & fortè vt ea mortua transeat ad alium ordinem Mendicantium: licet magis expediret ei, vt post mortem matris rediret ad suum ordinem Minorum Obseruantia, qui est optimus & altissimus viuendi modus, & gratissimus sanctissimæ & gloriosissimæ Trinitati, quæ nos omnes sua infinita bonitate saluet. Amen.

SVM MARIVM.

1 Professio emissa ante annum 16. expletũ est nulla, nec coram Deo ratificatur ex eo, quòd per quatuor annos in religione permanferit, nisi sciens nullam, animo illam ratificandi, id fecerit. nu. 2. vnde matrimonium à tali contractum tenet. nu. 5. In foro autè exteriori iudicabitur valide professus, nec audietur, si petat illa declarari nullam, nisi id coram suo superiore & Episcopo intra quinquennium petat. nu. 3. contra tamen huius quinquennij lapsus restituitur ex eo, quòd iuris ignorantia ductus id solum coram suo superiore, qui illius petitionem reiecit, ac testimonium minoris ætatis lacerauit, petuit. nu. 4.

CONSILIVM XXIII.

Petrus ante completum 16. annum professus fuit regulam S. Augustini, & postea mansit in eodem monasterio circiter quatuor annis: & deinde proposita causa nullitatis suæ professionis coram Generali, qui probationes lacerauit, exiit ad militiam armatam, & contraxit matrimonium, & postea denunciatum fuit eum fuisse religiosum. Quæritur ad quid teneatur, & remedium.

1 Ad quæstiones ex facto propositas respondetur primo, professionem factam à D. cõsultente ante annum 16. expletum in religione S. August. non fuisse validam, per textum nouum & clarum Concilij Tridentini. 2 Secundo, professionem illam, quæ ipso iure nulla fuit, & inutilis, non fuisse factam validam ex eo solo, quòd post eam factam remansit in monasterio tribus vel quatuor annis: quia per illam solam remanentem in ea non est iudicanda ratificata, vt singulariter determinauit Cardinalis Caietanus, quem nos terio sequuti fuimus, & commendauimus in Man. nostro confes. & aliquot rationibus cõfirmauimus, scilicet quòd ad ratificationem voti solemnem in religione inualidè siue nulliter facti nõ sufficit, vt post illud factum maneat in religione aliquo tempore, eo quòd credit votum valuisse, sed oportet vt sciat illud non valere, & animo validandi illud in illa remaneat.

Tertio, quòd hoc secundum certum esse videtur quo ad forum conscientia, & coram Deo, qui omnia nouit, & nihil ignorat, sed quo ad forum exterius necessaria videtur ad declarationem petendam auctoritas superioris, & probatio, quæ sine causæ cognitione fieri non potest, & illa nõ conceditur nisi intra quinquennium à tempore professionis factæ, & nisi inualidè professus petat eam vestitus habitu religionis: & in casu proposito lapsus est iam quinquennium, & D. cõsultens gerit habitum militarem, & nõ religiosum.

3 Quarto, quòd nobis scribentibus Com. 4. de reg. e. visum fuit, quòd huiusmodi professus si probauerit iusto impedimento fuisse impeditum, quo minus potuerit declarationem nullitatis suæ professionis petere, possit iustè ac sanctè restitui in integrum ad tempus, in quo fuit impeditus. Sed nõ videtur omnino iustum impedimentum, quòd tangitur in narratione facti, scilicet, quòd causa nullitatis fuit proposita coram superiore intra quinquennium

A cum probatione ætatis D. cõsultentis per notariũ publicum facta, & quòd eam rupit Superior, & noluit eam audire: quia Concilium Tridentinum, 2 requirit, vt intra quinquennium causa nullitatis professionis deducatur coram superiore, & ordinario: & ita de rigore iuris non videtur omnino satisfecisse.

4 Quintò, quòd ad concedendam præfatam restitutionem ex bono & æquo, vt loquuntur antiquiores Iuriscõsulti, adiuncta interpretatione Budæi, & aliorum nouissimorum, b siue de æquitate, aut epikeia, vt loquuntur S. Tho. & alij Theologi, & communiter Iurisperiti, facit multum, quòd religiosi non sunt, nec debent esse valde curiosi causarum forensium, immo id est, eis opprobrium, vt ait l. repetita, d & tradit glo. recepta, e & ita cõsultens iuuenis & nobilis facillè potuit ignorare, quòd tenebatur causam nullitatis non solum proponere coram suo superiore, sed etiam coram ordinario Episcopo: & ita maior culpa, vel dolus fuit in superiore reiciente, & lacerante instrumentum humiliter præsentatum, quàm in cõsultente nobili, & iuvene Aragonio suo genio ad arma inclinato procedente ad armatam militiam, eo quòd putaret professionem esse nullam, quòd impediuit eum à prosecutione causæ. Immo Superior, vt videtur, dedit causam impediementi, vt non prosequeretur causam nullitatis, lacerando iniustè instrumentũ, quo probabatur nullitas, & non cõsulendo ei, vt tenebatur, quòd debebat eam proponere nõ solum coram ipso, sed etiam coram ordinario.

5 Sexto, quòd præfatus D. cõsultens est constitutus in summa miseria, nisi concedatur præfata restitutio, & audiatur super causa nullitatis professionis, & voluerit Sanctissimus misericorditer subuenire miseria, in qua est cõstitutus: quia coram Deo, & in foro conscientia non fuit factus religiosus, si non ratificauit professionem suam eo modo, quo dictum est in secundo dicto: & consequenter matrimonium coram Deo, & quo ad forum conscientia est validum, & cum sit consummatum, nõ potest Summus Pont. dissoluere illud secundum omnes tam Canonistas, quam Theologos: & si nõ admittatur ad causam nullitatis probandam, cogetur esse religiosus, cum non sit. & cum tam ipse, quàm illa quæ ipsi nupsit, sint nobilissimi, probabiliter timentur magna scandala, & homicidia, virgente conscientia ab vna parte ad seruandum matrimonium, atento, quòd numquam fuit religiosus, & ex altera parte virgente foro exteriori ad seruandam religionem. Nam iam cõeperunt insinuari minæ, ac signa inimicitia inter ipsas partes, & cognatos earum, quibus qua parte iustè potest, obuiandum esse, iura naturæ, diuina, & humana vbique clamant.

SVM MARIVM.

1 Professio emissa à maiore 16. annis etiam si sit minor 18. iure communi tenet, modo probationis annus etiam ante annum 15. inceptus sit completus: an autem teneat in monasterio, in quo ad est statutum ne ante 18. quis admittatur, sine lectione totius statuti diiudicari non potest. nu. 2.

2 Professio nulla non validatur per sacrorum ordinum clam superiore, immo nec illo conscio, si sine Conuentu (prout est de iure) quem ad professionem recipere non potest, assumptionem, nu. 3. immo nec per quoscumque alios actus, alia intentione quam professionem scitam nullam ratificandi, num. 4. item nec per cõsuetudinem religionis hos tolerandi, nisi ea mente tolerentur, vt sic professio, quæ scitur nulla, ratificetur. nu. 5.

CONSILIVM XXIII.

QVinqve quæstiones à dominatione tua quæritur. Prima, an professio à maiore 16. annis ante 18. peracto probationis anno emissa in religione, ex cuius regula prohibetur quis recipi, nisi 18. annum ad minus attigerit, obliget, maxime si talis professus ad actus professorum fuit postea admittus, vel sacros ordines in religione suscipit: stante etiam eiusdem religionis consuetudine, qua ante presinitum tempus recepti, & ante 18. annum expletum professi tolerati sunt.

1 HÆC QVÆSTIO satis est difficilis, & multiplex: & prima, quam implicat, est, an solo iure communi atreto professio præfata valeat. Et certum est, quòd sic: quia potest ingressus ante, vel post 15. annos cõpletos implere

annum probationis, & facere professionem post 16. impletum per 2 Concilium Tridentinum.

2 SECVND A, quam implicat, est, an impediatur professio prædicta per statutum religionis, in qua prohibetur fieri professio ante annum 18. inceptum. Et quia hæc quæstio est legitima, pendens ex intellectu illius legis, non videtur satis tutè posse resolui, nisi lecta illa, & recedè intellectu, quia inciuile, est, nisi tota lege perspecta, vna aliqua eius parte proposita, de lege iudicare, vel respondere. l. inciuile. ff. de legibus. fieri enim potest, vt fieri prohibeat professionem, tamen factam non irritet: & quòd prohibeat, & irritet: quòd etiam perspecta tota lege non erit omnino facile iudicare, ob multa, quæ in vtramque partem afferri possunt.

3 TERTIA, an professio inualida efficiatur valida eo quòd ordines sacros in religione suscipiat: & mihi certum est, quòd non, si accipiat eos absque Superioris licentia, vt multi suscipiunt cum falsis literis dimissoriis: quia ex illo actu non arguitur ratificatio monasterij, in quo inualidè professus fuit. Quòd ipsum dici posse videtur, si susceperit eos cum literis dimissoriis superioris Prælati, à quo solo solent dari: quia ipse solus sine sui Conuentus consensu non potest professionem accipere iure communi, iuxta glo. i. b quam etiam praxis omnium fere religionum approbat.

4 QVARTA, an professio inualida ratificetur, & fiat valida, ex eo solo, quòd admittatur à Conuentu ad actus solis professis conuenientes. Et memini me aliàs respondere negatiuè. Tum quia nullo iure, nec efficaciac ratione mihi videtur probari sufficientia illius ratificationis, cum admissio ad illos actus possit fieri alia ratione, quam animo ratificandi, puta per reuerentiam, & verecundiam, inaduertentiam, & incogitantiam, & per ignorantiam iuris, & per falsam credulitatem, qua professio facta credebatur valida. Tum per ea, quæ singulariter notauit Caieta. ad S. Thom. e dum amplius, quàm hoc, requirit ad ratificationem, quem etiam nos sequuti fuimus in Manu. confes. d

5 QVINT A, an professio inualida reficiatur & ratificetur per consuetudinem religionis, in qua sic malè professi tolerari solent. Ad quam respondeo primò, certum esse quòd non, propter solam consuetudinem tolerandi, nisi tolerantia consequatur, neque si ea consequatur, nisi ratificatio fiat eo modo, quo Caiet. & nos, e diximus: quia multa per patientiam tolerantur, quæ si in iudicium deducerentur, exigente iustitia, non deberent tolerari, f Salua, &c.

SVM MARIVM.

1 Actus factus contra legem prohibentem non valet: vnde professio emissa ante 18. annum in religione quæ habet statutum ne quis ante dictam ætatem admittatur ad professionem, videtur non valere. & nu. 2. & 4.

2 Professio apud quatuor ordines mendicantium emissa ante completum probationis annum iure communi habebat vim voti simpliciter obligantis ad religionem in genere, sed non facit verè religiosum. nu. 4. in fin.

3 Probationis annus requisitus respicit fauorem priuatum, cui iure communi scienter poterat renunciari: at certa ætas requisita respicit fauorem publicum. & nu. 1.

CONSILIVM XXV.

IN ordine Minorum statuto cauetur, ne quis ante 18. ætatis suæ annum ad professionem admittatur. Quæritur, an N. qui ante dictam ætatem professus est, sit verè religiosus.

1 Quòd N. non sit verus religiosus ordinis Minorum, facit primò, quòd actus factus contra legem prohibentem illum fieri, non valet, & in regula illius ordinis cauetur, ne quisquam professionem faciat in illa, antequam attingat 18. annum.

Secundo, quòd lex prohibens ne fiat professio ante talem ætatem, videtur plus respicere vtilitatem publicam, quàm partium: & ita, licet anno probationis potuisset ante Concilium Tridentinum, renuciari à partibus, quia vi-

debatur ante illud principalis introductus in fauorem priuatum, quam publicum. nunc verò non videtur posse renunciari legi prohibenti, ne fiat professio ante certam ætatem.

Tertio, quòd per Concilium Tridentinum, 2 annihilatur professio facta ante legitimam ætatem.

2 Quarto, quòd Hostiensis & communis opinio tenere videntur, b quòd professio facta ante 18. annum in monasterijs, in quibus prohibetur illa fieri ante illum, nõ valet, & quòd etiam facta in ordine Mendicantium ante finem anni nouitiatus non obligat ad religionem, quam professus est in specie, sed tantum in genere, ita quòd vim simplicis voti habeat, vt in cap. non solum. & ca. constitutionem, c statutum est.

3 Pro parte autem contraria, quòd valeat, videtur casus in cap. ad Apostolicam, d vbi expressè declaratum est, quòd, licet professio non debeat fieri ante finem anni probationis, si tamen fiat vtraque parte, scilicet nouitio, & monasterio volente, valet.

Secundo facit ratio, qua fundatur illa declaratio in illo cap. nempe quòd ille annus nouitiatus statuitur in vtriusque partis fauorem, & ita vtraque pars potest renunciare illi fauori, vt cuiuslibet alij iuri suum fauorem concernenti. e

Tertio, quòd consuetudo est optima legum interpret, f & consuetudo generalis habebat ante Concilium Trid. vt professio facta ante finem anni probationis valeret extra religionem quatuor Mendicantium, de quibus in d. cap. non solum. g

4 Per hæc præmissa hæc quæstio videtur valde dubia: in cuius ego partem priorem multum inclino ob argumeta pro ea supra formata, & quia responderi potest ad præfatum cap. ad Apostolicam, per tacta in argumento 2. pro priore parte adducto, scilicet, quòd aliud est dicendum de prohibitione professionis, ne fiat intra annum probationis, quæ videtur potius facta in fauorem priuatum, quàm publicum, & aliud de prohibitione, ne fiat ante certam ætatem, quæ videtur potius respicere publicam vtilitatem, quàm priuatum. Dixi supra inclinare multum in priorem partem, & non asserere illam, propter dicta Panormitani, h qui videtur tenere contrarium contra communem: quamuis etiam ipse sub finem sentiat, quòd non obligat in specie, licet obligaret in genere ad religionem, & non perpedit differentiam, quam nos aduertimus inter prohibitionem, ne fiat ante certam ætatem, & inter prohibitionem, ne fiat ante annum probationis. Et ita desiderarem vt S. D. N. declararet pro N. cõsultente, qui salutem querit æternam, quòd nullatenus valuit eius professio, vel quòd solum vim habuit voti simplicis obligantis ad religionem in genere, & non facientis eum verum religiosum. Salua, &c.

SVM MARIVM.

1 Professio cum sit reciproca contractus, quo monachus monasterio, & e contra obligatur, si alterius deficiat consensus, erit nulla, & nu. 16. quòd si ad sit consensus, tenebit, licet professus occultet illa qualitatem, quam habentes ex statuto prohibentur admitti. nu. 1. & nu. 11. nisi statutum ab habente potestatem factum haberet clausulam professionis annullatiuam. nu. 12.

2 Inhabilitati plures reperiuntur iure communi ad ordines & beneficia, & per extrauagantes ad religionem, immo & per statuta particularia inferiorum Papa ad beneficia regularia & secularia aliquarum Ecclesiarum & Capitulorum. nu. 3. & hoc modo statuta sint à Sede Apostolica sufficienter approbata, & confirmata. numero 10. alias inferior Papa non potest suo statuto aliquem inhabilitare ad id, ad quod iure communi est habilis. nu. 8. & 4. & seq. & nu. 6. nec statuere quòd professio hoc vel illo modo facta teneat, vel non num. 7. Fundator autem beneficiorum consentiente Episcopo potest statuere, vt tales & tales non sint habiles ad dicta beneficia obtinenda. nu. 10.

4 Statuere contra ius commune canonicum nullus potest inferior Papa. nu. 9.

4 Originem trahens ab infidelibus de iure nequaquam est inhabilis ad religionem: immo nec propria infidelitas præcedens baptisma obest promotioni. numer. 5. nec ad obrinendum canonicatum. nu. 4. secus est de hæresi: quia iure Pontificio nedum propria nocet, sed etiam paterna. & nu. 5.



- 12 Professus nulliter in religione, siue ob statutum professionem irritans, siue ob defectum consensus recipientis, non potest tuta conscientia in ipsa retineri, postquam, tales coram Deo liberè exire, immo & tenentur querere, vt dimittantur à Superiore, precedente iuridica sententia. nu. 13.
- 14 Taciti & expressi regulariter par est virtus, nisi adducatur ratio diuersitatis. nu. 15. vnde sicut defectus consensus vitiat expressam professionem, & ita & tacitam. nu. 14.
- 16 Professio nulla ob defectum consensus recipientis, perseuerate eodem defectu, non potest per quosuis actus subsequutos dici ratificata: immo si adfuit defectus in receptione habitus, ita vt admisso ad habitum sit nulla, post Concilium etiam accedente consensu expresso non potest ratificari, sed annus probationis esset legitime à capite inchoandus. nu. 17. 18. & 19.
- 17 Probationis annus vt incipiat, requirit etiam consensum recipientis, qui si absit, postea superueniens non reualidat tempus elapsum, sed debet de nouo inchoari. & nu. 19.
- 18 Ratificatio professionis nulliter emissa per nullos actus ratificatur nisi sciatur nullitas, & accedat nouus consensus approbationis: ite etiam requiritur, vt cessent impedimenta, nu. 15. consensusq; liberè præferatur, nu. 16. in si. adimpleanturq; à Concilio Tridenti. requisita, nu. 18. & 19. vel super eis à Pontifice dispensetur. 20.

CONSILIVM XXVI.

Orta sunt graua dubia inter Patres ordinis Minimorum, quæ desiderantur per excellentiam vestram declarari.

Primum, an Capitulum generale ordinis Minimorum auctoritate ordinaria potuerit, vel possit statuere, ne recipiantur ad suum ordinem, qui fuerunt infideles, vel descendent ex eis.

Secundum, an recepti contra præfatum statutum à prædicto Capitulo factum, debeant exire, vel reici, si non fuerint ipsi infideles, neque descendunt ex hæreticis, qui impenitentes decesserunt, vel eorum statua combustæ sunt.

Tertium, posito quod Capitulum potuerit statuere, vt tales nō recipiantur, & quod, si recepti fuissent, receptio & professio essent nulla, possint dicti fratres, qui ex tali genere descendunt, in foro conscientia à religione exire absque Romani Pontificis dispensatione.

Quartum, posito quod in foro interiori & conscientia possent exire, & prælati noluerint in foro exteriori eundi licentiam concedere, quid remedijs eis relictum sit.

Quintum, an professiones præfatorum fratrum, licet nō valeant vt expressæ, valeant tamen vt tacita.

Sextum, an licet præfata professiones non valeant neq; vt expressæ neque vt tacita, à tempore quo fuerunt factæ, sint tamen validæ per gestationes habitus per annum & amplius factas.

Septimum, an posito quod nō sint factæ validæ, possint aliquo modo fieri tales.

ANTE QVAM his respondeā, admoneo Dominos consulentes subintellexisse me, quibusdam eruditissimis vifum fuisse, quod responderim contraria in duobus responsis in hac materia redditis: in quorum altero respondi de quodā N. qui receptus & professus fuit contra prædictum statutum, non esse religiosum, & de quibusdam alijs, qui fuerunt recepti & professi contra idem statutum, esse religiosos. Sed licet occasionem aliquam id dicendi habuerint, non tamē iustam causam: quoniam si satis pendant, non sunt contraria, sed diuersa: quia ratio principalis, ob quam respondit præfatum N. non esse religiosum, non est, quia fuit receptus contra præfatum statutum, licet etiam illam vnico verbo insinuauerim, sed illa firmior, quam tradidi in hac verba, Quia professio est in effectu quidam contractus reciprocos vitro citroq; obligatorijs, quo profitens se obligat monasterio, vel ordini ad seruandum ei secundum regulam eius, & e contra monasterium ad alendum & tractandum eum secundum eandem regulam: & ita est necessarius consensus vtriusq; partis tam Prælati, & monasterij professionem recipientem, quam ipsius profitentis: & in casu proposito defuit consensus Prælati, & monasterij: quia fuit præstitus sub conditione, si non esset de tali genere, & ita defuit conditio, sub qua fuit admissus, & cōsequenter ipsa admissio, quia dispositio conditionalis nulla est deficiente conditione, & quia deficiente causa regulariter deficit effectus. De alijs autem respondi, quod erant religiosi: quia nihil aliud obstabat eis, ne essent, nisi quod

præfatum statutum id prohibebat, quod solum non erat nullum impedimentum ad annullandum valorem professionis: in casu enim præfati N. non valuerit professio, etiā si cōtra nullum tale statutum fuisset facta: quia deficiebat consensus recipientium: in alijs autem fuit valida: quia nō deficiebat præfatus consensus, quamuis esset contra præfatum statutum.

AD PRIMAM igitur questionem responsurus dico, quod pro illius parte affirmatiua, scilicet quod Capitulum præfatum potuerit huiusmodi statutum facere, facit primò, quod plura quam decem Capitula præfati ordinis Illustrissimi varijs modis super contentis in eo constituerunt: & non videtur credendum tot eruditissimos, sanctissimòsque viros toties id facturos fuisse, si non licuisset eis facere.

2. Secundo facit, quod multa iura communia multos arcent ab ordine, & religione clericali, & beneficijs ecclesiasticis, vt habetur in c. 2. & c. statutum, & etiam fel. recor. Pius V. in quadam extrauag. arcent à religione aliquos ab hæreticis defendentes, quin & Apostolus, arcent neophytos ab episcopatu, quod latius tractat Gratia.

3. Tertio, quod multa sunt ecclesie, in quibus non recipiuntur vlli neophyti, nec descendentes ab infidelibus. Multa etiam collegia secularia & regularia habent statuta, etiam à sancta Sede Apostolica confirmata, de non recipiendis ad ea eis, qui ab infidelibus descendunt. Ergo etiā Capitula prædicti ordinis Minimorum potuerunt statuere contenta in præfato statuto: attento quod minores debent imitari maiores, iuxta illud, A bono maiore discat arare minor.

Quarto, quod statutum præfati ordinis confirmauit Sedes Apostolica, quæ non solet confirmare illicita.

4. Pro contraria autem parte negante facit primo, quod nullus inferior Papa potest contrarius commune canonicum statuere, & præfatum statutum videtur esse cōtra commune ius canonicum. Tū quia iure cōmuni canonico omnes Christiani regulariter sunt apti ad intrandam & profitendam religionem à sancta Sede Apostolica approbatam, si non obeit eis aliquod impedimentum canonicum, adeo quod etiam pueri possunt ad eam recipi secundum S. Thom. receptum, & etiam presbyteri curati & archidiaconi secūdit eundem. At descensio, & generatio, qua quis descendit ex infidelibus, non est impedimentum canonicum ad intrandam & profitendam religionem, nullo enim iure id cauetur, immo iure ipso diuino, vnde hauritur canonicum, cap. qualiter & quando. 2. de accusat. expressè id conceditur: Apostoli enim, cum essent Iudæi, fuerunt facti Christiani. Tum quia Paulus ex Iudaismo conuersus solos neophytos prohibet ab ordinibus. Tum quia Alexander II. declarauit, non debuisse quem à canonicatu repelli, eo quod ante fuisset Iudæus, immo vt ibi gloss. & Doctores addūt, commendari debuit potius, & laudari. Tum per illud S. August. vnde cumque homines si parentum vitia non sectantur, honesti, & salui erunt: & per illud Ioan. Chrysosto. Numquid de vitijs erubescamus parentum: sed illud vnum queramus, & semper amplectamur, virtutem videlicet. Tum quia non videretur inconueniens, vt etiam quorumlibet hæreticorum filij admitterentur ad religionem, vt colligitur ex cap. recurreat, nisi exciperentur, & fierent inhabiles per constitutionem Papæ, & præfatam extrauagantem Pij V.

5. Tum quia argumentum à speciali valet in hac forma: Hoc est speciale iure particulari, ergo contrarium est dicendum iure communi. At speciale est, ne quis descendens ex infideli hæretico assumatur ad ordines per iura supradicta: ergo contrarium est dicendum in descendentijs ex alijs infidelibus. Tum quia Felin. receptus ab alijs ponit regulam pro lege generali, quod infidelitas præcedens etiam propria non obeit alicui quo ad ordines, & beneficia, nisi sit hæresis: ergo à fortiori non nocere aliena: & ita iure communi canonico non debet nocere cuiquam infidelitas etiam propria, quanto minus aliena quo ad intrandam religionem: Cum ergo iure communi canonico liceat descendenti ex alio infideli, quàm hæretico, intrare & profiteri religionem à sancta sede Apostolica approbatam, statutum contra hoc factum debet dici statutum factum contra ius commune. Tum quia præfatus Pius V.

in

a De heret. lib. 6. b 1. ad Tim. mih. 5. c Dist. 48.

d Ca. ea qua. de re iudic. c Arg. extrauag. vnā sanctam. de maior. & obed. f Capi. quod super ijs. de maior. & obed. cum ei adnotatis.

g 2. 2. q. 189. art. 5. h Ibid. art. 7.

i Ca. in nouo. 21. dist. k Ad Tim. 5. l In cap. eam te. de rescrip.

m Ca. vnde cumque. 56. dist. n In ead. dist.

o 32. q. 4.

p Ca. 2. & c. Iamnum. de heret. lib. 6. q Ca. qualis. 25. dist. & c. præfati. §. loca. de præbe. li. 6. r In præfatio ca. eam te. colum. 8.

a §. si. de stat. monach.

b 2. 2. q. 88. art. 11. c Ca. 12.

d Ca. 1. de postul. prælati. verbo de catero.

e De consue.

in prædicta extrauagante videtur hoc approbare, dum respondendo fratribus Minoribus de obseruantia sic ait, Iu. qui ex Mahometanorum, vel Iudeorum genere descendunt, cum post susceptum ab eis baptisma Græci & Iudæi distinctio esse nō debeat, nullatenus defectus generis huiusmodi, quo minus in ordinem prædictum recipiantur, & ad cōsequendas in dicto ordine dignitates, gradus, & officia religionis, vel cupiam alteri nocere possit, vel debeat. Per hæc enim verba piētissimus Pius clarè vult, quod iure communi canonico, immo & quasi diuino, recipi debeant, non obstante præfati generis impedimento, personæ alijs idoneæ ad religionem Franciscanorum de obseruantia, & consequenter ad religionem Minimorum: cui consequens est esse iuri communi canonico contrarium.

7. Secundo principaliter pro hac parte negatiua facit, quod circa ea, quæ pertinent ad essentiam trium votorum solemnijs religionis, dispositio videtur pertinere ad solū Papam, argumento cap. cum ad monasterium, vbi glossa & Innocentius communiter recepti ab alijs tenent solū Papam posse dispensare in tribus præfatis votis, immo quod neque ipse Papa possit dispensare super voto solemni cōtinentia, affirmat S. Tho. licet communis contra teneat, quam nos etiam sequimur post alios in Man. confess. Ergo dispositio, qua disponendum est, vt professio huius vel illius hoc vel illo modo facta valeat, vel nō valeat ad summam Papæ potestatem pertinet.

8. Cum igitur omnia Capitula quamlibet generalia præfati ordinis sint Papa inferiora, nō pertinebit ad illa potestas faciendi hunc vel illum ineptum ad faciendam professionem in religione per Sedem Apostolicam approbata, quam omnes Christiani cōmuni iure canonico possunt vouere, intrare, ac solēniter profiteri, præter illos, qui speciatim ab eodem iure prohibentur.

Per quas rationes nunc firmiter credo, quod antehac quasi dubitabam, nempe nulla Capitula quamlibet generalia præfati ordinis, nec alicuius alius posse statueri, vt professio trium votorum substantialium facta nō valeat, si communi iure canonico (sublato de medio illo statuto) esset vilitura: sicut nec valeret statutum alicuius Synodi, vel Concilij provincialis, vel nationalis, etiam omnium ecclesiasticorum illius episcopatus, prouinciæ, vel nationis, quo absque auctoritate Papæ statueretur, vt certi generis personæ essent inhabiles ad matrimonium contrahendum, si iure communi canonico essent habiles: adeo quidem, quod matrimonium inter eos contractum valeret, nō obstante talis Synodi, vel Concilij statuto.

9. Ad opposita respondemus. Ad primum quidem, concedendo interfuisse præfatis Capitulis, quæ prædictum statutum fecerunt, viros sanctissimos, & eruditissimos: negando tamen nō potuisse eos, vel maiorem partem eorum errare circa illud statutum, etiam absq; vllo peccato, quia errare circa ius dubium humanum nō est peccatum, iuxta glossam receptam ibi & vbique per omnes.

Ad secundum responderetur, concedendo multos quidē factos esse inhabiles ad ordines, & ad beneficia, & etiā ad religionem, negando tamen esse factos inhabiles ab inferioribus Papæ, de quibus agimus, cū Capitula omnia quilibet generalia sint Papa inferiora, quæ negamus posse facere contra ius canonicum ipsiusmet Papæ.

10. Ad tertium concedimus multas ecclesias, & collegia secularia, & regularia habere huiusmodi statuta, negando tamen quod valeant, si non fuerint confirmata, vel facta auctoritate Papæ, vel nisi sint collegia fundata à patronis sub hac conditione: quia licet eis cum episcoporum auctoritate ponere suæ donationi & fundationi conditionē iuri communi contrariam, argumēto cap. cum dilectus, vbi hoc notatur: nos autem loquimur de professione regula Minimorum, cuius auctor nullam talem conditionem adiecit cum auctoritate Episcopi, neque Papæ, neque sine illis.

Ad quartum concedimus statuta prædicta Minimorum fuisse quidem confirmata à Papa, quatenus sunt licita, & honesta, & non sint contra ius commune, nec contra sacros canones, negando tamē, quod hoc, de quo loquimur, non sit contra ius commune, & sacros canones, siquidem est tale per prædicta.

11. AD SECVNDVM principale dubium respondetur primò, nullos, qui hætenus recepti sunt contra præ-

dictum statutum, esse eiicendos ob id solum, quod contra prædictum statutum fuerunt recepti & professi: quoniam ex nihilo nihil fit, vt ait Philosophus, & vt Persius adiecit in nihilum nihil posse reuerti, & quod, vt Iurifconsulti aiunt, quod nullum est, rumpi non potest: nec spōsalia nulla possent solui: quia priuatio præsupponit habitum, & consequenter, quod est nullum, nullum effectum potest producere. Cui consequens est, statutum præfatum, cū sit nullū, nullum posse gignere fructum, nec consequenter rescindere, vel annihilare professionē alioqui legitimā. Secundo, quamuis nulli possint eiici propterea solum, quod sint professi contra præfatum statutum, possunt tamē eiici aliquot eorum, propterea quod non interuenit consensus legitimus ex parte recipientium, vt tetigi in admonitione, quam dubiorum decisioni præposui. Illi namque ad professionem hos admiserunt, præmissa protestatione tacita, vel expressa, quod eos nō haberent pro professis, si descenderent ex infidelibus, & quod possent eiici, si inueniretur ab eis descendere, huiusmodi enim fratrum professio est omnino nulla, non quia est facta contra statutum, quod est omnino nullum, sed quia est facta sine consensu legitimo, cū sit facta per consensum conditionale, si non descendissent ex infidelibus: quia propter fallitatem conditionis illa professionis acceptatio sit nulla, cum dispositio conditionalis non existente conditione nihil operetur.

12. AD TERTIVM principale dubium respōdeo primò, quod quia mihi certum est statutum præfatum esse nullum, non possum respōdere esse quidquam inualidum, eo quod sit illi contrarium. Secundo, quod is, qui teneret illud esse validum, non posset dicere esse veros religiosos fratres, qui cōtra illud essent professi, nec posse tractari, nec teneri pro talibus, nisi prius per dispensationem legitimam, & nouam, eandemque legitimam professionem, fierent tales. Tertio, quod siue valeat statutum, siue nō, non possunt iuste prædicti teneri nec haberi pro legitimis patribus, etiam quo ad forum cōscientia, si vt prædictum est, consensus nō fuerit legitimus in parte recipientium, eo quod fuerit præstitus sub conditione falsa, vt prædictum est: & ita liceret eis quo ad forum cōscientia tantum exire ab ordine sine dispensatione: quia quo ad illud forum non sint legati.

13. AD TERTIVM dubium respōdeo, quod remedium est ei, cuius professio non est valida, ob prædicta, supplicare Prælati ordinis sui, qui sit iudex competens eius, humiliter, vt declaret professionem eius non valere: & ita non debere manere in monasterio agendo actus, quos non licet ei agere, nec impensis aliquibus comedendo, bibendo, & vestiendo conuentum grauaere, & requirere vt id faciat vocato prius syndico, & eo audito, & vt ferat sententiam in scriptis præsentem notario monasterij præfati, & toto cōuentu, vel aliquibus relictibus, in quibus cōtineatur quod ipse ob tales & tales causas non est vt professus, & ideo declaret eum non esse verum religiosum monasterij præfati, & dimittat eum exutum veste in nomine Domini, cōcedendo illi patentes literas sententiæ, & dimissionis, vt possit facere fidem suæ dimissionis ad viuendum inter alios ad gloriam Dei, & salutem suarum animarum. Amen.

14. AD QVINTVM dubium respōdeo negatiuè. Tum quia in cōtractibus par virtus est expressi, & taciti, Tum quia qua ratione defectus cōsentus annullat professionem expressam, debet etiam annullare tacitam, immo quadamtenus magis: quia qui tacitè cōsentit, potius fide, quam verè cōsentire censetur, vt rectè post alios probat Decius.

15. Tum quia licet aliqua tacitè facta valeant, & facta expressè nō, & e contrario aliqua expressè facta valeant, & tacitè non, regulariter tamen si alterum valet, vtrumque valet, nisi aliqua ratio particularis inueniatur, cur alterum valeat, alterum non, vt communiter videtur resolui per Doctores. At in proposito casu nulla ratio potest reddi, cur tacita professio plus valeat, quàm expressa, si in vtraque deest consensus ex parte recipientium. Ergo non est dicendum. Tum quia ceteris paribus difficilius colligitur consensus tacitus, quàm expressus: ergo facilius colligitur actum non valere ex defectu cōsentus taciti, quàm

in rub. de inust. rup. ir. r. fact. testamen. b Le. decem. ff. de verb. oblig.

c Capi. si pro te de rescrip. li. 6. & c. præterea. 2. de appellat.

d Arg. ca. hu mana aures. 22. q. 5.

e Le. cū quid. ff. si certum penat. gloss. in l. expressa. ff. de regul. iur. l. Arg. le. 1. §. fin. in cōtra le. Labeo. ff. de pactis. g In d. l. cum quid.

h In d. l. expressa.

a Cap. scientiam. s. qu. 1. & l. de p. con tra tabulas. ff. de vulg. & pupill. b 2. 2. q. 189. art. 5. c Cap. 12. nu. 31. d Super c. sta tuimus. num. 71. e In dicto co. men. nu. 71.

f In c. porre ctum. de reg. g Num. 74. h 32. q. 1.

i Cap. 1. de ijs qua vi. k 20. q. 3. l. a nu. 71. m Cap. 15. de regul. sess. 25.

n Cap. 15. & seq. 16.

o 2. 2. q. 189. art. 5. p Cap. 12. nu. 31.

ex defectu consensus expressi: quia quicquid habet propo situm in proposito, habet oppositum in opposito.<sup>a</sup>

Neque obstat primo, quod predicti male professi inter uenerunt actibus professorum: quia durante impedi mento, seu ignorantia, tales actus non faciunt professum, per singulare dictum Caietani,<sup>b</sup> & tradimus nos in Man. cō fess. c & in comment. 4. de reg. d Non obstat secundo, quod acceperunt literas dimissorias ad ordines suscipiendos: quia non sufficit, ut diximus.<sup>e</sup>

16 AD SEXTVM dubium respondeo, quod hoc du bium est longe grauius. Sed videtur respondendum pri mo, quod si idem defectus consensus interuenit post profes siones factas, qui interueniebat ante, tempore, quo illæ fuerunt factæ, non sunt factæ per gestationem habitus pos tea validæ: quia, quicquid aliqui dicant, conclusio certa est, quod inter profitentem & professionem admittentem cōtrahitur obligatio reciproca, qua profitens obligatur reli gioni ad præstanda quæ promittit secundum regulam, & religio ad præstandum ei quæ debet, & ita requiritur v triusque partis consensus, ut nos post Innocentium & Pa normitanum, f tradimus in dicto com. ca. statuiimus. g Adeo ut nemo, nisi volens, & consentiens, possit fieri religiosus, cap. integritas, h ibi, Res magis voti, quam præcepti est, qua sua deri potest, imperari non potest. Immo nec sufficit qualis qua lis voluntas, & consensus, sed requiritur liber à metu, i etiã reuerentiali, iuxta cap. præfens, k adiuncta glossa & tradi mus nos post alios vbi supra.<sup>l</sup>

17 Secundo, quod non sufficit hodie post Concilium Tridentinum, m consensus religionis, & consensus profi tentis etiam liber, nisi sit completus totus annus nouitiatus: & quod mea fententia non videtur etiam initiatus, nisi vterque, tam ingrediens religionem, quam ipsa religio, consentiant in habitus nouitiatus susceptione: & cum se cundum idem Concilium non valeat professio eius, qui facit eam ante completum annum nouitiatus, consequens videtur nõ posse prædictas professiones ratificari per præ fatam religionem contra decretum Concilij, cui suus consensus derogare non potest, ut satis colligitur ex eodem Concilio.<sup>n</sup>

18 Tertio, quod, ut supra diximus, professio nulliter facta non censetur ratificari per consentum profitentis, neque per admisionem ad actus solis professis conuenientes, nisi approbent illam scientes non valere, & ad hoc, ut de non valida faciant validam, iuxta Cardinalem supra cita tum, o quem sequuti fuimus in Manual. confes. p & multis rationibus probari potest, quas tetigimus in dicto cap. sta tuimus. Quartò, quod ante prædictum Concilium Tridē tinum poterat colligi consensus religionis, & profitentis ad ratificandum professionem nulliter factam ex eo so lum, quod admisit eum, qui nulliter professus fuit, ad actus solis professis conuenientes, per prædicta. Itaque licet ante Concilium Tridentinum potuisset huiusmodi ratificatio fieri per religionem, & eam profitentem nulliter, post il lud tamen non video rationem iustam, qua id fieri possit.

19 AD SEPTIMVM dubium responderetur, quod possunt fieri tam tacite, quam expressè professi, possunt enim eos nouè suscipere, ut faciant annum nouitiatus, & finito anno faciant nouè professionem expressam, quo casu erunt expressè professi, vel permaneant post annum de consensu recipientium, & receptorum aliquantulum, quo casu erunt tacite professi, non quidem ut censeantur, profes si à tempore, quo fecerunt professionem primam, sed à tempore, quo fecerunt nouam professionem. Cum enim susceptio prima ad probationem, & professio eam conse quuta non valuerint, non compleuerunt legitime annum nouitiatus, nec professionē legitimam nec validam face re potuerunt propter defectum consensus recipientium. & cum ad præteritum non sit potentia, ut ait Philosophus non possunt præfati recipientes, & recepti facere, quod an nus nouitiatus fuerit legitime completus, neque quod professio facta antea fuisse valida.

20 Posset tamen S. D. N. si suæ Sanctitati placeret, de consensu recipientium, & receptorum, annum nouitiatus habere pro legitime completo contra Concilium Tridē tinum & etiam professiones eorum de vtriusque partis consensu habere pro ratis, ad hoc ut ipsi posthac gaudeat

A honoribus, & præminentis, quibus gaudere deberent à tēpore, quo fuerūt primo professi. Tū quia uicij & cōfenti cti nõ fit iniuria, neq; dolus. Tū quia videtur iusta causa, ob quã sua Sanctitas id sanctè facere potest ad tollendum scandalum, & inquietudinem, quæ orirentur ex magna mutatione, quæ contrarium consequeretur, per multa, quæ in hoc citari possunt, sed non expedit ob canam & recon ditam S. D. N. iuris quadruplicis, naturalis, diuiniq; Cano nici, & Cæsare peritiam. Hæc occurrunt respondenda in præsentia prædictis dubijs.

Aduertendum, licet nu. 13. dicat Prælatus ordinis ad eundem pro obtinenda declaratoria nullitatis professionis, non tamen excludit, quin cum ipso etiam debeat interuenire ordinarius, iuxta decretum sacri Concilij cap. 19. sess. 25. de regul. Supra Consil. 23.

**S V M M A R I V M.**

1 Professio ante annum 16. completum post Concilium emissa est nulla, per perseverantiam autem non ratificatur, nisi sciens eã nullam perseverante monasterio in eadem voluntate, saltem in tra se secreto ratificet. nu. 2. & ex tunc incipit esse professus, & non prius. nu. 3. locum autem prius sibi assignatum, tunc iuste retinere poterit, si bona fide credebat eius primam professionem validam. nu. 4.

**C O N S I L I V M X X V I I.**

**V**trum professio N. ante annum decimum sextum cō pletum stante Concilio Tridentino valeat, licet post illum annum manserit in monasterio: & an iterum profi teri oporteat, & quando incipiat esse valida professio, & an locum antea quæsitus sibi retinere possit?

1 Responderetur primò, quod iste talis non est censendus professus quo ad forum Dei, etiam si post illum annum manserit in religione, nisi professionem inualidè factam ratificauerit, a & quod non censetur ratificare illam ma nendo in monasterio, eo quod credebat, professionem, quam fecerat, valere: quia oportet, ut sciens eam non va lere ratificet, & pro valida eam habeat, ut tradit bene Caietanus. b

2 Secundò, quod non oportet eum publicè de nouo profi teri, sed satis videtur, ut ipsemet eam ratificet, & mona sterium permanferit in illo consensu, quo eius professioni consentit, & eam recepit, argumento cap. ad id, c vbi matrimo nium metu contractum fit validum, si cessante metu, pars qua metu consentit, ratum habeat illud saltem tacite.

3 Tertio, quod eius professio incipit esse valida à tem pore ratificationis, & non antea, coram Deo, argumento cap. veniens. iuncta glossa. d

4 Quartò, quod, si bona fide putauit se benè professum, & superueniente mala fide ratificauit suam professionē, meritò debet gaudere loco, quem ab initio consensu Cō uentus accepit, argumento multorum, quæ de effectibus bonæ fidei, & de euitatione scandali, & de modicitate rei adduci possent. Salua, & c.

**S V M M A R I V M.**

1 Probationis ann⁹ incipit à die ingressus, daturq; hinc inde ad probandum & monasterium, & nouitium.

1 Professio emissa anno probationis nondum exacto, etiam apud Mi nimos, qui licet non admittant ad illam nisi existentes in 18. anno. num. 5. tamen integrum annum probationis non exigebat, est nulla, sicut & illius qui apud illos in ætatis suæ anno 17. illam emisit nullumq; producit effectum. nu. 2. adeo ut sicut non prodest, ita non noceat, quo minus continuando inceptum proba tionis annum, suo tempore secundam, qua valida erit, emittat professionem. nu. 3.

3 Professio nulliter emissa non vitiat legitimam receptionem ad an num probationis: vnde potest continuari, & eo sine alia interrup tione in monasterio vel alibi de licentia Superioris manendo completo denuo profiteri.

3 Professio apud Minimos emissa ab existente in ætatis suæ anno 17. non tenet: vnde potest exire, & si sit in sacris, subicietur Episco po, aliam non immo, ut seculares laici, poterit ducere uxorem. numero 4.

5 Professio tacita non est sublata per Concilium Tridētinum, immo

valeret ut prius, modo annus integer continuatus proba tionis sit completus, & adsit ætas requisita, qua apud Mi nimos est annorum 18. inceptorum.

6 Professionem expressam qui nulliter emittit, per continuationem & alios actus non censetur ratificasse, secus si nullam emisisset.

7 Professio sine nullitate ignorans, eam ratificare non cõsetur.

a Capit. 15. de regul. sess. 25.

b De regul. c Et c. constitu tionē. eod. tit. lib. 6.

d De reg. & d. c. non solū. e Et c. constitu tionē. eod. tit. lib. 6.

a Arg. c. non firmatur. de reg. iur. m. 6.

b 2. 2. q. 189. art. 5.

c De sponsal.

d De eo qui duxit in ma trimonium.

e Per d. ca. 15.

f Ca. non præ fat. de regu. iur. lib. 6.

g Le. eius qui in provincia. ff. de reb. cre. diu. & leg. s. feruum. s. 1. ff. actio. emp. tio.

**C O N S I L I V M X X V I I I.**

**A**D multas quæstiones concatenatas nobis propo sitas respõdemus sic ad primam, quod professio illius, qui ingreditur ordinem religionis Minimorum, facta an tequam expleatur annus integer nouitiatus, qui incipit à die ingressus dati ei ad probandam illam, & monasterio ad cognoscendum illum, est ipso iure nulla, siue ingrediat ur in principio anni decimi octauum siue in medio, siue in fine, & siue cõsueuerit in illa religione fieri professio in tra decimum octauum & intra annū nouitiatus, siue non. Tum quia hoc expressè habet a Concilium Tridentinū. Tum quia, licet ante præfatum Concilium professio ante finem anni probationis (quamuis non debuisset fieri ante completum annum) in omnibus religionibus, exceptis mendicantium, facta valeret, ut probatur in cap. ad Aposto licam, b adiuncto cap. non solum, c & quauis id frequentis sime fieret, tamen post illud non licet facere, nec recipere talem professionem: & si fiat, & recipiatur, iudicatur ipso iure nulla: & nulla est ratio, quare facta in præfato Minimorum ordine debeat plus valere, quàm facta in aliis: immo tantò minus debet valere facta in illo, quanto arctior & durior est illa, quàm pleræque alia. argumento cap. quia in insulis. d

2 AD SECVNDAM responderetur, quod profes sio facta in dict. ordine Minimorum in decimo septimo atatis profitentis anno, vel ante illum expletum, procul dubio ipso iure est nulla, & nullum producit effectum, per præfatum cap. 15. de reg. Concilium Tridentinū sess. 25.

AD TERTIAM, responderetur, quod nullus scrupulus est habendus de valore professionis factæ intra præfatum decimum septimum annum, antequam ille sit ex pletus: quia procul dubio, & absque vilo scrupulo est ipso iure nulla, & nullius effectus, & ita non obligat magis, quàm si non esset facta: & consequenter necessarium est facere nouam professionem post illum expletum, ad hoc vt sit professus.

3 AD QVARTAM, quod non est necessaria noua receptio capitularis, sed sufficit, quod receptio prima cō tinuetur per totum annū absque interruptione, ita quod absq; licentia Prælati non exeat, neque maneat extra monasterium, & perfectò anno faciat professionem validam siue ante finē anni decimi septimi fecerit illam, siue non, quia illa prius facta nulli⁹ penitus est effectus. e Ergo nec prodest, nec nocet, quò minus valeat, vel non valeat illa, quæ fuerit facta post annum expletum, cum non præstet impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. f

AD QVINTAM, quod procul dubio, qui in vestro ordine Minimorum fecit professionem ante decimum septimum annum completum, perinde potest trans ire ad aliam religionem laxiorem, vel arctiorem, ac si non fecisset, eadem supradicta ratione.

4 AD SEXTAM, quod laici, & clerici minoribus tantum ordinibus initiati, qui ante decimum septimum atatis suæ annum fecerunt professionem, perinde pos sunt ducere vxores, ac alij nouitij, qui non fecerunt illam, non obstante illa professione, quia, ut ex nihilo nihil fit, ita nihilum nihil facit. g

AD SEPTIMAM, quod, qui sacris ordinibus ini tiati fecerunt professionem ante decimum septimum an num completum, & noluerunt manere in monasterio, perinde subiciuntur ordinario, simul ac exierint, ac alij nouitij, qui nullam professionem emiserunt, eadem pen itus ratione.

5 AD OCTAVAM respõdetur primò, quod Con cilium Tridētinum nõ tollit professiones tacitas, & ideo post illud perinde sunt habendi pro tacite professi illi, qui per annum totum nullatenus interruptum tulerunt, siue gestarūt habitum indistinctum ab habitu professorum, ac ante illud: & consequenter qui acceperunt illum in deci

A mo septimo anno, vel prius, si gestarunt illum toto vno anno, donec ingrederentur decimum octauum annum, censendi erunt tacite professi. a

6 Secundo, quod vna subtilis differentia potest esse quo ad hanc expressam professionem inter illos, qui emiserūt professionem ante decimum septimum annum comple tum, & alios, qui eam non emiserunt: nam hi, qui nõ emiserunt, procul dubio censendi sunt professi, si per vnum annum totum gestarunt habitum, donec ingrederentur decimum octauum annum, nisi reclamauerint, vel protesta ti fuerint, nullatenus esse sibi animum profitendi, do nec expressè profiterentur.

7 Alij vero, qui professionē expressè fecerunt ante decimum septimum annum impletum, non censentur ta cite professi, si ideo manserunt in monasterio post incep tum decimum octauum, quia putabāt professionem suam valere, in quo nõ mansissent, si putassent eam nõ valuisse: quia, ut singulariter decidit Caietanus, b quem sequimur nos in Man. confess. c non sufficit ad ratificationem profes sionis inualidè factæ, quod maneat in monasterio post illam factam aliquo spatio temporis, etiam magno, si mā serit, eo quod putabat professionem valuisse, & per illam obligari ad manendum: sed oportet, quod nouerit illam non valuisse, neque per eam obligari ad manendum, & non obstante hac scientia voluerit habere eam pro bona, & se ad seruandum eam obligatum: pro quo facit l. si per errorem, d cum aliis multis, quæ probant, errantem & ignorantem non censi ferentem. Salua, & c.

**S V M M A R I V M.**

1 Professio in vno monasterio post sex menses emissa nõ tenet, non ob stare, quod in alio, à quo sine licentia recesserat, per alios sex steterit, quia probationis annus debet esse continuus, & completus, absque eo quod quis sine licentia de monasterio exeat.

2 Professus non censetur, nec probatur esse quis alicuius religio nis, eo solo, quod à Sede Apostolica obtinuerit licentiam inde ad aliam transeundi.

**C O N S I L I V M X X I X.**

**N**gressus religionem S. Mariæ redemptionis cap tiuorum in Hispania, post sex menses sine vlla licen tia se contulit ad Indias in ciuitatem S. Dominici, vbi monasterium eiusdem religionis iterum ingressus, post alios sex menses professionem emisit. Deinde per breue S. D. N. ad quoddam monasterium ordinis Cisterciensis translatus, post decem menses professus est, & actus profes sorum exercuit. Dubitatur, an impetratio dicti breuis ita noceat ei, ut quocumque defectu non obstante cen seatur professus ordinem Cisterciensem: adeo quod non possit clericaliter in seculo viuere.

1 Ad quæstiones resultantes ex facto præmissò respon deo primò, quod professio, quam præfatus orator emisit in monasterio Sanctæ Mariæ redemptionis captiuorum ciuitatis Sancti Dominici partiū Indiæ Occidentalis, non valet, quia post Concilium Tridentinum nulla professio facta ante cōpletum annum nouitiatus, seu probationis, valet, vt habetur in præfato Concilio, e & quod præfatus orator emisit præfatum professionem ante completum annum nouitiatus, seu probationis. Nam sententia com munit & receptor, quam etiam videmus in prætorio sac ræ Pœnitentiariæ seruari, habet, quod, ad hoc vt annus probationis & nouitiatus censeatur legitime completus, debet esse continuus, ita quod nouitiatus continuè per to tum vnum annum manserit in monasterio sub obedientia prælati, nec exierit ab illo, saltem sine ipsius licentia, per textum in cap. i. f per quem illud ibi tenent Dominicus & Philippus Francus post Lapum Abbatem, & ob alias ra tiones nos quoque idem respondimus frequenter tam in præfato prætorio, quàm extra illud: in qua sententia etiam nunc sumus.

2 Secundò, quod nec professio facta per eundem ora torem in prædicto monasterio Cisterciensi valet eadem ratione, quia facta fuit ante annum nouitiatus cōpletum.

Tertiò, quod non præsumitur quis tacite professus ex eo solo, quod inter sit actibus solis professis conuenien tibus, per rationes, quas in id adducimus in comment. 4. de reg. g

a Arg. c. 1. s. 1. de reg. li. 6. & clem. eos. eod. tit.

b In 2. 2. que. 189. art. 5. c Ca. 12. nu. 71.

d ff. de iuris d. om. iud.

e Sess. 25. cap. 15. de reg.

f De reg. l. 6.

g Super c. sta tuimus. 29. q. 3. nu. 71.



CONSILIVM XXXI.

Quartò, quòd per impetrationem brevis transeundi de religione Sanctæ Mariæ redemptionis captiuorum ad aliam religionem nõ est censendus orator profiteri præfatam religionem Sactæ Mariæ, neque probari sufficienter eum illam professum esse. Tum quia talis impetratio, & talis professio sunt diuersa, & à diuersis non fit illatio. Tum quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. Tum quia, vt prædictum est, professio legitima fieri non potest ante completum annum probationis.

Quintò, quòd præfatus orator nulla dispensatione indiget quo ad forum conscientia ad manendum & viuendum extra monasterium in habitu clericali: quãuis multum conueniat ei, vt S.D.N. iubeat hoc declarari, & corrigi, si quid in hoc iuris ignorantia peccatũ est. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Pralati, & conuentus, finito nouitiatu, ex causa differre possunt professionem nouitij iudicati idonei.
1 Intellectus cap. 16. de regul. secl. 25. Conc. Tri.
2 Presentationem admittere, & institutionem facere, diuersa.
2 Institutio post presentationem diutius differri potest quam collatio libera, que non potest fieri post sex menses à die vacationis, institutio autem potest.

CONSILIVM XXXII.

Varitur, an liceat Superiori alicuius monasterij, & suo Conuentui, vel Capitulo, concedere dilationem ad profitendum nouitio post annum nouitiatus probato à se pro idoneo ad profitendum, aliqua iusta de causa, non obstante. Concilio Tridentino.

1 Respondeo, quod sic. Tum quia à iure antiquo non videtur recessum, nisi quatenus per nouum expressè receditur, & ante præfatum Concilium Tridentinum hoc licebat, & erat in vsu, & cõsuetudine: ergo & nunc licet, quia per illud non videtur statutũ contrarium. Tum quia illud cap. non disponit, quod Superiores statim finito anno nouitiatus cogat nouitios habitos pro idoneis ad profitendum, sed solum quod admittant eos, aut reiciant, & cogere ad profitendum, est aliud, quàm admittere ad professionem, vel reicere, & à diuersis non fit illatio.

2 Sicut & aliud est admittere presentationem, & aliud instituere præfatum: adeo quidem, vt Superior, cui fit præfatio, post eam factam & admittam, potest differre institutionem, etiam maiori tempore, quàm collationem liberam, quoniam hæc non potest facere post sex menses à vacatione, f illam autem potest etiam post sex menses, nisi præfigatur ei terminus breuior à Superiore suo, secundum Panormitanum communiter receptum. Superior item, in cuius manibus renunciat beneficium, potest renunciationem admittere, & collationem differre. Tum denique quod annus nouitiatus, & admissio & reiectio sunt in fauorem recipientium & recepti statuta, & ideo non sunt cõtra consensum vtriusque retorquenda, & ita videmus in aliquot religionibus id seruari. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Professio ante annum probationis emissã anno 1564. 1. Aprilis, non obstante declaratoria Pij IV. postea facta, quod declaratoria Concilij non ligarent nisi post primam Maij 1564. non tenet num. 2. & 5. & per totum: maximè quia declaratoria prædicta alio tendere videtur. num. 7.
2 Lex ligat post duos menses à die publicationis, nisi aliud præfigatur tempus: quia post dictum tempus ignorantia non est iusta. num. 7.
3 Lex facta & promulgata in Concilio presente Papa per se, vel suos legatos, ad sui firmitatem non eget alia Papæ confirmatione: vnde ligat post duos menses vel tempus ab eodem statutum, etiam antequam confirmetur: licet Papa possit illam tollere.
4 Lex, que etiam virtualiter mandat, vt ex nunc exequutioni mandetur, ligat ignorantes non quidem quo ad pœnas, sed quo ad nullitatem actus, que non est pena.
5 Lex illa censetur fauorabilis, que principaliter est lata in fauorem alicuius, licet in consequentiam alteri noceat.
5 Professio, sicut & matrimonium, ordo, vel baptismus, non potest esse in suspensio, sed statim valet, vel non: vnde eandem, si non tenuit, Papa non potest sine partis consensu reuadare: at si tenuit, non potest sine maxima causa inuadare. num. 6.

AN Professio regularis emissã anno 1564. dic prima Aprilis, ante annum probationis expletum, ab eo, qui tunc ignorabat decretum Concilij Tridentini. & in monasterio, quod habebat priuilegia à Sede Apostolica admittendi ad professionem volentes ante annum profiteri, iudicanda sit nulla, non obstante constitutione Pij I V. super declaratione temporis ad obseruanda decreta Concilij Tridentini.

Ad hanc quæstionem respondeo, quod pro eius parte affirmante scilicet, quod valeat professio, facit primò, quòd iure antiquo attentò valet professio facta ante annum probationis, exceptis ordinibus mendicantibus, & etiam in illis, si haberent ad id iustum priuilegium, quale in quæstione proponitur habuisse monasterium.

Secundò, quòd iura noua non ligant, ea saltem iustè ignorantes, & qualis fuit prædictus professus, quale item monasterium, in quo professio facta fuit, respectu Concilij Tridentini.

Tertio, quòd Pius IV. in pũcto citato declarauit, ne constitutiones ab eo factæ obligare cõfererent ante Kal. Maias anni 1564. ante quas tamen prædicta professio facta fuit.

2 His tamen non obstantibus, videtur prædicta professio fuisse nulla. Primo, quia omnis lex iustè cõdita & promulgata ligat, f post duos menses à tempore promulgationis illius, si longius tempus ad ligandum ei non præfigatur. At lex prædicta Concilij Tridentini qua annullantur professiones factæ intra annum probationis, condita, & promulgata fuit anno 1563. Tridenti, h & professio prædicta emissã fuit Kal. April. anni sequentis.

3 Nec obstat respondere, quòd Cõcilium non fuit confirmatum vsque ad 14. Kal. Febr. anno 1564. Nam replicari potest primò, quòd leges Conciliares lætæ à Concilio vniuersali legitime congregato, præfente Papa per se, vel per legatos suos, statim, vel saltem post duos menses à promulgatione facta in Concilio ligant, quòd satis sentit glossa, i loquens de legibus in Concilio Viennensi latis: quippe quæ ad suam firmitatem substantialem non egent noua cõfirmatione Papæ: alioquin enim non essent Conciliares, sed Papales: licet confirmatio Papæ eo nomine sit vtilissima, ne ipse sua, quæ summa est, potestate, eas annihilaret, iuxta cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. & ita vidimus à Lusitanæ regnis aliquot leges à prædicto Concilio latis seruatas fuisse multo tempore ante finem & confirmationem illius, iussu Episcoporum, & Regum.

4 Tertio, quia prædictum Concilium, k declarauit, velle se, vt statim leges factæ in illa sessione, l exequutioni mandarentur: quòd perinde fuit, ac dicere, ex nunc, siue ex hoc tempore ligent, & exequutioni mandent illas Episcopi, & alij ordinum prælati, & cum lex hoc mandat, ligat etiam ignorantes, quo ad actus nullitatem, licet non quo ad alias pœnas, iuxta glossam singularem communiter receptam, m per quã & alia eruditè resoluit Decius, n quòd lex ob hoc solum, quòd annullat actum in fauorem alicuius, non censetur pœnalis, nec inducere pœnam. At lex prædicta, o lata est principaliter in fauorem fragilitatis profitentium, vt ipsemet ait, & antea fuit assertum in cap. ad Apostolicam, p consequens est, eam comprehendisse profitescentes ante annum probationis statim, vel certè post lapsum legitimi temporis.

5 Nec obstat dicere, quòd lex prædicta affert etiam præiudicium monasterio, quia, vt lex censetur facta in fauorem alicuius, sufficit, quòd principaliter intendat illum, licet minus principaliter, & per quãdam consequentiam vergat in præiudicium alterius, iuxta cap. non dubit. q & alia tradita ibi late per Felinum ex glossa putata singularis. r Quarto, quòd si prædictus Pius III. prædictam declarationem non fecisset, & omnia iure communi decidenda reliquisset, omnes dicerent professionem prædictam non valere, quia post prædictam legem factam, promulgatam, immò & post confirmatam, & duos menses, & amplius lapsos, facta fuit intra probationis annum: at prædicta declaratio nihil profuit, nec nocuit prædictæ professioni, quæ longo tempore præcessit illam: ergo illa nõ est valida. Quòd autem nihil profuerit, vel nocuerit, probatur efficaciter, eo quòd illa eo momento, quo ante

prædictam

a Sess. 25. cap. 15.

b Sub Datũ 15. Kal. Aug. 1564.

c Ca. ad Apo. stolicam. de reg. d. Ca. non solum. & c. consuetudine. de reg. lib. 6. e. Ca. 2. de cõstitut. tam in antiqua. quã in 6.

f 4. dist. ca. in istu. §. leges. g Authen. vt facta non constit. coll. 5. c. quod dicitur. 16. dist. ca. 1. de postula. prel. h 4. Decemb.

i Proem. de. vers. de cetero.

k In cap. si. de reg. prædicta sess. 25. l De reg.

m Clem. 2. de heret. ver. bo. ex nunc. n Vbi supra. o Ca. 15.

p De regul.

q De sententia excomm. r In ca. sicut canci. de elect.

prædictam declarationem facta fuit, extitit valida, vel nulla; quia professio facta purè eo momẽto, quo fit, valet, aut non valet: non enim potest esse in suspensio, sicut nec baptismus, ordo, vel matrimonium, per iura vulgata: & si nõ valet; non potuit validari per illam declarationem.

6 Tum quia nihil tale facit. Tum quia quæstionis est inter S. Thomam 2. 2. qu. 88. art. 12. & suos sequaces ex vna parte, & Innocentium communiter receptum, a ex altera, an Papa possit annihilare professionem semel factam: & quãuis communis teneat quòd sic ex maxima causa; tamẽ nemo tenet, quòd possit sine tali, qualis in casu isto non occurrit, si autem non valet, non potuit eã validare prædicta declaratio, quia non potest Papa supplere cõsensum iure naturali requisitũ in matrimonio spirituali, nec carnali, secundum fere omnes; & ita non potuit prodesse; nec nocere: & consequenter perinde iudicandum est de illa, ac si talis declaratio nõ fuisset facta: sed tunc iudicanda fuisset nulla; ergo, &c.

7 Ad primum ergo pro contraria parte concedo, quòd prædicta professio non annihilatur iure antiquo, sed nouo Tridentino.

Ad secundum concedo quidem, quòd lex non ligat iustè ignorantẽ illam; at nõ ignoratur iustè lex facta, & promulgata post tempus legitimum in id constitutum.

Ad tertium respondeo primò, quòd illa declaratio nihil iuuat ad iudicandum de valore prædictæ professionis per quartum argumentum pro parte nostra formatum. Deinde, quòd declaratio illa, vt ex illius tenore colligitur facta fuit solum ad excusandos multos à pœnis extrinsecis, quas stricto iure incurrisserent, vel post illam declarationem, si tempus præfixum ad parendum ante illas curere cõpisset. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Professio eius qui post susceptũ habitũ nõ stetit per annum non interruptum in monasterio, non tenet. nu. 2. in quo tamẽ stare censetur, qui alibi de licentia superioris sub eius obedientia viuendo. num. 3. iuxta de causa moratur. num. 4.
3 Nouitiatus per exitum nouitij per tres dies sine licentia interruptum.
5 Nouitius austeritates religionis experiẽdo in genere satisfacit.

CONSILIVM XXXII.

N. F. VIT electus in canonicum nouitium à Priore, canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Pampilonensis ordinis S. Augustini, & fere sexquimense anni nouitiatus intra septa prædictæ Ecclesiæ tantum resedit; & residuo tempore illius anni, de licentia, & madata prædictorum, ac sub eorum obedientia mansit in quadam curia, agendo negotia dicti Capituli magna importantia; & in fine anni fecit professionem per procuratorem ad id specialiter deputatum. Dubitant nunc Prior & canonici prædictæ Ecclesiæ, an eius professio valeat: & à sacra Concilij Tridentini Congregatione huius dubij declarationem humiliter petunt. Congregatio remisit ad auctorem, qui respondit hoc, qui sequitur, modo.

1 Pro parte negatiua facit primò, b Concilium Tridentinum quatenus habet, quòd professio eius, qui post susceptum habitum non steterit in probatione per annum, non valet; & is, de quo est quæstio, non videtur steterisse in probatione, nisi sexquimensem.

Secundo, quòd cessante causa cessat effectus, & causa faciendi validam professionem est probatio, qua nouitius probat rigorem regulæ, & monasterium probat mores nouitij, an conueniant ei. d Et in casu proposito nec præfatus nouitius probauit rigorem regulæ, nec monasterium eius mores: ergo non interuenit probatio, quæ iustificaret professionem.

Tertio, quòd illa verba cap. 1. e Quod si per totum sequentem annum in monasterio permanferit, significant nouitium debere per totum annum in monasterio manere, ad hoc, vt censetur detulisse habitum per vnum annum. Adeo quidem, quòd si aliqua parte anni manserit foris, interruptum annus probationis, & non coniunguntur illa partes interruptæ, sed debet incipere ex integro à principio posterioris partis, secundum Ancharanum, Panormitanum & cõmunem, f etiã si per solos tres dies foris maneret, secundum Lapum, & cõmuniter receptum vt vide-

re est apud Francum & citatos ab eo, c. 1. de reg. lib. 6. nu. 3.

Quibus tamen non obstantibus, tenenda est pars affirmatiua. Tum quia prædictus nouitius detulit habitũ susceptum per totum vnum annum, partim intra monasterium, partim extra illud, manens semper sub obedientia sui Superioris, & cum eius licentia iusta de causa data, & faciens eius præcepta, & madata: quòd videtur sufficere ad implendũ annũ suę probationis nouitiatus. Tũ quia nullo iure cauetur, quòd nouitius debeat manere semper, & continuè totum annum intra monasterium, & quòd Patrum sanctioribus non est statutum, superstitiosa inuentione non est præsumendum. a

3 Tum quia Abbas antiquus dixit, b quem refert Abbas iunior siue Panormitanus, c quòd religiosus manens extra monasterium sub obedientia Superioris, & cum eius licentia, videtur residere intra illud: quos omnes retulimus & sequimur in Comm. 4. de regu. d allegando etiam Siluestrum idem tenentem. e Tum quia, etiã si prædictus Abbas, nec aliquis alius id dixisset, ita tamen dicendum erat, alioquin sequeretur, quòd omnes nouitij, qui intra annum exeunt monasteria de licentia suorum Superiorum, in quibus ceperunt habitum, vt peregrinarentur in stationes, vel alia loca pia, vel viderent suos parentes, aut cognatos ægrotantes, vel vt mendicarentur, vel vt testificarentur, vel recrearẽtur, vel alia iusta de causa, nõ cõpleant annos suorum nouitiatus: quoniam, vt prædictum est, annũ nouitiatus interruptum per exitũ nouitij à claustris per tres, vel quatuor dies sine licentia sui Superioris. Tum quòd aliàs sequeretur, quòd errat Reges & Principes omnes, qui sunt Generales religionũ militarium, qui frequenter post datum habitum suarum religionum suis militibus nouitiis, eos statim, aut certè post duos, vel tres menses mittunt ad defendenda aliquot oppida munita, vel ad ipsamet bella, vt in eis compleant nouitiatum annos.

4 Tum quia cap. insinuante, f cum ei adnotatis latis superque probat, quòd annũ nouitiatus extra monasterium de licentia Superioris iusta de causa data agi & compleri potest. Tum quia consuetudo est optima legum interpretis, g ac illa habet, quòd prælati religionum etiam non militarium, cum datur habitus suorum ordinum aliquib⁹ viris insigniter eruditis, vel in exercendis artibus mechanicis, aut aliis valdè expertis, mittunt eos intra annũ nouitiatus ad disputationes, & alia negotia peragenda, & ad instruendos alios ignorantiores, qui operantur in villis monasteriorum, ad aliquot dies, hebdomadas, vel menses, nec propterea cõgunt eos ad inchoandum nouos annos nouitiatum. Tum quia frequenter longe a superioriẽ & duriorẽ vitam ducunt extra monasterium, quàm ducebant intra illud, & probant magis duritiẽ obedientiæ in eundo, & redeundo, & laborando, & malè edendo, quàm hi, qui intra monasterium sub vmbra obediunt bene edendo.

5 Tum quia nullo iure est necessarium, vt nouitius probet & experiatur omnes austeritates monasterij in individuo, siue in specie, sed sufficit, vt experiatur austeritatẽ eius in genere per totum vnum annum degẽdo sub obedientia Prælati. Si enim nouitius statim post susceptum habitum inciperet ægrotare, & maneret æger quatuor, sex, vel decem menses intra monasterium sub obedientia, possit in fine anni profiteri secundum mentem omnium Doctorum, quorum nemo dicit, nec, vt puto, auderet dicere contrarium: ergo non est absque vlla lege dicendum, quòd teneatur experiiri omnes austeritates in specie. h

Non obstant opposita. Ad primum enim responderetur, concedendo, quòd professio facta, antequam steterit in probatione per annum, non valet: negando tamen, quòd is, de quo queritur, non steterit in probatione per annum: quia immò stetit in ea partim in monasterio, partim foris in negotiis eius de licentia superioris iusta de causa data. Et paria sunt consistere in monasterio, vel foris cum tali licentia, per prædicta.

Ad secundum responderetur, negando, quòd in casu proposito non præcesserit probatio sufficiens, per prædicta. Ad tertium responderetur, quòd satis manet in monasterio, qui de licentia iusta prælati eius manet extra illud sub obedientia sua. Salua quæ iustior fuerit sententia.

a Cap. consulti. 2. q. 4. b In ca. cum illorũ. de sent. excomm. c Ca. ex scripto. col. 2. de iur. iur. d Super c. sta tuimus. 19. q. 3. nu. 74. e In verbo religio. 3. qu. 19. ver. 55.

f Qui cleric. vel vo.

g Ca. cum dilectus. de consuet. le. minime. ff. de legi.

h Arg. §. consideremus. in auth. de tri. & semi. col. 3.

a L. Papinianus. ff. de minoribus. b In l. ad probationem. C. de probatio. ca. in præsentia. eod. tit.

c Cap. 16. de reg. secl. 25.

d L. practipimus. C. de appellat.

e L. Papinianus. ff. de minoribus. c. ad audientiam. de decimis.

f Ca. 2. de cõcess. præb.

g In eodem c. nu. 12.

h Arg. c. quod ob gratiã. de reg. iur.

a In cap. cum ad monasteriũ. §. fin. de sint. monach.

b Cap. 15. sess. 25.

c Ca. cum cessante. cum sim. mil. de appell. d Ca. ad Apo. stolicam. de regula.

e De reg. l. 6.

f In d. cap. ad Apostolicã. de reg. g Alleg. 4. 6.

Congregatio censuit valere professionem, vt à nobis superius adducta probant.

S V M M A R I V M.

- 1 Nouitiam non interrupt latitatio momentanea, & non considerabilis in monasterio animo fugiendi facta.
2 Intellectus cap. quia in insulis. de regul. & an sit in vsu.

CONSILIVM XXXIII.

PVER quidam 14. annorum, desperatione quadam, & paupertate motus, & à quibusdam consanguineis suis compulsus, confugit à suis parentibus ad monasterium sancti Francisci ordinis Minorum; & ibi cū permāssisset quatuor, aut quinque dies, repertus fuit ab eius patre, qui ob eius minorem aetatem, & quia agnouerat potius desperatione, quam amore ad monasterium accessisse, domū reducere conatus est. Puer respondit, vt sineret eū in dictum monasterium introire, aliā ipse aliquem, vel aliquis ipsū occideret, vnde pater tanti mali metu illum dimisit: post nonnullos verò dies, cū dictus puer esset annorum quatuordecim, & mensium trium, vel circa, monachi induerunt ipsum vestibus monachalibus, & in alium locum ipsum transtulerunt; sed antequam peruenisset ad annum, & tempus faciendi professionem, vt ille, qui potius desperatus, & seductus, quam spontanea voluntate monasterium introierat, animo aufugiendi se in camera quadam abscondit, vbi repertus à Superiore, & blanditiis illectus permansit in monasterio, & cum peruenisset ad tempus faciendi professionem, professus fuit, vt moris est. Sed nec ante, nec post dictam professionē aliquos sacros ordines assumpsit, sed tantum primam tonsuram, & quatuor ordines minores. Post dictam autem professionem eodē anno, quo professus fuit, aufugit, & à monachis repertus fuit in carceribus, & sic bis aut ter aufugit. Dubitatur, an teneatur reuerti ad religionem, cū modo extra illam se reperiat.

1 Respondeo, videri posse alicui prædictum consulentē non esse verē & propriē religioſum, & vlli ordini certo ordinatum, sed esse obligatum religioni in genere: ita quod tenetur ad profitendum aliquam religionem approbatam, per cap. non solum. a adiuncto intellectu, quem Panormitanus ibi sequitur. Sed contrarium est dicendum quia prædictus consulens non fecit professionem ante annum probationis, immo fecit longē post illum; quia remansit circiter septemdecim menses in monasterio, priusquam profiteretur: nam illa latitatio, qua latuit in illa camera, nihil interrupt; quia fuit momentanea, & non considerabilis. Tum quia forsatis à latitatione in professionē fluxit annus integer, licet ex facto id necessario non colligatur; & cōsequenter nihil obstant prædicta c. non solum. & cap. constitutionem. quæ de vouente ante annum probationis in ordine mendicantium disponunt.

2 Non obstat etiam dictum c. in insulis. iuncto intellectu Panormitani, quia Ioannes Andreas ibi testatur se nunquam vidisse illud cap. vltari extra insulas aliquas solitarias, & in ordinibus strictioribus, & experientia omnium religionum mendicantiū docuit vsque ad Conciliū Tridentinum, quòd professio facta in illis post annū probationis, & ante decimum octauum de quo loquitur d. capi. quia in insulis. valeat: quod etiam testatur Siluester post Antonium. b & facit Concilium Tridentinū quatenus ordinat, in quocumque ordine fieri professionem post decimum sextum annum completum; & ita ante decimum octauum. Quare nisi ex aliqua iusta causa Papa dispensauerit, tenetur consulens redire ad monasterium, & in eo Altissimo, vt ei promissit, seruire. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Professio ante iustam aetatem, vel nouitiam completum, est nulla.
1 Professus non est qui habitum in monasterio, vel extra de superioris licentia manēs nō gestauit per annum continuum. n. 2.
3 Protestatio actus dubios inde sequutos declarat.
4 Professionem ratificare non videtur, qui eius nullitate ignorat.

CONSILIVM XXXIV.

N. Ante decimum sextum aetatis annum suscepit habitū religionis, & sine probationis anno publicē professionem fecit in illa religione approbata, sicuti prælati eiusdem consueuerūt: quia ipsi de vna ex illius prælaturis

à Sede Apostolica prouisum fuerat ad eius vitam, licet effectus in annum vigesimum differretur. Post paucos menses Summus Pontifex eadem religione reformata, inter reliqua, Prælatos ex perpetuis triennales esse voluit, & sub grauibus pœnis & censuris mandauit reformationē obseruari. Tunc N. ex loco discedens, in quo professus fuerat, coram notario, testibus, & egregiis viris, protestatus est se nolle obligari prædictæ religioni, neq; per professionem emissam, neque per habitus gestationē, neque per quemcumque actum se factum vel faciendum; hoc etiam semel expresso, quòd metu censurarum in reformatione latorum prædicta fecerat. Interim aliquāto tempore latitauit, cū verò palam versatus est, habitum Prælati conuenientem gestauit: & forte pluries Superioribus dictæ religionis, ei tanquam Prælato etiam sub censuris præcipientibus, obtemperauit. Quæritur, an de iure sit professus, nec ne, & an aliquo modo sit religioni obligatus.

1 Hoc dubium resoluturus, dico primum, præfatam professionem à præfato N. factam fuisse ipso iure nullam, tam propter defectum aetatis, quàm probationis annalis, per Conc. Trid. cap. 15. de regul. sess. 23.

Secundo dico præfatum N. non esse dicendum tacitam professionem fecisse propter susceptionem habitus, & gestationem eius. Tum quia non gestauit eum per totum annum intra monasterium, neque extra in alio loco, in quo de licentia Superioris maneret: quod requiritur ad hoc, vt dicatur tacite professus per habitus gestationem, per cap. 1. a ibi: per totum sequentem annum.

2 Quem debere esse ad hoc continuatum, & non sufficere interruptum; determinant Petrus ab Ancharano & Philippus Francus, b & Panormitanus, c & Bartholus per illum textum in l. interdum. d licet alicui sine iusta ratione contradicant.

Tertiò dico, nihil videri colligi ex argumento proposito; per quod iudicari debeat prædictus N. ita legitime ratificasse professionem præfatam, quam nulliter fecit, vt debeat iudicari professus. Tum quia non colligitur eum expressè ratificasse.

3 Tum quia protestatio animi declaratiua operatur, vt actus dubij eam sequētes intelligantur secundum illam, iuxta communem omnium, qui de hoc tractant, sententiā. e At omnes actus, qui narrantur hic, ad hoc vt ex eis præsumatur tacite professionem approbasse, sunt dubij: ergo debent intelligi secundum prædictam protestationem.

4 Quartò, dico, quòd licet prædictus N. portasset habitum etiam in distinctum ab habitu professorum, etiam intra monasterium, etiam post annum decimum sextum, completum, etiam per alium annum integrum, putans se esse professum; eo quòd putaret prædictam professionē à se factam fuisse validam; non est iudicandum eam validasse, nisi sciens & prudens illam fuisse nullam, voluisset de nulla facere validam: ita vt ab eo tempore inciperet esse professus, vt eleganter & subtiliter de more determinauit Cardinalis Caietanus, f quē nos retulimus, & probauimus in Man. confel. s. quod non probatur interuenisse in hoc casu.

Quinto dico, esse consequens prædictis, iudicandum esse prædictum N. nō esse professum expressè, nec tacite, nec esse ob præfata vlli religioni obligatū in specie, nec in genere. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Tertia regula S. Francisci à sui initio fuit approbata, nō vt religio, sed vt bonus modus viuendi: & sic nisi aliud appareat, qui eam profiteretur etiam emittendo tria vota, non est verus religiosus; tenetur tamē eam seruare, poterit autem de licentia sui Superioris viuere in eremo. num. 2.
2 Probationis annus factus in monasterio, ad finem, vt profiteretur primam regulam S. Francisci, non suffragatur, vt possit etiam in eodem monasterio recipi ad professionem in tertia regula eiusdem S. Francisci: vnde professio non tenet, potestq; sine alia licentia asumere sibi vitam eremiticam.

CONSILIVM XXXV.

Q. Vidam desiderans ingredi religionē primi ordinis S. Francisci, in monasterio quodam prædicti primi

a De reg. li. 6.

b Ibidem. c In c. ad A. postolicam. de reg. d s. quoties. ff. de publicā.

e In cap. cum M. de consil. & in l. non solum. s. morte. de oper. nou. num.

f In 2. 2. qua. 189. art. 1. g Ca. 12. num. 71.

a De reg. l. 6. & c. constitutione. & per c. quia in insulis. de regu.

b Verbo religio. 3. q. 2. c. In sess. 23. c. 10. de reg.

ordinis habitum suscepit, animo profitēdi prædictam regulam primam, & cū esset in fine anni nouitiatus emisit professionem tertij ordinis sancti Francisci, & nō primi: quia dixerūt illi; quòd non habebant facultatem illi dandi, seu concedendi aliam, nisi tertie regulæ professionem; & ita ipse exponens, ne remaneret sine habitu, illam accepit. Postremò cū videret se non esse eiisdē ordinis, cuius erant reliqui fratres dicti monasterij, qui omnes, dempto custode, Conuentuales fuerunt, ad sæculum rediit, & cupit in aliquo eremitorio cū dicto habitu, vel sine eo, dum vixerit, permanere. Quæritur, an id sibi liceat.

1 Perlecta tota regula tertij ordinis S. Francisci approbata per Nicolaum I. V. respondeo primò, quòd Dominus consulens non est religiosus propriè dictus, vt colligitur ex c. cum ad monasterium. a & tradimus nos laius commēt. 1. de reg. b quia licet illa tria vota emisisset, non tamen emisit in religione approbata pro religione, licet sit approbata pro bono modo viuendi, iuxta glossā singularem, c & de essentia religionis propriè est, vt ea emittantur & fiat in religione approbata pro religione, vt probauimus nos vbi supra, & est gloss. d approbata per omnes, & fundata in cap. 1. e

Secundò, quòd tenetur seruare prædictam tertiam regulam ordini sancti Francisci; quia obligauit se ad illam voto licito, & vota licita sunt seruanda. f

Tertiò, quòd prædicta duo dicta sunt certa, præsupposito quòd nō fuerit facta per Sedem Apostolicam aliqua reformatio viuentium in communi super prædicta regula; per quam de modo viuendi approbato fuerit facta regula approbata, quòd mihi modo non constat.

2 Quartò, quòd satis magna questio est, an consulens esset verè religiosus, si talis reformatio fuisset facta, quamvis dici posset, responderi posse, quòd non; quia nō egit per annum nouitiatum in illa regula, quamuis peregerit in alia: & hodie post Concilium Tridentinum, & nulla professio religionis propriè dictæ valet, si non fuerit facta post peractum nouitiatus annum.

Quintò, quòd his est consequens posse consulentem sine alicuius Superioris licentia facere id, ad quod optat sibi fieri licentiam à Papa.

Sextò, quòd vix faciet illam Sanctissimus D. N. ob aliqua, quæ suam Sanctitatem mouent ad difficile concedendum licentias aliquas religioſas, quas alias habent iure cōmuni, vel possunt habere à suis Prælatiſ.

Septimò, quòd in omnem euentum tenebitur seruare prædictam tertiam regulam, si non profiteatur aliam Franciscanā, vel alterius ordinis approbatam. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Professioſis nouitiatorum cathedralis regularis admissio diuersi modo potest ad Episcopum & Capitulum spectare: & quidem si spectat ad Episcopum, prout de iure communi videtur spectare; illius negligentiam Capitulum supplere nō potest. num. 3. Idem dicitur, quando ex æquo communiter spectat ad vtrumque, num. 2. sicut obseruatur in collatione præbendarum, quam tamen in secundo casu confert Capitulum, si sedes vacat.

CONSILIVM XXXVI.

PRæsupposito: quòd regularis professio debeat fieri in manibus Capituli Ecclesiæ cathedralis regularis & ipsiusmet Episcopi, an valeat facta in manibus Capituli, Episcopo nolente illam recipere?

1 Respondeo primò, quòd ad respondēdum rectè huic questionī, est necesse præscire quomodo hæc professionis susceptio pertineat ad Episcopum, & Capitulum, an scilicet ex æquo & immediatè, an ad Episcopum cum consilio vel consensu Capituli, an contra Capitulum cū cōsilio vel consensu Episcopi, an ad Capitulum immediatè, & ad Episcopum mediatè, nolente vel negligētē Capitulum eam suscipere: quia diuersè respondendum est in huiusmodi diuersis casibus, iuxta cap. 1. b

2 Secundo, quòd si hæc potestas recipiendi professionē ex æquo & immediatè spectat ad Episcopū & Capitulū, videtur quòd non potest solum Capitulum illam suscipere.

a De stat. reg. b Super c. cui portio 12. qu. 1. nu. 18. c In clem. ex eo. de senten. excomm. d In clem. 2. de regu. ver. religioſe. e De reg. l. 6.

f Ca. magna. de voto.

g Ca. 15. sess. 25.

f In 2. 2. qua. 189. art. 1. g Ca. 12. num. 71.

h Ne sede vac. li. 6.

re. Tum quia cū collatio beneficij spectat ad Episcopū & Capitulum ex æquo, non potest solum Capitulum sine Episcopo, nec solus Episcopus sine Capitulo conferre, iuxta doctrinam Hostiensis communiter quò ad hoc receptam, a quæ probatur per principium dicti c. 1. b per locum ab speciali, quatenus pro casu speciali ponit, quòd Capitulum potest conferre beneficia communiter spectantia ad illud & Episcopum, vt Prælatum, mortuo Episcopo: & ita præsupponit, quòd non regulariter.

3 Facit etiam, quòd iura tractantia de persona, quæ potest recipere professionem, communiter loquuntur magis de Abbate, quàm de Conuentu, vt videre est in cap. portum. c ibi, Abbate. & cap. ad Apostolicam. d in quo bis fit mentio de Abbate, de conuentu autem nec semel. Ad idē faciunt cap. Ioannes. & c. sane. e facit item, quòd Superior, qui tenetur aliquid facere, & non vult facere, compellendus est ad id per Superiorem regulariter: ita quòd nec ipse, nec alius potest illud facere, nisi in casibus à iure expressis, vt satis probat textus cap. nullus. f vbi sic resoluit Panormitanus & Felinus referēs alios. g Ergo licet Episcopus potuisset compelli ad suscipiendam professionem nouitij tam ad ipsum, quàm ad Capitulum pertinentem; non potuit tamen à Capitulo, quòd non erat Superior eius, fieri id, quòd ipse facere tenebatur. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Electus, & priuatus legitime habitu & ordine potest quancūque aliam religionem ingredi & profiteri, nec prædicta electionis taciturnitas vniuersi secūdum ingressum.
3 Generalis ordinis nō potest sine cōsensu Capituli monasterij, ad quòd admissio ad professionē spectat, aliquē illius professum facere: iuhere tamen potest, vt tacitū professum tractet pro professio; immo, nisi adducatur causa excusans, & mandare vt expressa fiat professio. num. 5.
4 Professioſis admissio de iure non ad mediatum Superiorem, puta Generalem ordinis sed ad immediatum prælatum, & monasterij conuentum spectat; & tunc etiam nec solus prælatus nec solus conuentus admittit. num. 2. immo nec sufficit dimidia, sed maior pars votorum requiritur. num. 1.

CONSILIVM XXXVII.

B. Professus in ordine Prædicatorū, & expulsus propter delicta, & priuatus legitime à superiore, habitu & ordine: & postea ingressus ordinem Carmelitarum, tacita professione apud Prædicatorēs, & in fine anni nouitiatus, antequam profiteretur, venit Romam cū testimonio dimidia partis eorum, qui debebāt eum admittere, & petit à Generali ordinis, vt faciat eum professum.

Occupatissimus simul & importunatissimus, vt respondēdam statim, dico primò præfatum consulentem iuste potuisse ingredi ordinem Carmelitarū, & post annum nouitiatus iuste profiteri, si alias legitime fuisset approbatus.

Secundò, quòd prædictus Dominus consulens nō potest dici professus expressè propter testimonium prædictorum quatuor, qui constituebant dimidiam partem eorum, qui debebant eum approbare, vel recipere eius professionē: quia requirebatur maior pars eorū, argumēto l. quod maior. h & iuxta gloss. iuncto textu, i vbi post alios tradit Philippus Francus. k

2 Tertio, quòd in monasteriis, in quibus receptio spectat ad Abbatem & monachos, non potest solus Abbas, nec solus Conuentus recipere monachum, nec consequēter facere professum; eo quòd vt diximus in Com. 4. de reg. l. valor professionis requirit duas personas, alteram quæ se obliget religioni, & alteram quæ religionem obliget illi.

3 Quartò, quòd ex hoc videtur inferri, quòd Reuerendissimus Generalis non potest sine prædicto Conuentu, vbi perfectit annum nouitiatus, facere prædictum consulentem monachum prædicti monasterij Carmelitarum, saltē sine cōsensu maioris partis illius, cui cōsequēs est nō posse illū facere professum propter solā approbationem prædictorū quatuor suffragium ad id habētū: quia nō faciunt illi conuentū, nec maiorem partē illius. Tū quia aliud est approbare annum probationis: & aliud professionē

a In c. postu. lasti. de concess. præben. b Ne sede vac. li. 6.

c De regul. d Eod. tit.

e Eod. tit.

f De iure pat. g Cap. pastoralis. de officio ord.

h ff. ad municip. i Cap. fin. de reg. li. 6. k Num. 2.

l Super c. statum. num. 74.



approbati recipere, & à separatis non fit illatio.<sup>a</sup>  
**4** Quinto, quod etiam alia ratione videtur prædictum Generalem non posse facere prædictum consulentem professum solo iure communi attendere; quia secundum illud receptio monachorum pertinet ad Conuentum, & Prælatum immediatum eius; & non ad Superiorem mediatum.<sup>b</sup>  
**5** Sexto, quod his est consequens, non posse etiam congregationem Illustriusimorum DD. Cardinalium facere illum professum, nisi maior & specialior potestas fieret ei à S.D.N. de potestate absoluta, qua derogaret iuri communi.  
**6** Septimo, quod prædictus consulens licet non possit dici expressè professus, ut prædictum est, posset tamen dici tacitè professus per delationem habitus annalis, si habitus professorum non est distinctus ab habitu nouitiorum; per c. i. & alia, quæ illi adiecit in d. comment.<sup>d</sup>  
**7** Octavo, quod prædictus consulens posset petere à prædicto Generali, ut iuberet prædicto Conuentui, in quo nouitius annum impleuit laudabiliter, ut haberent eum pro tacitè professum, si vera sunt quæ ipse proponit, & non est ibi distinctus habitus professorum ab habitu nouitiorum, ut prædictum est: posset etiam iubere, ut acciperent professionem illius expressam, si facere vellet: immo & compellere ipsum ad faciendum eam; nisi iustam aliquam causam ab eo illum excusantem allegaret. Salua, &c.

SVM MARIVM.

**1** Religiosus non efficitur quis emittendo tria vota in religione approbata, nisi illa emittat in manibus potentis illum illi incorporare, qualis non censetur nouitius.

**2** Collegium, omnibus vno dempto, sublatis, in dicto vno conseruatur, si que solus potest collegij iura exercere.

CONSILIVM XXXVIII.

**R**espondeo præfatos viros eruditos hac de re consultos rectè respondisse, quatenus dixerunt præfatum Ioannem non esse verum religiosum: quia id quod datur ab eo, qui dare non potest, habetur pro non dato. Tum quia professio trium votorum, quæ sunt religionis substantialia, non efficit ea profitentem vere religiosum, nisi ea emiserit secundum regulam à sancta sede Apostolica approbatam in manibus eius qui potest incorporare profitentem tali religioni approbata, ut etiam nos post alios tradimus in com. 4. de re. c. & præfatus Ioannes nõ emisit professionem in manibus eius qui poterat eum incorporare vlli religioni à sede Apostolica approbata; quia non erat Prælati canonice institutus, immo neque religiosus verus; quia erat nouitius nullam potestatem canonicam habens ad suscipiendos vltos religiosos etiã ad vestiendos habitu religioso, & ad faciendum etiã nouitios, quantò minus ad faciendum professos, & veros religiosos. Tum quia licet religio, vniuersitas, vel collegium non pereat, quamuis redigatur ad vnum, omnibus aliis mortuis; quia potest conseruari & consistere in vno iuxta l. sic ut municipij. & tradunt Panormitanus & citati per eum, nõ tamen defertur potestas eligendi Prælatum vel alios religiosos ad alios, quam ad illum vnum, in quo residet seu cõseruatur collegium: & ita cum in casu proposito religio vel congregatio redacta fuerit ad vnum, qui potuisset exercere iura collegij; non tamen potuit exercere illa præfatus Ioannes Baptista, qui nondum erat professus, nec religioni incorporatus per professionem præfatum reuertente ad cõtradicentem præfatum vno, in quæ ius collegij fuit redactum.

SVM MARIVM.

**1** Eremita vt esset, qui in manibus superioris eremitarum professionem faciens vouit obedientiam, paupertatem, & castitatem, non efficitur religiosus, cum illa congregatio non sit religio, nec professionem recipiens possit profitentem religioni incorporare, nec potest ab aliquo cogi vt fiat religiosus. nu. 2. peccatq, qui talem ad id inuitum cogit: tenebitur tamen tria vota vt simplicia seruare. nu. 3.

**2** Regularis semel iuste à religione eiectus non potest inuitus cogi, vt ad eandem reuertatur.

CONSILIVM XXXIX.

**Q**uidã Ludouicus volens esse eremita accessit ad quendam montem, vbi multi sub quodã Matthæo agebat vitam eremiticam, & fecit professionem, vouendo casti-

tatem, paupertatem, & obedientiam præfato Matthæo, qui nullum titulum canonicum id faciendi habebat; quo mortuo rogatus Papa fecit facultatem eius Abbati accipiendi professionem illorum secundum regulam B. Basilij. Queritur, quid iuris?

**1** Respondeo primò, quod numquam fuit verè religiosus: quia professio, quam fecit in manibus prædicti Matthæi, non fuit professio religionis veræ & approbata à S. Sede Apostolica, nec fuit accepta ab eo, qui posset illum obligare alicui regulæ approbata: & iure optimo respõdit Papa nullas & inualidas fuisse professiones factas in manibus d. Matthæi.

**2** Secundò, quod vellem vidisse bullam Papæ, in qua declarauit d. professiones fuisse nullas: credo tamè, quod per illam bullam non cogebat ad faciendum nouas professiones in regula postea approbata ab eo, nolentes profiteri; quia non poterat iuste tam grandia præcipere.<sup>a</sup>

**3** Tertio, quod licet professio dicti Ludouici valuisset, non potuit tamen compelli ad redeundum ad religionem, si iuste fuit eiectus à suo Superiore, vt probamus in com. 2. de reg. b.

**4** Quarto, quod peccabant mortaliter, qui compellent illum ad profitendum nouè religionem approbatam, cõtra dictum c. gestas, & illius glossam receptam.

**5** Quinto, quod est obligatus, vbicumque fuerit, ad seruanda tria vota, castitatis, paupertatis, & obedientiæ, tamquam vota simplicia, & non solemnia, quæ quãtùm & ad quid obligent, dicimus in com. 1. de reg. c.

SVM MARIVM.

**1** Professio emissa in manibus Episcopi tenet, dummodo emittatur in monasterio Episcopo subiecto, prout erant antiquitus de iure, num. 4. & qui possit ordini incorporare. nu. 5.

**2** Professus ad hoc, vt quis sit, requiritur, quod tria vota substantialia in aliqua approbata religione seruare promittat in manibus Superioris habentis administrationem, nu. 5. & potentis illum religioni incorporare, nu. 2. Vnde professio emissa in manibus alicuius monachi etiã (sed falso) dicitur, nu. 1. se habere hanc potestatem, non tenet, nu. 4. sicut nec emissa in manibus Episcopi quo ad religiones & monasteria exempta ab eius iurisdictione, nu. 2. 3. 4. & nisi tales recepissent professionem nomine Superioris: quia tunc si Superior ratificaret, inciperet professio à die ratificationis valere; & hoc, dummodo etiam extrema adhuc sint habilia: nam si professus esset mortuus, non posset ratificari. nu. 7. & 8.

**5** Abbas electus ante confirmationem non est Abbas, nec habet administrationem, vnde nec potest admittere aliquem ad professionem, & num. 6. & admissio, etiam si plures admisset, non tenet. & num. 1. & 8.

CONSILIVM XL.

**M**atthæus professus fuit religionem S. Basilij primum in manibus Episcopi Cordubensis deinde in manibus cuiusdam Didaci, fã llo dicetis se ad id habere à Superioribus potestatem. Tandè d. Matthæus in Abbatem electus, antequam confirmaretur, & benediceretur, multorum professiones tamquam Abbas admisit, & mortuus est.

His stantibus, queritur primò, an dictus Matthæus censendus esset verus religiosus.

Secundo, an professiones per alios fratres in manibus eius emisse valeant.

Ad primam quæstionem respondeo, quod pro parte affirmante facit primò, quod Innocentius expressè tenet, d quod potest quis fieri monachus faciendo professionem alicuius regulæ approbatæ in manibus Episcopi, & prædictus Matthæus fecit professionem in manibus Episcopi Cordubensis antequam litera Pij V. ei notificarentur.

Secundò, quod prædictus fe. re. Pius V. posuit necessitatem, & fecit expressè facultatem omnibus, quibus scriberet, habitum à clericali differentem gestantibus, & volentibus illum gestare, deligendi vnam de regulis approbatis & eligendi Superiorem suæ congregationis, & faciendi professionem intra mensem, & consequenter videtur dedisse potestatem accipiendi professiones ipsis Prælati electis, & quod ipsi prælati possent eligere personas, in quarum manibus profiterentur: quia concessio vno, omnino conceduntur ea, sine quibus id expediri nequit, f immo

a L. Papiniana. ff. de minor.

b Arg. ca. ad Apostolicam. de regul. cum ei annotatis.

c In fin. princ. de reg. lib. 6. d. vbi supra.

e Super cap. basimius. 19. q. 3. nu. 73. & seq.

ff. quod cuiusque iuris. g. In cap. 1. de elect. à nu. 5.

a Arg. ca. integritas. 32. q. 1. & ca. gestas. 74. dist. ad iura gloss. in verbo cre-scere. b Super c. n. dicitur. 12. q. 1. nu. 30.

c Num. 18.

d In c. porrectum. de reg. & argu. ca. si vir. 27. q. 2.

f Leg. 2. ff. de iuris. om. iud. & ca. p. serena. de offic. deleg.

a L. pensile. ff. de iuris. & l. quicumque. §. si ei quis. ff. de in. it. act. b In c. de re. s. b. colum. 3. de testib. c In c. vt de. bitus. colum. s. de appell. d In ca. solet. de senten. ex. commu. li. 6. c Super c. cui portio. 12. q. 1. nu. 18. e Per ca. vlt. de relig. do. nib. & ca. r. eod. tit. lib. 6. & c. r. de vo. to. eodem lib. g De reg. h In c. porrectum. eodem tit. ibi. i Num. 5. 9. & 11.

k In c. confitione. §. 1. de reg. lib. 6.

l Le. penult. ff. de recep. ar. bitr.

m Cap. inno. tit. de elect. n Cap. quod autem. de in. re pat. & l. si vniuersis. C. de leg. o In cap. ins. nuante. qui cler. vel vo. uen. p Num. 1. q In d. ca. por rectum. l 27. q. 2.

s Ca. Abba. tes. & c. Ab. bantibus. 18. q. 2. t In d. ca. por. rectum.

v ff. de iuris. di. om. iud. x De consti. li. 6.

y Argu. cap. postquam. ca. n. s. ca. nihil. de elect. z Ca. auaritia. de elect. li. 6. a Capit. 1. de supplen. neg. pralar.

b L. si quan. do. C. de inof. fic. testamen.

& ea sine quibus id comòdè expediri nequit, iuxta leges, a per quas id affirmat Aret. b & Decius, c licet glossa d contra sensisset.

**2** Pro parte verò negante, quæ vera est, facit irrefragabiliter primo id, quod scriptum in com. 1. de reg. c scilicet, quod ad hoc, vt quis dicatur verè & propriè religiosus professus, non sufficit, quòd voueat quomodocumque tria substantialia vota, sed requiritur, quòd voueat ea solemniter, ille autem dicitur vouere illa solemniter, qui vouet seruare in religione approbata à Sede Apostolica. f

Secundò, non sufficit hoc, sed oportet, quòd voueat illa in manibus eius, qui eum potest incorporare illi religioni, siue quod eius professio recipiatur ab eo, qui potest eum incorporare religioni, per cap. ad apostolicam, § ibi, Abbate per se, vel per alium recipientem. vbi hoc notat Card. & Pan. h ibi, Recipitur ab Abbate, vt ibi notat Innoc. quem Panormit. i & alij sequuntur: & prædictus Matthæus non fecit vllã professionem in manibus alicuius, qui posset eum incorporare religioni S. Basilij, quandoquidem prima professio, quã ait se fecisse mense Iunij anni 1569. in manibus Episcopi Cordub. non fuit facta in manibus eius, qui posset eum incorporare religioni S. Basilij, cum illa religio sit, vt præsupponitur, à iurisdictione ordinaria exempta, & ita Episcopus Cordub. nullam in ea, præsertim ad hoc, habebat potestatem: quia receptio professionis à superioritate suã accipit virtutem, vt sentit Innocentius in d. ca. porrectum, & clarius tradit Geminianus. k

**3** Secunda verò professio, quam fecit in manibus fratris Didaci, manifestius fuit nulla. Tum quia prædictus Didacus nulla ratione erat superior eius: non enim habebat vllam aliam potestatem, quàm datam sibi à prædicto Matthæo: & cum nemo sit sibi superior, i immo nec suo successor, m non potuit dare alij super se superioritatem, cum nemo det, quod non habet. n

**4** Secundò facit, quod nec sufficit profiteri in manibus alicuius monachi, vel fratris regulæ, quam profiteretur, nec quod ab eo recipiatur professio, nisi haberet potestatem eam recipiendi ab eo, qui potest eum incorporare religioni, vt idem Panorm. determinat, o declarando sic illud, p quãuis non requiratur, vt professio fiat intra monasterium eiusdem regulæ, vt ibidem probatur, & in d. cap. porrectum. Tertio, quod non sufficit facere professionem religionis approbatæ in manibus Episcopi, qui recipiat illam, vt tradit Antonius, q quem sequitur ibi Panormita. nu. 12.

Tertio, non obstat cap. si vir, r quod mouit Innoc. ad dicendum contrarium. Tum quia illud cap. nil de professione statuit: quia immo, vt ait glossa loquitur de separatione viri & vxoris à iudice faciendâ. Tum quia illud cap. si intelligeretur de professione, intelligendum esset de Episcopo ordinis & monasterij sibi subiecti, vt iure comuni omnia subiiciuntur Episcopis, s & in casu proposito Episcopus Cordubensis nullam habebat superioritatem in religione S. Basilij prædictâ.

**5** Quarto, quòd ipsemet Innocentius, t ait, quod professio valida non potest fieri siue auctoritate superioris potentis incorporare profitentem religioni: & Episcopus nullatenus potest incorporare quemquam religioni à sua iurisdictione exempta, vt palam est: quia extra territorium suum ius diceret, contra l. si. v & cap. 2. x

Quinto, quod electus in Abbatem ante confirmationem non est Abbas, y neque quicumque vt Abbas facere potest, z immo nec omnia ante benedictionem. a

Ad primam oppositorum responderetur, quod dictum Innocentij in eo citatum non potest habere locum, nisi ad summum in professione facta in manibus Episcopi habentis iurisdictionem & superioritatem in religionem, quam profiteretur profitens in manibus suis, quod non contingit in nostro casu.

**6** Ad secundum responderetur, negando, quod ex literis Pij V. satis efficaciter colligi possit, q electi à congregationibus prædictis possent administratione sua vt, antequam cõfirmarentur, per vltimũ argumentum pro parte negatè formatum: non enim præsumendum est, R. Romanũ Principẽ, qui iuratur, vnico verbo voluisse tot iura de electione, & professione, & religione confirmanda tollere, b nisi exprimeret id, aut aliud, ex quo id sequeretur, quod in nostro

casu non fecit.

**7** Adde tamen, quod licet nulla priorum professionum Matthæi valuisset, potuit tamen secunda validari in vita eius per ratificationem superioris prædicti ordinis S. Basilij, quia fecit illam in manibus prædicti Didaci nomine Superiorum prædicti ordinis, vt ex tenore suæ professionis cõstat: & receptio professionis facta in manu alicuius, qui non potest incorporare religioni, si tamen recipiat eã nomine eius, qui potest incorporare, ratificante eo illam, fit valida, vt dixit Innocentius receptus, a sed quia ratificatio non fuit facta in vita eius, non potest nunc fieri post mortem. Tum quia extrema nõ sunt habilia, iuxta l. pen. b Tum quia talis ratificatio facit professionem validã à tempore ratificationis, & nõ ante, vt ibidẽ Innocentius dicit.

**8** AD SECUNDAM QUÆSTIONEM respondeo, quod nulla aliarum professionum supradictarum in manibus eius, qui posset profitentem incorporare religioni: nam per rationem ad primam constat, prædictum Matthæum non fuisse verè religiosum, nec verum Abbatem, sed solum electum, & non cõfirmatum, & minus benedictum, & consequenter non habuisset potestatem incorporandi religioni profitentes in manibus eius: immo nec ratificati possunt prædictæ professiones à Superiore ordinis, quia non fuerunt receptæ à prædicto Matthæo ipsius nomine, sed tantum proprio, vt ex earum tenore constat: & non potest quis ratum habere, quod non est gestum suo nomine. c Salua, &c.

SVM MARIVM.

**1** Professio tacita tunc demum ex gestatione habitus inducitur, si sit legitimè à Superiore eo animo traditus, & à nouitio acceptus, nõ honoris causa, sed vt ad professionem prodesset, num. 3. & sit indistinctus ab habitu professorum, in religio- neque immo & in monasterio, num. 1. vel alibi de licentia Superioris gestatus, num. 2. per annum continuum, adeo vt menses interrupti non possint coniungi. num. 1.

**2** Regularis vbicumque sub obedientia manet, censetur in monasterio manere.

**3** Habitus delatio, deuotionis, seu honoris causa permessa, non facit quem religiosum.

CONSILIVM XLI.

**P**er delationem habitus religionis non fit tacita professio, nisi tria concurrant. Primum, quòd sit indistinctus ab habitu professorum. d

Secundum, quòd deferat eum in monasterio, & congregatione, per textum in clem. eos, e adiuncta glossa, f recepta ibi per Doctores & Panormitanum cum communi sequente Hostiensem, g & Francum in dicto cap. 1. h vbi bonus textus in principio, ibi, In monasterio.

Tertium, quod deferat illum intra monasterium per annum continuum: adeo quòd, licet deferat quatuor menses continuos, si postea exiret, & iterum reuerteretur, & deferret octo vel plures menses, & exiret iterum ante annum continuum completum, nõ censetur professus, per cap. 1. i ibi, Per totum annum. vbi hoc tenet Archidiaconus & Francus & latus Lapus. k

**2** Is autem, qui deferret habitum extra monasterium de licentia, obedientia, vel mandato Superioris, censetur deferre illum intra monasterium, secundum Abbatem antiquum, l & sequitur Abbas iunior, qui postea fuit Panormitanus Archidiaconus. m

**3** Ex quo inferitur, milites Hierosolymitanos & alios Cruciferos, qui, vt armatam militiam exercent, suscipiunt habitum suæ religionis legitimè intra monasterium, & postea (quod sepe fit de mandato magnorum Magistrorum) deferunt eum extra monasterium bellado, vel aliqua negotia suorum ordinum, vel monasteriorum faciẽdo, posse finire annum probationis extra monasterium: quia monachus, vbicumque maneat sub Superioris obedientia, censetur manere in claustro, vt vbi supra prædicti Abbates asseruerunt, nisi forte Superior concederet licentiam deferendi habitum sui ordinis causa deuotionis, vel honoris, ea mente tamen, quòd gestatio illius nõ prodesset ei ad professionem tacitã, vel expressam: quod nuper scim<sup>o</sup> factum fuisse, & saepe solitum fieri accepimus à magno Magistro Hierosolymitanorum siue S. Ioannis. Tunc enim non cen-

a In d. c. porrectum. b ff. rem ratam hab.

c Ca. ratum. de reg. iur. li. 6. ca. c. i. quis. de senten. ex. comm. eod. li. 6. cum aliis similib.

d Ca. 1. §. qui vero. de reg. li. 6. e De reg. verbo in aliqua. g In c. at clerici. de reg. h §. in de reg. lib. 6.

i De reg. l. 6. in principio. k Allegat. 46. num. 2. in Dei nomine.

l In c. cum illorũ. de sent. ex. comm. m In c. ex re. scripta. de iur. iur. an. 5.

a Ca. vlt. de praben. & le. non amnis. ff. de reb. cred. b Nu. 2. & 5. c Num. 1. ad fin. & nu. 2. d In 1. notab. e De regu. in 6. f Le. in bello. g Ca. significatum. cum vivit. de reg. h In c. significatum. nu. 5. de reg. i In ca. maiores. §. item quaritur. nu. 5. de baptif. k In c. ex parte. l In fin. m Num. 5. n Nu. 3. vers. 2. casu. de regul. o In ca. consulti. col. 1. ad fin. vers. 5. p De regul. q In cap. 1. in fin. princ. r In §. 1. nu. 5. vers. primū. dictum. de regul. in 9. s In elem. eos. nu. 3. vers. 2. dilatio. de regul. t In c. quidā. ad §. 27. dist. v In d. cap. ex parte. x In verb. novitium. nu. 12. vers. si vero distin. y In verbo novitius ad fin. nu. 6.

- letur profiteri, nec annum novitatus implere: quia actus agentium non operantur ultra intentione eorum. Salua, &c. SVM MARI VM.
- 1 Votum simplex religionis est promissio facta Deo de permanendo, vel ingrediendo religionem in genere, vel specie.
  - 1 Votum simplex cum annexa habeat promissionem, & consequenter factum, non est presumendum. & nu. 9.
  - 2 Oblata a parentibus in pupillari aetate liberè ad saculū redire pot.
  - 2 Habitum novitiorum patenter distinctum deserens, nec votum, nec voti ratificationem emittit. nu. 4. nec eidem aliquod votum est annexum, nec impedit reditum ad saculum, nec matrimonium. nu. 3. 11.
  - 5 Offerens se & sua monasterio censetur habere voluntatem mutandi vitam secularem in regularem, sed non sic in oblata a parentibus. nu. 4. & 11.
  - 5 Professionem tacitam non censetur facere, quae in choro canit, & alios actus facit, qui per novitios fieri solent.
  - 6 Laici ad cantandum in choro cum professis admitti possunt.
  - 6 Presumptio per contrarios actus tolli potest.
  - 7 Iuramento standum est in iis, quae ad propria spectant conscientia.
  - 7 Dispensare super voto castitatis ex causa potest ordinarius.
  - 8 Votum requirit propositum, & postea promissionem.
  - 10 Habitum novitiorum distinctum etiam per decem annos deserens profiteri non praesumitur.

CONSILIVM XLII.

Portia quaedam impubes, a matre, quae ad secunda vota aspirabat, monasterio vna cum dote tradita fuit post 12. verò annum iussa suscipere habitum novitiarum, tondere capillos fecit, lacrymans tamen, & deinceps semper dimisit tonsuram, & in sermone quotidiano dicebat Abbatissae, & monialibus, se velle exire a monasterio, & nubere: & quamvis post annum probationis per multum temporis gestauerit habitum, & interfuerit Horis canonicis, & interfuerit monialibus professis, habitus tamen erat manifestè distinctus ab habitu professorum, & actus illi erant communes professis, & novitiis, & interim permittitur novitias posteriores id ad professionem admitti: quia numquam habuit animum se obligandi religioni, neque vllum votū fecit: tandem de licentia Vicarij Episcopi exiit, & postea nupsit. Quaritur, an tuta conscientia id facere potuerit, & an liceat ei permanere in matrimonio contracto.

1 Reuerend. Pater votum simplex in terminis nostris nihil aliud est, quam promissio facta omnipotenti Deo de permanendo, vel ingrediendo religionem in genere, vel in specie, iuxta c. qui post votū, vbi Gem. & Franc. c. Arch. d. Ioan. And. & alij notant, vnde cum votum simplex habeat annexam promissionem, & sic factum nullo modo venit praesumendum in casu nostro.

2 Et licet D. Portia in pupillari aetate tradita fuisset monasterio a D. Antonina eius matre, tamen ex hoc non fit praedictum D. Portiae, quod maior facta non possit liberè redire ad saculum. 8

Neque dicendum est, quod saltem per assumptionem habitus in pupillari aetate gestatione illius per plures annos post annū probationis possit dici inducta ratificatio, seu mutatio voluntatis, ad effectum, vt D. Portia dicatur emisisse aliquod votū simplex. Nam respondendo dicitur, quod ex gestatione habitus patenter distincti ab habitu professorum, prout erat in casu nostro, non potest dici inducta aliqua ratificatio, ex traditis per Abbatem. h

3 Absque eo, quod mutatio voluntatis non praesumitur, vt ait Abbas, i & quātoque tempore quis gestauerit habitum probationis patenter distinctum, nō censetur emittit professionem, nec obligatur religioni in genere, neq; in specie, & potest redire ad saculum iuxta Innoc. k quem sequuntur ibi Ioan. And. l & Anch. m Abbas, n Abbas antiquus, o & notat. secundū Inno. p Fran. q & Gem. ibi, r Card. s Praepositus, t & cum Abb. v qui refert & sequitur Inno. ibi tenet summa Ang. x & summa Tabiennae. y

Et per consequens, licet D. Portia gestauerit habitum probationis patenter distinctū per plures annos post annū duodecimū aetatis suae, tamen ex hoc non potest dici emisisse aliquod votum simplex: cum sit, quod potuerit redire ad saculum, nec remanserit obligata alicui religioni in genere, neq; in specie, & votum simplex nihil aliud sit, quam esse obligatum religioni in genere, vel in specie, vt dixi.

Et hoc etiam clarius demonstratur, quia Innocentius, a quem omnes alij cōmuniter sequuntur, dicit, quod si quis gestauerit habitum probationis quātoque tempore non obligatur religioni in specie, neque in genere, & sic appellat habitum probationis, etiam quod sit delatus post annum probationis: & Cardinalis, b dicit, quod quis dicitur novitius etiam elapso anno probationis. Si igitur D. Portia remansit semper cum habitu probationis, non potest dici, quod emisit aliquid votum simplex, cum sit, quod huiusmodi habitus probationis non habet annexum aliquod votum simplex, vt ait Innocentius, c & Ioannes Andreas. d

Prout etiam in terminis, quod huiusmodi habitus probationis non impedit matrimonium cōtrahendum, tradit Abbas, e ibi, prima solutio. f vbi etiam Hostiensis, g & Ioannes Andreas, h ibi, de habitu probationis, & Antonius de Butrio, i quod quando quis gestauit habitum probationis distinctum etiam elapso anno probationis possit contrahere matrimonium, tradit Ancharanus in cap. meminimus. num. 2. qui cle. vel voutent.

4 Non obstat, quod D. Portia fuerit tradita monasterio cum eleemolyna ducetorum ducatorum. Quia primo loco dicitur, quod D. Portia ignorauit factum matris suae, prout etiam ita praesumendum est, k neque sufficeret praesumptio scientia, cum agatur de amissione libertatis, & sic iuris D. Portiae, ex traditis per Sarnensem, l Puteum. m Stante igitur ignorantia D. Portiae, non potest dici, quod ipsa ratificauerit factum matris suae, cum ignorans non dicatur remittere, neque consentire. n

Vterius dicitur, quod si quid traditum fuerit monialibus, & monasterio, id non tradit D. Portiae, sed D. Antonina eius matre, ideo ex facto matris nō potest fieri praedictum filiae, & maxime quando filia permanit cum habitu probationis distincto, ex traditis per Abbatem, o cum concordantibus supra adductis.

5 Accedit, quod id, quod dicitur ex traditione rei facta monasterio censetur quis mutare voluntatem, intelligitur, quando quis obtulit se, & omnia bona sua vel maiorem partem monasterio: de quo non constat in casu nostro, vt per Francum, p ibi, Tertio quando tempore. q

Non obstat, quod D. Portia interuenierit in Horis canonicis, & interfuerit monialibus professis: quia hoc licet fecerit, id fecit tamquam novitia, & prout aliae novitiae solebant interuenire, & interfuire, neque potest inferri, quod ultra actum fieri solitum per novitias voluerit ex hoc D. Portia in aliqua religione se obligare, cum actus voluntarij non extendantur ultra quam gerantur. r

6 Et eo magis, quia omnia ista possunt fieri per merè laicas personas, quae possunt admitti ad canendum a personis religiosis, & interfuiendum diuinis, iuxta doctrinam Abbatis, s cum traditis per Decium, t & per consequens cum non sit probatio concludens, non potest colligi huiusmodi praesumptio. v

Absque eo quod generaliter dici potest, quod omnia praedicta tolli possunt per contrarias praesumptiones, & probationes, x constat enim, quod D. Portia in susceptione habitus & eius tonsura capillorum plangebat, & abinde postea semper dimisit tonsuram, & permisit, quod novitiae sibi posteriores in ordine affluerentur ad professionem, quod si habuisset animum mutandi vitam utique praedicta non fecisset, cum nemo praesumatur immemor salutis aeternae, neque verisimile sit, quod D. Portia voluerit sibi fieri praedictum in antelatione, & per consequens dicendum est, quod talis praesumatur voluntas D. Portiae, qualis ex actibus colligi potest. y

Et maxime quia sumus in claris: ex quo constat quod D. Portia, dum permanit in monasterio, expressè declarauit, quod ideo permittit novitias posteriores ad professionem admitti, quia dicebat id facere, ex quo valebat exire de monasterio, & nubere: & id etiam sepe saepius dicebat in sermone quotidiano Abbatissae, & monialibus, prout etiam exiit postea de licentia Vicarij pro tempore, & nupsit, vnde in claris non opus esset coniecturis. z

7 Vltimo dicitur, etiam quod essemus in dubio, ex quo D. Portia in examine suo mediante iuramento declarauit se nunquam votum aliquod emisisse, sed semper habuisset

a In d. cap. ex parte. b In d. elem. cor. nu. 1. c In c. portetium. num. 1. d In col. 1. de reg. e In cap. consulti. nu. 3. vers. contra hoc. f Qui cleric. vel voutent. g Col. si. vers. habitus. h Col. si. vers. in gloss. per hoc. i Col. fin. ad medium in primis. distin. tionis suae, & ad terminos dictae elem. eos. de regul. k Le. verius. ff. de probatio. l. a. praesumitur. de reg. iur. in 6. m Super regu. de annat. q. 4. s. in fin. n Decis. 6. de probation. o L. si per errorem. ff. de iur. iud. om. iud. de si mulier detest. ff. de iust. testam. o In d. c. significatum. n. 5. p In ca. 2. col. 1. in fin. vers. eadem gloss. r De regu. in 6. s In c. 1. nu. 2. vers. in gloss. 2. de celebra. Missar. t In ca. 2. nu. 33. vers. & laicus in Missa. de iudiciu. v Ca. in praesentia. de probat. l. nō hoc. C. unde legit. x A sextum in le. dimiss. de restit. in integr. & ca. accedens. cum gloss. de crimine falsi. y L. sed iulianus. §. proinde. de ff. ad Macedon. Anch. consil. 302. n. 4. Dec. consil. 476. nu. 3. z L. cōtinuum. §. cum ita. in fin. ff. de verbo. oblig.

a In c. penul. nu. 7. de rapto. b In d. ca. penul. de rapto. c In cap. veniens. ad fin. nu. 6. qui cleric. vel voutent. d In verb. votum. §. penul. nu. 9. e 2. q. 88. art. 1. f In 4. distin. 38. q. 1. g Ca. qui bona. 17. q. 1. & in c. literaturae. de voto. h L. ei qui dicit. ff. de probatio. i Cap. cum in iure perit. de off. deleg. & le. 1. C. de mand. princ. k Ca. ex parte. de regu. cū annos. ibi per Innoc. & alios. & elem. eos. eodē titu. & c. 1. §. fina. eod. tit. lib. 6. l In §. sed ista. alia. alia. Inst. de action. in c. significati. 2. de hōmic. m Capit. 1. in princ. & §. 1. de reg. l. 6. n L. Papinianus. ff. de minor. o Arg. c. cum in eundis. de election. cum siml. p 2. q. 4. a. lias. §.

annum exeundi a monasterio, & nubendi, standum esset eius assertioni iurata, ex traditis per Abbatem, a prout etiā potius pro matrimonio carnali, quam spiritali praesumendum esset, vt per Ioan. And. Burionem Abbatem Hostiensem & alios. b

Et in omnem euentū non obstat, quod ex gestatione habitus aliquod votum simplex esset emisum: quia super hoc habemus ordinarij dispensationem, quae quidem saltē ex causa potuit fieri, & causae legitimae sunt tales, qualis metus etiam non iustus, prout erat in casu nostro, si non metus reuerentialis matris, saltem Abbatissae, & monialiū, a quibus fuit coacta habitum suscipere: alia verò causa est propter verisimilem impotentiam continendi, cum palam in monasterio D. Portia expressè diceret velle exire de monasterio, & nubere, cum esset iuuenis: vnde ordinarius potuit, stantibus praedictis causis, dispensare, vt ait Abb. c Summa Angeli. d Hae aduocatus D. Portiae. Sequitur responsū auctoris.

8 DOCTOR IS DOCTISSIMVS doctissimè locupletissimèque resoluuit dubium propositum in fauorem Portiae consulentis, ad quod etiam haec pauca infra scripta sufficerent. Primum, quod ad hoc, vt aliquid dicatur, votum, requiritur propositum aliquid faciendi, & non sufficit illud, nisi conseqatur promissio id faciendi cum animo se ad id obligandi, iuxta doctrinam S. Thomae, e & eiusdem & communiter omnium, f & nostrorum. g

9 Secundum, quod certum est non esse iudicandum aliquem fecisse votum, nisi probetur. Tum quia ei, qui dicit, incumbit onus probandi, h & facta non praesumuntur, nisi probentur. i

Tertium, quod ex praemissa facti narratione non colligitur vlla probatio voti facti vera, vel praesumpta: nam per ea, quae narratur, non probatur praefata Portiam habuisse propositum faciendi se religiosam, & minus habuisse animum obligandi se ad illam, & minus quod id promississet Deo, & se ad id obligasset.

10 Quartum, quod certissimum est, eum, vel eā, qui, vel quae gestat habitum novitiorū distinctum ab habitu professorum, vel professorum, non praesumi profiteri, nec villatenus vouere religionem, etiam si decem annis & eo amplius illum gestaret. k

Quintum, quod ea, quae sunt animi alicuius, probantur per iuramentum eius, iuxta illas duas gloss. solemnes, l cōmuniter recept. & quod praedicta Portia praefato iuramento deposuit, nullum vniquam votum de ingrediendo religionem, vel in ea perseverando fecisse, immo nec propositum id faciendi habuisse.

11 Sextum, quod assumptio habitus novitiorum distincti ab habitu professorum, & eius delatio nullam inducit praesumptionem voti emisit, etiam si deferatur per duos annos, & ultra, immo potest liberè exire a monasterio. m

Septimum, quod nulla lege, neque ratione inferri potest, impuberem emisisse votum intrandi, vel permanendi in religione, ex eo quod parentes eius inducant eam in cōfortium monialium, & pro alimentis eius, vel quo liberius eam recipiant, vel quo sit pro dote, vel parte dotis solita dari monasterio, casu quo voluerit fieri monacha, nonnullā pecuniae summam dederint, vel mutauerint. Tū quia a diuersis non fit illatio, n & vouere filiam impuberem de permanendo in religione, & parentes eius illam summam dare, sunt longè separata, cum alterum sit factum parentū, alterum factum filiae. Tum quod illa traditio summam propter alias multas causas fieri potest, & quotidie fieri videmus a parentibus, qui filias impuberes educandas intra monasteria monialium includunt, quo pientius educetur, & quo, si fortè Deus inspirauerit, fiant sanctimoniales. Tū per illam regulam topicam, si quod magis videtur inesse non est, neque id quod minus. o At suscipere votum habitum religionis novitiorum distinctum ab habitu professorum, & gestare illum etiam per multos annos, nō inducit praesumptionem voti eiusmodi facti, vt supra probatum est: ergo minus inducet traditio pecuniae ab alio facta monasterio, quo gratius illa ad educandum ibi assumatur. Tum denique, quod nemo vniquam scriptorum huiusmodi praesumptionis meminit, nec vlla lege fundari potest, & ita succedit illud cap. consulti. p Quod sanctorum Patrum documento

sanctum non est, superstitiosa adiuuentione non est praesumendum. a Cum igitur non probetur praedictam Portiam vllum votum de intranda, vel retinenda religione expressè fecisse, neque vniquam suscepisse se, vel potuisse habitum professorum monialium, sed tantum novitiarum, neque aliud admisisse, per quod praesumatur in ea votū, immo expressè contrariū propositum se habuisse dictis & factis ostenderit, cumque iuramento a iudice interrogata id firmauerit, proculdubio iudicandum est eam a nubendo nullo voti vinculo excludi, & quod pie ac eruditè clarissimus Doctor Aduocatus D. Portiae per multo plura probat.

SVM MARI VM.

- 1 Professio, anno probationis non completo, ante Concilium Tridentinum apud non mendicantes emissā valida est.
- 2 Religionem relaxatam professus potest cogi, vt seruet etiam, illas austeritates regulae, quae tempore professionis non seruabatur, nisi tunc praesens, quando professionem emisit, expressè fuisset protestatus se nolle obligari ad alias, quā ad tunc vigentes, vel ageretur de illis austeritatibus, quae ab immemorabili tempore probarentur non obseruata. & nu. 3.
- 3 Protestatio tollitur contrario facto subsequito: vnde qui ante professionem tempus dixit se ita religionem professurum, vt ad austeriores non obligetur, si tempore professionis hanc non reperit protestationem, ab ea, mutata voluntate, censetur receperisse.

CONSILIVM XLIII.

Quidam ingressus est religionem S. Basilij multum relaxatam, praecipue in voto paupertatis: & intra probationis, suae novitatus annum professionem emisit: & post viginti annos fuit reformata, & inducta durities quaedam, quae vix ferri potest.

Quaritur primo, an illius professio fuerit valida. Secundo, an teneatur ad praefatam duritiem seruandam.

Tertio, an teneatur, & quomodo subuenite matri extremè patienti.

1 AD PRIMAM quaestionem responderetur, quod praefata professio fuit valida: quia fuit facta ante confirmationem Concilij, ante quod valebat professio facta intra annum novitatus in ordinibus non Mendicantibus, iuxta cap. ad Apostolicam. b in sensu directo, & argumento a contrario vel a speciali probatur in capit. non solum. & capit. constitutionem. c vbi hoc expressit Philippus Francus. d

2 AD SECVNDAM responderetur primo, quod si durities per praefatam reformationem inducta est de natura regulae, & relaxatio esset adeo antiqua, vt non esset memoria initij eius, nō posset praefatus D. consulens cogi ad seruandam eam, vt probat Philippus Decius, e post Panormitanum in cap. f quod etiam nos tangimus in Man. confess. g Et idem videtur dicendum de duritie nouè inducta, si cum professus fuit, protestatus fuit se nolle obligari ad alias durities, & austeritates, quae, quādo professus fuit, non seruabatur, vt idem Decius post eundē Panormitanum asserit. h Idem videtur etiam dicendum, si do. consulens esset adeo corpore debilis, vt praefatam nouam duritiem & austeritatem pati non possit, secundum Innocentium, i quem videtur satis sequi Panormitanus, k & Decius. l Secundo, quod, si durities est de natura regulae, & relaxatio eius fuit noua, & a tempore cuius initij est memoria, poterit cogi ad seruandam illam, si cum fuit professus, non limitauit suam professionem & obligationem ad illum statum viuendi, qui tunc seruabatur. m

3 Nec sufficeret saltem in foro exteriori, quod ipse aliquāto ante professionem dixisset se cum hac limitatione praefatam regulam professurum: quia protestatio facta contrario tollitur, iuxta glossam solemnem quae hoc in matrimo. carnali asseruat, n & tradunt omnes, o post Bartholum, p quia vt praefata glossa dicit, potuit mutare voluntatem, & praesumitur mutasse profitendo absolutè.

AD TERTIAM respondeo primo, me in eadem opinione nunc esse, in qua fueram, in Manuali scilicet



a Cap. 14. nu. 14. b Super cap. nullam. 18. g. 2 nu. 48.

cet, & postea in com. 3. de reg. b circa exitum religiosi à monasterio propter necessitatem parentu. Secundo, quod D. consulens potest ex prædictis colligere, quid oporteat ipsum facere, vt animam suam saluet secundum rigorem iuris, & viam iustitiae, & per viam gratiae, & dispensationis. Certum autem est mihi, eum non obtenturum nullitatem suae professionis, neque in foro exteriori libertatem, ne cogatur subire reformationem nouam, nisi probet relaxationem cepisse à tempore immemorabili. Tertio, quod per viam dispensationis & gratiae satis pie eam possit petere, attento quod professio facta fuit intra nouitiatum annum: & quod ipse inuenit regulam quo ad votu paupertatis ferè omnino relaxatam: & quod non habuit animum illam seruandi, nisi in statu, quo illam inuenit: & quod reliquit matrem multum indigentem ope sua: & quod viginti quinque annos inferiuit regulam relaxatam: & quod nunc iam grandioris ætatis vix poterit paupertatem illam summam nouè indictam seruare. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Professionem intra annum, & post cœnam faciens mortaliter peccat.
2 Professio legendo schedulam absque intentione profitendi non est valida.
3 Professionem nulliter emissam videtur approbasse, qui ad titulum religionis ordines suscepit, & per multos annos māsit, & fuit in ea Prælatus.
3 Professio nulliter, postea ordines suscipiendo ad titulum religionis, suspensionis pœnam non incurrit, modo illos nec extra tempora, nec sine dimissoriis sui prælatis acceperit.

CONSILIVM XLIII.

M. Religionis habitu suscepto post cœnam à prælato schedulam formam professionis continentem accepit, & legit, ac eodem anno ad titulu religionis ad omnes sacros ordines fuit promotus, & per multos annos in monasterio mansit, & Prælatus in religione fuit. Queritur, an dicta professio sit iusta & valida, seu per prædicta ratificata.

1 Respondeo primò, peccatum fuisse tam à consulente, quam à Prælato eius professionem accipiente intra annu probationis, & post cœnam, & sine alia solemnitate, & nõ considerando, quòd professio religionis est tam heroicus actus, vt per eum lucratur quis indulgentiam plenariam secundum S. Thomam. c

2 Secundò, quòd si legendo illam schedulam continentem verba solita proferri à profitente non habuit intentionem faciendi professionem, & legit ea quasi iocans, & aliud agens, non valuit professio.

3 Tertio, quòd si, vt ipse consulens ait, non solum suscepit omnes ordines ad titulu religionis, sed etiã māsitin eo plurimis annis voluntariè, & fuit Prælatus per aliquot annos, videtur approbasse professionem illam, & consequenter quòd est professus, & quòd non incurrit suspensionem, nec irregularitatem per ordinationes illas: quia nõ fuerunt factæ ante ætatem, neque extra tempora, nec sine literis dimissoriis, cum eas habuerit à Prælato suo.

S V M M A R I V M.

- 1 Propositum etiam firmum de intranda religione non est votum.
1 Votum de intranda religione per introitum completur, etiam si postea non professus exeat.
2 Professio non est, qui fide religionem ingressus post 13. mensem aufragit, nec censendus, si inuentus à Superiore, habitu spoliatus, ab ea sit dimissus.

CONSILIVM XLV.

D. De eo, qui postquam firmè proposuerat intrare S. Francisci religionem, eam intrauit, sed post vndecim menses eam egressus est, & fide animo non faciendi professionem intravit quoddam monasterium Conuentualium, in quo licet tredecim menses mansisset nulla expressa facta professione, postea egressus sine licentia fuit à Superiore captus, & habitu spoliatus. Queritur, an teneatur aliam intrare.

1 Mea opinio circa factum propositum, & ius in eo resultans, est primò, quòd Dominus consulens non fecit vo-

tum obligatorium intrandi religionem S. Francisci, quia propositum intrandi religionem, etiam firmum & enixè conceptum, non est votum obligatorium iuxta cap. literaturam. a vbi ponitur casus de hoc formalis, & probatur irrefragabiliter per definitionem voti traditam à S. Thoma communiter recepto, b declaratam à nobis in Manua. confess. c & præfatus Dominus consulens solum proposuit firmiter intrare religionem.

Secundò, quòd etiam si vouisset, iam tamen impleuit votum intrado religionem prædictam, & manendo in ea vndecim menses, licet post eos ante finè anni exierit, quia votum de intranda religione impletur per introitum, licet non faciat professionem, vt tradit S. Thomas receptus. d

2 Tertio, quòd non obstat ei professio tacita, quæ posset obici ei, eo quòd fuisse ingressum in religionem fratrum Conuentualium, & in ea tredecim menses mansisset. Tum quia intravit eam fide, sine animo illam profiteri. Tum quia captus post exitum fuit à Superiore spoliatus habitu, & dimissus ab illa religione: ita quòd nec in foro interiori, nec exteriori censendus est professus, argumento cap. humana aures, e & eorum quæ de matrimonio fide contracto leguntur in cap. tua. f

Quarto, quòd ex præfatis sequitur debere me opinari præfatum consulentem non esse religiosum, nec teneri ad intrandam vllam religionem, si noluerit. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Professio intra nouitiatum in non Mendicantibus, vbi Concilium non viget, valet.
2 Professio metu nõ adipiscendi aliquod beneficium & cum perturbatione emissã valet, & tenet, quia voluntariè facta dicitur, obligatque, etiam si non intendere obseruare ipsam regulam: & hoc, modo haberet intentionem profitendi: nam si illam simulatè animo non profitendi emisisset, non ligaretur coram Deo. num. 3.
2 Dolo inductus professionem emittens obligatur: & hoc, dummodo aliquatè in illam consenserit. num. 6. secus si dolus omnem substitulisset consensum. num. 4.
5 Simonia est, quando famulus hero promittit se illi in omnibus obedire, si ille ei beneficium conferri curauerit.

CONSILIVM XLVI.

H. Herus, & famulus pacti sunt, vt, si herus procuraret ei conferri aliquod beneficium, ipse illi in omnibus obsequeretur: herus curauit illi conferri beneficium regulare sui fratris, quòd tamen renuciare nolebat, nisi conferretur in titulum: & cum dictus famulus illud obtinere non posset, nisi emitteret professionem illius religionis, cuius erat beneficium, licet non haberet animum proficendi, & se obligandi religioni, bis tamen habitum illius suscepit, & tandem eo indutus iuit ad Capitulum, & ibi exhibita sibi quadam scheda, in qua verba professionis continebantur, in cuius lectione conturbatus fuit, emisit professionem, & postea beneficium obtinuit.

Queritur primò, an professio huiusmodi illi obliget. Secundò, an excusetur ob dolum, & fraudè sibi factam. Tertio, an in prædicta collatione interuenerit confidentia.

Quarto, stante quòd nolebat profiteri, nec habuit animum se religioni obligandi, an relinquendo habitum fiat apostata.

1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo primò, difficile posse D. consulentem excusari ab obligatione professionis. Tum quia in terris, vbi præfata fuerunt facta, non est receptum Cõcilium Tridentinum, & ita professio facta ante finem anni nouitiatu in religione non Mendicantium valet secundum Panormitanum & communem. s Tum quia præfatus Dominus consulens non fecit eam metu, sed voluntariè, ad acquirendu vnum beneficium, quòd concupiscebat habere: & vota voluntaria valent, licet metu facta sint inualida. h

2 Tum quia professio facta per dolum valet in vtroque foro quo ad profitentem, & quo ad monasterium, i quauis bona eius non quarantur monasterio, neque Abbati, neque monachis eius. Tum quia nõ videtur obstat id quòd ait, nempe quòd non habuit animum proficendi, & se obligandi religioni, cum assueret accepisse bis habitum, iussit ad Capitulu cum veste religiosoru, & accepisse, & legisse

a De voto.

b In 2. 2. q. 88. art. 1. c Cap. 12. nu. 24.

d 2. 2. q. 189. art. 4.

e 22. q. 5. f De sponsal.

f Ca. 23. nu. 101. & 102.

g In c. ad A. postolicam. de regular. h Ca. 1. de his que vi. cum ei adnotatis. i Cap. constituit. 20. q. 3.

c 2. 2. q. ult. art. 3. ad 3.

quamdam schedam, in qua continebantur verba professionis, & eorum lectione fuisse conturbatum, quòd est signum intellexisse contenta in eis, quæ sibi parum placebant: quæ tamen legit, eo quòd magis placebat beneficiu, quòd cupiebat, & non poterat habere, nisi profiteretur.

3 Tum quia non potest allegari probabilis ignorantia, cum dictum fuisse ei fuisse necessarium monachatum, siue statum religionem ad habendum illum prioratum in titulum, & quòd frater sui heri nullatenus volebat illum renunciare, nisi ad effectum, vt conferretur in titulum: & ignorantia iuris est improbabilis, nec excusat, a & qui vouit aliquam religionem sine intentione seruandi obseruatiam regularem eius, obligatur ad eam seruandam, vt tradimus in Manu. b Verum tamen est, quòd si consulens habuit animum non proficendi, neque vllatenus obligandi se religioni, sed solum simulandi, non valeret votum: quia sine vilo consensu, & vilo animo obligandi religioni non potest coram Deo, & in foro conscientie constare professio, arg. cap. tua, c & l. 1. C. plus valet quod agitur, quam quod simul concipitur, d & eorum quæ Panormitanus adnotauit. e

4 AD SECVNDAM QVÆSTIONEM est in responso ad primam per d. c. constituit vbi est casus expressus quòd sic, cum limitatione ibi subiecta, scilicet, quòd si dolus esset tantus, qui tolleretur omnem consensum, non obligaret ad perpetuum seruandam religionem, neque ad aliquanto temporis seruandam illam, vt Panormit. præcitarus limitauit. 5 AD TERTIAM respondeo, quòd in prædictis non interuenit confidentia damnata à Pio III. & Pio V. sed interuenit simonia, eo quòd conuenit inter cõsulentem, & herum, quòd consulens ei pareret in omnibus, quæ præciperet, & cum illud ab vtraq; parte fuerit cõpletu, est incurfa simonia realis, per ea quæ nos latius dixim⁹ in Man. f

6 AD QVARTAM colligenda est responsio ex responsis datis ad primam, & secundam: scilicet, quòd si nullatenus consensit, neque voluit profiteri religionem, neq; se obligare ad illam, non est apostata in foro conscientia, sed, si voluit, aliquatenus etiam dolo ad id inductus, erit apostata, & indiget absolute, non obstante quòd non gestauerit habitum, nisi per paruum tempus: quia satis est quòd professio eius valuerit etiam solum per vnum temporis momentum, vt prædictum est. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Hermaphroditus iudicandus vir, vel mulier, prout praualeat in sexu: & inde sequitur, vt si praualeat in sexu virili, possit professionem emittere in monasterio virorum, sed non mulierum, & è cõtra, nu. 2. quòd si neutra magis praualeat, in nullo poterit profiteri. n. 3. medici autem in dubio ex iis que ab ipso audiunt iudicabunt in quo praualeat. nu. 4. & confitio quòd professio sit nulla, potest etiam inuitus eiici. nu. 5.

CONSILIVM XLVII.

Q. Vidam hermaphroditus ingressus & professus est religionem virorum approbatam, nulla facta mentione de huiusmodi defectu, quo postea cognito, & publicato quaruntur sequentia.

Primo, an professio valuerit. Secundo, an possit eiici à religione cù dispensatione Papæ. Tertio, an possit eiici à monasterio absque dispensatione Papæ, si noluerit exire, licet professio teneat.

1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo non valuisse professionem, si potentia virilis eius non erat maior, quando professus fuit, quam potentia muliebris, quia hermaphroditus est iudicandus vir, vel mulier iuxta magnitudinem potentie virilis, vel muliebris, s ita quòd est iudicandus vir, & dignus officio virili, si potentia virilis fuit maior: & contra iudicandus est mulier, si potentia muliebris erat maior. & vt professio viri facta in monasterio mulierum, vt eis conuiat, non valet, ita & professio hermaphroditu in monasterio virorum est nulla, si potentia virilis non fuit maior, quam muliebris.

2 Secundo, professio eius valuisse, si potentia eius virilis prædominabatur potentie mulieri, quando fuit professus: quia iudicandus erat vir, & dignus officio virili, per prædicta.

3 Tertio, quòd si vtraque potentia erat par, videtur iudicanda professio eius nulla. Tum quòd communiter te-

netur, hermaphroditum, cuius vtraque potentia est par, nõ posse ordinari, nec ordinationem factam tenere, vt annotauit Siluester. a Tum quia data paritate, æquè iudicandus est mulier, ac vir, & cum mulier non possit profiteri religionem ad cõuiuendum viris, non poterit etiam profiteri hermaphroditus, cuius vtraque potentia est par: sicut nec professio eius facta in monasterio monialium ad viuendum cum eis esset valida, si non haberet potentiam muliebram, quæ prædominaretur potentie virili. Tum quia valde indecora, & scandalosa, & inductoria sociorum ad libidinem esset professio illa: & huiusmodi scandalosa non sunt admittenda. b

4 Si autem dubitetur an vtraque potentiarum sit par, an altera maior, standum est eius dicto, secundum communem opinionem, vel iudicio medicorum, quòd videtur recidere in eandem, cum oporteat iudicare medicos secundum ea, quæ ipse de se asseruerit. c

AD SECVNDAM respondetur quòd sic, quia iusta videtur causa dispensandi scandalum, & occasio, quæ præbetur aliis fratribus monasterij ad peccatum, inducendo ad cogitandum de illo hermaphrodito, & appendendum illa, quæ cogitationes illæ præstant, quæ sunt valde vitanda per d. cap. nihil, d & alia iura.

5 AD TERTIAM respondeo primò quòd sic, si constet potentiam virilem eius non prædominari potentie muliebris. Tum quia per prædicta cõstat professionem eius nõ valuisse, nec potuisse valere: & monasterium non tenetur retinere illum, qui non potest suam religionem profiteri, iuxta Concilium Tridentinum. e Tum quia voluntas eius exeundi, vel nõ exeundi nihil ad rem pertinet: quia non est in eius potestate situs exitus, vel mansio, sed in virtute & validitate professionis, f quia ipse tenebatur confiteri ante professionem talem defectum monstruosum, quòd impediatur professio, quam nõ accepisset à monasterio, si sciuisset eum pati illum defectum, argumento cap. fin. g & cap. illiteratos. h & cap. i. & vlt. i per quæ prohibentur ordinari eiusmodi viri monstruosi, & eadem vel maiori ratione non debent admitti ad professionem, per quam conuicturus sit in eadem domo cum castitatem solemnem professis.

S V M M A R I V M.

- 1 Criminoso regulariter valet facta collatio.
2 Professio emissã ab infecto morbo contagioso illud negante valet, & tenet, etiam quòd si recipiens sciuisset, non admisset. num. 1. nisi ad sit statutum à Pontifice approbatu talem annullans professionem, potest tamen à Superiore iudicialiter puniri, & in pœnam spoliatus habitu eici ab ordine. nu. 3.
4 Honoris amissio, quæ sequitur ex pœna iuste imponenda, non excusat, quo minus teneatur eam reus subire, quia anima salus honori præponenda.

CONSILIVM XLVIII.

P. Primò queritur, an professio facta à laborante morbo Gallico, vel alio contagioso, tacito illo, sit nulla.

Secundo, an Superior possit castigare huiusmodi professum.

Tertio, an ipse possit exire sine licentia.

1 Pro parte negante facit, quòd collatio facta criminoso valet regulariter per scripta Felini. k

Pro parte autem affirmante facit, quòd professio facta sine consensu conueniente Conuentus non valet, l & Cõuentus si sciuisset profitentem illo morbo laborare, non consensisset professioni. His pro vtraque parte præmissis.

2 AD QVÆSTIONEM PRIMAM respondeo primò negatiuè, scilicet professionem prædictam nõ valuisse, si religio habet statutum Papæ, vel suum à Papa confirmatum, quòd annihilat professionem factam negato morbo. Secundò, quòd si non habet tale statutum, solo iure communi attento, non videtur nulla: quia ægritudo etiam mortifera non videtur annullare professionem.

3 AD SECVNDAM, quòd probabiliter dici posset, quòd Superior possit iudicialiter procedere contra professum ad castigandum eum ob peccatum mortale, quòd commisit negando defectum, quem sub pœna talis peccati tenebatur in ingressu confiteri, & in pœnam peccati expellere eum à religione, & priuare habitu, ac posset pro alio peccato mortali talem pœnam merenti.

a Ver. herma phroditus.

b Ca. nihil. de prescrip. de sumptum ex cap. 18. Matth. 18.

c Arg. le. 1. ff. de iure delib. & c. de causis. de officio deleg.

d De prescri.

e Cap. 10. de reg. iess. 25. f Argu. ca. in presantia, de probat. & in autb. ingressi. si. C. de sacro sanct. ecclesi. g De anat. & qualis.

h 39. dist. 149. dist.

k In ca. postu lasti. de reser. l Ca. vlt. ad iunct. gloss. de reg. lib. 6.

4 AD TERTIAM respondetur, quod si professio non valuit, tenetur ipse exire religionem etiam non petita ex eundem licentia a Papa: si vero tenuit professio, non videtur teneri ad petendam huiusmodi licentia a Papa, nec ab alio: quia videtur satisfacere suae conscientiae poenitendo iuste sui peccati, & submittendo se poenae, quam Superior iudicialiter procedendo per suam sententiam definitivam imposuerit ei: neque curare debet de sui honoris amissione, quando iuste meretur, quae iuris ordine servato imponitur ei, & quando oportet perdere animam, vel honorem, perdendus esse honor, qui minoris, quam anima, valet, ut palam est. Salua, &c.

SVM MARIUM.

- 1 Oblatus plenè est, qui nihil sibi retento, se & sua monasterio donat, licet habitum regularem ut conuersus non assumat. nu. 3.
- 2 Professus religiosus is est, qui in manibus potentis religioni incorporare, tria substantialia emittit vota, dummodo haec eo emittat animo, ut fiat religiosus: alius non. nu. 4. Unde qui in manibus Abbatis habitu regulari non assumpto ea emittit cum professione, quod non intendit profiteri regulam, nec teneri ad eius observantias, non est professus. nu. 3.
- 3 Oblatus cum non mutat habitum, est quid minus quam Conuersus, qui illum mutat, & adhuc minus quam religiosus, quia non facit professionem.
- 4 Societatis Iesu professores, qui post biennium in eadem tria etsi simplicia vota emittunt, sunt verè & propriè religiosi.

CONSILIVM XLIX.

AN sit verè religiosus professus, qui se donavit & obtulit monasterio in manibus Abbatis sancti Benedicti per haec verba: Ego N. me dono & offero in Oblatum monasterio S. Benedicti, vouendo obedientiam, paupertatem, & castitatem tibi eius Abbati, non autem profiteor regulam ordinis, nec me obligo ad caeremonias, & observantias eius. Idque fecit non mutato habitu, nec accepto habitu regulari, excepto scapulari paruo in signum oblationis.

- 1 Respondeo primò, quæstionem esse satis nouam in iure: quia non memini vllum textum, nec gloss. nec aliquem classicum auctorem, qui de oblato monacho tria essentialia vota emittente verba faciat: quamuis Siluester, a significet Pan. talem appellare plenè oblatum: quod tamè profectò non facit: quia, b vbi hoc dicturus erat, dixit eum esse plenè oblatum, qui se & sua donat, nihil sibi reseruato, quod longè diuerfum est: quamuis gloss. c quamdam quæstionem huic propinquam moueat, sed non omnino talè.
- 2 Secundo, quod pro parte affirmante faciat conclusio illa Panormit. & communis, d quem sequitur ibi Felinus & Decius, quod vouens tria substantialia vota religionis in manu potentis eum aggregare religioni approbata à S. Sede Apostolica videtur esse verè religiosus professus. e
- 3 Sed contrarium est verius. Tum quia actus agentium non operantur vltra intentionè eorum, f & ex verbis prædictis videtur colligi, eum, qui dixit illa verba, nõ habuisse animum se faciendi monachum, nec profitendi regulam, nec caeremonias eius. Tū quia monachus & Oblatus monasterio longè differunt iuxta cap. ex eo, g & præfatum cap. ut priuilegiat, & vtròque Doctores: immo minus esse Oblatum, quam esse Conuersum: quia hic mutat habitum, ille verò non, secundum Panormitanum, h communiter receptum: & consilens non mutauit habitum, & consequenter non est Conuersus, & minus monachus. Tum qui in præfato monasterio forma profitendi, qua fit quis monachus, longè alia est à prædicta faciendi se Oblatum, immo contraria: quia secundum hanc non se obligat ad seruandam regulam, nec caeremonias eius, secundum illam verò sic, & forma dat esse rei. i
- 4 Nec obstat oppositum: quia illud procedit in eo, qui vouit tria prædicta vota animo se faciendi monachum, & religiosum, & non in illo, qui facit illa animo, ut se faciat Oblatum, vel ut magis placeat Deo strictius viuendo. Longè tamè alia ratio est eorum, qui in Societate IESV post biennalem probationem tria simplicia vota, paupertatis, castitatis, & obedientiae emittunt. hi namque cum ita voueant, vero certòque proposito, ut religiosi fiant, cumque eadem mente, ac ratione ab eiusdem Societatis Superioribus admittantur, & cum verè se obligent ad obseruati-

regularum constitutionum ipsius Societatis, eiusque instituti ab Apostolica Sede sapienter approbati, verè proprièque religiosi sunt, ut sapientissimè declarauit Gregorius XIII. in quadam bulla edita anno 1582. quæ incipit. *Quanto*, & in constitutione edita anno 1584. quæ incipit. *Ascendente Domino*, ut diximus in comment. 1. de regul. a

SVM MARIUM.

- 1 Professio defectu consensus nulla, eo superueniente, ratificatur: quia consensus ex parte recipientis ab initio præstitus censetur perseverare.
- 2 Error fortuna, quo pauper creditur diues, est error qualitatis, qui matrimonium non vitiat, sed quando contrahitur cum absente, qui putatur primogenitus, & sic diues, cum non sit.
- 3 Dolus profitentis, dicentis se diuitem, cum nihil habeat, facit, ne monasterium eum alere teneatur: sicut dolus recipientium diuitem, ne monasterium habeat illius bona: sed non annullat professionem. & num. 2.
- 3 Maritus, cui non soluitur dos promissa, potest expellere uxorem, & non alere.
- 4 Infirmas, & paupertas iustam causam saltem dispensandi, ut monialis extra monasterium maneat, præbet.

CONSILIVM L.

BERNARDINA, cum malè tractaretur à matre, ingressa monasterium, conuenit cum illo, quòd loco doris haberet hereditatem, quæ ei contingebat post mortem matris, quam tamen ante ingressum matre petente occultè renūciauerat. Finito itaque probationis anno professæ est verbo tantum, & non corde, immo cum proposito quamprimum posset exeundi à monasterio. Huius tamè postea illam poenituit, & octodecim vel viginti abhinc annis ratificauit in corde suo professionem. Cum autè plusquam per octo annos in monasterio semper fuerit infirma, cum licentia totius ordinis & monasterij quindecim abhinc annis egressa est causa prædictæ infirmitatis. Queritur, an adit iusta causa, ut de licentia Superioris, aut ex dispensatione Papæ, possit extra monasterium manere.

- 1 Ad hanc quæstionem respondeo primò, quòd prædicta oratrix est vera religiosa, & professæ, per cap. ad id, b quatenus habet, matrimonium iusto metu contractum, licet à principio sit nullum, adueniente consensu libero fieri validum. Ergo etiam professio prædicta, quæ à principio erat nulla ob defectum consensus, superueniente illo censenda videtur valida. Nec potest dici, consensum illius, & Conuentus non concurrisse eodem tempore: quia id negari potest, cum Conuentus perseverasset in consensu recipiendi, & retinendi eam, donec ipsa sua vota ratificasset: sicut & matrimonium metu contractum sine noua dispensatione sit validum superueniente consensu libero partis coactæ, & perseverante in suo consensu altera parte: quia concurrunt eodem tempore, ut probatur in dicto cap. ad id, & ei annotatis.
- 2 Secundo dico, quòd non videtur obstat huic conclusioni, quòd Conuentus deceptus ab ipsa, & matre eius, promittentibus ipsam successuram matri in bonis, admisit eius professionem, & quòd errans & deceptus non videtur consentire, c quia deceptio & dolus non reddunt professionem nullam. Tum quia valida est professio eius, qui circumuentus ab Abbate, ut bona eius quærentur monasterio, professus fuit in illo, licet bona eius nõ debeantur monasterio. d Tum quia matrimonium contractum per errorem fortunæ, vel qualitatis personæ valet, si non erratur in persona, iuxta cap. 1. e per quod & alia id affirmat communis, f quam nos quoque post alios referimus in Man. g Tum quia nõ obstat decisio illa Calderini, h nempe quod error, quo putatur aliquis primogenitus succedens in primogenio, vitiat matrimonium: quem sequitur Angelus, i quia illa procedit, quando consentitur in absentem ratione illius qualitatis. In nostro autem casu agitur de consentiente in præsentem pauperem, putatum diuitem, qui est error fortunæ, ex mente S. Thomæ & aliorum, k secundum quod limitabamus Calderinum. l
- 3 Tertio dico, probabiliter posse dici, quòd, licet professio prædictæ oratrix tenuerit, Conuentus tamè posset denegare illi alimèta, donec traderetur illi bona in dotè, seu

a Super e. cui portio. 12. q. 1. num. 19.

b De sponsalib.

c L. super errorem. ff. de iuris. d. omni. iud.

d Ca. constituit. 20. q. 2.

e §. sicut ergo. 29. q. 1.

f In 4. sent. dist. 30.

g Ca. 22. nu. 32.

h In ca. 2. de coniug. seruo. i In verb. matrimonium. impedi. 4. §. 3.

k Vbi supra. l In d. nu. 32.

a D. cap. con. finit.

b Num. 4. de donat. inter virum & uxorem.

c C. ad Vel. leia.

d Deno. elig. secundo nub. §. ff. col. 1.

e In repetitio ne d. cap. per vestras. fol. 133. à vers. ex his.

f De simon. g Eod. tit. inter com.

h Ca. 27. nu. 106.

i De statu mona. li. 6.

k Sess. 25. cap. 5. de regu. l. 19. quæ. 3. à nu. 39.

alimenta promissa. Tum argumento à simili a videlicet, quod sicut ibi definitur, quòd dolus ex parte Prælati vel Conuentus efficit, ne monasterium debeat habere bona ingredi, licet ipsius professio valeat, ita econtrariò dolus ingredientis dicitur efficere, ne monasterium teneatur illum alere, licet professio teneat. Tum quia maritus, cui promissa est dos, non tenetur uxorem accipere, & alere, donec illa ei soluat, immo & acceptam potest expellere, ut Panormitanus post alios adnotauit per illū textum in cap. per vestras. b & est similis textus in l. fin. c & glossa iuncto textu in auth. d & copiosissimè tradit Ioannes Lupus. e Non obstat dicere, quod promissio prædicta videtur fuisse simoniaca, & consequenter nulla, per capit. quoniam. f & extrauagantem sane: s quoniam per ea quæ nos latius retulimus in Man. h permillum est monialibus pauperibus pacifici cum ingressura super dote honesta.

4 Quarto, quòd sola infirmitas ab oratrice allegata, licet iusta causa videatur manendi extra monasterium de licentia Prælati, attento solo iure naturali, & diuino, immo & humano, de quo in cap. 1. i & etiam in innotuatione illius facta per Concilium Tridentinum: k non tamen videtur talis, attentis extrauagantibus felicis recordationis Pij V. quarum vna incipit Circa. & altera, Decoris, & extrauagante feli. recor. Gregorij XIII. quæ incipit, Deo sacris. etiam secundum restrictiones, quas nos illis adiecimus in comment. cap. statumus. l

Quintò, quòd satis æquum videtur dicere, quòd infirmitas prædicta, adiuncta paupertate monasterij, & quòd conuentus fuit deceptus per promissionem matris eius, in petitione relata sufficiat ad manendum extra monasterium de licentia Prælati, aut certe sit iustissima causa, ob quam S. D. N. faciet ei facultatem sic manendi ob amorem Christi, qui nos omnes seruet. Salua, &c.

SVM MARIUM.

- 1 Religio Minimorum arctior alijs mendicantibus. nu. 3. & 4.
- 2 Carthusiana religio strictior ceteris omnibus, etiam Minimorum.
- 3 Carthusianorum clausura carcer quidam perpetuus.
- 4 Generali in sermone non veniunt que alia notabiliter excedit.
- 5 Regula, que ad duriora ligat, siue ex voto speciali, siue generali obseruandi regulam, siue ex constitutionibus, est alijs arctior.
- 6 Statuta Minimorum, quò ad tria vota non tangentia, ad solam penam ligant.

CONSILIVM LI.

CARTHVSIANORVM religio an sit strictior, & arctior religionè Minimorum?

1 Pro parte negante huius quæstionis facit primò, quòd Iulius II. in quadam bulla asserere videtur religionem Minimorum esse arctiorem alijs omnibus religionibus. Secundò, quòd religio Minimorum vltra sua vota substantialia requirit quartum de non vtendo vmqum alijs cibis, quam quadragesimalibus, excepto statu ægritudinis, cum tamen Carthusiana permittat edere, oua, & lacticia tam in statu sanitatis, quam ægritudinis.

2 Pro parte verò affirmante facit primò, quòd Carthusiana nullo casu permittit vsum vllarum carniū, etiam in tempore grauiusimarum ægritudinum. Secundò, quòd silentium religionis Carthusianæ est maximum onus, & fere intolerabile: quia religiosi eius inter se numquam loquuntur: ideo que cum sibi obuiant, sola inclinatione capitis se salutant: & numquam simul comedunt, præterquam dominicis & ferijs V. & cum simul comedunt, intendunt lectioni, & non colloquutioni, & ita nec in choro, nec in dormitorio, nec in refectorio, neque in alio villo loco colloquuntur, nisi cum ægrotant: neque extraneus vllus admittitur ad loquendum cum eis sine licentia Superioris, quæ non datur nisi iusta de causa: ob quod Baptista Mantuanus silentia illorum vocauit æterna silentia: nam nec alloquuntur ministros, qui eis ministrant. Et quidam eruditus notauit eos, quòd ob tanta silentia incurrebant nonnullam vertiginem capitis. Tertio, quòd, cum homo sit animal fociale, ipsi contra naturam & conditionem humanam fiunt inter se quodammodo insociabiles.

3 Quarto, quòd clausura eorum est quidam carcer perpetuus, ut etiam nos post alios dicimus in commentario 4. de regula, m narratis paucis earum, quas habent ad e-

m Nu. 31.

xeundum, licentij. Quinto, quòd non obstat primum argumentum pro parte negante formatum, nempe quòd Iulius II. appellauit regulam Minimorum arctiorem omnibus. Tum quia videtur se referre ad omnes Mendicantes, non autem ad Carthusiam, eo quòd satis id videntur sonare eius verba: & quòd non expressit Carthusianos, qui notabiliter Mendicantes omnes præcedunt vitæ austeritate: & ea, quæ notabiliter excedunt alia, non videntur generali sermone notata, nisi specialiter notentur. a

4 Ad secundum respondetur, concedendo, quòd religio Minimorum excedit arctitudine omnes alias religiones, eo quòd vltra tria substantialia vota, vouent vitam quadragesimalem, excepto ægritudinis tempore, quòd Carthusiani non faciunt: quoniam etiam Carthusiani excedunt Minimos, eo quòd non licet eis, vmqum, etiam cum ægrotant, vesci carnibus: & nostro iudicio tam graue, immo grauius est, abstinere semper à carnibus, etiam in ægritudinis mortifere statu, quam abstinere à non quadragesimalibus, cum facultate vescendi carnibus in ægritudinibus.

5 Nec obstat huic rationi, quòd Minimi vouent illam abstinentiam quadragesimalem specialiter & expressè, & Carthusiani solum obligantur ex constitutionibus. Tum quia incertum est mihi hoc. Tum quia parum refert quo ad propositum, an teneantur ex voto speciali expresso, an ex generali tacito, quo vouent regulam id continentem, non admittendo vllam dispensationem.

Tum quia regula Dominicanorum est arctior regula canonicorum regularium, b licet vtrique voueant eandem regulam Sancti Augustini, eo quòd constitutionibus suis à Sanctissimo Pontifice approbatis suam vitam notabiliter arctauerunt.

6 Sexto, quòd, ut audio, statuta Minimorum, quæ non tangunt tria vota substantialia, non obligant contrauenientes eis ad peccatum mortale, neque veniale, sed solum ad subeundum poenam temporalem à statuto impositam: cum tamen statuta Carthusiana multa, & præsertim illud, quòd iubet abstinere à carnibus, obligent ad mortale, nec vllus Superior potest dispensare: adeo, quòd etiam dispensatio Papæ non admittatur.

SVM MARIUM.

- 1 Priuilegium concessum Calsinensibus ab Eugenio IV. prohibens suis ne sine obtenta licentia etiam ad arctiorem transiant religionem, excommunicansque receptatores, qui requisiti eos non egerunt, ex limitatione Innocentij III. non comprehendit casum, in quo quis ad arctiorem transit, & hoc modo licentiam petierit, alijs comprehendit. num. 3.
- 2 Transiens ad arctiorem licentia non petita, repeti potest, & repetitus tenetur reserui, & poenitentiam secundum regularem disciplinam imponendam subire. num. 4.

CONSILIVM LII.

MONACHVS Calsinensis transiit ad Carthusianos non petita licentia à Superioribus suis: at Calsinenses habent priuilegium ab Eugenio IV. per quod prohibetur, ne monachi præfati abstrahantur à sua religione, neque sponte venientes recipiantur, etiam occasione arctioris vitæ ordinis, & religionis, absque consensu Capituli generalis, seu Præfidentis, & maioris partis visitorum dictæ congregationis, etiam auctoritate literarum Apostolicarum, in quibus de huiusmodi persona ac religione mentio facta non fuerit, sub poena excommunicationis, quam ipso facto incurrant, qui, facta eis noticia de huiusmodi priuilegio, monachum dictæ congregationis intra triduum non relaxauerint, vel à se abiecerint: non obstantibus etiam, quod priuilegium Calsinenses ostenderunt Carthusianis coram iudice super illius obseruantiam protestantes.

Queritur primò, vtrum huiusmodi priuilegium teneat, sitque in vsu post Concilium.

Secundo, an monachus præfatus teneatur redire ad priorè religionem, vel à Superioribus suis licentiam petere permanendi in Carthusiana, ad quam veluti ad arctiorem transiulauit, quæ dicitur vocatio à Spiritu sancto.

Tertio, an qui retinuerunt præfatum monachum, scilicet Carthusiani, excommunicationem incurrerint.

a L. itè apud §. ait præ. ff. de iur.

b Capit. quod Dei timor. de statu mona.

a Verb. oblatum.

b In c. ut priuilegia de priuileg. c. Ca. ut lex. 27. q. 1.

d In rub. de regul. & in c. ecclesie sancte Maria de constit.

e Arg. c. duo sunt genera. 12. q. 1. & ca. cum ad monasterium de statu monachorum.

f Le. non omnia. ff. de reb. cred. c. fin. de præben.

g S. de elect. li. 6.

h In d. ca. ut priuilegia.

i Cap. in ciuitate. in d. gloss. de v. s. r. i.



Quarto, quid agendum in huiusmodi controuersia, cum monacho valde sit periculosus reditus ad primam religionem multis de causis.

1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondetur, quod præfatum priuilegium non reuocatur per Concilium Tridentinum: sed reuocatum, vel certè limitatum fuit per Innocentium III. in cap. licet. 2 per quod transiit, vt, non obstante tali priuilegio, possit regularis transire ad strictiorem regulam; petita licentia, licet non obtenta.

2 AD SECUNDAM respondetur, quod Præfatus monachus potest reuocari à Præfato prioris monasterij, iuxta glossam in cap. mandamus. b & in capit. intelleximus. c per illum textum & hoc affirmat Panormitanus d & Cardinalis e & communis opinio est ista.

3 AD TERTIAM respondetur, videri excommunicationem incurrisse eos, qui præfatum monachum receperunt, scientes, vel scire debentes, quod non petita licentia se transfulerit ad illos, & intra triduum post intimationem priuilegij non restituerunt eum, vel non abiecerunt: quia priuilegium præfatum licet non proficit Casinensi monasterio contra transuentem ad Carthusianos, petita humiliter, licet non obtenta licentia, prodest tamen contra transuentem leuiter non petita licentia, quia, vt notabiliter Cardinalis & Panormitanus vbi supra dicunt, temere per contemptum, & contra obedientiam videtur transire, qui transit non petita humiliter licentia, cui sic transiit remerariè non fauet prædictum cap. licet.

4 AD QVARTAM respondetur potest, quod præfatus monachus debet & tenetur redire, & subire penitentiam sibi per regularem disciplinam iniungendam, quia grauius peccauit excedendo à monasterio sine debita licentia, contra omnia iura antiqua, & nouum Concilij Tridentini statutum, nisi summus Põtifex de sua potestatis plenitudine alia ei contra prædicta indulserit ex aliqua magna causa, quæ suæ Sanctitatis iuris naturalis, diuini, & humani prudentiæ cana videbitur iusta.

SVMMA RIUM.

- 1 Transitus de religione ad religionem vt sit licitus quo ad forum interius, plura quam quo ad forum exterius, requirit.
2 Carthusiam omnes Mendicantes, etiamque & Minores possunt de iure ingredi: at quod Carthusianus transeat ad Mendicantes, nullibi quidem in iure legitur: si tamen id fiat zelo melius Deo seruendi, indeque priori ordini infamia non inferatur: cessetque scandalum & timor ne per lites repetatur, videtur licere. num. 3.

CONSILIVM LIII.

VTRVM frater Minor possit transire ad Carthusiam, & contra Carthusianus ad fratres Minores?

1 Respondeo primò, quòd ad hoc, vt transitus de vna religione ad aliam sit licitus quo ad forum conscientie, plura requiruntur, quam quo ad hoc, vt sit licitus quo ad forum exterius, per ea, quæ rectè tradit Siluester. s

2 Secundò, quòd est constitutio expressa in extrauagante viam. h quæ probat, Minoritas, & omnes alios religiosos Mendicantes posse transire ad Carthusianos. Quod autem Carthusianus possit transire ad Minores, vel alios Mendicantes, non memini legere textum, qui hoc in specie declarat, quamuis Siluester i referat fuisse determinatum Parisijs posse Carthusianum transire ad Prædicatores seruantes ad vnguem regulam suam.

3 Tertio, quod si bonus zelus, & aliqua bona causa melius seruendi Deo interueniret, & sine scandalo & infamia prioris religionis possit transire ad posteriorem, & non timeretur lis super eiusmodi transitum inter præfatas religiones, possit rectè fieri præfatus transitus quo ad forù conscientie, & manere bona fide in secùda. Salua, &c.

SVMMA RIUM.

- 1 Tertia regula sancti Francisci, illorum qui extra congregationem viuunt, non est religio, sed, si in congregatione viuunt: quia talium congregatio, in qua tria vota emittuntur, fuit approbata.
2 Regula religionum qua sit strictior, etiam ex vtriusque statutis, & modo viuendi quo nunc vtriusque, diiudicanda: vnde religio sancti Benedicti strictior reputari debet religione tertie regule sancti Francisci in congregatione viuentium.
2 Transire volens ad arctiorem religionem petat licentiam, & de

petitione ac responsione fieri faciat instrumentum. num. 3. non tamen est necesse vt illam obtineat. nu. 2.

3 Transiendi ad aliam quamuis laxiorem religionem iusta causa est, quod sua sit finienda.

CONSILIVM LIIII.

AN religiosus Tertie regule S. Francisci possit transire ad ordinem S. Benedicti absque vlla Superioris licentia?

1 Respondeo primò, quòd præfatus consulens verus religiosus est, quia licet glossa singularis a dicat, tertiam regulam S. Francisci non esse veram regulam, quæ facit veros religiosos, tamen illa est intelligenda de viuentibus extra congregationem, non autem de viuentibus intra eam, in qua sit vera professio trium votorum essentialium, vt habetur in statutis eorum à Papa confirmatis.

2 Secundò, quòd non potest transire ad aliam religionem etiam Mendicantium, nisi petita licentia, vt constituit Iulius II. in sua bulla relata cap. 9. præfatorum statutorù, & inseritur pro quinto priuilegio prædicti ordinis.

Tertio, quòd præfatus Iulius non requirit, vt à Superiore obtineat licentiam petitam, sed tantum quod petat: & ideo credo, quòd sufficit ei petere illam, licet non obtineatur, iuxta ca. licet. de regular. quia iudicio regulam S. Benedicti strictiorem, quam sit prædicta tertia regula S. Francisci, etiam viuentium in congregatione, attentis vtriusque statutis, & maximè modo viuendi præfati in vtraque, qui attendendus est iuxta notata in capit. ad nostram. b præsertim per Philippum Decium.

3 Quarto, quòd iusta causa transeundi ad aliam regulam etiam æqualem, vel laxiorem, videtur esse, quod præfata tertia regula est ita instituta, vt debeat consumi non recipiendo nouitios: nam eam in simili casu reputauit istam Gregorius X. c

Quinto, quòd D. consulens debet petere licentiam transeundi ad ordinem S. Benedicti, eo quòd sit arctior, & antiquior, quam regula prædicta tertia S. Francisci, & quia præfata regula tertia non est perpetua, sed finienda, & consumenda, cum nequeat restaurari per nouè recipiendos, vt prædictum est, & faciat fieri instrumentum de petita licentia, & responso ei reddito, quia siue concedatur, siue negetur, potest transire.

Sextò, quòd non debet ante petitam licentiam transire, & quòd præfatum licentiam etiam potest petere à Papa.

SVMMA RIUM.

- 1 Votum non transeundi ad arctiorem, seu non intrandi religionem, non tenet.
2 Argumentum de toto ad partem valet, cum eadem ratio idem ius suadet.
2 Votum maioris boni impeditiuu nõ obligat, licet possit seruari.
3 Transitus à iure ad aliam religionem concessus præsupponit illam perfectiorem. & nu. 2.
4 Transiit securus ad aliam religionem aliis sibi à iure concessam, qui credit ad illam se aptiorem.
4 Transferens se ad strictiorem religionem sibi iure concessam, licentiam petere tenetur, nisi aliud ex concessione Apostolica, vel constitutionibus regule colligatur.
5 Regularis verus nihil sibi, seu nomine suo acquirere potest.
6 Regularis quidquid acquirit, Deo, Ecclesia, & suo quarit monasterio.
7 Regularis, profitendo, omnia sua transfert in suum monasteriũ.
8 Translatus, nihil eorum, que in priori monasterio habebat, transfert ad secundum, nisi solas vestes, & hoc ex tacita permissione, nu. 9. sicut & scripta sua prima religioni inutilia. num. 10.

CONSILIVM LV.

RELIGIOSVS vouit non transire ad regulam arctiorem: nunc autem cuperet transire ad religionem N. quæ & ex constitutione suæ religionis, & concessione Apostolica, est strictior, eo quòd transitus de sua ad illam N. est licitus etiam sine Superioris licentia, quamque credit suæ naturæ, conditioni, & animi propensionis esse aptiorè, & cõmodiorè, & ad seruiendũ Deo opportuniorè.

Quæritur primò, an possit, & quomodo ad illã transire. Secundo, an possit transferre omnia, quæ detulit in suam religionem, vel saltem aliqua scripta, quæ ipse tamquam prædicator in dies sibi dictauit, & scripsit.

a Clem. x. c. i. ex eo. de sent. excom. verb. tertio.

b De appella.

c Ca. 1. §. ad huc. de relig. dom. l. 6.

a De regula.

b Verbo lapsus. 19. qu. 3. c. De stat. & qual. d. In d. ca. licet. nu. 10. c. ibidem q. 2.

f In sess. 25. c. 4. de reg.

g In ver. religio. 4. qu. 2. h De regula. inter comm.

i Vbi supra q. 6.

a Leg. que de tota. ff. de rei uenica. & ca. pastoralis. §. item si totu. de officio deleg.

b §. fin. 22. q. 4. c. In 2. 2. qua. 189. art. 2. d. 2. 2. qu. 88. art. 10. ad 3.

c Arg. e. virgines. 20. qu. 4. & ca. licet. de regul.

f De regu. & per d. c. virgines. 20. qu. 4.

1 AD PRIOREM QVÆSTIONEM videtur respondendum, quòd votum præfatum nihil obest D. consulenti transiituro ad religionem N. Primò quidem argumento à toto ad partem, quòd est firmum, quando eadem ratio idem iuris suadet in vtroque. 2 At votum de non intranda religione nihil obstatet vouenti ad intrandam religionem, ergo nec votum de non intranda arctiori obstatet vouenti ad intrandam illam. Eadem enim ratio idem iuris in vtroque suadet. Ratio enim, qua votum de non intranda religione non impedit introitum, est, quia est maioris boni impeditiuum, quæ ipsa inuenitur etiam in voto de non intranda arctiore.

2 Secundò, quòd institutio regula, & concessio Apostolica prædicta præsupponunt transitum de religione Domini consulentis ad religionem N. esse licitum etiam sine licentia Superiorum. Ergo præsupponunt, illam esse quiddam maius bonum: & consequenter videntur præsupponere votum de non transeundo ad illam, esse maioris boni impeditiuum. Ergo non obligat ad sui obseruantiam: quia votum etiam rei bonæ, si est maioris boni impeditiuum, licet seruari possit, non tamen obligat ad sui obseruantiam iuxta cap. fin. b & tradit S. Thomas d scilicet, quòd votum de re illicita, vel inutili, vel maioris boni impeditiuum, non est Deo gratum.

3 Tertio, quòd non oportet, vt Dominus consulens impendat sollicitudinem & laborem ad iudicandum vtra præfatarum religionum sit melior, vel arctior, quia sufficit ei, quòd constitutio regula, & Apostolica concessio præsupponat generaliter, quòd transitus de sua religione ad illam non est prohibitus, & consequenter quòd propter arctitudinem, vel perfectionem, vel vtramque, est potior sua religione: & standum est regula confirmata à Papa, & ipsius declarationis explicitè vel implicitè facte. e

4 Quarto, quòd Dominus consulens credit, & quidem firmiter, quòd præfata religio N. est suæ naturæ, suæque conditioni, & inclinationi, animique propensionis aptior, commodior, & ad obsequendum Deo vtilior, & illa religio non solum suo genere, & generali determinatione suæ regula, Papæque concessione est melior, sed etiam ex sua persona: & quamuis sola commoditas suæ personæ non sufficeret sine dispensatione ad transitum, auget tamen firmitatem, & securitatem transeundi, quam faciunt prædicta regula, & concessio Apostolica.

Solum dubitari potest, an teneatur, priusquam transcat, petere licentiam: & quòd non teneatur obtinere illam, certum puto per præfatum cap. licet. f Quòd item non teneatur petere, satis certum putarem, si præfata constitutio regule, & Apostolica concessio continerent id, quòd Dominus consulens præsupponit eas continere.

5 AD POSTERIOREM QVÆSTIONEM respondeo primò, quòd vera & solida doctrina canonica habet, quòd nihil penitè potest sibi, nec suo nomine quærere vllus verus monachus: quia est omnino incapax dominij, & possessionis ciuilibis, siue iuris etiam sui breuiarij: quamuis habere possit quendam naturalem vsum, & quandam detentionem, siue, vt aliqui vocant, tenutam, seu vt alij, asinariam, & quam etiam ipsa pecora habent, & serui, qui sibi & suo nomine nullum dominium, nec vllam possessionem iuris habere possunt, etiam eorum quæ manducant & vestiunt, vt alibi monstramus, reiecta quorundam aberrantium phantasia.

6 Secundò, quòd quidquid acquirit monachus quomodocumque, siue per contractum, siue per vltimam voluntatem, siue per industriam suam, siue iussu, siue iniussu prælati, acquirit primum Deo, cui se & omnia sua dicauit, & sanctæ Sedi Apostolicæ, vt summo, & vnico omnium bonorum temporalium Ecclesiasticorum Dei in terris administratori, & per eius ordinationem religioni, quam est professus, vel monasterio, vbi est professus, siue quòd acquirit sit stabile, siue mobile, siue immobile.

7 Tertio, quòd huiusmodi monachus, quæ sita iam verè per eum ante professionem, & nondum in alium legitime translata, transfert per sacram professionem in religionem, vel monasterium, quibus se dicat, ordinante id per suos sacros canones sancta Sede Apostolica, vt satis

clarè colligitur ex Authen. ingressi. d & cap. in presentia. b & cap. non dicatis. vbi latè nos diximus, e & aliis similibus. 8 Quarto, quòd huiusmodi monachus quamlibet iustè transeat ad aliud monasterium, nihil transfert ad illud, nisi quòd expressè vel tacitè præfata Sedes ordinauerit, vel iam ordinatum & statutum habet: quia beneficia principum, & eorum canonum, & legum, immo & priuilegiorum, intelligenda sunt absque præiudicio tertij non expresso in beneficio, per resolutiones probatas, & receptas in cap. super. eod. d & l. 3. e & alibi sæpe.

9 Quinto, quòd ex his infertur Dominum consulentem nihil posse transferre secum in religionem N. de bonis antea quæsitis, quocumque modo illa quæsierit, siue per industriam suam, siue per donationem, seu alium quemcumque contractum, seu vltimam voluntatè, vel per elemosynas, absque expresso vel tacito consensu religionis suæ, vel Papæ. Nam & ea ratione etiam ipsas vestes non potest deferre: nisi quòd Sedes Apostolica faciendo facultatem transeundi per se, vel per suos sacros canones, vel legitimam licentiam Superiorum, tacitè videtur concedere, vt illas deferat, cum concessio vno concedatur omnia, sine quibus id fieri nequit, l. penult. f & l. quæcumque. g per quas id tenet Aretinus, h in multis locis à Decio & Alciato probatus: & non potest commodè, nec transire nudus.

10 Sextò, quòd hæc consequitur, posse quidem ipsum D. consulentem deferre scripta, quæ inutilia essent suæ religioni priori, & alia, quorum delationem probabiliter crederet Præfato suo non fore ingrattam, reliqua verò minime, nisi relictis originalibus, vel eorum copiis, per quas fieret, ne delatio eorù esset religioni damnosa. Salua, &c.

SVMMA RIUM.

- 1 Transeundi ad laxiorem religionem, causa cognita & probata, licentiam concedit etiam Generalis ordinis, non obstante decreto sacri Concilij & non aliis. nu. 3. & de his debet publica scriptura constare, vt sic non molestetur in foro exteriori. num. 1.
2 Creditur nequaquam Superiori, etiam si non recognoscat alium superiorem, subesse causam, in ys qua sine causa concedere non potest.
2 Transeundi ad laxiorem religionem sine causa licentiam non potest concedere Generalis: sed nec Pontifex id potest sine peccato.
3 Intellectus cap. 19. sess. 25. de regular. sacri Concilij Tridentini.

CONSILIVM LVI.

AN GENERALIS ordinis S. Augustini possit facere facultatem transeundi ad religionem laxiorem cum iusta causa?

1 Respondeo quòd sic, vt post Innocentium, Hostiensium, Panormitanum i scripturam in cõmentario de regu. k Admoneo tamen, necessarium esse sic translatò ( vt in foro exteriori defendatur à fratribus ordinis sui, repletibus eum post mortem Generalis) habere aliam scripturam authenticam, per quam fides fieri possit, Generalem dedisse facultatem illam transeundi cum causa cognitione, accepta iusta informatione de causa iusta transeundi ad laxiorem.

2 Quoniam Superiori etiam non recognoscenti alium Superiorem, dicenti se facere aliquid ex iusta causa, non creditur, nisi constet de illa, si id non potest facere sine causa, secundum veriorem opinionem, quam efficaciter probamus in comment. de spol. l. & Reuerendissimus Generalis non potest facere præfatum facultatem sine iusta causa quo ad laxiorem, secundum omnes, immo neque Papa quo ad forum interius sine peccato, vt nos probauimus in d. comment. de regularibus m post alios relatos.

3 Non obstant illa verba n Concilij Tridentini. Nemo regularis cuiuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem. Tum quia fuit mens tollendi facultates iuridicas, quæ sufficerent ad huiusmodi transmissionem, sed non iuridicas quales sunt, quæ sine iusta causa, & sine consensu conuentus, & sine ipsius causæ præmissa cognitione fiebant ab aliquot prælatis. Tum quia nullo iure id prohibetur, immo probatur, argumento à contrario sensu in d. ca. statuimus. o in cuius commentario p id diximus. Salua, &c. Aduerte ad id, quòd dicit infra Consil. 63. & 65.

a C. de sacros. ecclies. b De probatio. & c. 2. de testis. & c. 2. de c. cum ad monasterij. §. fin. de statu monach. c. 12. q. 1.

d De officio deleg. e §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico fiat.

f ff. de iussu. g §. si quis ff. de iusticio. act. h In ca. de testibus. col. 3. de testib.

i In c. non est. nu. 6. & c. significatiu. nu. 6. de reg. k Super c. l. a suimus. num. 4. 19. q. 3.

l Super ca. nõ licent. 12. qu. 2. §. 2. nu. 8.

m Vbi supra. n Cap. 19. de regul. sess. 25.

o 19. q. 3. p Notab. 3.

SVMMARIVM.

1 Licentia & privilegium ita debent ultra ius commune aliquod concedere, ut tamen ad alia, in quibus non videtur eadem ratio, non extendantur.

1 Licentia absolute à Pralato concessa religioso transeundi ad aliam religionem, est restringenda ut ad parem, vel strictiorem transeat, non autem ad laxiorem: quam tamen Pralatus ordinis generalis etiam potest ex causa concedere. nu. 2.

CONSILIVM LVII.

VT RVM licentia Pralati ad transeundum ad alium ordinem, ex causa iusta, non facta mentione de laxiore, sufficit ad transeundum ad laxiorem, an debeat tantum intelligi de strictiore, vel aequali?

1 Respondeo, verius videri quod non: quia privilegium debet quidem operari aliquid ultra ius commune, a sed dato aliquo effectu, quem operetur, non debet extendi ad alium in quo non inveniatur eadem ratio, argumento cap. cum dilectus. b & tradit Decius c post alios. & ita cum licentia præfata operetur effectum transeundi ad strictiorem, vel parem, non videtur extendenda quo ad transitum ad laxiorem, per ea quæ scribit S. Thomas d & alia quæ nos ei addimus in tractatu de regul. com. 4.

2 Quamvis pro certo habeam, quod præfatus reverendissimus Generalis, & Prior potuit dare hanc licentiam ex causis in ea insertis, si essent veræ, ad transeundum in ordinem laxiorem, per doctrinam Innocentij, Hostiensis, & Panormitani. f Quare cum is, cui datur licentia, proponat transire ad ordinem canonicorum regularium, quem constat esse laxiorem, & satis pie fecerit præfatus reverendissimus Generalis, si suæ licentiæ addiderit expressam licentiam transeundi ad laxiorem, modo sit satis informatus de causarum veritate.

SVMMARIVM.

1 Regularis ordinis Mendicantis, dispensatus ut possit ad quamcumque etiam laxiorem atque etiam non Mendicantem, potest ad militarem transire, sed non potest habere vocem, nec beneficium. nu. 2. at extra claustrum poterit de licentia Pralati ex iusta causa stare, ut alij non translati. nu. 2.

CONSILIVM LVIII.

VIDAM regularis professus ex ordine Mendicantium habuit dispensationem à Papa ingrediendi quamlibet religionem, etiam non Mendicantem, siue arctiorem, siue laxiorem.

Quæritur primo, an possit ingredi ordinem militarem. Secundo, supposito quod ingressus est ordinem militarem, an possit manere perpetuo extra claustrum.

Tertio, an possit esse Prælatus, habere vocem in Capitulo, & habere beneficia in dicta religione.

1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeamus affirmativè, posse. Tum quia religio militaris à sede Apostolica pro religione approbata, vera & propria religio est, ut probamus in com. super cap. quoniam quicquid. h & in comment. i. de reg. i. Tum quia nil potest in contrarium afferri, quod facile non possit dilui.

2 AD SECUNDAM respondeo, quod non videtur satis aptè proposita, sed quicquid propositio prætendat, esse verum, quod tenebitur perpetuo in claustrum manere, nisi quoties & quo tempore de iusta licentia Superioris abesse ab illo ei licebit: hoc enim sonant verba, quibus promissionem per professionem facturus est. argumento cap. non dicitur k & in comment. 4. de regul. i. ut ibi late scripsimus. m

3 AD TERTIAM respōdeo negativè: quia intentio Papæ est, eum adunare, & æquare transeuntibus auctoritate Apostolica à Mendicantibus ad non Mendicantes, de quibus hoc statuit clem. de regularib. & nos diximus in d. 4. com. n

Aduertendum, per tales licentias, quæ conceduntur claustralibus, non licere eis transire ad non claustrales, ut sunt militares & hospitalaria, & ita refertur resolutum à sacra Congregatione super negotijs regularium.

SVMMARIVM.

1 Bulla Pij V. reuocans facultates concessas recipiendi alienos religiosos, & iubens sic receptos ad suos redire, non ligat sic receptum, si postea delegati Apostolici ex causa iusserunt ut in secunda maneat, quia non dicitur iam receptus seu retentus

vigore privilegiorum, sed ex speciali delegatione Apostolica. CONSILIVM LIX.

VIDAM translatus de ordine Præmonstratensi ad ordinem S. Spiritus de Saxia, per iudices electos virtute bullæ Pij III. per quam bulla Pauli IV. contra Apostatas edita reducta fuit ad viam iuris, iustus fuit redire ad pristinum ordinem, cuius præfatus noluit eum recipere, quia morbo podagræ comitialique laborabat: quo viso, præfati iudices virtute clausulæ præfate bullæ Pij IV. qua poterant arbitrari remedium opportunum aliquod, casu quo non possent commodè reduci ad pristinos ordines, arbitrati fuerunt conuenire, ut remaneret in ordine præfato S. Spiritus de Saxia, in quo nunc remanet: & quærit, an iustè remanere possit, non obstante extrauagante Pij V. qua reuocantur privilegia, & facultates recipiendi monachos aliorum ordinum, & iubet iam receptos redire ad pristinos.

1 Respondeo, præfatum D. consulentem iustè manere posse in præfato sancti Spiritus ordine, non obstante præfata extrauagante Pij V. quia illa licet reuocet omnia privilegia, & facultates recipiendi alienos religiosos præter ordinem iuris: non tamen iubet omnes, qui iam erant translati, redire post pristinos ordines, sed tantum illos, qui erant translati tantum virtute præfatorum privilegiorum. At Dominus consulens non est translatus tantum virtute præfatorum privilegiorum: quia etiam est translatus virtute bullæ Pij IV. quoniam iudices electi illius arbitrati fuerunt, ut remaneret in præfato sancti Spiritus ordine, virtute clausulæ, quæ dabat eis potestatem arbitrandi aliquod remedium commodum his, qui commodè non possent reduci ad suas priores religiones, & constat præfatum Dominum consulentem non potuisse reduci commodè ad priorem religionem: quia eum iustum ab eis redire, & volentem id facere, noluerunt recipere Prælatus, allegando ad id causas graues, propter quas præfati iudices prudenter arbitrati fuerunt ut maneret in eadem, ad quam translatus fuerat virtute privilegij concessi ordini præfato sancti Spiritus, & ita non manet in ordine illo tantum virtute privilegij de recipiendo monachos alienos, sed etiam, immo magis virtute prædictæ bullæ Pij IV. & sententiæ iudicum, qui causa cognita arbitrati fuerunt iuxta facultatem eis datam, ut maneret in ea religione, in qua inueniebatur, ut seruiret altissimo in ea vocatione qua vocatus erat. a Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Regularis perpetuo ad aliud monasterium translatus, siue ut præsit, siue ut subsit, debet iterum profiteri, saltem obseruantiam illam, quæ ultra tria vota in secunda est obseruanda.

2 Abbas translatus, dum confirmatur, vel aliàs promouetur in Prælatum secunda religionis, illius obseruantias tacitè profiteri videtur.

CONSILIVM LX.

AN MONACHVS, seu regularis vnam religionem approbatam legitimè professus, transiens legitimè ad aliam approbatam, teneatur de nouo profiteri in secunda religione?

1 Hæc est quotidiana quæstio, & parum tractata. Et quidem pars negatiua videri posset ei, qui legerit consilium s. Federici quatenus videtur affirmare, quod monachus vnus religionis electus in Prælatum alterius, non teneatur ad proficiendam secundam. Pro quo facit primò, quod in omni religione vouentur tria vota substantialia, scilicet castitatis, paupertatis, & obedientiæ, b & ita qui proficit vnam religionem approbatam, videtur profiteri omnia substantialia omnium religionum: & cum nihil sit faciendum frustra, iuxta cap. si Papa. c non videtur repetenda professio à translato in secundum monasterium. Secundo facit, quod in translatione cuiusdam monachi ad abbatiam alterius monasterij nulla fit mentio de repetitione professionis in secundo monasterio secundum iura d vbi agitur de confirmandis omnibus electis, & non fit vlla mentio de huiusmodi professionis refectione à promotio ad secundam Ecclesiam faciendam, nec in capit. quorundam. & cap. religiosus. e in quibus agitur de translatione religiosi ad aliud monasterium.

2 AD SECUNDAM respondeo, quod non videtur satis aptè proposita, sed quicquid propositio prætendat, esse verum, quod tenebitur perpetuo in claustrum manere, nisi quoties & quo tempore de iusta licentia Superioris abesse ab illo ei licebit: hoc enim sonant verba, quibus promissionem per professionem facturus est. argumento cap. non dicitur k & in comment. 4. de regul. i. ut ibi late scripsimus. m

3 AD TERTIAM respōdeo negativè: quia intentio Papæ est, eum adunare, & æquare transeuntibus auctoritate Apostolica à Mendicantibus ad non Mendicantes, de quibus hoc statuit clem. de regularib. & nos diximus in d. 4. com. n

Aduertendum, per tales licentias, quæ conceduntur claustralibus, non licere eis transire ad non claustrales, ut sunt militares & hospitalaria, & ita refertur resolutum à sacra Congregatione super negotijs regularium.

Sed contrarium videtur dicendum. Tum quia frequenter monasterium secundum est arctioris obseruantia, ad quam professio prioris monasterij non extenditur, & nisi profiteretur nouè in secunda, nullo iure ad illam obseruantiam obligaretur, & ita omnes religiosi eius nõ obligaretur eadem disciplina contra cap. recoilentes. a Non obstat consilium s. Federici, quia loquitur de religioso translato ad abbatiam, vel aliam præfaturam, quæstio autem nostra est de religioso simplici translato ad aliam religionem, ut in ea sit simplex monachus. & ratio diuersitatis posset assignari, quod translatus ad hoc ut sit Abbas, vel præfectus, videri potest satis profiteri, eo quod teneatur ad curandum ut obseruatia eius monasterij à suis subditis feruetur. & melius mea sententia responderi potest negando determinationem illam Federici Tum quia ratio diuersitatis inter eum qui transferatur ad hoc ut sit Abbas, & ad hoc ut sit monachus, de qua proximè, nullo iure nititur Tum quia nullum textum citat, per quem probetur promotum in Prælatum non teneri profiteri obseruantiam illam, quæ ultra tria vota substantialia seruanda est, maximè si sit arctior, quam obseruatia prioris. Tum quia per iteratam professionem soluuntur facilius alia dubia, quæ mouet ibidem Federicus. Quare concludendum est, religiosum vel monachum transeuntem legitimè ad aliam religionem teneri tacitè, vel expressè ad proficiendam illam, saltem quo ad obseruantiam illorum, quæ seruari debent in illa vltra substantialia vota, siue transferatur ut fiat in illa Prælatus, siue ut maneat ibi ut subditus, & filius monasterij.

2 Dico autem, ut subditus & filius monasterij: quia si solum transferatur, ut sit temporarius, nõ tenebitur ad nouè proficiendum, quod quotidie seruat praxim. Dico etiam, Tacitè vel expressè: propter eos, qui transferuntur, ut sint Prælati: quia potest dici eos tacitè profiteri illas obseruantias, cum confirmantur, vel aliàs promouentur in Prælatos, qui obligantur præcepto & exemplo seruare illas, quo casu teneri potest consilium s. Federici. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Regularis vnus religionis non est capax beneficiorum alterius religionis, vnde presentatio ad illa facta non tenet, nisi sit episcopus.

3 Translatio ad strictiorem, petita, vel si ad laxiorem, obtenta licentia, facta, ad hoc ut sit canonica, requirit, ut in secunda emittatur professio, num. 2. & hoc præcedente anno probationis, nisi Papa dispense. nu. 4. desinitque esse primi monasterij monachus, & efficitur secundi, ita ut etiam breuiario secundi monasterij uti debeat. num. 5.

CONSILIVM LXI.

VIDAM Abbas ordinis Præmonstratensis in quo celebratur officium diuinum iuxta Breuiarium Romanum nouum, est presentatus à Rege Catholico Papæ ad alteram abbatiam ordinis Cisterciensis.

Quæritur primò, an valeat presentatio, præsupposito quod ius presentandi pertineat ad Regiam maiestatem. Secundo, an oporteat eum nouè profiteri in secundo monasterio.

Tertio, an liceat ei transire ad secundum sine licentia Papæ.

Quarto, an oporteat eum agere nouitium per totum vnum annum, ad hoc ut professio valeat, iuxta b Concilium Tridentinum.

Quinto, an postquam transferit, oportebit eum dicere officium diuinum iuxta Breuiarium prædictum Cisterciensè, an iuxta præfatum Breuiarium Romanum.

1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo primo, quod non: quia quamvis privilegio Papæ liceat laico habere ius presentandi ad abbatiam, & ad aliud quodcumque beneficium, iuxta glossam in summa c & glossam capit. imperium. d debent tamen presentare idoneos, alioquin non valet presentatio. e At nullus etiam religiosus vnus ordinis est idoneus ad obtinendum beneficium alterius ordinis, f nisi sit episcopus. g Secundo, quod presentatio huiusmodi facta Papæ à Regibus, solet tolerari, ut valeat saltem in vim simplicis nominationis, & ita etiam hæc tolerabitur. h

2 AD SECUNDAM respondeo, quod sic: quia, vt

religiosus vnus ordinis fiat religiosus alterius, requiritur ut canonicè transferatur ad illum, iuxta præfatum capit. cum singula. Translatio autem canonica de vno ordine ad alium non fit sine noua professione illius ordinis, ut colligitur ex notatis in eodem cap. a & in alijs locis ibi citatis per doctores.

3 AD TERTIAM respondetur primò affirmatiuè, quod sic, si ordo Cisterciensis est arctior & strictior ordine Præmonstratensi, quia sufficeret petitio licentiæ, licet non obtineretur. b Secundo, quod, quia presentatio in casu proposito est facta Papæ, ipse pro sua summa potestate potest supplere alius Superioris licentiam, præsertim si prior abbatia est exempta, & nulli alij Superiori subiecta: immo & credo quod expressè vel tacitè supplebit eam (præsertim si petatur) quod ex literis Apostolicis constare poterit: si autem ordo Cisterciensis est latior Præmonstratensi necessaria erit licentia Papæ obtempa, vt communis opinio colligit ex glossa præfati cap. c

4 AD QVARTAM respondeo primo, eam esse factis nouam, & quod mea sententia pars eius affirmatiua videtur verior, quia, licet præfatus D. Abbas sit iam religiosus professus, & quamvis non possit esse nouitius, siue nouus religiosus, quia est antiquus, potest tamen esse nouus huius, vel alius religionis, & ita potest esse nouitius illius, licet sit antiquus alterius, & consequenter comprehenditur in d Concilio Tridentino sess. 25. vt antea in simili casu respondimus. Secundo, quod Papa, si petatur ab eo, ut puto, dispensabit super obligatione continuandi nouitium per vnum annum ob regiam presentationem, & ob antiquam in alia religione professionem, si hoc ab ipso nomine Regio petatur.

5 AD QVINTAM respondeo, quod posteaquam præfatus consulens fuerit translatus canonicè ad præfatum ordinem Cisterciensem, tenebitur dicere officium diuinum iuxta eius Breuiarium, etiam si non efficeretur Abbas, quia per illam translationem desinit esse monachus Præmonstratensis, & incipit esse Cisterciens, & alius nouus homo, vt in simili habetur capit. ferrum. e Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Probationis anno introducto in priuatam vtilitatem professionem emittentis, & monasterij, iure communi poterant partes renunciare: & hoc, modo non essent de quatuor Mendicantium religionibus, nu. 7. nunc autem dicta renunciatio videtur per Concilium prohibita. vti respiciens vnus publicum. nu. 10. adeo vt illi in nulla religione possit amplius renuntiare. nu. 9. & in hoc equiparate sunt religiones Mendicantes non Mendicantibus. num. 7. etiam quod simus in transeunte de vna religione ad aliam etiam laxiorem. nu. 2. & num. 5.

3 Lex generalis etiam posterior limitatur per specialem priorem.

4 Legi prohibenti ne persona contrahat, renunciari nequit, licet possit, quando prohibitio non est directa in personas.

6 Legi verba etiam in materia stricta & odiosa ita interpretanda, ne ipsa frustretur.

7 Professio apud Mendicantes ante annum probationis emissa etsi iure communi ante Concilium Tridentinum non teneret, operabatur tamen, vt taliter professus teneretur aliquam ingredi religionem, nunc verò ex illa, apud quascumque emittatur, nulla talis oritur obligatio.

8 Bonorum renunciatio à nouitio vt faciendâ intra vltimos duos menses nouitiatu.

CONSILIVM LXII.

AN FRANCISCANVS, si transferatur ad ordinem canonicorum regulariũ S. Augustini, possit renunciare anno probationis concessio per Concilium Tridentinum f eaque renunciacione per Superiorem admissa an ad professionem possit recipi intra annum.

1 Pro parte affirmante facit primò regula illa famosa iuris, quod iuri in fauorem suum introducto quilibet renunciare potest. g

2 Secundo, quod introductum in fauorem alicuius, in odium eius retorqueri non debet. h

Tertio, quod est casus expressus in cap. ad Apostolicam. i quod expressè habet, annum probationis inductum esse in fauorem tam monasterij, quam illud intraturi, &

a Cap. in his. de priuil.

b De consuet. c. l. si quando. c. de inoff. test. c. Ca. 1. de re. scrip. num. 11. d. 2. q. 11. fin. 159. art. 8. c. Super c. sta. tuimus. num. 10. & seq. f. Ca. non est. & ca. significatum. nu. 6. de reg. g. Per c. quod Dei timorè. de statu mo.

h 16. q. 1. de redit. ecclesi. q. 1. mon. 55. & q. 1. mon. 27. & 28. i. Nu. 18.

k 12. q. 1. l. in c. statui. mus. 19. q. 3. m à num. 12. & 38.

n De reg. nu. 24.

a. ad Corin. 1.

b Cap. fin. de statu monach.

c De priuil. li. 6.

d Capi. sicut tuus. de simo. & c. cum venerabilis. de consuet. & in cap. nihil. de elect. e Et c. nullus de elect. li. 6.

a De statu monach. & c. in noua. 10. 97.

b Capi. 15. de reg. sess. 25. c. 16. q. 7. d. 10. dist. e Ca. monasterium. 16. q. 7. & c. cum vos. de offic. ordin. f Ca. cum singula. §. fin. de preben. lib. 5. g Clem. 1. de elect. h Arg. ca. propositus. de concess. preben. & ca. cum sita per m. d. m. 9. q. 3.

a Cum singu.

b Ca. licet. de regul.

c Cum singu. la. in verbo canonice.

d Ca. 15. de reg.

e so. dist.

f Sess. 25. cap. 15. de reg. g L. si quis in conscribendo. C. de pact. & cap. gratum. de offi. deleg. h Ca. quod ob gratiam. de regu. iur. li. 5. & l. quod favore. C. de legib. i De regul.



quod de consensu vtriusque partis illi favori renunciari potest.

Quarto, quod licet communiter teneatur male fieri regulariter professionem ante finem anni nouitatus: fallit tamen, cum id fieret cum aliqua causa iusta, vt propter merita persona, vel vtilitatem & decus religionis, secundum mentem omnium in d. cap. ad Apostolicam. quod efficaciter videtur id probare a ponderando illud, vt ponderat Panormitanus communiter receptus. At in casu proposito videtur interuenire causa huiusmodi, cum nouitius sit Franciscanus, & expertus arctiorem regulam, quam sit canonicorum regularium.

3 Quinto, quod nihil videtur ob stare predictum Concilium. Tunc quia non derogatur per illud predicto ca. ad Apostolicam. Tunc quia leges generales etiam posteriores limitantur per leges speciales etiam priores, d cuius exemplum quotidianum est in sciendum. e & auth. offeratur. f quarum ambarum glossie communiter recepte asserunt, authenticam illam generaliter loquentem, licet posterior sit, limitari per predictam legem sciendum. licet prior sit: & in neutra earum de altera sit mentio. At predictum Concilium g est lex generalis dictans generaliter professionem factam ante annum probationis expletum non valere, cap. autem ad Apostolicam. est lex specialis, habens valere illam factam de consensu vtriusque partis. Ergo illud debet per hoc limitari.

4 Sexto, quod iurium correctio est vitanda, & concordia quaerenda, h & tenendo partem hanc affirmatiuam vitatur correctio predicti cap. ad Apostolicam.

Septimo, quod licet legi prohibenti, ne persona contrahat, non possit renunciari, potest tamen lege prohibente contrahi, non referendo verba ad personas contrahentium, vt docuit Barthol. i & per nullum verbum predicti Concilij k prohibetur directe vllis profiteri, licet prohibeatur professio, & declaretur nulla, si fiat.

5 Quibus tamen non obstantibus contrarium videtur tenendum consulendo, & iudicando, licet forte disputando pars affirmans per fundamenta supradicta defendi possit. Primo quidem, quod ibi parificatur professio ante decimum sextum annum facta, & facta ante finem anni probationis. At nemo audebit dicere, professionem ante decimum sextum annum de consensu nouitij factam valere. Ergo nec debemus dicere, professionem factam ante finem anni probationis de consensu nouitij valere: quoniam de parificatione idem debet iudicari. l

Secundo, quod mens & ratio sunt anima legis iuxta ca. fin. m adiuncto dicto Dini recepti per omnes n & vbi que. Nec debemus putare, vt ait Hieronymus o Euangelium esse in verbis Scripturarum, & c. Quibus concordat Imperator in l. non dubium. p At mens & ratio, quae mouerunt sacrum Concilium ad constituendum illud q videtur esse, ne illi anno renunciare possent nouitij.

6 Tertio, quod verba legis ita interpretanda sunt, vt ipsa non frustretur, & otiosa reddatur, etiam in materia stricta, odiosa, & correctoria, iuxta cap. in his. r cap. si ciuitas. s quod habet interdictum latum contra ciuitatem, quod est odiosum & restringendum, ita esse interpretandum, vt includat eius suburbia, ne suo frustretur effectu, quae constat non esse partem ciuitatis. t Et glossa in cap. quamquam. v recepta per omnes, illum textum exorbitantem, & corrigentem ius antiquum, loquentem de testamento, extendit ad codicillos, qui sunt aliud, quam testamentum, x ne suo effectu frustretur. At interpretari predictum Concilium y sic, vt limitetur per predictum cap. ad Apostolicam. est illud frustrare: quia nihil, aut certe parum induceret noui: nam etiam ante illud professio facta sine vtriusque partis consensu, scilicet monasterij, & nouitij, erat nulla.

7 Quarto, quod predictum Concilium z exaequat in hoc religiones Mendicantes, & non Mendicantes, vt palam colligitur ex eius contextu. At professio facta apud Mendicantes de consensu vtriusque partis ante finem anni probationis est nulla, vel certe non facit verum religiosum: quia nulli speciali religioni obligat, sed tantum in genere religioni, per quod non fit verum religiosus, sed obnoxius, vt fiat religiosus, iuxta textum, glossam & communem, &

veram opinionem. a

Quinto, quod ex contextu illius b colligitur mens Concilij fuisse ampliare illud cap. non solum, quod solum habebat locum in Pradicatoribus, & Franciscanis, & postea fuit extensum per cap. constitutionem. quod post illud immediate sequitur, ad Augustinianos, & Carmelitas. quod colligitur ex illa ampliatione nullitatis, ad nullum effectum: quali diceret, esto quod professio antea facta intra probationis annum de consensu vtriusque partis aliquando esset nulla quo ad faciendum profitentem religiosum: habebat tamen aliquem effectum, scilicet quod faciebat profitentem religiosum in genere, id est obligatum ad intrandum religionem. Et clarum est, quod non poterat hoc verificari, nisi in religionibus Mendicantium, de quibus agunt predicta duo capit. c Ergo mens Concilij fuit, aquare professiones omnes de consensu partium factas, professionibus factis in Mendicantium religionibus, cum hoc auctario, quod essent nulla quo ad omnes effectus, etiam ad effectum obligandi religioni profitentem in genere.

8 Sexto, quod Concilium d expresse statuit, vt nulla renunciatio, aut obligatio nouitij, etiam cum iuramento facta, ante finem anni valeat, nisi cum Episcopi auctoritate, & intra duos menses postremos fiat, si renunciatio, & obligatio iurata de consensu nouitij facienda nulla est: ergo a fortiori professio, per quam alienatur persona, etiam domina bonorum erat, de consensu nouitij, & etiam monasterij facta erit nulla, argumento cap. cum in cunctis, adiuncta glossa. e

9 Septimo, quod licet predictum Concilium f non dicat expresse, non posse nouitium & monasterium renunciare predicto anno sibi concessio, tacite tamen id videtur facere geminando vniuersaliter toties prohibitionem, du dicit, In quacumque religione. & iterum, Tam virorum, quam mulierum. & rursus, Non fiat. & iterum, Non admittatur. & rursus, Sit nulla. & tandem, Nullum effectum operetur. Quam geminationem habere in se quoddam mysterium, & vim specialem, dicit glossa putata singularis & recepta: s pro qua est lex balista. h & congesta per Felinij i & quod praeter haec omnia idem Concilium k expresse statuit non valere renunciationem bonorum: quod constat esse minus, quam renunciationem persona, vt dictum est.

Octauo, quod predictum sacrosanctum Concilium videtur voluisse principaliter ob stare abusu, quo in grande prauidicium cum animarum nouitiorum, & monasteriorum, tum totius Reipub. Christianae iam ferè vbi que & omnes priuatis affectibus abutebantur illo ca. ad Apostolicam. admittentes ad professionem viros, & faeminas, notos, & ignotos, sapientes, & ignaros, bene, & male moratos, ad importunas preces parentum, amicorum, heroum, reguorum, & nonnumquam Regum ipsorum. quae obuiatio sufficiens non poterat fieri, nisi prohiberetur renunciatio legis tam salubris.

10 Nono denique, quod nemo iuri publico renunciare potest l & experientia, quae rerum est magistra, m docuit, sanctos Patres praefati Concilij, renunciationem praedicti anni, quae tempore quo factum fuit dictum cap. ad Apostolicam. solum videbatur prauidicare iuri priuato, tempore tamen Concilij & nostro clarè cepisse prauidicare tantum vel plus iuri publico, quam priuato: nam iam passim in aliquibus religionibus, intra vnam, vel alteram hebdomadam ceperant fieri professiones, ad hoc vt professi ad dignitates & beneficia promouerentur, & sic fieret prius magistris, quam discipuli, contra cap. cum in magistrum assumi non debeat, qui non nouit esse discipulus. n cum magno damno & dedecore publico ipsarum religionum, quae sunt magna pars Reipubl. Christianae, in qua ius publicum consistit, o & consequenter dicit post Concilium vetuisse huiusmodi professiones in vtilitatem publicam, cui nemo potest renunciare sine summi Principis auctoritate, quae nisi ob magnam publicam vtilitatem non esset impertienda. Per quae fundamenta proculdubio haec pars negatiua videtur esse gratissima Christo D. N. qui nos omnes in sua praedicta religione seruet. Amen. Et quia per tacta in praedictis fundamentis facile responderi potest obiectis, id gratia prolixitatis euitanda non facimus. Salua, &c.

a Ca. non solum de regu. li. 6. b Ca. 15.

c Non solum. & ca. constitutionem.

d Capi. 10. de regul. sess. 25.

e De elect. & auct. multo magis. C. de sacros. eccl. f Ca. 15.

g In elem. 1. de iure pat. in verbo dicitur. h ff. ad Trebell. i Ca. si quando de de rescript. uerbi. geminatio. k Ca. c. 10. seq.

l Cap. si diligenti. de foro compet. le. ius publicum. m Ca. quam sit. de electio. li. 6.

n De electio. o L. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iure.

a In verbo quolibet.

b Arg. clem. exini. de verbor. signif. & ca. quod Dei timore. de statu monach. c Ca. 15. d L. & posteriores. ff. de legib. eff. qui satisf. dare cog. f C. de litis contestat. g Ca. 15.

h Cap. cu. expedit. de e. lect. li. 6. & l. 1. C. de inoff. dosib.

i In le. si quis pro eo. nu. 9. ff. de fidei. j Ca. 15.

l L. ff. ma. d. & ca. licet ex quadam. de testib. cum similibus. m De regul. iur. lib. 6. n Ibidem. o In c. Marcion. 1. q. 1. p C. de legib. q Ca. 15.

r De priuileg. s De senten. excom. lib. 6.

t Ca. Rodolphus. ubi late traditur, de rescript. v De iuris. li. 6. in verb. testamen. x L. si idem. C. de codicil. y Ca. 15.

z Ca. 15.

SVM MARIVM.

- 1 Ordo Minorum Conuentualium laxior quidem est omnibus ordinibus Mendicantibus, sed non aliis non Mendicantibus. nu. 2.
1 Religiosus professus de licentia sui Superioris transit ad strictiorem, immo & sine illa, modo sit petita, nec aliquo priuilegio prohibeatur: item cum dicta licentia ad parem, num. 2. ad laxiorem non nisi de licentia Pape, nec licentia Generalis, aut Cardinalis Protectoris ordinis sufficit. nu. 3.
4 Papa regularem petentem sibi concedi licentiam transeundi ad certum ordinem, remittendo ad Protectorem, ei non facit aliam facultatem, nisi restrictam ad petitum ordinem.

CONSILIVM LXIII.

Regularis ordinis Minorum Conuentualium petiit a Pontifice licentiam transeundi ad quemdam alium ordinem, qui eum recipiat, Pontifex remiit negotium ad Cardinalem Protectorem, Protector ad Generalem Minorum. Queritur quid agendum.

Respondeo primo, praefatum Illustrissimum Cardinale prudentissimè de more rem hanc cum Generali praefato Reuerendissimo communicasse, quo res pientius & salubrius ageretur, & iure me desiderare, vt praefatus Reuerendus frater expressisset, cuius ordinis sit professus, & quem alium ordinem, qui vult eum recipere, inuenierit.

Secundo, quod quia verisimile est eum esse fratrem ordinis sancti Francisci Conuentualium, eo quod Illustrissimus Cardinalis sancti Sixti, ad quem remissus est a S. D. N. agit Protectorem eius, desideratur expressio ordinis alius, quem inuenit volentem eum recipere. Nam si est aliquis de Mendicantibus, certum est praefatum Reuerendissimum Generalem posse facere illi facultatem transeundi ad illum: quia iure communi laxior est ordo Minorum Conuentualium, quam ordines aliorum Mendicantium: & praefatus Generalis potest facere ei facultatem transeundi ad strictiorem, immo etiam eodem iure communi ipsemet frater potest transire ad illum, petita, licet non obtenta licentia, a nisi particulari iure sit ei prohibitum.

Tertio, quod si ordo, qui vult eum recipere, non est aliquis ordo de Mendicantibus, oportet scire an sit aequè strictus, ac est ordo praefatorum Conuentualium. Si enim est aequè strictus, poterit ei facere facultatem secundum glossam communiter receptam, b quam etiam nos in hoc sequimur in com. 4. de reg. c quae habet praelatum inferiorè Papa posse facere facultatem transeundi ad ordinem parem.

Quarto, quod si ordo, quem inuenit volentem eum recipere, est laxior eo, quem professus est, non poterit praefatus dominus Generalis facere illi facultatem transeundi ad illum auctoritate sua: quia id soli Pape referuatur per praefatam glossam communiter receptam, sed neque Illustrissimus Cardinalis: quia vt Protector ordinarius, non potest, quia est inferior Papa, neque vt delegatus, quia Papa non delegat ei expresse facultatem praebendi licentiam transeundi ad laxiorem: solum enim, vt in narratione casus proponitur, remittit eum ad eius Dominationem Illustrissimam vt Protectorem, qui vt talis est ordinarius inferior Papa, qualis non potest facere transeundi facultatem ad laxiorem per praedicta.

Quinto, quod S. D. N. non videtur quidquam delegare praefato domino Cardinali Illustrissimo, nisi quo ad facultatem transeundi ad ordinem iam inuètum: & ideo non potest eius Dominatio illustrissima nec Reuerendissimus Generalis quidquam facere auctoritate suae Sanctitatis, nisi quo ad illum ordinem: quia delegatio Pape est stricti iuris. d

Aduerte, quia quae dicit auctor hic num. 3. videntur limitanda in casu de quo supra consilio 56. & 57.

SVM MARIVM.

- 1 Translatus ad aliam religionem, etiam vt in ea presit, in secunda emitit professionem. sicq. definit esse monachus prima, & efficitur monachus secunda, in qua etiam dimissa praelatura remanet monachus.

CONSILIVM LXIII.

AN regularis translatus ad aliam religionem, vt sit in ea praelatus, & renuncians praefecturam suam, remaneat

regularis posterioris, vel prioris religionis?

Respondeo, quod remanet monachus posterioris. Tu quia translatus legitime perdit omnia iura prioris. a Tum quia omnis Abbas est monachus illius monasterij, cuius est Abbas. b Tum quia, vt alias diximus omnis monachus translatus ad aliam religionem, vel monasterium, tacite vel expresse eam proficitur: quia beneficia illius monasterij vel ordinis non possunt conferri nisi monachis eius, c quod fit, vt nuper consultum fuerit, Franciscanos Conuentuales, quos se. re. Pius V. suis monasterijs priuauit in Hispania, quoque transferunt ad Franciscanos Obseruantes, & apud eos regulam nouè S. Francisci absolute professi fuerunt sponte, non potuisse retrocedere ad regulam suam pristinam, sicut poterant alij, qui nouè non fuerunt professi. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Mendicantium ordo ille est, cui vel ab eius fundatione, vel per constitutiones Apostolicas, vel a sede Apostolica confirmatus non licet nec in particulari, nec in communi habere proprium: a quo si quis ad non Mendicantes transeat, efficitur inhabilis ad beneficia & officia religionis.
1 Translatio ad laxiorem cum sit contra sacrum Concilium Tridentinum vt sit legitima, videtur egere Pontificis derogatione.

CONSILIVM LXV.

AN N. translatus ab ordine de Mercede in non Mendicantem incidat in Clementinam 1. d

Respondeo, quaestionem hanc esse satis grandem. Sed sequutus Cardinalis, & mentem eius, e respondeo quod non, si à principio fundationis ordinis non fuit ita creatus, vt esset vnus de Mendicantibus: ita quod non possint fratres illius ordinis in communi, nec in particulari proprium habere: vel nisi per constitutiones Papales, vel à Papa confirmatas astrictus fuerit praedictus ordo de Mercede ad praedictam paupertatem: in quibus duobus casibus dicere potest esse ordinis Mendicantis, & religiosus praedicto modo translatus incurreret inhabilitatem Clementine praedictae: f Cui consequens est posse praedictum translatum tenere beneficia ordinis, ad quem transfuit, nisi in praedictis duobus casibus: quia praedicta Clementina non infligit poenam, nisi Mendicantibus translatis. Sed, vt translatio censetur legitima, videtur necessarium vt Papa derogat Conc. Trid. prohibenti translationem ad regulam laxiorem. b Salua, &c.

Aduerte, quia hoc dictum videtur limitandum, ex mère auctoris, in casu de quo sup. Consil. 56. & 57.

SVM MARIVM.

- 1 Licentia transeundi ad laxiorem est contra ius commune, & sacrum Concilium, secus ad strictiorem.
2 Translatus iuste ab vna religione, modo non sit quatuor Mendicantibus, non efficitur inhabilis ad beneficia religionis, ad quam transfertur.

CONSILIVM LXVI.

AN religiosus B. Mariae de Mercede, obtinens facultatem à Papa transeundi ad alteram religionem, possit obtinere beneficia religionis, ad quam transferit, & an sit contra ius commune, vel Concilium Tridentinum.

Respondeo primo, non esse ostensam nobis facultatè ipsam transeundi, & ita non posse nos de illa non perspecta satis rectè respondere. h

Secundo, quod si facultas fuit facta ad transeundum ad strictiorem, non est contra ius, per cap. licet, i si autem facta est ad transeundum ad laxiorem, est contra ius commune, & contra Concilium Tridentinum. k

Tertio, quod Dominus consulens non incurreret inhabilitatem obtinendi beneficia religionis, ad quam transferit, positam in Clementina, l si facultas se extendit ad translandum ad religionem non Mendicantiu: quia ordo praedictus S. Mariae de Mercede non est de quatuor Mendicantibus, de quibus loquitur praedicta Clementina. l vt pra aliis rectè definit Ioannes Imolenfis, m & sentiunt alij, & ea ratione firma probatur, quod Clementina illa est poenalis, & loquitur de Mendicante transeunte: &

a Cap. si quis iam translatus. 21. qu. 2. & cap. ne proculdubet. 10. q. 1. b Cap. fin. de simonia. c Ca. cum simula. §. fin. de praebend. li. 6.

d De reg. e In d. clem. 1. q. 3.

f De regul.

g Cap. 10. de regul. sess. 25.

h Le. incivile. ff. de legibus. i De regula.

k Sess. 25. ca. 19. de regula.

l 1. de regu.

m Ibidem.

a Cap. pona. de pona. dist. 1. & ei a nobis lase adnotatis.

ideo non debet extendi ad alium non Mendicantem. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Penitentis relationi circa ea qua dependent ex iuris prudentia, vel intelligentia rescriptorum, non est facile credendum, nec respondendum eius interrogationi nu. 3.
2 Translati ad Mendicantes ad canonicos regulares non Mendicantes si sit clericus, potest tam in Ecclesia numerata, quam non numerata dicti ordinis eligi in canonicum.
4 Regularis in Mendicanti professus, cui concessa est facultas ut trahatur ad non Mendicantes, non potest apud canonicos regulares admitti ad habitum, vel professionem, nisi peracto anno probationis.

CONSILIVM LXVII.

N. Olim ordinis fratrum Minorum de Obseruancia fuit dispensatus ut possit transferri ad ordinem canonicorum regularium S. Augustini: & supponitur in breui non esse illam clausulam in similibus breuibz solitam apponi, sine spe tamen beneficiorum, & derogatum fuisse Clem. vi professores b & fingimus etiam in breui esse illas clausulas solitas, scilicet, ut possit gaudere omnibus priuilegiis, indultis, immunitatibus, quibus alij non translatis gaudent.

Queritur, an iste talis possit recipi in canonicum tam in Ecclesia numerata, quam non numerata canonicorum regularium, & possit prouideri de canonicatu & praebenda & dignitate ordinis canonicorum regularium sine alia dispensatione, & si possit admitti ad susceptionem habitus, & ad emissionem professionis, absque eo quod eligatur in canonicum, seu conferatur ei canonicatus. Queritur etiam, an talis possit renunciare anno probationis inducto per Concilium Tridentinum pro quo est considerandum quod d. N. eam fecit probationem in dicto primo ordine, & dictum Concilium videtur loqui in saeculari, qui numquam fecit professionem in aliquo ordine.

1 Ad has quaestiones responditur dico primo, quod non potest satis categorice responderi non viso praedicta dispensationis tenore: quia iuris perit multa plura potest ex eo toto perpenso elicere, & colligere, quam consulens, vel alius iurium ignarus: & ita non potest esse certa relatio facta ab huiusmodi consulente, nec consequenter certum responsum dari a consulto.

Secundo, quod non video qua ratione derogetur Clementinae r. nisi apponatur clausula, quod habere possit beneficia, vel officia ordinis, ad quem transfertur: per cuius appositionem & tenorem daretur magna lux ad respondendum quaeritis. & in hoc argumento videtur insinuari, quod non sit posita: ex quo videtur resultare contradictio aliqua tacita.

2 Tertio, quod ad primam quaestionem responderi posse videtur affirmatiue, praesupposito quod praedictus N. esset iam clericus: quia canonicatus regularis praesupponit clericatum, ut colligitur ex D. Thoma.

3 Quarto, quod ad secundam, & tertiam quaestionem non audeo respondere non viso tenore dispensationis.

4 Sexto ad quartam respondeo, quod multa possent afferri pro parte affirmatiua etiam ultra rationem coloratam, quae affertur in propositione ipsius: sed veriorum arbitror partem negatiuam. Tum quia textus Concilij, generaliter nullo excepto decernit, ne professio fiat ante annum probationis completum: & ubi lex non distinguit, nec nos ipsius distinguere debemus textus. Tum quia annus probationis non solum datur in fauorem professuri, ut experiatur id, quod professurus est, sed etiam in fauorem eorum qui professionem suscipere debent, ut experiantur mores suscepti, an conueniant suae congregationi. Et ita licet frater Minor, qui expertus est regulam Minorum, & eam est professus, satis videtur esse expertus regulam canonicorum regularium, & sic ex parte illius cessare videatur necessitas eam probandi, non tamen ob hoc tollitur monasterio & congregationi necessitas probandi mores illius, qui longe melius cognoscuntur tractu annali, quam menstruo, vel semestri, aut alio minori, ut palam est.

b De regul.

c L. ut respiciuntur, C. de traslat. & l. precibus, C. de impub. & alij substitui. d De reg.

e 2. 2. q. 189. art. 8. ad 2.

f Capi. 15. de regul. sess. 25.

g Cap. si Romanorum, 19. dist. & le. de pretio. ff. de publi. in rem ad.

h Cap. ad Apostolicam, de reg.

S V M M A R I V M.

1 Translato potest nedom Pontifex, sed & suus superior iuste concedere licentiam, ut stet extra monasterium, modo subsit iusta causa, aliis non.

1 Causa qua sit iusta, ut superior regulari faciat licentiam standi extra claustrum, est arbitraria & multiplex, ut est vitilias directa vel indirecta proueniens proprio monasterio, vel ordini docendi, vel discendi literas conuenientes monacho, vitilias vniuersalis Ecclesiae, vel reip. ex quibus potest diiudicari, an idem sit de illo, qui aliene inferuit parochiali, nu. 2. & 3. ac si dubium sit, an sit iusta, proderit Papa declaratoria, vel licentia, nu. 3.

3 Extra monasterium de licentia Superioris manens non potest citra mendacium dicere se degere in monasterio.

CONSILIVM LXVIII.

N. Translatus iuste ex ordine strictiore ad laxiorem, de licentia Superioris monasterij, ad quod fuit translatus, seruiuit beneficio curato sito in loco distanti a monasterio per 100. milliaria. Queritur primo, an id ei liceat.

Secundo, an indigeat licentia Papae, sitque immunis a peccato, ei dicendo se manere in monasterio.

1 AD PRIMAM quaestionem respondeo primo, monachum non posse manere extra monasterium, nisi de licentia Superioris iusta de causa facta, ut nos clarius aliis tradimus in comm. 2. de regu. per cap. monachi, b & quod iusta causa est vitilias directa, vel indirecta proueniens monasterio ex illa absentia, ut probant praedicta cap. studium item discendi vel docendi literas conuenientes monacho, & alia similes, quae arbitrio boni & prudentis viri iudicentur iustae, ut nos ibidem extendimus, ubi etiam dicimus etiam Papam non posse dare hanc licentiam sine iusta causa, & cum ea sic etiam inferiore.

2 Secundo, quod punctus quaestionis huius consistit in decernendo, an Dominus consulens iusta de causa absit a monasterio, ut praefato beneficio curato deseruiat: quod coniciendum est ex vitilias, quae directe, vel indirecte prouenit monasterio, & ordini, cuius est ipse, vel etiam ex vitilias, quae proueniret Ecclesiae vniuersali, vel reipublicae, quod ex solis contentis in casu proposito non potest conici.

Tertio, quod tutus est, si ex iusta causa absit de licentia Superioris, alioquin minime, etiam de licentia Papae.

3 AD SECVNDAM respondetur primo, quod D. consulens, ut insinuatum est, non indiget licentia Papae, si iusta de causa absit, nec sufficit illa ei, si huiusmodi causa deest, nec licet ei narrare Papae se manere in monasterio, si extra illud manet: quia nemini licet dicere falsum, etiam si aliquando liceat tacere verum, & medax preceptor debet carere impetratis.

Secundo, quod vitilias esset D. consulenti petere a sua Sanctitate, ut declaret, quod praedictum seruitium, quod facit beneficio curato, est iusta causa, ut inferior faciat ei facultatem manendi extra monasterium, aut certe petat a sua Sanctitate, ut ei faciat, si & quatenus opus est, facultatem seruiendi beneficio praefato de licentia sui superioris, cum qua iam illi seruit. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

3 Licentia concessa monacho standi extra claustrum non iustificatur ex eo, quod Superiori ita videatur, nisi subsit iusta causa se extendens ad totum tempus, pro quo conceditur, nu. 2. Nec in hoc differt an is cui conceditur sit translatus, vel proprius illius monasterij filius professus, nu. 1. & 2.

CONSILIVM LXIX.

A. N. superior ordinis, ad quem cum iusta licentia transit regularis alius ordinis, potest & qualem licentiam dare illi ad manendum extra monasterium?

Respondeo, quod nemo, quod sciam, tractauit hanc quaestionem ita vtiliter & clare, ac nos in com. 4. de reg.

1 Secundo, quod ex resolutione illarum colligitur eiusmodi superiorem tantam & eadem de causa posse dare huiusmodi translato licentiam manendi extra monasterium, quantum & qua de causa potest dare regulari originario suo, & vernaculo, & e contrario.

2 Tertio, quod nec translato, nec originario vernaculo

a Super e. n. dicitur, 11. q. 1. nu. 40. b 1. & 2. 1. 6. q. 1.

c Ca. ne quis, 21. q. 2. d Le. 2. C. de precib. Imper. off. c. super literis, de rescrip.

e Super e. statum, 19. q. 3. nu. 2. & 3. num. 12.

potest

potest dare licentiam manendi extra monasterium sine iusta causa, & cum ea sic vtrique, & consequenter quod neutri potest facere potestatem manendi extra monasterium, nisi tantum, quantum iusta causa requirit & suadet, & ad tantum sic: cui est consequens, quod neutri potest dari ad libitum suum, & eo quod sibi absque iusta ratione bene videatur: per quod categorice ac formaliter proposte quaestioni responderetur.

S V M M A R I V M.

1 Extra claustrum stando regularis peccat, & nu. 9. nisi adsit licentia a Superiore siue mediato siue immediato, saltem tacita & generalis, nu. 4. iusta de causa eius arbitrio concessa, nu. 8.

1 Habitum regularem dimittere sine peccato non potest monachus, nec etiam occultare: fallit, si subsit causa, praesertim de licentia Superioris, nu. 5. & 10.

2 Licentiam dimittendi habitum vel standi extra claustrum concedens Superior peccat sicut exiens, & dimittens, & 3.

5 Clericus ex causa potest tonsuram dimittere, & habitum transformare.

6 Sanitatis recuperanda causa potest nedom monachis etiam Carthusianis, sed & monialibus concedere Superior, ut ad tempus stet extra monasterium, immo peccaret id non concedendo ei, qui in claustro non posset seruari, nu. 7. & 8.

7 Iurans non exire certum locum, non tenetur illud in praedictum salutis corporalis, vel spiritalis seruare.

CONSILIVM LXX.

Praefectus cuiusdam monasterij, expertus quod quidam suus monachus contagio morbo laborans non poterat satis commode medicari intra monasterium, consulente, monente, promittenteque medico eruditissimo valdeque pio, quod ope diuina sanaret cum intra paucos dies, si mitteretur ad domum suam, in qua posset manere secreto, decreuit cum suis tribus consiliariis mittere illum in praedictam domum noctu secreto mutata veste, velataque facie, ita quod a nemine posset in via cognosci, ea lege, ut maneret in domo inclusus durante medicatione, & mox rediret eo modo, quo abiit in monasterium, ubi more solito inferuieret: qui gratia Deo, intra paucissimos dies sanatus rediit, & ut antea solebat seruit.

Queritur, an praefatus praefectus, & consiliarij eius, dando praefatam licentiam praedicto modo, peccauerint, necne, & puniri debeant, necne.

1 Pro parte affirmante, nempe quod peccauerint, facit primo, quod monachus peccat exeundo a claustro, & etiam relinquendo habitum, & consequenter in casu proposito bis peccauit praefatus monachus, scilicet exeundo, & relinquendo habitum. At qui consentit in peccatum peccat, ergo praefatus praefectus, & sui consiliarij non solum semel, sed etiam bis peccasse videntur, cum duplici peccato consenserint, & consequenter puniri debent.

2 Secundo facit e Conc. Trid. quatenus significat religiosum nulla de causa debere relinquere habitum, immo nec occultare.

Tertio, quod in regula ordinis, cuius est praefatum monasterium, expressè habetur non licere fratribz dimittere habitum, nisi causa mutationis, mundationis, reparationis, vel alicuius euidentis infirmitatis, super hoc tamen primitus onerata medici conscientia.

His tamen non obstantibus, videtur contrarium esse tenendum, nempe quod praedictus praefectus & consiliarij eius nec peccauerunt, nec puniri debent, immo bene meriti sunt coram Deo & hominibus. Tum quia licitum est monacho exire de claustro de licentia sui praelati iusta de causa data, ut probamus in com. 4. de reg. in hac verba, Omnis regularis quamlibet simplex potest iuste exire de licentia superioris non solum Generalis & Prouincialis, sed etiam inferioris immediati, non tamen expressè, sed etiam tacita, & non tantum specialiter & in individuo, sed etiam generaliter data, modo ea detur iusta de causa necessitatis, vel vitilias. haec ibi, quae late probat & declaro ibidem: & non solum potest exire, sed etiam manere aliquo tempore, ut probat & declaro in eodem tractatu de reg. per cap. monachi, b & quaedam alia.

a Ca. placuit, 21. q. 2. & ca. monachi, 10. q. 1. b Cap. proclum, 20. q. 3. & c. 2. ne clericus, vel mon. li. 6. c Ca. 1. ad Romanam, cap. 1. de off. deleg. d L. sancim, C. de pen. & c. quae sunt, de his qua sunt a maior. e Capi. 19. de regul. sess. 25.

f Super e. statum, 19. q. 3. a num. 34.

g Com. 2. super e. non dicitur, nu. 68. h 1. & 2. 1. 6. q. 2.

5 Tum quia monachus iuste potest relinquere habitum iusta de causa, praesertim de licentia superioris, ut & clericus suum habitum & tonsuram clericalem, ut dixit glossa notabilis & recepta, in hac verba: Habitum semel susceptum non debet dimittere nisi ex iusta causa, infra eodem cap. clerici. unde cum quidam reprehenderetur a Papa, respondit, Tutius, ut peterem laici sub imagine Romae, eas fuit, ut inerem luxuriare comam. & tex. expressus cap. penul. e habet posse, quem causa timoris transformare habitum: ex quo gloss. d colligit eum qui iusta de causa dimittit habitum non esse apostatam.

6 Tum quia infirmitas, praesertim contagiosa, est iusta causa dandi licentiam monacho ut exeat monasterium, & maneat extra illud in loco conuenienti ad sanandum, ut probatur c. 1. e quatenus etiam monialibus facit facultatem exeundi monasterium ob infirmitatem contagiosam. & Concil. Tridentinum, f facit facultatem exeundi monialibus ex quacumque causa, quae videbitur iusta Episcopo: & receptum est non posse moniales exire monasteria de tam leui causa, ac monachi etiam Carthusiani.

7 Tum quia etiam qui iurauit manere in aliquo loco, potest iuste ab illo exire, si salus corporalis eius id exigat, iuxta glossam memorabilem, & receptam. 8 Tum quia dicti praefectus & consiliarij peccassent, si praefata de causa non fecissent praefato monacho facultatem exeundi & manendi secreto ad sanitatem recuperandam, ex mente Gratiani, h asserentis prohiberi quem seruare iuramentum, cuius obseruantia spiritalis vel corporalis salutis recuperationem impeditur: quae videtur esse decisio specifica pro casu nostro, in quo experientia monstrabat salutem praefati monachi non posse reparari iudicio medici intra monasterium, intra quod non poterat adhiberi praesentia medici, & necessaria visitatio, & medicatio tanti morbi.

8 Tum quia iure non est determinatum, quae causa sit iusta ad exeundum & manendum extra monasterium, vel relinquendum habitum, & ita relinquendo arbitrio boni viri determinandum, i in specie de causa iusta exeundi tradidimus nos in d. cap. non dicitur, & satis in dicto c. statumus. At in casu nostro mendicatio praefati morbi contagiosi, & ferè incurabilis visa fuit non solum arbitrio boni viri, sed etiam suorum Superiorum iusta, & adeo quidem rectè & pie mea sententia, ut debuissent iudicari mali & prudentes viri, si contra iudicassent, ob multa, quae gratia breuitatis non explico.

9 Non obstant opposita. Ad primum enim responderetur concedendo non licere monacho exire a monasterio, nec relinquere habitum temerè, & sine causa, & sine licentia praelati: negando tamen, quod in nostro casu ita factum fuerit, cum intercesserit non solum licentia praelati solius, sed etiam consiliariorum, & interuenerit iustissima causa, ut supra probatum est.

10 Ad secundum responderetur, quod illud cap. agit de dimissione habitus facta sine licentia Praelati, & ad finem numquam resumendi illum cum proposito procurandi, ut professio declaretur nulla. Nos autem agimus de exitu & dimissione habitus ad modicum tempus de licentia Superioris iusta de causa data. Ad tertium responderetur primo, quod loquitur de dimissione habitus auctoritate propria facta, quae non potest fieri extra casus expressos in illa clausula. Nos autem loquimur de dimissione Superioris auctoritate cum causa facta. Secundo responderetur, quod in illa clausula videtur esse casus pro nostra parte, quatenus habet posse dimittere habitum causa infirmitatis de consilio medici: nam in casu nostro medicus valde eruditus & pius consuluit, ut exiret eo modo quo exiuit, monendo, quod si non exiret, non sanaretur, & si exiret, sic intra paucos dies: quod & factum fuit.

Aduertendum, pro eo quod de monialibus dicitur nu. 6. ultra sacrum Concilium adesse bullam Pij V. qua causas exeundi ad certas inibi expressas restrinxit, seruatque, sacrum Congregationem censuisse ultra illas causas non dari extensionem, sed recurrendum pro licentia ad Sedem Apostolicam. Vide item infra de statu monach. consilio 5.

S V M M A R I V M.

1 Religioso, ut ob necessitatem parentum stet extra monasterium, dat licentiam Papa, immo & Generalis, & Prouincialis, nu. 2. ut autem

a Capi. Deus qui, de vita & honest. b Cap. si quis ex clericis, de vita & hon.

c Eodem tit. d Verbo, timoris.

e De statu regu. li. 6.

f In praefato titulo de reg. ca. 5.

g Ca. si vero, de iururan.

h S. fin. ver. qui, quib. 22. 7. 4.

i L. 1. ff. de iure delib. ca. de causis, de off. deleg. k Nu. 68. l Nu. 34.



etiam dimittat habitum non debet concedi, nisi quando eo retento non potest dicta necessitati subueniri. nu. 3. An autem ad hanc reducatur, quando Superiores nolunt consentire, ut stet extra claustrum, nisi dimisso habitu, non est ita certum.

4 Regulari si etiam sine iusta causa Pontifex beneficium facultate conferat ex certa scientia, tenet collatio, iustius autem illud in commendam concederet ei, cui ob iustam causam fecisset facultatem in habitu seculari ad tempus extra monasterium manendi.

CONSILIVM LXXI.

Quidam religiosus predicator, & doctus, quadraginta annorum, matrem habens, quae quondam fuit ditissima, nunc pauperima cum aliis multis, absque verbo Dei, & missa, non potest eam sustentare, nec est qui calleat linguam eius regionis ad predicandum. Quiritur, an bona conscientia possit petere dispensationem, ut ibi maneat, & doceat in habitu tantum clericali: nam id si fiat, non deerit quidam Episcopus, qui motus misericordia ei promittit quaedam beneficia.

1 Respondeo primò, quod praedictus Dominus consulens iustam habet causam, ob quam Papa possit facere ipsi facultatem manendi extra monasterium in d. regione. Primo, ob necessitatem, quam mater sua olim multum diues, & nunc valde pauper patitur, argumento ca. consideranda, ubi Ambrosius plurimum commendat opitulationem, quae fit nobili, & leni, praesertim ei, qui diuitias sine culpa perdidit, qualis est mater eius praedicta. Secundo ob utilitatem magnam, quam faceret vita, & verbo, predicando illis lingua sibi nota: ob quam secundam causam non solum est ipse licentia donandus, sed etiam rogandus, ut velit id facere, argumento c. inter cetera, ubi, Pabulū verbi Dei, populo Christiano quam maxime necessarium: quia sicut corpus materiali cibo, ita anima spiritali nutritur.

Secundò, quòd sententia est D. Thomae communiter recepta, quòd religiosus ob necessitatem patris, vel matris iustè potest exire monasterium de licentia Superiorum, ad subueniendum ei, si potest id facere: quam licentiam non solum Papam, sed etiam Generalem, vel Prouincialem suam dare posse, etiam nos nuper scripsimus in com. 3. de reg. declarando cap. nullam, & antea in Man. conf. c.

3 Tertiò, quòd, vt diximus, praefata licentia non est danda deponenti ad manendum relicto habitu, sed tantum eo retento, nisi quando praefata subuentio fieri non potest eo retento. An autem iustè dici possit non posse fieri subuentionem sine dimissione habitus, eo quòd praefati ordinis nolunt consentire, vt illa fiat retento habitu, quaestio noua videtur, & digna decisione.

4 Quartò, quòd, vt certum est, Papam posse iustè cōferre beneficium simplex religiosus iusta de causa, immo quòd collatio facta sine illa, licet esset iniusta, teneret, & cum id iure humano, cui Papa nō sub est, saltem quo ad vim coactionem, sit prohibitum, ita non est etiam incertum, S. D. N. difficile id facturum, nisi S. Sanctitas sibi persuaserit, iustū esse facere consulenti facultatem manendi, & praedicandi in locis praedictis praedicatoribus suae linguae destitutis, relicto habitu ordinis cum habitu clericali. Si enim hoc sibi persuaserit, satis poterit flectere animum ad conferendum beneficium clericale clericaliter viuenti, saltem in commendam, donec necessitas subueniendi duraret.

SVMMARIVM.

1 Regulari, vt stet extra monasterium retento habitu, ad subueniendum matri & forori grandi necessitati, etiam si non sit extrema, & superueniret post professionem, licentiam dat Generalis, & Prouincialis: at vt dimittat habitum, solus Pontifex concedere potest, nu. 2 & hoc ex iusta causa, qua iudicis arbitrio relinquatur, potestq; ex multis simul collectis deduci nu. 3.

4 Congregatio Concilij Tridentini non habet facultatem dandi licentiam manendi extra monasterium, & quatenus haberet, non tamen conferretur posse concedere, vt maneat dimisso habitu.

CONSILIVM LXXII.

N. Regularis habens matrem & fororē nubilem pauperimas, impetrauit à suo Prouinciali licentiam manendi extra monasterium habitu relicto, vt eisdem opitulari posset, & sic in habitu clericali aliquot annos transegit: nunc ad obinendum confirmationem, vel nouā provisionem praedicta gratia venit ad Urbem, & super qua in sacra Concilij Tridentini Congregatione supplicationē porrexit. Quiritur quid iuris.

1 Respondetur primò, praefatum Dominum consulentē iustam habuisse causam, ob qua suus Prouincialis potuisset ei dare licentiam manendi extra claustrum ad subueniendum matri & forori pauperibus: quia, vt post vtrumque Thomam, diximus in nostro Man. confess. b & in com. 3. de reg. c. & sequenti, necessitas nō solum extrema, sed grādis, non solum praecedens, sed etiam superueniens parētis filiorum religiosorum, etiam post professionem eorū, est iusta causa, vt superiores possint dare ipsis licentiam manendi extra monasterium causa eis subueniendi.

2 Secundo, quod praefatus Prouincialis peccauit, faciendo praefato consulenti facultatem manendi extra monasterium absque habitu regulari: quia solus Papa potest illam facere, vt diximus in praefato cap. nullam, & probatur in cap. 2. c. & satis in cap. sanctimoniales, & cap. clericis, & quatenus habet, religiosum etiam factum Episcopum debere sui ordinis habitum gestare.

Tertiò, quòd, quia a grē ad difficulter dispensat Papa, vt religiosus maneat ob hanc causam foris absque habitu regulari, & Praefati inferiores a grē sustinent, & patiuntur, vt huiusmodi religiosi remaneant foris habitu retento, frequenter aliqui religiosi non fruuntur praefata facultate, qua vt frui possint, quid facere debeant, admonuimus vbi supra.

3 Quartò, quòd omnes causas, quas Dominus consulens allegat pro iusta causa faciendi sibi facultatem manendi extra monasterium, videntur efficere vnam sufficentem ad illam concedendam. Tum quia praedicta vtriusque Tho. opinio videtur communiter recepta. Tum quia, quando aliquid in genere determinatur, eius specificatio relinquatur arbitrio iudicis, & praedicta omnes causae videntur arbitrio boni & prudentis iudicis efficere vnam iustā causam praefatae facultatis consequendam.

4 Quintò, quòd Illustrissima Illustrissimorum Cōgregatio declarationi dubiorum Concilij Tridentini deputata habeat facultatem dispensandi in hoc casu, nullo iure cōmuni probari videtur, nec iure particulari, quòd ego scia, cum aliud sit dubia Cōcilij declarare, aliud cōtra Concilia & canones dispensare, & à separatim nō fit illatio. \* Quin etiam arbitror praefatam Excellentissimam Congregationem non posse ob praedictam causam concedere facultatem manendi foris absque habitu regulari, etiam si haberet potestatem faciendi facultatem ob praedictam causam manendi foris, vt habent Generales, & Prouinciales ordinum suorum. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Regularem etsi Praelatus possit ob delicta per suam diffinitiuam sententiam habitu spoliatum ita ab ordine eicere, vt possit sub Episcopo in habitu clericali viuere, hoc tamen per suam dispensationem, etiam ob infirmitatis, vel parentum paupertatis causam, concedere non potest.

2 Regulari, vt propter infirmitatem, vel parentum paupertatem extra claustrum, retento tamen habitu, & obedientia regulari, stet, concedere potest eius Praelatus.

CONSILIVM LXXIII.

Quiritur, vtrum qui propter aegritudinem impetrauit licentiam à Priore Generali ordinis sancti Augustini manendi extra claustra vna cum absolutione à voto, possit in habitu clericali decenti sub obedientia ordinarij Missas, & alia diuina celebrare, & de bonis licitè acquirendis disponere.

1 Respondeo quòd non. Tum quia nullus inferior Papa potest facere facultatem religioso, vt dimittat suum habitum, & dimisso illo assumat clericalem, vel aliam, & viuat sub obedientia ordinarij. Tum quia nullus Praelatus inferior Papa potest absoluerē religioso ab obedientia sui ordinis, nisi declarando per suam sententiam eum nō esse

a In 2. 2. qua. 101. art. 4. b Ca. 14. nu. 14. c Super c. nullam. 18. q. 2. nu. 48.

d Nu. 49. e Ne clericus vel monachus, li. 6. f 23. diff. g 2. de vita & honestate cler.

h Nu. 49.

i L. 1. ff. de iure delib. c. de causis. de offic. sic. deleg. c. utrobiz. not.

k Ca. ad aduentum. de decim.

profes

professum, vel priuado per eam propter sua delicta, & eiciendo eum ab ordine.

2 Tum quia propter aegritudinem quamlibet incurabilem superuenientem monacho post professionem nō debet eici monachus ab ordine, & obedientia eius, sed debet eum curare suis impensis, & quam optimo modo dispensare possit cum eo id volente, vt retento habitu maneret in aliquo loco honesto, sub obedientia tamen ordinis, vt succurreret ei impensis cognatorum suorum, vel aliorum, qui vellent eius curationi subuenire, & eius infirmitati opem ferre. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Clausura regularibus indicta est solo iure humano, potestq; Praelatus facere licentiam suo subdito, vt retento habitu extra monasterium, sub obedientia tamen regulari moretur, & hoc ne dum ex causa subueniendi parentibus, nu. 2. sed vt stet ob ses pro monasterio, vel inseruiat Episcopo pro Vicario & cubiculario. nu. 3. & pro quacumque alia legitima causa, donec ea subest. nume. 4. & 5.

3 Regularis potest dari ob ses pro monasterio.

CONSILIVM LXXIIII.

FRater quidam S. Francisci regularis Observantiae professus, cum esset inquietus, & intolens, faceretque aliqua crimina, & delicta, propter quae fuit à Superioribus suis incarceratus, & detentus, qui cum de ipso carcere euasisset, & ita apostata per aliquod tempus extitisset, Romā venit, ac per S. Inquisitionis officium incarceratus propter aliqua delicta, & tandem conuictus, fuit ad triremes cōdemnatus: & cum in ipsis existeret, à Turcis captiuus ductus fuit, vbi pessimam captiuitatē per annos nouem sustinuit: de qua exiens, cum nollet ad religionem redire, iterū per dictum officium S. Inquisitionis in ciuitate Valentina fuit incarceratus, & postremo ad triremes per aliquot annos condemnatus. quibus transactis, poenitentiaque completa, in libertatem deuenit: consulente sibi quo modo magis Deo placere posset, timentisque fratrum consortium, & cōmunicationem, ne aliquando aliquis ob praedictas incarcerationes & condemnationes ipsum improperaret, aur cōtumeliis afficeret, cum sit nobilis genere, cupit vitam & statum sibi assignari, vt melius securiusque sublata occasione Deo inseruire possit. Quapropter desiderat sibi licentiam & facultatem impartiri, vt eodem habitu retento possit vitam eremiticam regulariter agere, vel in aliquo hospitali, vel Ecclesia, praefata per eum obedientia loci, vbi fuerit, ordinario, siue Reuerendiss. suo tantummodo Generali. Quiritur, vtrum attentis praedictis possit in conscientia praedictus Reuerendissimus Generalis praedictam licentiam & facultatem concedere. Additur praeterea in facto, praedictum consulentem esse genere valde illustrissimo, & ingenio valde iracundo, & ad retaleandum propenso, manūque promptum: & quia verisimile est, multos fratres in multis locis multorum conuentuum, eidem, si moretur in eis, frequenter apostasiam praedictam cum damnationis remigio, & infamia seruitutis praedictae exprobraturos, & quod ipse eiusmodi opprobria non aequo animo laturus, sed per se, aut per cognatos & amicos retaleaturus, & excitaturus noua scandala, & tumultus, ob quae denuo oportebit eum damnari, & cum opprobrio sua gentis & ordinis ad eandem triremes remitti. Additur item, quamdam affinem eius valde illustrissimam edificasse monasterium discalceatarum, cui gratissimum esset, vt praedictus consulens seruiret eis pro sua eruditione, facundia, & arte dicendi, concionando tam eis, quam aliis, cum decore generis sui, & decore ac commodo ordinis sui. Additur & tertio, multos proceres cognatos, & affines consulentis esse valde addictos & deuotos ordini suo praedicto Minorum, & probabiliter animos suos ab eo aliqua ex parte alienaturos, si viderint Praelatos eius nolle misereri consulentis tam diu & diuersè afflicti, sed velle ipsum duplici contritione conterere, contra Naum Prophetam, & cap. quid ergo.

1 Pro parte negante huius quaestiones faciunt primò illa tria argumenta, quae formauimus nos in nostro com. 4. de reg. c. ad probandum claustrum religiosorum esse iure naturali vel diuino iustam: & consequenter à nullo humano

a Cap. 1. b 23. qu. 5. c. ea ead. causa 9. 4. c Super c. statum. 19. q. 2. à nu. 29.

superiore posse illam vlli religioso relaxari.

Secundò, quòd nullus Praelatus inferior Papa potest contra legem Ecclesiae, etiam humanam, dispensare, nisi in casibus expressis, eo quod inferior non potest legem superioris tollere, vel arcere, & ita communiter resolutur in capit. si clerici, b at constat claustrum praedictam, et si non lege Dei lege tamen vniuersalis Ecclesiae esse inductam, & nullo iure videri caueri, vt Praelatus ordinis Minorum possit dispensare circa praedictam claustram tam late, ac in quaestione proponitur: ergo, &c.

Non obstantibus tamen praedictis pars affirmatiua videtur verior: Primò quidem per omnia illa, quibus in praedicto cap. statumimus, d satis perspicue probauimus iure humano, & non naturali, vel diuino claustrum religionis esse indictam.

2 Secundo, quod S. Thomas, e communiter receptus, & à nobis relatus in cap. nullam, f definit, quod Praelatus potest dispensare cum monacho, vt maneat extra claustrum, habitu suo retento, ad subueniendum parentibus, qui in illius subuentiois necessitatem etiam post professionem inciderunt.

3 Tertio, quod etiam pro debito monasterij monachi possunt in obfides dari. g

Quartò, quòd religiosus potest esse vicarius Episcopi de consensu Praefati secundum Cardinalem receptum, h & Rota, quam nos citauimus in cap. non dicatis, i potest ite esse cubicularius Episcopi, vt diximus in cap. statumimus, k iuxta Panormitanum, l per cap. cum pastoris. m Procurator item patroni, amici, vel principis, vnde utilitas saltem latens redundaret in monasterium, secundum Innocentium receptum. n

4 Quintò, quòd Praefati ordinum possunt ex iusta causa eicere ab ordine suo religiosos suos, etiam priuando eos habitu, vt in regulis B. Augustini, & B. Benedicti exprimitur, & probauimus nos in commentario cap. non dicatis, o contra Cardinalem. p

5 Sextò, quòd eadem ratione, qua potest haec facere, poterit etiam alia de iusta causa dare religiosus suo facultate manendi extra monasterium, illa causa durate: ratio enim, cur in praecedentibus casibus potest Praelatus concedere facultatem manendi foris, est, quod iusta id causa exposcit in illis.

Septimo faciunt illa verba Augustini relata in cap. prodest, q siue plectendo siue ignoscendo, hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. & candido animo perpenis omnibus, quae in hoc argumento deducuntur, optimus modus corrigendi vitam praedicti consulentis videtur esse is, qui in sua petitione continetur. Tum quia per illum ovis errans ad suas causas reducitur. Tum quia ordinis Minorum decori consulitur. Tum quia splendor generis consulentis non contemnitur, & commoda, quae à sua gentis proceribus in ipsum ordinem manare solent, conseruantur, & augentur. Tum quia generosum ingenium, quod a grē terroribus & poenis flectitur, sapē caritate atque beneficentia ad virtutem trahitur, & in officio sancto continetur.

Non obstant pro parte negante citata. Non primum: quia in primo argumento pro parte affirmante adducto, citatur locus, vbi perspicue probatur claustrum monachalem non esse iure naturae, neque diuino inductam.

Non etiam obstat secundum: quia in aliis argumentis probatur, posse Praelatum iusta de causa facere religioso facultatem manendi extra claustra: & in casu proposito, si omnes circumstantiae in eo tactae satis perpendantur, non tantum vna, sed multa apparebunt causa concedendi facultatem manendi honestè in locis honestis, meditando, & faciēdo honesta extra monasteria aliquo modo in quaestione proposita, Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Apostatis à religione quomodo consulendum, & numero 2. & quid ipsi facere debeant, ad hoc vt obediant mandato eis facto, vt prius requirant, an possint beneuolos receptores reperire. nu. 3.

4 Receptores beneuoli intelliguntur ij, qui possunt recipere & incorporare religio.

a Arg. ca. inferior. 21. diff. c. c. u. inferior. de maior. & obedi. b §. de adult. de iudic. c Ca. placuit. ca. monachi. 2. 16. q. 1.

d Et praedictum. nu. 29.

e In 2. 2. qua. 101. art. 4. f 18. q. 2. nu. 48.

g Ca. ex script. de iure iur.

h In clem. 2. de rescip. q. 16.

i Nu. vlt. 12. q. 1. k 19. q. 2. nu. 16.

l In ca. quanto. de offic. ordin. nu. 1. m In cap. cum 1. de re iudic. o 12. q. 1. nu. 65.

p In clem. in agro. §. quia vero. de stat. monach.

q 23. q. 5.

CONSILIVM LXXV.

Nemo negare potest, apostatas, qui sui sacri ordinis habitu relicto vagantur, dignos esse regulariter vituperio, indignosque auxilio. Tum quia manum ad aratum nullam contra consilium euangelicum, retrahunt. Tum quia multa addunt, & omittunt digna, quae dure castigarentur, cum ceteris paribus omnia in eis peccata sint aliquantò maiora, etiam si ob solam circumstantiam religionis non fiant semper mortifera, quae absque illa solam sunt venialia, secundum S. Thomam receptum, ob qua & alia multi nullo esio alio remedio iuandos putent, quam ut redeant in monasteria, vnde exierunt, poenas omnes quantumlibet graues eis paratas subituri: & quòd, si redire noluerint, vel redeuntes non recipiatur ab eis, nulla praeterea de illis cura habeatur, immo tamquam perditæ & derelictæ oues relinquuntur à demonibus vt plurimùm deuorandi.

Nos autem illis assentimur, qui putant, primum, eos qua parte fieri potest, tum blandiendo, tum terrendo inducendos esse, vt ad idem aratum, in quod manum miserant, redeant, & ita pareant, vt contumacia & inobediencia, quibus vsi sunt, in duplicatam obedientiam & reuerentiam commutentur. Deinde, quod si ad id non potuerint induci, audiantur, ex quibus impediuntur, & iuxta illarum varietatem eis prouideatur: alius quidem facta facultate transiendi ad alia eiusdem ordinis monasteria, alii ad alias eiusdem ordinis prouincias, alii ad alios ordines æquales, alii etiam ad laxiores, cum claufula tamen, vt in claustrum aliorum indigenarum perpetuo viuant: alii, vt praestito obedientia voto aliquibus alicuius ordinis Praelatis etiam non mendicantis, & Superioribus eorum, qui recipiant onus reddendi de illis rationem Deo, possint manere extra claustrum sub cura & regimine ipsorum, & Superiorum eorum, quibus, sublati primis, exhibebunt & indicabunt se esse obedientiores ipsorum, residerique in tali oppido, vel loco, parati sibi in omnibus licitis & honestis, de more probatorum religiosorum, parere. Postea vero si non inueniunt praelatum, qui sui ordinis habitum eis tradere, & onus praedictum reddendi de illis rationem suscipere velit, deligant episcopatum aliquem, cuius Episcopo praestita obedientia in suo episcopatu sub eius cura, vota pauperatis, & castitatis solemniam in habitu clericali honesto, de more aliorum eiusdem ordinis probatorum obseruent, impensis Episcopi, vel de qua sitis per se honestè, facta eis facultate, vt ea in suos honestos vsus conuertere possint. Haec omnia fundantur in eis, quae scripsimus in com.

4. de reg. c. vbi postquam nixi fuimus probare ob multas causas esse miserendum fratrum Conuentualium nuper à suis sedibus in Hispaniis deiectorum, laudando remedium praestitutum ab Illustrissimis Cardinalibus in id deputatis, monstrauimus nõ esse illud sufficiens, nu. 16. in hæc verba.

3. Queritur, an praedictum remedium praedictis fratribus Minoribus Conuentualibus à S. D. N. & ab Illustrissimis, ac pierrimis Cardinalibus in id deputatis tanta multitudinè plene satisfaciatur.

Ad quod respondeo primò, illud esse quidem prouidum, iuri consensum, & magnum magne religionis decernentium argumentum, non tamen plene videri eis satisfacere. Tum per proximè dicta. Tum quia nulli, vel certè paucissimi satis æquo animo transeunt ad alios ordines, alios habitus religiosos induturi: partim quòd parum vniquæ fuerunt eis bene affecti: partim quod credit multa opprobria & contumelia in illis se passuros: & vt Nicolaus Papa loquens de monastica vita ait, quod quis non eligit, nec optat, profecto non diligit, quod autem non diligit, facile contemnit. Tum quia feruntur plures quàm mille: & palam est non posse omnes illos inuenire tot beneuolos receptores ad alendos eos perpetuo in claustra, neque apud Mendicantes, neque apud non Mendicantes. Adeo quidem, vt acceperint à fide dignis, & prudentibus, vix inuenturos quadraginta huiusmodi beneuolos receptores in Hispania cum onere perpetuo tenendi & alendi eos in claustrum. Tum quia paucissimi, aut nulli eorum querunt apud omnes non Mendicantes, sed solum apud tres ordines iure communi praedictos expressos. Tum quia etiam apud illos tres pauci exacta diligentia, qua eis praecipitur, querunt, nec adeo candido & vero animo, ac opus esse, & requiri supra dicitur: & ita accipiunt ansam, vt ante exactam diligentiam querendi eos apud Mendicantes, querant

apud non Mendicantes, contra verba & mentem S. D. N. & sic de remedio & medicina faciunt venenum & exitium. Tum quia vix vlli beneuoli receptores non Mendicantes retinebant eos perpetuo in claustrum, vt vernaculos, eo quòd quarent, & vti am nõ singunt causas, & occasiones emittendi eos extra claustra. Tum quia vix poterunt ipsi æquo & placido animo in eorum claustris perpetuo manere, priuati contentis in Clementina 1. a qua priuati eos voce actiua, & passiva, & capacitate beneficii, & officij cuiuslibet, etiã Vicarij, & Vicegerentis: adeo quod ibi ait glossa, b quod non possunt esse Sacrista, Camerarij, Castaldi, & Oeconomus, & cetera, nec predicare. Quis autem eruditus, & bene moratus, quales sunt plurimi eorum, feruntur enim esse circiter centum in sacra Theologia Doctores, & egregij predicatorum, ferre possit perpetuo conuincere multis inuenibus indoctis, & fortassis parum bene moratis praecipientibus eum voce, officij, beneficii, predicatione, & aliis praecipientibus inducit, qui ex se cognoscit, quae sũt proximi sui, & illud adagium gloss. d Etiam asinus inuasescit, cum per comparem apprehenditur. Hac ibi, & paulo prius num. 14. monuimus vsutos remedio praedicto Illustrissimo Cardinalium, in hæc verba.

4. Quod praelati ordinum, ad quos transeunt, non possunt eos recipere sine suorum Conuentuum consensu, plurquam alios nouitios, quos secundum communem rationem & consuetudinem receptam de consensu Conuentuum suorum recipiunt, vt dixi in cap. nullam. e Quia verba illa, Beneuolos receptores, referuntur ad potentes recipere, & incorporare ordini. Vnde nõ sufficit praestare obedientiam soli Praelato, vt ante Concilium praedictum solebat fieri, sed oportet, vt de consensu totius conuentus, vel maioris partis, recipiantur, vbi nouitij sic solent recipi, cum ad valorem actus nõ sufficiat voluntas sine potestate, sicut nec potestas absque voluntate. f

4. Quod praelati ordinum, ad quos transeunt, non possunt eos recipere sine suorum Conuentuum consensu, plurquam alios nouitios, quos secundum communem rationem & consuetudinem receptam de consensu Conuentuum suorum recipiunt, vt dixi in cap. nullam. e Quia verba illa, Beneuolos receptores, referuntur ad potentes recipere, & incorporare ordini. Vnde nõ sufficit praestare obedientiam soli Praelato, vt ante Concilium praedictum solebat fieri, sed oportet, vt de consensu totius conuentus, vel maioris partis, recipiantur, vbi nouitij sic solent recipi, cum ad valorem actus nõ sufficiat voluntas sine potestate, sicut nec potestas absque voluntate. f

S V M M A R I V M.

Habitum religionis eiectus taliter quod ius repetendi monasterium illi nõ competat, gestare nõ tenetur, immo nõ potest, at qui exiit, & cui ius illud repetendi competit, licet nõ recipiatur, etiã que quod monasterium esset destructum, nõ potest etiam de licentia sui Superioris nõ portare: hoc, etiam dato, quod ex nõ gestatione nullum, & ex gestatione aliquid nasceretur scadalum nu. 3. & si quis ob dictas causas bona fide crederet id sibi licere, posset, à peccato mortali excusari: qui tamẽ Romæ moratur, deberet ad plenam tranquillitatem animi sui à Papa petere verbalem saltem licentiam, nu. 3. & 4.

2. Habitum nõ aliena, sed propria religionis palam deferre tenetur professus, nisi eum iusta excuset causa.

CONSILIVM LXXVI.

Volens Pontifex, vt monasteriũ S. Mariae desolatum per moniales inhabitaretur, ad illud transtulit Abbatissam cum D. C. & nonnullis aliis monialibus cum potestate accipiendi nouitias: sed intra biennium omnibus aliis ob aeris intemperiem mortuis, dicta C. ad mortem agrotata, recepta à primo monasterio parte fuit dotis, ad propinquos se recepit, & recuperata sanitate, iussu ordinarij tamquam gubernatrix accessit ad duo alia monasteria: quibus destructis, cum ad primum omnino derelictum & pestilens redire non auderet, petiit se in primo recipi, & reiecta à Vicario Vrbs hoc ore tenus accepit responsum, vt staret extra eum meliori modo, quo posset, vnde ipsa ad euitandũ scandalum, à se ipsa dimisso habitu propij ordinis, accepit habitum religiosum in genere. Dubitatur fuit, an esset tua in conscientia.

1. Pro parte affirmante facit, quòd eiectus ab ordine non videtur teneri ad deferendum illum.

Pro parte verò negante facit, quòd alia ratio videtur de eiecto, qui non habet ius petendi, vt recipiatur in monasterium, alia de exeunte cum licentia, & habente ius petendi, vt recipiatur: & praefata consulens non est eiecta, sed honesta de causa, & de iusta Superioris licentia in alium locum ad pium opus missa.

Secũdo, quod praefatus D. consulens eruditè allegat omnia substantialia, quæ pro praefata domina allegari posse videntur merito, licet pro sua modestia noluit asserere omnino partem, quam fulsit, esse veram. Tum quia regula generalis habet religiosum habitum suum relinquendum esse ipso iure excommunicatum. s Tum quia licet eiectus

a De regula.

b In verbo officij.

c Ecclesi. 31. d In l. 1. §. v. de acquir. poss.

e 18. q. 2.

f Ca. cum causa. cum gloss. & ei annota. de offi. deleg.

g Caput. 2. no. cler. vel monach. l. 1. o.

ab ordine nõ teneatur deferre habitum illius, immo iuste non possit, non tamen vlli rei per scriptum, quòd destructo monasterio, vel nolente monachum suum recipere, ipse possit suum habitum relinquere auctoritate propria, neque (vt puto) auctoritate Superioris sui, inferioris tamen Papa.

2. Tertio, quod non videtur excusanda saltem in foro exteriori à gestatione habitus ordinis S. Benedicti, eo quòd deferat alium, per quem significatur, quòd sit religiosa, quia religiosus tenetur deferre specialem habitum suæ religionis, & patientem, nisi iusta quæpiam causa eum excuset, per ea quæ dominus Consultor citat.

3. Quarto, quod dubitari posset, an iusta causa id faciendi constari possit, partim eo quòd noluerit recipere illam praefatum monasterium D. Ambrosij, partim quod Illustrissimus Vicarius super hoc ei nõ prouiderit, partim quòd tanto tempore ita incelsit, partim quòd nullum ex hoc generatur scandalum, & ex contratio aliquid nasceretur: & quidem certum est ex his constari iustam causam dispensandi, & forte etiam quo ad hoc vt ipsa non peccet, saltem mortiferè, bona fide gestando illum, per illud Innocentij, a quòd transgrediens ius humanum bona fide per errorem eius non bene intellecti non peccat mortiferè, quod commendauit Baldus. b & Felinus, c quibus soleo addere D. Thomam & expressius Caietanum, d vt est videre in Manuali confess.

4. Quinto, quod cum ipsa degat Romam, vbi est praesentia summi Christi Vicarij, deberet ad plenam sui animi tranquillitatem impetrare à Papa, vel verbalem dispensationem, quam S. Sanctitas facile concedet, & c.

S V M M A R I V M.

1. Habitum & ordine suum subditum regularem ob delicta & incorrigibilitatem priuare potest Praelatus, eiectus autem, vt aliam ingrediatur religionem, iurare non potest, nu. 2.

2. Index nec extra locum sui territorij iudicare, nec in loco exempto precipere quid potest, nec aliquid iurare pro tempore, quo non erit index.

2. Inhabili tempore aliquid disponere, vel illud conferre in tempore quo erit inhabilis, paria.

2. Clericus à iudice laico citatus, comparere non tenetur, nisi dubium sit, an sit clericus.

3. Eiectus ab ordine regulari tenetur se praesentare ordinario, sed Praelatus eiiciens, id ei recipere non potest.

CONSILIVM LXXVII.

Queritur primo, an Prouincialis fratrum Augustinianorum possit regularem suum subditum, propter delicta, etiam incorrigibilitatem, priuare habitu, & ordine.

Secundò, an possit abiicere ab eis perpetuò.

Tertiò, an possit iurare illi, vt ingrediatur aliam religionem strictiorem intra sex menses.

Quarto, an possit iurare, quòd, si non inueniet receptores, praesentet se coram ordinario, sub quo victurus est.

1. AD PRIMAM praefatarum quaestionum respondere breuior, quod sic, per ea quæ scribimus in com. 2. de regul. f & in comment. 3. super cap. nullam. g

AD SECVNDAM respondetur etiam quod sic.

2. AD TERTIAM, quod non: quia regulariter iudici extra territorium iudicanti non est parendum. h Vnde clericus citatus à iudice laico non tenetur coram eo comparere, nisi sit dubium, an sit clericus, iuxta glossam receptam, i & iudici ordinario non paretur in loco exempto, vt tradit Decius cum citatis ab eo, k & quod, sicut index nõ potest iudicare extra territorium & locum, vbi habet iurisdictionem, ita nõ potest extra tempus, intra quod habet illam, quia valet argumentum de loco ad tempus. l

Cum ergo Prouincialis habeat iurisdictionem in suum religiosum, quato tempore sibi subditur, & non vltra, iussum eius obligat illum, quanto tempore subditur illi. At, simul ac priuatur habitu, definit esse ei subditus: ergo non potest illo tempore illum obligare. Tum quia paria sunt, facere aliquid tempore prohibito, vel in tempore prohibito: nam, sicut donatio coniugis facta coniugi tempore, quo est coniux, non valet, ita donatio sponsi, pro tempore, quo est futura coniux, non valet, m & vt institutio, qua incapax haeres instituitur, non valet, ita nec institutio ali-

a In cap. per com. 2. de spon. b In l. ab eo. c. quomodo & quando iud. c In ca. 1. fall. 7. de re iud. d In 2. 2. q. 47. art. 5. e Praelud. o. nu. 8. & melius cap. 23. num. 42.

f Super c. non dicitur. 12. q. 1. nu. 30. g 18. q. 2. nu. 52. h L. si ff. de iurisd. omni. iud. & ca. 2. de constit. l. 6. i In cap. conuenior. verb. congrueret. 23. q. 8. k In d. l. fin. nu. 2. l L. vinum. ff. si cert. pet.

m L. sponsus spon. ff. de donat. inter virum & uxor.

cuius capacis, pro tempore quo erit incapax, non valet. a 3. AD QVARTAM respondetur, quòd illud praecceptum valet, quatenus est praecceptum canonis, & Papa; iubentium, vt regularis eiectus ab habitu & ordine regulari, subiaceat Episcopo suo in habitu clericali, per notata in cap. fin. b non tamen valet, quatenus est praecceptum Prouincialis, & Superioris, ferentis sententiam depositionis ab habitu regulari, & ordine, per praedicta, & ea, quæ posuimus in comment. 2. de regul. c Salua, & c.

Pro his quæ tradit auctor hoc cõsilio 77. & 78. 79. ac 80. Aduerte prudens confessionu auditor, ne hac indulgentior Nauarrj doctrina, quæ ex compassione, qua infirmioribus penitentibus afficiebat, processisse videtur, alicui in occasione sibi nimij blandienti existat.

Nam cum, vt ipsemet ex viroque Thomæ ait, d regularis ille sit in statu peccati mortalis, qui animum tendendi ad perfectionem secundum regulam non habet, vique probabilior circa praedicta videtur doctrina Soti, qui, e concludit, eum, qui ex incorrigibilis à monasterio expellitur, tunc demum tute in seculo morari, si postquam seipsum (vt tenetur) correxerit, ad monasterium rediens, per ipsum non steterit, quo minus recipiatur. Sed & alia auctoris conclusio, qua astringit, per sententiam, qua incorrigibilis iuste & diffinitue eiectus, adeo omnem obligationem, qua professus religioni tenebatur, extinguere, vt non possit renuicere, talẽmque conclusionem non esse contrariam cap. fin. f quòd solum quo ad iniuste, vel per interlocutoria eiectus procedit, periculo sa pariter existit: quandoquidem dicta decretalis expresse loquitur etiam de illis eiectis, qui secundum ordinem regularem non possunt amplius recipi: qui non possunt esse alij, quàm iuste & diffinitue eiecti. Videtur praeterea hac auctoris restrictio singularis: sed & Federicus de Senis, & ita habet: Ad hoc vt monachus possit à claustrum plene absolui, necesse est, vt ad aliud monasterium, vel ad curam animarum transferatur. Vnde verior videtur sententia Vberti super regulam S. Augustini, h quem sequitur Illustrissima, & doctissima monasteriorum abundantissima religio Praedicatorum, quæ in suis constitutionibus, i in Capitulo generaliter habitu Parisij, k ita habet: Ille autem, qui propter culpam suam eiectus à Praelato, adhuc est subditus, sicut omnis morbida, quæ licet expulsa à grege, adhuc est pastoris: vnde talis expulsi non est absolutus ab obedientia Praelati, quousque transferit ad aliquam religionem, & in ea professus fuerit, sicut ponit Magister Vbertus super regulã. Sanctus item Bonauentura super regulam S. Benedicti, l agens de illo, qui si tertio receptus, iterum eiectus, non potest amplius recipi, ait: Aduerte quia hac clausula refertur ad eiectum, cui admittitur ius implorandi officium iudicis, vt recipiatur, non autem ad Praelatum, cui facultas non tollitur, scilicet repetendi. Federicus item m interrogatus quomodo prouidendum esset illi, qui ex eo, quòd eiectus ab ordine cum prohibitione delationis habitus, cum nõ posset impetrare, vt cum ordinis disciplina reciperetur, nec aliam religionem volentem eum recipere posset inuenire, in habitu sacerdot. al. non tamẽ omnino religioso, viuebat in seculo, respondit, Episcopum debere curare, vt in aliqua religione recipiatur, & si id non posset, vt ipse eundem ad professionem in genere recipiat, & ei deputet habitum non clerici secularis, sed potius religiosum seu regularem, & det ei aliquẽ modum viuendi, ita vt etiã seruet vota. Ex quibus licet id quod ait Federicus de professione emittenda in manibus Episcopi non habentis monasterium, cui incorporetur, non sit modo admodum certum, colligitur fore sorte magis tutum, vt confessurij moneant sic eiectos, ne praedictis assertionibus ita superficialiter adhaereant, de illisque sibi blandiantur: sed ipsis magis prospiciant, maxime stante quodam priuilegio aliis Minoribus, vt patet in eorum monumentis, n concessio, quo alia religiones saltem per viam communicationis gaudent, inbibente ipsis eiectis officium docendi & predicandi: & quod ipsi ex dicta causa eiecti videntur effecti infames, vt notat Lopus, o sciunt quod sicut translati nõ desinit esse monachus primi monasterij, nisi postquam factus fuerit monachus alterius, vt supra, p ita nec ipsi donec aliam proficiantur religionem, vel ad parochialem obtineant se transferri, desinunt esse monachi primi monasterij, & forte etiam alicui nouum videbitur, quod iuste eiectus secundum auctorem, q qui tamen alibi videtur variare, retineat ius contra monasterium, & quod monasterio in eiectum nulla referretur potestas. Multa alia possent ad hæc adduci, quæ omitto, cum & hæc admonitionis metas iam excedant.

S V M M A R I V M.

1. Eiectus per diffinitiuam ab ordine definit esse sub potestate ordinis, num. 2. vnde licentia Praelati ordinis ei non prodest, nec nocet quo minus possit aliam quancumque religionem

a Le. in temp. cu ei ad nos. ff. de her. instit.

b De regula.

c Super c. nõ dicitur. 12. q. 1. nu. 32.

d In com. 1. de regu. nu. 10. e Li. 7. de iust. q. 2. art. 1. ad finem.

f De regula.

g Conf. 134.

h Cap. 99.

i Diff. 1. c. 19. k 1270.

l Ca. 29.

m Conf. 38.

n Concessio ne 261.

o Ad dictum confil. Federici. 38. p Conf. 61. & 64.

q Conf. 78.



*intrare, vel sub Episcopo in saeculo viuere, nu. 1. secus si iniuste vel non diffinitue eiectus fuisse: & hi sunt quos Prælati tenentur requirere, & reducere ad monasteria. nu. 3.*

**3** *Eiectus iuste & diffinitue, uolentem reuertitur, tenetur Prælatum ad formam cap. fin. de regular. recipere, licet si eiectus nolit, non possit cogi. Cum obligatio, qua tenebatur religioni, sit extincta. num. 2.*

CONSILIVM LXXVIII.

**G**eneralis N. seruatis seruandis tulit sententiam diffinitiuam priuationis habitus, & expulsiōnis ab ordine contra B. fratrem suum propter demerita. Queritur, an d. B. omnino remaneat exemptus à iurisdictione prædicti Generalis, ita ut sine illius licentiâ possit, vel in saeculo viuere, vel ad aliam transire religionem.

**1** Respondetur, quod prædictus Reuerendissimus Generalis nullam iurisdictionem habet super consulentem, quia per sententiam prædictam est exemptus à sua iurisdictione, argumento *Liudex posteaquam.* & cap. *in literis*, cum adnotatis eis ab aliis ibid. & à nobis in com. 2. super capit. *non dicatis*, & consequenter eius licentiâ nec prodest, nec obest ei.

**2** Secundo, quod prædictus Dominus consulens sine vilius licentiâ potest & debet manere in habitu clericali subiectus Episcopo suo, per ea, quæ nos scribimus in dict. comment. d

Terrio, quod æquè benè potest sine vilius licentiâ transire ad quocumque regulam, siue strictiorem, siue æqualem, siue laxiorem, quam posset intrare, si numquam intrasset illam, à qua est iam solutus per præfatam sententiam, per quam extincta est obligatio, qua tenebatur illi regulæ: cum obligatio extincta non possit reuiuiscere, neque impedimentum tollere, vel afferre. e

**3** Quarto, quod non obstat prædictum cap. vlt. f. quatenus habet, Prælatos superiores ordinum teneri ad requiringendum quotannis fugitiuos, & eiectos, & cogere monasteria ad recipiendum illos, quia loquitur de fugitiuis, & eiectis iniuste, vel inordinatè per sententias interlocutorias, vel sine causâ cognitione latas, vel etiam de iuste & ordinatè eiectis, sed uolentibus ad monasteria redire, ut latè respondemus in dict. comment. & Salua, &c.

SVM MARI VM.

**1** Regularis eiectus de monasterio licitè potest in habitu clericali viuere sub obedientia Episcopi sue originis, cui tenetur se presentare, & cui exceptis necessarijs acquirit, quicquid acquirit, num. 4. estque absolutus à religione, adeo ut non possit ab ea reuocari. num. 2. & hæc sunt uera, modo fuerit non per collusionem, sed iuste iurisque ordine seruato per diffinitiuam expulsiōnis. num. 1.

**2** Monachus translatus legitime ad Ecclesiam parochialem secularem liberatur à sua religione, nec etiam si postea illam dimittit, vel ea priuetur, vel deponatur, nu. 1. potest reuocari ad claustrum, sed remanebit sub Episcopo num. 2. & num. 1.

CONSILIVM LXXIX.

**A**n expulsius à monasterio monachus, qui rogâs suam receptionem non recipitur, possit manere in habitu sæculari clericali sub Episcopi obedientia?

**1** Respondetur, quod sic, ut rectè consuluit Federicus, h addendo idem esse dicendum de monacho translato ad Ecclesiam parochialem, quales sunt multi canonici regulares monasterij sancti Isidori, cuius corpus gloriosum honorificè ibi seruatur, & colitur, qua postea priuatur, vel deponitur.

Cui addo, primum eius dictum intelligendum esse de monacho expulso iuridicè, causâ cognita, per sententiam diffinitiuam, vel habentè vim eius, non autem de expulso per iracundiam, vel per collusionem Prælati, & monachi aliqua de causâ exitum eius optantis, quod aliquândo fieri audiuius: quoniam eiusmodi expulsiō non ualeat. Tum quia facta per iracundiam nõ debent durare. i Tum quia fraus & dolus nemini nõ debent prodesse. k Tum quia sententia iuris ordine non seruato non ualeat. l

Secundò addo, quod monachus eiectus iuridicè, non solum quândo rogat, ut recipiatur in monasterium, & non recipitur, ut ait Federicus: sed etiam antequam roget, potest remanere in habitu clericali sæculari sub obedientia Episcopi: quia de rigore iuris non tenetur redire ad illud,

ut nos latè probamus in comment. 2. de regular. a

Terriò addo, quod non solum monachus priuatus, sed depositus Ecclesiæ parochiali, ad quâ fuit canonicè translatus, ratione cuius suberat Episcopo, potest, & debet remanere sub obedientia Episcopi, sed etiam si sponte legitime renunciauit Ecclesiæ. Tum quia in utroque casu eadem ratio idem ius suadet: quia in utroque casu est absolutus à sua religione, & in neutro potest reuocari ad claustrum, iuxta glossam singularem, b & probatur in cap. *si quis iam translatus.* c

**3** Quarto addo, quod nullo iure uidetur probari id quod ait Federicus ubi supra, scilicet teneri Episcopum ad assignandum aliquem locum huiusmodi monacho, in quo seruet substantialia suæ regulæ, ad quæ seruanda tenetur, licet ab aliis absolueretur, secundum omnes, sufficit enim, ut maneat, & uiuat in aliquo loco honesto inter suos cognatos, vel amicos, vel solitarios.

**4** Quintò, quod huiusmodi monachus tenetur adire Episcopum, & illi significare se esse monachum, & obedientiæ suæ subiectum, & paratum iusis ipsius iustis obedire, ut possit Episcopos curam eius, & uitæ suæ suscipere, & bona, quæ quaesuit, exceptis necessarijs ad uiuendum, recipere, ut tradimus in dicto cap. *non dicatis* d & rursus in cap. *nullam.* e

Sextò addo, quod huiusmodi monachus remanebit subiectus Episcopo originario, cui ratione natiuitatis subiicitur, ut latè probamus in dict. cap. *non dicatis*, f quidquid Federicus ubi supra aliter dicat. Salua, &c.

SVM MARI VM.

**1** *Eiectus iuste tamquam incorrigibilis per diffinitiuam ab ordine, non potest cogi, ut ad ordinem redeat, nec ut ad alium transeat: & si id petijt, sed eius petitiõ non fuit admitti, ei non nocet. num. 2.*

**2** *Eiectus diffinitue, etiam de uoluntate superiorum rediens, forte non potest sine noua professione recipi, saltem ad effectum, ut sic recuperet pristinum locum & gradum.*

CONSILIVM LXXX.

**N**. Professus ordinis S. Dominici fuit expulsius & abiectus à prædicto ordine per Superiores ordinis per sententiam propter incorrigibilitatem, & postea adhibuit diligentias, ut recipetur à Prædictis Superioribus, & ipsi illum admittere recusarunt.

Queritur primo, an prædictus N. tutus remanere possit in saeculo sub ordinarij loci obedientia, adeo ut nec possit cogi, ut ad ordinem redeat, nec ad alium se transferre teneatur.

Et licet, ut supra dictum est, prædictus N. debitas adhibuerit diligentias, ut recipetur: nihilominus tamen ulterius sciendi gratia: Queritur secundo, an tenebatur diligentias prædictas facere: quia uidetur, quod per solam expulsiōnem absque prædictis diligentibus potest tutus in saeculo remanere, cum per expulsiōnem prælati suus illum absoluerit à religione.

**1** AD PRIOREM QVÆSTIONEM respondeo, quod potest prædictus N. remanere tutus extra suum ordinem & monasterium: ita quod si nolit redire, non possit cogi ad redeundum à confessario in foro interiori, nec ab vlllo iudice in foro exteriori, ut nos latius quam alij determinauimus disputando quaestionem pro utraque parte in com. de reg. super cap. *non dicatis.* & Quod autem minus possit cogi ad se trāsferendum ad aliam religionem, ea ratione irrefragabili probatur, quod nemo potest cogi ad crescendum per ascensum ad religionem, quâ non est professus, rextus cum glossa, ut est in ca. *gesta*, h & quod nemo potest cogi ad uirginitatem & castitatem, quam non uouit, seruandam, cap. *integritas.* i & translatio ad alium ordinem, vel religionem, non potest fieri sine noua professione secundum omnes.

**2** AD POSTERIOREM QVÆSTIONEM respondeo, quod eiectus ab ordine per sententiam cum causâ cognitione latam non tenetur requirere, neque rogare Superiores, ut eam uelint recipere. Tum quia id nullo iure cauetur, & ita non est asserendum. k Tum quia sententia per lapsum decendij transit in rem iudicatam, l &

**3** AD TERTIAM QVÆSTIONEM respondeo, quod eiectus ab ordine per sententiam cum causâ cognitione latam non tenetur requirere, neque rogare Superiores, ut eam uelint recipere. Tum quia id nullo iure cauetur, & ita non est asserendum. k Tum quia sententia per lapsum decendij transit in rem iudicatam, l &

**4** AD QUARTAM QVÆSTIONEM respondeo, quod eiectus ab ordine per sententiam cum causâ cognitione latam non tenetur requirere, neque rogare Superiores, ut eam uelint recipere. Tum quia id nullo iure cauetur, & ita non est asserendum. k Tum quia sententia per lapsum decendij transit in rem iudicatam, l &

**5** AD QUINTAM QVÆSTIONEM respondeo, quod eiectus ab ordine per sententiam cum causâ cognitione latam non tenetur requirere, neque rogare Superiores, ut eam uelint recipere. Tum quia id nullo iure cauetur, & ita non est asserendum. k Tum quia sententia per lapsum decendij transit in rem iudicatam, l &

**6** AD SEXTAM QVÆSTIONEM respondeo, quod eiectus ab ordine per sententiam cum causâ cognitione latam non tenetur requirere, neque rogare Superiores, ut eam uelint recipere. Tum quia id nullo iure cauetur, & ita non est asserendum. k Tum quia sententia per lapsum decendij transit in rem iudicatam, l &

**7** AD SEPTIMAM QVÆSTIONEM respondeo, quod eiectus ab ordine per sententiam cum causâ cognitione latam non tenetur requirere, neque rogare Superiores, ut eam uelint recipere. Tum quia id nullo iure cauetur, & ita non est asserendum. k Tum quia sententia per lapsum decendij transit in rem iudicatam, l &

**8** AD OCTAUIDAM QVÆSTIONEM respondeo, quod eiectus ab ordine per sententiam cum causâ cognitione latam non tenetur requirere, neque rogare Superiores, ut eam uelint recipere. Tum quia id nullo iure cauetur, & ita non est asserendum. k Tum quia sententia per lapsum decendij transit in rem iudicatam, l &

a Super. c. non dicatis. 12. q. 1. nu. 36.

b In elem. 1. §. ad hoc. de statu mona. cho. in uerbo, claustrum. c 21. q. 2. §. cap. quodam. 16. q. 2.

d Nu. 35. e Nu. 46. 18. q. 2.

f Nu. 34.

g 12. q. 2. 1. nu. 33.

h 74. diff. i 32. q. 1. k Cap. legatur. 2. q. 2. §. 3. confideremus. in a. the. de trien. §. semiss. col. lat. 3. l Auth. bo. die. C. de ap. pel. §. c. cum sit Romani. eod. tit. cum eis adnotati.

a ff. de re iudic. b De offic. deleg. §. ca. fin. de reg. c 12. q. 1. nu. 33. d Nu. 33.

e Le. qui res. §. aream. ff. de solut. f De regula.

g Nu. 36.

h Conf. 38.

i Cap. diuor. tium. de po. nentia. dist. 1. ca. si quis i. vatus. 2. q. 3. k Cap. sedes. Apof. de res. cript. capi. 1. de collusione. de regenda. l Cap. ad no. stram. il. 1. de iureiur. an. le. prolatam. C. de sententijs. §. interloc. omnium iud.

a L. res iudi. cata ff. de reg. iur. b Ca. c. Ber. soldua. de sen. ten. §. re iud.

c Cap. 15. §. 16. de regul. sess. 25.

d De senten. excomm. l. 6. e De usuris. eo lib. f Ver. aliter facta. g In cap. 1. de temp. ord. l. 6.

h Cap. Mat. theus. de si. monia.

res iudicata pro ueritate habetur, a & contra rem iudicatam nulla partium auditur per uiam iustitiæ. b Tum quia, ut ad priorem quaestionem respondi, nullatenus quæ compelli potest redire ad ordinem, si non uult: quamuis illa rogatio & requisitio nihil nocet ei, si non fuit acceptata à Superioribus, licet proficit ad augendâ bonam opinionem de animo eius erga religionem. Quin etiam forte addi posset non posse ipsum redire ad suum ordinem ita, ut sine noua professione, etiam de consensu Superiorum, recipiatur saltè ad eum locum, & gradum, in quo ante sententiâ erat: quod tamen, quia nouè occurrit in Pœnitentiaria, neque approbo, neque reprobo. Salua saniori sententiâ.

SVM MARI VM.

**1** *Donatio facta ab ingressura monasterium, etsi possit defendi quod non comprehendatur sub uerbis decretorum cap. 15. §. 16. sess. 25. de reg. attamen sub eorum mente comprehenditur uidetur.*

**1** *Lex exorbitans & pœnalis extenditur, ubi si non extendetur frustraretur.*

**1** *Intellectus cap. 15. §. 16. Concil. Trident. sess. 25. de reg.*

CONSILIVM LXXXI.

**N**obiles tredecim annorum ingressura monasterium, nantequam fieret nouitia, donauit bonam partem bonorum suorum suo patruo, eo quod decreuit intrare monasterium. Queritur an ualeat donatio, non obstante. c Concilio Tridentino.

**1** Respondetur multa posse adduci pro utraque parte quaestionis: nobis autem occurrunt duo breuiter respondenda. Alterum est, posse defendi propositum casum non includi sub uerbis prælatorum duorum capitulorum. Alterum, consulendum & iudicandum esse præfatam donationem minime ualere, ratione illa neuosa, quod lex etiam exorbitans & pœnalis extenditur ad aliū casum, ad quem si non extendetur, frustraretur iuxta cap. *si cuius*, d & cap. 2. e adiuncta glossa, f quæ cõmunis & recepta sententia est à Dominico & Franco, § & à citatis per eos: & si præfata capp. non extendatur ad hunc casum, passim frustrarentur: maxime autem extendenda uidentur: quia donatrix hæc nobilis est, & paruula, & donauit parçibus, vel cognatis, quorum auctoritas est apud eam magna, & donauit facta expressâ mentione de ingressu monasterij: & quod ille ingressus præceptus monet eam ad faciendam illam: quia huiusmodi puellæ facilius persuaderi possent ad donanda sua bona suis parentibus, cognatis, vel amicis, antequam ingrederentur, quàm post ingressum. Quare arbitror futuram litem, si præfata donatio non muniatur aliquo firmo munimine, quia tamen uereor, ne præfata puella magis moueatur suaui hominum quarentium magis, quæ sua sunt, quàm quæ Christi, non audeo consulere quod munimen fuerit firmum quo ad homines, cum nullum mihi uideatur satis firmum quo ad Deum, & D. N. Iesum Christum, qui nos docuit nihil prodesse homini totum mundum lucrari, animæ suæ detrimentum patiendo. h Salua, &c.

Aduertendum referri sacram Congregationem censuisse, cap. 16. sess. 25. de regul. sibi locum non uendicare in donationibus factis ante susceptum habitum probationis.

SVM MARI VM.

**1** *Donatio ab ingressuro religionem, antequam ingrediatur, & habitum probationis assumat, facta cum pacto, ut eo non proficiente esset inualida, censetur nulla ob non seruatum formam sacri Concilij Tridentini. nu. 2. cui ea que in hac donatione seruata fuerunt, nec æquipollent, nec æquè uilia sunt donanti, nec religioni. num. 5.*

**1** *Solemnitas requisita ad actum omiſsa, si sit leuis, non uitiat actum, secus si sit de forma substantiali actus, qualis est omnis à lege cum clausula irritante requisita, num. 3. vel sub conditione, vel pro actu certo & determinato tempore assignando requisito. num. 4.*

**5** *Intellectus cap. 16. sess. 25. Concil. Trident. de reg.*

CONSILIVM LXXXII.

**A**n donatio, seu renunciatio bonorum suorum facta occasione futuri ingressus in religionem ab eo, qui religionem nondum ingressus est, neque habitum susce-

pit, cum pacto, quod in omnem euentum, in quem dictus donator ante professionem à monasterio exiret, dicta donatio esset nullius momenti, sit ualida, non seruata forma præscripta in a Concilio Tridentino.

Pro parte affirmate facit primò, quod non refert quod de æquipollentibus fiat, b & uidentur æquipollentia donare intra duos menses ante professionem cum licentiâ Episcopi, siue vicarij, & donare ante ingressum monasterij, cum pacto, ut non ualeat donatio in vlllo casu, quo ingressus, vel ingressa exierit de monasterio, quod intrauit. Secundo, quod regula iuris, e est, *Plus continet in se minus.* & plus uidetur prodesse ingressuro monasterium, quod donatio non ualeat in aliquo casu, quo ipse egrediatur de monasterio, quàm quod non ualeat, nisi quando fuerit facta intra duos menses ante professionem de licentiâ vicarij, quia facta posteriore modo nullo casu uidetur reuocari posse: in priore uerò sic, quando exiret per dispensationem. Terriò, quod omisiõ leuis solemnitatibus non uitiat actum, d ut tradit Baldus, e quem & alios in hoc citat Felinus. f

**2** Non obstantibus tamen iis pars negatiua uidetur tenenda. Primo quidem, quod à uerborum propria significatione non est descendendum. § At uerba præfati Concilij, h accepta propriè significant, donationem huiusmodi, aliter quàm in eo dicitur factam, non ualere: ergo iudicanda est inualida.

**3** Secundò, quod actus factus contra formam substantialem à lege præstitutâ non ualeat, i immo nec factus præter formam, cap. *prudens*, k at donatio facta priore modo uidetur facta contra formam substantialem præstitutam in præfato Concilio: i ergo non est iudicanda ualida. Quod autem præfata forma sit substantialis, & non leuis, probatur ea ratione, quod forma præstituta per legem habentem clausulam irritantem, est forma substantialis, & non leuis, argumento *l. non dubium*, m & tradunt Felinus & quos ille citat, n & præfatum Concilium, o continet clausulam irritantem, scilicet quod donatio aliter facta sit irrita & nullius effectus: & idem est, si forma daretur sub conditione, iuxta *l. prorog.* p & tradunt Felinus & citati ab eo, q & forma præfata Concilij satis uidetur conditionalis, quatenus in effectu statuit, ut donatio si facta fuerit secundum illam formam, ualeat.

**4** Terriò, quod solemnitas requisita ad agendum actum certo tempore, censetur inducere solemnitatem substantialem, iuxta *l. scire oportet.* r per quam hoc dicit Baldus, s & præfatum Concilium, t præfigit tempus præfate donationi faciendæ: ergo illa solemnitas est substantialis.

**5** Quarto, quod præfati duo modi donandi non æquipollēt sibi: nec forma, de qua queritur, est tam fauorabilis ingressuris, quàm forma statuta per Conciliū. v Tum quia forma præstituta à Concilio est fauorabilior professuro, vel professura, quâ alia forma propter præfati Episcopi, siue Vicarij, quæ requiritur, quæ est magni momenti, ut renunciens renunciaret sapienter, & non stultè. x Tum quia grauius est ingressuro monasterium facere donationem ante ingressum, & susceptum habitum, quàm postea partim quia perdit facultatem donandi alij postquam suscepit habitum: partim quia parentes, vel cognati uolentes querere bona ingressuri, vel ingressura monasterium, facilius possunt consequi suum propositum, persuadendo pueris, & puellis ante ingressum, ut donent sua bona sibi, vel alijs, quibus uolent, quam postquam ingressi fuerint monasterium, vel susceperint habitum: eo quod sunt iuniores, & minus sapient, & plus subiiciuntur parentibus, vel tutoribus, & plus habent timoris reuerentialis, ut palàm est, è contra post susceptum habitum sunt liberiores, sapientiores, & est eis minus timoris reuerentialis, & habent plures consultores religiosos, vel religioſas, quæ ut personæ spirituales, & à mundanis separatæ, præsumuntur reſolui eis consultiuræ. Tum quia plurimum refert, an donationem faciant ante susceptionem habitus cum clausula, ut nihil ualeat casu, quo uellent exire, an uerò non ualeat, nisi facta secundum formam Concilij, nam difficilius est donationes iam factas reuocare, & in statu pristinum redigere, quàm eas nõ facere, & in statu pristino retinere,

a Ca. 16. sess. 25. de reg. b Leg. fin. ff. mand. §. ca. licet ex quada. de testib. cum similit.

c Lib. 6.

d Le. 1. §. fin. ff. de uent. in. spic. e In le. 1. ff. de liber. §. post. h. m. f In c. cum dilecta. nu. 10. de reſcrip. g Le. non aliter. ff. de leg. 3. cap. tua de spons. h Ca. 16. i Ca. cum dilecta. de reſc. k De offi. deleg. l Cap. 16. m Et l. fin. C. de legib. n In d. c. cum dilecta. nu. 6. §. 10. o Cap. 16. p ff. de coll. bon. q In d. c. cum dilecta. num. 6.

r §. sequens. ff. de excusat. tutor. s In authent. qua sup. plicatio. sub fin. C. de precib. imp. offeren. t Cap. 16. v In d. ca. 16.

x Arg. le. non est uerisimil. ff. de eo quod metus causa. §. ca. nisi essent uiri prouidi. de prob.

a Ca. quem admodum de iure iur. b L. fin. C. in quibus causis. c Leg. quod meo ff. de acqu. possess. d s. retinenda. vers. & quia. In fiti. de interditiis.

iuxta illud, Turpius eicitur, quam non admittitur hospes. a & illud, Melius est causam intactam seruare, quam post vulneratam remedium querere. b praeterim quod vt plurimum in huiusmodi donationibus addunt notarij clausulam constituti, per quam donatarij sunt possessores, & possessores multis modis suas possessiones defendere solent, iuxta illud, Magnum est commodum possessionis. d Tum quod etiã fit quale quale prauidicium monasteriis, quae intrant quoniam per tales donationes priuant monasteria omni spe succedendi in bonis eorum per donationes, vel vltimas voluntates. Tum ob alia, quae consultiuimè videtur sacrosanctum Concilium circumspexisse. Per quae palam est praefatos duos modos donandi longè differre, & non aequipollere: & sic cessant argumenta pro parte contraria formata.

Aduerte quia refertur resolutum à sacra Cõgregatione dictum cap. 16. Concilij non habere locum in donatione facta ante susceptum habitum.

S V M M A R I V M.

1 Liberatio tutoris facta ab ingressu religionis si sit inter viuos, etiam si sit scripta in testamento, subiacet irritationi sacri Concilij Tridentini, secus si sit pars testamenti non habens effectum nisi sequuta morte testatoris: quia sacrum Concilium irritat quidem vsque ab initio obligationes, & renunciations inter viuos, num. 2. sed non vltimas voluntates. num. 3. An autem etiam irritet renunciationem factam inter viuos sub conditione quod non valeat nisi sequuta professione, alia est questio. num. 4.

CONSILIVM LXXXIII.

AN liberatio tutoris ab administratione, facta in testamento ab ingressu religionem, sit valida?

Ad quaestionem hanc respondetur, quod liberatio tutoris ab obligatione de reddenda ratione administrationis bonorum ingressuri monasterium in testamento facta fieri potest dupliciter, vno modo per viam contractus, siue dispositionis inter viuos, eo modo, quo contractus, & donatio irreuocabilis fieri potest in testamento, ita vt incipiat esse valida irreuocabilis, & efficax à testamento facti tempore, iuxta glossam finalem & Bartholum, e vbi late tractat Aretinus & huiusmodi liberatio non valet, quia est quaedam renunciatio, vel quaedam obligatio ad non petendam rationem, quae fieri nequit ab ingressu. Alio modo fieri potest liberatio praefata in testamento non alterando naturam testamenti, & tamquam accessorium ipsius, ita quod maneat reuocabilis, sicut ipsum testamentum est reuocabile, & quod reuocato testamento censetur reuocata eiusmodi liberatio, quo modo videtur fieri posse: sed tunc non remanet tutor liberatus ab obligatione reddendi rationem, nisi post mortem ingressuri, per quam testamentum firmitur. f

c In le. haredes palam. §. ff. de testamen.

f Ca. cū Mar. sha. de celeb. miss.

g Sess. 25. de reg. cap. 16.

2 Nec obstat dicere quod huiusmodi liberatio, & donatio, vel obligatio in effectu est renunciatio, vel obligatio facta adiecto modo, vt non valeat in omnè euentum, quo ingressurus exierit monasterium ante professionem, vt alias diximus non valere: quia responderi potest praefatam liberationem secundo modo factam non valere à principio plusquam ipsum testamentum, neque esse plus irreuocabilem, quam ipsum testamentum, immo esse quoddam accessorium eius, siue quo nullam vim habet, & in effectu esse vltimam voluntatem, qualis non est donatio, vel obligatio, de qua loquitur Concilium Tridentinum, g & quod Concilium non loquitur de vltimis voluntatibus, neque consequenter de accessoriis earum, quae sine illis consistere nequeunt.

3 Non obstat etiam dicere, quod ratio, quae iam mouit Cõcilium ad annihilandas renunciationem & obligationem inter viuos, suadere videtur annullandas etiam esse vltimas voluntates: quia in effectu sunt donationes, vel renunciations bonorum sub conditione, in euentu si non exierit monasterium. Quia responderi potest negado illud: quoniam renunciatio, & obligatio inter viuos valet, & est efficax à principio: vltima verò voluntas nequaquam. Et si roges an renunciatio, vel obligatio conditionalis si professionem fecerit, valeat, cum sit inefficax vsque ad professionem factam: Respondetur hanc esse aliam quaestionem differentem à propofita, cui, cum vacauerit, Deo annuente respondebitur.

A B C D E F

S V M M A R I V M.

1 Irregularitatum dispensationes Papae regulariter reseruata. 1 Religionibus fere omnibus priuilegium concessum est dispensandi cum subditis circa irregularitates, excepta bigamia, & mutilatione, ac homicidio voluntario. 2 Episcopus originis regularem eiectionem promouere potest. 2 Eiectus post professionem retinet dispensationem obtentam in religione.

CONSILIVM LXXXIV.

Quidam N. frater professus ordinis M. promotus iam ad ordinem diaconatus eiectionis fuit ob sua delicta ab ordine, & exutus ordinis habitu. Quaritur, de cuius Episcopi vel praelati licentia ordinari possit.

1 Respondetur primò, quòd si praefatus Dominus consulens fuit eiectionis ab ordine praefato ob aliquod delictum inducens irregularitatem, à qua non posset Episcopus absolueri, oporteret pro dispensatione recurrere ad Papam, si antequam eiceretur, non fuisset dispensatum cum illo super ea per ordinis sui priuilegia, quia regulariter omnis irregularitatis dispensatio est Papae reseruata, a licet fere omnes ordines, & religiones habeant priuilegia, per quae superiores earum possunt dispensare cum subditis suis super omnibus irregularibus, excepta illa, quae prouenit ex homicidio voluntario, & mutilatione, ac bigamia.

2 Secundò, quòd si delicta, ob quae fuit eiectionis ab ordine, non inducebant irregularitatem, neque aliam inhabilitatem, super qua non posset Episcopus dispensare, poterit eius diaecesanus originarius recipere illum, & si habet beneficium sufficiens ad honestè viuendum, & est idoneus aetate, literatura, & moribus ad sacerdotium, ordinare ipsum presbyterio, facta ei fide prius de aliis ordinibus rite in religione susceptis, & facta dispensatione, si qua fuerit necessaria, super inhabilitate, quam ipse sua potestate ordinaria poterit tollere. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Regularis quicquid acquirit, siue suo, siue monasterij nomine, siue impersonaliter contrahendo, suo acquirit monasterio: fallit in Minoribus de Observantia, qui acquirunt sedi Apostolicae, num. 2. quae illis in actionibus actiue succedit: passiuas autem non tenetur nisi de aequitate subire. num. 3. at quae ad tales per vltimas voluntates deuenerunt, priorum dominorum remanserunt. num. 2.

4 Regularis ordinis Minorum de Observantia, omnia, quae per contractus acquisiuit, tenetur Sedi Apostolicae, cui haec acquiruntur, ita indicare, vt possit ea recuperare & habere.

CONSILIVM LXXXV.

Quidam frater Minor de obseruantia apostata in saeculari habitu contrahendo quaesuit aliqua iura, & obligationes passiuas & actiuas: ita quod fuit factus multorum creditor, & multorum debitor, & reuersus ad suam religionem, & ab omni apostasia liberatus.

Quaritur primò, qui fiet de huiusmodi creditis & debitis. Secundo, an praefatus frater possit facere de omnibus obligationibus praefatis vnum memoriale, & instruere Praelatum suum super eis.

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM respondetur primò, quod praefatus Dominus consulens nihil sibi quaesuit singulariter, nec monasterio, nec alicui suo: quia licet regulariter religiosi aliorum ordinum contrahendo vitiliter quarant suo monasterio vel ordini, iuxta doctrinam Innocentij, b siue contrahant nomine suo, siue nomine sui monasterij, vel ordinis, siue impersonaliter, vt diximus in comment. 2. de regular. c post Baldum. d Franciscanus tamen non potest id facere: quia monasteria & ordo Sancti Francisci sunt incapacia dominij, & possessionis omnium bonorum pecuniariorum. e

2 Secundo, quod omnes obligationes actiuas, aliaque iura vitia quaesita per praefatum Dominum consulentè videtur pertinere ad Sedem Apostolicam, quia omnia quae quaererentur saltem per contractus monasterijs & ordini S. Francisci, si essent illorum capacia, videntur dari Sedi Apostolicae, per praefatos §§. ad haec, & proinde. Dixi, contractus, quia relicta eis per vltimas voluntates, & successiones saltè vniuersales ex testamento, vel ab intestato, videtur remanere caduca, per eosdè §§. & ea quae adnotauit Cardinalis, f & praefatus Dominus consulens praefatas actiones quae

a Cap. de re iudic. lib. 5. c. ii. ei adnot.

b In ea. cum olim. 2. de priuileg. c Super c. no. dicitur. 12. q. 1. nu. 37. d In l. seruus. C. de passis. e Ca. exij. §. ad haec. de verb. sign. li. 1. c. clem. exiui. §. proinde. eod. tit.

f In d. §. proinde. g. 2.

fuit

suit per contractus: ergo illa pertinet ad Sedem Apostolicam. 3 Tertiò, quod maioris quaestionis est, an Sedes Apostolica, quae succedit in obligationibus actiuis, & iuribus vtriusque, succedat etiã in obligationibus passiuis, quibus praefatus consulens, si fuisset habilis ad se obligandum, fuisset obligatus. Et disputando quidem teneri posset de rigore iuris non succedere, per aliqua quae nunc non vacat icribere, consulendo tamè videtur respondendum, quod de aequitate teneatur, argumento illius senarij, Comoda qui sentit, iungat onus emolumentis. a & per quaedam alia, quae non vacat nunc afferre.

Quartò, quod Praelatus praedicti consulentis prouidè faciet, si adierit S. D. N. & notum fecerit hoc factum, & simul orauerit S. Sanctitatem, vt pro sua maxima benignitate dignetur committere alicui fidei personae omnes obligationes praedictas actiuas & passiuas, vt recuperet credita, & soluat debita, & reliqua impendat in eis, quae suae Sanctitati placuerint.

4 AD SECVNDAM respondetur, posse, debereque Dominum consulentem scribere aliquod memoriale creditorum, & debitorum, & scripturarum, ac testium, quibus ea, quae oportet, probentur, & tradere illud suae Sanctitati, vel personae ab ea deputatae, & postea, quoties oportuerit, informare praefatam personam deputatam de licentia sui Praelati, & seruatis eis, quae seruanda forent per fratres sui ordinis, si vocarentur ad ferendum testimonium in causis alienis, abstinendo tamen ab eis, quae sibi per praef. §§. ad haec, & proinde, verantur. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Bona donata tam à laicis, quam clericis Minoribus de obseruantia, Sedi apostolicae, si sint iuste donata, acquiruntur, alias non.

CONSILIVM LXXXVI.

AN minores fratres de obseruantia rerum oblatarum, seu possessionem acquirant.

1 Pro resolutione quaestionis supponenda sunt nonnulla, & primò quòd ex cap. exiit, b & Clemantina, exiui, c non colligitur aliqua differentia inter dominium, proprietatem, & possessionem rerum oblatarum, vel donatarum iuste à personis priuatis, & inter dominium, proprietatem, & possessionem oblatarum & datarum à rectoribus Ecclesiarum, & aliis clericis, si ab omnibus eodem modo, & aequè iuste ab liberè offerantur, vel dentur.

Secundò, quòd sicut dominium, proprietatem, & possessio rerum oblatarum, vel donatarum à laicis Minoribus de obseruantia quaritur Ecclesiae Romanae: ita dominium, proprietatem, & possessio rerum oblatarum, vel donatarum à rectoribus Ecclesiarum, & aliis clericis, acquiratur Ecclesiae Romanae, vel Papae, modò aequè iuste ac liberaliter offerantur, vel dentur ab vnis, sicut ab aliis.

Tertiò, quòd sicut multa sunt bona, quae non possunt iuste offerri, vel donari praefatis fratribus Minoribus à laicis sine licentia Papae, ita multa bona sunt, quae non possunt à clericis donari Minoribus sine licentia eiusdem, & cum illa sic, & illa quae iuste non donantur Minoribus, non quaruntur Papae, siue donentur à laicis, siue à clericis, & ea quae iuste offeruntur, vel donantur ab vtrifque, quaruntur quo ad dominium, proprietatem, & possessionem ipsi Papae.

S V M M A R I V M.

1 Professio contra legem decretum irritans habentem est nulla. 1 Professio est ex vtraque parte obligatoria. 2 Professio nulla in foro poli eget declaratione in foro fori. 3 Praelatus, quae scit nulliter professum, ex officio expellere potest. 3 Praelatus nulliter professum seruatis seruandis expellat, num. 4. expulsus autem in vtroque foro est liber. num. 5.

CONSILIVM LXXXVII.

AN qui de genere Iudaeorum descendit, & contra statutum religionis ei notum factum, cum protestatione, vt nulla esset professio, si de tali genere descenderet, interrogatus negauit se de tali genere descendere, ob quam negationem fuit admissus ad profitendum, ad quod non fuisset admissus, si fuisset confessus veritatem, sit verus religiosus?

a Ca. qui sentit. de reg. iur. ve li. 6. c. 1. de cess. & le. secundam naturam. ff. de reg. iur.

b De verb. sign. li. 1. c. Eod. tit.

1 Respondetur primò videri praefatum Dominum consulentem non esse verè coram Deo, & in foro conscientiae religiosum. Tum quia professio fuit nulla, quia contra legem habentem decretum irritans facta. Tum quia professio est in effectu vtròque obligatoria, quae proficiens se obligat monasterio, vel ordini ad seruendum ei secundum regulam eius, & contra monasterium ad alendum, & tractandum eum secundum eandem regulam, & ita est necessarius consensus vtriusque partis, tam praefati professionè acceptantis, quam ipsius proficientis: & in casu proposito defuit consensus Praelati, quia fuit praefatus sub conditione, si non esset de tali genere, & ita defuit conditio, sub qua fuit admissus, & coniequenter ipsa admissio, quia dispositio conditionalis nulla est deficiente conditione. Tum quia deficiente causa regulariter deficit effectus. 2 Secundo respondetur, quod Dominus consulens quo ad praefatum forum conscientiae cum licentia & sine licentia praelati posset exire à monasterio & ordine, sed castigaretur in foro exteriori, si absque licentia exiret: nec sufficeret omnino qualis qualis licentia, sed requireretur iudicialis data cum causa cognitione, probatis, & seruatis, quae probanda, & seruanda sunt in tali iudicio, & causa cognitione, cum sententia iudicialis ferenda sit secundum allegata & probata.

3 Tertiò, quòd Praelatus in foro exteriori teneretur ad instantiam partis legitimae, scilicet accusatoris, vel denunciatoris, allegatis & probatis necessariis dare praefatam licentiam, immo & iudicare illum eiiciendum esse à monasterio, & ordine, & eicere illum per suam sententiam. 4 Quartò, quòd praefatus Praelatus, qui probabiliter credit eum esse de tali genere, ex officio suo, sine alio accusatore, vel denunciatore potest, & debet, praemissa legitima causa cognitione per viam inquisitionis, expellere illum à monasterio & ordine.

5 Quintò, quòd si Praelatus ad instantiam legitimae partis, scilicet accusatoris, vel denunciatoris, vel ex officio per viam inquisitionis expulerit ipsum per suam sententiam legitimam ab ordine suo & monasterio, poterit ipse viuere vitam quam iuste viuere posset, si praefatam professionem non fecisset, per iura, & rationes in his dictis insinuat, & quae extendi possent ab eo, cui per valetudinem & otium magis quam nobis id facere liceret. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Bulla Pij V. contra translatos intelligitur de translatis virtute priuilegiorum contra ius commune. 1 Religiosi de iure communi possunt transire ad arctiorem cum licentia suorum superiorum. 2 Transseundi ad religionem laxiorem solus Papa potest facere facultatem. 2 Facultas transseundi ad laxiorem à Papa concedi debet ex iusta causa.

CONSILIVM LXXXVIII.

AN frater Carmelitanus translatus sine facultate Papae ad ordinem fratrum Minorum, cum licentia tamen sui Superioris, quia eum nolebat amplius religio retinere, teneatur redire ad suum pristinum ordinem propter extrauagantem Pij V. 91. Quaecumque, quae statuit non posse recipi, nec retineri ab vlla religione fratres alterius ordinis, sed debere remitti ad proprios ordines?

1 Respondetur quòd non, quia Pius V. non iubet per suam constitutionem, translatos ab vna religione in aliam, redire ad priorem religionem, sed tantum translatos virtute facultatum & priuilegiorum particularium concessorum à Sede Apostolica speciatim contra ius commune aliquibus monasterijs, vel religionibus, vt possent accipere apostatas, vel aliquos alios aliarum religionum. Et frater Carmelita, de quo quaritur, non transfuit ad fratres Minimos virtute huiusmodi facultatis & priuilegij specialis, sed virtute iuris canonici, quo licet omnibus de religione laxiori ad arctiorem transire, iuxta cap. licet, a iuxta quod possunt hanc facultatem superiores dare.

2 Quod autem diximus in com. 4. de reg. b esse necessarium licentiam Papae, ibi id asserimus de facultate transseundi ad laxiorem: & intelligendum est de potentia id faciendi cum causa: alioquin etiam facultas concessa à

a Deregula. b Super c. fleuimus. num. 10.

Papa



a 19. q. 3.

Papa transeundi ad laxiorem sine iusta causa, non valet, & praefatum cap. statumimus, a de proprio significato verborum aequè comprehendit eas, ad alias à suis Generalibus concessas.

S V M M A R I V M.

- 1 Professio ante 16. annum completum in quavis religione est ipso iure nulla.
- 1 Professio si fiat ante finem anni novitiatus à suscepto habitu, est ipso iure nulla.
- 1 Annus novitiatus non censetur esse completus, nisi sit continuus.
- 1 Tempus omne à iure statutum in dubio censetur esse continuum.
- 2 Professio metu facta est ipso iure nulla.
- 2 Votum metu factum est ipso iure nullum.
- 2 Professionem religionis annullare sufficit (etiam quo ad forum exterius) metus reverentialis minor iusto timore, modo sit talis, sine quo professio non fuisset facta.
- 2 Actus metu factus non ligat agentem quo ad forum conscientiae.
- 3 Professio ipso iure nulla non ratificatur ex longa mora in religione, nisi sciat esse nullam, & persistat animo ratificandi.
- 4 Professionem tacitam non inducit gestatio habitus indistincti per annum, & ultra, nisi fiat ante professionem expressam.
- 4 Actum vnum semel faciens expresse, frustra facit iterum illum expresse, & multo magis tacite, vt stipulans, locans, mandans, & appellans, & num. 5.
- 5 Professio tacita non inducitur solum faciendū actum ad professum tantum pertinentem, quando illum fecit post professionem expressam nullam, nisi alia concurrant, & sciat esse invalidam iam factam, & per talem actum induci professionem, & persistat in animo approbandi.
- 5 Sciens professionem prius expresse emissam fore nullam, si à die scientiae per annum continuum in religione perseverat animo illam ratificandi re vera, tacite proficitur.
- 6 Professionem invalidam emittens, licet diu perseveraret per errorem, si post cognoscens esse nullam exeat, & uxorem ducat, tutus est in conscientia.
- 7 Professio invalida nullam obligationem inducit professum obligantem ad intrandum aliquam religionem in genere.
- 7 Scandalum etiam pusillorum potest facile desinere esse scandalum, reddendo iustam rationem, & monendo eos falli.
- 7 Ob scandalum proximi rationabile nemo tenetur relinquere bona spiritualia, nec temporalia.
- 8 Ob scandalum etiam pusillorum vitandum relinquenda illa, quae sine peccato mortali relinqui possunt.
- 8 Intellectus verus cap. 2. de nou. oper. nunc.
- 8 Creditores à debitoribus & iniustus detentoribus sua repetere Ecclesia sanctè permittit.

CONSILIVM LXXXIX.

Cum de iure statutum sit, quod duplex sit professio, tacita, & expressa, & Dominatio tua doctissime in suis commentariis de regular. praesertim super ca. cui portio, b & super ca. statumimus, c idem affirmet: & cum ad professionem expressam quatuor requiratur: Primum, vt fiat in manibus Abbatis, aut habeatis facultatem incorporandi in monasterio iuxta capit. porrectum, de regularibus vbi Innocentius & Panormitanus dicunt, quod si quis professionem fecerit coram, & in manibus alterius monachi, non esset professio. Secundum ex Concilio Tridentino, d qui facit professionem, opus est vt adimpleuerit decimum sextum annum, siue sit vir, siue femina, aliis nullius efficaciam erit professio illa: olim ius commune aliter habebat, nam in viro exigebatur decimus quartus annus, in femina duodecimus cap. significatum, & ca. cum virum. de regul. Tertium ex eodem Concilio vt sit post annum probationis, vnde ante id tempus nulla est professio, & est etiam contra ius antiquum: nam in cap. constitutionem, e habetur, quod in solis Mendicantibus debet esse annus elapsus, in aliis potest fieri ante annum. Quartum debet esse cum habitu, ita vt per annum integrum gestet habitum, aliàs nõ: & hoc est contra ius antiquum, vt habetur in cap. porrectum, de regu. Et cum tacita professio quatuor modis fieri possit: Primum, quando quis immiscet se in actibus professorum, dummodo deferat habitum, vt habetur in ca. vidua. f Secundo, quando elapso anno gestat habitum, differetem novitiis, & professis: si tamè esset habitus distinctus, etiã si maneat viginti annos, non est professus. Tertio, quando est distinctus habitus, & induit habitum professorum, &

b Nu. 18. c Nu. 73. & segg. d Sess. 25. cap. 15. e De regu. in 6. f De regula.

gestat per tres dies, est profusus. a Quarto, b quando gestat habitum novitiarum cum proposito mutandi vitam, & ingreditur religionem: in foro autem interiori nihil horum valet: nam si non habet animum interiorè vouendi, etiam si centum annos maneat, non tenetur, cogetur autem in foro exteriori: sed iam ista post Concilium Tridentinum cessant: nam post Concilium debet praecedere annus probationis etiam in foro exteriori, & post illum est iam tacita professio.

1 Queritur, quando sit valida, vel inualida professio. Respondeo, quod professio in quavis religione tam virorum, quam feminarum est ipso iure nulla, si fiat ante decimum sextum annum expletum, per Concilium Tridentinum. c Secundo est ipso iure nulla, si fiat ante finem anni novitiatus à suscepto habitu currentis per d. Concilium. d Tertio annus novitiatus nõ censetur esse completus, nisi sit continuus, vt probat Lopus Abbas, e & probat textus in ca. 1. f ibi, Per totum annum, & ibi Dominicus & Francus, & ratio, quam affert Lopus, est, quia omne tempus à iure statutum in dubio censetur esse continuum. g Idem probat Siluester, h & citat alios in suam sententiam.

2 Quarto professio metu facta est ipso iure nulla, i sicut & votum metu factum est ipso iure nullum, iuxta glossam receptam, k vt diximus in Man. confess. l & quamvis quo ad forum exterius oporteat verum esse iustum, & talè, quod etiam in constantem virum cadat, iuxta l. metum, m tamen quo ad annullandam professionem religionis etiam quo ad forum exterius sufficit metus etiã reverentialis minor iusto timore, iuxta glossam, n vt diximus in Man. confess. o intelligendo de metu minore, tali tamen, sine quo nõ heret professio, vt diximus in d. Man. p. Preterea nullus actus metu factus ligat agentem, quo ad forum conscientiae, ex mente Hostiensis & Ioannis Andra. q & Adrianum, r vt diximus in dicto Manuali. s

3 Quinto professio ipso iure nulla non ratificatur ex eo, quod sic professus persistat longo tempore in religione, quam professus est, sed oportet, vt sciat illam esse nullam, & animo approbandi & ratificandi eam persistat, vt ait Caietanus, t quem nos sequimur in dicto Manuali. v

4 Sexto gestatio habitus indistincti ab habitu novitiarum per annum & ultra non inducit professionem tacitam, nisi gestatio illa fiat ante professionem expressam: quia ratio, quare per gestationem habitus annalem praesumitur tacite fieri professio, est, quia gestas habitum, praesumitur habere animum profitendi tempore debito, scilicet finito toto anno novitiatus: at qui gestat habitum post professionem expressam factam, non praesumitur habere animum profitendi in fine anni novitiatus, quia iam expresse fecit eam, & gestat habitum tamquam professus, & nõ tamquam professurus: & confirmatur, quia qui facit vnum actum expresse, frustra facit iterum illum expresse, ergo quanto magis si faceret illud tacite, vnde qui aliquid stipulatur semel, frustra iterum idem stipulatur, x etiam si ex intervallo secunda vice stipuletur, vt communis ibi cõcludit: & qui semel legat aliquid, frustra iterum idem legat, y & qui semel mandat aliquid, frustra iterum idem mandat, iuxta l. licet, z adiuncta glossa faciunt etiam alia quae Iason & alij cõgerunt, a & ita qui dicit, appello, appello, semel ratum appellat vt ait glossa, b à Panormitano & ab aliis recepta.

5 Septimo, professio nõ inducitur ex eo, quod novitiis facit actum aliquem ad professum tantum pertinentem, vt dicere in Capitulo suam sententiam, accipere sacros ordines, &c. sed oportet, vt talis novitiis non sit prius expresse professus, vt de gestatione habitus dictum est: sic intelligendum est ca. vidua. c Oportet praeterea vt talis novitiis acceperit habitum professorum distinctum ab habitu novitiarum, vt declarat Panormitanus, d & nos in nostro com. super cap. statumimus, e diximus. Oportet praeterea vt talis novitiis sciat per huiusmodi exercitiu actus professionem induci, vt Innocentius receptus dicit. f Oportet demum vt talis absoluerit finem anni novitiatus post Concilium Tridentinum. Quare qui professionem emisit inualidam, vel qui ante ætatem, vel quia ante finem anni novitiatus, vel quia metu emisit, non censetur tacite proficere, vel quia longo tempore manet in religione, vel quia gestat habitum indistinctum ab habitu novitiarum, vel quia facit

actum

a In r. ad no. stram. de reg. gul. b In ca. con. sulti. de regu. c Sess. 25. c. 15. de reg. d Vbi supra. e Alleg. 47. f De reg. li. 6. g Leg. 1. ff. de var. & ff. de p. cept. h Verbo religio. s. q. 4. i Ca. 1. de his qua vi. k In ca. Abbas. eod. tit. l Cap. 22. nu. 51. m l. 1. & 2. ff. quod metu. caus. n Capi. praesens. 2. o. q. 3. o Ca. 22. nu. 50. p Cap. 17. nu. 2. q. segg. q In c. v. de iur. r In 4. sente. de restitutio. ne ca. aggre. dior. s Cap. 17. nu. 2. q. 30. t l. 2. q. 139. art. 5. u Ca. 12. nu. 71. x Leg. qui bis idem. ff. de verb. obliga. y L. cum qu. §. si. C. de legat. z §. ea obligatio. ff. de procur. a In d. le. qui bis idem. b In c. Loba rius. 31. q. 2. c In cap. sua nobis. de ap. pellat. d De regula. d In dicto ca. vidua. e Nu. 73. & seg. f In d. ca. vidua.

S V M M A R I V M.

- 1 Consecrari non potest consecratione virginum monialis, si constat esse corruptum.
- 2 Vidua potest vouere solemniter expresse & tacite castitatem, & velum professionis suscipere.
- 2 Vidua possunt benedici benedictione viduali etiam inter virgines.
- 3 Nouitia siue virgo, siue vidua, vt potest exire de monasterio, si ei non placet, ita monasterium potest eam excludere.

CONSILIVM XCI.

AN Monialis, de qua iudicialiter constat esse corruptam, nec ipsa id negat, immo fatetur, possit consecrari:

- 1 Respondeo primo, quod non consecratione virginum, per textum cap. acutus, a etiam ad evitandum scandalum vt ait S. Thomas. b
- 2 Secundo, quod vidua licet non debeat consecrari consecratione virginum, potest tamen vouere solemniter etiam tacite ipso facto castitatem, & velum professionis suscipere & portare per textum cap. vidua, c & benedici benedictione viduali etiam inter virgines, vt in Ration. diuin. offic. d
- 3 Tertio, quod monialis, de qua est questio, potest benedici benedictione viduali, de qua in Pontificali, mutando verba viduitatem sonantia in alia honesta, scilicet, innupta, deuota, serua Christi, Deicola, iuxta S. Thomam. e Et sicut nouitia intra annum probationis potest exire de monasterio, si ei non placet, ita monasterium potest eam excludere. f

DE CONVERSIONE

CONIUGATORVM.

S V M M A R I V M.

- 1 Sponsa sponsum ingressum religionem ipsa renuente iure per tempus duorum mensium tantum, vel arbitrio iudicis statuendum, expectare tenetur, at post factum Concilium tenetur expectare per integrum annum num. 4.
- 2 Leges generales, siue sint priores, siue posteriores, limitantur per speciales, & per rationem alterius legis.
- 3 Lex generalis praesertim vniuersalis, & negativa, vniuersaliter intelligenda, licet maior ratio in vno casu militet, quàm in alio.
- 4 Legum nouatio, limitatio, & extensio citra vel ultra verba ipsarum non videtur vilis, cum sit quedam legum mutatio, quae non ob quamlibet maiorem vtilitatem, nisi sit maxima, est faciendae.

CONSILIVM I.

AN Sponsa de praesenti, cuius sponsum ipsa renuente, ingressus est religionem, habitumque suscepit, tam diu expectare teneatur, donec elapso probationis anno professionem emittat, iuxta decretum Concilij Tridentini, h vel praefigi possit sponso aliquis terminus, iuxta quem vel proficatur expresse, vel ad sponsum redeat, iuxta cap. ex publico, de conuers. coniug.

- 1 Respondetur, quod pro parte negante facit primò, quod à iure antiquo non est recedendum, nisi quatenus per ius nouum receditur. i At expresse lege antiqua, k caueatur, ne huiusmodi sponsum, vel sponsa teneatur expectare ultra duos menses, vel extra tempus arbitrium, iuxta cap. commissum. l
- 2 Secundo, quod sicut leges priores generales limitantur per leges posteriores speciales, ita & leges posteriores generales limitantur per leges priores speciales iuxta l. sed & posteriores, m & l. in toto, n vbi late Decius, o & probatur, & amplificatur per duas glossas solenes. p Cùm ergo praedictum ca. ex publico, sit lex determinans inuicem casum de sponso, vel sponsa de praesenti volente intrare religionem, censendum est limitare legem generalem q Concilij Tridentini ne habeat locum in illo casu speciali.

Tertio, quod longè maior ratio limitandi tempus inuenitur in hoc casu speciali, quàm in aliis: quia in eo tractatur de grandi prauidicio tertij, de quo non agitur communiter in aliis nouitiis: & lex generaliter loquens non solum limitatur per legem specialem, sed etiam per rationem alterius legis, secundum Baldum. r

- 3 Pro parte autem affirmante facit primò praedictum Concilium, s quod generaliter, immo & vniuersaliter, & negatiuè prohibet fieri professionem ante finem anni novitiatus, & lex generalis, praesertim vniuersalis, & negatiua, vniuersaliter est intelligenda. t

a L. se per errorem. ff. de iuridict. omnium ind.

b Sess. 25. ca. 15. c De reg. l. 6.

d 2. 2. q. 4. art. 2. penult. & vlt.

e Ca. qui scilicet dicit auerit. de regul. iur. f De nou. o. per. nunc.

g In dicto art. vlt.

h Ca. 14. nu. 31. l. 6. nu. 44. & c. 24. nu. 23. i Nu. 35.

k 13. q. 2.

l 12. q. 2. m 13. q. 2. n 19. q. 3.

actum professorum proprium, quamdiu putat professionem, qua re vera est ipso iure inualida, esse validam, & manet, & gestat habitum, & facit actum ad ratificandum, quia putat validam errans: & ignorans non censetur consentire, a sed tunc tacite censetur profiteri, & re vera profiteretur, quando sciens factam iam professionem esse inualidam ob aliquam praerentiarum causarum, & ad ratificandam & approbandam eam persistit in religione integrum annum à tempore, quo sciuit eam esse nullam, annum inquam continuum, & non interpolatim, scilicet, vt semper habeat intentionem illam ratificandi. Idem dicitur de gestatione habitus, & de actu.

6 Sed queris, an qui inualidam emisit professionem, & mansit in religione multis annis, putans eam esse validam, postea verò cognoscens eam esse inualidam, & nullam, nõ solum nõ approbat, sed redit ad seculum, & ducit uxorem, sit tutus in conscientia, cum nullum habeat aliud canonicum impedimentum.

7 Iam respondimus ad casum cuiusdam Germani, esse tutum in conscientia. Tum quia professio inualida nullum inducit effectum, neque vllam obligationem, vt habet Cõc. Trid. b adeo quod neque professum facit religiosum in genere, scilicet obligatum ad intrandum aliquam religionem, sicut ante praefatum Conc. Trid. obligabat, iuxta c. no. solum. c

8 Tum quia scandalum quod daretur per huiusmodi coniugium, vel esset Pharisæorum, & non cauendum, vel si pusillorum, & cauendum, eo quod bona fide crederet aliqui talem esse verè professum, potest tamen facile fieri, vt definit esse scandalum pusillorum, monendo illos falli, reddendo rationem veram, & iustam: quod si post huiusmodi rationem noluerint acquiescere, scandalum patientur non pusillorum, sed Pharisæorum, vt D. Tho. ab omnibus recepto definit, d concludens neminem teneri ad relinquenda bona spiritualia, neque temporalia propter scandalum proximi, quod patitur, eo quod non acquiescit rationi, & monitioni probabilis sibi reddita: pro quo est illud venerabilis Bedae, vtilius est scandalum nasci, quam quod veritas relinquatur, e cuius glo. & comment. Panor. & aliorum sunt in praefata resolutione. Ex quibus etiam colligitur verus intellectus cap. 2. f quatenus habet pro vitando scandalo relinquenda esse illa, quae sine peccato mortali relinqui possunt: intelligendum enim est de scandalo pusillorum, non autè Pharisæorum, & malignorum: non enim tenetur quis pati rapinam, furtum, retentionem iniustam suorum bonorum, eo quod raptor, fur, & vsurpator scandalizetur per repetitionem à se coram iudice competente petitam, & vsque ad sententiam exercitam: quia id esset praebere occasione rapinis, furtis, & vsurpationibus, vt ex D. Greg. allegato à S. Thom. g colligitur, & ex praxi totius Ecclesiae Christianae, quae sanctè permittit dominos & creditores sua bona & debita à suis debitoribus & detentoribus repetere. Et licet sic professus possit absque peccato vitam caribem ducere, non tamen tenetur id agere propter scandalum eorum, qui, probabilis ratione sibi reddita, in sua pertinacia persistit, vt diximus in nostro Man. confess. h & in nostro com. 4. dereg. super cap. nullum. i

S V M M A R I V M.

- 1 Monachi ex antiquis originariis regulis nullum suffragium vel vocem habebant in Capitulo.
- 2 Praelati secundum recentiores regulas tenentur regere cum consensu vel consilio sui conuentus, vel consiliariorum.

CONSILIVM XC.

Dvbitatur circa cap. nullam, k quatenus probat, quod totum regimen monasterij pertinet ad Abbatem, siue praelatum, & non ad monachos.

- 1 Respondeo id procedere secundum illas regulas originarias & antiquas, secundum quas monachi nullum suffragium, vel vocem habebant in Capitulo.
- 2 Verum hoc non habet locum secundum regulas recentiores secundum quas praelati tenentur regere cum consensu, vel consilio sui Conuentus, vel consiliariorum. Et de hac materia vide quae scripsimus super cap. non dicitur, l & cap. nullam, m & cap. statumimus, n vbi profundissime tractatur de ea.

a 2. 6. dist. cap. deuotio. c. inueniunt. 20. q. 2. b Li. 4. sent. dist. 38. q. 1. art. 5. & li. 3. dist. 33. q. 3. c De regula. d Lib. 2. ca. 1. nu. 2. s. ca. sicut bonum. e Vidua. 27. q. 1. c. 2. qu. 111.

f Ca. ad Apostolicam. de reg. & cap. 1. c. nec solum. eod. tit. lib. 6.

g Cap. 15. h Sess. 15. de reg. i Le. precipimus. C. de ap. pell. k Ca. ex publico. de conuers. coniug. l De sponso. m ff. de legib. & c. generari per speciem. de reg. iur. li. 6. n ff. de regul. iur. o Num. 7. p In le. secundum ff. qui spond. cogat. & auth. offeratur. C. de liis contest. q Cap. 15. de regul. sess. 25. r In l. de pretio ff. de publ. in rem actio. s Cap. 15. de reg. t Ca. solita. §. fin. de maior. & obedi. & d. l. de pretio. de publico. in rem actio.

Secundo, quod negatio quidquid post se inuenit destruit, & contrarium eius ponit, iuxta glossam celebrem & receptam, & prædictum Concilium, per negationem prohibet, ne intra prædictum annum fiat professio.

Tertio, quod regula prædicta de lege generali generaliter intelligenda procedit etiam quando maior ratio inuenitur, quare non debeat includere vnam speciem, ac aliam, ut ait Decius post alios, per textum in hoc memorabilem, qui tamen communiter est viciatus, quatenus habet affirmatiuè, *puto verum pro non puto verum*, vt ratio sequens necessario concludit esse emendandum, vt adnotauit Antonius Augustinus. Cum ergo lex Concilij prohibeat generaliter, imo vniuersaliter, & negatiuè, ne quis professionem faciat ante finem anni nouitiatus, habebit etiam locum in casu proposito, esto maior ratio limitandi eam inueniatur in eo vt plurimum, quam in aliis.

Quarto, quod ad solum principem videtur pertinere temperare legis rigorem per iuris aequitatem non scriptam.

4 Quinto, quod licet vno respectu æquius videatur, vt feruetur ius antiquum, de quo in d. cap. *ex publico*, alio tamen videtur æquius, vt nouum feruetur potius in hoc casu, quam in aliis. Tum quia frequenter contrahentes matrimonium pœnitent statim contraxisse, & turbati illa pœnitentia refugiant ad remedium religionis, quam facile profitentur, quod postea dolent fecisse. Tum quod maior est necessitas probandi religionis austeritatem ei, qui tam alienus fuit à religione, vt perueniret ad cõtrahendum matrimonium, quam aliis, qui non tantum se elongauerunt. Tū quod vtilius videtur relicto, vel relicta in saculo, vt relinquens probet integrè austeritatem religionis, quam partem eius: quoniam magis potest sperare, quod probata integrè austeritate illius pœnitebit ingressus, & redibit ad ipsam, quam si solum ex parte probasset. Sexto, quod nouatio & limitatio, vel extensio legum citra vel vltra verba ipsarum, nisi efficacissima ratione urgente, nõ videtur vtilis: quoniam est quadam mutatio legis, quam non expedit fieri, etiam ob maiorem vtilitatem, nisi fuerit maxima, iuxta l. 2. & tradit S. Thomas. h. His raptim consideratis, definitionem ad maius & maturius iudicium refero.

S V M M A R I V M.

- 2 Religio S. Ioannis est vera religio, in qua tam profertentes ad chorum, quam ad militandum, similem emittunt professionem. nu. 3. per cuius ingressum dissoluitur matrimonium non consummatum, nedom secundum eorum statuta, num. 3. sed etiam iure communi, & dispositione Concilij Tridentini. nu. 1.

CONSILIVM II.

Quidam nobilis contraxit matrimonium per verba de presenti, & vellet illud dissoluere per ingressum & professionem religionis hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani. Queritur an possit illud facere.

1 Respondeo quod sic, Tum quia glossa celebris, & recepta ab omnibus puris Canonistis & Theologis mixtis, qui canonice prudentia theologiam, vel theologice canonici iuris prudentiam adiunxerunt, hoc tenuit in ca. *ex publico*. Tum quia illa glossa redacta fuit per Concilium Tridentinum in canonem necessario seruandum, & definiendo generaliter absque vlla exceptione, matrimonium ratum non consummatum dirimi posse per solemnem religionis professionem: & constat religionem prædictam S. Ioannis esse veram religionem, vt colligitur ex fundatione, & statutis eius approbatis à Summis Pontificibus.

2 Tum quia omnes ingredientibus prædictam religionem, & eam profertentes emittunt tria vota substantiaalia religionis approbata à Sede Apostolica scilicet castitatis, paupertatis, & obedientia, quæ qui in manibus potentis illum aggregare religioni facit, fit verè ac propriè religio, secundum Panormitanum communiter receptum, & S. Tho. & alios, & nos post alios tradimus in commen. r. de reg. Tum quia licet Domin. Sotus videatur negare religiones militares esse veras religiones, & religionem tamen prædictam S. Ioannis excipit.

3 Tum quia licet Papa dispensare possit circa votum castitatis religiosi ex iusta & magna causa, secundum glo-

fam communiter receptam à Theologis & Canonistis, a contra S. Thomam, b tamen non solet dispensare plus circa castitatem religiosorum militum prædictæ religionis, quam super castitate aliorum monachorum non militarium. Tum quod expressè in statutis & caeremoniis profertendi prædictorum religiosorum militum habetur vna forma & vnus modus profertendi, & cõstat per professionem religiosorum, qui profertitur quo ad chorum, dissolui matrimonium ratum non consummatum, ergo etiam per professionem eorum, qui eam profertitur quo ad militiam armatam. Tum quia specialiter in statutis & caeremoniis prædictæ religionis cauetur expressè, eos qui contraxerunt matrimonium, & non consummauerunt illud, posse intrare & profiteri prædictam religionem. Tum denique quod etiam nos post alios efficaciter probauimus in tractatu de redit. eccles. c. eos qui profertentur religiones militares, etiam quo ad exercitium armorum, esse veros religiosos.

S V M M A R I V M.

- 1 Matrimonia clandestina ante Concilium Tridentinum valebant.
- 2 Matrimonium ratum non consummatum professio religionis soluit.
- 2 Professio ante nouitiatum, seu metu facta, est nulla.
- 3 Annus nouitiatus ab vltima receptione habitus continuus requiritur.
- 4 Metu reuerentia facta professio est nulla.
- 4 Metus minor iusto, si est causa actus saltem sine qua non, in foro poli excusat.
- 5 Pœnitenti pro se & contra se creditur.
- 6 Scandalum vt vitetur, dissimulandum cum ijs, qui in matrimonio putatiuo bona fide viuunt.

CONSILIVM III.

Contraxerunt duo ante Concilium Tridentinum matrimonium de present: clandestinè, ante quod consummatum femina post Concilium aui sui timore intrauit monasterium, vbi intra triduum habitum sumpsit, & professionem fecit: & post sex menses, mortuo auo, reliquit habitum, & persuasione suæ matris resumpsit illum, & in fine anni accepit velum, nulla professione nouè facta: & post sex menses casu exiuit cum Abbatisa à monasterio, & fugit ad suum sponsum, & consummauit matrimonium: & coram iudice litis iurauerunt falso se consummasse matrimonium ante religionis ingressum: & manserunt sine scupulo in eo decem & septem annos, & habuerunt filios. Queritur quid iuris quo ad forum conscientia.

1 Respondeo primò, certum esse, quod matrimonium valuit, iuxta cap. 1. d. & e Concilium Tridentinum. Secundo, certum esse item, quod matrimonium illud fuit dissolutum per professionem præfatam, si fuit valida, f quia matrimonium ratum non consummatum soluitur per professionem legitimam regularem.

2 Tertio, quod professio illa prima nõ valuit, quia professio ante finem anni nouitiatus facta non valet, per Concilium Tridentinum, h & quia metu & terrore aui facta fuit. Quarto, quod illa veli assumptio non habuit vim professionis valide. Tum quia nulla professio tunc facta fuit, & quæ prius facta fuerat palam facta nulla: & fundamentum nullo existente, vel omnino corrumpente, corrumpit etiam fundatum. k

3 Tum quia annus nouitiatus debet esse continuus, secundum communem sententiam per ca. 1. quod late tenet Lopus Abbas, m quem refert Francus, n referens alios ei concordantes, o & ita non potuit in fine præfati anni fieri professio, quia computandus erat annus incipiendo illum à secunda receptione habitus. Tum quia receptio illa secunda videtur fuisse facta ob metum reuerentialem matris, eo quod fuit facta persuasione ipsius, vt narratur in casu: & quod verisimile est matrem allegasse illi voluntatem illam terribilem aui, qua nullatenus voluit restituere illum marito suo, etiam post excommunicationem, & anathematizationem, imo destruxit eam in monasterium: & est etiam verisimile, quod proposuit ei futuras sibi multas molestias: & ex eo quod ante annum finitum post secundam receptionem confugit ad maritum, opportunitate oblata: & ex eo quod verisimile est confugit ram fuisse, si antea se obtulisset opportunitas: & ex eo quod statim vt confugit, consummauit matrimonium.

a In cap. vni. ad monast. rium § fin. de statu monach. b In 2. 2. qu. 88. art. 11.

c Qu. 3. nu. 27. & seq.

d De spons. duorum. e Ca. 1. de re. for. matrim. sess. 24. f Ca. commiss. sum. de spons. solib. g Ca. ex publico. de conuers. coniug. h Cap. 15. de reg. sess. 25. i Ca. 1. de hi. qua. vi. k Ca. cõ. Pau. luy. 1. q. 1. l De reg. li. c. m In allegat. 47. n In cap. 1. de regul. lib. 6. in princ. o In d. cap. 1.

a In cap. cum dilecta. de cõ. succ. b Cap. 15. c In consci. 609. num. 3. d In leg. 1. §. quod autem. ff. de ale. l. x. & aleato. e Emend. lib. 4. c. 17.

f Leg. 1. C. de legib.

g ff. de consci. princ. h 1. 2. qu. 97. art. 2.

i De conuers. coniuga. k Sess. 24. can. 6.

l In rub. de reg. m In 4. sent. dist. 33. & 2. 2. q. 136. art. 7. n Super c. cuius portio. nu. 18. o Lib. 7. qu. 5. art. 2. de iust. & iure.

a Ca. presens. 2. q. 3. b Ca. 22. nu. 51. c Cap. 17. nu. 5. & 30.

d De eo qui cogn. cõ. sang. e In ca. iurauit. de proba.

f De consang. & affin. in c. si quis autem. de pœnit. dist. 7. à nu. 67. & sequ. ad 75. h In dist. c. si quis autem.

1 Matth. 19. k Cap. quod Deu. 33. qu. 2. l Ca. inter corporal. de translat. E. piscop.

4 Et constat professionem factam ob metum reuerentialem parentum non valere, vt tenet glossa, a quam etiam nos secuti fuimus in Manu. conf. b post Adrianum, & alios. Item addimus in d. Man. c quod omnis metus, etiam minor iusto, excusat in foro conscientia tantum, quantum iusto, si metus ille fuit causa saltem sine qua non, si absque illo non fuisset factus. actus. & questio proposita tangit forum conscientia tantum: ergo quo ad illud forum iudicandus est actus irritus per metum reuerentialem.

5 Quinto, quod partibus tam pro se, quam contra se creditur quo ad forum conscientia secundum omnes, & quod quaestioni huius decisio petitur quo ad forum conscientia tantum, & partes adeo putauerunt matrimonium præfatum esse validum, & professionem, quæ consecuta est illud, adeo nullam, quod decem & septem annos perseuerauerunt in illo, suscipiendo liberos sine scrupulo conscientia.

Sexto, quod tractata lite in foro exteriori, iudicati fuerunt veri coniuges, & non fuerunt iudicandi tales ob id solū quod iurauerunt se consummasse matrimonium ante professionem solemnem, argumento eorū quæ habentur in c. super eo, d & eorum quæ Panormitanus notat, e ab aliis receptus. Ergo præsumendum est, iudicem, qui iudicauit eos esse veros coniuges, inuenisse per processum, quem fecit, professionem præfatam per veli susceptionem non fuisse firmatam, & ambas fuisse ipso iure nullas aliqua ratione supradictarum.

6 Septimò, quod dissimulari posset cum his, qui bona fide putant legitimum esse inter se matrimonium, si ex separatione graue timeretur scandalum, per textum in cap. quia circa, f & intellectum pulchrum eius Goffredi, quem rationibus irrefragabilibus defendimus, g contra Hostiensem & alios, qui illum per errorem secuti fuerunt, quos nos h referimus.

Octauo, quod per prædicta potest responderi prædictis oratoribus, vt remaneant in sua bona fide, in qua per tot annos remanserunt. Immo etiam potest declarari matrimonium valere quo ad forum conscientia tantum, sicut iā pridem declaratum fuit in foro exteriori. Salua, & c.

S V M M A R I V M.

- 1 Papa dispensare nequit quo ad vinculum super matrimonio ratato, & consummato.
- 2 Vxor, si nupsit alij bona fide, maritum mortuum probabiliter credens, monenda non est, de vita mariti, alias secus, quia non esset in bono statu.
- 2 Religionem intrare, & profiteri potest publica adultera maritus, etiam sine alio iudicio Ecclesie.
- 3 Maritus diu absens ab vxore etiam sine iusta causa, licet eam de eius vita non moneat, non dat causam proximam adulterandi, & ideo eam adulterantem dimittere, & religionem ingredi, & in ea manere potest.

CONSILIVM IIII.

Ante Concilium Tridentinum quidam nepos cuiusdam canonici potentis, & diuitis contra illius voluntatem contraxit clam matrimonium & consummauit cum quadam nobili paupere, consentientibus tamen tacite patribus, puella. quod cū rescisset auunculus iuuenis, curauit eum absentare à ciuitate ad loca remota, quæ puella ignorabat, & ibi ingressus fuit, & professus religionem quandam illustrissimam, cuius est confessarius, & prædicator in pratio habitus. Idque fecit consulto confessario, qui dixit ei licere prædictum ingressum. Puella item nesciens vbi ille habitaret, & putans esse mortuum, nupsit alteri nobili & potenti viro, qui ex ea multos filios suscepit, & habuit. Queritur quo remedio succurri possit eis, ne damnentur à Deo, neque ab hominibus.

1 Respondeo primum, non posse illis prodesse dispensationem Papæ: quia matrimonium prædictum fuit cõsummatum: & omnium tam Canonistarum, quam Theologorum vna est conformis sententia, non posse Papam vlla de mundi causa dissoluere tale matrimonium quo ad vinculum, iuxta illud Euang. i Quos Deus coniunxit, homo non separet. k

2 Secundo, quod femina non potest esse in bono statu, neq; absolui per vllum remediū, nisi non exigendo, & non reddendo debitū marito, vel nisi cõtraxisset bona fide pro-

abiliter credens, quod maritus eius obierat, nec postea sciuit, nec credidit, nec credit contrarium: quo casu nullatenus esset ipsa monenda de vita mariti viuentis.

Tertio, quod prædictus maritus religiosus potest perseuerare iuste in sua religione, per capit. *Agathosa*, a quod clarè habet, maritum vxoris, quæ fornicata est publice, vt ibi addit glossa posse intrare religionem, & perseuerare in ea etiam non facta separatione iudicio Ecclesie: & in casu proposito notorium est adulterium prædictæ vxoris.

3 Non obstat, quod maritus, qui causam dedit adulterio vxoris, non potest illam dimittere, b & quod prædictus religiosus dedit causam adulterij prædictæ puella vxori suæ absentando se ad remota loca, & non scribendo illi, nec alias admonendo vitam suam: non inquam hoc obstat: quoniam non fuit causa propinqua, vel immediata adulterij: quia non tradidit illam adulterandam, nec rogauit, nec cõsuluit ei, vt id faceret: quo casu loquitur prædictum cap. discretionem. sed tantum fuit causa remota, de qua loquitur d. cap. si tu abstines. quia renuit commiseri illi, vel reddere debitum, quo casu non est causa, sed tantum occasio, cuius traditio non sufficit ad hoc, vt nõ possit eam relinquere, secundum glossam, c quam pulchre tractando sic declarauit Panormitanus & Præpositus. d

S V M M A R I V M.

- 1 Vxoratus inuita vxore professus, si ab ea, vt potest, num. 4. in fine repetatur, remanet obligatus voto simplici castitatis, nu. 2. 3. & 4. Vnde si superstes aliam ducat, peccat, num. 2. tenet tamen matrimonium, num. 4. non tamen tenetur ad religionem redire, num. 1. quod si non repetatur, remanet obligatus voto solemni: adeo vt si aliam duceret, non teneret matrimonium, num. 1. & 4. in fin.
- 1 Vxoratus si consentiente vxore professionem emittat, tenet & valet, & num. 4.
- 3 Forum emissum a filiofamilias in præiudicium patriæ potestatis vsque à principio est nullum: vnde nec mortuo patre secundum Panormitanum contra Innocentium obligatur.
- 5 Professio emissa ab vxorato inuita vxore, que eum reperit, resoluitur in simplex votum. Vnde Pontifex cum hoc, si superuiuat vxori, potest dispensare, seu illud, vt potest in simplici voto castitatis, commutare, etsi causa aliquanto maior in vno, quam in altero requiratur.
- 6 Castitatis votum à nouitio post habitum nouitiatus emissum ad sui commutationem requirit causam aliquanto maiorem, quam emissum in saculo.

CONSILIVM V.

Quidam inuita vxore intrauit & professus est religionem aliquam approbatam, & postea fuit repetitus ab vxore, & cum ea vixit aliquo tempore matrimonialiter. Queritur an mortua illa possit aliam ducere.

1 Respondeo, quod pro parte negante facit primò cap. quidam intrauit, e quatenus habet, quod huiusmodi coniugatus mortua vxore non potest aliam ducere.

Secundo, & fortius facit cap. cõsuluit, f quatenus probat, quod coniugatus manens in religione per annum & vltra, non repetente illum vxore sua, mortua illa antequam repeteret, non potest aliam ducere, & si ducat, non tenet matrimonium.

Tertio facit cap. ex parte, g quatenus habet, coniugatum, qui consentiente vxore professus est religionem, ea mortua non posse ducere aliam, nec si duxerit, valere matrimonium.

Quarto facit capit. placet, h quatenus habet ingressum & professionem vxoris credentis maritum esse mortuum valere, quatenus sibi & non marito præiudicauit.

Pro parte autem affirmante facit primo dictum capit. quidam intrauit. quatenus habet huiusmodi coniugati votum non valere, & constat non præstare impedimentum id quod de iure non sortitur effectum. i

Secundo facit idem cap. quatenus habet, quod mortua coniuge non potest cogi redire ad monasterium: cui consequens est non valuisse votum antea præstitum.

Tertio facit dicto cap. ex parte, quatenus habet à contrario sensu votum huiusmodi coniugati vxore consentiente factum valere, quasi diceret factum ipsa inuita non valere.

a 27. q. 2.

b Ca. discretionem de eo qui cogn. vxor. sine. & c. si tu abstines. 27. q. 2.

c In d. c. si tu abstines. d In d. ca. discretionem.

e De conuers. coniug.

f Eod. tit.

g Eod. tit.

h Eodem tit.

i Capit. non præstat. de reg. iur. lib. 6.



2 Pro resolutione dicendum primò, quòd prafatus coniugatus non potest absque peccato citra dispensationem aliam ducere, per fundamenta pro parte negante adducta, & ratione illa firma, quòd votum illud professionis licet non valuisse vt solemne quo ad praiudicium vxoris suae, quae habebat potestatem in maritum, neque quo ad obligandum eum religioni, vt pulchrè tenuit Panorm. contra Ant. a valuit tamen tamquam votum simplex, id est, habuit vim voti simplicis cum tinentia, vt affirmat Panorm. b & clarè sentit Goffred. c & Siluester post Paludanù, d cui in sententia concordat Sotus, e & qui tale votum simplex vouit, non potest contrahere matrimonium sine peccato absque iusta dispensatione. f

3 Non obstat, quòd Innoc. 8 tenenti, quòd licet votum filifamilias factum in praiudicium patriae potestatis non obliget eum durante illa, obligat tamen ea cessante, contradicat Pan. h per prafatum c. quidam. quatenus ait ex illo colligi vnum dictum mirabile, scilicet, quòd votum inuolidum ex impedimento intrinseco nõ obligat etiã pro tempore, quo illud impedimentum cessauit: quia casus sunt diuersi. Ratio diuersitatis, quare in casu Pan. non obligatur minor ad implendũ votũ cessante patriae potestate, & huiusmodi noster cõiugatus sic, cessante vita vxoris (licet neque à Panormitano neque ab alio, quòd sciam, reddatur potest esse, quòd votum de quo loquimur, à principio valuit quo ad praiudicium vouentis, & ita à principio fuit obligatus seruare illud in praiudicium suum, ita quòd nõ poterat exigere ab vxore debitum, licet ei perenti negare non posset: minor autem à principio non fuit obligatus seruare votum in praiudiciũ patriae potestatis, immo nec potuit seruare illud iuste.

4 Secundò dicendum, quòd licet huiusmodi cõiugatus peccet ducendo aliam, ductio tamen siue contractus matrimonij valet, per adducta pro parte affirmante, per illam rationem firmam, quòd qui vouit castitatem, vel religionẽ voto simpliciter, licet contrahendo matrimonium peccet, contractum tamen tenet. i

At professio huiusmodi coniugati facta inuita vxore est votum simplex, vel tantum habet vim eius, vt Pan. post alios dixit, k & colligitur irrefragabiliter ex eo, quatenus habet ab vna parte votum illud non valere, & ab altera, q̄ videtur promississe, & se obligare non exigere debitum, & quo ad hoc votum valere: quae duo sibi repugnã, nisi alterũ intelligatur de defectu voti solemniter, & alterũ de virtute voti simpliciter, quod in effectu est dicere, non valet vt solemne, sed valet vt simplex. Nõ obstat huic cõclusioni c. ex parte: l quia loquitur de eo, qui fecit professionem consentiente vxore: in nostro autem casu fecit inuita ea. Nõ etiã obstat d. c. cõsuluit: quia disponit de cõiugato, qui emittit professionem sciente vxore, & dissimulante, & ita non contradicente, nec expressè consentiente, dum viueret, per illam enim dissimulationem & taciturnitatem vsque ad mortem, illa consecuta, videtur consensisse, vt post Ioan. And. & Cald. diligenter, & rectè intelligit illud Pan. m

Non obstat, quòd Pan. n ait post Cald. quòd in omnibus casibus, in quibus coniugatus post professionẽ potest repeti ab vxore, si nõ repetatur in vita vxoris, debet remanere in monasterio, & si illa mortua contrahat cum alia, non valet matrimonium: non inquam hoc obstat: quia in casu proposito agitur de illo professo, qui intrauit inuita vxore, & fuit reuocatus à monasterio in vita eius.

Tertio dicendum, quòd ex his duobus inferitur, S. D. N. iusta de causa sancteque posse dispensare, vt consulens contrahat, sicut posset, si votum castitatis & religionis simpliciter sine forma solemniter voti emisisset: sed quòd aliquanto maior causa requiritur ad dispensandum secundum, eo quòd diu detulit habitum non solum nouitiorum, sed etiam professorum, & quòd in forma solemniter voti vouit, quam ad dispensandum cum eodem, si simpliciter nullo habitu suscepto, vel etiam suscepto sine forma solemniter voti vouisset.

6 Sicut & aliquanto maior causa requirẽda est si votum simplex castitatis vouisset post habitum nouitiorum aliquanto tempore delatum, quam si vouisset ante illum susceptum. quae tamen magnitudo cum non sit iure definita, arbitrio suae Sanctitatis definienda est. o Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Falsa causa, seu falsa persuasio & dolus vitiant quidem heredis institutionem, non autem votum nec simplex, nec solemne, cum non vitient in spiritualibus. num. 2. & 4.
- 1 Coniugata sine consensu coniugis professionem emittens, ab eo (vt potest) de monasterio educta, mortuo viro non cogitur ad monasterium redire: quod si non repetatur, non potest exire, immo cogitur in sua professione perseverare, num. 2. 4. nisi Episcopus ob incontinentiam viri in saeculo incontinenter viuens educat, vt viro cohabitare. num. 3.
- 1 Dolus & fraus prodesse non debent immediatè, sed mediatè prodesse possunt. num. 4.
- 1 Coniugatam professam de consensu viri viuens in saeculo incontinenter, vel iuuenis, & de incontinentia suspecti, potest Episcopus ex officio educere de monasterio, vt cohabitare cum viro.
- 3 Votum continentiae coniugis sine alterius consensu valet quo ad solum vouentis praiudicium, vt non exigat.

CONSILIVM VI.

**P** Amphilius coniugatus abiit in regionem longinquam, in qua factò testamento, finxit se mortuum: sua coniunx intrauit monasterium, & professa est solemniter, credens illum esse mortuum, quòd nullatenus fecisset, nisi id credidisset: vir autem certus de vxoris professione vult intrare monasterium, & profiteri.

Quaritur, an vxor possit exire de monasterio, & compellere maritum ad cohabitandum secum.

1 Pro parte affirmante facit primò, quòd falsa causa vitiat institutionem heredis. a

Secundò, quia vxor ingressa monasterium, ob id quòd probabiliter creditur maritum mortuum, potest educi à marito, quo mortuo non potest cogi redire ad monasterium, b ergo.

Tertio, quia nemini suus dolus & fraus debet prodesse, e & prafatus maritus dolo finxit se mortuum, vt sua vxor fieret monacha. ergo.

Quarto, quia coniunx profitens, etiam de consensu alterius, potest exire iubente Episcopo ex officio, si manens in saeculo viuat incontinenter, vel est iuuenis. d

2 Pro parte autem negante facit primò, quòd vota iuste emissã seruanda sunt, e sed illa vxor iuste vouit, & sanctè professa est, quia iuste creditur maritum mortuum. ergo.

Secundo facit cap. cõsuluit, f quatenus probat, quòd coniunx ingressus monasterium absque consensu alterius debet in sua professione permanere, nisi à coniuge dum viuuit reuocetur. & Panormitanus relatis multis modis intelligendi illud cap. concludit, quòd coniunx professus, siue ignorante, siue sciente, & dissimulante, siue inuita sua coniuge, non potest redire ad saeculum, nisi in vita coniugis, sine cuius consensu intrauit, repetatur ab ea.

3 Tertio, quia coniunx potest vouere continentiam sine consensu viri, & valet quo ad vouentis praiudicium, licet non ad praiudicium coniugis, secundum glossam memorabilem, g & ita non potest exigere debitum, licet teneatur reddere, h ergo etiam professio facta sine licentia alterius coniugis valebit quo ad suum praiudicium: & ideo si non quaratur ab altera parte, non potest exire. Per quae omnia videtur, quòd praedicta vxor non potest sua sponte redire ad saeculum, nec repetere maritum approbantem suam professionem, nisi viueret incontinenter, & Episcopus ex officio suo iuberet, vt cohabitarent simul.

4 Ad primum respondeo, distinguendo videlicet, quòd in spiritualibus nec dolus nec falsa persuasio vitiat, iuxta cap. cõstituit, i vbi glossa memorabilis, licet sic in temporalibus, quando dat causam contractui.

Ad secundum concedo, quòd illa vxor potest reduci à marito repente, sed non potest sponte sua exire, nec maritum repetere, vt dicit glossa, quam mente tenet dict. cap. vxoratus.

Ad tertium concedo, quòd fraus & dolus immediatè non prodest dolo, sed mediatè sic. k

Ad quartum concedo, quòd posset vxor eduxi repente marito, & Episcopo iubente ob causam in argumento

a Le. ff. de hered. inst.

b Ca. placet. de conuers. coniug. c. Leg. itaque sulo. ff. de iur. c. bona. de postulat. pral. d. Ca. cum sis. ca. vxoratus. adiuncta glo. singul. verbo nullatenus. de conuers. coniugato. e Ca. magna. de voto. f Eod. tit.

g D. ca. vxoratus. h D. ca. placet.

i 20. q. 3.

k Caput quia diuersitatem. de conc. prab.

a In d. ca. qui dam.  
b Ibidem.  
c In summa eiusdem titu. vers. si vero.  
d Ver. diuortium q. 16.  
e In 4. distin. 27. q. 1. art. 4. col. penult.  
f Ca. rursus. qui cleric. vel uouent.  
g In c. script. nu. 31. de voto.  
h Nu. 7.

i Ca. rursus. qui cler. vel uou.  
k In d. ca. quidam.

l Eodem titu.

m Ibid.  
n In ca. 1. nu. 7. de conuers. coniug. ait.

o Leg. 1. ff. de iure delib. ca. de causis. de offic. deleg.

contentam, sed non sponte sua, vt dictum est. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Professio à coniugato, cuius vxor publicè adulterata est, etiam tacito matrimonio emissa, tenet.

CONSILIVM VII.

**A**n valeat professio viri coniugati, cuius vxor publicè adulterata est, facta in religione, tacito matrimonio, cui alligatus erat?

1 Respondeo quòd sic, per cap. Agathosa, a quatenus habet virum posse profiteri religionem nolente vxore, quae fornicata est, praesertim publicè, vt glossa ibi annotat: quia talis vxor nec possessio, nec petitorio potest agere ad restitutionem sic professi, b & ita prafatus vir perinde quo ad hoc est censendus, ac si morte suae vxoris esset ab ea solutus. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Adulterium committit vxor, quae viuente primo viro, qui eandem etiam recedendo reliquit. nu. 3. cum altero secundum contrahit & consummat matrimonium: adeo vt si eius primus vir ingrediatur, vt potest, religionem, verus efficiatur religiosus, nec possit repeti nu. 2.
- 2 Bigamus relicta vxore adulter: potest vt laicus religionem ingredi, sed non vt clericus, nisi secum Papa dispenset, cum ad hac irregularitatem non se extendant, vt creditur, regularium privilegia, nu. 4.

CONSILIVM VIII.

**Q**uestum est de quodam, qui contraxit matrimonium clam ante Concilium Tridentinum cum corrupta, & consummauit illud, & abiit in aliam regionem longinquam, vbi post duos annos confessarius iussit ei, vt rediret ad suam vxorem, quam inuenit publicè nuptam: & considerans nõ posse probare matrimonium suum clandestinum, hocque post Concilium Tridentinum in facie Ecclesiae contractũ fuisse, ingressus & professus fuit religionem quamdam approbatam, & presbyter factus quatuordecim annis vsus est sacris ordinibus, an debeat censerì esse in bono statu.

1 Responsum est primò, matrimonium eius fuisse validũ: quonia Concilium Tridentinũ non annihilauit, immo cõfirmauit matrimonia clandestina ante illud contracta. c

Secundò, quòd vxor eius peccauit contrahendo publicè cum secundo, si habuit verum animum matrimonium contrahendi cum Domino consentente, & admisit adulterium, quòd est grande peccatum, d & quia contraxit, antequam noticiam certam haberet de morte mariti. e

2 Tertio, quòd Dominus consulens peccauit ordines sacros assumendo: quia erat bigamus, eo quòd cõtraxit cum corrupta, f & bigamia impedit omnem ordinem. g

Quarto, quòd licet potuit ingredi religionem, ad hoc vt esset in ea Conuersus laicus: quia bigamus potest esse talis monachus secundum omnes.

Quinto, quòd ipse per suam professionem factus fuit verus religiosus, ita quòd repeti non posset à sua vxore: quia per adulterium, quòd admisit consummando secundũ matrimonium, perdidit ipso iure ius petendi debitum, & retinendi & repetendi illum, h vt post Caiet. i tradimus nos in nostro Man. conf. k

3 Nec obstat, quòd videtur ipse dedisse occasionem adulterandi per suam absentiam: quia non dedit occasionem propinquam, sed tantum remotam, quae non sufficit ad hoc, vt excuset vxorem à perditione iuris petendi debitum, vt in his serè terminis determinant Panormitanus & Prapostus, l & est glossa satis apta, m etiam si per suam confessionem vel aliis probare possit praedictum matrimonium.

4 Sextò, Dominũ cõsulentẽ debere petere dispensationẽ à Sede Apostolica super irregularitate bigamiae, super qua, vt puto, dispensare nequeunt Superiores eius per priuilegia sua: quonia per Apostolica priuilegia, quae mihi licuit videre, licet eis detur facultas dispensandi super irregularitatis cum fratribus suis, ante vel post ingressũ monasterij contractis, excipitur irregularitas, quae nascitur

ex homicidio voluntario, & bigamia. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Creditur nequaquam in foro exteriori viro & mulieri afferentibus in praiudicium ordinum sacrorum publicè assumptorum, se prius contraxisse matrimonium, & consummasse.
- 2 Adulteram non potest relinquere vir, qui & ipse licet clam adulterauit, & multo minus sacris initiari, etiam si illa alteri nupsisset, immo dissoluto secundo matrimonio illam volentem redire cogitur recipere.
- 2 Dispensare potest Papa, vt qui adulteram clandestinè ductam, & postea alteri nuptam reliquit, & ordines suscepit, durante dicto publico matrimonio, in susceptis ministret ordinibus.

CONSILIVM IX.

**C**um certum sit coniugem adulterantem ipso iure perdere ius petendi debitum à coniuge innocente, cui etiam ipso iure quaritur ius negandi illud delinquenti, vt tradit Dominatio vestra in suo Manuali confessar. a Cũque item certum sit, coniugem innocentem, qui vel quae quãsiuit ius negandi debitum coniugi adulteranti, perdere illud adulterando, iuxta cap. intelleximus. b Cũque verum sit, eum qui clandestinè contraxit, & consummauit matrimonium cum aliqua, quae postea publicè contraxit cum alio, ex quo suscepit filios, & negante illa non potest probari matrimonium, posse ordines etiam sacros suscipere, iuxta cap. Agathosa. 27. quaest. 2.

Quaritur de marito adulterẽ prius innocente, qui post matrimonium clandestinè contractum cum ea ante Concilium Tridentinum, postquam ipsa alteri publicè nupsit, & adulterium commisit, & ipse clam adulteratus est, & postea ordines sacros suscepit, an rectè fecerit, vel teneatur redire ad eam repentem.

1 Respondeo primò, multa posse pro vtraque parte adduci per eum, cui vacaret id facere.

Secundò, quòd in foro exteriori censendus erit rectè fecisse, nec posse redire ad illam, quia non potest probari matrimonium, nec credi debet eis consentientibus illud, quia id credi non potest in praiudicium sacri ordinis publicè accepti, iuxta capit. super eo, c & ei per glossam & alios adnotatis.

2 Tertio, quòd videtur male fecisse. Tum quia per illud adulterium perdidit ius discedendi ab ea in foro cõscientiae, per cap. intelleximus. d

Quarto, quòd teneatur in foro cõscientiae accipere illam, si mortuo marito vellet redire ad eum.

Quinto, quòd non videtur posse iuste vti sacerdotio sine Papae dispensatione, quam opinor posse suam Sanctitatem facere pro tempore, quo illa viueret nupta: attempto quòd illa non petit eum, nec eum vindicaret, etiam si peteret, propter probationis defectum: & quòd non videtur contra ius naturale, neque diuinum, quòd in huiusmodi casu occultissimo ordine suo vtatur sacerdos. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Coniugatus, cuius vxor notoriè adulterium commisit, sicut sine alia diuortij sententia potest religionem ingredi, ita & sacris ordinibus initiari.
- 2 Ordines sacros coniugatus post consummatum matrimonium assumere potest in omnibus casibus, in quibus inuita vxore potest religionem ingredi.

CONSILIVM X.

**V**trum vxoratus propter notorium vxoris adulterium potuerit sacris ordinibus initiari, relicta vxore in saeculo, & ingredi religionem?

1 Respondeo posse. Tum quia per adulterium notorium ipso iure absque sententia separationis soluitur matrimonium quo ad thorum & cohabitationem, adeo quòd ipsa adultera non potest petere restitutionem iuxta cap. significasti, e vbi hoc tenent omnes, & in l. naturaliter, f vbi Iason. s Tum quòd hac ratione glossa recepta, h per illum textum dixit posse coniugatum ingredi religionem inuita vxore, quae publicè fornicata est. Tum quia quo ad hunc effectum patificatur ordo sacer, &

a Ca. 22. nu. 23.

b De adul.

c De condit. appofit.

d De adul.

e De diuor. t §. nihil commune.  
g Col. 10. ff. de acq. possess. h In cap. Agathosa. 27. q. 2. in verbo conuersionis.

a De cōuerf. coniugat ad iunā. ca. cum f. eod. tit. b In verbo di mortū. §. 17.

monachus, iuxta cap. coniugatus, a & Siluefter post Petru Paludanum, b ponit pro regula, quod in omni casu, quo post matrimonium consummatum licitum est religionem intrare, licitum est etiam ad sacros ordines promoueri.

SVM MARIVM.

- 1 Professio bigami coniugati, cuius vxor adultera est, etiam hoc tacito emissis valet, nisi intentio recipientium sit, vel esse debeat nō recipiendi tales. & nu. 5. in fi.
2 Maritus adulteræ factus religiosus ad eam redire non tenetur.
3 Adulterium opponi potest agenti rei vendicatione, spoliato autem non, nisi sit notorium.
4 Bigamus est corruptam ducens, & sine Pape dispensatione nequit ordinari, nec ordinatus sine ea licite ministrare. nu. 5.
5 Irregularis celebrando peccat, sed irregularitatem nouam non contrahit.
6 Scandalum actuum, & non passuum attendendum.

CONSILIVM XI.

Franciscus duxit in vxorem quandam concubinam alterius publicam, quæ biduo post consummatum matrimonium rediit ad suum concubinarium, & ipse tanto de decore commotus abiit in longinquam regionem, & ibi tacito matrimonio intrauit, & professus fuit ordinem Franciscanum, & ad titulum religionis initiatus fuit omnibus ordinibus, etiam sacris, etiam presbyteratus, & pluribus annis missauit, & penitentes sibi confessos absoluit.

Quæritur primo, an professio eius valet. Secundo, an teneatur redire ad suam præfatam vxorem in foro conscientia, & an cogi possit in foro exteriori, præsupposito, quod illa palam & notorie perseuerauit, & perseuerat diutissimè in illo adulterio concubinato.

Tertio, an potuit rectè ordinari. Quarto, an per executionem ordinum incurrerit irregularitatem.

Quinto, an possit celebrare licite, non obstante quod aliqui ob id scandalizarentur.

AD PRIMAM QVAESTIONEM responderetur, quod decisio eius pendet ex facto animorum recipientium: nam si ea mente fuerunt, quod recepissent eum, si confessus fuisset de coniugato cum ea, quam iuste dimiserat, & qua uolente nolente poterat fieri religiosus, ualuit professio: si autem erant contraria mente, non ualuit: in dubio autem præsumi posset eos fuisse priori mēte, nisi particulari aliquo statuto contrarium haberent: quia quo ad intrandam religionem paria sunt iure communi quæ non esse coniugatum, vel talem coniugatum, qui perinde potest intrare illam, ac si non esset coniugatus: & de æquipollentibus idem est iudicandum. c Et supposito quod professio ualuit.

AD SECUNDAM responderetur negatiuè. Tum quia est casus pro hac parte negatiua in capit. Agathosa. d Tum quia licet coniugi coniugem relinquere quo ad thorum propter fornicationem, auctoritate euangelica, e trāslata in capit. Dominus. f Tum quia adultera ipso iure ante omnem iudicis sententiam priuatur iure petendi debitum in foro conscientia, ut rectè resoluit Card. Caiet. & probatur ipsa auctoritate euangelica. Tū quia in foro exteriori competit innocenti coniugi exceptio adulterij aduersus coniugem adulterantem, si agat via rei vendicationis, etiā si adulterium sit occultum: & competit eadem exceptio, etiā si agat via spoliij, & restitutionis ante omnia faciende, si adulterium est publicum, quale est in hoc casu, per text. singularem, h quamuis exceptio cognitionis notoria non posset opponi petenti restitutionem, i cuius diuersitatis ratio à multis reddita ibi, & in l. naturaliter k, fuit à nobis quidem, l paulo altius declarata.

AD TERTIAM respondeo, quod non fuit ritè ordinatus: quia bigamus non potest ordinari absque dispensatione Papæ, m & caret omni priuilegio clericali, n & prædictus consulens erat & est bigamus: quia omnis qui cōtrahit matrimonium cum corrupta, vel uidua, fit talis, o & consulens contraxit cum corrupta.

AD QUARTAM, quod per executionem ordinis nō contraxit nouam irregularitatem, irregularis enim licet peccet celebrando, non tamen nouam irregularitatem contrahit, secundum Innoc. p recept. ibi per alios, & ner-

c Leg. fin. ff. mand. & ca. licet ex quadam. de testib. d 27. q. 2. e Matth. 19. f 32. q. 7. cap. fin. de coniug. le prof. g Tomo 1. o. puf. tract. 31. resp. 4. h In ca. significasti. de diuort. i Cap. porro. eod. tit. k Nihil com mane. ff. de acquir. poss. l In d. ca. signifi. ca. i. de bigamis. m Cap. ar. tit. de c. de inde. 26. dist. ca. 1. de bigamis. n Cap. 1. eod. tit. lib. 6. o Cap. si quis uiduam. l. 2. c. si cuius. 34. dist. p In c. si celebras. de cler. excomm.

uosus per nos confirmatum in Manuali confessar. a AD QUINTAM, quod licite potest celebrare post iustam habilitationem, non obstante quod aliqui ob id scandalizarentur. Tum quia illud scandalum non est actuum, sed passuum, de quo, si prouenit ex malitia, non est curandum, ut docuit Dominus, b & probatur in ca. qui scandalizauerit, c & si scandalum procellerit ex ignorantia, vel infirmitate, potest doceri ratio, cur celebrat uiuente vxore dimissa, qua non obstante, qui scandalizaretur, ex malitia videtur scandalizari: & ideo de tali non esset curandum, iuxta doctrinam S. Thomæ receptam. d

Ex quibus inferitur, quod prædictus Franciscus eget dispensatione super irregularitate bigamia, super executione ordinum, & presbyteratus malè assumptorum: & videtur iusta causa dispensandi, attento quod est religiosus tam stricti ordinis, & quod fuit illi tanta causa vxorem adeo impudicam dimittendi: indiget etiam professionis noua emissionem, vel prioris ratificationem faciendam à S. D. N. vel à prioribus receptoribus, si mens recipientium non fuit, nec debuit esse recipiendi eum, si veritatem patefecisset. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Vxor, uiuente primo marito, alteri nubendo, & consummando committit adulterium, ob quod ius petendi debitum, retinendique, ac repetendi virum factum religiosum perdit.
2 Adultera si detur occasio remota adulterandi, non excusatur à perditione iuris petendi debitum.
3 Bigamiam contrahit matrimonium contrahens, & consummans cum corrupta, & si ordinetur, est malè ordinatus.
4 Coniugatus fieri potest religiosus de iusta licentia vxoris, vel ea adulterante, & hoc casu potest ordinari.

CONSILIVM XII.

Socrates contraxit clam matrimonium cum corrupta, quam putabat virginem, & consummauit illud, cohabitauitque cum ea quasi duobus mensibus, postea ex Hispania traiecit in Flandriam, ubi mansit duobus annis, & iussus à confessario redire ad vxorem, inuenit eam nuptam alteri publicè in facie Ecclesie. Quare ingressus, & professus fuit quamdam religionem approbatam, in qua etiam ad omnes ordines etiam presbyteratus promouus fuit, quibus vsus est quatuor annis circiter. Quæritur an iste sit in bono statu, & an teneatur requirere vxorem.

Respondendum est illum esse verum religiosum, nec posse repeti ab vxore: quia per adulterium, quod admisit, consummando secundum matrimonium, perdidit mulier ipso iure ius petendi debitum, & repetendi, & retinendi virum, e ut post Caietanum, f tradidimus nos in Manuali confessar. g

Nec obstat, quod videtur, quod ipse maritus tradiderit occasione adulterandi per suam absentiam, & quod talem occasionem præbens non potest de adulterio vxoris se iurare, h quia non dedit occasionem propinquam, sed remotam, quæ non sufficit ad hoc, ut excuset vxorem à perditione iuris petendi debitum, ut in his fere terminis determinat Abbas & Præpositus, i & est glossa factis apta. k

Nihilominus maritus fuit malè ordinatus, quia contraxit bigamiam contrahendo, & consummando matrimonium cum corrupta, l quæ bigamia impedit omnem legitimam ordinationem. m Quod fit, ut si illa tempore contracti matrimonij fuisset virgo, etiam ille fuisset ritè ordinatus, quia id quod dicitur, non esse ordinandum coniugatum, n intelligendum videtur de illo, cuius vxor non perdidit ius petendi debitum ab eo, o & sicut coniugatus de licentia iusta vxoris potest fieri religiosus, p licet etiam vxore adulterante, q ita videtur quod coniugatus de licentia vxoris, vel ea adulterante, possit ad sacros ordines promoueri. Salua, &c.

SVM MARIVM.

- 1 Coniugatus si ordinet Episcopus, punitur, nisi accedat consensus vxoris. nu. 3. at ea consentiente potest, num. 2. etiam si matrimonium sit consummatum. nu. 4. licet vxor non ingrediatur monasterium, modo uoueat continentiam: et si in hoc Panormitanus dissentiat. num. 5. immo si sit non suspecta de incontinentia, dictum votum non est necessarium. nu. 4. & 6.
2 Ordinis sacri etiā de voluntate vxoris susceptio matrimonium

a Ca. 27. nu. 194. b Matth. 15. c De reg. iur. d 2. 2. q. 43. art. 7. & 8. e Cap. Agathosa. 27. q. 2. f In opus. g Ca. 22. nu. 21. h Ca. dispensationem de eo quicogn. coniugati. vxor. sua. i In d. ca. dispensationem. k In cap. fin. absinet. 27. q. 2. l Cap. si quis uiduam. 10. d. ca. si cuius. 34. dist. m Per totum titulum de bigamis. n Per totam 37. dist. ca. 1. 28. dist. o Arg. ca. d. gath. 27. q. 2. p Cap. si quis coniugatus. 27. q. 2. q Ca. Agathosa.

etiam non consummatum non soluit quo ad vinculum, soluit tamen quo ad thorum, num. 3. religionis autem professio tollit vinculum matrimonij non consummati. nu. 5.

- 2 Coniugatus, qui de licentia vxoris cognita religionem ingreditur, ab ea educitur, & vxori restituitur: & hoc, quando vxor erat suspecta de incontinentia. num. 4. qua suspitione existente non sufficeret licentia etiam cum voto continentia, nisi & ipsa ingrederetur. num. 2.
4 Voti solemnitas causata ab assumptione ordinum differt à causata per professionem in religione emissam, quo ad effectum, ut quis possit ordinari: nec ab vno ad aliud bene inferitur. num. 5.

CONSILIVM XIII.

AN CONIUGATUS de vxoris consensu non carnaliter cognita iuste possit ordinari? Et videtur quod non. Primò, quia punitur Episcopus ordinans coniugatum. a

Secundò, quia per susceptionem ordinis etiam sacri non soluitur matrimonium etiam non consummatum. b Tertio, quod cap. coniugatus. c sic habet, Nullus coniugatorum ad sacros ordines promouendus, nisi ab vxore continentiam profertente fuerit absolutus. & ita non sufficit consensus vxoris, nisi illa continentiam uoueat. Et pondera quod non distinguit inter coniugatum, qui consummauit matrimonium, & eum qui non consummauit.

Quarto, quod glossa d valde dubitauit an sufficeret consensus vxoris etiam cum voto continentia sine ingressu religionis, & Panormitanus post Antoninum super ea tenet quod non.

Quinto, quod cap. i. e habet quod maritus ingrediens monasterium de licentia vxoris debet redire ad eam post professionem, si illa non ingrediatur religionem, nec uoueat continentiam.

Sextò, quod in capit. cum sis. f definitur non sufficere consensum vxoris etiam votum continentia emittentis sine ingressu religionis, ut maritus fiat monachus.

Sed contrarium affirmat S. Thomas g dicens quod coniugatus accipiens ordines de voluntate vxoris non solum accipit verum ordinem, sed etiam executionem.

Ad primum oppositorum respondeo quod cap. vlt. h in eo citatum loquitur de ordinante coniugem sine vxoris licentia.

Ad secundum concedendo, quod per ordinem etiam presbyterij susceptum post contractum matrimonium etiam non consummatum, etiam de licentia vxoris, non soluitur illud quo ad vinculum, sed negando quod non soluitur quo ad thorum.

Ad tertium, & quartum, quod procedunt quando vxor est suspecta: quia tunc requiritur, quod illa uoueat continentiam.

Ad quintum, quod procedit in suspecta de incontinentia.

Ad sextum, quod loquitur de intrante monasterium, & prædicta conclusio de suscipiente ordinem sacrum, quæ quo ad hoc videtur differre. Sit ergo conclusio, quod maritus de licentia vxoris iuste potest ordinari. Quod ampliatur primo, etiam si matrimonium sit consummatum, i quod est de sententia & mente prædicti S. Thomæ communiter recepti.

Secundo ampliatur, ut procedat, etiam si vxor non ingrediatur monasterium, modo uoueat continentiam, per d. capi. coniugatus. iuncta glossa quæ communiter recepta videtur hanc opinionem approbare, ponendo illam pro vltima, argumento glossæ singularis k licet Panormitanus in contrarium inclinet, argumento cap. prædicti, cum sit. quod probare videtur oportere vxorem ingredi religionem, quo maritus de licentia eius illam profiteatur. sed non concludit. Tum quia arguit à separatis, à quibus non fit illatio. l Tum quia illa non æquiparantur, quia monachismus plus separat, quam sacerdotium: unde etiam quo ad vinculum tollit matrimonium ratum non consummatum, quod non facit sacerdotium, iuxta capit. ex publico. m & extrauagatè n. o Nec est eadem ratio: quia sacerdos melius potest prouidere vxori remanenti in sæculo, ne fornicetur, quam monachus in claustris.

Ampliatur tertio: ut procedat, etiam si vxor non uo-

a Cap. fin. de temp. ordin. lib. 6. b Extrauag. 1. de voto Ioan. xxij. c De conuers. coniugat. d In d. c. coniugatus. e De conuer. coniug. f Eod. tit. g In 4. l. sent. 37. dist. qua. 1. art. 2. h De temp. ordin. lib. 6. i Arg. ca. qui vxorem. 32. q. 5. & ca. feruati. 32. dist. k In l. qui filium. §. Sabini. ff. ad Trebel. l Le. Papiam. ff. de minor. m De cōuerf. coniug. n De voto Ioan. xxij.

ueat continentiam, modo sit senex, vel aliàs extra suspicionem incontinentia. Tum quia id quod excusatur ab intranda religione vxorem intrantis eam, videtur excusare posse à voto continentia vxorem ordinandi. Sicut enim sed habet introitus vxoris ad introitum mariti religionem intrantis, ita se habet votum continentia vxoris ad sacerdotium mariti ordinandi, per præcedentem ampliationem.

Aduerte, quia quintum dictum, & illius responsio videntur intelligenda ut supra consil. 6.

SVM MARIVM.

Coniugatus post consummatum matrimonium de solo consensu vxoris iuste religionem ingredi non potest, nisi etiam vxor ingrediatur, num. 3. vel cum sit ab omni suspitione incontinentia aliena, continentiam promittat, aliàs si sit suspecta, solus consensus cum voto de ingrediendo non sufficeret, nume. 2. professio tamen facta teneret, nec posset reuocari. num. 3.

Coniugatus, consentiente vxore, & continentiam promittente, ordines sacros potest assumere, & hoc, si ab ea cesset omnis incontinentia suspicio, nu. 2. nā si esset suspecta, non sufficeret, etiam si promitteret, religionem ingredi, nu. 2. ordinatio tamen facta teneret, & posset eis vii. vxor que esset cogenda votum adimplere, nu. 3. ad fin. & 4. Item & viro possunt conferri beneficia, ut patet ex casu proposito.

Vxor, que consentiendo viro promittit continentiam, si eam non seruet, est cogenda, ut maneat reclusa in aliquo monasterio, vel alio loco simili, ut Tertiariarū, quæ non sunt propriè moniales, quod si etiam uouit ingredi religionem, debet ad id cogi.

Adultera vir innocens potest etiam contradicente vxore religionem præcedente iudicis sententia, & si sit notorium, etiam propria auctoritate ingredi, immo & ordinari: immo & si antea ordinatus fuisset, posset superueniente adulterio ordinibus vri.

CONSILIVM XIII.

VIDAM coniugatus de licentia suæ coniugis promittentis & iurantis se seruaturam castitatem perpetuam, & intraturam religionem per instrumentum publicum, ordinatus fuit presbyterio à suo Episcopo, & beneficio curato donatus, quod multis annis exiit. Coniux vero eius comorata diu inter Tertiarias ordinis Dominica, deserto suo monasterio, vitam inhonestam agit.

Quæritur, an præfatus suus coniux possit cogi ab Episcopo denuo redire ad eam, vel suspendi ab officio suo.

Respondet, quæstionem hanc difficilem videri, eo quod sola duæ viæ occurrunt, quibus Dominus consulens defendi posse videtur, & neutra est nimis clara. Altera est, quod suscepit ordinem sacrum de licentia suæ vxoris promittentis seruare perpetuam castitatem, & intrare religionem. Altera, quod sua vxor admisit adulterium, & vitam ducit inhonestam. Quod autem prior via non sit nimis clara, facit primò, quod coniugatus post consummatum matrimonium non potest ingredi religionem de solo consensu vxoris remanentis in sæculo. a

Secundò, quod non videtur sufficere, quod vxor promittat seruare continentiam, nisi esset tanta ætate, & ita bene morata, ut tolleretur omnem suspensionem fornicationis, ut expressè probat præfatum cap. cum sis. b & in casu proposito vxor non erat talis, ut euentus probauit.

Tertio, quod ad hoc, ut vir transeat ad religionem, non videtur sufficere consensus vxoris etiam uouentis ingredi religionem, si est iuuenis, & suspecta de fornicatione, ut expressè tenet Panormitanus communiter receptus c & probatur clarè per cap. ad Apostolicam. & cap. significauit. à contrario sensu d & in casu proposito mulier erat iuuenis, & ideo suspecta de fornicatione: ergo non debuit maritus ordinari, antequam illa mutaret vitam, & profiteretur religionem.

Quarto, quod nihil prodesse videtur Domino consulenti, quod vxor intrauit ordinem Tertiariarum S. Dominici, quia ille non erat vera religio, argumenta glossæ singularis. e

Pro contraria verò parte facit primò, quod coniugatus licet non possit regulariter promoueri ad sacros

a Ca. cum sis. & c. coniugatus. de cōuerf. coniugatorū. b Et ca. vxoratus. eod. tit. de conuers. coniug. c In ca. 1. nu. 8 de conuers. coniug. d Eod. tit. e In clem. cū ex eo. de sent. excomm.



a De conuers. coniug.

ordines, fallit, si vxor consentiat, & continentiam promittat, vt est casus in capit. coniugatus. a & hoc in nostro casu contigit, quia maritus fuit ordinatus de consensu vxoris promittentis, & iurantis seruare continentiam, immo & intrare religionem.

b Ca. cum sis. & c. vxoratus. i. i. i. i. i.

Secundo, quod coniux potest ingredi religionem, si sua quoque coniux ingrediatur, b & in casu proposito vir assumpsit ordines sacros, & femina promittit & iurauit seruare continentiam, & intrare religionem, immo & intrauit Tertiariam Dominicanorum.

c Vbi supra.

Tertio, quod licet consensus vxoris etiam vouentis continentiam, si est iuuenis, & suspecta de fornicatione, non sufficiat vt maritus iuste ingrediatur religionem, antequam vxor ingrediatur eam, si tamen recipiatur, & profiteatur, valet professio, & non debet extrahi a religione, sed vxor, quae consentit, & vouit continentiam, & religionem, debet cogi ad complendum votum, vt Panormitanus c concludit, & probatur in d. cap. significauit. & in d. cap. ad Apostolicam. & confirmatur ea ratione, quod de substantia professionis mariti non est professio vxoris, sed consensus ipsius cum voto continentiae, si non est suspecta de fornicatione, & cum voto religionis, si est suspecta, vt Panormitanus d dixit, & clarius Federicus e & efficaciter probant quatuor praefata capp. scilicet cap. cum sis. & c. vxoratus. & ca. ad Apostolicam & cap. significauit. in sensu directo, vel a contrario sensu. Per quae verior & canonibus consonantior est pars haec posterior.

d Vbi supra. e Conf. 37.

Non obstant opposita. Ad primum enim & secundum respondetur concedendo assumpta in eis, negando tamen, quod in casu proposito non inueniantur omnia illa, quoniam interuenit consensus vxoris, & votum & iuramentum de seruanda perpetua castitate, & intranda religione.

Ad tertium respondet argumentum tertium pro nostra parte formatum, scilicet, quod in casu proposito non debebat ordinari ordine sacro Dominus consulens, antequam illa intraret religionem, ordinatio tamen facta tenuit, & iuste potest ordine accepto vti, & vxor praefata debet compelli a Reuerendissimo Episcopo, vt adimpleat ea quae vouit, iuxta praefatum cap. significauit.

f Vbi supra. g In d. cap. significauit.

Ad quartum respondetur primo, negando quod non profuit ingressus vxoris in praefatum ordinem Tertiarium, tenendo opinionem Innocentij & d. cap. significauit. scilicet, quod huiusmodi vxor tenetur quidem intrare religionem, non tamen profiteri, sed manere ibi reclusa, quod videtur verum, si non promittit plusquam continentiam perpetuam, secundum Calderinum approbatum per Panormitanum. f Secundo, concedendo quod non profuit, tenendo opinionem Hostiensis g quod tenetur profiteri: quae videtur verior, si vouit intrare religionem, sicut in praefenti casu vouit: sed negamus, quod ex hoc sequatur non profuisse votum de intranda religione: quia potest compelli ad intrandam aliam. & satis est Domino consulenti, quod illa consentit cum voto & iuramento de seruanda continentia, & intranda religione, ad hoc vt sua ordinatio valeat, & non possit ab vsu eius arceri, & illa compellatur adimplere sua vota.

h 27. q. 2.

Altera vero defensio Domini consulentis est, quod praefata vxor fornicata & adulterata est. Tum quia coniuge adulterante, coniux innocens potest absque illius licentia intrare monasterium, & profiteri, vt est casus in ca. Agathosa. h & ratio firma est, quia per adulterium coniugis liberatur coniux ab omni seruitute, quae illi debet ratione coniugij, auctoritate Euangelij i relata in cap. dixit Dominus. k & alibi saepe etiam ipso iure sine vlla iudicis sententia saltem quo ad forum conscientiae, & etiam quo ad forum exterius, si adulterium est manifestum, l vt nos latius tradimus in Manual. confess. m Tum quia praefatus Dominus consulens non expoliavit eam, immo de consensu eius ordinatus fuit, & diu ordines suos exercuit: & ita licet occultum esset adulterium, vel fornicatio, ob qua potuit dimitti, debet audiri exceptio eius de adulterio, antequam cogere ad eam redire, & probato eo esset absolendus per praedicta. Tum quia, etiam si non fuisset ordinatus de illius consensu, & licentia, posset nunc ordinari sine illa, & a fortiori vti ordine iam suscepto, argu-

i Matth. 5. & Luca 16. k 31. q. 2.

l Cap. significauit. de diuor. m Ca. 22. nu. 21. & duobus sequentibus.

mento quemadmodum: a & per ea iura, quae colligi possunt ex praedicto num. 21. & duobus seqq. Salua, & c.

S V M M A R I V M.

- 1 Dubio in casu tutius est pro matrimonij validitate praesumere.
- 1 Sponsus credere debet sponsam se passam cognosci maritali affectu, & hoc magis si ipsa id fateatur, num. 3. contrarium autem, etiam ipsa id asserente, nisi aliae adfuerint coniecturae, credere non potest. nu. 2.
- 1 Praesumere in dubio debemus id quod lex communis praesumit.
- 4 Monitio non est adhibenda, quando non est profutura, sed quando creditur profutura, & num. 7.
- 5 Adultera vir potest se ab ea separare, idemque & religionem ingredi, immo & ordines sacros suscipere, num. 6. & eius vti sine Papa dispensatione, num. 7.

CONSILIVM XV.

QVID AM contraxit cum quadam sponsalia de futuro, & cognouit eam carnaliter ante Concilium Tridentinum & postea illa nupsit alteri publice, & ipse assumpsit ordines etiam publice: & nunc post multos annos dubitat primum, an praesupposito, quod ipse cognouit eam vxorio affectu, sed dubitat an illa eodem effectu passa est cognosci, possit deponere scrupulum incantem eum ad credendum valorem matrimonij.

1 Ad primum dubium respondetur quod non, si alia coniectura non concurrat. Tum quia tutius est in dubio credere valore matrimonij, b Tum quia scit se cognouisse vxorio affectu, & idem debet credere de illa, cum tota Ecclesia id credat, nec habeat coniecturam sufficientem ad non credendum. c Tum quia habens potestatem arbitrandi, debet ad arbitrandum lege communi duci, vt dicit Panormitanus d & tradit Sotus. e

2 Secundo dubitat, an teneatur interrogare illam, vtrum in copulam carnalem consensisset vxorio affectu. Respondetur quod non, ad effectum credendi ei, si responderet non consensuisse, non adductis alijs coniecturis, quae ad credendum sufficerent, sed sic ad effectum sciendi, an essent aliae coniecturae ad id credendum, per dicta Soti f & nos in Manua. confess. cap. 22. nu. 76.

3 Tertio dubitat, an ipse teneatur credere sponsae, quae interrogata diceret se passam fuisse cognosci vxorio affectu. Ad quod respondetur, quod sic indubie. Tum quia tota Ecclesia tenetur id credere, & non est vlla ratio, quae contrarium suadeat.

4 Quarto dubitat, an teneatur monere illam, vt suae conscientiae medeatur. Et videtur respondendum, quod si probabiliter credit nihil profuturam monitionem, & multum officere posse, omittat illam, iuxta ea quae habentur in Manua. confess. g

5 Quinto dubitat, quo remedio potest sibi mederi quo ad forum conscientiae. Ad quod respondeo primo, quod consulens non potest sibi mederi solutione matrimonij quo ad vinculum, quia cum credere debeat verum fuisse matrimonium, & consummatum, illud non potest solui quo ad vinculum secundum omnes, etiam Papae auctoritate. Secundo, quod non potest etiam mederi depositione conscientiae, iuxta responsum ad primum dubium. Tertio, quod potuit separare se, & manere separatus etiam sine auctoritate Papae, eo quod adulterata fuit ipsa, & manet in adulterio, iuxta capit. Agathosa. & ei adnotata. h nec tenetur redire ad eam, quae fuit adulterata.

6 Quarto, quod potuit iuste religionem intrare, & eam profiteri eadem ratione, qua potuit se separare, & manere separatus. Quinto, quod licite potuit ordinari. Tum quia, licet nec per ordinem sacrum, neque per sacram professionem diuidatur quo ad vinculum matrimonium consummatum, diuidi tamen potest quo ad thorum, & cohabitationem, praesertim quo ad forum conscientiae. Tum quia nullam irregularitatem, neque suspensionem incurrit per illam ordinationem, quae, vt dictum est, iuste potuit suscipi a iuste separato, etiam quo ad thorum, & cohabitationem.

7 Sexto, quod consulens videtur posse tute ordinibus suis vti absque alia Papae dispensatione, & satisfacere suae conscientiae, dummodo occurrente aliqua occasione, in qua monitio prodesse possit (vt si maritus eius moreretur,

a De iureiur. cum simili.

b Arg. e. iuuenis. de sponsa.

c Cap. is qui de sponsa.

d In cap. cum Ioannes. nu. 13. & in fine de fid. iussit. arg. cap. 1. de dilat. e In 4. distin. 27. q. 1. art. 5. concl. 4. f In 4. distin. 27. q. 1. art. 7. col. 8.

g Ca. 24. nu. 12.

h 27. q. 2.

vel adulteraretur, ita vt se posset ab illo separare, vel alia similis, ob quam posset illa manere separata, & abstinere a nouo matrimonio contrahendo) moneat illam, vt se separet, vel maneat innupta castitatem seruando.

DE CONVERSIONE INFIDELIVM.

S V M M A R I V M.

- 1 Statuitur cum quid, & omnia illa statuta censentur, sine quibus illud vel nullo modo, vel non commode fieri potest.
- 4 Conuersus ad fidem coniugatus, antequam cum altera contrahat, tenetur per monitionem, vel aliter cognoscere obstinationem infidelis coniugis nolentis nec conuerti, nec sine contumelia Creatoris cohabitare: licet que iudicialis interpellatio, & separatio sit utilis, necessaria tamen non est. & nu. 2. & sicut non potest prius nubere, ita nec castitatis votum emittere, num. 2. nec religionem ingredi, num. 3.
- 5 Matrimonium contractum inter infideles non dissoluitur ex eo solo, quod vno conuerso alter interpellatus duret in sua obstinatione, sed per matrimonium cum infideli legitime contractum: vnde si quae prius erat obstinata conuertatur, tenetur primo conuersus, si nondum cum alia contraxit, nec professionem emisit, illam recipere.
- 5 Conuersus, qui in infidelitate plures habuit vxores, si velit cum prima permanere, non eget vt denuo contrahat: secus si velit cum secundo loco, & sic minus legitime ducta, & ad fidem reuersa, remanere.

CONSILIVM I.

AN INFIDELIS coniugatus, & ad fidem conuersus baptizatus possit ducere aliam fidelem vxorem, antequam interroget priorem infidelem, an velit conuerti, vel manere cum suo marito sine contumelia Creatoris?

Pro parte negante facit, quod nullo iure videtur monitio requiri. Apostolus enim Paulus a cuius auctoritate nititur facultas contrahendi cum fideli, si vxor prima non conuertatur, non inducit obligationem monendi primam: solum enim ait, Si infidelis discedit, discedat: non enim seruituti subiectus frater, aut soror in huiusmodi est. nec Innocentius III. b nec cap. gaudemus. c in quibus praecitatum dictum Pauli commentatur, nec Ambrosius, d nec alia citata per Gratianum e videntur requirere aliquam monitionem, vel interrogationem: & quod Sanctorum decretis non est sancitum, non est superstitiosa adinuentione praesumendum. f Addo, quod nec Magister g nec S. Thomas, nec Scotus, nec communiter alij in eum comminiscetes claram aliquam de huiusmodi monitione, vel interrogatione ad hoc propositum mentionem fecerunt, nec D. Antoninus h nec Angelus i Clauasio. i

a 1. Corinth. 7.

b In c. quatuor. c De diuor. d In c. si infidelis. e 28. q. 1.

f Cap. consulti. 2. q. 4. g In 4. distin. 19. h 3. p. tit. 1. ca. 6. i In verb. matrimonio. 3. imped. 10. §. 6. k Leg. 2. ff. de iurisdic. omnium iud. ca. praeterea. de off. deleg. l ff. de v. i. i. §. si ei que. ff. de institut. n. d. i. n. In c. de testibus. o Cap. quanto. de diuor. p In ca. gaudemus. de diuor.

q In 4. distin. 39. q. 1. art. 5. ad 4. r In ead. distin. art. 4. col. 8. & in artic. 3. colum. antep.

Pro parte vero affirmante facit primo, quod, qui statuit aliquid, videtur statuere illa, sine quibus id fieri nequit, immo & illa, sine quibus id commode fieri nequit, iuxta l. penult. l. & l. quicumque. m per quas id affirmat Aretinus communiter receptus. n At non videtur posse satis commode sciri voluntas non conuersa, nisi interrogetur, vel moneatur, an velit se conuerti, vel sine contumelia Creatoris conuiuere conuerso.

Secundo, quod glossa o habet, fidem conuersum volentem ducere nouam vxorem fidelem, debere habere testes, quibus prober nolle priorem vxorem infidelem conuerti se ad fidem: quamuis non requiratur separatio per iudicis sententiam: & Hostiensis dicit tutum esse, vt iudex praefigat terminum, intra quem conuertatur, licet id non esse necesse dicat Panormitanus in capit. seq. quo se remittit.

Tertio, quod Innocentius III. p requirit quod prius infidelis teneat cohabitare coniugi conuerso sine contumelia Creatoris, ad hoc vt possit aliam ducere. At reatus ille non videtur satis innotescere, donec monita, vel interrogata respondeat nolle.

Quarto, quod nullo praedictorum citato, nec alio auctore, scripsit S. Thomas, q quod conuersus non potest votum continentiae emittere, nec ad aliud matrimonium transire, nisi requisita vxore, vt conuertatur: quod eo non relato tenuit Dominicus Sotus r dicit, quod vt conuersus licite cu alia fideli contrahat, no conuersa est prius admo-

nenda, & requirenda Ecclesiastico more: quod etiam ante ipsum, quem ipse non refert, tenuit Siluester. a 3 Angelus item b licet non dicat requirendam esse antequam contrahat cum fideli, ait tamen requirendam esse antequam fiat religiosus: ex quo ex rationis identitate argui potest idem fieri debere, antequam contrahat.

a Verb. matrimonium 8. q. 10. nu. 8. b Vbi supra.

Quinto denique allegatur textus a nemine, quod sciam, ponderatus, c qui sic habet, Iudei admoneantur vt fiant Christiani, si cum vxoribus suis conuersis habitare voluerint.

c In c. Iudei. 28. q. 1.

4 Per quae omnia pro hac parte adducta tenendum videtur firmiter primo, quod necessaria est monitio, rogatio, vel interrogatio aliqua honesta, vel alia probatio sufficientis, per quam sciatur, vel cognoscatur obstinatio eius in sua secta, ad hoc, vt conuersus possit contrahere noue cum alia fideli.

5 Secundo, quod tuta & utilis esset monitio, & separatio iudicialis, sed non necessaria. Tum quia non requirit hoc Apostolus, nec aliquis canon, nec vlla ratio hoc efficaciter conuincit. Tu quia praedicta monitio & separatio iudicialis non inducit dissolutionem primi matrimonij, sed obstinatio infidelis nolentis se conuerti, neque cohabitare sine contumelia Creatoris suo coniugi conuerso, & contractus matrimonij consequentium cum secunda: quoniam sententia verior S. Thomae est, vt pra alijs probat Siluester vbi supra sexto dicto in fine, quod primum matrimonium non dissoluitur per praedictam illius obstinationem ante contractum secundum matrimonium, ea ratione firma, quod non obstante quacumque responsione ipsius, si vere conuertetur ante contractum matrimonij secundi, & ante religionis professionem, tenetur eam accipere.

Ad apposta respondetur, quod licet Apostolus expressè non requirat praedictam monitionem, tacite tamen requirit, vt sciatur, quod non vult se conuerti, nec commanere cum conuersa sine contumelia Creatoris, quae scientia non potest commode haberi sine illius monitione, rogatione, interrogatione, vel alia probatione, quae arbitrio boni viri videretur sufficientis, & ideo visus fuit tacite voluisse illam, non tamen iudicalem separationem, sine qua commode illa potest haberi.

6 Idem iudicandum de conuerso, qui habuit plures vxores nulla repudiata, vel repudiata aliqua. Nam talis siue Hebraeus, siue quilibet alius infidelis conuersus debet requirere, & monere illam, cum qua primo licite contraxit, & non alias, cum quibus non poterat contrahere, & quae non fuerunt verae vxores eius, vt clarè colligitur ex d. ca. gaudemus. Quod si prima, quae erat vera vxor, siue repudiata, siue non repudiata, monita, & supra dicto modo requisita, permaneret obstinata, nolens se conuerti, nec conuiuere illi sine contumelia Creatoris, poterit accipere vnam ex alijs, quae se conuerti voluerit, perinde ac aliam fidelem, si nullum impedimentum legitimum obstat: aliter tamen potest accipere primam, & aliter aliam: nam primam accipiet tamquam vxorem veram, cum qua verum matrimonium contraxit in infidelitate, & nunquam fuit dissolutum, iuxta illud, Quos Deus coniunxit, homo non separet. Neque indiget noue contrahere cum illa: aliam autem accipere debet contrahendo cum illa noue matrimonium, perinde ac si nunquam in infidelitate contraxisset: quia ille primus contractus nihil valuit, & ita nec iuuat, nec nocet ad essentiam matrimonij, iuxta illud Perisij, Ex nihilo nihil in nihilum nil posse reuerti. Salua, & c.

S V M M A R I V M.

- 1 Matrimonium apud Iudeos & alios infideles verum inueniri.
- 2 Baptismus coniugia legitima non dissoluit: vnde conuersi coniuges iterum contrahere nequaquam tenentur. & nu. 6.
- 1 Infidelium coniugum alter conuersus aliam ducere potest, seruatis tamen requisitis.
- 2 Leges veteris testamenti pertinentes ad nuptias, vt iudiciales vel caeremoniales, expirauerunt per passionem Christi, adeo vt nec ipsos Iudeos ligent. & num. 4.
- 3 Matrimonia Iudeorum nullam aliam praeter liberum consensum videntur requirere substantialem solemnitatem. nu. 6.
- 4 Matrimonia ante Concilium solo mutuo consensu per se, vel per literas seu procuratorem & nuncium, modo persona essent legitima, ad contrahendum dato, perficiebantur.

5 Impedimenta dirimentia matrimonii secundum auctorem potest infidelis Princeps inducere.

5 Messia ab aduentu sceptrum a Iuda ablatum fuit: unde nec quid valide statueret potuerunt Iudaei.

CONSILIVM II.

IVDÆVS & Iudæa contractis sponsalibus per verba de presenti, non seruatis alijs ceremonijs secundum vsum Iudæorum seruandis, consummauerunt matrimonium, postea conuersi sunt ad fidem Catholicam.

Respondet sequentia. Primum, quod hæc questio potest habere duplicem sensum. Alter est, an coniuges infideles, qui in infidelitate valide matrimonium contraxerunt, conuersi ad fidem debeant iterum contrahere cum solemnitate Ecclesiæ.

1 Secundum, quod prædicta questio est resoluenda negatiue, scilicet quod non tenentur contrahere cum solemnitate Ecclesiæ. Tum quia matrimonium verum inuenitur apud Iudæos, & alios infideles, & indissolubile.

2 Tum quod leges pertinentes ad nuptias abrogatae sunt, quippe quæ erant iudiciales vel ceremoniales, & tradit S. Thomas receptus & in specie de legibus Iudæorum pertinentibus ad nuptias, quod omnes præter naturales expirauerunt per passionem Domini nostri Iesu Christi, ita quod non ligantur eis hodie Iudæi, tradit Dominicus Sotus.

3 Tertium, quod hæc questio secundum alterum sensum est difficilior, & pendet ab illa, an prædictum matrimonium fuisset verum & validum iudicandum apud Iudæos, antequam obseruaretur solemnitas, quæ esset superaddenda consensui de presenti: nam si illud fuisset iudicandum validum non obstante talis solemnitatis defectu, non tenerentur prædicti coniuges ad contrahendum iterum post conuersionem, per superius citata.

4 Quartum, quod nec ex sacris literis, nec ex vllis Ecclesiæ canonibus videtur colligi, quod apud Iudæos esset ante aduentum Christi seruanda aliqua solemnitas ultra mutuum & liberum consensum personarum ad contrahendum legitimarum, ob cuius defectum matrimonium diceretur ipso iure nullum: neque aliquis comminiscerentur in 4. lib. sent. vel aliquo sacrorum canonum videtur id pendisse, cum omnes vno ore dixerint sufficere vsque ad prædictum Concilium Tridentinum ad substantiam & essentiam matrimonij consensum personarum ad contrahendum legitimarum mutuum & liberum præstitum siue per se, siue per literas, siue per nuncium, siue per procuratorem, iuxta prædictum cap. sufficiat. & multas leges.

5 Quintum, quod dubitari potest, an respublica Iudæorum post orbem redemptum statuerit aliquam solemnitatem extrinsecam, cuius defectu matrimonium redderetur nullum: & mihi videtur quod non. Tum quia non habuerunt rem publicam liberam, nec Principem, nec Regem, qui id statuerit.

6 Sextum, quod attentis supradictis, credendum est, quod licet Iudæi seruent aliquas ceremonias de consilio, vel præcepto in consummandis suis matrimonijs, præter consensum liberum & legitimum requisitum ad substantiam & essentiam eius, sicut & Sacrosancta mater Ecclesia seruat in consummatione matrimoniorum suorum Christianorum: non tamen est credendum, quod seruant aliquam solemnitatem tanta virtutis & efficaciam, vt matrimonium iure naturali validum, & indissolubile, reddatur nullum propter defectum eius: & consequenter præfati coniuges ad fidem conuersi non debent contrahere de nouo matrimonium cum solemnitate Ecclesiæ, neque abique illa. Salua, &c.

7 Matrimonium inter infideles contractum est verum & inseparabile, non tamen ratum est, nec sacramentum, licet que non dissoluatur per baptismum ab altero assumptum, num. 7. 10. etiam si relicta in infidelitate nolit sine contumelia Creatoris cohabitare, & monitus protestetur se nolle conuerttere, nu. 6. & 9. etiam quod alter am infidelem ducat, nu. 1. & nu. 8. adeo quod si infidelis, etiam si secundum duxisset, conuertatur antequam conuersa cum altero fidei contraxerit, teneatur adherere primæ, & dimittere secundam, etiam si ipsa secunda baptismum suscepisset, quia non potuit esse eius vxor, nu. 5. & 8. & prima ei adherere tenetur, nu. 6. dissoluitur autem eo ipso, quod conuersa ipso infidelis in sua obstinatione permanente, alteri prout potest, nu. 11. nubit, nu. 4. quia cum hoc secundum matrimonium inter fideles contractum sit sacramentum, destruit primum matrimonium, quod non erat nec ratum, nec sacramentum, nu. 9. 11. & tunc fit facultas infideli aliam valide ducendi, adeo quod si postea conuertatur cum hac secunda, possunt, nu. 3. immo tenentur simul cohabitare, quia fuerunt veri coniuges, eorumque matrimonium per superueniens baptismum fuit factum ratum.

8 Sacramenta per easdem causas, quibus sunt non soluitur, & 11. Corporalia facilius destruntur, quam construuntur, at spiritualia contra.

9 Matrimonium infidelium inseparabile est de lege natura, nec tollitur per baptismum, immo si ambo conuertuntur, efficitur per conuersionem ratum, nu. 10.

10 Matrimonium fidelium ratum nedum professio in religione emissa, sed & Papa dispensatio, licet sit verum sacramentum, num. 13. dissoluit, secus si fuerit consummatum Sacramento, quod significat Christi cum Ecclesia inseparabilem coniunctionem, nu. 14. & 17. at infidelium etiam, & catechumenorum potest, nu. 13. non obstante quod per baptismum fiat ratum, nu. 10. & quod ante baptismum fuerit consummatum: quia per illam præcedentem consummationem non dicitur consummatum Sacramento prædicto, quod significat prædictam Christi cum Ecclesia coniunctionem, nu. 14. & 17.

11 Papa, alijsve Princeps contractus subditorum sine causa solvere potest.

12 Papa de consensu conuersa facere potest, vt vir eius, qui adhuc infidelis cum alia contraxit, conuersus cum eadem valide contrahat.

13 Repudium vel numquam licuit, vel non post Euangelium.

14 L A Z A R V S Hebræus habens vxorem, eaque ad fidem conuersa, & antequam alij nupisset, secundam duxit, ex qua liberis susceptis cum ea ipse quoque conuersus est, viuente adhuc priore innupta.

15 Dubitatum est primo, an d. Lazarus iure communi abique vlla Papæ dispensatione possit iuste cum secunda remanere.

16 Secundo, an saltem cum dispensatione Papæ iusta de causa facta id facere possit.

17 Tertio, an subsit in casu proposito iusta causa id faciendi.

18 Ad hæc dubia responditur, præmittitur, quod illa videntur esse nota: quoniam non videntur determinari per Gratianum, nec vlla capp. illorum plurimum, quæ citantur ab eo, neque per cap. quanto. & cap. gaudemus. b nec per Magistrum, nec S. Thomam & alios, qui comminiscuntur super dictis eius. c Licet enim in prædictis locis proponantur dubia de libello repudij olim in testamento veteri permissio dari, & de matrimonio infidelium, an reperiatur inter infideles, & an infidelis coniugatus ad fidem conuersus, vel conuersa possit contrahere cum fidele, & an debeat expectari conuersio infidelis, & alia multa his accessoria: non tamen videtur tractari hæc tria dubia.

19 AD PRIMVM ergo eorum, videlicet an solo iure communi attento liceat præfato Lazaro remanere cum secunda sine dispensatione Papæ, respondeo facere pro parte eius affirmante, primò, quod matrimonium per verba de presenti contractum dissoluitur per professionem in religione approbata factam, eo quod licet sit ratum, non est tamen consummatum, per cap. ex publico. d at matrimonium contractum inter infideles licet sit verum, & inseparabile, vt probat S. Thomas receptus, & non tamen est ratum, neque verum sacramentum, vt ipsemet tradit: f ergo per professionem fidei Catholicæ, quæ est maior, quam professio religionis, censendum est solutum: & ita potuit Lazarus contrahere cum secunda, antequam conuenteretur.

20 Secundo facit, quod Dominicus Sotus eundem S. Thomam sequitur dicit, quod si infidelis, qui remansit in infidelitate post conuersionem prioris coniugis, ducat aliam infidelem, & postea conuertatur ambo ad fidem, poterit iuste continuare matrimonium cum secunda contractum, & non redire ad priorem conuersam, quæ decisio videtur specialis pro casu proposito.

21 Tertio, quod omnis res, per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur, iuxta cap. 1. h At prius matrimonium Lazari ex consensu prioris vxoris constabat, & firmitatem recipiebat: ergo etiam ex consensu ipsius solui potest, & ita ipse Lazarus ex ipsius consensu manere cum secunda.

22 Quarto, quod non videtur obstare glossa i qua habet illam regulam fallere in matrimonio, quod solo consensu contrahitur, k sed solo contrario consensu non dissoluitur, l & idem esse de alijs sacramento baptismi & ordinis: pro qua est textus, quem illa non citat, in capit. inter corporalia. m quatenus habet inter corporalia & spiritualia hoc distare, quod corporalia facilius destruntur, quam construuntur: spiritualia vero facilius construuntur, quam destruntur. Non inquam hoc videtur obstare: quia replicari posse videtur in casu proposito prius matrimonium Lazari per consensum vxoris potuisse destrui, & fuisset destructum, si iam ipsa nupisset alteri, immo & si nunc ante conuersionem eius nuberet: quia Lazarus contrahendo cum altera verbo & facto significauit se obstinatum esse in perfidia, quod sufficere videtur ad hoc, vt ipsa contrahat cum alio fidele, per cap. si infidelis. n & sentit glossa. o

23 Pro parte verò negante facit primò, quod ratio maxima, ob quam videtur id posse facere, est illa, quod hæc secunda fuit vxor eius antequam conuenteretur: sed hoc non videtur verum: quoniam licet infidelis coniux conuersa ad fidem Catholicam possit contrahere cum alio fidele, si vir eius infidelis nolit se conuerttere ad eandem, neque cohabitare illi absque Creatoris contumelia, per cap. si infidelis. p infidelis tamen, qui se non vult conuerttere, non potest licite contrahere cum alia etiam infideli suæ sectæ, antequam coniux conuersa contrahat matrimonium cum aliquo fidele, per quod soluatur matrimonium prius, quod cum infideli contraxerat, vt sentit glossa q & tradit S. Thomas communiter receptus r cui concordant idem Sotus, & Ioannes Maior. s

24 Secundo facit, quod per solam conuersionem alterius coniugis ad fidem Catholicam non soluitur matrimonium contractum inter illam, & alterum coniugem

Secundo, an saltem cum dispensatione Papæ iusta de causa facta id facere possit.

Tertio, an subsit in casu proposito iusta causa id faciendi.

Ad hæc dubia responditur, præmittitur, quod illa videntur esse nota: quoniam non videntur determinari per Gratianum, nec vlla capp. illorum plurimum, quæ citantur ab eo, neque per cap. quanto. & cap. gaudemus. b nec per Magistrum, nec S. Thomam & alios, qui comminiscuntur super dictis eius. c Licet enim in prædictis locis proponantur dubia de libello repudij olim in testamento veteri permissio dari, & de matrimonio infidelium, an reperiatur inter infideles, & an infidelis coniugatus ad fidem conuersus, vel conuersa possit contrahere cum fidele, & an debeat expectari conuersio infidelis, & alia multa his accessoria: non tamen videtur tractari hæc tria dubia.

2 AD PRIMVM ergo eorum, videlicet an solo iure communi attento liceat præfato Lazaro remanere cum secunda sine dispensatione Papæ, respondeo facere pro parte eius affirmante, primò, quod matrimonium per verba de presenti contractum dissoluitur per professionem in religione approbata factam, eo quod licet sit ratum, non est tamen consummatum, per cap. ex publico. d at matrimonium contractum inter infideles licet sit verum, & inseparabile, vt probat S. Thomas receptus, & non tamen est ratum, neque verum sacramentum, vt ipsemet tradit: f ergo per professionem fidei Catholicæ, quæ est maior, quam professio religionis, censendum est solutum: & ita potuit Lazarus contrahere cum secunda, antequam conuenteretur.

3 Secundo facit, quod Dominicus Sotus eundem S. Thomam sequitur dicit, quod si infidelis, qui remansit in infidelitate post conuersionem prioris coniugis, ducat aliam infidelem, & postea conuertatur ambo ad fidem, poterit iuste continuare matrimonium cum secunda contractum, & non redire ad priorem conuersam, quæ decisio videtur specialis pro casu proposito.

4 Tertio, quod omnis res, per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur, iuxta cap. 1. h At prius matrimonium Lazari ex consensu prioris vxoris constabat, & firmitatem recipiebat: ergo etiam ex consensu ipsius solui potest, & ita ipse Lazarus ex ipsius consensu manere cum secunda.

5 Quarto, quod non videtur obstare glossa i qua habet illam regulam fallere in matrimonio, quod solo consensu contrahitur, k sed solo contrario consensu non dissoluitur, l & idem esse de alijs sacramento baptismi & ordinis: pro qua est textus, quem illa non citat, in capit. inter corporalia. m quatenus habet inter corporalia & spiritualia hoc distare, quod corporalia facilius destruntur, quam construuntur: spiritualia vero facilius construuntur, quam destruntur. Non inquam hoc videtur obstare: quia replicari posse videtur in casu proposito prius matrimonium Lazari per consensum vxoris potuisse destrui, & fuisset destructum, si iam ipsa nupisset alteri, immo & si nunc ante conuersionem eius nuberet: quia Lazarus contrahendo cum altera verbo & facto significauit se obstinatum esse in perfidia, quod sufficere videtur ad hoc, vt ipsa contrahat cum alio fidele, per cap. si infidelis. n & sentit glossa. o

6 Pro parte verò negante facit primò, quod ratio maxima, ob quam videtur id posse facere, est illa, quod hæc secunda fuit vxor eius antequam conuenteretur: sed hoc non videtur verum: quoniam licet infidelis coniux conuersa ad fidem Catholicam possit contrahere cum alio fidele, si vir eius infidelis nolit se conuerttere ad eandem, neque cohabitare illi absque Creatoris contumelia, per cap. si infidelis. p infidelis tamen, qui se non vult conuerttere, non potest licite contrahere cum alia etiam infideli suæ sectæ, antequam coniux conuersa contrahat matrimonium cum aliquo fidele, per quod soluatur matrimonium prius, quod cum infideli contraxerat, vt sentit glossa q & tradit S. Thomas communiter receptus r cui concordant idem Sotus, & Ioannes Maior. s

7 Secundo facit, quod per solam conuersionem alterius coniugis ad fidem Catholicam non soluitur matrimonium contractum inter illam, & alterum coniugem

in infidelitate, immo neque per pertinaciam infidelis coniugis manendi in infidelitate, & nolendi se conuerttere, neque per monitionem factam ei, vt se conuertat, cum protestatione, quod alioquin nubet alteri fidele, immo neque per responsum eius declarantis se nolle conuerttere: quia etiam si post talem responsum se conuertterit, antequam prius conuersa nupisset, tenebitur ipsa recipere illum, & non poterit alteri nubere, vt sentit glossa a & exprimit S. Thomas communiter receptus b & ex textu satis ad hoc efficac. c

8 Tertio, quod inseparabilitas matrimonij est de lege natura, vt probat S. Thomas communiter receptus d & facit definitio matrimonij posita in princ. Instit. e ibi, Induidiam vitæ consuetudinem continere. & quos Deus coniunxit, homo non separat, iuxta illud. f Quos Deus coniunxit, homo non separaret. translatum in cap. quos Deus. g Ergo prædictus Lazarus non fuit separatus a sua priore vxore, propterea quod ipsa se conuertterit ad fidem Catholicam: quia conuersio & baptismus non tollunt legem naturæ, sed perficiunt, vt idem S. Thomas ab omnibus receptus in hac ipsa specie dicit. h

9 Quarto, quod contra legem eandem naturæ est, vt quis habeat eodem tempore duas vxores, vt probat d. ca. gaudemus. i & docet idem S. Thomas cum communi k & ita viuente prima vxore Lazari, antequam illa nupisset alteri fidele, non potuit Lazarus ducere secundam, & contractus cum illa non valuit, nec per eum facta fuit vxor eius: & consequenter non videtur posse redire ad eam, neque comanere ei, eo quod fuit eius vxor.

10 Quinto, quod non potest etiam prædictus Lazarus accipere illam tamquam aliam fidelem, si conuertatur & baptizetur, quia iure naturali & diuino tenetur accipere priorem, iuxta dictum Apostol. l & tradit S. Thomas communiter receptus m & antea declarauit satis Innocentius. n

11 Sexto denique, quod licet coniux conuersa nolente coniuge marito se conuerttere, post pertinaciam eius possit licite nubere alij fidele: non tamen soluitur matrimonium prius, donec nubat alteri: quoniam matrimonium non soluitur, vt dictum est, per conuersionem & baptismum, neque per pertinaciam coniugis infidelis, neque per responsum, quod non vult conuerti, sed per matrimonium sequutum realiter, iuxta S. Thomam opinionem magis receptam: o quod quia verum sacramentum est dissoluit prius matrimonium, quod non erat sacramentum propriè, licet esset contractus indissolubilis, sed nondum ratum, vt idem S. Thomas tradit. p Per quæ omnia videtur hæc pars verior, & religioni Christianæ conuenientior.

12 Ad primum oppositum respondetur, concedendo assumptum, negando tamen consequentiam: quia nullo iure naturali, diuino, nec humano cauetur, quod per conuersionem ad fidem Catholicam dissoluatur matrimonium legitimum præcedens, immo ex ratione probatur contrarium, quod fides perficit matrimonium præcedens, & facit de non rato ratum, vt tangitur in 3. & vlt. argumento pro hac parte factis.

13 Ad secundum respondetur, concedendo, quod Dominicus Sotus scripsit verba posita in argumento, sed non sola: nam adiecit id esse verum, si iam conuersa contraxit tempore, quo infidelis contraxit cum secunda, significans, quod si conuersa non contraxisset antequam vir non conuersus contraheret cum secunda, non valisset matrimonium cum secunda.

14 Ad tertium & quartum respondetur, quod illa regula prima q non habet locum in sacramento matrimonij, neque in alijs. Nec obstat replicatio, scilicet, quod vxor Lazari conuersa nubere poterat, attenda illius perfidia, qua duxit secundam, antequam se vellet conuerttere: quia ad rescindendum matrimonium ante in infidelitate contractum non sufficit conuersum posse licite cum alia fidele contrahere, sed oportet, vt actu & facto contrahat, quoniam prius durat vsque ad secundum contractum, cuius virtute, quæ maior est virtute prioris matrimonij, dissoluitur prius, vt probatur per argumenta pro hac parte facta.

15 AD DVBIUM SECVNDVM respondetur, quod pro parte negante facit primò, quod licet Papa,

a Ca. gaudemus. de diuort. b L. ff. de rit. nupt. c. melius Instit. de patria potestate. §. nuptias. ca. sufficit. 27. qu. 2. c. l. nuptias. ff. de reg. iur. c. 1. ad Corin. 7. d 28. q. 1. cap. iam nunc. c. in multis alijs capp. c. lib. 4. sent. dist. 39. f Cap. consilium. 2. q. 4. c. §. consideremus. in auth. de triente. c. semiss. col. 3. g. dist. §. fin. c. 1. de purificat. post partum. h 1. 2. qu. 103. art. 3. c. 94. 104. art. 3. i In d. distin. 39. k Ca. nō præstat. de reg. iur. lib. 6. l L. Papinianus ff. de minorib.

a In cap. 1. de refor. matri. mo. sess. 24. b Genes. cap. penult.

a 28. qu. 1. c. 2. b De diuor. c In 4. li. sent. dist. 33. c. 39.

d De conuers. coniug. e In d. distin. 33. q. 2. art. 1. f In d. dist. 39. q. 1. art. 5.

g In eod. art. 5. colum. 8.

h De reg. iur.

i In d. ca. 1. de reg. iur. k Ca. sufficit. 27. q. 2. l Cap. licite. 31. q. 7. m De transil. prælat.

n 28. q. 2. o In c. si infidelis. eadem causa. q. 1.

p Cui aliquos alijs. 28. q. 1. c. si infidelis. 28. q. 2. c. prædicti. capp. quanto. c. gaudemus. de diuor. q In d. ca. gaudemus. de diuor. r In d. dist. 39. q. 1. art. 5. ad 3. s Per prædictum c. gaudemus.

a D. c. si infidelis. b In præf. dist. 39. q. 1. art. 5. ad 2. c In d. c. gaudemus. d In 4. distin. 33. q. 2. art. 1. c De patria potest. f Anst. 19. g 33. q. 2.

h In d. distin. 39. q. 1. art. 3. in c. 9.

i De diuor. k In d. distin. 33. q. 1. art. 1.

l 1. ad Corin. 7. m In d. dist. 39. q. 1. art. 4. n In d. c. gaudemus.

o In d. distin. 39. q. 1. art. 5. ad 2.

p In eod. art. 5. ver. sed contra.

q De reg. iur.



idemque Maximus & optimus Pontifex possit dispensare in matrimonio per verba de presenti contracto, & nondum consummato ex causa iusta, vt hi qui contraxerunt possint cum aliis contrahere, iuxta glossam illam solemnem a quam nos pre aliis confirmamus in Manu. conf. b non tamen potest dispensare in consummato, vt omnes tam Canonistæ, quam Theologi tenent: sicut nec professio religionis approbata id facere potest, licet dissoluere possit matrimonium non consummatum iuxta præf. cap. ex publico. At matrimonium Lazari contractum cum prius conuersa fuit consummatum: ergo non poterit Papa in eo dispensare, vt viuente priore possit contrahere cum secunda.

13 Secundo, quod Papa non debet velle præiudicare tertio. c At vxor prior Lazari habet ius quesitum per contractum matrimonium in ipsum Lazarum, per quod tenetur, si conuertatur, ad illam redire, per cap. gaudemus. d ergo non debet velle dispensare vt ipse contrahat cum secunda, quamuis ambo conuertantur.

Pro parte verò affirmante facit primò, quòd quamuis matrimonium contractum inter infideles sit legitimum, non est tamen ratum, secundum omnes, quia non est sacramentum, cum nullum verum sacramentum sit apud infideles, neque fideles catechumenos nondum baptizatos: baptismus enim est ianua sacramentorum. e At matrimonium contractum inter fideles licet non sit consummatum, est tamen ratum, & verum sacramentum secundum omnes. Cum ergo omnes puri Canonistæ, & Theologi qui canones calluerunt, immò & Caietanus & Michael à Medina, qui fuerunt satis puri Theologi, affirmant posse Papam ex iusta causa dispensare super matrimonio à fidelibus contracto nondum consummato: à fortiori poterit dispensare super matrimonio contracto inter infideles, cum non sit ratum.

14 Secundo, quod nuptias facit consensus, & non concubitus. f At copulatos solo consensu potest dissoluere Papa iusta de causa, ergo à fortiori coniunctos solo concubitu, nisi impediat sacramentum, quod significat conjunctionem D. N. Iesu Christi, & Ecclesiæ, qua est inseparabilis, iuxta capit. debitum. de bigamis. At licet inter Lazarum & eius vxorem priorem fuerit matrimonium concubitu confirmatum, non tamen fuit consummatum sacramentum, quod significat prædictam mirabilem conjunctionem: ergo poterit iusta de causa soluere illud Papa.

15 Tertio, quòd licet nec Papa nec alius princeps possit regulariter dissoluere contractus suorum subditorum inter se, neque cum ipsomet factos, iuxta regulam id quod nostrum. g & iuxta capit. conuenior. h & alia multa, qua citat Felinus i potest tamè iusta de causa id facere, iuxta ea que adducit ibidè Felinus & omnes. k At inter Lazarum & suam priorem vxorem solum interuenit contractus lege naturæ quidem validus, sed tamen legis supernaturalis vinculo & spiritali significatione sacramentali nudus: ergo poterit Papa illam dissoluere iusta de causa.

16 Quarto, quòd licet Papa, & alius princeps non recognoscens superiorem non debeat velle præiudicare tertio sine ipsius consensu, iuxta prædictam regulam, id quod nostrum est, potest tamen id facere consentiente parte, iuxta eamdem regulam, qua habet, id quod nostrum est sine facto nostro ad alium transferri non potest. vbi per factum intelligitur consensus expressus, vel tacitus, vel aliquid aliud ei æquipollens. At in casu proposito prior vxor Lazari conuersa vult consentire, vt Papa dispense, & det facultatem prædicto Lazaro, vt contrahat cum secunda. ergo sancte poterit id facere Papa.

17 Ad primum oppositorum responderetur, concedendo quod Papa non potest dispensare super matrimonio rato & consummato propter significationem illam mirabilem sacramentalem, quam lege supernaturali & spiritali, de qua in d. cap. debitum, habet, negado tamen quod primum matrimonium prædicti Lazari fuit consummatum, quia non fuit etiam ratum, sed solum contractus purus habens inseparabilitatem naturalem sola lege naturæ inductam, & nudam à sacramentali significatione, vt probatum est supra in decisione primi dubij, & per fundamenta pro

parte secunda secundi dubij adducta. Ad secundum responderetur primò, concedendo Papam non debere præiudicare tertio sine iusta causa, sed cum illa potest, & frequenter debet præiudicare per latissimè notata in d. cap. qua in ecclesiis. Secundo, quòd non petit in hoc casu dispensatio cum præiudicio tertij, quia, vt prædictum est, prior vxor, qua poterat præiudicare præiudicium, consentit, vt Papa id faciat.

18 ADDVBIUM TERTIVM responderetur, quòd iusta, pia, & sancta causa videtur esse in proposito casu faciendi dispensationem, qua petitur, quia ex narratione mihi facta vna cum consensu prioris vxoris videtur constari iusta causa arbitrio boni & prudentis viri, cui remittitur hoc iudicium, sicut & omnium aliorum, qua non sunt determinata à iure. a quod quia satis manifestum videtur, non est necesse, nec expedit superuacuum prolixitatem texere: quamuis id quod tangitur de repudio Moisaico non sit attendendum, quia vel numquam licuit, vel non saltem post Euangelium, vt recepta sententia tenet b quamuis item quod tangitur de rato non sit etiam verum, quia secundum receptam sententiam matrimonium inter infideles contractum, licet sit legitimum lege naturali, non tamen est ratum lege supernaturali Euagelica, per quam, & post quam est verum sacramentum, secundum omnes. c Et quidem incautè fuit positum verbum ratum inter causas faciendi dispensationem, quia magis prodest quod prius matrimonium non sit ratum, quam quod sit ratum, vt per fundamenta supra posita constat. Salua, &c.

SVMMA RIUM.

1 Patriam potestatem non perdit Iudæus, qui ad fidem conuertitur, ea que iure civili Romanorum introducta nu. 19. & communicata Iudæis, nu. 25. 26. qua non est apud Francigenas, nu. 19. nec apud Græcos, Persas, Indos, Nauarrosque, nu. 30. nec se extendit ad spiritalia essentialiter, consequenter, & dependentia, seu beneficia, nu. 27. tollitur autem iure communi præscriptione viginti annorum, nu. 13. & statuario Urbis annis quindecim, nu. 14. ac etiam præsumitur facta emancipatio eodem numero viginti annorum, nu. 12. ea que nihil operatur quo ad effectum dignoscendi cuius voluntas & contradictio sit attendenda in baptizandis paruulis, nu. 24. 27. vnde filij Iudæorum, ipsi inuitis, vel mortuo patre, inuita matre non possunt baptizari, etiam si auus paternus eos habens in potestate id velit, num. 29.

1 Educari debent pueri apud illum ex coniugibus, qui vel qua ad fidem fuerit conuersus, non obstante quod alteri competat ius patrie potestatis in illos: quia quo ad parentes ipsos inter se preferendos nihil operatur, num. 5. & 24. licet operetur multum respectu aui paterni, qui cum ex patria potestate impediat ne nepoti detur tutor, illi apud se retinebit, nu. 9. exclusa matre, nu. 10. à qua aliis excluderetur, nu. 11.

2 Iustitia originalis, si non peccasset Adam, non fuisset extincta ob peccatum Eue.

2 Gratia gratum faciens, & iustitia originalis, diuersa, & diuerso modo se habent in sui acquisitione, vel amissione. & 3.

4 Proles in generatione magis attenditur vir, quam femina.

5 Iudæorum infantes apud parentes educari debent, ad quos iure naturali & diuino regimen eorum circa spiritalia spectat, nu. 19. 20. 21. 22. 31. 32. 36. 37. patre autem mortuo, apud matrem, auo paterno etiam Christiano excluso, eique tutela dari, nu. 9. 10. non obstante quod subsit timor quod puerum ad infidelitatem trahet, num. 14. quia plus seruandum est determinationi Ecclesiæ, nu. 37. & magis timendum ne postea inducatur à matre ad apostatandum, num. 3. 8. 14. 15. fallit, si auus haberet nepotem in potestate, quia tunc posset nepotem vendicare, nu. 11. nec tali esset dandus tutor, num. 6. & 9. sed apud ipsum auum esset educandus, nu. 10.

7 Fidem Christi vt recipiat, nemo cogendus est, & hoc non solum ob scandalum, vt putauit Biel. in quo reprehenditur à Soto, sed etiam quia est de se illicitum, nu. 23.

8 Baptizandi non sunt Iudæorum infantes pueri, id est, qui nondum ad duodecimum ætatis annum peruenerunt, nu. 17. parentibus vtriusque inuitis, & nu. 14. nec mortuo patre, inuita matre, & hoc etiam si auus paternus, etiam Christianus, etiam habens nepotem in potestate, & apud ipsum nutriendum, ac etiam princeps loci id velle, immò requiritur alterius saltem parentis expressus consensus, num. 16. 17. 20. 21.

a Leg. ff. de iure delib. c. de causis de off. deleg. cum eis adnot. b In 4. libr. sent. dist. 33.

c In 4. dist. 39.

a Ca. ex publico. de conu. coning. b Ca. 22. nu. 21.

c Leg. 2. §. si quis à princip. ff. ne quid in loco publico fiat, ca. super eo. de off. deleg. & reg. Cancellaria. de non tollendo iure quæsito. d De diuor.

e Ca. venies. de presby. nò baptiza.

f Le. nuptias. ff. de reg. iur.

g ff. de regul. iur. h 23. qu. 5. ca. 1. de probatio.

i In ca. no. num. 3. de iudic.

k In c. qua in ecclesiis. de const. & ali. bi sepe.

22. 25. 28. 29. 31. 34. nec parentibus mortuis, inuitis tutoribus, secundum Paludanum & Sotum, nu. 17. 18. ancillarum item filij spurij, ipsi inuitis, non sunt baptizandi, num. 18. sed tales pueri relinquendi sunt prouidentia diuina, nu. 15. cum puerorum regimen eodem iure. & iure naturali quo ad prædicta eisdem parentibus spectet, nu. 19. & 20. 21. adeo vt lex de baptizandis pueris, inuitis parentibus, sit lex naturalis à Deo ab exordio creatura data, nu. 33. & nu. 31. 32. & licet Sotus putauerit, cessante scandalo, infantem infidelium iamiam moriturum posse inuitis parentibus baptizari, sedes tamen Apostolica aliter sentit, nu. 23. & 35.

13 Libertatis ius contra dominum, & contra patriam potestatem præscribitur spatio viginti annorum de iure.

21 Baptizandi præceptum Domini non tollit legem naturalem, quæ idem Dominus statuit, infantes vsu rationis non habentes esse sub potestate parentum quo ad ea que ad salutem animarum spectant, & nu. 20.

CONSILIVM IIII.

Quidam Hebraus, nomine Emanuel sunt anni viginti duo quod ad fidem Christianam conuersus, & per baptismum renouatus, Bernardinus nuncupatus est, relicta vxore, & filiis ipsius adultis, qui religionem Christianam sequi noluerunt. Sed omnia bona iecit tulit Bernardinus præfatus, relictis filiis seorsum à se tamquam à religione alienis, sine bonis aliquibus. At illi seorsum à patre viuentes sua industria alia bona quaesierunt. Et vnus eorum, nomine Benedictus, per annos 18. post patris conuersionem vxorem duxit Hebræam nomine Bonam, ex qua filium suscepit, quem vocauit Heliam, & decessit in iudaismo, præfatus filio penes matrem Hebræam relicto atatis vnus anni, cui mater præfata Curia decreto truxit decreta fuit. Nunc autem, quando dictus infans triennium excessit, quarto anno incepto, eum tamquam eius nepotem Bernardinus præfatus à dicta matre auferre, & penes se retinere, & baptizare, contendit etiã inuita matre, qua præfatis repugnat.

Queritur, an auus, an mater obrinere debeat.

Ex animo desiderauit, vt hæc lis sine opinionis meæ notitia finiretur. At quando iubeo illam dicere, faciam id breuiter & humiliter, separata prius ope D. N. Iesu Christi, per eius Apostolam gloriosam Mariam Magdalenam, quam tota hodie celebrat Ecclesia, nouo respondendi ordine. Primo enim expendam singulatum valorem quorundam argumentorum, qua vtraque parte stant. Deinde ostendam in quo consistit iugulum huius dubitationis, & subiiciam argumenta, que videbuntur firma pro parte, quam elegero.

Pro primi articuli expeditione visis vtriusque partis informationibus, vnus eorum, qua pro auo allegantur, est, quòd pater, vel auus ad fidem conuersus non perdit patriam potestatem, cap. Iudæi, a quatenus habet, conuersum ad fidem non debere esse peioris conditionis, quam non conuersum; & constat Iudæos antequam conuertantur habere filios in potestate, vt probat c. fi. b & notant ibi Panormitanus & alij. Mater autem non habet filios in potestate. c Sed hoc argumentum nihil videtur concludere, quoniã matri conuersæ tradendi sunt filij, si pater non conuertatur, & ita patrie potestas nihil operatur in hoc. Vnde Hostiensis, quem sequuntur omnes, dixit ibidem, breuius potuisse Gregorium IX. decisionem illius casus expedire, dicendo, quòd coniugij, qui vel que conuertitur, est facièda pueri traditio, nulla consideratione ad patriam potestatem habita, cum mater, vt prædictum est, non habeat filium in potestate.

2 Secundum, quod pro auo allegatur, est, quòd id quod operatur oppositum in opposito, operatur propositum in proposito. d At in perdenda iustitia originali magis fuit pensata conditio viri, quam femina: quia si Adam non peccasset: propter peccatum Eue posterius iustitiã non amississent, secundum D. Thomam communiter receptam e Sed hoc argumentum nihil cõcludit. Tum quia est ð longinquo petitum, & non agitur in hoc casu de querèda gratia, sed de educatione infantis, an debeat educari à matre, an ab auo, quod est diuersum, & à diuersis non fit illatio. f

a 2. de Iudæis. b De conuers. infidelium. c §. ceteri. In sti. de hered. quali. & differ. & §. mater. iustia glo. In sti. de ex. heredat. liberorum. d Cap. sciendum. 8. q. 1. & si contra tabulas. ff. de vulgar. e In 1. 2. q. 81. art. 5. & in 2. sententiarum. dist. 31. qu. 1. ar. 2. ad 4. & aliis locis. f L. Papinianus ff. de minorib. cap. ad audientiam. de decimis.

A Tum quia licet amissio iustitiæ originalis, & acquisitio eius dicerentur contraria apta ad formandum argumentum à contrario, non tamen dicerentur talia acquisitio gratiæ, & amissio iustitiæ originalis, cum longè inuicè sit diuersa gratia gratum faciens, & iustitia originalis, vt per eorum definitiones patet, ex traditis in 2. lib. sententiarum, a vbi post & ante alios irrefragabiliter hoc probat Ioã. Maior. b

3 Tum quia modus, & ratio, quam habent iustitia originalis, & gratia gratum faciens in modo querèdi, vel amittendi multum differunt, præsertim sub lege Euangelica: quia licet vtraque ex Deo immediatè sit, vel fuerit ex creatione, & infusione, illa tamen fuit indita sine vllò sacramento, & sine vlla contritione, & sine vllò actu ad eam preparatiuo, & ad alium effectum, quam gratia gratum faciens, & semel perita non fuit amplius quaesita. Hæc autè si est prima, siue operans, queritur nunc medio sacramento, nunc vera contritione, nunc aliquo actu liberi arbitrij preuior: & si est alia, siue cooperans, per meritum de condigno per tradita à S. Thoma, c & iuxta sacros canones Concilij Tridentini sess. 6.

4 Tertium argumentum est, quod in generatione proli magis consideratur vir tamquam principium actuum, quam femina, d qua est ratio, qua S. Thomas, e firmat ex Ad peccato descenditur fuisse in nos originale, etiam Eua non peccante. Sed hæc ratio non concludit propositum: quia si id concluderet, etiam concluderet, quòd cum conuertitur vxor, & non maritus, filij essent tradendi marito, quod tamen est falsum, iuxta cap. Iudæorum, f per quod hoc tenet Panormitanus & communis. g

5 Quartum argumentum est, quòd omnes rationes, quibus, h filij traduntur patri, militant in auo, de quo hic agit, puta, patria potestas, suspicio, quod saluti & vitæ pueri fiant infidia, & quod mater pueri, si contingeret eum remanere apud eam, possit illum adducere ad infidelitatis errorem, & fauor fidei Christianæ. Sed neque hoc argumentum efficaciter concludit. Tum quia patria potestas nihil operatur in d. cap. fin. i vt supra dictum est. Tum quia si solæ illæ rationes sufficerent ad tradendum hunc puerum, mortuo patre, auo, vt persuaderet ei Christianismum, etiã probarent, quòd sufficeret, vt mortua matre, & viuo patre, immò & viuo vtroque ei traderetur, quia esset in potestate aui, & non patris, quod nemo concedet. Tum quia præter rationes præfatas erat alia, qua longè magis urgebat, videlicet quod is, cui tradendus erat puer, erat verus pater eius, sicut pars aduersa vera mater, quod non contingit hoc casu.

6 Quantum est, quòd Salicetus determinat, k quòd matri non competit tutela filij viuente auo, in cuius potestate est ille. Sed neque hoc concludit intentionem aui. Tum quia pars aduersa negat, puerum, de quo agitur, esse sub potestate aui: & ipsemet Salicetus determinat, l quòd mater in tutela filij præfertur auo, qui non habet illum in potestate. Tum quia, vt supra dictum est, patria potestas parè prodest quo ad propositum baptizandi hunc puerum, quamuis quo ad aliud prodesse possit, vt mox dicam. Tum quia viuente pater nepos est in potestate aui: & ita si sufficeret consensus eius, qui haberet filium infidelem in potestate, sequeretur, quòd etiam patre viuente & renitente posset nepos baptizari, quod nec ipsa pars aui dicere audebit.

7 Primum autem eorum, qua pro matre allegantur, est, quòd nemini est vis ad credendum inferenda. m Nam à Christiana religione alieni ad fidem non asperitate, sed mansuetudine, & blandimentis alliciendi sunt. n Sed hoc non concludit, nec satis aptum argumentum est, quoniam dubium propositum non habet, an puer hic baptizandus sit inuita matre, nec ne, sed an tradendus sit matri, vel auo ad educandum, quòd aliud est, vt palam est.

8 Secundum pro parte matris est, quòd filij Iudæorum non sunt inuitis parentibus baptizandi, iuxta glossam communiter receptam, o & iuxta sanctum Thomam communiter receptam. p Sed & hoc non concludit, immò videtur esse ineptum: quia alia quaestio est, an is puer sit baptizandus inuita matre, atque quam discretionem querat, & doli prudentiæque capax sit, in quam tendit hoc argumentum: alia, an debeat tradi matri, vel auo

a Dist. 30. b In q. 1. conclus. 11.

c 2. q. 11. a. 2. & 11. 4. art. 3.

d 5. & 5. Physicorum. e Vbi supra.

f 20. q. 1. g In d. ca. fin. de conuers. infidelium. h In a. ca. fin. de conuers. infide.

i De conuers. infid.

k In authent. matri & auo. C. quòd mulier sur. officio fungij potest. col. 2. nu. 5. l Ibidem.

m Ca. de Iudæis. 45. dist. & cap. ad fidem. 23. q. 5.

n Ca. qui sententia. 45. dist. & in c. Iudæorum. 28. q. 1.

p In 2. 2. qu. 10. art. 12.

ad educandum.

9 Tertium est, quod patria potestas nihil in hoc proposito operatur, ut supra dictum est. Ergo praefatus auctus esto habeat patriam potestatem in puerum, non possit illum sibi vindicare. Sed nec hoc argumentum concludere videtur: quia negari non potest patriam potestatem operari multum quo ad propositam quaestionem: cum puero existenti sub potestate aui non sit dandus tutor: quia ille datur solum in defectum habentis in eum patriam potestatem, argumento definitionis tutelae, quae ponitur in l. r. & est satis expressum in §. permissum, quatenus probat, non posse patrem dare filio tutorem, si erat in aui potestate: & ita plurimum facit patria potestas, si eam habeat auctus, ad hoc, ut ei traderetur puer: quoniam non deberet habere alium tutorem, nec tutricem. Haec tenet de primo.

Pro secundi expeditione videtur dicendum primum, quod hoc dubium continet duas quaestiones. Altera est, an infans sit tradendus educandus matri, an auctus? Altera, an possit iuste baptizari inuita matre, de consensu aui, siue tradatur huic educandus, siue illi?

10 AD PRIOREM QVAESTIONEM respondetur, quod est tradendus auctus, si habeat in eum patriam potestatem. quod illa firma ratione probatur, quod si est in potestate aui, nullus est ei alius tutor dandus, per d. l. r. & melius per principium & per d. §. permissum, quia, ut supra dictum est, non est dandus aliquis tutor pupillo, qui mortuo suo patre recidit, vel remanet in potestate alterius cum ille debeat eum defendere, regere, & gubernare: & illo casu non habet locum praefata auctus, ut e dixit Salicetus, declarans, quod glossa illius, & Bartholus dicentes quod mater praefertur in tutela auctus paterno, sunt intelligendi de auctus, in cuius potestate non remanet nepos mortuo patre: quia frustra, inquit, quaeritur de tutela eius, qui est in alterius patria potestate.

11 Cuius ratio, licet ipse illam non reddat, est, quod ex octo, quae operatur patria potestas secundum glossam celebrem, & est, eum in quem illam habet, petere, & vindicare in suam potestatem, siue a nemine teneatur, siue teneatur ab alio volens, vel inuitus. Si autem auctus, de quo loquimur, non habeat infantem praedictum in sua potestate, sed est sui iuris, debet manere in potestate matris, cui decreta est tutela, ut in facto proponitur: quia mater in tutela filij sui praefertur omnibus legitimis, & dativis tutoribus, licet non testamentariis, per d. authent. matri & auctus, etiam auctus paterno, qui non habet patriam potestatem in illum, ut tenent ibi glossa Odofredus, Bartholus, & Salicetus & Andreas Siculus.

Quare tota decisio huius prioris quaestionis pendet ex illa, an praefatus auctus habeat in praefatum nepotem patriam potestatem? Ad quam respondetur quod non: & probatur. 12 Primo, illa firma ratione, quod filius praefertur emancipatus, si per viginti annos in quasi possessione sui iuris seorsum a patre vixerit, per textum singularem, & in facto proponitur, quod ante viginti duos annos praefatus auctus (quae fuit eius felicitas) fuit conuersus ad fidem Catholicam, & separavit se cum bonis suis a conuersatione suae uxoris, & filiorum suorum, qui tamquam liberi, & sui iuris, quaesierunt sibi bona, quibus viuerent, & ditarentur: & quod tali casu filius praefertur emancipatus, & liberatus a patria potestate, affirmant, glo. Barth. Bald. Salicetus, Fulgofius, Baldus, Barbatius, Iason, Alciatus, & alij multi.

13 Secundo probatur etiam ea ratione firma, quod ius libertatis contra dominum praefertur spatio viginti annorum per l. 2. p. & ibi notant glossa & Doctores, maxime Baldus & Salicetus. Tum quod etiam libertas contra patriam potestatem praefertur viginti annis, ut recte probat Franciscus Baldus, & dicens quod filiusfamilias potest praefertur viginti annis existentiam sui iuris contra patriam potestatem, sicut seruus libertatem contra seruitutem dominicam per dict. l. r. vbi id tenet glossa recepta per omnes, & glossa finalis.

14 Tertio, quod dicitur Romae quare statutum, quo omnes praescriptiones perficiuntur sexdecim annis: & praescriptio statuti minuens tempus praescriptum a iure communi sortitur naturam praescriptionis a iure communi

A statuta, secundum Baldum, a per illum textum, b quem sequitur Iason, c & habet vim praescriptionis iuris communis, d & notatur in capit. cum omnes, e & tradit Iason. f

Non obstat, quod est verisimile eam procuraturam, ut Iudaismum imbibat. Tum quia iam ipse circumciscus est, quod solum plus satis incitabit ad illum, penes quemcumque maneat. Tum quia etiam periculum est, quod si matre inuita baptizetur, eius amore, vel suasionem clades, vel manifesta, cum ad discretionis annos peruenerit, & sciuerit, quod ea renitente fuerit baptizatus, a Catholica fide deficiat, & apostatet, secundum mentem D. Thomae & omnium, qui tenent filios Iudaorum non posse iuste baptizari inuitis parentibus eorum: quod peius esset illi, quam si numquam esset baptizatus, secundum omnes. Tum quia non sunt facienda mala & iniusta propter bonum ex iis consequens.

15 Tum quia non est facienda iniustitia, quo pietati, vel viduis faueatur. h Tum quia ratio quare Iudaorum filij non sunt inuitis parentibus baptizandi, posita in cap. quia sincera, i est, quod hoc est relinquendum prouidentiae Dei, qui quorum vult miseretur, & quos vult indurat, & non vult cuiquam vim inferri, ut quisquam fidem Catholicam suscipiat. Ex quibus palam colligitur, quod non vult Deus ut matri praedicti pueri denegetur ipsius educatio iure sibi debita, ex eo, quod sit verisimile eam procuraturam, ut imbibat Iudaismum: nec propter bonum conuersionis, quod ex illa denegatione consequi posset, debet ei fieri iniustitia.

16 AD ALTERAM QVAESTIONEM, scilicet an praedictus infans possit baptizari inuita matre de consensu aui sui, siue tradatur educandus matri, siue auctus. Respondeo, quod affirmatiue respondere deberet is, qui teneret opinionem Scoti, k videlicet quod Princeps bene potest pueros infidelium suae ditionis inuitis Parentibus facere baptizari, immo etiam, qui teneret opinionem Duradi, ladiucta opinione Paludani. m Na Duradus tenet, filios infidelium, qui sunt serui Christianorum, posse inuitis par tribus baptizari, & Palud. opinatur, quod Iudaei sunt serui Christianorum, quod tamen falsum esse recte putat Dominicus Sotus. n Sed praedicta opiniones non sunt tenende, & communiter reiciuntur non solum per S. Thomam, o & alios, p & alios etiam, q & alios adhuc, r quorum nomenclaturam superfluum est referre: quia pro illis est textus in dict. capit. de Iudaeis, & capit. qui sincera, s & expressa bulla Martini V. per quam firmiter est tenendum, filios Iudaorum, antequam ad discretionem peruenerint, non esse baptizandos sine expresso consensu parentum, vel alterius eorum: qua conclusione praesupposita videtur iuri consentaneum respondere ad quaestionem negatiue.

17 Primo quidem, quia si tradatur educandus matri, tamquam tutrici, nullatenus potest ea inuita baptizari: quia tam iuri naturali, quam ciuili, tota cura ipsius ad eam spectat, praesertim tenendo opinionem Paludani, t nempe, quod inuitis tutoribus eiusmodi pueri non debent baptizari, quem satis sequitur praedictus Dominicus, v quod ipsum videtur dicendum, si tradatur educandus auctus. Secundo, quod mater non desinit esse parces & mater huius pueri, eo quod in eu habeat patriam potestatem auctus, argum. l. iura sanguinis iure ciuili dirimi non possunt. x At tam Toletana Synodus, y quam opinio praedicta S. Tho. & aliorum communiter recepta tenent, quod huiusmodi infans non debet baptizari inuitis parentibus, & mater haec est parces huius infantis, ergo nec inuita illa.

Tum quia bulla praedicta Martini V. habet expressae, quod pueri Iudaorum ante duodecim, annos, aut antequam vsu rationis consequantur, non sunt baptizandi sine expresso consensu parentum, vel alterius eorum.

Cum ergo alter parens, scilicet pater iam sit mortuus, requiritur expressus consensus matris viuientis, quae est altera parens. Tum quia expressae sentiunt Paludanus & Dominicus vbi supra, dicentes, quod huiusmodi infans, qui vtroque parente orbatus est, sub tutoribus non debet baptizari sine illorum consensu.

18 Per quae verba clare sentiunt, quod si non est orbatus

a In l. in con. tractib. b C. de no. nu. pecun. c In l. nemo potest. n. 117. ff. de leg. 1. d Arg. l. omnes populi. ff. de iustitia. co. iur. e De consuet. f Vbi supra.

g Ca. non est putanda. l. q. 1. c. c. forte. 14. q. 5. h Ca. ex tenore. de for. co. per. i Es in d. ca. de Iudaeis. 45. dist.

k In 4. l. con. tenent. dist. 4. q. 9. l. in d. dist. 4. q. 6. m In eadem dist. q. 4.

n In d. lib. 4. dist. 5. q. 1. ar. 10. o 2. 2. qu. 10. ar. 8. c. 12. p In d. dist. 4. q. 1. dist. 5. r In d. dist. 5. q. 4. 5. dist.

t Vbi supra. v In d. dist. 5. q. 1. ar. 10. col. 21. ver. additur ibidem.

x ff. de regulis iuris. c. l. ius autem agnationis. ff. de pacis. y In d. cap. de Iudaeis.

a ff. de iur. & iustit. de iustel. in princip. b Eod. titul.

c De iustel. d In iustit. de iustel.

e Ibidem. f Nu. s.

g In §. ius auctus. In iustit. de patria. potest.

h In eod. tit. 3. part. in 3. dubio. i In l. r. ff. de patria potestate.

k In d. l. r. l. n. post mortem. in fine ff. de adopt.

m In c. perue nit. num. 9. de empt. c. v. d. c. consil. 135. nu. 12. l. 4. inter cõsilia. A. Alexandri. n In l. si emancipati. nu. 2. C. de collat. c. l. si certis annis. nu. 12. C. de pact. o In regul. 2. praesumptio. num. de praesumptionib. p C. de praescriptio. longi temporis. qua pro libertate. q In q. vlt. 3. par. 4. part. principia. tra. stat. de praef. r C. de patria potestate.

s In l. 2. in fine. C. de praescrip. longitemporis. qua pro libertate.

vtrouque parente, magis requiritur consensus parentis viuientis, quam tutorum: & cum tutores non dentur, nisi mortuo patre, consequenter sentiunt, quod consensus matris viuientis est magis requirendus, quam consensus tutorum, & aliorum, qui habent aliquam potestatem ciuilem in illum.

Tum quia omnes ad vnum hanc opinionem tenentes sentiunt requiri consensus amborum parentum, vel alterius tantum, & ita consequenter volunt, ut si alter tantum est superstes, illius consensus requiratur. Tum quia Capreolus, & Dominicus, qui eum a citat, dicunt consensus ancillae requiri ad baptizandum filium eius, & communiter ancillarum filij sunt spurij, qui patrem ignotum habent: ergo matris superuiuentis consensus patre mortuo requiritur.

19 Tum quia lex ciuilis debet cedere legi & iuri naturali, & diuino. b At iure & lege naturali ac diuina filij vsque ad annos discretionis sunt dirigendi per parentes suos, quo ad ea quae pertinent ad salutem spirituales eorum, ut sanctus Thomas & omnes alij supra fatetur, allegantes quod sub lege naturali filij olim saluabantur in fide parentum, non distinguendo inter patrem & matrem. Potestas autem patria non est potestas inducta iure naturali, neque diuino, immo neque iure gentium, sed humano ciuili, & particulari Romano, quod affirmat sanctus Thomas & communis Theologorum opinio, & nostrorum, c & est textus expressus Instituti. de patria potestate, d ad quod glo. sing. & recepta ibidem, verbo Romanorum, habet Francigenas non habere filios in potestate. Ergo non obstante quod auctus haberet patriam potestatem, & dispositionem quo ad ea, quae sunt iuris ciuilis, non tamen haberet quo ad ea, quae iure naturali & diuino pertinent ad matrem, vel patrem.

Tum quia si patria potestas, quam habet auctus, sufficeret ad hoc, ut in sua potestate constitutus possit iuste baptizari, sequeretur, quod omnes nepotes, & pronepotes eius, viuentibus omnibus eorum parentibus, possent baptizari eis inuitis de ipsius aui consensu: quia omnes illi sunt sub illius potestate per supra dicta: quod tamen est absurdum, & ita non dicendum, l. nam quod absurdum. ff. de bonis e neque vilo vniquam vsu receptum, & contra praefatam bullam Martini V. quae requirit expressum consensus alterius parentis.

20 Tum quia hoc concludit solutio illa solida & subtilis, qua Caietanus, f quem sequitur Sotus, & defendit sanctus Thomas, & communem ab argumento Scoti neruotum, quo concludebat pueros infidelium posse a Principe inuitis eorum parentibus iuste baptizari. Argumentum enim eius est, quod duobus contraria praecipitibus, maiori est obediendum, secundum Augustinum, h cuius dictum nos habemus translatum in cap. qui resistit, i quatenus habet, quod si Curator iubet aliquid, & Consul contrarium, huic est parendum, & si Consul iubeat aliquid, & Imperator contrarium, Imperatori, & si Deus contrarium, Deo. At Deus per legem Euangelicam iubet omnes baptizari, ergo illi est parendum, licet parentes contradicant: quia sunt Deo minores. At praedictus Caietanus pro sancto Thoma communiter approbato & vsu recepto respondet, quod assumptum huius argumenti procedit, quando duo diuersi duo contraria praecipunt: sed in proposito loquimur, quando idem praecipit illa duo. Deus enim, qui per legem Euangelicam iussit omnes baptizari idem ipse per legem naturalem toti generi humano indidit, ne inuitis parentibus quidquam, quod pertinet ad salutem animarum filiorum nondum habentium vsu rationis, disponatur: & quia sicut gratia non perimit, sed perficit naturam, ita diuina lex Euangelica non tollit, sed perficit diuinam naturalem: & ideo Dominus, qui Euangelicam tulit de baptizandis omnibus, noluit tollere suam legem naturalem, qua parentibus tradidit potestatem in huiusmodi filios quo ad ea, quae ad suam animarum salutem pertinent. Per quam solutionem satis expensam colligitur, ius parentum in filios vsu rationis nondum assequutos, quo ad ea quae pertinent ad suam salutem spirituales, non esse quale, neque ab humana potestate, vel consuetudine inductum, sed ab ipso omnipotente Deo

A naturaliter ante legem Euangelicam de baptizando toti generi humano inditum, & ita non posse illi per patriam potestatem, nec alia iure ciuili introducta derogari. & consequenter ius, quod habet mater praedicta in praefatum filium lege naturali sibi inditum, etiam si non esset tutrix, non potest tolli per praefatam patriam potestatem, quam haberet auctus, quam tamen supra eum non habere valide conclusimus.

21 Tu quia super hac ratione, & iure naturali fundari videtur bulla Martini V. per Eugenium IIII. confirmata, quatenus prohibet huiusmodi Iudaorum filios baptizari sine expresso consensu parentum, vel alterius eorum: significando per illa verba, quod S. Thomas & alij Doctores asserentes huiusmodi filios non esse baptizandos inuitis parentibus, per verbum, parentes, intelligunt patrem, & matrem tantum, & non alios: licet alij per illud significari auctus, proauctos, abauos, & tritauctos, dicit Iurisconsultus Paulus. a Declarando enim directe non debere illos baptizari sine consensu alterius parentis, & indirecte quod debent baptizari de consensu expresso alterius, per illud verbum, alterius, quod dicitur de duobus tantum, clare significat solos duos hac in re appellari parentes, nempe patrem, & matrem, cum aui, proaui, abau, vel tritaui possint esse plures, quam quinquaginta. Tum denique quod ex dictis colligitur, quod priuilegium hoc iure naturali patri, vel matri concessum dirigendi filios suos rationi vsus experies in spiritualia, est personale, & consequenter non extenditur ad tritauctos, neque abauos, neque proauctos, nec consequenter auctos: quia priuilegium personale sequitur personam, & extinguitur cum ea. b

22 Per quae omnia videtur concludendum, praedictum puerum sub tutela matris educandum esse, & nullatenus ea inuita baptizandum esse, etiam si in patriam aui potestatem venire deberet. Salua non solum sacrosancta matris Ecclesiae, sed etiam cuiuslibet, & quamlibet humilis diuini iuris & humani consulti maiore sententia.

CVM IN HAC causa ab vtraque parte rogatus renuissem respondere, iussus ab habente in id potestatem, respondi ferre inuitus, & meam de illa opinionem clausam eidem misi, nec vlli parti roganti & flagitanti exemplum eius tradere volui. Nunc autem quia allatus est mihi quoddam scriptum auctoris incerti, quo meam refellit sententiam, non possum non tangere quaedam, quae magis obstare videri possunt. Gratia tamen in primis dominationi eius (quisquis ille sit) habita, quod me titulis, meis meritis superioribus, honorat: simul laudato Deo, quod ipsum (ut eius responsum indicat) praecellente intellectu acrimonia cum pari eruditione & facundia coniuncta donauerit.

23 Primum, quod non satis apte significat, quod Gabriel reprehenditur a Dominico Soto, eo quod dicat, filios paruulos Iudaorum propter solum scandalum non debere baptizari sine consensu parentum: Sotus enim ibi, vbi hoc dicit, c non agit de baptizandis, vel non baptizandis paruulis inuitis parentibus, de quo postea tractat, sed de baptizandis, vel non baptizandis adultis ipsismet inuitis. Arguit enim ibi contra conclusionem receptam, qua posuit super eodem ar. d in haec verba: Neutiquam licet quemquam vel ad fidem, vel ad baptismum cogere. Reprehendit autem Gabrielem, eo quod putauit Concilium Toletanum ab vtroque citatum, cuius pars habetur in cap. de Iudaeis, e non vetare coactionem infidelium ad fidem, tamquam rem de se illicitam, sed ob scandalum, quod inde sequitur, & merito eum reprehendit, quia suapte natura est illicita, eo quod sit contra naturam fidei, quae est, ut per spontaneam voluntatem suscipiatur.

Secundo, quod non satis apte significat, Sotum paruifacere scandalum, quod datur parentibus per baptismum filiorum suorum paruulorum eis inuitis ministratum. Tum quia nihil ibi de hoc agit. Tum quia, f dicit licere paruulum iam iam moriturum baptizare inuitis parentibus, si cessaret scandalum, quod certe ego nullatenus dixissem, nec audeo dicere pro reuerentia, & fide, qua debeo esse in S. Sedem Apostolicam, & in eius declarationes, quibus declarauit absolute, non licere paruulos Iudaorum sine alterius parentis consensu expresso baptizare

a Vbi supra.

b Ca. qua cõtra. s. dist.

c In l. si emancipati. C. de collat. c. alibi sape. d §. 1.

e In n. quod absurdum. ff. de bonis libe.

f In d. ar. 12. g In d. ar. 10.

h Serm. 6. de verbis Domini. i l. q. 3.

a In l. iuris. consulti. ff. de gradibus affinitatis.

b Ca. priuilegium. de regulis iuris in o. c. le. maritum. cum lege sequenti ff. solus. maritum.

c Scilicet in 4. lib. d. 5. ar. 10. col. 9. arg. 12. d. Col. 4. vers. 3. conclusio.

e 45. dist.

f In eod. ar. col. vltima. vers. vsq.



vt inferius fufius dicam.

24 Tertiò,quòd etiam non fatis cautè ait me dixiffe patriam potestatem nullius esse in hac re momenti. Nam si mea dicta,fideliter transcripta, fuissent ab eo integrè perpensa,inueniiffet me in duobus vel tribus locis dicere,quòd patria potestas in hac re plurimum importat quo ad traditionem paruulorum ad effectum educandi,licet nihil quo ad traditionem ad baptismum.

Quartò,quòd nimis confidenter ait,quòd ratio,& causa præcipua,qua determinauit Gregorius I X. a quòd patre ad fidem conuerso consentiente,filius(nolente matre) potest iustè baptizari, fuit patria potestas, quam pater in illum habebat, & quòd ego dicens contrarium, fui falsus, cum profecto non fuerim. Tum quia non potest esse ratio,& causa præcipua determinationis alicuius quæstionis illa,qua cessante nõ cessasset determinatio, & quæ posita non sufficeret ad illam faciendam,argumento eorum omnium,quæ notantur in cap.cum cessante, b & eorum,quæ nos latius & resolutius aliis tradidimus in capit. cum minister, c definiendo causam principalem, & minus principalem,& ponendo inter eas differentiam.

25 At patria potestate cessante,immo & cessante,nõ cessasset illa determinatio Gregorij.Nam matre conuersa volente,& patre non conuerso nolente, filius paruulus est baptizandus, d quòd omnes fatentur. e Attamen patria potestas cessat in matre, immo posita in patre repugnat. Ergo causa & ratio præcipua & principalis, qua censetur decidere & determinare Gregorius, tradendum esse ad baptismum paruulum patris conuersi, nolente matre non conuersa,non fuit patria potestas.

Tum quia patria potestas etiam cum fauore religionis coniuncta non sufficit ad baptizandos huiusmodi paruulos.Nemo enim pro reuerentia & fide,qua debemus esse omnes in sanctam Sedem Apostolicam, & eius definitiones,auderet dicere,quòd patria potestas posita in atauo,vel tritauo Christiano sufficeret,vt paruulus, qui esset filius,nepos,& pronepos parentum, auorum,& proauorum Iudæorum & Iudæarum uiuentium,& repugnantium, iustè possit baptizari: quia illud esset negare determinationem S.Sedis Apostolicæ per Martinum V.factam, & per Eugenium I I I I.confirmatam,qua definitur nõ licere baptizare paruulos Iudæorum sine alterius parentum consensu expresso: per quam (vt mox adiciam) non liceret baptizare etiam paruulum patris & matris Iudæorum uiuentium & repugnantium,ex consensu etiam aui paterni Christiani patriam potestatem habentis. Cum ergo nec cessatio patriæ potestatis cessare fecisset prædictam Gregorij decisionem, nec contra positio illius suffecisset ad illam faciendam,consequitur profecto non fuisse me falsum,dicendo patriam potestatem non fuisse rationem & causam præcipuam & principalem illius decisionis. Tum quia patria potestas(vt in meo responso probaui)non fuit inducta iure naturali,nec iure gentium, neque diuino positio, sed humano Romano, s quam (vt contradictor ait) Marcus Antonius Imperat. videtur dedisse omnibus orbi Romano subditis,& consequenter Iudæis eis subiectis, vt testatur Vlpianus. h At si quæstio,quæ determinauit Gregorius I X.incidisset in terris,ubi non est locus patriæ potestati,de qua loquimur, vel in tempore, in quo nondum illam Iudæi habebant, eodem modo decisa fuisset. Ergo patria potestas non fuit causa & ratio præcipua & principalis eam de dicendi.

26 Tum quia decisio illa præcipuè facta fuit ad declarandum ius naturale, quòd cõpët ab exordio rationalis creaturæ,iuxta principium s. dist. i & adnotata per glossas & Doctores in eis,& per S. Thomam receptum, k per totã, & ad declarationem iuris diuini Euangelici de baptizando, quòd incepit ab Orbe redempto, vt probat S. Thomas receptus ubi supra. l Patria vero potestas, quæ est proprium ius & inuentum Romanum, vt habet textus Instituti. m Iõgè postea fuit communicata Iudæis, iuxta prædictam legem in orbe Romano. Non debuit ergo Gregorius summus legislator, idẽmque eruditissimus fundare principaliter suam declarationem iuris naturalis, & diuini Euangelici, quæ sunt antiquiora, & digniora, & vniuersos obligantia, in iure humano ciuili posteriori, & minus digno, & solam

gentem Romanam & eis subditam obligante.

27 Quia, vt ait Philosophus, a demonstratio & declaratio priorum conclusionum fit per causas & principia earum. Pro quo facit cap. illud Gregorij intelligentia verborum ex causis est assumenda dicendi. b cum citatis ibi à gloss. c

Tum quòd patria potestas etiam in patre existens non extenditur ad vlla spiritualia, d adeo quòd pater virtute illius neque agere, neque conueniri potest pro filio, neque dare illi vllam auctoritatem agendi, vel conueniendi circa illa: immo nulla ratione de patria potestate habita debet dari filio tutor vel curator ab Episcopo, vel alio Ecclesiastico iudice ad agendum, vel conueniendum circa illa, sed ipsemet, si est infante maior, constituit procuratorem cum auctoritate non patris, quatenus pater est, sed tutoris, vel curatoris dati ab Ecclesiastico iudice, etiam circa beneficia, quæ non essentialiter sunt spiritualia, sed annexa illis consequenter, siue à parte posteriori, secundum S. Thomam receptum. e

Quanto minus prædicta patria potestas extenditur ad spiritualia essentialiter, qualia sunt sacramenta, è quibus est baptismus, iuxta glossam solemnem. f

Tum denique quòd auctoritas tutoris, vel curatoris alias legitime dari, longè prestantior est quòd ad spiritualia, quàm patria potestas, vt ex præfato cap. fin. & proximè dictis irrefragabiliter colligitur, & adeo quidem præstantior, quòd patria potestas nihil est. tutoris autem & curatoris huiusmodi potestas manet firma.

Per quæ omnia palam est, me non fuisse falsum, dicendo patriam potestatem non fuisse causam præcipuam & principalem præfate decisionis Gregorianæ, quatenus probat filium paruulum Iudæi posse iustè baptizari inuita matre, conuerso patre volente, licet sic, quatenus probat huiusmodi paruulum esse tradendum patri quòd ad educandum. Ego enim in meo responso dixi duas in hac re quæstiones esse.

Altera, an puer esset tradendus matri, an auo ad educandum.

Altera, an inuita matre possit iustè baptizari, etiam si traderetur auo, & in duobus, vel tribus locis dixi patriam potestatem multum facere quòd ad priorem quæstionem pro auo, quòd autem ad posteriorem nihil.

28 Non obstat quidquam s. fin. s immo facit pro nobis. Tum quia probat, libertatem datam seruo communi ab altero dominorum, inuito altero, valere solo fauore libertatis non habito alio respectu: ergo eadem ratione, tradito puero ad baptismum, altero parentum volente, inuito altero, valebit sola ratione liberationis à seruitute diaboli, nullo habito ad patriam potestatem respectu, quòd nos affirmamus. Tũ quia ratio decidendi illius s. probat idem esse dicendum in terris, in quibus est nulla talis patria potestas, & etiam idem fuisse dicendum ante tempus, in quo tuit hæc potestas communicata Iudæis, & consequenter, quòd patria potestas nihili habenda est ad hoc propositũ.

29 Quintò, quòd prædictus D. contradictor videtur velle tenere, quòd filius paruulus Iudæorum possit iustè baptizari de consensu aui Christiani tenentis eum in sua potestate, inuitis eorum parentibus, etiam uiuentibus. Nec miror: quia eum, qui dicit patriam potestatem cum fauore religionis coniunctam esse præcipuam causam & rationem, cur paruulus Iudæorum possit baptizari patre volente, & matre inuita, oportet consequenter asserere hoc de nepote, qui est in potestate aui, etiam uiuentibus parëtibz nepotis, cum ille habeat patriam potestatem cum fauore religionis coniunctam. sed hoc nullatenus est dicendum. Tum quia est nouum, à nullo eorum, qui tenent opinionẽ D. Thomæ, & communem à sancta Sede Apostolica receptam, affirmatum, cuiusmodi nouitates vitandæ sunt. h

Tum quia vnum præcipuum fundamentum, per quòd S. Thomas tenuit paruulos infidelium non esse baptizandos inuitis parentibus, est, quòd Ecclesia non consuevit id facere. At nullum exemplum videtur, auditur, nec legitur baptismi collati de consensu aui, inuitis parentibus, qui sine illo non debuisset illi conferri: ergo nullatenus est affirmandum.

Tum quia eum, qui tenuerit id quòd contradictor non veretur tenere, consequenter oportebit tenere, quòd tri-

a In libris Philosophorum. b De verbis. signific. c In verbo causis. d Ca. s. annu. de iudicis l. o.

e 2. 2. qu. 100. art. 4.

f In c. omni. de transactio. nibus.

g Instituti. de donat. supra citatum.

h Ca. c. consuetudinis. de consuetud. c. quis noscitur. l. i. dist.

tauus Christianus, qui haberet in potestate sua centum paruulos filios, nepotes, pronepotes, vel abnepotes parentum infidelium uiuentium, & repugnantium, posset illos omnes inuitis eis omnibus ad baptismum tradere, quòd absurdissimum est, & alienum à mente prædicti S. Thomæ, & aliorum, qui determinationem prædictam sanctæ Sedis Apostolicæ sequuntur, & suspiciunt.

30 Tum quia ex hoc posset fortè accipi occasio, vt Academia saltem extra Italiam instituta, & earum gymnasta, minoris quam par est, haberent determinationes Romanas iuris naturalis & diuini, cõsiderando Romæ determinari, quòd per patriam potestatem (quæ est inuentum ciuile, & saculare) à paruo tempore quibusdam datam, vel communicatam, extendatur priuilegium iuris naturalis & diuini parentibus tantum concessum ad omnes personas, in quibus inuenitur patria potestas, ad quas non extendetur, si illa patria potestas nõ fuisset eis nouè communicata, & cõsequenter quòd alio iure naturali vtimur apud Græcos, Persas, Indos, Nauarros, Francigenas, & alios, quibus non esset huiusmodi patria potestas, & alio iure naturali apud Romanos, & alios, quibus est illa, cõtra capit. ius naturale, a & tradita per S. Thom. receptum. b

31 Declaratio enim Martini V. non est quòd ad hoc noui iuris humani introductoria, sed antiqui naturalis declaratoria: quòd colligitur ex eadem, & ex eo, quòd nisi id teneamus, est insolubile illud argumentum, quòd cõtra illam & communem format: Scorus, c ad probandum, quòd Reges, & Principes terræ non solum iustè possunt cogere paruulos Iudæorum sibi subditorum ad baptismum inuitis parentibus, sed etiam tenentur, vt in meo responso latius explicauit. Arguit enim in summa sic, Quoties duo, quorum vnus est superior, & alter inferior, cõtraria præcipiunt, superiori parendum est. d

At Christus Deus, & superiorum supremus sua lege diuina præcipit, vt omnes baptizentur: & parentes Iudæi, qui sunt puri homines, & infirmi, voluntate sua humana & peruersa præcipiunt contrarium. Ergo Rex debet facere, quòd præcipit Christus, non obstante voluntate cõtraria parentum.

Cui argumẽto, nemo, credo, ante Caietanum satis clarè & exactè satisfacit: nam etiam Sotus, e ab eo mutuatus fuit suam solutionem: respõdet autem sic, quòd non duo diuersi præceperunt illa duo prædicta, quæ apparent esse cõtraria, sed vnus tantum, nempe Deus, qui per legem diuinam naturalem, indendo parentibus potestatem, ius, & munus dirigendi paruulos suos circa spiritualia, donec sapere incipiant, cõsequenter præcipit, ne prædicti paruuli inuitis eis baptizentur, & per legem diuinam supernaturalem præcipit vt omnes baptizentur. Et quia gratia naturalis destruit naturam, sed perficit, ita lex præfata supernaturalis de baptizandis omnibus non destruit legem naturalem de nõ baptizandis paruulis infidelium sine consensu parentum, vel alterius eorum, sed potius modificatur ab illa.

32 Nec obstat quòd S. Thomas & eius sequaces suam assertionem fundant in consuetudine Ecclesiæ, quæ non consuevit baptizare paruulos infidelium inuitis parentibus: & quòd Ecclesiæ consuetudo non inducit ius naturale, neque diuinum, sed tantum humanum non scriptum. f Non inquam hoc obstat: quia S. Thom. non allegat illam consuetudinem vt inducricem, siue auctricem iuris noui, sed vt coniecturam, & traditionem Ecclesiæ grandem, ad coniciendum, quòd illa potestas, & ius parentum ad dirigendos paruulos ad spiritualia, est naturale, & diuinum, vt ex dictis ipsiusmet, s colligitur, cum sic ait: Baptizatio huiusmodi paruulorum inuitis parentibus repugnat iustitia naturali. Filius enim naturaliter est aliquid patris. Et primò quidem à parentibus non distinguitur secundum corpus, quamdiu in matris vtero continetur. Postmodum verò, postquam ab vtero egreditur, antequam vsum liberi arbitrij habeat, continetur sub patris cura sicut sub spirituali vtero, quamdiu enim vsum rationis non habet puer, non differt ab animali irrationabili. Vnde sicut bos, vel equus est alicuius, vt utatur eo cum voluerit, secundum ius ciuile, sicut proprio instrumento, ita de iure naturali est, quòd filius, antequam habeat vsum rationis, sit sub cura parentum. Vnde contra iustitiam naturalem esset, si puer antequam haberet vsum rationis, à

a Instituti. de iure naturali gen. c. ciuili. b In 2. 2. qu. 94.

c In 4. l. sent. dist. 5. q. 9.

d Ca. qui resistit. 11. qu. 3. cum ei similibus.

e Vbi supra.

f s. cõstat. Instituti. de iure naturali gen. c. ciuili. c. ca. consuetudo. l. dist.

g In ar. 12. q. 10. 2. 2.

cura parentum, subtrahatur, vel de eo aliquid ordinetur inuitis parentibus. Hac ille.

33 Per quòd argumentum, & eius solutionem, & mentis S. Thomæ & sequacium eius expressionem palam colligitur prædictam legem de non baptizandis paruulis esse ius naturale, & ita omni loco & tempore vno modo seruandum: & consequenter non dicendum, quòd consensus aui sufficit vno tempore, & apud vnam gentem, & non alio tempore, & apud aliam gentem. Cui consequens est, consensum aui numquam suffecisse, nec sufficere ratione patriæ potestatis vllò loco, neque apud vllam gentem.

Ad argumenta verò, & solutiones contra hæc supra adducta, respondetur, quòd fundantur in illa falsa imaginatione, qua putatur patria potestas extendi ad spiritualia, sicut ad temporalia, & qua putatur eodem iure inducta, quò inducta est parentum potestas, & ius ad dirigendum filios in spiritualibus, & à tanto tempore, à quanto illa: Cum tamen per prædicta palam sit patriam potestatem extendi ad temporalia tantum, & non ad omnia, & esse inductam iure ciuili Romano, nec à principio suæ inuentionis fuisse apud Iudæos, sed longè postea communicatam eis, non quidem omnibus, sed orbem Romanum incolentibus, illam autem potestatem, & ius quòd habent parentes ad dirigendos filios paruulos in spiritualibus, esse inditum iure naturali totius generis humani parentibus tantum à Deo ipso in exordio rationalis creaturæ, idèoque esse longè diuersum à patria potestate, etiam si concurrant in eadem persona, vt concurrunt in patre habente potestatem in suum filium paruulum.

34 Fundantur etiam in falsa imaginatione, qua creditur Gregorius I X. a intendisse principaliter decidere hanc, de qua loquimur, quæstionem de baptizando filium de consensu patris conuersi, inuita matre non conuersa: cum palam colligatur ex eo, præsertim ex allegationibus matris, cum principaliter intendisse decidere quæstionem, qua quærebatur, an paruulus, de quo erat quæstio esset tradendus ad educandum patri conuerso, an matri non conuersæ.

Ad quam quæstionem decidendam plurimum erat attendenda patria potestas Romana Iudæis communicata: cum tamen ad decidendam aliam, non esset attendenda illa, sed alia potestas iure naturali diuino indita parentibus tantum, ad dirigendos paruulos filios in spiritualibus: & consequenter non indigent alia solutione, neque explicatione. Ex quibus inferitur, non me, vt aduersarij parũ caute dicunt, sed illos in hac re paralogizari.

Sexto, quòd nimis videtur extollere illud dictum Sor. b scilicet, iniuriam, quæ fit parentibus in baptizandis filiis suis sine suo consensu, non esse superstitiosè, sed secundum prudentium iudicium intelligendam.

Tum quia secundum sentum directum est conclusio triuialis, & omnibus etiam lippis & tonsoribus nota, cum quasi, per se notum sit, omnem superstitionem esse vitiosam, vt tradit S. Thomas receptus, c & latè probat Gratianus. d

35 In sensu autem indirecto, secundum quem laudari videtur ab eo, est talis, ex qua inferit vnum, quòd ego pro obseruantia & fide, qua esse debeo in S. Sede Apostolicâ & eius declarationes, non auderem dicere, neque credo ipse dixisset, si legisset prædictam Martini V. extrauagantem. Inferit enim, quòd iustè potest baptizari filius (inuitis parentibus infidelibus) iamiam morituros, si non timeretur scandalum: quòd nullatenus videtur dicendum. Tum quia prædicta extrauagans exactè & vniuersaliter declarat, non licere baptizare paruulos Iudæorum sine expresso alterius parentis consensu. Tum quia illa extrauagans nõ est iuris noui inductoria, sed declaratoria naturalis diuini, quòd non recipit facillè limitationes priuatas, iuxta notata per omnes. e

Tum quia frequentissimè decipiuntur homines credentes aliquos agrotos statim morituros, vt docet experientia rerum magistra. f

Septimo, quòd parum cautè ait, me, cum non potuiffem tergiuersari patriam potestatem magni esse in hac re momenti, confugisse ad intendendum probare, auum, de quo loquimur, patriam potestatem carere.

a In dicto ca. finali de conuers. vbi dicitur.

b In fine prædicti art. 10.

c 2. 2. qu. 92. per totam. d Causa 20. præsertim q. 2. c. 5.

e In c. qua in ecclesiis. de cons. c. in l. i. c. de legi. f Ca. quæ sit. de elec. lib. 5.

a In d. ca. fin.

Tum quia si meum responsum ferio legisset, in duobus vel tribus locis inuenisset me expressè dicere ( vt prædixi) patriam potestatem multum importare quo ad quæstionem, de qua principaliter fuit consultus Gregorius, scilicet, an patri, an matri esset tradendus paruulus ad educandum: non autem ad hanc, de qua nunc loquimur, an consensus prædicti aui, renitente matre, sufficiat ad iustè baptizandum hunc puerum.

Tum quia ego prius tractaui, an patriam potestatem haberet auus in hunc puerum, quam, an haberet potestatem ad consentiendum in baptismo. Et ideo palam est, me non confugisse ab huius quæstionis decisione ad tractandam illam: cum post tractatam illam descendissem ad tractandam istam.

Octauò, ne nimium morosus videar, remitto responsiones, & replicationes, quæ fieri possunt aduersus ea, quæ ipse adducit ad probandum auum prædictum non perdidisse patriam potestatem, aliis eruditissimis dominis meis, qui pro matre responderunt, præmonens eorum dominationes, non parui ad hæc videri momenti, quod legitime decreta fuit tutela matri, in Vrbe, & filius ei traditus educandus, eodem auo præfente, sciente, & si verum coram Deo vt bonus Christianus voluerit fateri, consentiente, & quod auus cum vult conuersus, ea mente discessit ab vxore, & filiis suis, vt nullum magis commercium haberet cum iis, quam cum aliis Iudæis, & quod non habuit mentem vt eî potestatem patria in filios suos, neque in filios filiorum eorum: & quod forsitan numquã huiusmodi filius viuëtibus parentibus, eis in utris, fuisset traditus auo potestatem patriam in cohærenti.

Nono præmoneo eosdem dominos meos, probabile videri, quod patria potestas iure humano Romano inducta non extendatur ad hoc, vt paruulus filius parentum vnus religionis tradatur educandus auo alterius religionis sine consensu illorum, vel alterius eorum.

Tum quia patria potestas non extenditur ad spiritualia, vt prædictum est: & quod directio in spiritualia plurimum pendet ab educatione paruuli: & quod cura omnium pertinentium ad huiusmodi paruulum maxima est directio eius ad spiritualia.

Tum quia concurrentibus duobus potestatibus, quæ in aliquo maior & dignior est, præferenda est in eo minori, & indigniori: & quod potestas dirigendi paruulum ad spiritualia, quam habent parentes, multo maior & dignior est per prædicta, quam patria potestas, & ideo illa videtur huic præferenda in tempore, quo vtraque concurrat, & consequenter quo ad educationem vsque ad tempus discretionis, quo ad quod illa durat, cum (vt dictum est) illa directio præcipue ab educatione pendeat.

Tum quia, si, cum Imperatores Ethnici regnabant, contigisset casus, in quo auus fuisset infidelis, & pater & mater Christiani, & mortuo patre mansisset filius paruulus, Iurisconsulti Christiani consuluisent patriam potestatem illius aui non esse extendendam ad hoc, vt traderetur ei educandus nepos renitente matre, & quod pari ratione Iurisconsulti Ethnici respondissent paruulum filium infidelium parentum non fuisse tradendum ad educandum auo Christiano habenti eum in potestate: & dixissent nostris Iurisconsultis, Quod quisque iuris in alterum statuerit, ipse eodem iure vti debet. Vnde licet priore responso, habes pro comperto auo non esse patriam potestatem, dixerim perfunctorie satis teneri posse tradendum esse illi hunc nepotem ad educandum licet non ad baptizandum: nunc autem alius perpenis iis, quæ præmonui de tutela legitime decreta, & ratione, & æquitate non tradendi paruulos filios parentum vnus religionis, ad educandum hominibus alterius religionis, adeo subsisto, vt nolim secundum illud dictum meum ante maturiorem deliberationem iudicari.

Decimò præmoneo, quod licet magni fiat ex aduerso fauor salutis huius pueri, qui fit per contrariam opinionem de baptizando illum inuita matre, ego verò maioris facio fauorè, qui fit sacrosanctæ Sedis Apostolicæ auctoritati, & declarationi eius, & iuri naturali diuino, quo solis parentibus datur ius & potestas dirigendi huiusmodi paruulos in spiritualia, & quod contrarium consulentes debent ca-

uere ne incurrant in Scyllam cupientes vitare Charybdim, dum volentes consulere salutem huius pueri, fauent iis, qui parui faciunt declarationes iuris naturalis & diuini Maximorum Pontificum extra Concilia generalia editas, qualis est prædicta Martini V. vt supra probatum est.

Vndecimò, sequutus aduersantis ordinem, addo, quod non est tam parui faciendum periculum apostasia, in quam is puer iam circumcisus, baptizatus matre renitente recidere posset, quam contradictor facit, dicens hoc esse contra cap. fin. & quod non est certum perdendum propter dubium an perdetur, non inquam est tam parui faciendum. Tum quia S. Thomas receptus ab aliis ait, b quod vna potissimarum rationum, ob quas paruuli infidelium non debent inuitis parentibus baptizari, est illa, quã reddit in hæc verba: Vnaratio est propter periculum fidei, si enim pueri nondum rationis vsum habentes baptismum suscipiunt, postmodum cum ad perfectam ætatem peruenirent, de facili possent à parentibus induci, vt relinquerent, quod ignorantes susceperunt, quod vergeret in fidei detrimentum. Hæc ille. Per quæ apparet, quam parum solida est ratio, quæ ex aduerso insinuat, videlicet non esse certum perdendum propter dubium an perdetur.

Tum quia etiã Sotus, qui adeo ex aduerso merito magnificatur, sic ait. Tertium autem, & efficacius est argumentum, quod ex fidei natura sumitur: dictum enim est, sic esse administrandum baptismum, vt nulla fidei irrogetur iniuria: ex baptizatiõne autem huiusmodi magna ei irrogatur: nam creat manifestum periculum, vt ad ætatem adultam pertinentes à parentibus inducantur, vt ad suam redeant pristinam legem. Quare quod ignorantes acceperunt, facile relinquent. Hæc ille. Non parui ergo, sed maximi æstimandum est in hac re periculum apostasia. Tum quia paulò post grauissimè idem Sotus reprehendit eos, qui plurimos huiusmodi paruulos apud Indos baptizant, ea intentione, vt saluarentur, si antequam ad vsum rationis peruenirent morerentur. Quæ omnia & singula non solum sacrosanctæ Sedi Apost. sed etiam cuiuslibet alius rectius sentientis censura lubenter subiicio.

Aduertendum autem, contra hanc opinionem latam sententiã, infantem, traditum fuisse auo Christiano, & demum baptizatum, perseuerare, adhuc in fide. Vide etiam infra de baptismo Consil. I.

DE VOTO ET VOTI REDEMPPT.

SVM MARI VM.

- 1 Vota cum animi perturbatione ob instantis mortis periculum, vel ob iram præcedentem emissa obligant, nu. 3. modo perturbatione non abstulerit iudicium penitus, nec induxerit insaniam, num. 2. præbet tamen hæc perturbatione, sicut & modica deliberatio, & pueritia, causam commutandi, & dispensandi, nu. 3.
2 Iudicium quod obligat diabolo, sufficit ad obligandum Deo.

CONSILIVM I.

Quia, vt Plin. d ait, Votorum tunc maxime locus, cum spei vite nullus est: Multi ob magna pericula mortis, quæ occurrunt a grotis, & valentibus in præliis, & nauigantibus, & ob iram, & alias passionibus siue perturbationibus animi vident, & frequenter religionis ingressum, & postea penitentes ea fecisse, quærun an sit eis necessaria dispensatio aliqua.

Inter quidem pro parte negante faciunt illa iura: quæ allegat glossa in ca. sunt qui opes, & glossa in cap. dudum, & glossa in cap. ex literis, & quæ concludunt, acta calore iracundia, vel alia perturbatione animi non valere, vel esse reuocanda: quæ glossa alia ab aliis appellatur singulares, & commendantur, & per earum aliqua notabilia firmantur. & in specie quo ad votum dixit Romanus, h votum per calorem iracundia & turbationem animi factum esse nullum, & non obligare, & idè dixit Iason, i & alibi alij: quod tamè falsum est. Pro parte verò affirmate facit præfatum c. sunt qui opes, quatenus habet, eum, qui donauit aliquid Ecclesiæ tumultuario animo, & postea reuocauit donationem, sacrilegium commississe reuocando, quod non poterat dici,

a De cõuers. infidel.

b In 4. dist. art. 12.

c In d. dist. s. art. 10. col. 13.

d Naturalis historia lib. 3. c. 10.

e 17. q. 4. f De cõuers. coniug. g De diuort. h Sing. 508. i In 1. s. filia. C. de inoffici. testam.

nifi

a In c. mulier. 32. q. 2.

b Matth. 5. Exod. 20. c 32. q. 7.

d In d. ca. dudum. c In d. c. sunt qui opes. f Ca. merito. & c. illud. 15. q. 1.

g Vbi supra. h In 4. dist. 35. i Cap. 12. nu. 24.

k De voto.

l In d. cap. 12. nu. 77. m In dicto num. 24.

n Ca. 12. nu. 24.

o De cõuers. coniug.

p In cap. 1. de vot. q In d. ca. 12. nu. 77.

r 17. q. 4. f De cõuers. coniug. g De diuort. h Sing. 508. i In 1. s. filia. C. de inoffici. testam.

nisi donatio facta Ecclesiæ animo tumultuario & turbato valuisset.

2 Tum quia glossa solemniter & recepta, a habet, iudicium, quod sufficit ad obligandum quem diabolo, sufficere ad obligandum quem Deo: & constat, eum, qui occidit, & mutilat, vel ferit proximum per calorem iracundia, mortaliter peccare, & obligare se diabolo, quia violat præceptum quintum Decalogi, immo & qui per iram inordinatam dicit fratri racha, vel fatue per Christi dictum, b relatum in cap. quid in omnibus. c Tum quia iura & glossæ illorum citata in contrarium sunt neganda, aut intelligenda de iracundia, vel alia turbatione animi, quæ reponit turbatum extra sensum, & iudicium requisitum ad bene vel male merendum, vt declarat Ioannes Andreas, & Panormitanus & alij. d & Archidiaconus & Turrecremata, e quoniam furiosi, & amentes nec bene nec male mereri possunt. f Tum quia illa capp. regulariter probant perturbationem animi, quæ non aufert penitus iudicium, nec inducit insaniam, non excusare quem à peccato toto, licet sic à tanto, vt communiter Theologi loquuntur: quod fit, vt vota peregrinandi, & alia similia facta per iracundiam, vel aliam perturbationem, valeant & obligent, vt aiunt Archidiaconus & Turrecremata, & est de communi mente Theologorum, h & nos asseruimus in nostro Manuali confessar. i

3 Ex quibus colligitur, præfatos, qui ex metu, calore iracundia, vel turbatione animi, quæ non reddit insaniam, vel furiosum, vouent, obligari quidem ex voto, sed habere iustam causam dispensandi, vel commutandi, & posse iustè prælatos eorum dispensare, vel commutare vota eorum, secundum omnes, pro quibus faciunt cap. 1. & 2. k quæ probant etiam ob pueritiam, & parum deliberatam mentem, vel propositum vouendi, posse dispensari, vel commutari votum, vbi hoc notat Panormitanus communiter receptus, quem sequuti fuimus cum communi in d. Man. l adiunctis his, quæ diximus alibi. m Salua, & c.

SVM MARI VM.

- 1 Voti obligationem non vitiat iracundia, quæ vsum rationis non sustulit, nec defectus maturæ & iustæ deliberationis, nec magna perturbatio, etiam ex iniusto amore vel timore progrediens, num. 2. licet præbeant iustam causam dispensationi, vel commutationi.

CONSILIVM II.

Votum factum per iracundiam an teneat, & an sit iusta causa dispensandi?

1 Ad has quæstiones respondeo primò tenuisse me in Man. confess. n valere, & ad sui complementum obligare vouentem, vota facta per iracundiam, modo illa non esset tanta, quæ alienaret à iudicio rationis, iuxta Ioannem Andream & communem in cap. dudum, per illum textum, o quæ est cõmunis opinio, & probatur per ea quæ ibi adiciuntur contra Ludouicum Romanum & Iasonem, qui parum re perpena contrarium tenuerunt in locis ibi citatis. Quibus consequens est, Dominum consulentem proculdubio esse obligatum ad complendum prædicta vota.

2 Secundo, posse tamen petere dispensationem, vel commutationem in prætorio sacre Penitentiarie, propterea quod fuerint emissa vota sine iusta & maturæ deliberatione, & cum magna turbatione timoris, & amoris parum honesti, per textum vbi hoc notat Panormitanus communiter receptus, p quem sequuti fuimus cum communi in dict. Manual. q adiunctis his quæ diximus alibi in dict. num. 24.

SVM MARI VM.

- 1 Propositum etiam diu continuatum voto non æquipollet.
1 Magis & minus non faciunt differre specie, sed numero.
2 Penitentia à confessario imposta, & acceptata implenda, nisi ex iusta causa mutetur.
2 Facultas commutandi vota per Tobelaum non extenditur ad commutandam penitentiam iniunctam.
3 Sponsalia per ingressum religionis dissoluantur: sed cauendum valde est, ne qua infamia inde contra sponsam oriatur.

CONSILIVM III.

PRimo quæritur, vtrum propositum mutandi vitam, & ingrediendi religionem multo tempore conceptum & continuatum æquipollet voto, & habeat vim obli-

gandi proponentem.

Secundo, an teneatur adimplere penitentiam iniunctam à confessario, & à se acceptatam.

Tertio, & quid si post præfatum propositum contraxit sponsalia cum quadam virgine, licet sine presentia parochi, & an teneatur contrahere matrimonium.

1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo, quod proposita præfata quamlibet frequenter iterata, & quantumlibet tempore continuata non æquipolent voto, nec inducunt obligationem necessariam ad intrandam religionem, per cap. literaturam, a vbi Panormitanus cum communi tenuit non sufficere propositum ad constituendum votum, quem & S. Thomam & Archidiaconum ante eum illum tenentes & alios sequimur in Manu. confess. b quibus addo rationem, quod plus & minus non faciunt differre genere secundum iustitiam, neque specie secundum Dialecticos, sed numero. c

2 AD SECUNDAM respondeo, quod præfata penitentia iniuncta & acceptata seruanda est, d quamuis ex iusta causa mutari possit, vt nos tradimus latius in præfato Manual. e non autem mihi compertum est per Iobelaum posse commutari: quia per ea conceditur quidem, vt plurimum potestas commutandi vota, non autem potestas commutandi penitentias iniunctas, quæ sunt alia à votis, & à diuersis non fit illatio, f sed quilibet cõfessarius legitimus videtur habere potestatem commutandi penitentiam iniunctam, etiam à superiore, iuxta glossam. g

3 AD TERTIAM respondeo, quod Dominus consulens tenetur ad contrahendum matrimonium cum præfata virgine, si promisit contrahere cum illa, quia Concilium Tridentinum non annihilauit sponsalia de futuro contracta sine presentia parochi, sed tantum sponsalia per verba de præfenti, vt annotauimus in d. Manual. h verum tamen est, quod per ingressum religionis dissoluantur, i sed cauendum valde est, ne qua infamia contra sponsam inde nascatur, iuxta notata. k Salua, & c.

SVM MARI VM.

- 1 Votum non inducunt hæc verba, Deo sanitatem concedente, religionem ingrediar, si non sit facta promissio.
1 Propositum, & deliberatio quantumvis firma non obligat.
2 Velle facere, & obligare se ad faciendum, diuersa.
3 Votum perturbatione animi iudicium non tollente non irritatur, sed fit dispensabile.
3 Dispensandi causam dant leuitas vouendi, perturbatio animi, grauis atas, periculum cum dedecore retrocedendi, & auersio à religione, credulitas extra illum melius proficiendi, num. 4.

CONSILIVM IV.

DOctor quidam & presbyter quinquaginta annorum, ecclesiastica dignitate præditus, morbo grauissimo ad mortem vexatus proposuit multa pia facere, & inter alia deliberauit, dixitque, atque disposuit religionem ingredi, Deo sibi sanitatem concedente. Quæritur an sit religioni obligatus.

1 Interrogatus de casu proposito, respondeo primò principaliter præfatum D. consulentem nullatenus esse obligatum de præcepto, & necessitate adimplendi quidquam eorum, quæ proposuit, dixit, disposuit & deliberauit facere. Primò quidem, quia nullum propositum quamlibet firmum, nec vlla deliberatio quamlibet resoluta & firma efficit votum, neque promissionem obligantem de præcepto adimplendi proposita deliberata, & dicta, nisi promiserit vel vouerit facere illa, vt tradunt omnes, post S. Thomam, m & Archidiaconum, n & alios, quos sequimur in Manuali confess. o

Secundo, quod casus præfati cap. literaturam, fuit fere idem qui supra positus. In hoc enim Dominus consulens est doctor egregius, & in illo magister, quem Alexander III. laudat de literatura. Et vt hic Dominus consulens valde ægrotabat, ita ille minutione quadam nimio erat mortis pauore perterritus: & sicut hic proposuit habitum religionis suscipere, ita & ille: & sicut hic dicit de hoc aliqua verba, ita & ille: dixit enim, Diu hic non morabor, proponens in animo quod religionis habitum esset aliquando suscepturus. Cum ergo casus hic sit illi simillimus, responderi debet similiter, vt Alexander ibi respondit, nem-

a De voto.

b Ca. 12. nu. 24.

c Le. fin. ff. de fund. instru. d Ca. omnia. de penit. & remiss. e Ca. 12. nu. 22.

f L. Papius. ff. de minor. g Cap. tempo. ra. 2. q. 7.

h Cap. 25. nu. 144. i Ca. 1. de conuer. coniug. k In ca. commissum. de spons.

l In c. literatura. de vot. m In 2. q. 9. 88. ar. 1. & 2. n In cap. qui bona. 17. q. 1. o Capis. 12. nu. 24.



pe: Tibi igitur respondemus, quod si plus non est in voto processum, non est transgressus iudicandus, si non implet quod dixisti.

Tertio facit, quod aliquo oportet dicere, quod quicumque vellet, proponeret, vel deliberaret adire templum, audire Missam, aut concionem, ieiunare, elemosynam dare, visitare infirmos, vel sanos, vel quodpiam aliud honestum facere, teneret ad id exequendum sub pena peccati mortiferi, quod nemo unquam dixit, & est absurdum, & ideo non dicendum.

2 Quarto, quod ratio responsionis Alexandri fuit, a diuersis non fieri illationem, & aliud esse velle aliquid facere, & aliud obligare se ad id faciendum, cum quotidie multa velimus, ad quae tamen non nos obligamus, nec nos volumus obligare. Cum ergo Dominus consulens solum voluerit, proposuerit, dixerit, vel deliberauerit ingredi religionem, non sequitur, quod se obligauerit ad illud, vel voluerit se obligare.

3 Secundo principaliter respondeo, quod S.D.N. sancte posset relaxare obligationem intrandi religionem, etiam si se obligasset ad intrandum illam. Tum quod, sicut leuitas vouendi dat causam dispensandi, vt notat Panormitanus per illum textum, e ita magna perturbatio animi, quae mouet ad vouendum, idem facit, adeo quod fuerunt aliqui, de quibus est Ludouicus Romanus, e qui dixerunt, quod votum perturbatione irae factum non valet: quod tamen non est verum, nisi quando perturbatio est adeo magna, vt vouentem ponat extra iudicium, vt Ioannes Andreas, Panormitanus & alij adnotant, f alia autem perturbatio non reddit quidem votum nullum, sed dat causam dispensandi secundum omnes.

4 Tum quia cum praefata perturbatione concurrat aetas quinquaginta annorum, dignitas in Ecclesia cathedrali, auctoritas expediendi negotia Ecclesiastica, & austeritas religionis inexperta, & quod periculum est, vt ingressus religionis exeat illam, cum id liberè possit facere, quod non decet virum doctrina, gradu, dignitate, & longa aetate ornatum. Tum denique quod non vult eam ingredi, & putat fructuosorem se fore seruiedo suae dignitati, quam religioni quasi coactè susceptae. Itaque mea sententia, nulla Dominus consulens indiget dispensatione. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Votum non inducitur per solum propositum, & deliberationem, nec etiam per illius enunciationem, vel denunciationem futuri euentus, num. 3. sed requiritur animo se obligandi facta promissio, num. 1. mentaliter saltem, num. 4. per verba denotantia promissionem vel in actu signato, vt promitto, vel per actum exercitum puta faciam hoc, num. 2.
2 Votum & promissio in dubio, nisi vouens magis inclinet in contrarium, censendum est factum per illa verba conditionalia: Domine faciam hoc, si feceris illud: Da mihi salutem, & faciam hoc, num. 2. & 4.
3 Correspondeat aetatem ad gratiam obtinendam cum habent verba enunciativè prolata, puta. Faciam hoc, si feceris illud, in dubio resoluuntur in promissionem, num. 4.

CONSILIVM V.

Quaeritur, an, qui dicit Deo, Da mihi Domine salutem, & ego seruam tibi, intelligens mente de seruitio in statu castitatis & continentiae, obligetur ille ad seruandam castitatem.
1 Respondeo, quod pro parte negante facit, quod ad votum non sufficit propositum etiam deliberatum faciendi aliquid, sed requiritur promissio, & animus se obligandi, iuxta cap. literaturam, & quod habet, eum, qui dicit, Si conualuero, non diu morabor hic, intendens adire religionem, non censi vouere: vbi Ioannes Andreas, Panormitanus, & communis id tenent, & idem tenet vterque Thomas, h quod non videtur in hoc casu interuenire.
2 Pro affirmante verò facit, quod consulens non solum videtur habuisse propositum deliberatum, sed etiam promissum, dicendo cum aegrotaret: Da mihi Domine salutem, & ego seruam tibi, intelligens mente de seruitio in statu continentiae. Tum quia, vt quis obligetur, nõ requiritur quod dicat, obligo me, nec ad hoc quod promittat, oportet dicere promitto, sed satis est dicere, dabo vel faciam. Tum quia ita obligatur, qui dicit alteri, tibi dabo centum, si hoc feceris, ac qui dicit, promitto dare centum, si feceris hoc, vt colligitur ex

1. i. a & l. naturalis. b Tum quia vt ait Caietanus, c non solum fit promissio per actum signatum & exercitum, dicendo, promitto quod faciam hoc, sed etiam per solum actum exercitum, dicendo, faciam hoc.

3 Per quae concludi videtur, quod tota difficultas consistit in significatione illius verbi verbalis, vel mentalis, faciam, vel seruam: vt enim ait Caietanus, d & in eodem proposito de verbo, faciam, quod potest tripliciter accipi illud verbum, seruam: Primo pro denunciatione propositi, hoc est, intendo seruire. Secundo pro euentu quodam, scilicet, fiet seruitium. Tertio pro promissione seruitij: & quia per adducta pro parte affirmante prior significatione verbi, faciam, seruam, vel dabo, posita in conditionalis, faciam, seruam, vel dabo tibi hoc, si feceris illud, est promissio, quam denunciatio propositi vel euentus, arbitror iudicandum esse, quod est votum, nisi consulens inclinaret magis non habuisse tunc animum promittendi.

4 Non obstant in contrarium adducta pro parte negante: quia licet concludant necessariam esse promissionem verbalem vel mentalem ad votum, non tamen probant quod sit necessarium mente vel verbo dicere, promitto, vel voueo: sed sufficit dicere mente, vel verbo id quod significat promissionem, quam facit, qui dicit, faciam, seruam, vel dabo tibi hoc, si feceris illud, secundum priorum verborum significationem. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Votum in rigore sermonis non est, Promitto Deo nolle in saeculo mori, intendens aliquo tempore velle ingredi religionem.
2 Promittere religionem intrare, & promittere me velle intrare, diuersa.
2 Volo vendere, vel contrahere tecum matrimonium, differt a vendendo, & a contrahendo.

CONSILIVM VI.

Scrupulis quidam diuersis è rebus saecularibus natis agitur, quod propositum intrare certam religionem, aut dixit haec verba, Promitto à Dio di non voler mai morir nel seculo, intendendo in qualche tempo di voler entrare vna determinata religione. Et postea obtenta quadam cura animarum, elapsis duobus annis, promissit cuidam fratri religionis praedictae se ante duos annos elapsos velle intrare suam religionem non tamen intravit adhuc, licet sint elapsi circiter decem anni. Nunc autem poeniter illa dixisse, nec velle intrare illam religionem: quia putat se plus Deo seruiturum extra, quam intra illam.

Quaeritur primò, an votum vouerit, & teneatur illo. Secundo, an iuste possit ei à Papa illud relaxari.

1 AD PRIOREM QVÆSTIONEM respondeo, quod de rigore sermonis, & verborum, quae dixit, non vouit, nec tenetur voto. Tum quia per illa verba, Non morabor hic diu, intendens intrare religionem, non inducitur votum. e Tum quia proponere etiam firmissimè intrare certam religionem, non est vouere, secundum S. Thomam communiter receptum, f quem retulimus in Manual. confess. g Tum quia verba prima vice pronuntiata de rigore sermonis non significant quod promissit intrare, sed quod promissit non velle mori in saeculo, aut ad summum velle intrare illam religionem.

2 At aliud est promitto intrare religionem, & aliud promitto velle intrare, sicut aliud est ascendere arborem, & aliud velle ascendere, vt ait glossa, h & vend. immo & volo vendere, & velle, secundum communem ibidem, quicquid glossa subdubitet: & aliud contraho matrimonium, & aliud volo contrahere, iuxta notata. i Tum quia etiam verba secunda vice post duos annos prolata non concludunt votum de intranda religione: quia aliud est dicere, promitto intrare religionem intra duos annos, & aliud, promitto me velle intrare intra duos annos, per rationes supradictas.

AD ALTERAM QVÆSTIONEM respondeo, quod videtur subesse iusta causa relaxandi votum, esto quod esset tale: & quod credo summum Illustrissimum Poenitentiarium maiorem relaxaturum, vel certe acturum, vt Papa relaxet, si offeratur ei petitio. Salua, &c.

Aduertendum, hoc responsum cautè legendum: nam etsi qui verbis solum profert voluntatem quam gerit ingrediendi religionem, affirmat que se talem habere voluntatem & animum, non obligetur voto, raro tamen verba, de quibus in casu sub praedicto sensu

a ff. de pati. b ff. de praes. verb. & c. i. u. menti. 22. q. 5. c In d. art. 1. d Vbi supra.

a Cap. 12. nu. 24.

b De regulis iur. lib. 6. c Cap. cui licet. eod. tit. & ca. pastoralis. §. item cum totum. de offic. deleg.

d Ca. constitutionem. de reg. lib. 6.

e In c. ut circa. de electio. li. 6.

f Ca. literaturam. de voto. f 2. q. 88. art. 1. & 2. g Ca. 12. nu. 24.

h In l. in venditio. C. de contrab. emp.

i In c. ex parte. de sponsal.

a L. nã quod absurdum. ff. de bono liber. b L. Papinianus. ff. de minor.

c In cap. 1. de voto. d Cap. dudum. de conuers. coniug. c In iung. 508.

f In d. ca. dudum.

g De voto.

h 2. 2. q. 88. art. 1.

proferuntur, immo qui ea profert, communitè profert per modum saltem tacite promissionis inducentis votum.

S V M M A R I V M.

1 Vouens in genere mori in religione, implicite vouet ingredi, & perseverare, immo & profiteri, num. 3. potest tamen quam malit eligere, num. 2. sed exire sine causa & dispensatione non potest, num. 3.

CONSILIVM VII.

De eo, qui postquam tractauit de ingressu in quadam certa religione, & de exitu ab ea, & de poenitentia exitus à prima, & de intranda alia, tandem prorulit haec verba, Promitto Deo mori in religione.

Quaeritur primò, an videatur vouisse religionem. Secundo, esto illam vouerit, an possit eligere, quam maluerit.

Tertio, an ingrediendo possit exire.

1 AD PRIMAM respondeo, proculdubio D. consulente censendum esse vouisse religionem. Tum quia negati non potest ipsum vouisse: quia illis verbis conuenit definitio voti, quam post alios dedimus nos in Man. confess. a scilicet, quod est promissio deliberatè facta de aliquo bono maiori: & constat, mori in religione esse suo genere maius bonum, quam mori extra illam. Tum quia posito & coeesso quod sit votum, & non potest dici esse votum de alia re, quam de religione intranda, & in ea perseverando vsque ad mortem, ergo dicendum est esse votum de religione intranda. Tum quia non obstat, quod non vouit specialiter intrare religionem: quia vouit aliquid, quod continet ingressum, & aliquid eo maius: & plus continet minus per reg. plus, b & totum continet suam partem, c & ex narratis in casu proposito, quibus exprimitur quod consulens tractabat de vno ingressu religionis, & de exitu ab ea, & de ingrediendo aliam, & de quadam poenitentia exitus à prima, & voluntate permanendi in aliqua religione, dicendo, Promitto mori in religione, tacite videtur dixisse, Promitto intrare religionem, & in ea mori. Non etiam obstat dicere, quod non expressit religionem: quia votum generale de intranda religione valet. d

2 AD SECVNDAM responderetur, posse ipsum ingredi religionem quam voluerit, quia indefinita & generali promissioni per vnum suppositum satisficit, iuxta glossam celebrem, e qui enim promittit indefinitè hominem, vel seruum, per praestationem vnus liberatur.

3 AD TERTIAM responderetur, quod consulens, si intrauerit aliquam religionem, non poterit exire liber pro libito suo sine iusta causa, & superaddita dispensatione: eo quod videtur fecisse duo vota, alterum de intranda religione, & alterum de perseverando in ea, quorum prius completur intrando tantum, posterius autem non nisi profitendo, per ea quae nos tradimus contra Sotum. f

S V M M A R I V M.

- 1 Voti de essentia est quod promissio fiat Deo, vel sanctis non quidem tamquam quibusdam hominibus, sed vt quibusdam Dijs per participationem. num. 2. & 3. Vnde facta homini etiam de bono ad ipsum non respiciente, puta de ingrediendo religionem, num. 4. de non ludendo, num. 2. non est votum, sed potius quadam actio facta ad certiore facendum illum, cui promittitur, dubitantem, quod ita erit, nu. 3. & hoc etiam si promissio haec fiat praelato, num. 2.
2 Votum etiam est, cum quis Deo promittit obseruare id quod homini prius promiserat.

S V M M A R I V M.

- 1 Vota tria in manibus religiosi non valentur incorporare emittens, vt suffragijs gaudeat religionis, non est religiosus, nec eam intrare tenetur, num. 2. sed tamen castitatem & paupertatem vt simplicia vota seruare tenetur, num. 3. ita vt licet non admittat sua, nec potestatem acquirere, nisi saltem ab Episcopo impetret dispensationem, num. 5. voto autem obedientiae non videtur astrictus, cum non fuerit legitime à religione acceptatum, num. 3.
3 Sacerdos si voueat castitatem, duplici tenetur vinculo.

CONSILIVM VIII.

Puella, quae deliberatè promissit in manibus visitatoris Episcopi, se futuram monacham, an censetur fecisse votum simplex de intranda religione, & ita quod sponsalia de futuro postea contracta non valeant?

1 Pro parte affirmante faciunt verba ipsa, quibus promissit se facere religiosam: & quod promissio facta B. Mariae, B. Petro, aut alijs sanctis, censetur votum, vt expressè dicit vterque Thomas. g

Pro parte verò negante facit primò, quod de voti essentia est, vt promissio fiat Deo, iuxta ea quae habentur in Manual. h vbi per hoc determinatur, quod promissio, qua quis promittit alteri se amplius non lusurum, non est vo-

a Cap. 12. nu. 24.

b De regulis iur. lib. 6. c Cap. cui licet. eod. tit. & ca. pastoralis. §. item cum totum. de offic. deleg.

d Ca. constitutionem. de reg. lib. 6.

e In c. ut circa. de electio. li. 6.

f In d. ca. 12. nu. 47.

g 2. 2. q. 88. art. 1.

h Cap. 12. nu. 25.

tum, & colligitur ex vtroque Thoma. a
2 Secundo facit, quod vterque Thomas praecitatus dicit promissionem factam Sanctis dicendam votum, eo quod videatur facta Deo, cum sit facta quadamtenus deificatis, & participatione indissolubili factis dijs, & ideo promissio facta alijs hominibus viujs nondum beatificatis non potest dici votum.

Tertio, quod S. Thomas dicit promissionem alicuius boni factam homini posse cadere materialiter sub voto, vt cum quis vouet Deo facere id bonum, quod promissit Praelato se facturum: per quod significatur, quod promissio alicuius boni facta Praelato non est votum, sed tantum materia voti: sic qui vouerit Deo facere id bonum, quod promissit homini, censetur votum, & non aliàs.

3 Quarto, quod Caietanus per hoc definit, quod qui promitteret Sancto aliquid boni tamquam homini rationali, non habito respectu quod est deificatus, non censetur vouere, quo saluat S. Thomam dicentem, quod promissio facta Sancto de aliquo bono non est votum, sed tantum materia voti: quod intelligendum ait de promittente Sancto, quatenus est quidam homo, & non de promittente Sancto, quatenus quidam Deus per participationem deificatus.

Quinto facit, quod promissio facta ad faciendum certiore futura rei illum, cui fit, non est votum: quod colligitur ex S. Thoma, b & promissio facta per praefatam mulierem praedicto visitatori fuit facta ad faciendum certiore ipsum dubitantem de voluntate eius, an vellet mutare statum, & assumere religionem: ergo non fuit votum Deo factum, sed certificatio visitatoris, qui dubitatione sublata crederet illum velle mutare statum.

4 Sextò, quod longe diuersa sunt promittere Deo in manibus alicuius hominis, quod faciet aliquid boni, & promittere alicui homini, quod faciet idem bonum, immo & promittere Sanctis, vt quibusdam factis per participationem Dijs, & promittere eisdem vt hominibus, vt colligitur ex vtroque Thoma, c dicente, quod posterior promissio non est votum, & prior sic.

7 Septimò, quod è contraria parte sequeretur, quod omnis promissio facta alteri de faciendo aliquid opus virtuosum, saltem quod non esset vile illi cui promittitur, esset votum: quod nemo dicat, & est absurdum, & ideo non dicendum. d Per quae omnia dicendum videtur, praedictam professionem non fuisse promissionem Deo factam de se faciendosam, sed promissionem factam homini ad certificandum illum de voluntate faciendi se religiosam, & consequenter non fuisse votum, cum praedicta puella non promiserit Deo, sed homini visitatori dubitati de sua voluntate, se futuram religiosam. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Vota tria in manibus religiosi non valentur incorporare emittens, vt suffragijs gaudeat religionis, non est religiosus, nec eam intrare tenetur, num. 2. sed tamen castitatem & paupertatem vt simplicia vota seruare tenetur, num. 3. ita vt licet non admittat sua, nec potestatem acquirere, nisi saltem ab Episcopo impetret dispensationem, num. 5. voto autem obedientiae non videtur astrictus, cum non fuerit legitime à religione acceptatum, num. 3.
3 Sacerdos si voueat castitatem, duplici tenetur vinculo.

CONSILIVM IX.

Virgilius in articulo mortis vouit castitatem, paupertatem, & obedientiam in manibus cuiusdam Prioris, & in praesentia sui Confessarij, animo participandi suffragia ordinis praedictorum Prioris, & confessarij, cum iam esset Praelatus, canonicus, & sacerdos. Quaeritur, an sit religiosus, vel obligatus ad intrandam religionem.

1 Respondeo primò, praedictum Dominum consulentem non fuisse per praedicta vota factum religiosum praedicti ordinis. Tum quia praedictus Prior, & Confessarius non habebant potestatem incorporandi illum suae religioni, quod requiritur, vt colligitur ex cap. ad Apostolicam, e & tradimus nos post alios in comment. i. de reg. f

2 Secundo, quod praedictus Dominus consulens non est obligatus

a In 2. 2. q. 88. art. 1. & 2. S. Tho. art. 4.

b In d. art. 4.

c Vbi supra.

d L. nã quod. ff. de bono liber.

e De regula. f Super c. cui portio. 12. q. 1. nu. 18.

obligatus ad intrandam religionem, quia non promisit intrare, sed solum vovit tria substantialia vota simplicia, quae non fuerunt facta solemniter per vllam professionem, quae nec tacite nec expresse fieri potest, donec impleatur annus nouitialis, iuxta a Concilium Tridentinum.

3 Tertio, teneri Dominum consulentem ad seruanda vota praedicta tanquam simplicia, ita quod tenetur seruare castitatem duplici vinculo, scilicet sacerdotali, & voti castitatis: votum autem paupertatis vno tantum, quia vovit illam, quamuis arbitretur eum non teneri ad aliquid ratione voti obedientiae, quia illud non fuit acceptatum saltem legitime a praedicto ordine, nec ab eius conuentu, & ipse non habuit animum obligandi se Episcopo, vel alij Praelato plusquam erat ante votum.

4 Quarto, quod non perdidit canonicatum, nec praebendam, neque aliquid aliud ipso iure propter illa vota exiis, quae antea sibi competeabant, quia vota simplicia non habent vim tollendi vouenti praeter libertatem vendendi matrimonio, & libertatem querendi per emptiorem, & alios contractus, & alios modos, per ea quae tradimus in praedicto comment. b

5 Quinto, videri consulendum praedicto D. consulenti vt impetraret dispensationem saltem ab Episcopo suo, vt possit licite querere per contractus, & quasi contractus, vltimas voluntates, iudicia, & alia iuris ministeria, sicut poterat antequam voueret, ne peccaret, querendo & volendo querere praedictis modis contra praedictum votum simplex paupertatis, per ea quae diximus in dicto cap. cuius portio. nempe, quod licet, qui vovit votum paupertatis, non possit sibi licite querere, nec velle querere, potest tamen saltem illicite querere: sicut qui iuravit non emere, nec alio modo querere, peccat quidem emendo, vel querendo, sed quod emerit, vel quaesierit, suum proprium fit: sicut & meretrix, quae quidem peccat meretricando, sed quod sic quaesierit proprium eius fit. c Salua, &c.

SVM MARI VM.

1 Vouens, vel iurans, etiam per iram, sine actuali intentione non intrandi, & sine actuali intrandi religionem, debet intrare: quia non debet praesumere se voluisse tunc tam graue peccatum committere, vt esset sic iurare, & vouere animo id non faciendi.

2 Tacens tunc videtur consentire quando non datur medium inter consensum, & dissentium.

CONSILIVM X.

Irans vel vouens intrare religionem cum intentione actuali non intrandi eam, dici potest non obligatus ad intrandum, sed si non habuit intentionem contrariam, neque intentionem actualem intrandi, videtur obligatus ad intrandum: quia non debet praesumere de se, quod voluit tam grauius peccare, vt nolendo intrare, iuraret se intraturum, sed quod saltem per iram voluit intrare, argumento cap. qui tacet, consentire videtur, d quado, vt dicitur in regula sequenti, non est medium inter consensum, & dissentium, &c.

SVM MARI VM.

1 Vouens castitatem salua facultate ducendi uxorem, qua continere velit, tenetur seruare castitatem, & non ducere uxorem.

2 Matrimonium cum pacto, quod seruetur castitas, contrahi nequit, sed & nec cum pacto vt non petatur debitum, & nu. 3.

4 Causa iusta ad dispensandum super continentiae voto non est commoditas regendi domum.

CONSILIVM XI.

Cato, qui aliquod annis vixit cum uxore sua in castitate, ad quam vterque voto se astrinxerat, vovit se perpetuo castitatem seruaturum, etiam si vxor praemoretur: cum hoc tamen moderamine, vt posset ducere uxorem aliquam, quae vellet continere sicut ipse, qualem non inuenit, & vellet ducere uxorem ad administrandam domum.

Quaeritur primo, an sit obligatus ad seruandam castitatem.

Secundo, an sit iusta causa dispensandi super huiusmodi voto.

AD PRIMAM QVAESTIONEM respon-

deo, quod est obligatus ad seruandam castitatem, & non ad ducendam uxorem. Tum quia non inuenit aliquam, quae velit contrahere, cum illo, & continere, sicut prior se continebat: & conditionalis, non impleta conditione, non habet effectum. a

2 Tum quia conditio illa fuit impossibilis: quia non poterat occurrere casus, in quo ille posset contrahere cum aliqua, ea lege vt contineret, & non peteret debitum: quoniam est pactum contrarium fini, & fidei matrimonij: fini quidem, quia virtualiter est pactum de vitanda prole: fidei autem, quia est pactum de non reddendo debitum, & de non tradenda potestate sui corporis: & proles & fides sunt duo de principalibus bonis matrimonij, b & conditio contra illa est contra substantiam matrimonij, quae illud inualidat. c

3 Nec obstat, quod Paludanus, d tenet valere matrimonium contractum cum conditione, ne petatur debitum, vel vt seruetur continentia: eo quod non est turpis, sed honesta. Tum quia contrarium tenet S. Thomas. e & Adrianus, f quae communis est opinio secundum Sotum. g Tum quia praedictum cap. vltim. h non solum habet conditionem turpem contrariam substantiae matrimonij reddere illud nullum, sed absolute omnem conditionem, quae est contra substantiam matrimonij, & consequenter etiam illam, quae de se honesta esset.

4 AD SECVNDAM respondeo, quod ex petitione oratoris non colligitur vlla iusta causa dispensandi super tam graui voto. Tum quia cum difficilius sit seruare continentiam conuersando die ac nocte secreto, & coram aliis cum vxore, quam amat, quam viuendo sine tali conuersatione, i & quia oratori videtur se posse castitatem seruare conuersando die ac nocte cum vxore amata, pro causa non potest allegari timor incontinentiae. Tum quia si commoditatem regendi domum, quae prouenit ex vxoris consortio, quod orator forte praetendit, dicatur esse causam iustam dispensandi, omnes fere haberent iustam causam relaxationis voti: quod est absurdum dicere, & ideo non est dicendum. k Quamuis dici posset, aliquam partem causae colligi ex eo, quod non omnino absolute vovit castitatem, sed cum quadam exceptione, quae licet a communi opinione, & mea sententia vera reputetur impossibilis, Paludano tamen viro sacrarum & canonicarum litterarum callentissimo visa est possibilis. Salua, &c.

SVM MARI VM.

1 Vouens non commiseri mulieri, quam falso suam cognatam esse putabat, non ligatur si tunc ea erat mente, quod si veritatem sciuisset, non vouisset.

2 Ignorantia qualitatis, quae est causa peccati, excusat a peccato qualificato.

CONSILIVM XII.

AN putans aliquam esse suam sororem, vel cognatam spiritualem, vel carnalem, & vovit non habere rem cum illa, obligetur seruare votum, etiam si verè non sit soror, nec cognata?

1 Et videtur quod non quo ad forum conscientiae, si praedictus vouens cum vovit, erat ea mente, quod non vouisset, si sciuisset eam non esse sibi cognatam, sed sic, si ea mente tunc erat, quod vouisset, etiam si sciuisset eam non esse sibi cognatam: quia ignorantia qualitatis excusat a peccato qualificato, si est causa peccati, aliàs non, iuxta doctrinam S. Thomae receptam: sicut qui percucit laicum putans eum esse clericum non est excommunicatus, si verè non est clericus.

SVM MARI VM.

1 Vouens simul seruare castitatem, & ingredi religionem, tunc demum liberatur a religione liberatur a castitate, quando castitatem vovit non vt principale, sed vt accessorium ad religionem: & in hoc sequatur illam partem, quam magis probabiliter credit, an in dubio sequatur tuiorem, reputando se obligatum ad castitatem, num. 2.

CONSILIVM XIII.

FRANCISCUS litterarum ignarus castitatem vovit, simulque religionem quamdam intrare, non tamen recordatur, an tunc intenderet obligare se ad castitatem seruandam, licet ad dictam religionem non admitteretur: &

a §. ex condit.ionali. In fin. de verb. obligat.

b Cap. omne nuptiarum bonum. 27. q. 2. c. Cap. fin. de condit. appof. d. In 4. dist. 29. art. 2. c. Dist. 28. ar. 4. ad 3. f. De sponsal. 9. q. 9. g. In eod. 4. dist. 29. qu. 2. ar. 3. h. De condit. appof.

i Arg. cum omnibus. c. clericum. c. ca. volumus. c. c. legitur. 81. dist.

k L. n. quod absurdum de bonis libert.

a Cap. 15. §. seq. de regul. iust. 25.

b Super cap. cuius portio. num. 19.

c L. 4. §. sed & quod meretrici datur. ff. de condit. ob turpem causam.

d De reg. iur. li. 6.

cum non fuerit admissus, dubitat, an teneatur ad castitatem seruandam.

Pro parte negatiua, videlicet, quod non teneatur extra religionem castitatem seruare, facit primo, quia quando non constat de actuali intentione vouentis, quae dat regulam & vim ipsi voto, intentio potius virtualis attendenda est: sed intentio virtualis videtur fuisse castitatem in religione seruare, ergo extra eam non tenetur. Probatur minor: quia praedictus Ioannes modo interrogatus, quid responderet, si in instanti, quo votum emisit interrogatus ab altero fuisset, si in religione admissus non fueris, seruare extra illam castitatem intendis? respondit se credere sine dubio quod responderet, nequaquam: ergo.

Nec obstat, quod si ipse fornicationis peccatum committeret, crederet se praedictum castitatis votum violare, non enim inde iudicandum est, cum extra religionem ad dictam castitatem teneri: quia cum esset illiteratus, cogitabat se, ex quo praedictum votum fecit, ad castitatem teneri statim, cogitare autem esse obligationem, vbi non est, non inducit obligationem: sicut non facit religiosum, cogitare se esse professum, saltem si eius professio a principio ipso ignorante inualida fuit.

1 ROGATVS quid sentiam, respondeo, quod, vt subtiliter & erudite supra insinuat, decisio huius questionis videtur pendere ab intentione vouentis expressa, vel tacita: si enim principaliter voluit vouere castitatem, & accessorie religionem, vt facilius eam in illa seruaret, tenebitur eam seruare, etiam si excusetur ab intranda religione, si autem contra principaliter voluit vouere religionem, & veluti accessorie castitatem, quae facilius in ea seruare posset, liberatus a voto religionis, erit etiam liber a voto castitatis. Tum per regulam cap. accessorium sequitur naturam sui principalis. a Tum per l. in conditionibus primum habet locum mens testatoris. b Tum quia, vt D. Hieronymus ait, c Euangelium non tantum est in verbis, quantum in sensu, nec tantum in folijs, quantum in radice rationis, & vt ait Hilarius. d Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi: quia non res sermone, sed rei sermo debet esse subiectus.

In supra dicto casu desideratur sciri, quid dicendum, quando de praedicti vouentis non constat intentione?

2 Respondeo, quod, si consulens nescit qualem intentionem habuit, vel non credit probabiliter qualem habuit, sed dubitat, tenetur in dubio eligere tuiorem partem, iuxta cap. iuuenis, e & consequenter reputare se obligatum ad seruandam castitatem extra religionem, quamuis ob eiusmodi dubitationem, & aliquam aliam causam, dispensationem, vel commutationem concedet, vt puto, Papa per sacram Penitentiarum. Salua, &c.

SVM MARI VM.

1 Voto poenali commutato, qui postea contra facit non cadit in poenam: secus si solum sit commutata obligatio adimplendi poenam (puta, intrandi religionem) iam incurram.

CONSILIVM XIV.

AN qui vovit, vel iuravit se non peccaturum certum peccatum sub poena intrandi religionem, & postea peccat illud, & consequenter obligatur ad intrandum religionem, & impetrata dispensatione super voto religionis, peccat iterum, teneatur intrare illam?

1 Responderetur, distinguendum videri, an dispensatum fuerit cum illo super obligatione, quae se obligauit ad non peccandum sub poena intrandae religionis, & non tenetur intrare, quia sublato principali, tollitur accessorium. f An verò solum fuit dispensatum super poena intrandae religionis, quam incurrit ob primam fractionem voti, & videtur teneri: quia non fuit dispensatum super voto non peccandi sub poena intrandae religionis, sed solum super obligatione intrandae religionis iam incurfa, & a diuersis non fit illatio, g & obligatio intrandi religionem iam incurfam propter primam transgressionem voti de non peccando sub poena intrandae religionis, est res diuersa ab illo voto, de non peccando sub poena, vt in simili dixi in Manuali confess. h scilicet, quod absolutio fractionis voti differt ab absoluteione voti, ita quod votum perpetuum semper obligat, licet vouens a peccato fractionis voti absolueretur, vt ait S. Antoninus. i Salua, &c.

a De reg. iur. li. 6. b ff. de condit. ob de monst. c. In ca. Marcion. 1. q. 1. d. In ca. intelligentia de verb. signific.

e De sponsal. c. ca. ad audientiam de homicid.

f L. cum principalis. ff. de reg. iur. c. c. accessorium. de reg. iur. lib. 6. cum eis adnotatis. g. L. Papinianus ff. de minoribus. cap. ad audientiam de derim. h. Ca. 12. nu. 79.

i 2. par. tit. 11. §. 2. c. 2.

SVM MARI VM.

1 Votum de intranda religione sub conditione factum, si frater Romam venerit, non definit obligare, licet sint lapsi 10. anni, donec maior probatio mortis accedat.

1 Dispensatio voti religionis conditionalis etiam ante adimpletam conditionem est Papa seruata.

CONSILIVM XV.

VIDAM N. vovit ingressum religionis, si frater eius Romam veniret, elapsi sunt decem anni, & frater Romam non venit. Quaeritur, an possit uxorem ducere, vel saltem possit dispensari ab eo, qui ad seruata vota facultatem non habet, vel saltem commutari.

1 Ad hanc quaestionem responderetur primo, quod non licet ei uxorem ducere, donec maior probatio mortis fratris accedat, argumen. cap. in praesentia, a & eorum quae notantur in cap. cum in tua. b Secundo, quod non potest ordinarius dispensare in eo, nec commutare illud, quia votum religionis est etiam vnum de quinque seruatis Papae, vt diximus in nostro Manuali confess. c nec definit esse de numero eorum, eo quod sit conditionale, vt tangimus in eodem Manuali. d Salua, &c.

SVM MARI VM.

1 Filij viuentibus parentibus habent solam spem, eis morientibus, in legitima succedendi, sed ante eorum mortem nihil iuris habent, & praemortentes nihil iuris alijs relinquunt, nec per eorum renunciationem aliquid parentibus acquirunt, nisi sola libertas de bonis suis inter reliquos testandi. num. 2.

2 Votum, quod fecit mater adificandi monasterium de legitima renunciat a filia, non tenet respectu legitima paterna, quae ad ipsam non potuit peruenire, nec respectu legitima materna: quia cum secundum leges patriae per dictam renunciationem filia patri in nulla quantitate augetur potestas de suis bonis disponendi, in effectu vovit adificare de illis bonis, quorum dispositio eidem non acquiratur. num. 3.

4 Vouens materfamilias aliquid facere de bonis suis, quae deductis debitis superessent ei facta vidua, tenetur, nec de illis potest deduci legitima debita filijs, deducit tamen sibi ad victum necessaria, num. 7. peccatque si ex illis doret filias, num. 5. vel in alia opera pia conuertat, num. 6. nisi accedat Papa dispensatio. num. 7.

7 Votum adificandi ex suis bonis monasterium non ideo definit esse validum, quod non sufficiant, sed debent conuerti in aliud pium opus, & consulendum vouenti, vt a Papa petat commutari in alia opera pia, inter quae etiam connumerantur remunerationes ex gratitudine debita.

CONSILIVM XVI.

QVAEDAM Illustris Comitissa, cum quaedam filia sua monasterium ingressa renunciasset legitimis eius, & patris, quas in bonis eorum habere sperabat, vovit de legitimis illis adificare vnum monasterium alterius ordinis, addendo de suis bonis quod esset necessarium ad illud adificium, quin & post iterum vovit, quod si superuieret Comiti marito suo, adificaret illud de suis bonis, quae haberet aliunde, quam ex praedictis legitimis, solutis prius aliis debitis omnibus suis. Postea tradidit nuptui alias filias, quas dotauit ex praedictis legitimis, & quia illae non sufficiebant, obligauit tertiam partem suorum bonorum, de qua disponere poterat, ad soluendum residuum. Mortuo deinde Comite, pars bonorum quae ipsi obuenerit, fuit longè minor, quam ipsa putauerat, ita quod nullatenus sufficere ad adificandum praedictum monasterium: debet praeterea multa salaria multis personis, quae inseruierunt ei, quibus vellet etiam ultra eis debita gratia gratitudinis aliquid dare, habet etiam nepotes, & neptes pro sua qualitate pauperes, quos vellet iuuare.

Quaeritur nunc, quid eam oporteat facere, quo animae suae, & suis bonis desiderijs satisfaciatur.

1 Respondeo primo, quod consulens videtur errare, putans, quod renunciatio legitima ingredientis monasterium, vel nubentis, sit quaedam donatio alicuius rei praesentis, cum tamen res aliter se habeat. Tu quia filij viuentibus parentibus habent quidem spem succedendi in legitimis, si quae post mortem eorum inueniantur, sed antea

a De sponsal.

b Eodem tit.

c Cap. 12. nu. 75. d. In eodem cap. num. 43.



a. i. §. sim-  
puberi. ff. de  
coll. bon.  
b In c. Rainu-  
tius, verbo le-  
gitimam, de  
testam.  
c In sing. ver-  
bo legitima.

d In c. quam-  
uis patit. de  
patit. 3. par.  
in initio re-  
lect. in 6.

e Ca. 26. nu.  
39.

f Cap. 12. nu.  
41. & 42.

g In rubr. de  
don. inter vi-  
rum & vxor-  
em. §. 66.  
h Clem. quia  
contingit. de  
relig. domi.  
i Le. 1. & le.  
legata. ff. de  
administ. re-  
rum ad ciuit.  
perit.  
k Capit. qui  
prior. de reg.  
iuris. li. 6.  
l Le. non om-  
nis. ff. de reb.  
cred. cap. fin.  
de prob.

m Cap. iudi-  
cant. 3. q. 5.

nihil iuris habent, iuxta a & glossam not. b receptam ibi communiter, & ab Antonio Corseto. c Tum quia, si praedicta illa obiisset ante mortem parentum, inutilis fuisset illa renunciatio, nihil enim iuris cuiquam reliquisset per praedicta.

2 Secundo, quod ex hoc videtur sequi, quod votum praedicta Comitissa de aedificando monasterio ex legitimis praedictis erat inane quod ad legitimam patris, de qua pater, & non ipsa debebat disponere, fuit etiam inane quod ad legitimam matris, quam ex suis bonis filia expectabat. Tum quia illa non poterat euenire vsque ad mortem praedictae matris comitissae. Tum quia per renunciacionem illam nihil quaesitum fuit patri, nec matri, nisi sola libertas testandi de bonis suis inter reliquos filios, perinde ac si ipsa non esset filia eius, vt post alios testatur Couarruias. d Tum quia praedicta Comitissa non poterat disponere de legitima, quam in bonis patris erat habitura sua filia.

3 Tum quia secundum leges Lusitaniae de sola tertia parte suorum bonorum possunt disponere habentes filios, & per praedictam renunciacionem filiae nihil fuit acta illa tertia: & ita vouere aedificare monasterium de legitimis, quas renunciauit filia, est vouere aedificare de nihilo, & quod est vix intelligibile id, quod ponitur in casu, videlicet, quod praedicta Comitissa dotauit alias filias de legitimis monialibus.

4 Tertio, quod secundum votum, quo vouit facere praedictum monasterium de suis bonis, solutis tamen debitis, non habito respectu ad praedictas legitimas, fuit validum, & potuit implere illud, etiam si per illius implementum minuerentur legitimae, in quas reliqui filij succedere sperant: quoniam in pauperes, & opera pia, & salutem animarum suarum possunt partes impendere de bonis suis, non computando sumptus illos pios in tertiam, de qua libere possunt testari, vt tradimus in Manuali. e

5 Quarto, quod praedicta Comitissa potuit peccasse non implendo secundum votum, tardando implementum eius, & dotando filias suas de suis bonis, quo se faciebat impotentem ad soluendum votum. Peccat enim, qui post votum legitimum factum, voluntarie se facit impotentem ad implendum illud, vt diximus in Manu. f nec credo eam excusata a peccato, eo quod teneretur dotare filias, saltem pro medietate, si contraxit matrimonium cum Comite iuxta consuetudinem Lusitaniae, secundum quam non solum lucra, sed etiam alia omnia bona communicantur inter maritum, & vxorem, cum etiam quando sola lucra fiunt communia, videatur teneri ad illud, iuxta tradita per Ioannem Lupum, & etiam si filia pro sua qualitate essent pauperes.

6 Tum quia debita in vsum vnum pium, non possunt conuerti in alium sine Papae auctoritate, h nec relicta in vnum vsum profanum possunt conuerti in alium sine principis auctoritate. i Tum quia votum praedictum dotacionem, & forte obligationem: quia forsitan tunc non erant nubiles: & qui prior est tempore, prior est iure. k

7 Quinto, quod hoc quod dictum est de peccato, intelligo, si mortuo marito, & facta diuisione, & solutis omnibus debitis legalibus, poterat aedificare praedictum monasterium, quia votum ita fuit limitatum, & actus agentium non operantur extra intentionem eorum. l Sed quia non narratur in casu quanta pecuniarum summa, plus, minusve erat necessaria ad praedictam aedificationem, neque quantam ad soluenda debita, neque quantum valeat pars bonorum, quae sibi per diuisionem obtigerant, neque an debita praesensissent, an sequuta fuissent praedictam diuisionem, ideo difficile est certam in re incerta ferre sententiam. m

Sexto, quod ex iis ita expensis infertur, consulendum esse praedictae Comitissae, primo, vt poeniteat peccati admissi non adimplendo tempore opportuno votum, & obligando se ad alia, per quae facta fuit impotens ad votum implendum, secundo, vt porrigat vnam petitionem aptam S. D. N. in hanc quae sequitur formam: Sanctitatis vestrae oratrix vouit, &c. Debet multa salaria, quibus solutis, & referuato sibi victu necessario, & honesto, reliqua, sive residua bona, nullatenus sufficiunt ad aedificandum praedictum monasterium. Quare supplicat humiliter Sanctitati vestrae, vt attento quod prius dictorum

votorum fuit inane, quia est, &c. attento item quod secundum votum fuit de aedificando monasterio solutis omnibus debitis, &c. attento denique, quod reliquum bonorum suorum solutis debitis legalibus est adeo paruum, vt nullatenus sufficiat ad aedificandum praedictum monasterium, supplicat igitur Sanctitati vestrae humiliter praedicta oratrix, vt attentis praedictis, liceat sibi id, quod inuentum fuerit residuum bonorum, solutis debitis legalibus, impendere in opera alia pia, & iuste remunerationis intuitu paupertatis, & gratitudinis, ita vt non teneatur aedificare praedictum monasterium, sique a voto, & necessitate illud aedificandi absoluta. Hac est mea sententia.

S V M M A R I V M.

- 1 Facere posse videtur is, qui impedimentum potest saltem facile tollere, immo & tenetur tollere, num. 1. nisi inde amittat aliquid ius quaesitum.
- 2 Votum ingrediendi religionem ante consummatum matrimonium si mulier emisit, mortuo viro adimplere tenetur, at eo viuo, etiam si consentiat, & offerat ad id necessaria praestare, probabile est eam inuitam ad id non cogendam, num. 12. quia durante matrimonio votum est extinctum, num. 8. & ei iura matrimonialia acquisita, quibus non tenetur renunciare, num. 7. nec reperitur canon eam ad id cogens, num. 6. immo lex diuina de indiuisibilitate matrimonij ei fauet, num. 4. vel certe eidem iam seni potius consulendum, vt petat dispensationem, num. 10. cum ad religionis statum vix possit se nunc bene disponere, num. 9. & 11.
- 3 Coniux a marito, cui matrimonio iure diuino indissolubili coniungitur, inuita separari non potest, nisi in casibus iure diuino vel naturali statutis, videlicet ob fornicacionem commissam, vel quia vita viri corporalis seu spirituali insidiatur, num. 5.
- 4 Voto seu iuramento castitatis, seu religionis ingrediende astricta, si postea nupsit, & consummauit, non tenetur petere a viro, vt ei liceat dicta vota adimplere.
- 5 Voto religionis intrando astrictus non debet illud adimplere, nisi prius se bene disposuerit, sed si propter aetatem, consuetudinem, vel aliam causam hoc ei difficile est, debet petere relaxationem, seu commutationem, num. 10. & 11.

CONSILIVM XVII.

Maria vouit religionem; postea nupsit, & consummauit matrimonium, habuitque in eo plures filios, qui omnes, vno dempto, mortui sui. Quapropter, & quia ei multa tribulationes & calamitates alia euenierunt, cepit cogitare, & dubitare intra se, an esset in statu salutis, & an omnes illae calamitates sibi ob id euenierint, quod primam fidem violasset, rem viro aperuit, ille respondit, si ipsa vellet religionem intrare, libentissimè id permisit: denique non solum offert, sed rogat vt religionem intraret, nec est aliud, quod ipsam rationabiliter possit impedire. Dubitatur, an in isto casu ista mulier teneatur religionem intrare, vt adimpleat votum, siquidem obligatio manet, & mortuo viro teneretur intrare, & modo est in eius potestate vt faciat absque alicuius prauidicio.

Ad quaestionem respondeo, quod pro parte affirmante facit primo, quod cessante causa cessat effectus, a ergo & cessante impedimento cessabit impedimento.

1 Secundò, quod omnis qui tenetur ad aliquid faciendum, & excusatur ob aliquod impedimentum, cessante illo tenetur facere illud, b immo etiam tenetur ad tollendum impedimentum, si potest. c

2 Tertio, quod qui potest facere vt possit, videtur facere posse, d adeo quod non excusatur impotentia, qui potest illam saltem facile tollere, vt post alios asserit Decius, e & praedicta consulens non solum potest tollere impedimentum, quod ex matrimonio sibi euenit, immo est sublatum, quia maritus consentit, immo & rogat, vt ingrediatur religionem, paratus facere quicquid fuerit necessarium ad hoc, vt consensus eius valeat: ergo non potest illa excusari a necessitate implendi votum religionis.

3 Quarto, quod de aequipollentibus idem est iudicandum. f At paria & aequipollentia sunt quo ad hoc, quod maritus sit mortuus, vel consentiat implemento voti vxoris de ingrediendo religionem, faciendo quicquid est

a Ca. cum es-  
sante. de ap-  
pellat.  
b Ca. qua sit.  
c. cum ex  
co. ca. com-  
missa. de ele-  
cti. in 6.  
c Cap. fin. de  
electio. ca.  
quia diuersi-  
tatem. de con-  
cess. prebend.  
d Reg. qui po-  
test. ff. de reg.  
iur. cum con-  
corda. addu-  
ctis ibi per  
gloss.  
e In d. le. qui  
potest.  
f L. fin. ff. ma-  
dati. cap. licet  
ex quaesim.  
de testib.

a Ca. ex par-  
te. de coers.  
coniugat.  
b Ca. consul-  
uit. de coers.  
coniugat.  
c Ca. sunt qui  
dam. 25. q. 1.  
d Capit. infe-  
rior. 21. disti.  
e elem. ne  
Romani. de  
electi.  
f Matth. cap.  
19.  
g 33. qu. 2. &  
in c. 2. de tras-  
lat. pralat.  
h L. 1. de. &  
c. dixit Domi-  
mus. 31. q. 1.  
i Ca. quoniam.  
de coniug. le-  
prof.  
k Ca. ipse pie-  
tas. 23. qu. 4.  
l In 4. sent.  
dist. 26. & 29.  
m Ca. prae-  
cipimus. 12. qu.  
1.

n ff. de regul.  
iur.

o Ca. 12. nu.  
47.

necessarium, vt valeat tantum eius consensus, quantum mors ipsius: sed mortuo marito teneretur illa implere votum, a immo & manere omnino religio, si emisit votum solemne, etiam marito viuente, & non contradicente, sed sciète, & dissimulante. b Ergo a fortiori tenebitur hac de qua loquimur implere suum votum.

4 Pro parte autem negante facit primo, quod lex diuina non potest tolli, nec limitari nisi alia diuina, c quia inferior non potest tollere nec limitare legem superioris. d At lex diuina, e est, vt quos Deus coniunxit, homo non separet, relata, cap. quos Deus. f ita quod per illam legem non potest coniux a coniuge saltem post consummationem matrimonij contra suam voluntatem separari, nisi propter fornicacionem, & ergo non potest illa lex limitari, nisi per aliam diuinam naturalem, vel positiuam, qualis nulla inuenitur, quae in casu proposito concedat separationem a coniuge inuita ea.

5 Secundo, quod non prodest dicere quod in ca. literas, h singulariter probatur posse fieri separationem inuito vel inuita coniuge, quando probabiliter ex cohabitatione timetur mors corporalis, & non potest sufficienter caueri de securitate vitae: quia illa limitatio fit per aliam legem diuinam naturalem, quae nobis licet defendere vitam, i immo & tenemur eam conseruare, k quae eadem ratione potest etiam fieri separatio inuito coniuge procurante inducere ad infidelitatem, vel aliam animae perditionem, & nolente desistere a tali procuracione, iuxta doctrinam comuniter receptam, l quia cum anima sit priorior corpore, m lex naturalis quae permittit separationem ob defensionem necessariam vitae corporalis a fortiori permittit separationem ob defensionem necessariam vitae animae: quae est ratio singularis decidendi illius §. finalis praedicti cap. literas. parum ab aliis perpenfa. Cum ergo in casu proposito non imineat periculum vitae corporalis, vel animae, non habet locum in eo praedicta limitatio.

6 Tertio, quod ex parte & conclusione contraria sequeretur, quod omnis coniux, quae fecit iuramentum, vel votum de castitate seruanda, vel de religione intranda, & postea contraxit matrimonium, teneretur sub poena peccati mortalis ad se separandum, & ad implendum votum, & ad castitatem seruandam, vel intrandam religionem, si coniux consentiret, & faceret ea, quae requiruntur ad hoc, vt ingressus religionis coniugis valeretur, quod nemo hactenus, quod ego sciam, dixit. immo & sequeretur, quod teneretur sub poena peccati mortalis ad procurandum consensum, & sublationem huiusmodi impedimenti, saltem si probabiliter speraret posse illud obtineri, argumento praedictae regulae qui potest, & eorum quae supra citata sunt ad probandum teneri quem ad procurandum sublationem impedimenti, quo impeditur a faciendo eo, ad quod obligatur.

Quarto, quod licet multa responsa summorum Pontificum probent eum, qui post votum castitatis contrahit matrimonium, non posse exigere debitum, quamuis reddere possent, nullum tamen habet, cum teneri ad quaedam huiusmodi separationem, neque consensum & licentiam intrandi religionem: quod tamen probabile est, aliquem eorum hoc insinuatum fuisse, si necessarium esset.

7 Quinto, quod per matrimonium non solum quaritur vxori ius petendi vel reddendi copulam carnalem, sed etiam ius alimentorum, & multarum aliarum consolacionum, quas accipit ex cohabitatione mariti sui: & nullo iure diuino nec humano videtur esse petiunda eis sine suo consensu, argumento l. id quod nostrum est, n & late notatorum in cap. quae in ecclesiarum. de constit.

8 Sexto, quod votum de intranda religione videtur extingui omnino per matrimonium consecutum, quoad illud durauerit: quoniam non solum potest reddere debitum, sed etiam exigere. Votum enim de intranda religione non obligat plus ad seruandam castitatem, quam ad seruandam paupertatem, & obedientiam, & ieiunia, & recitandas preces horarias, & ad faciendum alia, quae praedictantur in regula religionis, quam voluit intrare, donec fiat professio, vt post alios tradimus in Manual. confess. o At non tenetur ad hac, donec professus fuerit, ergo nec ad castitatem, nec consequenter ad non exigendum debitum: & ita nec ad intrandam religionem, quantumcumque

consentiat maritus. 9 Septimò, quod non debet quis intrare religionem, si non est satis ad id dispositus ea dispositione, quam non post Caietanum & alios tradimus in com. cap. cui portio, a at praedicta vxor non est ita disposita, ergo non solum non obligatur ad intrandum, sed teneretur non intrare, donec dispositionem illam impetret a Deo: & quod non erit facile id etiam quinquagenaria, & tam frequenter consueta parere, iam seni, & fere inhabili ad agenda sine opprobrio cum virginibus officia diuina & alia in choro, & aliis locis monasterij.

10 Octauò, quod non videtur consulendum ei, vt mutet statum approbatum in senectute: quia secundum Senecam, non debet officium mutare senex. Tum quia secundum Hieronymum, difficile est mutare linguam senis. Tum quia difficilis est mutatio vitae praesertim in senectute, secundum Imperatorem, b & potius esset consulendum ei vt impetraret relaxationem & commutationem voti a S. Sede Apostolica ne teneretur etiam mortuo marito intrare, quam facile concederet.

11 Nono denique, quod videtur esse res noua, & in Ecclesia Christiana inusitata, quod coniux legitime coniuncta viro, ita quod legitime potest ei coniuuere, cogatur separare se, & includere se intra septa monasterij, cum perpetua clausura, contra suam voluntatem sine suo delicto, & sine voluntate delinquendi, eo quod vouisset ingredi religionem ante contractum matrimonium: & merito est res inusitata. Tum quia licet peccasset contrahendo, est tamen absoluta ab illo peccato. Tum quia votum est extinctum quoad matrimonium durauerit. Tum quod per vsum matrimonij & ingrauescentem aetatem, & ignorantiam rei monasticae, est facta fere inhabilis ad officia monialium, ad quae, maxime nostra aetate, monacha tenentur. Tum quia res noua frequenter noua inconuenientia adducunt, & ideo sunt cauenda, iuxta illud Hippocritas: Mutatio vitae periculosa. quod cum aliis ad hoc positum adducit Ioannes Andreas, in cap. cum consuetudinis, c quod ad hoc multum facit, ibi, Nouitates discordiam parunt, &c. cui addit glossa ideo illas esse cauendas. Tum denique, quod lege diuina vetatur separatio coniugis a coniuge nolente separari, praesertim post consummatum matrimonium, & nulla lege alia diuina quo ad hunc casum inuenitur limitata: & quod continentia res consilij & voluntaria sit, & non praecipit. d

12 Quare, saluo saniori iudicio, hac pars videtur nobis in hoc casu tenenda, & consulenda: quamuis forte disputando defendi posset contrarium, per ea quae supra sunt adducta, quorum tamen solutio ex citatis pro nostra parte colligi potest, quod breuitatis gratia & copia occupationis facere omitto.

E Aduerte, quod cum Caietanus 2. 2. quaest. 189. art. 8. ad fin. teneat contrarium eius quod Auctor num. 8. habet, & doctrina eiusdem Caietanus d. quaest. 189. art. 3. in resp. ad 2. dub. videatur subuertere conclusionem Auctoris, tutior videtur via commutationis.

S V M M A R I V M.

- 1 Presbyter effici qui vouit, non censetur emisisse castitatis votum ei annexum, sicut etiam dicitur de vouente ingredi religionem: unde primum vti non reseruat dispensat Episcopus, & commutat in melius, vel aequè bonum, num. 1. Pauca tamen, excepta religione, statu sacerdotali meliora sunt, num. 2.
- 2 Vota in aliud opus aequale sine causa commutari non possunt, in melius autem accedente auctoritate superioris sine alia causa possunt, immo & in totum tolli, vel in parte tolli, & in parte commutari, prout cause, quae subest, ad id satis est.
- 3 Causam iuste dispensandi seu commutandi sacerdotij votum non praebet sola propinquorum dispensentia, praebet autem quantitas, vel qualitas familiae conseruanda.
- 3 Voti commutandi & dispensandi facultas ad vouentis instantiam, vel etiam alterius potest concedi, modo vouens gratiam libenter acceptet: at vouenti, ne votum adimpleat, non potest iuste praecipere, nisi ex voti adimplemento violaretur aliud praescriptum, vel impediretur aliqua magna Regni vel Reipublicae utilitas.

4 Differre voti adimplementum potest vouens, ut interim reddat se ad illud magis idoneum: ex alia autem causa erit peccata dilatio a potente dispensare & commutare, qui poterit super eo ad tempus dispensare, vel in aliud pro dicto tempore commutare.

CONSILIVM XVIII.

Runellus vouit statim assumere habitum presbyteralem, & postea suo tempore fieri presbyterum.

Quaritur primo, an teneatur adimplere votum.

Secundo, an possit commutari, & per quem: attenta scilicet displicitia patrum vouentis, qui ad conseruanda familiam cuperet vt ipse vouens duceret vxorem, quod non faciet, nisi a superiore id ei imperetur.

Tertio, cum sit atatis legitima, licet non adeo sufficientis literaturae, an propter studium literarum possit differre assumptionem ordinis presbyterij.

AD PRIMAM QVAESTIONEM respondeo, quod votum presbyterij proculdubio fuit licitum, honestum, & sanctum, & obligauit eu ad sui implementum, etiam sub pena peccati mortiferi, iuxta illud, Si quis uouisti, ne moreris reddere, confirmatum per c. licet, & D. Thom. receptum, & eundem & omnes alios. Hoc quo ad primam questionem breuiter sufficiat.

AD SECUNDAM respondetur quod praedictum votum commutari potest in aliud aequale vel magis bonum, etiam auctoritate ordinarij, quia non est de numero quinque votorum reseruatorum dispensationi Papae, scilicet, perpetuae continentiae, religionis, peregrinationis in Hierusalem, vel Romam, vel S. Iacobum Compostella, de quibus in extrauag. Sixti III. & in nostro Man. conf. f.

Nec obstat, quod votum presbyterij videtur sub se includere votum perpetuae continentiae, quod est illi annexum, quia etiam votum religionis ad sui complementum proprius includit perpetuam continentiam, non tamen propter hoc vouens religionem ceterum vouere illam, per ea quae nos in d. Man. post alos scripsimus.

Sunt tamen aduertenda quaedam. Primum est, quod pauca sunt meliora presbyterio, vel aequae bona, excepta religione. Secundum, quod ad faciendam commutationem in aequale bonum requiritur aliqua causa, licet commutatio in melius fieri possit sine illa cum auctoritate legitimi superioris, vt post Caiet. tradimus in d. Man. Tertium, quod praedictum votum non solum potest commutari, sed etiam per dispensationem ex iusta causa sine commutatione omnino tolli, immo & ex causa non omnino sufficiente, sed tantum notabili potest tolli partim dispensando, & partim in aliud bonum inaequale commutando, vt traditur in praedicto.

Quartum, quod licet ex casu proposito non colligatur aliqua iusta causa dispensandi, neque commutandi, praeterquam quaedam displicitia patruorum vouentis, quae ad hoc parum proficit, ex displicitia tamen patrum vouentis videtur colligi quaedam, quae in sacro poenitentiarum praetorio solet ponderari, nempe conseruatio familiae. Et ita quantitas, vel qualitas familiae, & necessitas illius conseruandae possent esse tales, quod facerent iustam causam tollendi votum praedictum, partim dispensando, & partim commutando, vt praedictum est, ad effectum, quod liceret illi contrahere matrimonium, si ipse id peteret, aut talem licentiam & facultatem sibi factam libenter acceptaret, non tamen esset, vt arbitror, iusta causa, vt superior praeciperet ei sub pena obedientiae, ne votum suum exereretur, cum non impediretur per illud implementum alicuius praecipi voto contrarij, neque aliqua maxima alicuius Regni vel Reip. utilitas, argumento eorum quae notantur in m. & in c. si diligenti. Quare non video vllam iustam rationem, qua Episcopus praedicti vouentis, nec etiam ipsemet Papa possit iuste precipere illi, vt a voti executione desistat. Et quia ipse asserit se non cessaturum ab ea, nisi id ei precipiatur, non videtur iuste posse impleri desiderium patrum sui, viri mea sententia egregie pietatis, & prudentiae.

AD TERTIAM respondeo, quod consulens vouit plura distincta, scilicet assumere statim habitum presbyteralem, & postea ordinem presbyteralem: & certum est posse differre assumptionem ordinis presbyteralis causa studendi, & se ad illum idoneum faciendi, arg. c. cum eo. Sed tenetur statim assumere habitum, nisi iusta de causa

Episcopus dilationem concesserit, siue dispensauerit: quae tamen eo difficilius occurreret, quod non videtur facile occursum iustam causam id faciendi, cum delatio habitus presbyteralis magis adiuuet, quam impediatur studia discendi ea, quae presbyterio sunt necessaria: ea tamen occurrente, poterit dari dilatio, & etiam fieri dispensatio in tempus ad id opportunum, immo & commutari in aliud aequale, vel magis bonum ab habente auctoritatem dispensandi, & commutandi. Salua, & c.

SVM MARIVM.

1 Commutatio voti, ad hoc, vt sublato voto obliget ad illius obseruationem, debet fieri in melius, vel aequale bonum, alioquin non tollit voti obligationem: & si dubitetur, an sit aequipollens, ex hac causa, & ob tranquillitatem vouentis potest ab habente potestatem commutandi reduci in pristinum statum, num. 2. ita vt solum sit obligatus suo tempore primum votum adimplere. num. 3.

2 Sacerdotij votum simplex videtur praeponderare menstrua confessioni, & communioni: vnde in illa sola opera non videtur commutandum.

3 Presbyterij esse qui vouit, potest differre accipere ordines, quando peruenerit ad aetatis suae annum XXV. nec ei imputabitur, si Episcopus, vt potest, cum eo nolit super interstitijs dispensare.

CONSILIVM XIX.

Vidam vouit presbyter fieri, & post aliquot dies non alia de causa, quam poenitentia ductus, obtinuit commutationem, vt quolibet mense in vita sua frequentaret confessionem, & communionem. Item secundo loco habuit aliam commutationem dicendi septem psalmos poenitentiales septies tantum. Nunc autem, cum nondum attigerit vigesimum suae aetatis annum.

Quaritur primum, vtrum, dato quod primus confessor habuerit facultatem commutandi, & quod secunda commutatio non teneat, an prima commutatio sit sufficiens, ita vt aequipolleat, prout debet, voto presbyteratus.

Secundo, dato quod prima commutatio teneat, & aequipolleat, quaritur an possit ad instantiam vouentis iterum commutari ab habente simplicem & generalem facultatem commutandi vota omnia, exceptis reseruatorum solitis.

Tertio, an non obstantibus praedictis commutationibus possit vouens, saltem auctoritate habentis facultatem commutandi vt supra, reducere in pristinum statum, expectare tempus presbyterandi per sacros canones praefinitum, puta vigesimum quintum annum, vel ad implendum votum, vel ad vtendum remedio commutationis.

RESPONDEO AD PRIMAM, primum praesuppositum in ea videri iustum, cum commutatio voti debeat fieri in aliud opus melius, aut saltem aequale bonum, iuxta dicta in Manual. & constat recitationem septem psalmorum septies faciendam non esse opus adeo bonum, ac confessionem & communionem mensuram. Secundum, quod si prima commutatio fuit iusta, illa est seruanda, non obstante secunda, argumento regulae, non praestat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. Tertium, quod si etiam prima non fuit iusta, obligatio primi voti adhuc persistet & duraret, quia per commutationes inualidas & nullas non potuit illa tolli.

AD SECUNDAM respondeo affirmatiue, assumendo pro causa commutandi partim dubietatem an illa confessio & communio mensura sit bonum aequipollens presbyterati, partim bonum tranquillitatis conscientiae, quod ex reductione rei ad primum statum resularet, partim quod ipse magis inclino ad credendum quod illa mensura confessio & communio non fuit opus aequipollens assumptioni presbyteratus, propter multa quae possent ad hoc adduci.

AD TERTIAM respondeo, quod reducere re per praefatam commutationem in primum statum, potest expectare tempus aetatis viginti quinque annorum, attento quod interstitia temporum potest Episcopus tollere, & quod ipse non ponit impedimentum, & quod non tenetur esse presbyter ante vigesimum quintum annum, & intra illum potest fieri volente Episcopo, & si noluerit Episcopus, excusabitur impedimento iuris ab assumendo presbyterio intra illum fide bona, debitam adhibendo diligentiam. Aduertendum, Episcopum non posse, ex sola sua libera voluntate tollere interstitia, sed requiri causam ex sacro Conc. sess. 23. c. 11. & 14.

Episcopus dilationem concesserit, siue dispensauerit: quae tamen eo difficilius occurreret, quod non videtur facile occursum iustam causam id faciendi, cum delatio habitus presbyteralis magis adiuuet, quam impediatur studia discendi ea, quae presbyterio sunt necessaria: ea tamen occurrente, poterit dari dilatio, & etiam fieri dispensatio in tempus ad id opportunum, immo & commutari in aliud aequale, vel magis bonum ab habente auctoritatem dispensandi, & commutandi. Salua, & c.

SVM MARIVM. 1 Commutatio voti, ad hoc, vt sublato voto obliget ad illius obseruationem, debet fieri in melius, vel aequale bonum, alioquin non tollit voti obligationem: & si dubitetur, an sit aequipollens, ex hac causa, & ob tranquillitatem vouentis potest ab habente potestatem commutandi reduci in pristinum statum, num. 2. ita vt solum sit obligatus suo tempore primum votum adimplere. num. 3. 2 Sacerdotij votum simplex videtur praeponderare menstrua confessioni, & communioni: vnde in illa sola opera non videtur commutandum. 3 Presbyterij esse qui vouit, potest differre accipere ordines, quando peruenerit ad aetatis suae annum XXV. nec ei imputabitur, si Episcopus, vt potest, cum eo nolit super interstitijs dispensare.

SVM MARIVM.

SVM MARIVM.

1 Religionem qui ex voto poenali intrare debet, prius debita soluat. nu. 3.

2 Votorum adimplendi tempus ex mente vouentis est conuicendum. CONSILIVM XX.

Empronius tenetur intrare religionem causa certorum votorum poenali, quae fregit, cum animo tamen adimplendi, postquam debita quaedam perfoluerit. Dubitatur, an attento, quod excedunt summam mille scutorum, quorum solutioni, quando vouit, nullum certum tempus praefiniuit, immo putat, quod, si ad hoc animaduertisset, non se obligasset, nisi post eorum satisfactionem, & quoniam spem habet viuendo aliquid tempus in saculo soluendi ea, an inquam possit tuta conscientia differre ingressum, quoad suis creditoribus satisfecerit, vel an possit in fraude ipsorum ingredi religionem.

Respondeo primum, iure mihi videri desiderare, vt Dominus consulens exposuisset clarius & specialius vota praefata poenalia, & transgressiones eorum, ad hoc, vt certius responsum reddere possem quaesitis.

Secundo, videri multum expedire, vt consulens ante alia omnia peteret in sacra poenitentiarum relaxationem, & moderationem aliquam modestam praefatarum poenarum incurfarum ob fractiones praefatorum votorum, fundado se in debitis, quae debet, & in facilitate, qua solet trahi ad eiusmodi vota, & quod aliqua dilatio ei concederetur ad soluendas poenas illas moderatas, quae omnia iuste potest & solet concedere praefata poenitentiarum.

Tertio, quod vota praefata non obligant consulentem ad soluendas poenas incurfas, nisi a tempore, quo mens & intentio eius expressa, vel tacita fuerit soluendi eas: & consequenter si eius intentio fuit soluendi prius alia debita, quae naturalius & efficacius debebat, quam illa, non tenebitur soluere tales poenas, donec alia debita soluat, dummodo mediocrem curam & diligentiam in eis soluendis adhibeat.

Quarto, quod prius debet soluere debita, quam ingrediatur religionem, & cauere ne fraudetur creditores, quibus iusta & aequa ratione illa debentur. Salua, & c.

SVM MARIVM.

1 Vouens ingredi certum monasterium, vel certum ordinem, si in eo non recipitur, liber remanet: at si vouit ingredi religionem in genere, repulsus ab aliquibus, non est liber, sed tenetur tentare, vt in aliqua ex alijs recipiatur. nu. 3. admissus autem ad habitum in aliqua, si postea eiiciatur, vel ipse exeat, voto satisfecisse dicitur. nu. 5. sicut & is, qui cum certum ingredi monasterium vouisset post habitum in eo assumptum exiit, vel eiicitur. nu. 4. & 10. nec tenetur aliud ingredi, immo potest nubere. nu. 4. sicut nec is, qui cum vouisset ingredi, quod elegisset monasterium, si ab electio exeat, vel eiiciatur, tenetur aliud ingredi monasterium. nu. 6. licet, videatur, eum qui vouit in genere, si post ingressum exeat, vel eiiciatur ab vno monasterio, obligatum esse petere, vt recipiatur in alio, sicut tenetur, si ab aliquo, vel aliquibus fuisset non admissus, nu. 3. at tamen contrarium verum est nu. 8. at si in genere vouisset profiteri, vel perseuerare in religione, per solam habitum susceptionem non liberatur, sed exiens, vel electus, tenetur tentare, vt in alia ad habitum & professionem recipiatur. nu. 7. & 10. Vouens autem fieri religiosus, in dubio censetur vouisse ingredi ad probandum, non autem vouisse profiteri, seu perseuerare nu. 11.

2 Debitor generis veru inanimatarum, cuius specierum indiuidua sunt vel ab homine vel a natura certis determinata finibus, eligit, & soluendo quam elegerit, liberatur, alias videtur, quod electio spectet ad creditorem, nu. 2. & 9. vel quod obligatio sit nulla. nu. 8.

CONSILIVM XXI.

Prasupposito ex Manu. quod vouens ingredi religionem certam, non tenetur ingredi aliam, si non recipiatur ab illa, nec vouens ingredi religionem in certo monasterio, tenetur ingredi aliud eiusdem religionis, licet non recipiatur in illo, & quod vouens ingredi religionem in genere, tenetur quod ingredi aliquam ex his, ad quas tacite se atrinxit, & si ad nullas tacite se atrinxit, tenetur ingredi aliquam ex omnibus, ita quod alijs nolentibus recipere illum, tenetur tentare alias.

His igitur praesuppositis, quaritur, an vouens ingredi

religionem in genere, & receptus ab vna, teneatur ingredi religionem, & tentare aliam, si egrediatur ab illa sua sponte, vel eiiciatur ab illa post habitum susceptum.

Et pro parte quidem affirmante facit primum, quod in debito generaliter, electio est creditoris: at hoc debitum est generale ingrediendi aliquam religionem: ergo creditor, qui est Deus, vel Ecclesia, debet eligere, & non debitor, qui est vouens.

Secundo, quod vouens ingredi religionem in genere idem videtur debere ante ingressum, & post ingressum, sed ante ingressum, si non recipiatur in vna, tenetur intrare aliam, & si alia, vel aliae nolint recipere, tenetur quarere & tentare alias, ergo etiam post ingressum si fuerit exclusus ab vna, vel a multis, vel displicuerit ei vna, vel multa, tenebitur tentare & quarere alias, quae forte non displicebunt ei, vel non expellent eum: quia parium eadem est ratio.

Quibus tamen non obstantibus pars negatiua videtur verior, & probatur primum: nam sicut promittens ingredi certam religionem se habet ad illam, ita vouens religionem in genere. Vnde sicut vouens certam religionem, si ab ea non recipiatur, liber est a voto, & potest contrahere matrimonium, ita vouens ingredi religionem in genere, si a nulla recipiatur, liber est a voto, & potest contrahere matrimonium, vt viua ratione contra Innoc. concludunt Angelus, & Caietan. At qui vouit ingredi vnam religionem, & ingressus illam exiit, censetur implere votum secundum omnes, ergo & qui vouit religionem in genere, ingrediens vnam, quae probata displiceat, vel a qua expellatur, satisfacit voto.

Secundo, quod promissio generis aut non valet, aut si valet eo valet, quod fit de genere continente res utiles & habentes fines a natura, vel homine destinatos, & praestat electiones promittenti, & est resolutio gloss. ergo qui promittit generaliter ingredi religionem, ingrediendo vnam satisfacit, quia religio est res habens fines designatos a natura, vel facto hominis.

Tertio, quod paria & aequipollentia sunt promittere generaliter ingredi religionem, & promittere ingredi religionem quam volet, vel eligit, per adducta in praesenti argumento: at qui vouit ingredi religionem, quam vult, ingrediendo illam quam vult, satisfacit sua promissioni, ergo & qui vouit ingredi religionem in genere, ingrediendo vnam, satisfacit illi: quia de paribus & aequipollentibus idem iudicabitur.

Quarto, quod ingressus religionis est aliud separatum ab eiusdem professione, & permanentione in ea: & ita potest compleri, non sequuta professione: & consequenter, qui tenetur ad ingressum tantum, potest satisfacere non profitendo, nec permanendo, quia separatorum separata est ratio, at in casu proposito tantum tenebatur ad ingressum, & non ad professionem, neque permanentionem: ergo praestando ingressum satisfacit voto, licet non praestiterit professionem, vel permanentionem.

Quinto, quod non obstant opposita. Ad primum enim respondeo quod assumptum in eo non est verum de debito generali rerum inanimatarum habentium fines ad se circumfribendum destinatos, qualis est debitor ingressus religionis in genere. Ad secundum respondeo negando, quod promittens ingressum religionis in genere ad idem teneatur post ingressum vnius religionis, ad quod tenebatur ante illum, quia immo ad nihil tenetur post illum: quippe qui praestando illum soluit suum debitum genericum, praestando speciem, quam ad soluendum delegit, cum ad eum spectaret electio, eo quod erat debitum generale rei habentis fines de se destinatos a natura, vel hominis facto, per praedicta.

Qua omnia confirmantur ea irrefragabili consideratione, quod nemo vquam dixit, neque vt arbitror dicit, quod promittens simpliciter & generaliter ingredi aliquam religionem, non habeat facultatem eligendi eam, quam voluerit de approbatis, sed quod tenetur ingredi quam religiones vel religiosi volent.

Ex hoc responso videtur sequi, quod qui vouit profiteri in religionem in genere, non satisfacit voto ingrediendo vnam, in qua non admittitur ad professionem, vel ipse

religionem in genere, & receptus ab vna, teneatur ingredi religionem, & tentare aliam, si egrediatur ab illa sua sponte, vel eiiciatur ab illa post habitum susceptum. Et pro parte quidem affirmante facit primum, quod in debito generaliter, electio est creditoris: at hoc debitum est generale ingrediendi aliquam religionem: ergo creditor, qui est Deus, vel Ecclesia, debet eligere, & non debitor, qui est vouens.

Secundo, quod vouens ingredi religionem in genere idem videtur debere ante ingressum, & post ingressum, sed ante ingressum, si non recipiatur in vna, tenetur intrare aliam, & si alia, vel aliae nolint recipere, tenetur quarere & tentare alias, ergo etiam post ingressum si fuerit exclusus ab vna, vel a multis, vel displicuerit ei vna, vel multa, tenebitur tentare & quarere alias, quae forte non displicebunt ei, vel non expellent eum: quia parium eadem est ratio. Quibus tamen non obstantibus pars negatiua videtur verior, & probatur primum: nam sicut promittens ingredi certam religionem se habet ad illam, ita vouens religionem in genere. Vnde sicut vouens certam religionem, si ab ea non recipiatur, liber est a voto, & potest contrahere matrimonium, ita vouens ingredi religionem in genere, si a nulla recipiatur, liber est a voto, & potest contrahere matrimonium, vt viua ratione contra Innoc. concludunt Angelus, & Caietan. At qui vouit ingredi vnam religionem, & ingressus illam exiit, censetur implere votum secundum omnes, ergo & qui vouit religionem in genere, ingrediens vnam, quae probata displiceat, vel a qua expellatur, satisfacit voto. Secundo, quod promissio generis aut non valet, aut si valet eo valet, quod fit de genere continente res utiles & habentes fines a natura, vel homine destinatos, & praestat electiones promittenti, & est resolutio gloss. ergo qui promittit generaliter ingredi religionem, ingrediendo vnam satisfacit, quia religio est res habens fines designatos a natura, vel facto hominis. Tertio, quod paria & aequipollentia sunt promittere generaliter ingredi religionem, & promittere ingredi religionem quam volet, vel eligit, per adducta in praesenti argumento: at qui vouit ingredi religionem, quam vult, ingrediendo illam quam vult, satisfacit sua promissioni, ergo & qui vouit ingredi religionem in genere, ingrediendo vnam, satisfacit illi: quia de paribus & aequipollentibus idem iudicabitur. Quarto, quod ingressus religionis est aliud separatum ab eiusdem professione, & permanentione in ea: & ita potest compleri, non sequuta professione: & consequenter, qui tenetur ad ingressum tantum, potest satisfacere non profitendo, nec permanendo, quia separatorum separata est ratio, at in casu proposito tantum tenebatur ad ingressum, & non ad professionem, neque permanentionem: ergo praestando ingressum satisfacit voto, licet non praestiterit professionem, vel permanentionem. Quinto, quod non obstant opposita. Ad primum enim respondeo quod assumptum in eo non est verum de debito generali rerum inanimatarum habentium fines ad se circumfribendum destinatos, qualis est debitor ingressus religionis in genere. Ad secundum respondeo negando, quod promittens ingressum religionis in genere ad idem teneatur post ingressum vnius religionis, ad quod tenebatur ante illum, quia immo ad nihil tenetur post illum: quippe qui praestando illum soluit suum debitum genericum, praestando speciem, quam ad soluendum delegit, cum ad eum spectaret electio, eo quod erat debitum generale rei habentis fines de se destinatos a natura, vel hominis facto, per praedicta. Qua omnia confirmantur ea irrefragabili consideratione, quod nemo vquam dixit, neque vt arbitror dicit, quod promittens simpliciter & generaliter ingredi aliquam religionem, non habeat facultatem eligendi eam, quam voluerit de approbatis, sed quod tenetur ingredi quam religiones vel religiosi volent. Ex hoc responso videtur sequi, quod qui vouit profiteri in religionem in genere, non satisfacit voto ingrediendo vnam, in qua non admittitur ad professionem, vel ipse

a Eccles. s. b Et ca. magna. de voto. c 2. 2. qu. 88. art. 3. d In 3. li. sent. dist. 38.

e Esti domini. de poenit. & remis. f Cap. 11. nu. 75. g 37. & 39. dist. per tota. h Ca. 12. nu. 47.

i In 2. 2. quae. 88. art. 12. k Ca. 12. nu. 63.

l Nm. 63.

m l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infect. n De foro cop. in ca. magna. de voto.

o De elect. li. 6.

a Ca. 12. nu. 63.

b De reg. iur. li. 6.

c Arg. eiusdem regulae.

d Arg. c. quia diuersitate. de concess. praeb. c. commiss. sa. de elect. c. l. 1. c. de annual. excep. ca. fin. de appell.

a §. si generaliter. In fine. de legat. & l. legatio generaliter. ff. de legat. 1.

b Le. illud. ff. ad l. Aquil. c. dudum. 2. de elect.

c In c. poenitentium. de reg. d In verbo totum. §. 11. c. 2. 2. q. 109. art. 3.

f Le. si quis a filio. §. si quis etiam. l. si domus. ff. de legat. 1. c. l. 3. & 4. ff. de rit. xim. & ol. legat. g In d. l. legatio generaliter. c. d. §. si generaliter.

h Leg. fin. ff. mand. c. licet ex quadam de test.

i L. Papinianus. ff. de minor. c. ad auidentiam. de decim.



eam intra annum nouitatus exit. Tum quia hoc respōsum habet aliud esse ingredi religionem, & aliud illam profiteri, & consequenter licet uouens ingressum satisfaciat voto suo ingrediendo, quamuis post egrediatur, vel expellatur, uouens tamen profiteri non satisfaciat ingrediendo, nisi profiteatur: quia a diuersis non fit illatio, iuxta d. l. P. p. m. Tum quia debitor in genere etiam rei habentis fines designatos à natura, vel factō hominis, licet electionem habeat soluendi speciem, quam uolet, tenetur tamen soluerē aliquam: sic & qui uouit profiteri aliquam, tenetur, licet habeat electionem profitendi eam, quam uolet.

11 At quia orator non uouit expressē ingressum, sed quōd fieret religiosus, suboritur quæstio, an sit iudicandum de illo, tamquam de eo, qui uouit ingressum, an tamquam de eo, qui uouit profiteri: Et uerius uidetur, quōd sit iudicandum tamquam de eo qui uouit tantum ingressum: quia paria sūt uouere ingressum religionis, & uouere, quōd fiet religiosus, ut singulariter determinauit Caietan. a pro quo sumitur firma ratio ex eo quod S. Thom. ibi ait, nempe q̄ nemo tenetur ad manendum perpetuo in religione, nisi expressē id intendat uouere, & uotum religionis interpretandum est in dubio secundum ius commune, quod facit facultatem egrediendi intra annum nouitatus. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Vouens religionem ingredi, & perseverare, ac in ea mori, censetur uouisse profiteri: unde ingrediendo, & etiam ex causa exeundo non satisfecit, sed eget dispensatione Apostolica.

1 Voti simplicis religionis commutandi causa aliquot numerantur.

CONSILIVM XXII.

Lvcus sacerdos, & parochus in infirmitate uotum religionis emittit in vna trium religionum, aut Sancti Francisci, aut Sancti Dominici, aut S. Augustini, & perseverare ac mori in ipsa religione. Postea animo satisfaciēdi voto ingressus est religionem S. Francisci, & in ea per quatuor, vel quinque menses perseverauit, post quos ratione cuiusdam infirmitatis egressus est. Dubitatur, an satisfecerit voto.

1 Respondeo, quōd huius quæstionis decisio clarē colligitur ex iis, quæ scripsim⁹ in Man. b videlicet, quōd quamuis per prædictum ingressum satisfecit cōsulens voto suo, quatenus erat uotum de ingrediendo, non tamen satisfecit, quatenus erat uotum de profitendo: quia non fuit professus, & ideo indiget dispensatione, vel commutatione. Quare porrigenda est petitio, in qua explicentur causæ, videlicet, quōd ob infirmitatem fecit, quōd est grandis natura, quōd iam probauit religionem, quōd illius uiuendi ratio non satis placuit, quōd putat se melius inseruiturū foris Deo, quōd laborat infirmitate, & si habet patrē, matrē, aut neptes pauperes ad sustentandum, & denique, quōd nō est benē affectus modo uiuendi in religione. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Vouens ingredi religionem in genere, accipiendo etiam bona fide, nu. 3. in si. habitum apud Carthusianos ante atatem per eorum decreta requisitam, & ob id eiectus voto non satisfecit, cum teneretur inquirere, & intrare aliquam sibi aptam. nu. 4.

1 Nullum, & inutile seu inualidum facere testamentum & similia paria sunt.

2 Votum non obligat uouentem ad plura, quam sua uerba, & intentione se extendunt, est q̄, hæc obligatio restringenda.

3 Religione ingredi uouens non obligatur, nisi ut assumat religionis habitum, tenetur tamen bona fide religionem ingredi cū intentione probandi, & si inuenerit illam sibi gratiam, profitendi. nu. 3. illamq̄, intrare, quam iuste credere possit sibi aptam. nu. 4.

4 Sciens, & scire debens paria: scire autem debet quis requisita ad actum, quem uult facere, & statuta religionis, quam uult ingredi.

4 Religionis intrande voto obstrictus, qui post probationis habitum assumptum recedit, tunc demum in conscientia satisfecit, si ideo exiit, quia religio ei ingrata, vel importabilis uidetur.

CONSILIVM XXIII.

AN qui tenetur ad intrandam aliquam religionem in genere, intrando Carthusiam ante atatem, quam eius

statuta requirunt, & ob id eiicitur post sex menses nouitatus, satisfaciat suo uoto: ita quod non teneatur ingredi aliam vel ipsam post legitimam atatem?

1 Hæc quæstio est adeo difficilis, quōd primum uisa est resoluenda negatiuē. Primò quidem, quōd nullum, & inutile exarquantur, a vnde paria sunt nō adire hæreditatem, & non adire modo debito, b & nullum facere testamentum, vel facere illud inualidum: ergo paria erunt non intrare religionem, & intrare illam, cuius non est capax. Secūdo, quōd alioquin sequeretur, quōd huiusmodi uouens satisfaceret voto intrando religionem, quam sciret non admitturam eum ad professionem ob aliquos suos defectus, quod non uidebitur dicendum, quia daretur occasio fraudibus contra textum in cap. ex parte. c

2 Secundo uisa est pars cōtraria uerior. Primo quidem, quod uouens non obligatur ad plura, quam sua uerba & intentio se extendunt, ut colligitur ex S. Thom. in hoc recepto, d & probatur ea ratione, quod obligatio est restringenda, e & quod actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, f at nec uerba, nec intentio cōsulentis extendebantur ad aliud, quam ad ingressum religionis, hoc est ad assumptionem habitus approbatæ religionis, cum intentione probandi eam, & consulens fecit hoc, & mansit in religione sex menses, & mansit illi perpetuo, si ea sibi grata fuisset isto anno probationis, & superiores admisisset: ergo satisfecit voto quatenus illum tangebatur, & non fuit in uoluntate, vel potestate eius, ne obstitarent ei statuta, vel placita religionis, vel Superioris. Secundo, quōd ingressus quo ad ipsum uouentem fuit ualidus, & habitus rite susceptus, & datus, ita quod cœpit per eum gaudere priuilegio can. si quis suadente. b

3 Tertiò, quōd alioquin sequeretur, quōd uouens non satisfaceret ingrediendo religionem requirentem aliquam qualitatem, quam non habet uouens, puta quod sit de tali regno, insula, genere.

3 Non uidentur obitare opposita: non primum. Tum quia negari potest, quod ingressus præfatus fuit omnino inutilis, ut probat argumentum secundum pro nostra parte factum. Tum quia multa inualida operatur aliquos effectus, ut tangit glossa, h & latè tradit Felinus. i

Ad secundum responderi potest, negando quōd ex hoc sequatur occasio fraudis, & quod intras religionem, cuius se sciret incapacem, satisfaceret. Nam ut quis satisfaciat voto intrandi religionem, nō sufficit, quōd quoquomodo intret, sed oportet, ut intret bona fide, cum proposito probandi eam, & si inuenerit eam sibi gratam, profitendi, ut pulchrè declarat Caietan⁹, k & probatur ea ratione, quod qui tenetur ad faciēdum aliquid, non satisfaciit, nisi faciat illud legitime, l & ita concedo quod si consulens intrasset præfatum religionem sciens se non admittendum ad professionem in ea, non satisfecisset voto: at præsupponitur, quod ipse bona fide, & bono proposito intrauit eam.

4 Cum autem his me subscribere uellem, occurrerunt duo. Alterum, quōd paria sunt scire, vel scire debere, m & quod quis debet scire, vel debet querere scire ea, quæ pertinent ad id, quod debet facere. n Alterum, quōd uouens intrare religionem, & intrans eam, tum demum uidetur satisfacere voto quo ad forum conscientie ad effectum exeundi, si ab ea uult exire, quia ingrata est ei, vel uidetur sibi importabilis, ut colligitur ex utroque Thoma: o consulens autem præfatus non exiuit, quia ingrata fuit ei religio, neque quia uisa fuit ei importabilis, sed quia statuta ordinis repugnabant: & cum non uouerit ipse speciatim religionem Carthusianam, uidetur teneri ad intrandam aliam, nisi iusta de causa Papa relaxauerit, vel cōmutauerit suum uotum in aliud. Videtur enim affirmadum, quōd ad hoc, ut uouens intrare religionem in genere, satisfaciat ad effectum exeundi, tenetur ad intrandam aliquam nō solum approbatā, sed etiā quā sciat, vel credat iuste sibi esse aptā, ita quod non patiat, vel iuste credat non se pati defectū, ob quē per eius statuta reiiciatur, & quōd eam profiteretur, si ei esset grata, ita quōd ob id solum principaliter exeat, quod non est ei grata, vel uideatur importabilis.

Gregorius XIII. oratori coram factum narranti & petenti, vel mandari Carthusiam, ut ipsum reciperent, vel declarari uoto satisfactum, uerbo respondit. Ingrederere aliam religionem.

a Cap. 1. de transla. prelat. ca. Nicolao. de appell. b Le. 2. C. de successo. edit.

c De consue. c. l. conueni. ff. de pactis dotatio.

d In 2. q. 18. artic. 3. c. 4.

e L. quidquid affringenda. ff. de uerbo. obliga. c. ca. cum iura partium. de reg. iur. lib. 6. f L. non omni. ff. de reb. cred. c. fin. de prob.

g 17. q. 4. ca. religio. s. 1. de sententia excom. lib. 6.

h Ca. non pro stat. de regu. iuris li. 6. i Ca. ex tenore. de rescrip.

k In d. q. 189. artic. 4. l. d. ca. Nicolao. de appell.

m L. quod te. ff. de rebus cred. n §. fin. 37. di. c. cap. immo. tuit. adiuncta gloss. uerb. i. ignorantia. de elect. o In d. artic. 1.

a In 2. q. 189. artic. 4.

b Cap. 12. nu. 40.

SVMMARIVM.

1 Voto de intranda religione satisfaciit, qui post ingressum, non quia religio ei sit ingrata, sed ob morbum exiuit.

CONSILIVM XXIIII.

VOuens ingredi religionē simpliciter, sine expressione permanendi in ea perpetuò, nec exeundi, an si eā non inuenerit sibi gratam, satisfaciat voto ingrediendo, licet superueniente infirmitate egrediatur, an uerò cessante infirmitate teneatur redire?

1 Respondendum uidetur, ingrediendo satisfecisse. Tū quia, ut ait S. Thomas, a is qui sic uouet cēsetur uouere secundum formam iuris, quæ habet, ut intra annum probationis ingrediens religionem possit libere exire. b Nō obstat quōd is non exiuit, eo quōd esset sibi ingrata religio, sed eo quōd infirmitas ei superuenit, adiuncto quod ait Caietan⁹ ad S. Thomam, c talem uouentem in foro conscientie teneri perseverare, si in religione inueniat omnia sibi grata: quia responderi potest, quōd iste nō inuenit omnia sibi grata, uidelicet infirmitatem non gratam. Præterea ipse S. Thom. expressē ait, huiusmodi uouentem posse egredi propter infirmitatem, non distinguendo inter respectum hunc, vel illum. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Votum intrandi religionem, & se fratrem faciendi, paria. Vnde qui ingrediatur potest ante professionem liberè, ac si non uouisset exire, uxoremq̄, ducere, secus si uouisset intrare, & profiteri.

CONSILIVM XXV.

Alustius uouit, quōd fieret frater certi monasterij, quod postea fuit ingressus, & mansit in eo circiter nouē menses, & cum non placuisset illi modus ille uiuendi, exiuit ab eo ante finem nouitatus, nulla professione facta expressa vel tacita. Queritur, an licitè possit contrahere matrimonium.

1 Respondeo quod sic. Tum quia uouens ingredi religionem, potest liberè ab ea exire, antequam profiteatur expressē, vel tacitè, iuxta ca. 1. d Nec obstat, quot cap. illud, loquitur de intrante religionem non præmissio voto: quia idem est dicendum, voto de intrando præmissio, ut tradit & probat S. Thom. receptus. e Non obstat etiam dicere, quod S. Thomas loquitur de uouente intrare solum, & nō de uouente intrare, ita quod fieret frater. Tum quia secundum opinionem Dominici Sor⁹, f paria sunt uotum de intrando religionem tantum, & de intrando & profitendo. Nec obstat, quod nos tenuimus in Manual. confess. g contrarium eius, quod tenuit Sotus: quia Dominus consulens non uouit intrare & profiteri, sed solum uouit, quōd fieret frater, & uotum de intrando solum, vel quōd fieret frater, sunt eiūsdē uirtutis, & paria quo ad hoc, ut singulariter asseruit Caietan⁹, h quem merito ac iure sequuti fuimus nos, i quod nos sine ullo scrupulo affirmamus etiā in præsentia. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Vouens unam religionem ingredi, aliā proficiens non tenetur primam ingredi, secus si ante professionem exeat: etiam si secunda habeat priuilegium ut illam intrantes satisfaciunt voto de intrando aliam.

2 Votum qui dubitat, an emiserit, tutiorem partem eligat: uidetur tamen, quōd possit in negatiuam inclinare, cum facta non præsumatur, & hoc etiam si pro affirmatiua adsit aliqua coniectura, sed respiciens extrinsecum finem uoti. nu. 3.

CONSILIVM XXVI.

NINGredi religione discendi, & magisterium sumendi, uouit ingredi religionem Dominicanorum: dubitat tamen, utrum etiam uouerit profiteri. Deinde persuasus à quodā religioso, dicente, quod sua religio habebat priuilegium, ut non obstante uoto de intranda alia religione, illam intrado satisfaceret, eam ingressus est: sed cum non placeret modus uiuendi, post quatuor menses, relicto habitu, ad sacculum rediit. Queritur, an ad aliud teneatur.

1 Respondeo, quōd præfatus D. consulēs nō adimpleuit uotum præfatum duplici capite, si uouit ingredi & profiteri. Primò quidem, quod in neutro ordine fuit professus.

Secundò, quōd qui uouit ingredi certam religionem, licet non teneatur illam ingredi, si post illud uotum fuerit ingressus & professus aliam religionem, iuxta cap. qui post uotum. a tenetur tamen, si non profiteatur secundam, ut Archidiaconus & Francus ibi rectè adnotarunt: nec crederem huic decisioni derogari à priuilegio dato religioni secunda, donec uidero tenorem illius.

2 Tertiò, quod si Dominus consulens dubitat, an uouisset etiam profiteri, debet quærere sibi idem remedium, quod quæreret, si sciret: quia in dubio certiore partem tenetur deligere, saltem quo ad forum conscientie. b

Quartò, quōd consultè facit, si supplicauerit Papæ in prætorio sacre Pænitentiarie, ut dispenseret cum eo modus autem petendi conueniens est ei, ut narrato casu petat dispensationem, ne teneatur profiteri, neque ingredi præfatum ordinem Dominicanorum: allegando in hoc primum quod dubitat, an uouisset profiteri, & quod multum inclinat in partem negatiuam, & quod uisum fuit sibi adimplere uotum ingrediendi religionem Dominicanorum, ingrediendo aliam, propter præfatum priuilegium: alleget item alias causas, propter quas uidetur ei melius seruire Deo in presbyterio seculari.

3 Quod autem magis debeat inclinare in partem negatiuam, quōd non uouerit profiteri, facit quōd ipse non meminit factum, & facta non præsumuntur: & quod sicut aliud est præceptum, & aliud finis præcepti, ita aliud est uotum, & aliud finis extrinsecus, in quem uouetur: & quōd ille finis discendi & magisterium sumendi est extrinsecus uoto: quia per professionem consequuntur non fuisset obligatus ad illa, si noluisse, nec religio fuisset obligata ad faciendam ei facultatem intendendi eis plura quam aliis professis, ceteris paribus. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Vouens alternatiuè duo, alteram implere tenetur. 1 Soluens vni quod alteri debet, peccat, si per hoc redditur impotens soluere primo. 2 Abbas sine consensu, vel saltem sine consilio Conuentus nec oblatos, nec monachos recipere potest. 2 Vouens seruire certo hospitali potest ab eodem compelli, ut seruiat. 3 Professio laxioris religionis eius, qui strictiorem uouerat, liberat à prima obligatione, sed non oblatio, qua non facit religiofum.

CONSILIVM XXVII.

HORatius uouit ingredi religionem Capucinatorum, vel seruire cuidam hospitali celeberrimo: qui cum non reciperetur à Capucinis, obrulit se & sua alterius religionis Prælati absentis à suo monasterio, & persuadenti sibi se id iuste posse facere sine consensu sui Conuentus confirmando oblationem iuramento: quem noluit recipere Conuentus in Oblatum, dicens quod non poterat Prælat⁹ sine ipsius consensu illum recipere. Queruntur circa hoc tria.

Primò, quid tenebatur hic facere, cum fuit repulsus à Capucinis.

Secundò, an is peccauerit offerēdo se alteri monasterio.

Tertiò, an oblatio fuerit ualida. 1 AD PRIMVM respondeo, quōd ipse tenebatur ire ad seruicium hospitali præfato, quia qui promittit duo alternatiuè, tenetur alterum eorum adimplere, iuxta notata in cap. in alternatiuè, c & aliis iuribus per illius glossam citatis: & Dominus consulens uouit duo alternatiuè, scilicet ingressum religionis, vel seruitium hospitalis, & non potuit implere prius, ergo tenetur implere posterius.

AD SECVNDVM respōdetur affirmatiuè, quōd peccauit, quia quod debebat vni, scilicet hospitali, ita uidetur soluisse alteri, ut fieret inabilis ad soluendum, quod debebat alteri, quod est peccatum, iuxta notata in cap. ea te, de iureiur.

2 AD TERTIVM uidetur, quōd non ualuit oblatio, quia non uidetur posse Abbas obligare monasterium ad alendum Oblatum sine consensu, vel saltem consilio sui Conuentus, sicut nec recipere monachos, iuxta glossam, d & ea quæ nos latius tradimus in cōment. 3. de reg. e Tum quia præfatum hospitalē potest cōpellere consulentem ad implendum suum uotum, quō tenetur seruire illi.

a De reg. l. 6.

b Ca. inuenis. de sponsal.

c De reg. iur. li. 6.

d Cap. fin. de reg. li. 6. e Super c. nul. lam. 18. qu. 2. nu. 5.

a Ca. qui post votum de regul. lib. 6. b Depriuil. c C. de rei vend.

d ff. de furtis, c. 1. de postula. pral. e Cap. consil. suit. 20. q. 3.

f Cap. 12. nu. 48.

g In 2. 2. qu. 88. art. 3. col. 3. vers. in eadem responsione.

h In c. fin. de reg. li. 6.

i Vbi supra.

3 Neque obstare videtur, quod professio facta in religione etiam laxiore, ab eo qui vult strictiorem, valet, quia nos loquimur de oblatione, quae non est tantae virtutis, nec facit religiosum, iuxta contextum cap. vi. priuilegia, & quae ibi notat Panormitanus & alij. Nec etiam videtur obstare l. quoties, quatenus habet quod res vendita duobus sit posterioris emptoris, si prius tradatur ei, quam priori, & quod consensens tradidit se prius praefato monasterio, qui se obtulit. Tum quia non valet oblatio, ut dictum est. Tum quia licet res vendita duobus fiat posterioris, si prius ei tradatur, vendens tamen obligatus manet ad soluendum priori, quod sua interest: & ita hospitali praefatum habebit ius ad cogendum consensentem ad feruendum sibi. Tum quia Praelatus, cui se dedit, decepit ipsum, dicens quod iuste poterat omittere seruitium praedicti hospitalis, & quod poterat eum ipse absolueret ab obligatione, qua teneretur hospitali, & ita non debet ex suo dolo reportare commodum, contra l. itaque fullo, nam & qui dolo inducit aliquem ad profitendam religionem, licet professio teneat, bona tamen non debet habere.

SVM MARI VM.

1 Vouens ingredi vnum certum monasterium, si in eo non recipitur, liber est: at qui sine saltem virtuali restrictione vouit ingredi aliquam religionem, tenetur de rigore omnia monasteria dictae religionis, & qui vouit ingredi religionem in genere tenetur omnes religiones tentare, etiam extra regnum existentia. nu. 3. quamquam de equitate qui ex causa refutatur a maiori parte monasteriorum vel religionum prouinciae, possit iudicari absolute. nu. 4. refutatio autem ab eo debet fieri, qui potest admittere & refutare. nu. 3.

3 Generalis, & etiam Prouincialis, causa cognita, possit suis monasteriis praecipere, ne talem recipiant: at ex eo quod Generalis aliquem vouentem refutauerit, non inde sequitur, quod talis sit liber, nu. 1. & 2 cum receptio & refutatio non ad ipsos, sed ad praelatos & suos Conuentus simul spectet. nu. 3.

CONSILIVM XXVIII.

Quidam agrotus vouit ingredi religionem Minimorum, & factus sanus adiit Generalem, qui noluit eum recipere. Queritur an satisfecerit voto, ita quod possit declarari absolutus ab eo sine alia causa in id accedente.

1 Respondetur quod non. Tum quia licet vouens ingredi religionem in certo monasterio, quod non vult eum recipere, possit declarari absolutus a voto secundum communem sententiam, quam nos quoque sequuti fuimus in Manu. confess. f qui tamen vouit religionem in genere, vel in specie, non se restringendo ad aliquod monasterium certum est teneri querere alias religiones, vel alia monasteria eiusdem religionis, licet ab aliqua, vel ab aliquibus repudietur, ut praeter alios notabiliter ait Caiet. &

2 Tum quia nemo, quem meminerim, dicit sufficere refutationem solius Generalis, non reddita saltem causa sufficiente, quare omnia monasteria suae religionis debeant eum refutare.

Tum quia, sicut acceptatio & admissio volentis ingredi religionem pertinet ad praelatum, & conuentum, secundum glossam communiter receptam, h ita etiam refutatio volentis ingredi pertinet ad eisdem, & non ad solum praelatum, nec ad solum conuentum: contrariorum enim eadem est disciplina: & ita refutatio Generalis non videtur sufficere.

3 Tum quia vbi supra Caietanus quem nos quoque, sequimur, satis in terminis videtur decidere hoc, quatenus ait ex natura voti (nisi restringatur saltem tacite ab intentione vouentis) obligari eum, qui vouit in genere religionem, adquirendas omnes religiones, & omnia monasteria eorum etiam extra, & aliorum regnorum: per quod praesupponit non sufficere refutationem etiam Prouincialis, nec omnium Prouincialium vnus vel alterius regni, & consequenter nec refutationem praelatorum ordinis. Tum denique, quod Generalis possit eum refutare odio, amore, precibus, vel fordibus ad id motus, ad quod non mouerentur Conuentus, & praelati minores, ad quos spectat admissio, vel refutatio volentium ingredi.

4 Quamquam fateor, Generalem, immo & Prouinciale, causa cognita, & partibus auditis, posse suis subditis iube-

re, ne recipiant talem, vel talem ad sua monasteria, eo quod ob talem causam iudicauit eum esse indignum, qui recipiatur: quamquam item credam, eum qui refutatus est a maiori parte Praelatorum, & Conuentuum sui regni, vel magnae prouinciae, ex aequitate iudicari posse absolutum, si ob aliquam rationem probabilem fuisset repulsus. Salua, &c.

SVM MARI VM.

1 Conditionale votum obligare videtur, quando per vouentem stetit, quo minus conditio adimpleretur: fallit, quando conditio non pendet a sola voluntate vouentis. nu. 2. item & quando vouens voluit conditionem veram & non per fictionem adimpleri, licet non sit impleta. nu. 3.

4 Religionem ingredi intra certum tempus vouens per illius lapsus non liberatur.

CONSILIVM XXIX.

Paschasius, qui vouit infra triennium ingredi religionem, si interim fieret grammaticus sufficiens ad ordines suscipiendos, an teneatur ingredi lapsu triennio, si non didicit grammaticam, esto quod non deserit eam discere eo fine, ut non intraret religionem?

1 Pro parte affirmante facit l. iure ciuili, quae habet conditionem censendam esse impletam, cum per eum, ad quem pertinet impleri, stat quo minus impleatur: & ad praefatum vouentem pertinebat implere praefatam conditionem, & per eum stetit quo minus impleatur, quia non studuit grammaticam discenda. Facit etiam regula cum non stat, b argumento a contrario sensu.

2 Pro parte vero negante facit, quod regula illa in praefata l. iure ciuili, posita, non habet locum, quando promittens voluit conditionem veram & non per fictionem adimpleri, ut determinat Baldus, c & Bartholus, d & consules videtur habuisse voluntatem, ut conditio impleatur veram, & non per fictionem, etiam si casu euenerit, ut non fuerit impleta.

3 Secundum facit, quod illa regula praefata l. iure ciuili, limitatur, quando conditio pendet a libera voluntate promittentis, per l. centesimus, e vbi Iason, f post Alexandrum eam limitauit: & conditio illa discendi grammaticam videri potest non pendere a sola & libera voluntate huius vouentis, & consulentis.

4 Sed quod facit hac in re difficultate, est, quod vouens ingredi religionem intra triennium, non videtur liberandus ab ea intranda per lapsu triennium: quia terminus ille non videtur positus causa finiendae obligationis, sed potius causa incipiendae executionis. Qui enim promittit dare ante Kalend. Iulias, non liberatur lapsu illarum Calendarum, immo tunc incipit necessitas exequendi promissum. Vnde videtur adhuc teneri.

Vide etiam sequens Concilium.

SVM MARI VM.

1 Religio S. Ioannis latior est religione Praedicatorum mendicantem: ideo qui hanc ingredi vouit, illam ingrediendo, voto non satisfacit.

2 Vouens scholasticus ingredi religionem, si peruenit ad scientiam ingressui necessariam, si ob aegritudinem vel aliam iustam causam ad illam non potuit peruenire, liber est a voto, secus si per ipsum stetit.

CONSILIVM XXX.

AN scholasticus sexdecim annorum vouens ingressum ordinis Dominicani, si perueniret ad scientiam necessariam ingressui illius ordinis, & reiectus ob insufficientiam, & relinquens studium teneatur ad ingrediendum eam, & an possit ingredi religionem S. Ioannis?

1 Ad hanc quaestionem praemissam, & ad aliquot alias solo verbo propositas, respondeo primo, certum esse votum valere.

Secundo, quod non impletur illud per ingressum religionis S. Ioannis, quae videtur laxior regula Dominicanorum, quae est mendicans & strictior, ad quam votum obligant.

Tertio, quod votum fuit conditionale, si perueniret ad scientiam necessariam ingressui ordinis Dominicani.

Quarto, quod non videtur satisfecisse voto, eo solo quod ab vno solo monasterio fuit repulsus.

a ff. de condit. & demonst. c. de imputati. c. ca. cum non sit. de reg. iur. lib. 6.

b De reg. iur. lib. 6.

c In l. si pater. q. 3. C. de condit. insti. d In l. vterque. sub fin. ff. de conditio. insti. e S. si in stipu. lasus. ff. de verb. obligat. f Notab. 3.

a ff. de condit. & demonst. c. de imputati. c. ca. cum non sit. de reg. iur. lib. 6.

b Cap. si pro te. cum similibus de ref.

c L. Papin. ff. de minorib. c. ad audientiam de decim.

d Ca. ad soluendum. de depons. impub. e Le. decem. de verb. obligat.

f L. Papiniana. ff. de minor. c. ca. ad audientiam. de decim. g De reg. iur. lib. 6. h In d. regul.

i In d. reg. accessorium. k De pecula. leg.

2 Quinto, quod decisio huius quaestionis, quae mihi difficilis est, videtur pendere ab alia, scilicet an conditio praefata censetur impleta, eo quod per eum stetit, quo minus adimpleretur, iuxta l. iure ciuili. a

Sexto, quod si per praefatum Dominum consulentem non stetit quo minus adimpleretur conditio, eo quod ob aegritudinem, vel aliquam aliam iustam causam non potuit continuare studium grammaticae, quod coeperat, non teneatur adimplere votum, quia non adimpletur conditio, sub qua vouit, & dispositio conditionalis non obligat, donec conditio adimpleatur. b

Septimo, quod si consules noluit studere, cum posset, & procurauit nescire, vel obliuisci quae sciebat, ne ingrederetur religionem, vel si contigerit eum scire & discere necessaria ingressui, tenebitur ingredi ad gloriam Dei, qui nos, &c.

SVM MARI VM.

1 Votum qui commutare valet: poenam ob illius fractionem iam incursum remittere nequit.

CONSILIVM XXXI.

VTRVM habens potestatem commutandi certa vota, queat dispensare super voto poenali quo ad poenam?

1 Respondetur quod non, quia aliud est commutare, aliud remittere poenam ob fractionem voti, & ad diuersas & separatis non fit illatio, nec bona argumentatio. c Verum tamen est, quod si ante poenam incursum fieret commutatio, non incurreretur poena: quia non fragitur votum iam per commutationem sublatum, quod enim non est, non potest frangi, nec dissolui, d & priuatio praesupponit habitum. e

SVM MARI VM.

1 Voto poenali commutato, non censetur commutata poena prius incurse, quas nec condonare potest, qui etiam ex iobela poest vota commutare.

2 Accessorium tum naturam sequitur principalis, cum eadem ratio militat.

3 Principali sublato, & accessorium illud censetur sublatum, quod sine eo consistere nequit.

CONSILIVM XXXII.

ANNIBAL vouit se facturum quasdam eleemosynas, si amplius cum certa muliere rem haberet, & quia poste a habuit frequenter, petijt a Papa commutationem illius voti, & condonationem poenarum: qui commutationem poenarum incursum fecit, cu clausula, Firmo manente voto quo ad futura. qua gratia non fuit vsus, immo iterum & saepius contrauenit voto: sed postea alius confessarius, virtute iobelaei ab alio Papa concessi, commutauit ei praedictum votum in dotationem cuiusdam virginis pauperis, nulla facta mentione de firmitate voti quo ad futura, neque de condonatione poenarum antiquarum incursum. Queritur, an videantur condonata poena antea incurse.

Videtur quod non. Tum quia aliud est obligatio soluendi poenam iam incursum ratione violati voti, & aliud votum ipsum: & in iobela poedicta Papa concessit confessarijs facultatem commutandi vota, nulla facta mentione de condonatione obligationis ad soluendas poenas iam incursum. ergo non poterant confessarij condonare obligationem soluendi eas: quia a diuersis non fit illatio. f

2 Nec obstat dicere, quod accessorium sequitur naturam sui principalis, iuxta regulam accessorium. g & ibi per glossam citatam: cum, ut ait h Ioannes Andreas receptus intelligitur illa de accessorio producente, & producto, de de riuante, & deriuato, qualis videtur praedicta obligatio: & quod sublato, vel confirmato principali censetur sublatum vel confirmatum accessorium, iuxta doctrinam Lapi, velati per Ioannem Andream & Francum. i pro quibus est aptus contextus in l. i. k & quod obligatio praedicta poenam soluendi videtur esse accessorium ad vxorem seruandum: non, inquam, haec obstant. Tum quia ea intelliguntur de accessorio, quod non potest consistere sine principali: at obligatio ad poenam soluendam consistere potest sine voto, & post votum solutum, vel dispensatione sublatum, ut palam est. Tum quia votum non

producit illam poenam, sed fractio voti, quae est res contraria voto. Tum quia, quidquid inuoluant glossa & Doctores a vario modo illam limitando, & extendendo, verus intellectus eius videtur esse, quod tum demum accessorium sequitur naturam sui principalis, cum eadem ratio militat in vtroque, & non quando est diuersa. quod satis colligitur ex cap. debitorum. b Salua, &c.

SVM MARI VM.

1 Votum de intranda vna religione commutat, & non relaxat Papa, si petenti dispensationem respondet, ut aliam intrat.

CONSILIVM XXXIII.

AN PAPA, qui rogatus super dispensatione voti de intranda religione Capucinorum, respondit ut ingrederetur aliam religionem, videatur dispensare super voto, ne teneatur illo, vel commutasse illud in aliud?

1 Respondeo, quod Papa non videtur dispensasse, sed tantum commutasse: quia non est praesumendum Papam frustratorie respondisse, c & si responsio praedicta intellexeretur de dispensatione, & non commutatione, frustranea fuisset, & nullius effectus adiectio illa de intranda alia religione, cum nihil aliud operaretur, quam, quod, si veller, ingrederetur aliam religionem, quod poterat facere sine vlla Papa concessionem: & frustra precibus impetratur, quod iure communi conceditur, d cui concessio est praefatum consulentem teneri ad intrandam aliquam religionem in genere. Salua, &c.

SVM MARI VM.

1 Votum dandi pecuniam Ecclesiae alicuius certi Sancti inste potest Pontifex concedere, ut conuertatur per vouentem in alios pios vsus.

2 Donatio facta alicui cum adiectione, ut eam alicui tertio det volente donatore, & donatario principali, reuocari potest.

CONSILIVM XXXIII.

QVIDAM nobilis iuuenis habens coniugem iuuenem infirmam, & morti proximam turbatus dolore vouit cuidam Sancto mille scuta, si vxor conualesceret, qua conualuit. Deinde superuenit mors patris eiusdem iuuenis, qui reliquit multa debita, & filiam virginem indotatam, & natae sunt eidem iuueni duae filiae. Queritur, an Papa iuste possit commutare illa mille scuta in dotem fororis pauperis, & filiarum suarum, attento quod bona vouentis vix valebant quatuor millia scuta.

Pro parte negatiua facit, quod Ecclesia qua situm fuit ius ad illa mille, per l. qui Roma. e & id quod nostrum est, sine consensu nostro auferri non potest, f & ita videbatur necessarius consensus Ecclesiae.

1 Pro parte vero affirmatiua facit primo, quod Papa potest relicta in aliquos vsus pios conuertere in alios. g

Secundo, quod votum principaliter fit Deo, etiam si fiat sanctis, quia est actus latrice, iuxta S. Thomam, h & est promissio facta principaliter Deo secundum eundem. i

3 Tertio, quod donatio alicuius rei facta principaliter alicui cum adiectione, ut eam det alteri tertio, potest reuocari quo ad illum tertium volente donatore, & donatario principali, ut est casus singularis in d. l. qui Roma. k & ibi tenet expresse Bartholus fere ab omnibus receptus, & latius confirmat Iason, & nos tenuimus in tract. de rebus ecclesiasticis. l atqui donatarius principalis Deus est, ut supra dixi, qui videtur velle, volente iusta de causa Papa eius Vicario, & ita teneo.

SVM MARI VM.

1 Scrupulis varie agitur quid secum perpendere debeat. & seq.

2 Vota licita omnino implenda, nisi iuste relaxentur.

3 Votum religionis sanctum, & melius est ingredi illam ob votum, quam sine.

4 Votum perseverandi in religione obligat magis, quam intrandi.

5 Religionem qui vouit, cogitatus, qui eum ad intrandum terrent, abijciat.

6 Vita religiosa humiliter ducta suauior seculari.

7 Status nullus in hac vita beatus.

8 Religionem qui saepius ingressus in nulla perseverauit, statum clericalem eligat.

a In d. regul. accessorium.

b Et ca. cum contingat. de iure iuran. c. authent. sacra. C. si aduers. venditio. c. l. 1. c. 2 ff. de pecul. leg.

c Arg. ca. commissi. s. fin. de electi. li. 6.

d Leg. 1 ff. ad municip. g. ff. solemn. ca. 1. de rescrip.

e S. Flauius Hermes ff. de verb. obligat. c. l. quoties. C. de donat. qua sub mo. f Le id quod nostrum ff. de reg. iur. g Clem. quia contingit. de relig. domi. h 2. 2. qu. 88. art. 5. i In 4. dif. 38. q. 1. art. 1. ad 5. k S. Flauius. l Qu. 1. mon. 71.



CONSILIVM XXXV.

VIR quidam egregie doctus narrat se vouisse frequenter ingressum religionis, & intrasse illam se-

1 Respondeo primò, opus esse illi commendare se humillimè & submissimè Deo optimo Maximo, implorata in id ope Virginis Matris, & Angeli sui custodis, vt cõferatur ei donum constantiæ ad perstandum in rectè cogitatis, & sibi rectè consultis, mediante totius Ecclesiæ Christianæ precatioe Dominicæ 8. post Pentecosten: *Largire quasumus Domine seruo tuo spiritum cogitandi qua recta sunt, propitius & agendi: vt qui sine te esse non potest, secundum te viuere valeat.*

2 Secundo, persuadere sibi id, quod tota Ecclesia Christiana Catholica Romana firmisimè persuasum habet, vota licita & honesta esse omnino implenda, vel certè auctoritate legitima iusta de causa relaxanda esse, vel commutanda, iuxta illud, *Vouete, & reddite Domino.* psal. 75. quorum prius, scilicet, *Vouete*, consilij est, secundum præcepti, vt declarat Innocentius III. a cuius rationem reddit S. Thomas ab omnibus receptus, b scilicet, quia *displacet Deo infidelis promissio.* c

3 Tertio, quod votum intrandi religionem à Sede Apostolica approbatum est licitum, & sanctum: d immo melius est mediante voto ingredi, quàm sine illo, vt probat S. Thomas receptus. e

Quarto, quod magis obligat votum de perseverando in religione suscepta, quàm de intrado eam, vt nos probamus contra Dominicum Sorum in Man. confess. f & consequenter Dominus Consulens non solù est obligatus ad intrandam religionem, quia vouit eam intrare, sed etiam perseverare in illa, & facere professionem, nisi Papa relaxet ei illam obligationem dispensando iusta de causa, vel commutando iustè. g

4 Quintò, quod fatagat vitare & abijcere à mente sua cogitatus illos, qui terrent eum proponendo grandia onera & labores, quæ oportet subire in seruanda religione: quoniam si rectè res perpendatur, maiora oportet suffere extra illam decenter viuendo, quàm intra illam humiliter sese Christo, & ob eum alijs Prochristis & Prælati subdendo: quia compertum est suauiore esse religiosam vitam religionis humiliter absque ambitione seruando, & obediendo, quàm sæcularibus suam sæcularem decenter & castè viuendo: & si placeat Domino consulenti, videat ea quæ nos scribimus in comment. de regula. h in principio de dispositione, quàm debet habere religionem intraturus, & persuadatur quòd religioforum vitam non tantum facit horrendam arctio eius, & paupertas, quantum ambitio, & cupiditas in ea dominandi, & habendi, quibus imperet & gratificet.

5 Sextò, quòd reputet, & conferat se cum curas, labores, & onera, quæ patiuntur Papa, Cardinales, & alij Ecclesiastici Prælati, & Reges, Principes, ac alij diuersi sæculares, cum curis religioforum, præsertim simplicium, & carentium dominatu, & regimine, & certè inueniet longè placidiorè & suauiorè esse vitam horum, quàm illorum: modo sit eis victus ad sustentandam vitam sufficiens. Reputet item secum illos senarios, quibus apud Baptistam Mantuanum in Parthenice Mariana lib. 2. post principium vitur illa gloriosissima, sed tunc mæstissima B. mater Regina cælorum Anna, per quæ reducat in memoriam nullum esse in hac vita statum sælicem, & quod quilibet imminet multæ infelicitates: & cum hoc legerit, ne grauetur legere totam orationem præcedentem, & aliam, quàm ipsa eadem Anna egit apud eundè Baptistã dum sic prope finem cõcludit, & certè breuis est felicior aui.

Septimò, quòd licet quatuor hæc supradicta sint certissima, arbitror tamen prædicto D. consulenti cõuenientiorè futuram esse vitam clericalem sæcularem ob experientiam, quàm habet sua in permanendo in religione inconstantia, & adiuto ope diuina abigere illam satanicã tentationem, quæ Satã ipse nititur persuadere ipsi contra omnem veritatem, non posse vitam æternam consequi finiendo temporalem in stata sæculari, cum in introitu Missæ huius Dominicæ post Pentecosten 10. habeatur illud, *acta cogitatum, &c. & non dabit in æternum fluctuationem iusto.* præsertim adeo erudito, & maximo timore filiali timenti Deũ, qui nos omnes sua misericordia saluet. Amen.

SVMMARIVM.

- 1 Ludus triplex, honestus virtutis, venialiter malus, & malus mortaliter.
1 Votum non ludendi ludo honesto, seu virtutis, non obligat, quia ultra bonos mores.
2 Votum non peccandi venialiter obligat, sed iustè potest relaxari.
3 Votum de non ludendo ludo mortali non videtur relaxandum: sed ex causa, vt minus peccet, in melius, vel aq̃ bonum, arbitrio præsentis commutari, immo & dispensari potest. num. 4 & seq.
3 Dispensatio fieri debet ad Dei honorem augendum in persona vouentis, vel utilitatem Ecclesiæ.
4 Peccatum suaderi potest, vt minus peccatum peccet. & num. 2.
6 Causa iusta dispensandi super voto continentia est tanta propensio vouentis in luxuriam, quod aq̃ peccabit, ac si non vouisset. & nu. 5.

CONSILIVM XXXVI.

VOVENS non ludere, an iustè possit à Papa absolui ab obligatione voti, ea de causa, quòd est nobilis, & veretur se non seruaturũ votum in exercitu, vel curia, vbi magna est ludendi consuetudo inter homines sui ordinis? 1 Respondeo primò, triplicem esse ludum primum honestum, seu virtuosum, siue actum virtutis eutrapeliæ, & recreationis honestæ, secundum malum venialiter tantum, tertium malum mortaliter, vt tradimus in nostro Manu. confess. a sequuti S. Thomam. b

2 Secundo respondeo, quòd votum de non ludendo, quatenus includit primam speciem ludi, non obligat, quia est contra bonos mores, quatenus autem includit secundam speciem ludi, obligat, quia est votum honestum, licet enim omne votum peccandi venialiter est malum, d ita omne votum non peccandi venialiter est bonum: quia quod operatur propositum in proposito operatur oppositum in opposito, e & ita iustè videtur posse relaxari ob prædictam causam: quia videtur licitum esse consulere minus peccatum volenti peccare maius, ne illud peccet, f & Papa tollendo votum de non ludendo venialiter videtur consulere, ne peccet mortaliter, quia tollit occasionem peccandi mortaliter contraveniendo voto: quia prudentis est occasionem probabilem peccandi mortaliter fugere, iuxta illud Apost. g Fugite fornicationem.

3 Tertio, quòd maius dubium est de præfato voto, quatenus tertiam speciem ludi attingit: quia pro parte negante facit, quòd pro absoluteione à tali voto non videtur tolli occasio peccandi mortaliter: quia etiam sublato per dispensationem voto remanet peccatum mortale, quod vouit non facere. Tum quia datur occasio liberius peccandi, quæ non est danda. h Tum quod non videtur esse iusta causa relaxandi votum de non fornicando, propensio vouentis ad fornicandum, & timor, quod non seruabit illud: quia, vt ait S. Thomas, i omnis dispensatio petita à prælato debet fieri ad honorem Dei & D. N. Iesu Christi augendum in persona vouentis, vel ad utilitatem Ecclesiæ, quæ est ipsius corpus, quorum neutrum videtur inueniri in huiusmodi dispensatione. Tum quia eadem causa non operatur contraria, contra l. vbi repugnãtia. k ergo causa, quæ operatur obligationem voti, non operabitur solutionem eiusdem: quod in specie dixit Sotus. l

Pro parte vero affirmante facit, quod absolutio præfati voti possit fieri per commutationem in maius, vel æquè bonum arbitrio præsentis: quia per dicta virtusque Thomæ m & Soti n commutatio voti nõ requirit causam obstantem executioni eius, sed sufficit quod sit melius id, in quod commutatur. Tum quia rectè ac bene facit, qui committat id, quod est minus, o quæ videtur recepta sententia: & nos loquimur de commissuro aliquid, quod non

a Ca. 10. post principium. b 2. 2. q. 108. art. 3. & q. 9. c Argu. ca. in malis. 2. 2. q. 4. & cap. non est obligatorium. de reg. iur. lib. 6. d Cap. si aliquid. 2. 2. q. 4. ad iudicia gloss. e Cap. scientiam. 8. q. 1. & l. si contra tabulas. ff. de vulgari. l. Ca. si quod verius. 33. q. 2. g 1. Corinib. 6.

h L. conueniri. ff. de pact. dotalib. ca. ex parte. de consuet. i 2. 2. q. 88. art. 12. in corpore quaestio. 10. k ff. de regul. iur. l. rem legatam. ff. de admen. leg. & cap. solici. tudinem. de appell. l. lib. 1. q. 10. de iust. & iure. m Vbi supra. n Li. 7. q. 4. art. 3. o D. c. si quod verius. 33. q. 2.

solum est peccatum per se, sed etiam quia est contra votum: ergo rectè facit, qui per suam dispensationem efficit, vt paratus committere duplex peccatum, vel vnum cum circumstantia fractionis voti, peccet vnum, quod careat tali circumstantia voti.

Tum quia proximè dictum est posse Prælatum dispensare super voto non peccandi certum peccatum veniale, ea de causa quod minus peccabit peccado illud sine violatione voti, quàm cum illa: ergo eadem ratione poterit bene dispensare super voto non peccandi quoddam mortale, vt minus peccet peccando illud sine fractione voti. Tum quia sacra Pœnitentiaria frequenter solet admittere pro causa, vel parte causæ dispensandi super voto castitatis, quòd qui vel qua: vouet, valde vrgetur grauibus stimulis carnis ad fornicandum, eo quòd reputet esse bonum ei liberari à peccatis venereis cum fractione voti per sanctum matrimonium, iuxta illud Pauli 1. a Melius est nubere quam vri. Per quæ posteriora argumenta videtur tenenda hæc pars posterior.

Non obstant in oppositum citata. non quidem primum: quia responderetur concedendo quòd per illam dispensationem non excusatur vouens omnino à peccato mortali: sed negando quòd non excusatur à maiori mortali, quæ excusatio est sancta, cum, vt prædictum est, sancta sit illa exhortatio facta ei, qui paratus est peccare alterum de duobus, vt peccet eorum minus, per præfatum cap. si quod verius. & receptam sententiam, pro qua facit & illud præfati Pauli, Melius est nubere, quam vri.

Ad secundum responderetur negando quòd detur occasio inordinata liberius peccandi, eo quòd aliqua occasio detur minus peccandi: quia immo satis ordinata, eo quòd vitatur maius peccatum.

Ad tertium etiam negando quòd non sit iusta causa dispensandi super voto ad non fornicandum, quando perinde vouens fornicatur, ac si non vouisset: quia, vt dictum est, illa dispensatio retrahit à maiori peccato ad minus: quod videtur sufficere ad dispensandum, per prædicta.

Ad quartum responderetur concedendo quòd vna & eadem causa non operatur contraria vno & eodem respectu considerata, sed sic considerata diuerso respectu: vt passio D. N. Iesu Christi, quàm hoc tempore maioris hebdomada: ope diuina nititur venerari, laxificat, quatenus eam sponte passus est, & nos cõtristat, quatenus eam infideles inflixerunt, iuxta illud, Actio displicuit, passio grata fuit. quod post alios retulit glossa, b & multa medicinae profunt vno respectu, & nocent alio. Salua, &c.

SVMMARIVM.

- 2 Subdiaconatum esse ordinem non quidem participatiuè, vt putauit Durandus, sed integre, & iure diuino, vt cetera sacramenta, secundum communem, à Christo Domino institutum, verius est. nu. 1. & 7. licetque ei sit annexum votum castitatis, quod est iuris diuini, quod ad sui obseruantiam eodem obligat iure, num. 3. & 5. sitque solemne, quod matrimonium postea contractum irritet, nec Papa possit ius diuinum tollere, nu. 6. & 13. attamen inde non sequitur, quin Papa, qui super omni iure humano dispensat, nu. 8. possit secundum communem ex causa cum tali, vt ducat uxorem, dispensare. nu. 3. cui etiam concordat S. Thomas nu. 10. prout de factis sepe dispensauit. nu. 12. quandoquidem solemnitas voti, ex qua oritur dictum impedimentum, non iure diuino, sed humano probatur inducta. nu. 7. & 11. nec Papa dispensando facit vt manente voto & obligatione voti non teneatur vouens illud obseruare: sed ex causa, vt potest, facit vt hæc non sit materia voti, vt sit etiam, quando relaxantur iuramenta. nu. 13.
3 Dispensatio voti, etiam simplicis, etiam à Papa sine causa facta, ipso iure nulla est, sicut & relaxatio iuramenti. nu. 4.
9 Dispensare potest ex causa Papa cum professo, vt ducat uxorem, secundum communem Canonistarum, & nonnullorum Theologorum, licet S. Thomas & alij Theologi contrarium senserint. num. 10. & 11.

CONSILIVM XXXVII.

PET O primo, an ordo subdiaconatus sit institutus à Christo Domino, an verò sit iure tantum humano introductus.

Secundo, an summus Pontifex possit dispensare, existente causa iusta, vt subdiaconus ducat uxorem.

AD PRIOREM QVÆSTIONEM respondeo primò, certam & indubitam esse mihi communem sententiam Catholicorum Ecclesiam Sactam Romanam veneratè, tam Theologorum, quàm Iuris vtriusque peritorum, ordinem subdiaconatus esse iuris diuini, hoc est ab ipso Deo & homine Domino nostro Iesu Christo institutum: ea ratione firma, quòd omne sacramentum nouè legis est institutum ab ipso meto Domino Deo nostro Iesu Christo, vt nouissimum Concilium Tridentinum definiuit: a quod etiam ante illud communis omnium ferè Catholicorum affirmavit, b quia nemo præter Deum potest dare virtutem producendi gratiam gratum facientè, cum solus ipse illa creare possit: & de fide Catholica est, quod ordo sit vnum de septè sacramentis verentibus gratiã.

2 Non obstat dicere, id solum esse verum de ordine presbyterij, sed nõ de ordine subdiaconatus, eo quòd aliqui, de quibus etiam videtur esse Durandus, tenuerunt, diaconatum, & subdiaconatum esse quidem ordines participatiuè, sed non integre, vt sacerdotium: quos latè refert Dominicus Sotus, c quia illud est contra communem Catholicorum opinionem, à qua (vt ait idem Sotus temerarius) esset in hac materia periculosa discedere: & responderet eius argumentis, & præfatum communem & ferè omnium sententiam multis antiquioribus testimonijs confirmat Thomas Vualdensis. d

3 Secundo respondeo, quòd ex prædicta responsione & conclusione non inferitur, sanctissimum Dominum nostrum Papam non posse dispensare vt subdiaconus ducat uxorem ex iusta causa: quia etiam omnia vota licita, etiam simplicia, sunt iuris diuini, nam ius diuinum obligat vouentes ad implenda ea, iuxta illud e relatum in ca. magna. f Vouete, & reddite Domino: quorum prius, scilicet Vouete, est consilij, posterius vero, reddite, vel implere vota, est præcepti diuini, adeo quod dispensatio voti sine iusta causa facta est ipso iure nulla, iuxta glossam ab omnibus receptam: s attamen constat, Papam relaxare posse omne votum simplex ex iusta causa, immo esset error dicere contrarium. h

4 Iuramenta item sunt iuris diuini, & non qualis qualis: sed quod præcepto Decalogi seruanda, & adeo quidem, quod relaxatio eius sine iusta causa facta est ipso iure nulla, iuxta glossam ab omnibus receptam: iuramentum quotidie ex iusta causa relaxantur per Superiorem, adeo quod error esset dicere id fieri non posse. k

5 Tertio, quòd non solum non sufficit aliquid esse iuris diuini, ad hoc vt non possit Papa dispensare, sed etiam non sufficit obligationem adimplendi, vel non implendi esse iure diuino inductam. Nam vota & iuramenta licita non solum sunt iuris diuini, vel approbata iure diuino, sed etiam obligatio adimplendi ea est inducta & præcepta iure diuino, per supradicta.

6 AD POSTERIOREM quæstionem. Pro parte negante facit primo, quia Papa non potest tollere ius diuinum, immo vsque ad animam & sanguinem tueri debet ea, quæ in Euãgelio & Prophetis continentur, l at subdiaconatus iure diuino habet annexum castitatis votũ, ergo Papa nõ potest eũ subdiacono dispensare vt ducat uxore.

Secundo, votum contentum in subdiaconatu non solum impedit matrimonium, ita vt peccet mortaliter, qui contrahit illud post susceptum subdiaconatum, sed etiam impedit valorem eius, ita quod ipso iure est nullum, m & vt videtur, non alia ratione, nisi qua est inducta castitas in tali ordine iure diuino, cõtra q̃ nihil potest statueri Papa.

7 Sed contrarium est tenendum. Primò quidem, quòd solemnitas voti castitatis non est inducta iure naturali, nec diuino, sed humano Ecclesiastico, vt est textus expressus in d. cap. 1. n tum in illis verbis, *Voti solemnitas ex sola constitutione Ecclesiæ est inuenta*, id est, quamuis omnia vota obligent iure diuino, nullum tamen votum est solemne castitatis, nisi solum illud, quod ecclesiastica constitutione, & iure humano Ecclesiastico est tale. Tum quatenus habet matrimonium fuisse institutum ab ipso Deo in Paradiso, & in statu innocentie, significando solemnitatem voti castitatis ab Ecclesia post aduentum Christi fuisse inductã. Tum alijs verbis, quibus expressè dicit, solo voto castitatis solemnizato per religionis professionem, & ordinis sacri assumptionem annullari matrimonium post votum

a In cap. magna. de voto. b 2. 2. q. 88. art. 3. c Eccles. 5. d Per totum tit. de regula. c. 2. 2. q. 189. art. 2.

f Cap. 12. nu. 47.

g Ca. non est, iuncta glossa, de voto.

h Super c. cni. porrio. 12. q. 1.

i In l. 1. eiusd. Parthenices.

a Sess. 7. can. 1.

b In 4. libr. sent. dist. 1.

c Lib. 4. sent. dist. 2. 4. q. 1. art. 4.

d Tomo 2. de sacramen. ca. 110.

e Psal. 75. f De voto.

g In cap. non est de voto.

h Ca. 1. c. non est. c. magna. & per totum tit. de voto.

i In ca. quanto. de iur. iur. ran. k Ca. si Christus. cum ei adnotatis. de iureiuran.

l Ca. sunt qui dam. 25. q. 1.

m Cap. 1. qui cler. vel vouen.

n De voto li. 6.

castitatis contractum, non quidem eo solo, quod votum castitatis impediatur iure diuino contrahere matrimonium, sed quia iure humano est addita ei virtus solemnitate, per quam id potest facere: & ita ille textus irrefragabiliter probat, quod licet omne votum castitatis per etiam licitum iure diuino prohibeat contrahere matrimonium, sicut omne aliud votum licitum obligat iure diuino uolentem adimplendum, quod uouit, tamen illa vis, quam habet votum castitatis solemniter factum per ordinem sacrum, vel sacram professionem, non inest ei iure naturali, neque diuino, sed iure humano Ecclesiastico.

8 Secundò, quod est conclusio certa, & de fide Catholica, quod Papa potest dispensare circa omne ius humanum, iuxta cap. cuncta per mundum. & tradunt omnes b & sunt multi canones de hac re, c adeo q̄ iudicatur hereticus, qui contrarij teneret. At constat solemnitate uoti castitatis in subdiaconatu tacite contenta esse iure humano inducta, ergo poterit super ea iusta de causa Papa dispensare.

9 Tertio, quod glossa & Innocentius recepti ab omnibus canonum peritis d tenent posse Papam dispensare iusta de causa, ut monachus legitime & sancte professus regulam monachalem ducat uxore, ut etiam nos post alios tradimus in Manu. confess. e licet S. Thomas contrarium teneat f vt perique sentiunt, quamuis ibidem Caietanus cum aliquo modo conciliat cum communi, & multo uerius doctissimus Michael Medina Franciscanus. Ergo eadem, immo maiori ratione poterit Papa dispensare super voto continentia contento in subdiaconatu.

10 Quarto, quod non solum omnes Canonistae, & etiam omnes qui Canonicam scientiam cum sapientia Theologica coniunxerunt, sed & praedicti magni Theologi, Caietanus quidem ordinis Praedicatorum, & Medina ordinis Seraphici Franciscani, affirmant posse Papam dispensare super voto solemniter religionis, immo omnes Theologi, & Canonistae, & Iuristae asserunt cum ipsomet S. Thomas, h quod Papa potest dispensare in voto facto solemniter per susceptionem sacri ordinis, etiam sacerdotij, ergo a fortiori super voto contento in subdiaconatu.

11 Quintò, quod ipsomet S. Thomas i reddendo rationem quare potest dispensare Papa super voto sacri ordinis susceptione solemnizato, & non super voto monachali, ait votum ordinis sacri annexum esse annexum ei accidentaliter statuto Ecclesiae, & iure humano: quem quo ad hoc omnes tam Theologi, quam Canonistae sequuntur. Cum ergo votum subdiaconatus solemnizetur per susceptionem sacri ordinis, palam est S. Thomam & omnes Theologos, & Canonistas affirmare, posse Papam super voto castitatis subdiaconatus dispensare.

12 Sextò, quod frequentissimè summi Pontifices dispensauerunt super voto solemnizato per susceptionem subdiaconatus, & diaconatus, in Hispania praesertim, ubi etiam nos cognouimus dispensatos, & in Italia, vt frequenter audiuimus: & me supplicante fel. recor. Gregorius XIII. dispensauit cum quodam nobili viro ex causis iustis, vt non obstante subdiaconatu posset ducere uxorem, & duxit. Quibus rationibus concluditur non esse dubitandum S. D. N. habere potestatem dispensandi iusta de causa super voto solemniter castitatis in subdiaconatu inchoato.

13 Non obstant in contrarium adducta. Non quidem primò: ad quod concedimus primò non posse quidem Papam tollere ius diuinum, sed negamus non posse iusta de causa dispensare, vt quotidie dispensat, in votis & iuramentis, quae sunt iusta etiam praecipis decalogi, vt omnes tradunt post Innocentium k & in responso ad priorem questionem latius est dictum. Papa enim non facit, vt manente obligatione & voto iste non teneatur soluere votum, aut iuramentum adimplere, sed facit, vt in hoc casu hae non sit materia voti, quod potest facere: & hoc non est tollere ius diuinum. Secundo respondemus, verum quidem esse, subdiaconatu annexum esse votum castitatis solemniter, sed nego, quod illa solemnitas sit inducta iure diuino, vt expressè habetur cap. i.

Ad secundum responderet negando, quod ratio, quare votum castitatis solemniter impediatur & dirimat matrimonium contractum, sit, quod iure diuino prohibeatur, sed quod solemnitas uoti castitatis est inducta iure humano, vt est textus expressus in d. cap. i. a Salua, & c.

vt est textus expressus in d. cap. i. a Salua, & c.

S V M M A R I V M.

- 1 Papa (contra sententiam, quae attribuitur S. Thome) ex causa dispensat, vt monachus matrimonium contrahere possit. & n. 9.
- 1 Matrimonium status sacerdotij repugnare videtur. & n. 2.
- 2 Repugnancia vt simul stent, efficere nequit Papa.
- 2 Sacrorum ministerium summam munditiam & attentionem requirit, quas tamen coniugati habere etiam possunt. & n. 13.
- 3 Sacerdotij noui testamenti mundius, quàm ueteris, ministrandum.
- 4 Papa nequit super lege diuina, sed sic super humana dispensare. num. 6.
- 4 Traditio illa habetur pro lege diuina, quam apostoli uerbo uel facto, vt à Christo, non autem tanquam à se ipsis latam promulgauerunt: prima indispensabilis, secunda non. & n. 14.
- 4 Traditio Apostolica sacerdoti matrimonium contrahere vetare videtur.
- 5 Ordinatus sacris, si matrimonium contrahat, est deponendus.
- 6 Deo res semel dicata ad humanos usus non potest transferri, ex graui tamen causa ab habente potestatem potest. nu. 16. non tamen in illum qui sit contrarius sui naturae usus diuino, in quem fuit dicata. num. 18.
- 6 Lex clericis matrimonium prohibens cum sit humana, est dispensabilis. num. 15.
- 7 Sacerdotibus ueteris legis matrimonium contrahere licebat.
- 8 Sacerdotij, & coniugij concurrere in vno homine post Euangelium potuerunt, & nunc possunt, vt est apud Orientales. & n. 10. 12.
- 9 Monachus ex dispensatione Papa potest desinere esse monachus, ita vt exuto monachatu possit contrahere matrimonium.
- 9 Papa secundum omnes ex causa dispensare potest cum presbytero, ut uxorem ducat, & etiam cum Episcopo, & Archiepiscopo. n. 18.
- 10 Continentia ordinis sacri non est de essentia, nec tam ei annexa, vt separari nequeat.
- 11 Dispensauit saepius Ecclesia, vt liceret subdiaconibus, ac etiam monachis, qui simul erant & archipresbyter, uxorem duceret.
- 12 Papa ex plenitudine potestatis dispensare potest ex causa cum presbytero, ut matrimonio contracto, ac etiam sacerdotio, diuersis tamen temporibus, utatur.
- 16 Calice, & alio vase consecrato in necessitate ad bibendum vri possimus.
- 16 Sacramentum assumere, ut medium necessarium ad componendam confirmandamque pacem vel fidem alicuius magni populi, non est eam assumere in profanos usus, sed sanctos.
- 17 Papa dispensare potest, ut sacerdos, & monachus circa irregularitatem preliantur, & causas criminales exercent.
- 19 Ordinibus sacris consecrati omnes, siue sint subdiaconi, siue quiuus alij Superiores, eadem lege ad continentiam obligantur, eademque specie peccati peccant omnes, nec ordinum diuersitas addit qualitatem necessario confitentiam: licet quini superiori sunt ordine, grauius peccent.
- 20 Continentiae perpetuae bono est nihil videatur melius, tamen meliora reperiuntur, maxime si bonum publicum concernant. & n. 21. 22.
- 20 Bona certa sunt incertis meliora, sed hoc si cetera sint paria. & n. 22.
- 21 Voluntaria Deo inuoluntarijs gratiora, cum cetera sunt paria. & n. 22.
- 21 Dispensandi iusta causa adest, cum votum maius boni impedit.
- 22 Obedientia voluntas propria, uictimis aliena caro mactatur.

CONSILIVM XXXVIII.

Q V A E R I T V R primo, an Papa iusta de causa possit dispensare, ut presbyter ritè ordinatus ducat uxore. Secundo, an etiam possit facere, ut id liceat Episcopo, vel Archiepiscopo.

Tertio, an in casu occurrenti sit iusta causa id faciendi. I AD PRIMAM RESPONDEO, partem eius negatiuam tenere Iodocum Clithoueu b & Ioannem Maiorem c & Michaelem à Medina. d Pro quibus facit primo opinio, quae adscribitur S. Thomae e nempe, quod nulla ex causa potest Papa dispensare, ut monachus contrahat matrimonium, per cap. cum ad monasterium. f

Secundo, quod status coniugalis videtur repugnare status sacerdotij, & sacri ordinis, vt significat Innocentius III. & dum consultus de quibusdam clericis coniugatis uolentibus beneficia ecclesiastica retinere, sic ait: In horum conuersatione citra haec cum psalterio male concordat. Cum ergo uir cogitet quomodo placere possit uxori, & ideo minus quae Dei sunt

a De uoto, li. 6.

b De continetia sacerdotij cap. 15. c In 4. li. sent. dist. 38. qu. 3. col. 6. & 19. d Lib. 5. ca. 7. de sacror. hom. contin. e In 2. q. 2. 88. art. 11. f §. fin. de sa. mon. g In c. diuersis fallacijs. de cleric. coning.

ualeat

ualeat cogitare, cum quasi diuisus in duo plenam sui non habeat potestatem, vt ei, à quo stipendium recipit, plenius famuletur. At Papa non potest efficere, vt repugnancia & contraria simul se compatiantur. a

2 Tertio, quod ministerium sacrorum ordinum summam requirit munditiam, iuxta illud, b Sancti estote, quia ego sanctus sum. per quod Innocentius rescribendo sancto Exuperio ait, c Seruientes sacris obligationibus puros, & ab omni labe purgatos sibi vindicare diuina ministeria, neque eos ad sacra officia fas sit admitti, qui exercent etiam cum uxore carnale consortium: quia scriptum est, Sancti estote, & c.

Quarto, quod sacrum mysterium non solum munditiam summam, sed etiam summam in ministrando animi attentionem requirit, vt praedictus Innocentius d & Cyprianus e significant. At scitur ut illud (quod non latuit glossam praedictam. f) Pluribus intentus minor est ad singula sensus. & illud, qui binos lepores vna sectabitur hora, vno quandoque, quandoque carebit utroque. iuxta l. nemo. g

3 Quinto vtget argumentum praedicti Innocentij tactum in d. cap. proposuisti. & dilatatum per Gregorium h quod sacerdotium noui testamenti mundius, reuerentius, & attentius debet administrari, quam ministerium ueteris testamenti: & quod etiam in ueteri testamento sacerdotes, quo tempore ministrabant, à coniugibus abstinebant. Cum ergo sacerdotium noui testamenti sit iugiter administrandum, sacerdos eius iugiter debet à coniugio abstinere.

4 Sexto, quod Papa non potest dispensare in lege diuina, i at lex ne sacerdos contrahat matrimonium, videtur esse diuina D. N. Iesu Christi, licet non sit scripta in Euangelij, sed tradita ab Apostolis, qualis traditio pro lege habetur diuina, vt videtur asserere Augustinus k & probatur, quia multa fecit Iesus, quae non sunt scripta, l quae Apostoli promulgarunt uerbo, & facto, non vt legislatores, sed vt legis à Christo latae promulgatores, vt omnes farentur: & consuetudo ac traditio Ecclesiastica videtur habere, quod numquam licuit cuiquam sacerdoti coniugium contrahere, & eo, ac sacerdotio simul uti. Igitur non poterit circa eam dispensare Papa.

5 Septimò, quod omnis ordine sacro initiatus est inhabilis ad contrahendum matrimonium: adeo quod ob tale contractum deponi potest. m

Octauo, quod tenere contrariam partem videtur esse in fauorem hereticorum execrantium legem inhihentem matrimonium sacris initiatis, & Catholicorum male & importune petentium, vt praefata lex abrogetur: cum quare ratione dici potest posse Papam dispensare circa eam, eadem concludi possit posse illam eam abrogare, & per abrogatione eius innumeris fornicationibus & adulterijs obuiare. 6 Nonò, quod id quod semel dicatur Deo est, non potest in usus humanos transferri. n neque consecratum potest, dum durat, definere esse consecratum. o

His tamen non obstantibus, quae uerè non obstant, contrarium est tenendum. Primò quidem, quod Papa potest dispensare circa omnem legem humanitatis in scriptis, vel sine illis latam, aut inductam. P At omnis lex, quae prohibet, ne sacerdos contrahat matrimonium, est humanitatis in scriptis data, vel consuetudine Ecclesiastica inducta: ergo circa eam potest Papa dispensare eximendo illum, aut illum ab eius obligatione iusta de causa.

7 Secundò, quod in ueteri testamento licebat sacerdotibus ducere uxores, vt palam est ex mille locis testamenti ueteris, q & Christus non inuenitur statuisse contrarium, immo ipsemet elegit in Apostolos aliquos viros coniugatos, secundum omnes.

Tertio, quod nec vlla lege naturalis est id prohibitum. Tum quod ante omnem legem diuinam supernaturaliter in ueteri testamento datam coniugati erant sacerdotes, vt probatur cap. quam periculofum. r adiuncta glossa, quae habet, quod primogeniti (non distinguendo inter non coniugatos, siue coniugatos, qualis erat Esau, cum vendidit primogenita sua Iacob, s) offerebant sacrificia: & successiue probat quod sacerdotes erant coniugati. Tum quia ius naturale definitur esse, quod est per se notum, aut ex eo in bonam consequentiam infertur, iuxta ius naturale. t & traditur communiter à Doctores v & à S. Tho-

ma. a At nõ est per se notum, neq; deducitur ex per se notis in bonam consequentiam, quod sacerdos nõ possit esse coniugatus: ergo nõ est dicendum id iure naturae esse prohibitum. 8 Quarto, quod ex sacra Euangelij historia habetur, posse coniugium, & sacerdotium in eodem homine concurrere, vt concurrunt in B. Petro omnium Apostolorum Principe, de cuius focu fit mentio in Euangelio b & in Ecclesia Orientali etiam hodie concurrunt, & quidem iuste secundum omnes in eis, qui primò contraxerunt matrimonium, & postea efficiuntur sacerdotes: quod colligitur ex epistola Pauli, c & tradunt communiter omnes d & probant multa capp. quae adducit Gratianus. e

9 Quintò, quod communis opinio, in qua sunt Ricardus Palud. Ioannes Maior in lib. 4. sent. dist. 38. & glossa Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas, Panormitanus, & communiter omnes f immo & Caietanus alioquin defensor acerrimus S. Thomae g tenet, Papam posse dispensare cum monacho iusta de causa, vt contrahat matrimonium. At omnes reputant difficilius defendere, quod Papa possit dispensare cum monacho, quam cum ordine sacro insignito: ergo à fortiori poterit dispensare cum eo.

Sextò, quod etiam S. Thomas qui communiter dicitur tenere i quod non potest Papa dispensare in voto solemniter castitatis, expressè affirmat ibidem Papam posse dispensare cum presbytero iusta de causa, vt contrahat matrimonium: quod ipsum affirmat Caietanus & Sotus k addentes, quod dispensatio sua: Sanctitatis ualere, etiam si absque iusta causa id faceret, nisi esset iniusta.

ro Septimò, quod continentia non est de substantia & essentia sacri ordinis, nec suapte natura illi adeo annexa est, quod separari nequeat. T um quod nullo iure id cauetur. T um quod per sacras literas constat esse inuenta, & adhuc inueniri separata aliquando iuste, aliquando iniuste. Iuste quidem in Petro, & alijs, qui simul fuerunt sacri, & coniugati, & in Orientali Ecclesia omnes, qui post coniugium contractum ordine sacro initiati, vt praedictum est. Iniuste uerò omnes coniugati, qui in Ecclesia Latina, post coniugium legitime contractum, sine vlla dispensatione, & sine legitimo uxorum consensu sacris initiati, hi enim uerum ordinem, & eius characterem indelebilem suscipiunt, & sunt sacri, l & nihilominus sunt ueri mariti suarum uxorum: ergo non sunt inseparabiliter coniuncta, & consequenter legitima potestatis possunt separari. Per quam rationem S. Thomas posuit inter monachatum & presbyterium praefata differentia, nepe quod possit dispensare cum presbytero, non autem cum monacho.

11 Octauo, quod Sacrosancta Sedes Apostolica frequenter dispensauit cum subdiaconibus, & aliquando cum diaconibus, vt contraherent matrimonium, vt multi testantur, praesertim praefatus à Medina, qui m ait, se uidisse multas subdiaconorum dispensationes, & non paucas diaconorum. Ramirus delato sibi regno Aragoniae, item Ramianus, qui monachus & archipresbyter erat, matrimonium ex dispensatione S. Sedis Apostolicae contraxit, vt testantur Paludanus, Caietanus & alij graues historici, quos nouè citauit praedictus à Medina n & late confutat id negantes, o & videtur quod Papa id fecit tamquam Vicarius Christi, assistente sibi diuina prouidentia, & habito grauisimorum uirorum consilio, quod grauisima res exigebat, & ita pie credi potest non potuisse errare, iuxta doctrinam S. Thomae p communiter receptam. Cum ergo nullo iure diuino naturaliter indito, neque supernaturaliter tradito uentur sacerdotibus matrimonia: cumque continentia, & sacerdotium nõ sint inseparabiliter annexa, immo ipsiusmet D. N. Iesu Christi electione sacerdotia & coniugia in eisdem hominibus simul concurrant: cumque Sacrosancta Sedes Apostolica nõ solum cum sacris ordinibus initiatis, sed etiam cum monachis dispensauerit frequenter: cum denique S. Thomas & alij, qui mordicus tenent non posse Papam dispensare cum monacho, vt matrimonium contrahat, inueniunt & expressè affirmant posse dispensare cum pres-

a 1. 2. qu. 94. art. 1.

b Mar. 1. & Luca 4.

c 2. ad Timo. 3. & ad Titum 1.

d In 4. sent. dist. 38.

e In dist. 27. 28. & 31. & 32.

f Ca. cum ad monasterium. §. fin. de stat. mona.

g In opuscul. sua. toro i. tra. 27.

h In lib. 7. de iust. & iur. art. 3.

i In 2. 2. qu. 85. art. 11.

k Vbi supra.

l Cap. quod quidam. 1. q. 1.

m In dist. lib. 5. c. 28.

n In dist. lib. 5. c. 32.

o In quoli. bet. 9. art. 10.

p In quoli. bet. 9. art. 10.

q Et Luc. ca. 1. & d. ca. pro posuit. ex ca. licet Heli. de simon.

r 17. q. 1.

s Gene. 25. t. 1. dist. v In 3. lib. sententiarum. dist. 37.

bytero



bytero iusta de causa, vt id ei liceat: intrepidè tenendum est posse Papam de plenitudine suæ potestatis dispensare cum quolibet sacro ordine initiato, tam presbytero, quam subdiacono, & diacono, iusta de causa, vt id ei liceat.

12 Ad ea, quæ in oppositum adducta sunt, responderetur, concedendo præfatos Ioanem Clithoueu, & Ioannē Maiorē, & aliquos alios id tenuisse, quos Michael à Medina videtur sequutus a sed hunc b declarasse suam sententiam intelligendam esse in hoc sensu, quod nō potest Papa dispensare cum presbytero, vt ita contrahat matrimonium, quod simul vtatur eius, & sacrorum ordinū exercitio, nō autē quod nō possit dispensare, vt relicto factorū ordinū exercitio possit vi coniugio, & actibus cōiugalibus. Quæ declaratio honestissima quidem restrictio est, & digna, quæ in casu præfenti suscipiatur, & seruetur. Quamquam profecto rationes pro nostra parte adducte probant, quod stricto iure Papa de plenitudine potestatis, si iusta causa occurreret, posset dispensare, vt etiam aliqua temporis parte vteretur exercitio sacerdotis, non vtendo eodem tempore exercitio coniugij more antiquo sacerdotum veteris Testamenti, & nouo sacerdotum Orientalis Ecclesiæ. Quamuis arbitrer vix posse occurrere vllam iustam causam, quæ ad tam amplam relaxationem faciendam sufficeret: vix enim potest occurrere casus, in quo non sufficiat dispensatio ad contrahendum coniugium, & vtendum eo, abstinendo à sacrorum ordinum exercitio.

Ad primum ergo argumentum oppositorum responderetur, negando assumptum in eo nempe quod Papa non possit dispensare cum monacho iusta de causa, vt matrimonium contrahat, per adducta in argumento quinto pro nostra parte formato.

13 Ad secundum autem responderetur, concedendo quidem honestum & decorum esse, vt ministri sacrorum à coniugijs abstineant: & ideo laram esse legem, qua sacris initiati sunt inhabiles ad coniugia. c Negando tamen, quod suapte natura ita sibi repugnent sacerdotium, & coniugium, vt nulla potentia in eodem concurrere possint, per adducta in primis quatuor argumentis, d pro nostra parte formatis.

Ad tertium, quartum, & quintum, responderetur primò, concedendo quidem ministerium sacrorum magnā munditiam & attentionem requirere, negando tamen, quod sufficienter non possint habere, separando se ad tempus ab exercitio coniugali, vt esse credendum habuisse se Aaronem, Samuelem, Zachariam, & alios similes. Secundò respondeo, quod in proposito casu non querimus dispensationem, qua liceat viro sacro contrahere matrimonium, ita quod possit vi eo simul & ordinum exercitio, sed vt relicto alijs sacerdotibus sacerdotali ministerio ipse ob magnam necessitatem occurrentem coniugio contrahendo vtatur. cui rei nihil obstat illa duo argumenta.

14 Ad sextum respondeo, quod duplicis generis sunt traditiones Apostoli. vt colligitur ex S. Thoma recepto e præfertim in responsione ad primum. Aliæ quidem, quas ipsemet Christus tradidit, quales sunt traditiones sacramentorum, & fidei Catholica, quarum non fuerunt latores, sed promulgatores Apostoli. Aliæ verò, quas ipsi sua potestate tanquam Prælati Ecclesiæ tradiderunt, qualis est de non comedendo suffocatum lata in suo Concilio omnium primo, f qualis item est de non ordinando bigamo, & priores quidem esse diuinas leges, & indispensabiles, posteriores autem humanas, & dispensabiles, vt ibidem ait S. Thomas receptus & quod lex ne viri sacrati ducant vxores non est traditio prioris ordinis, seu speciei, sed posterioris: & ita potest circa eam dispensare Papa, qui eandem potestatem habet, quam ipsi Apostoli à Christo susceperunt. h

15 Ad septimum concedimus omnem virum ordine sacro insignium esse inhabilem ad matrimonium contrahendum iure humano Apostolico: negamus tamen esse inhabilem iure naturali, vel diuino supernaturaliter dato, vt supra probatum est: & consequenter potest Papa circa illud dispensare, cum sit supra omne ius humanum. i

Ad octauum negamus vllum ex hoc fauorem præfati hæreticis, neque Catholicis improbè petentibus relaxa-

tionem legis de continentia viris sacris imposita: non enim ex eo, quod Princeps possit abrogare aliquam legē, & illum aut illum eximere ab ea, consequitur conuenire reipubl. vt eam abroget: & ita licet ex nostra conclusione inferatur, posse Papam de plenitudine potestatis præfata legem abrogare, vt humanitus latam, non tamen ex eo inferitur conuenire reipubl. vt ea tollatur, cum plurimis rationibus conuincatur illam legem esse conuenientem, decoram, & valde vtilem reipubl. Christianæ, & statui clericali, & Deo deuoto quarum multas colligunt præfatus Sotus & Medina vbi supra.

16 Ad nonum respondet Caietanus a & præfatus à Medina b ex quorum & aliorum mente, præfertim Ioannes Andreas c responderetur primò, quod illa regula, semel, procedit in translatione rei Deo dicatæ, ad humanos vsus, facta sine causa, & per non habentem ad id potestatem: non autem de translatione facta iusta de causa per habentem potestatem, qualis est Papa, qui licet mea sententia non possit de plenitudine suæ potestatis passim & quomodolibet transferre ad humanos vsus, neque per quamcumque auctoritatem, & propter quamlibet causam, negandum tamen quod non possit aliquo casu transferre per auctoritatem Vicarij summi administratoris omnium Dei aliquid Deo dicatum, occurrente grandi necessitate illius casus: vt sacerdos Achimelech panes propositionis Deo sanctificatos tradidit Dauid, & pueris eius laicis ob necessitatem famis, qua premebatur d per quod & illud. e

Misericordiam volo, non sacrificium, probauit Dominus f licere sabbato discipulis suis esurientibus vellere spicas, &c. & consequenter tempus sabbatorum Deo dicatum & sanctificatum posse propter necessitatem & caritatem in vsus hominum impendi: vnde D. Ambrosius g definit, vasa aurea & argentea Deo sacra posse in redemptionem captiuorum, & in sustentationem pauperum impendi, non solum fracta, vel alio modo profanata, sed etiam durante sanctificatione, per illa verba. q uod si desunt noua, & que nequaquam initiata, id est, sacra videantur, & in huiusmodi, quos supra diximus vsus omnia arbitror pie posse conuerti. Vnde necessitate, instante vt recte Caieta ait, liceret in calice, vel alio sacro vase bibere. Secundo responderi potest, quod assumere rem sacratam in vsum & medium necessarium ad componendam vel conseruandam alicuius magni populi Christiani pacem, vel fidem Catholicam, & caritatem, & gratiam Dei, qua in æternam gloriam perueniatur, non est rem sacratam assumere in vsus profanos, sed pios, & sanctos: pro valde enim sacra & pia re commendauit D. N. suis Discipulis pacem & caritatem, per illud, Pacem meam do vobis pacem meam relinquo vobis. & illud, Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. & alia plurima, quibus apte respondet illud Concilij Viennensis. h Nisi tempore pacis non colitur pacis auctor.

17 Tertio, quod licet Deo dicata non possent transferri ad vsus humanos, qui suapte natura, & iure nature essent contrarij vsui diuino, ad quem sunt dicata, possent tamen transferri ad vsus humanos, qui solum iure humano sunt illis cōtrarij. Potest enim Papa facere facultatē, vt presbyteri & monachi arma capiant in infideles, & alios iniuste bellantes, ob magnam necessitatem, licet iure humano sint eis verita, iuxta cap. clerici. cum ei concordantibus i & quod iudicarent in causis criminalibus sine vllō metu irregularitatis, licet iure humano id eis veteret, k & ita licet iure humano sit vetitum coniugium ordine sacro insignito, quia tamen non est suapte natura & iure naturali ei contrarium, potest per auctorem eiusdem iuris humani ob iustā causam ad id habilis fieri.

18 AD SECVNDAM QVÆSTIONEM respondeo breuiter, quod sicut Papa iusta de causa potest facere facultatem ducendi vxorem presbytero, ita potest facere etiam Episcopo, Archiepiscopo, & cuiuslibet superioris. Tum quia eadem lege continentie obligantur presbyter, diaconus, & subdiaconus, qua Episcopus, & Archiepiscopus, & alij superiores. iuxta ca. lex. l cuius verba sunt hæc, Lex continentie eadem est altaris ministris, quæ Episcopis, aut presbyteris. Ad idem facit cap. Episcopus. m & ita vna & eadem lege, siue vno & eodē voto solemniter tenetur quis, &

a In d. traci. 27. tomo 2. b Præfatio lib. 5. ca. 49. c In Mercuria, præfata, regular. semel Deo. & in d. ca. cū ad monasterium de sua monach.

d i. Res. c. 21. e Ofec. 6. f Mat. 12. & Luc. 6.

g Cap. anu. 12. q. 2.

h In princip. clem. dudum. de sepul.

i De vita & honest. cleric. k Ca. sententiam sanguinis. ne clerici. vel monachi.

l 31. dist. m Et c. omni. no. eandē dist.

eadem

a In præd. lib. 5. ca. 7. b Eod. li. cap. 100.

c Cap. ante trinitum. 31. dist. & clem. 1. de consang. & affin. i. d. Et in 7.

e Quolib. 4. art. 13.

f Absum. c. 15. g 1. ad Timo. 3. ad Tit. 1. & 2. dist. per totam.

g Cap. in no. 21. dist. c. 1. de homic. li. 6.

i Le. princeps. de legib. cap. cūta per mūdum. 9. qu. 3.

eadem obligatione ad continentiam, suscepto solo subdiaconatu, quod tenetur postea suscepto diaconatu, presbyteratu, & episcopatu, & adeo quidem, quod licet magis peccet fornicando, qui est omnibus sacris ordinibus insignitus, quam qui solum subdiaconatu, eadem tamen specie peccati peccat, & non interuenit circumstantia, quæ mutat speciem peccati, necessariò confitenda: sicut nec religiofus, qui est prælatus alicuius ordinis, fornicando peccat alia specie peccati, quā si esset religiofus simplex professus, cum vno & eodem voto solemniter castitatis omnes obligentur, per ea quæ post alios dicimus in Manual. confess. a

19 Tum quia in assumptione subdiaconatus omnes incipiunt obligari ad continentiam, & fieri inhabiles ad coniugium siue voto expresso, siue tacito, siue inuoluntati statuto Ecclesiæ. b Tum quia episcopatus non est ordo, secundum communem Theologorum sententiam, c esto quod opinio Canonistarum contraria magis consona videtur iuri communi, & Concilio Tridentino per ea quæ diximus in Man. confessoriorum, d & ita certius est Episcopū obligari ad continentiam ratione ordinum subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus, qui secundum omnes & ipsā fidem Catholicam sunt veri ordines, quā ratione Episcopatus, qui non est verus ordo secundum communem Theologorum.

20 AD TERTIAM QVÆSTIONEM responderetur, quod pro parte negante, nempe, quod non occurrat iusta causa dispensandi in casu præfenti, facit primo illud. e Non est aqua ponderatio cōtinenti animi, quod secundum aliquos sonat nullum esse bonum melius continentia perpetua.

Secundo, quod bona certa meliora sunt incertis, f & præsentia futuris, iuxta illud Claudiani citatum à glossa. g Omne futurum Despicitur. suadent q, viris præsentia fructu. At in proposito casu bona, ob quæ petitur hæc dispensatio, sunt, quod nisi certus successor præfatis Regis declararetur, multis rationibus timetur maximus tumultus vnus magni Regni, magnæq; seditiones inter magnates eiusdem Regni prætententes illud sibi competere, maxima item bella inter ipsum Regnum, & eius regnicolas ab vna parte, & quosdam alios Reges, & principes externos, qui iure cognationis, vel alio illud sibi obuenire videntur putaturi, & quies futura & prouentura ex matrimonio per dispensationem contrahendo. at ea ob quæ Innocentius & omnes alij, h & Ioannes Andreas, i & D. Thomas, k & reliqui omnes tenent Papam posse dispensare cum presbytero, debet esse certa: hæc autem sunt incerta & futura, ergo non sunt aquæ bona, ac bonum continentie præfens, & certū, quod amittitur, & consequenter nec iusta causa dispensandi super illo.

21 Tertio facit, quod cum voluntaria gratiora sunt Deo, quam inuoluntaria, l & coniugium sit futurum inuoluntarium huic, pro quo petitur dispensatio, qui est persona præcellentis virtute continentie prædita, cuiq; illius, quam in ætatem senectutis proximam inuoluntatiter obseruauit, vitiatum sit futura molestissima, sequitur, vt futurum inuoluntarium matrimonium non sit adeo gratum Deo futuro, ac continentie præfatis obseruatio, & consequenter vt non sit locus dispensationi faciendæ.

His tamen non obstantibus tenenda est pars affirmatiua. Primò quidem præsupposita illa vera sententia S. Thom. communiter recepti ( quicquid Altissiodoren. & aliquot alij Theologi relati à Caietano & Medina tenuerint, cōtra quos est casus in cap. 1. m nempe quod votum ex iusta causa relaxari potest, dicendum est autem iustam causam dispensandi adesse, cum votum est maioris boni impedimentum, siue impeditium, vt docet S. Thom. communiter receptus. n At in casu proposito votum continentie est impedimentum maioris boni, nempe certi successoris in Regno, ergo, &c. Secundo, quia omne votum cōverti potest in melius at bonum commune est melius & dignius bono priuato. o Ergo votū continentie, quod cōtinet bonum priuatum, potest auctoritate legitima conuerti in sacramentum matrimonij, per quod certus Regni successor, & consequenter pax, & Christianismus eius conseruetur. Multa præterea Indiarum, & noui orbis Regna, quæ Christianif-

a Cap. 7.

b Ca. à mul. tu. de asus. & qualitat. & d. c. ante trinitum. & alij. similibus 31. dist. c In 4. dist. 24. d Ca. 22. nu. 18.

e Ecclesiasti. c. 26.

f Cap. si quis auerem. de pœnit. dist. 7. g L. cum ij. ff. de transactio.

h In dicto c. cum ad monasterium. i In præfatione Mercuria. l k 2. 2. qu. 88. art. 11. l Ca. merito. 15. q. 1.

m Et ca. non est de voto.

n In d. q. 88. art. 10. in corpore q. n Ca. scriptura. cū ibi motus. de voto. o Ca. licet. de de regul.

num susceperunt, & conseruant auctoritate, prudentia, potentia, & virtute militari Regni, cuius successor certus quaritur, deficerent à sedere Regni, immo & à fide Christi, quam susceperunt, & in dies suscipiunt, si orbata prædicti Regni pace impediretur opportunitas mittendi ad ea Proreges militib. & armis de more munitis. quin & merito timeri potest, quod exorto bello, & tumultu ob defectum certi successoris, aliis aliunde subsidia petentibus, aliquot hæreticorum cohortes in illud euocarentur, qui Christianissimum illius regni limpidiissimū cōmacularēt in maximam lesu Christi irreuerentiam, & sacrosanctæ Sedis Apost. iacturā, cū primis omnium sit ei obedientissimum. Ergo non solum iusta, sed etiam iustissima causa est in casu proposito dispensandi, immo & compelli di dispensatum ad matrimonium contrahendum, vt quidam Ramirus monachus & presbyter fuisse coactus referatur à Paludano & Caietano. a

22 Ad primum oppositum responderetur negando, quod non occurrant multa bona maiora, quam cōtinentia: omnes enim virtutes Theologica, & actus earum, religio vitæ, & actus eiusdem, puta deuotio, sacrificium, & oratio, sunt potiora bona, quam continentia, & actus eius, vt colligitur ex S. Thoma communiter recepto, b dum virginitati, & actibus eius, scilicet castitatis, præfert dictas virtutes, & actus earum.

Ad secundum, admittendo quod bona certa cæteris paribus sunt in certis meliora, dico quod in hoc casu cætera non sunt paria: quia bonum conseruandi pacem & Christianissimum vnus Regni, & multorum pendendum ab eo, longè maius est, quam bonum continentie priuati vt prædictum est: & præsentia licet cæteris paribus sint meliora futuris, non tamen cum cætera non sunt paria: maius enim bonum est magni redditus alicuius fundi, oppidi, vel beneficij futuri anni sequentis, quam decem scura præfentia, quod satis probat dicta l. cum ij, c ff. de transact. & nos resoluimus d. c. si quis autem.

Ad tertium concedimus etiam quod cæteris paribus meliora sunt, quæ grata voluntate sunt, iuxta illud Apostoli, Hilarem datorem diligit Deus. non autem cū cætera sunt imparia. Cū enim iubemur accipere lata & grata, iminuitur meritum accipiendo ea promptè & lætè, & augetur, cū ingrata & non placetia accipiuntur propter solā obedientiam, iuxta Gregorium in c. sciendum, d cuius finis sic habet, Obedientia victimis iure præponitur: quia per victimam aliena caro per obedientiam verò propria voluntas maclatur. Et ita in casu proposito quanto magis maiestas personæ, cui dispensatio quaritur, est suorum omnium æqualium præcellentissima, & virtute continentie resplendentissima, & ab actibus coniugalibus etiam sanctis abhorrentissima, ita nolens volendo coniugium ob amorem Dei, & caritatem suæ Reip. Christianæ, quæ est omnium proximorum maximè proxima, præcellentem sibi gratiam apud Deū, & præcellentissimum meritum merebitur apud Deū, qui Regiam eius maiestatem, quam diuissimè seruet, & eidem abitu in gloriam seraphicam prouideat filium successorum sui patris in regnando cōsummationem. Quæ tumultuario quasi studio scripta cuiuscumque melius sententia censura subiicimus.

S V M M A R I V M.

1 Subdiacono, qui publicè ordinem suscepit, vt ducat vxorem, non est concedendum ex ea solum causâ, quod ordinem, cū esset diues, dolo consanguineorum putans se pauperem, inductus suscepit.

C O N S I L I V M X X X I X.

ANADOLESCENS circiter viginti annorum in Hispania natus, & Roman delatus, initiatus ordine subdiaconatus, illectus importunis precibus parentum, & aliorum cognatorum, & dolosis circumventionibus eorumdem, & aliorum, occultatione dolo adhibita donationis, & institutionis vltimæ voluntatis, quibus reliquit ei longissime absente auus eius prædiues magna bona temporalia, quæ sufficerent ei ad viuendum nobiliter Romæ in statu cōiugali, quod si nouisset, numquam fuisset ordine præfato insignitus: quas preces, dolos, & fraudes parentes eius & cognati adhibuerunt, & adhiberi fecerunt, ne ipse ab eis

a In d. traci. 27. in d. col. vltima.

b In 2. 2. qu. 152. art. 5.

c Vt ibi notatur.

d 5. 1.

vedicaret vel repeteret bona sibi donata, & relicta. Quæstio inquam resultans est, an præfatio N. volenti ducere vxorem debeat dispensatio de iustitia temperata gratia quadam, & æquitate.

1 Respondeo primò, præfatum Dominum consulentem non posse de pura iustitia retrocedere nec in foro conscientie, nec in foro exteriori. Secundo, adesse quidem etiam notabilem causam dispensandi, non tamen tantam, quanta meo iudicio requiritur, vt dispensatio sit omnino iusta, cum ordinatio præfata sit manifesta, nisi aliquid aliud, quod iustitiam illius compleat, accedat. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1. *Votum transseudi ad arctiorem obligat, & Prælatus illud irritare nequit.* & 2. *Regularis subest Prælato quo ad contenta in regula, & opportuna ad eam seruandam.* & nu. 4. 3. *Prælatus regularis dispensare, & commutare valet votum transseudi ad arctiorem suo subdito.* 3. *Referuatio commutationis & dispensationis votorum Papa est lex exorbitans, & ita non extendenda.*

CONSILIVM XL.

Quæritur ex facto, primò an votum religiosi de ascendendo ad arctiorem religionem factum sine auctoritate Superioris obliget eum.

Secundò, an superior possit irritare.

Tertiò, an possit dispensare iuxta illud.

Quartò, an possit commutare illud.

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM respondetur affirmatiuè, quod obligat votum: quia quo ad hoc non subiicitur religionis Superiori, vt colligitur ex vtroq; Thoma, & in specie determinant Caietanus, & Sotus, & quidem satis vtiliter, ac nouè, quoniam monachus nullà videtur habere propriam voluntatem, sed à voluntate Superioris pendet, iuxta c. non dicatis, in cuius commentatio latius diximus.

2 Adeo quod subiiciatur Superiori, & hoc quo ad omnia cõtena in regula, & etiam quo ad non contenta, si quæ tamen sunt, vel esse possunt opportuna regula seruanda, exitus tamen & transitus ad aliam religionem non est de contentis in regula, nec de opportunis ad eam seruandam, immo potius de contrariis, iuxta cap. licet. & ei adnotata, f per quod limitatur illud Basilij relatum in cap. monacho. & Monacho non licet vota vouere sine consensu Abbatis sui, & si vouerit, frangendum est: ne procedat in his quæ ad exitum monasterij pertinent.

AD SECUNDAM quæstionem, quod eadem ratione, qua votum illud obligat sine Superioris consensu, colligitur quòd non potest irritare. Tum quòd quoad illud, non subiicitur ei, & potestas irritandi votu nascitur ex subiectione, per præfatum cap. monacho. & late adducta per vtrumque Thomam, h cõmuniter receptos.

3 AD TERTIAM respondetur affirmatiuè, scilicet posse prælatum, cui subiicitur præfatus religiosus, dispensare super præfato voto: quia non est votum religionis, sed de transitu ab vna ad aliam religionem: & longè aliud, & minus est, quàm votum de intranda noua religione, vt palam est, & ideo referuatio, qua votum religionis referuatur Papæ, quæ est exorbitans à communi regula iuris (quæ concedit Episcopis dispensationem, & commutationem votorum) non extendenda ad hoc, quod est minus, cum à separatis non fiat illatio, i nec iura exorbitantia sint extèdenda ad alium casum, k quæ potuit esse radicalis ratio, cur Caietanus, l & Sotus etiam, m idem determinarent.

EX QVO infertur responsio affirmatiua ad quartam quæstionem, scilicet, quòd eadè ratione; immo & maiore, potest commutare, cum longè magis sit dispensare, & cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus. n Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1. *Religionis voti commutatio Papa quidem referuata est: at vt loco vnius voti alteram etiam laxiorem ingrediatur, sicut & votum transseudi ad arctiorem, etiam inferior Papa commutat & dispensat.*

2 Religionis intranda votum, vt non intret, solus dispensat Papa: at vt alteram etiam laxiorem ingrediatur, vel ad strictiorem votu non transeat vouens, inferior Papa dispensat, seu commutat.

CONSILIVM XL I.

AN cum vouente intrare certà religionem possit dispensare alius, quàm Papa, vt liceat ei intrare æquale, vel laxiorem.

1 Ad quod respondeo, quæstionè videri nouam, sed resoluendam affirmatiuè. Tum quia aliud est dispensare, ne qui vouet religionem in genere, vel in specie, teneatur ad intrandam vnam, quod referuatur Papæ; aliud, quòd vouens vnam religionem intret aliam, quod nullibi referuatur Papæ: sicut aliud est dispensare super voto religionis, quod est referuatum Papæ; aliud dispensare super voto de transeundo ad religionem strictiorem, quod non referuatur illi, secundum Caietanum, a quem nos sequuti sumus in com. 4. de reg. b

2 Tù quia votu de intranda certa religione videtur duo vota cõtinere, alterum de intranda religione, cuius dispensatio soli Papæ referuatur, alterum de intranda hac religione, cuius dispensatio nullibi videtur Papæ referuata, sicut professio certæ religionis videtur continere duo, alterum, quòd per eam sit religiosus, super quo solus Papa dispèsat; alterum, quòd sit religiosus illius ordinis, super quo dispensant etiam alij Prælati, vt possit transire ad strictiorem, vel æqualem. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1. *Votum de non tangendo mulierem libidinosè non est castitatis, sicut nec votum non nubendi, nec sunt referuata Papæ, sed Episcopus dispensat super illis.*

CONSILIVM XL II.

AN votum de non tangendo mulierem libidinosè sit votum castitatis?

1 Videtur quòd non. Tum quod votum de non nubendo, vel de non ducendo vxorem non est votum castitatis, vt dixi in Man. c

Tum quod votum castitatis longè plura includit, quàm hoc votum: cum includat omnia quæ sexto præcepto Decalogi prohibentur, quæ sunt longè plura, iuxta ea quæ in declaratione illius diximus in d. Man. d immo & matrimonio & copulam eius, e quibus est consequens, huius voti dispensationem non esse referuatam: ideo licere eam Episcopo, per ea quæ diximus in d. Man. f Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1. *Vouens ordines sacros accipere licet sit ignarus, nec habeat titulu, ad quod ordinetur, non tamen potest coniugium contrahere: nisi sit factus incapax doctrina, vel nisi postquam arbitrio boni viri iudicabitur ei impossibile esse, vt acquirat titulum.*

CONSILIVM XL III.

VRleus vouit suscipere ordines sacros, & nõ habet beneficium, neque patrimonium, ad cuius titulum ordinetur, neque scientiam sufficientem. Quæritur an possit ducere vxorem, sicut qui vouit monachatum, & non inuenit recipientem.

1 Respondeo, credo quòd non, nisi iam sit factus doctrinæ ad id sufficientis incapax, aut prudentis arbitrio videatur impossibilis moraliter acquisitio beneficij, vel patrimonij.

S V M M A R I V M.

- 1. *Votum ingrediendi religionis non annullat collationem beneficij postea factam, sicut nec matrimonium postea contractum.*

CONSILIVM XL IIII.

Collatio beneficij facta ei, qui vouit religionis ingressum, an valeat, antequam eam profiteatur?

1 Respondeo quòd sic. Tum quia nullo iure cauetur cõtrarium.

Tum quia valet argumentum à matrimonio carnali ad

spirituale regulariter, iuxta glossam memorabile, a & matrimonium post votum religionis contractu valet, b quod mihi est indubitatum. Salua, &c.

DE STATV MONACH. ET CANONICORVM REGVLARIVM.

S V M M A R I V M.

- 1. *Monachus non est nec dignitas, nec officium honorificum: vnde nec infamis, nec irregularis, nec excommunicatus sunt illius incapaces.* 1. *Abbas monachorum laicorum si non sit clericus, honore inferior est omni clerico etiam minorum ordinum.*

CONSILIVM I.

AN excommunicatus, infamis, irregularis, coniugatus, vel alij ad beneficia Ecclesiastica inhabiles, sint habiles ad monachatum?

1 Respondetur q sic: quia secundu Federicum, c monachus non est honor, non dignitas, nõ officiu honorificu: quò fit, q etia Abbates monachorum, qui non sunt clerici, sed tantum laici, vt olim esse solebant, & aliquot fuerunt in Lusitania in monte & deserto, quod Oflam appellant, est inferior honore quolibet clerico, etiam in minoribus constituto. d

S V M M A R I V M.

- 1. *Abbatissa nisi intra annum post confirmationem benedicatur, perdit abbatiam, & hoc quo ad illa monasteria, in quibus benedici solent, nu. 2. semel autem benedicta iterum non benedicitur, nu. 2. etiam si transferatur ad aliud monasterium, nu. 4. nisi probeatur Curiam seruare contrarium nu. 3. triennali autem non videtur benedicenda, nu. 2. & 3.* 5. *Corrupta virginum consecratione consecrari non potest: sed quo ad occulte tales, loco illius dictionis, Virginitatis, potest assumi dictio, Castitatis, vel & melius, ne delictum manifestetur, potest Episcopus vti verbo Virginitatis, accipiendo illam in mente sua pro verbo Castitatis, nu. 6. benediceturq, hac non vt mera virgo, sed quasi virgo, nu. 7. palam autem corrupte si volent benedici, poterunt mutato nomine Virginitatis in Castitatis nomen: quod si recuset, cum non sint adhuc professe, poterunt de monasterio liberè dimitti, nu. 7.*

CONSILIVM II.

AN abbatissa triennalis possit, vel debeat benedici? Secundo, an monialis, de qua iudicialiter constat esse corruptam, nec ipsa id negat, immo fateatur, possit cõsecrari?

1 Respondeo, quòd pro parte affirmante facit primò ca. indemnitate, e quatenus habet, Abbatissam electam & cõfirmatam perdere abbatiam, si intra annum non benedicatur, & Clem. attendentes, f quatenus idem statuit.

Secundò quòd glossa & omnes fere Doctores quærun, an benedictio Abbatissæ sit iterabilis: quæ quæstio videtur superflua esse, nisi Abbatissa post iterato eligi, & non videtur posse iterato eligi, nisi esset temporalis.

2 Pro parte verò negante facit primò, quòd Abbatissa monasterij, in quo non est solita benedici Abbatissa, non est benedicenda, vt à contrario sensu probant præallegata, & adnot. per gloss. quam sequuntur ibi Cardin. Imol. & Bonif. 8 & vt arbitror, in nullis monasteriis solita sunt benedici Abbatissæ triennales: quoniam à paucis tẽpore cæperunt Abbatissæ esse triennales: quæuis, vt ipse puto, melius fuisset seruare antiquum morem, secundum quem Abbatissæ erant perpetuæ, vt videor mihi satis probasse in commen. cap. nullam, h & ideo ex eo, quod Abbatissæ perpetuæ consueuissent benedici, non sequitur consueuissè benedici triennales.

Secundo, quod benedictio Abbatissæ non est iterabilis, vt tenuit prædicta glo. communiter recep. i & si Abbatissa triennalis esset benedicenda, sequeretur, quòd cum sæpe posset vna eligi in Abbatissam, sæpe deberet rebenedici.

Tertiò sequeretur, quòd multa moniales manerent simul in monasterio in Abbatissas pluries benedictæ, quod non videtur decere.

3 Per quæ vltima fundamenta videtur tenenda pars hæc

posterior negans, nisi probaretur Curiam seruare contrarium, propter glossam prædicti S. statuumus, a quatenus innuit benedictionem Abbatissæ non esse iterandam, nisi Curia Romana seruaret contrarium: qua de re nil testatur ibi Bonifacius, licet fuerit Auditor Rotæ, & Stephanus, quem citant Card. & Imolenfis ait audisse, quòd aliquando fuit iterata, & ita videtur sentire, quòd raro vel nõquã id fuit factu, licet per potestatem Papæ possit illud induci.

Non obstant pro parte affirmante adducta. Ad primum enim respondetur, quòd illa iura nõ probant omnem Abbatissam debere benedici, sed solum illam, quæ solita est benedici: at nescimus Abbatissam triennalem, vel alias tẽporalem solere benedici, vt supra dictum est.

4 Ad secundum autem respondetur, negãdo, quod quæstio de benedictione Abbatissæ, an sit iterabilis, non possit vindicare sibi locum, nisi in Abbatissis temporariis: quia etiam potest in Abbatissis perpetuis, quando Abbatissa perpetua vnius monasterij eligitur in Abbatissam perpetuam alterius. Itaque videtur resoluendum Abbatissam temporariam non esse iure benedicendam, nisi Sacrosancta Sedes Apostolica aliud statuat expressè, vel seruet cõtrarium.

5 AD SECUNDAM respondeo primò, quòd nulla corrupta, etiam occulta, vltatenus potest consecrari consecratione virginum, b etiam ad euitandum, secundum S. Thomam receptum. c

Secundò, quòd vtrua licet non debeat consecrari consecratione virginum, potest tamen vouere solemniter & tacitè ipso facto castitatem, & velum professionis suscipere, & portare, d & benedici benedictione viduati, quod testatur Gulielmus, e dicens se vidisse in Vrbe Episcopum Ostiensem benedicere duas viduas inter alias virgines, quod difficile factu fuit, cum in plurimis locis fiat mentio virginum, & virginitatis in officio consecrationis virginum: nisi fortè addendo verbo virgines illa verba, & viduas, verbo virginitatem, illa verba, & castitatem, prout casus & numerus, in quibus fit mentio de virginibus, vel virginitate, requirunt.

6 Terio, quòd monialis occultè corrupta potest simulatè consecrari consecratione virginum, mutatis verbis virginitatem sonantibus in verba castitatem significantia, ad euitandum scandalum & infamiam, secundum eundem S. Thomam, f quod etsi videatur receptum ab omnibus, non tamen videtur tutum, nec vitandum: quoniam id esset infamare consecrandam, vel benedicendam, cum semper aliquot periti, præsertim ministri Episcopum, soleant interesse huiusmodi cõsecrationi, & audientes loco nominis sonantis virginem vel virginitatè, poni nomè castitatis, intelligerent eam esse corruptam. Quare satis putarem, vt Episcopus pronunciatet verba ipsa consecrationis, qua virginem & virginitatem sonant, accipiendo illa intra mentem pro verbis castitas, & castitatem significantibus: per quod excusaretur mendacium simul, & scandalum, per ea quæ nos insimul post alios tradimus in Man. conf. g & in cap. humane aures. h

7 Quarto, quod monialis, de qua est quæstio, & quæ palam scitur esse corrupta, potest benedici benedictione, qua moniales viduæ benedici debent, de qua tamen non videtur haberi rubrica specialis in Põsticali: licet illa, qua benedicuntur virgines, adaptari posset, mutatis nominibus significantibus virgines, & virginitatem, in nomina significantia viduitatem, & castitatem, vt S. Tho. supra citatus significauit, i in consecratione virginis occultè corruptæ fieri possit. Quia per hoc responderi potest ad argumentu propositioni quæstionis insertum, videlicet quod non benediceretur vt vera virgo, neque, vt vera vidua, sed benediceretur vt quasi vidua, sicut & virgo occultè corrupta benedicitur vt quasi virgo, & ita non est necessarium eicere illam ad alia loca, modo Abbatissa & moniales velint eam retinere secum, & vt faciat professionem quasi viduæ: si enim noluerit id pati, oporteret eã adire aliud monasterium conuertitarum, vel aliarum monialium, vbi beneuolas inueniret receptrices, vel rediret ad suos cognatos, aut nubere alicui: quoniam moniales primi monasterij, licet recepissent eam ad velum conuersionis, & probationis, non tamen tenentur, si nolint, admittere illam ad

a In verbo benedictio.

b Capit. acutius. 20. dist. c. deuotis. & c. inueniunt. 20. q. 1. c. Li. 4. sent. dist. 34. qu. 1. art. 5. & sent. in eod. lib. dist. 33. qu. 3. art. 1. d. Ca. vidua. de regul. c. In ratio. di. m. off. li. 2. c. 1. nu. 48.

f In d. art. 5.

g Ca. 25. nu. 42. & ca. 18. nu. 01. h 22. q. 5.

i D. art. 5.

a In 2. 2. qu. 88. art. 8. b Ibidem col. vlt. in vers. ex quibus omnibus.

c Li. 7. de inst. & iure qu. 3. art. 1. col. 3. d 12. q. 1. e Et ca. quoruãdã. & c. v. religiosus. de elect. li. 6. f De regula. g 20. q. 4.

h Vbi supra.

i L. Papiniana. ff. de minorib.

k Ca. ea que. & c. odia. de regul. iur. lib. 6. l Vbi supra. m Vbi supra. n 4. ar. 3. col. 4.

o Cap. cui licet. de regul. iur. lib. 6.

a In 1. 2. qu. 88. art. 8. b In c. statuumus. 19. q. 3. n. 10. & sequ.

d Ca. à subdiacono. 93. dist.

c Ca. 12. nu. 43.

d Cap. 16. à num. 12. e Ca. vocationibus. 12. q. 1. f Nu. 12.

e S. verum. de elect. li. 6. f S. statuumus. de statu monach.

g In d. S. statuumus.

h 18. q. 2.

i In d. S. statuumus.



professionem, neque ad velum consecrationis: cum sicut nouitia intra annum professionis potest libere exire de monasterio, si ei non placet, ita monasterium possit, antequam profiteatur, eam eicere.

Quinto addo, quod benedictio veli monialium, quod etiam vidua aptatur, ponitur in dicto Pontificali: & quod forte benedictio, qua benedicitur electus laicus in monachum, conueniret tam vidua, quam huic palam corrupte, mutato verbo monachus in monacha, & verbu seruus in verbum ancilla. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Confiteri iterum semel legitime confessum peccata obligari nemo potest sine eius consensu. nu. 3. & 59.
2 Restituere temporalia cum fame iactura nemo cogitur, si iactura sit notabilis. nu. 6.
3 Excommunicatio sine monitione ferri non debet nisi pro futuris culpis. nu. 9.
4 Statutum Carthusianum de reuelando Superiori sibi appropriata intra tempus prefixum, validum, & vitale. nu. 3.
5 Confessor erga confessum, propter peccata audita, aliter circa multa, qua extra confessionem tractantur, se habere potest, & ob peccata sibi confessa potest talem non eligere ad aliquod munus.
6 Religiosus damnatus, que ordini intulit, restituat parcius viuendo.
7 Carthusiani debent superflua communitati restituere.
8 Confessio sacramentalis etiam si fiat Prelato, notabilem fame lesionem non inducit.
9 Detractio propria fame vt plurimum venialis.
10 Furtum, & appropriatio parua etiam in Carthusiano no est mortale. nu. 14.
11 Peccatum veniale placendo fit mortale, si ad sit legis precipientis contemptus. nu. 16.
12 Furans minimum animo domino notabiliter nocendi mortaliter peccat. nu. 17.
13 Mendacium non omne etiam formale est mortale, contra quosdam numero 17.
14 Proprietas, & voluntas appropriandi, monachis est peccatum, sed non mortale, si sit rei modica. nu. 17.
15 Statuto Carthusiano propriarius 12. denarioru caret sepultura.
16 Sepultura caret tantum qui in mortali mortui esse noscuntur, non veniali.
17 Paruitas rei, subreptio, & iudicij defectus passim excusati a mortali, etiam si sit transgressio voti rei modica facti. nu. 17.
18 Peccata omnia esse mortalia dicere hereticum.
19 Proprietatis peccatum mortale eadem quantitas in religioso, qua in laico, furtum mortale facit.
20 Furtum mortale non videtur, quod non excedit vnum regale. n. 19.
21 Proprietas vltra tres solidos statuto Carthusiano excommunicatur.
22 Capitulum Carthusianum generale, & Priores excommunicare possunt.
23 Priores Carthusiani non excommunicant, sed denunciant propriarios excommunicatos.
24 Suspensionem non incurrit verbo denunciatus aliquem excommunicatum, qui incurrit sic excommunicando: sunt enim diuersa. & n. 65.
25 Statutum Carthusianum omnes subditos propriarios excommunicans comprehendit etiam plene donatos, qui subditi sunt, licet votum paupertatis non emittant. nu. 23.
26 Donati plene sunt subditi or dini.
27 Dispositio aliqua ex parte odiosa, ob rationis identitatem extenditur ad latam significationem, saltem cum talis conici, potest intentio statuentis.
28 Pluribus vicibus minuta, que simul iuncta facerent notabilem quantitatem, subtrahens numquam peccat mortaliter, dummodo nunquam habuerit voluntatem capiendi notabilem quantitatem, licet sortis teneat hunc mortaliter peccare vltima vice, per quam deuenitur ad notabilem summam, nu. 25. hacque sit communis, nu. 27. & 45. attamen in foro conscientie potest teneri illa procedere, quando committendo vltima furta recordatur preteritorum, alias non peccaret, nec consequenter teneretur restituere, cum minus peccet, qui non restituit, quam qui furatur. num. 24. & 27.
29 Euentus, cuius nullum speratur fructus, frustra expectatur.
30 Impotens ad restituendum, sed non ad reuelandum, licet excusetur a restitutione, non tamen excusatur a debita & precepta reuelatione. nu. 29.
31 Denunciandum non est correctus ad futurum lapsum cauendum, nisi ad id quis speciali iure teneatur.

- 30 Restituens ante tempus ad restituendum prefixum penam euadit, & obligationem manifestandi.
31 Priuatio presupponit habitum.
32 Donare que quis iuste potest, potest & similiter don. mti consentire. & 64.
33 Restitutio, & debiti remissio exequantur.
34 Carthusiani a reuelandis appropriatis non excusantur ob remissionem factam a Prelatis.
35 Prior impensa a monachis ratificare nequit, nisi sint impensa in vtilitatem monasterij, vel pios vsus, iustamve remunerationem.
36 Prior remittens generaliter appropriata male facit, operatur autem eius remissio facta ante incursum excommunicationem, vt qui in licitos vsus expendunt, non teneantur restituere, & successiue nec manifestare, aliis autem non prodest.
37 Absoluendi facultas priuilegio perpetuo dignitatis competens est delegabilis, sicut & competens virtute alterius ordinaria potestatis.
38 Carthusianus propriarius per Cruciatam absolutus a peccato, remanet tamen obligatus reuelare prelato hanc ipsius appropriationem.
39 Excommunicatus, nisi prania satisfactione per Cruciatam absolui nequit.
40 Acta a delegato, postposita forma sibi prescripta, sunt nulla.
41 Absolutio a Papa delegata cum clausula, Secundum iuris formam, ea non seruata, valet: quia tantum importat monitionem, & non formam, nisi aliter constet de mente Pape.
42 Priuilegium principis citra tertij preiudicium interpretandum.
43 Iudici quo ad penam nondum impositam non est satisfaciendum.
44 Absolutus ante satisfactionem ad effectum querendi lobelatum, statim in viroque foro reuincit secundum clausulam in lobelao Greg. XIII. insertam.
45 Regularis furans, vt querat monasterio, peccat semel, sibi autem appropriando, bis, vel semel cum circumstantia confitenda.
46 Excommunicationes pro re leui ab homine ferendas, non a iure latas vetat Concilium.
47 Abbas vel Prior in odiosis appellatione monachi non venit regulariter, presertim vbi est probabile disponentem de ipsis non fuisse.
48 Excommunicatio Papalis, eum qui eam denunciat, aequè ac alios comprehendit, si sit in eadem culpa.
49 Regularis literas dans, vel accipiens propriarius dici tunc debet, quando litera ipse dat a recepta reputari solent vt bonum aliquod pecuniarium, secus si reputentur res nihili. & nume. 44. & seq.
50 Regulari non licet reliquata distribuere in pios vsus, nisi cum certa portio pro victu & vestitu assignatur, quia tunc in dubio videtur ita data, vt reliquata possit in pios vsus distribuere, & 48. nisi aliunde constet de contraria Superioris intentione: quia tunc non poterit distribuere. nu. 47. 48.
51 Licentia dandi superflua pauperibus regulari, virtutis magis, quam viti occasio est.
52 Legatum monacho, donec prelato eo ad suos vsus vti ei permiserint, valet: an autem expediat ordini illud repudiare, vel non, ex diuersitate circumstantiarum per prudentia regulas diffinienda. num. 52.
53 Propriarius est, qui occultè vel contra voluntatem prelatis aliquid tenet.
54 Regulari bona temporalia vt ita assignentur, vt sine Superioris sui regularis vel Pape licentia de illis in suos, vel alienos etiam pios vsus, modò no agatur de extrema necessitate, disponere licitè possit, nulla cautela, vel via fieri potest. & 51.
55 Papa omnium monachorum superior, immo & omnium Christianorum, concurrat, cum omni Prelato in iurisdictione.
56 Intellectus statuti Carthusiani de nouitiorum donationibus.
57 Regularis de licentia Prelati pro Missis dicendis quid capere potest ad vsus licitos presertim certos impendendum.
58 Prelati ad arbitrium impendi censetur, quod de illius licentia impenditur.
59 Peccatum omne mortale ante communionem consistendum.
60 Intellectus Carthusiani statuti de reuelando propriariis peccato.
61 Confessionem iteret, qui peccatum mortale non fuit confessus, nisi obliuione vel ignorantia excusetur probabili.
62 Confessori eidem consistenda reseruata & non reseruata, nisi in in certis casibus.
63 Absolutus legitime a reseruatis cum iusta obligatione illa iterum Superiori consistendi, tenetur secunda vice illa cum ceteris postea

- commissis, vel prius oblitis, integre confiteri sacramentaliter. nu. 61.
62 Vicarij alterius factum, in iis, ad que sua potestas se extendit, censetur vt factum ab illo, cuius est vicarius. & 63.
63 Commendatarius abbatie, seu cui libera Ecclesia administratio est concessa, potest omnia, qua titularis, immo & potest esse delegatus, sed non potest alienare immobilia.
64 Consensus tacitus prelatis ex communi vsu ab eo scito, & non contradicito colligitur.

CONSILIVM III.

ILLVSTRIS ADMODVMQVE REVERENDI IN CHRISTO PATER, ET Domine mi per quam colende.

Agnosco in primis, vir multis nominibus suspiciende, culpam in respondendo ad te adeo tardè admittam: tamen excusari possem ob frequentissimas à multis orbis partibus quaestiones, vt decidam, missas, & multitudinem, grauitatemque dubiorum, qua tua hac epistola in librum iustum aucta continet, super omnia verò phrasim elegantissimam, verborum & rerum selectarum copia, & apta economia redundantem: cui parem referre nequirem, etià nactus tempus ad id iustum, opportunum, & vacuum, quale vix mihi viuenti contingeret. Et quidem iam putare cœperam, quòd tanta tarditate stomachatus, non semel dixisset: nolo responsum tanta tarditatis felle amarescens. At quando tua ista anea in Christo patientia perseueras etiamnum idem, qui cum scripsisti fueras, & desideras nostrum quamlibet aridum de terra sitienti promanans responsum, accipe id quod cum hoc epistolio ad te damus, implorata ope sancti Spiritus summi, & aeterni Dei nostri, cui dies hic Pentecostes facer est, in quo & ipse profusus gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat: damus inquam, non quidem quale tu speras largissimè de illius largissimis fontibus hausitum, sed quale per quampiam stillam de sua immensa bonitate mihi non maiora merenti dignatus fuerit stillare benignus.

Ad epistolam tuam elegantissimam ineleganter respondurus, admoneo te primum, vir candidissimè, non iuste mihi tribui titulum Doctoris V. I. quoniam et si prius & maiore tempore incubuerim iuri Cæsareo discendo, quam iuri Pontificio: quamuis item vtrumque docuerim in Galliis, munus tamen Mineruale, quod vocatur Doctoratum, iuris tantum Canonici petere ausus fui, id autem bis, semel in Galliis, & iterum Salmaticè illius legibus ad id coactus, eo quòd Decretorum cathedra fui donatus. Deinde gratias ago tibi maximas, quod meministi illius per sancti viri, Domini Francisci à Nauarra Archiepiscopi olim Valentini, & quod me quoque illius memorem feceris, ne suus è nostro vmq̃ labatur pectore vultus. Simul doleo, quòd literas, quas ad me datas, in quibus me aliqua in Enchiridio meo confessoriarum expedientia monebas, ad me non peruenerint, quod meminim. Voluptati enim non mediocri fuisset eas legisse, eis que respondi, tuaque memoria magis fruiuit fuisse. Gratias item, quam maximam possum, ago eidem aeterno Deo, Spiritui Sacto, quod dignatus fuerit inspirare tibi tanta religionis & eruditionis viro, vt mea scripta tam vulgari sermone, quam Latino edita legere dignareris, & te legisse ingenue profitearis: sed candor caritatis (qua non amulatur) id tibi (gratia eidem Spiritui sancto) praestitit. Omnis igitur multorum statutorum tenoribus super proprietate Illustrissimi vestri ordinis damnata dictatorum, qua ad me mittis (super quibus multa eleganter pro tua eruditione, quasi aliud agens, tangis, & sine vlla hesitatione decidis) reliqua proponam breuiter, & singulatim, vt breuior & clarior responso subiiciatur.

PRIMUM igitur dubium, an iustitia illius statuti Illustrissimi ordinis Carthusiani, quod obligat proprietarios summæ excedentis summam trium solidorum ad consistendum, vel reuelandum illud Priori intra certa tempora sub pena excommunicationis ipso facto incurrendæ, & quod ab ea iam incursum non possit absolui nisi à Priore iterata confessione, defendi possit?

Ad quod respondeo primò, quòd pro parte negatè facit, quòd nemo humana lege obligari potest ad consisten-

dum iterum peccatum semel legitime confessum, vt & nos post alios ibi citatos diximus in Man. conf. 2

Secundò, quòd nemo tenetur ad restituendum bona pecuniaria cum iactura suae fame, arg. ca. officij, b & tradimus nos post alios in repet. c. inter verba, f & tagimus in d. Man. d

Tertio, quòd excommunicatio no est ferenda sine praui monitione, iuxta cap. sacro, e & ca. constitutionem, f cum suis concordantiis.

Quibus tamen non obstantibus, tenenda est pars affirmatiua, quam tu vir eruditissime tenes. Tum quia praefatu statutum dicitur esse factum ante circiter quingentos annos, & à nullo sanctissimorum, eruditissimorumque viro- rum eiusdem ordinis (quales multi fuerunt in vestra omnium religionum optima) vsque ad hac tempora iniustitia danatum fuit, & ita obseruandum, sedonec contrarium esse iustitia, auctoritate authentica, vel efficaci ratione probe- tur. h Tum quia non obligat peccatum ad consistendum bis idem peccatum in sacra confessione, cum faciat proprietario facultatem satisfaciendi ei etiam per reuelationem externam, saltem antequam in excommunicationem incidat.

Tum quia potest quis de suo consensu obligari ad consistendum iterum peccatum semel legitime confessum, vt tu eruditissimè diligentissimeq; probas, allegado etiam nos in hoc post alios in ca. fratres, i per text. fatigis in hoc apum, in extrauag. inter cunctas, k & in Man. l & constat monachū qui consentit seruare Carthusiana statuta, consentire etiā obligationi, si quam illa imponunt, ad consistendum bis idem peccatum. Tum quia non est inutilis, sed valde utilis, vt illa confessio fiat intra, vel extra sacram confessionem Priori ob pulchras considerationes tuas.

Nec obstat dicere contra eas, quod confessorius perinde debet tractare confitentem, ac si nihil per suam confessionem nouisset, & consequenter non esse vitale monasterio, vt sciat Prior illum, aut illum fuisse proprietarium per confessionem sacram, ad hoc, vt posset illi denegare officia, vel munera, qua praebent occasionem peccandi peccati proprietatis. Responderi enim potest, negando, quòd eodè omnino modo teneatur se habere: quia quo ad multa potest habere aliter propter illam scientiam, quam sine illa, vt nos latius probamus in cap. sacerdos, m Non enim est verum, quòd aliqui dicunt, confessorium scire vt Deū tantum, & non vt hominem: quia verè scit vt homo, per nostra scripta d. cap. sacerdos, n vbi speciatim diximus, posse confessorium iuste non eligere aliquem in praelatum, vel aliud munus propter scientiam priuatā alicuius criminis, vel defectus quam haberet per solam sacram confessionem.

Tum quia etiam religiosus potest restituere ordini suo damna, qua per proprietatis peccatum intulit ei, per illos modos, quos nos scripsimus in tracta. de rebus eccle. o & tetigimus. p Ex quibus vnus & facilis est per reliquationem aliqua honestas de iis, qua honestè impendere possunt, quas facillè facere possunt qui mittuntur ad aliqua negotia longè peragenda, & etiam alij manentes in monasterijs, licet non tam facillè, procurado, vt aliqua pars opsonij, & vini, qua ipsi vt alijs sunt propinanda, non propinètur eis, neque educantur ex communi cellario, sed maneant ibi, licet ea ipsi honestè comedere, & bibere possent.

Nec obstat, quod, vt infra dicitur, cauetur per statutū illius ordinis, quod monachi tenentur reddere communitati omnia, qua in vestibus, cibis, & alijs rebus necessarijs eis datis superfuerint: quia illa intelligi possent quo ad effectum non distribuendi ea in alios vsus: nec nos dicimus, quod ipsi possent ea dare alijs, sed tantum communitati: nec mens statutorum videtur fuisse tollere ipsi facultatē reliquandi pro suarum animarum exoneratione in vtilitatem monasterij, cum ex eo nullum penitus prauiudicium ei eueniat. Et si hoc fuisset ab statutibus petitum respōdissent idem, & consequenter habendum est pro statuto, argumento glossæ singularis & receptæ. q Tum denique quod ad opposita facillè responderi potest.

Ad primum quidem respondent 2. & 6. fundamenta propositi nostri.

Ad secundum autem responderetur dupliciter: Primò quidem concedendo, quod non est facienda restitutio boni pecuniarij cum notabili iactura fame, negando tamen,

quod non est facienda restitutio boni pecuniarij cum notabili iactura fame, negando tamen,

quod non est facienda restitutio boni pecuniarij cum notabili iactura fame, negando tamen,

quod non est facienda restitutio boni pecuniarij cum notabili iactura fame, negando tamen,

a Ca. ad apostolicam. de reg. ca. 1. eod. & ca. non solum eod. iuu. lib. 6.

a Capir. p. in principio. b De peni. & remis. c. 11. q. 2. c. 6. d. 10. nu. 805. & seq. d. Ca. 10. nu. 43. & seq. e. De sententia excomm. f. Eod. tit. l. 6.

g Arg. ca. de libellis 20. dist. 11. h Arg. c. con. iulij. 2. qu. 4. & le. illud. ff. de peti. heredi.

i Num. 30. de peni. dist. 5. k De priuilegijs. ca. vltimo de peni. dist. 6. nu. 111. l Capir. p. in princip.

m Nu. 146. de peni. dist. 5. n Nu. 143. & seq.

o Q. 2. mon. 20. p Q. 3. mon. 34.

q Le. salo pa. sum. 5. qui propo. canis. ff. de peni.

quod in presentibus dubio agatur de restitutione. Non enim...

7 Secundò respondere potest, concedendo restitutione pecunie...

8 Facit ad hoc, quod detractio, qua quis suum verum peccatum...

9 Ad tertium respondetur concedendo quidem, quod propter culpas...

SECUNDVM DVBIUM est, quantæ quantitatæ appropriatio...

10 Ad quod respondeo primò, esse quòsdam (vt tu inter ceteros...

11 Secundò illud Augustini. Nullum peccatum adeo veniale est...

12 Quartò, quòd omne mendacium formale, siue dictum intentione...

13 Quintò, quòd omnis proprietas, siue voluntas appropriandi...

14 Sextò, quòd omne mendacium formale, siue dictum intentione...

do vinum per quamcumque ipsius potationem violatur: votum...

13 Sexto vtget grauitè statutum eiusdem ordinis positum in 2. parte...

14 His tamen non obstantibus, quæ verè nõ obstant, contrarium est...

15 Tum denique quia contraria opinio nimis accedere videtur...

16 Tum denique quia contraria opinio nimis accedere videtur...

17 Tum denique quia contraria opinio nimis accedere videtur...

18 Tum denique quia contraria opinio nimis accedere videtur...

17. q. 2. b. 2. q. 4. art. 3. c. Ca. 31. §. 9. d. Et cap. non astimem. 13. 9. 2. c. Ca. ex parte. 2. de sepultura. f. 2. 2. q. 24. art. 2. g. In ca. 5. §. 14. h. Cap. 11. nu. 4. i. 2. q. 38. art. 5. 6. 2. 2. q. 19. art. 4. k. §. criminu. 25. dist. l. In d. ca. vnum §. qua autem sunt minima. m. In eod. §. n. Super cap. quando de cõscr. dist. 1. ca. 10. o. Esia. c. 64. p. 1. leon. 1.

2. L. Papinia. nus. ff. de mi. no. b. Concluf. 6. nu. 173. c. Cap. 18. nu. 27. d. i. eod. tit. c. §. cauent de sententia excomm. l. 5. f. Ca. cum ad monasteriu de stat. mon. g. L. in re furua. ff. de condictio. furti. h. 14. q. 6. i. 25. dist. §. criminu. k. In 2. 1. q. 66. art. 6. ad 3. l. Ca. 1. c. super quodã. c. ra cum ad monasteriu. §. fin. de stat. monach.

facere, iuxta ea quæ latius tradimus. Ad primum oppositorum respondetur, concedendo...

16 Ad secundum respondeo, quòd illud dictum Augustini, Nullum peccatum est adeo veniale, quòd non fiat mortale...

17 Ad tertium respondetur, quòd Caietanus animaduertit difficultatem dicti S. Thomæ & ait esse intelligendum...

18 Ad quòd respondeo primò, quòd sufficit & requiritur tanta quantitas, quanta sufficit & requiritur, vt aliquod furtum...

19 Secundò, quòd hæc consequitur, præfatos Priores denunciando verbo tantum proprietarios, sed tantum vt denunciarent eos...

20 Quintò, quòd Capitulum generale videtur excommunicare non solum monachos, & conuersos, sed etiam donatos plene...

21 Sextò, quòd etiam Priores videntur denunciare huiusmodi...

22 Sextò, quòd etiam Priores videntur denunciare huiusmodi...

23 Sextò, quòd etiam Priores videntur denunciare huiusmodi...

24 Sextò, quòd etiam Priores videntur denunciare huiusmodi...

25 Sextò, quòd etiam Priores videntur denunciare huiusmodi...

Pro qua mea opinione multum facit quoddam statutum Carthusianum citatum à te vir diligentissime, quò probatur...

Nunc autem, quia ab eo tempore in hoc vsque multum abundauit pecunia numerata in bona Europæ parte, facile consentirem opinioni...

19 Quin & augetem vsque ad vnum iulium, vel regale, nisi quoddam statutum vestrum expressè haberet appropriationem...

20 Pro quorum complanatione dico primo, Capitulum generale, & Priores ordines Carthusiani proculdubio habere potestatem...

21 Secundò, quòd hæc consequitur, præfatos Priores denunciando verbo tantum proprietarios, sed tantum vt denunciarent eos...

22 Quintò, quòd Capitulum generale videtur excommunicare non solum monachos, & conuersos, sed etiam donatos plene...

23 Sextò, quòd etiam Priores videntur denunciare huiusmodi...

24 Sextò, quòd etiam Priores videntur denunciare huiusmodi...

25 Sextò, quòd etiam Priores videntur denunciare huiusmodi...

26 Sextò, quòd etiam Priores videntur denunciare huiusmodi...

27 Sextò, quòd etiam Priores videntur denunciare huiusmodi...

a Arg. ca. pro obeuntibus. c. non est memus. 13. q. 2. c. gloss. notabilis cap. ex parte. 2. de sepult. b. Arg. ca. ne. mo. c. nul. lu. 1. q. 3. c. Cap. 5. §. 12. 13. c. 14. in 2. par. statutorum novorum. d. §. 12. c. §. 14. f. Cap. 27. nu. 5. g. Et c. quanto de offic. ordin. h. De reb. eccl. n. alien. i. §. 13. k. Ca. passora lis. §. verum. de appella. le. hares palam. §. 1. ff. de testam. l. In §. 14. m. In ca. 1. de sent. excomm. li. 6. n. In c. vt priuilegiu. c. non dubium. de sent. excomm. c. ca. 2. de foro com. per.



modi plenè donatos, & aliquem habitum deferetes. Tum quia non solum denunciant monachos, & conuersos, sed etiam redditos. Tum quia redditorum appellatione non video, qui alij possint in illa denunciatione contineri. Non enim memini canonem, qui hac voce in hoc propositum vtatur. Tum quia Capitulum generale videtur excommunicare illos, vt pdixi, quia excommunicat subditos, & redditos: & ipsumque Capitulum iubet Prioribus, vt suam sententiam denuncient in præfata Dominica Palmarum.

23 Nec obstat, quòd illi donati non possunt dici proprietarij, cum non miserint votu paupertatis. Tum quia licet strictè sumpto vocabulo non debeant dici proprietarij, largè tamen sumpto possunt dici tales: & dispositio etiam aliqua ex parte odiosa ob identitatem, vt ita dixerim, vel maioritatem rationis extenditur ad contenta sub verbis eius largè acceptis, iuxta doctrinam Dominici, & Franci, b saltem cum probabiliter conicitur id voluisse disponens, vt in casu proposito conicitur Priori esse animum denunciandi omnes, quos Cap. excommunicat, & illud, vt diximus, videtur excommunicare illos, cum excommunicat omnes subditos, quorum de numero sunt hi.

**Q V I N T V M D V B I V M,** an monachus Carthusianus occultans, furans, vel impendens sine sufficienti licentia vltra summam trium solidorum, incidat in excommunicationem, siue illam occultet, furetur, vel impendat vna sola vice, siue duabus, siue decem, vel viginti, aut pluribus vicibus?

24 Pro parte negante facit primò, quòd qui minutatim multis vicibus capit, aut furatur aliquod minima, quorum nullum separatim efficit quantitatem notabilem, licet coniuncta efficerent talem, nulla vice peccat plusquam venialiter, vt post alios diximus in Manual. confess. quòd ipsum tenuit Sotus, d dummodo nulla vice iam inde à principio, vel postea habuerit animum capiendi notabilem quantitatem, vt etiam ibi tradimus. At ob peccatum veniale nemo debet excommunicari. e

Secundò, quòd nullum furorum prædictorum minorum obligat furantem ad restitutionem sub pœna peccati letalis, quia exiguitas rei non solum excusat à culpa mortali, sed etiam ab obligatione restituendi rem acceptam, secundum mentem omnium: pro qua videtur esse ratio hæc irrefragabilis, scilicet quod licet secundum Innocentium I I I. f non multum intersit inter inuadentem rem alienam, & inter detinentem illam, interest tamen aliquid, vt idem ipse significat: ita quod aliquantò grauius peccat inuadendo, & capièdo, quam qui retinet inualsum, ceteris paribus, quia si quis furando aliquid nõ peccat nisi veniale, à fortiori non restituendo non peccabit mortale.

Tertiò, quòd nos ipsi videmur dixisse in cap. inter verba, g quòd nemo tenetur respondere ad excommunicationem latam contra eos, qui furati sunt, nisi furtum sit mortale.

25 Pro parte affirmante facit primo, quod in præfato statuto, h exæquat capere vna vice vltra summam trium solidorum, & capere ea pluribus vicibus: verba enim eorum sunt hæc: *si vltra valorem trium solidorum Turonensium simul, vel per partes alienauerint, vel retinuerint, &c.*

Secundo, quod licet qui fecit multa furta minuta singularim sine animo nocendi notabiliter, non teneatur restituere illa, donec omnia coniuncta faciant notabilem quantitatem, postquam tamen peruenerint ad illam, sic, vt & nos post alios diximus in Manual. i & tradit Sotus. k Ergo, licet non posset excommunicari, quia furatus est, potest tamen excommunicari, quia non restituit, cum id non faciendo mortifere peccet.

Tertiò, quòd licet is, qui fecit multa furta minuta, non peccet plusquam venialiter, donec faciat illud, per quod additum efficiunt illa furta notabilem quantitatem, peccat tamen mortaliter faciendo illud, vt exprimit Sotus, l & ita potest excommunicari, nisi omnia illa restituat. Per quæ tria fundamenta videtur præfatum dubium resoluedum esse in partem affirmatiuam, iuxta communem opinionem, quam sequuti fuimus in præfato Manual.

26 Ad duo prima opposita responderi potest primò per fundaméta pro parte affirmatiua formata. Secundò, quòd monachus Carthusianus sponte sua se obligauit ad seruanda

sua statuta, & ideo licet iure communi non teneretur ad restituenda furta minima multis vicibus surrepta, iure tamen speciali ad id teneretur, vt supra in primo dubio diximus teneri eum ad confitendum aliquando bis idem peccatum iure suo speciali propter suum consensum.

Ad tertium responderetur, quòd ego a loquor de illo, qui non peccauit mortaliter furando, etiam si furatus esset vsque ad notabilem quantitatem, eo fortè quòd probabiliter credebatur eius subtractionem placituram domino, iuxta l. inter omnes, b non autem de illo, qui post multa furta minima, quæ non pertingunt ad notabilem, facit aliud, per quod pertingat ad illam: quia is faciendo illud peccat mortifere.

27 Quamuis autem hæc opinio probabilis sit, & communiter recepta, ideo & à nobis, c probata: verior tamen videtur profecto sequens, quam fundant quinque sequentia. Primùm, quod nemo peccet mortifere coram Deo propter furtum rei minima, nisi expressè, vel virtualiter intenderit inferre damnum notabile, etiam si per vltimum, penultimum, vel aliud additum omnia coniuncta perueniant ad notabilem quantitatem: quia nullo iure naturali, diuino, nec humano efficaciter probari potest, quòd furtum secundum, quartum, decimum, vel vltimum, quod de se propter exilitatem rei non est plusquam veniale, fiat mortale propter furta præcedentia venialia, si nec expressè, nec virtualiter, seu tacitè habuerit animum nocendi in pluri, quam furabatur, cum veniale additum veniali etiam in maximo numero non faciat mortale, secundum S. Thomam, d communiter receptum.

Secundùm, quòd nemo, qui non peccat plusquam venialiter furando, tenetur restituere aliquid illorum, quæ solum venialiter peccando furatus fuit, quia magis peccat quis furando, quam retinendo furtum, ceteris paribus, & ideo qui non peccat plusquam venialiter furando, non peccabit plusquam venialiter non restituendo illud, ceteris paribus. e

Tertium, contingere posse, quòd vnus tribus vel quatuor vicibus furando notabilem quantitatem intra viginti dies non peccet mortifere, nec ad restituendum obligetur: & quod alius eandem quantitatem furans in tribus annis peccet mortifere, & teneatur restituere: quia fieri potest, vt quis intra viginti dies furetur aliqua minuta, quæ coniuncta facerent notabilem quantitatem, cum minori memoria aliarum vicium, quibus furaretur, quam alius, qui totidem vicibus intra tres annos furaretur notabilem quãtitatem: & quòd memoria furti prioris, vel posterioris faciat multum ad hoc, quod fur habeat expressè, vel virtualiter animu nocendi in pluri, quam tunc furatur.

Quartum, quòd præfata statuta Carthusiana possent restringi ad illos tantum, qui multis vicibus vltra summam trium solidorum sic acceperunt, quod expressè, vel virtualiter illud nocumentum aliqua illarum vicium inferre intenderunt, vel præsumuntur intendisse: quia fieri potest, quòd monachus Carthusianus aliquo tempore aliqua minima capiat sine vlla memoria postea capiendorum, & immemor eorum, quæ cæpit, vel capturus est, capiat alia minima sine vlla mente nocendi monasterio in pluri, quam tunc capit.

Quintum, quòd licet hæc sint vera in foro interiori, tamen in foro exteriori præsumetur huiusmodi monachus, vel alius homo, qui fecit huiusmodi minima furta multis vicibus vsque ad quantitatem notabilem, quod in aliqua earum habuit animum expressum virtualem, vel tacitum nocendi notabiliter ei, cui talia furaretur: & quòd per hoc conciliari possunt opiniones contrariæ, scilicet, quod hæc posterior nostra sit vera in foro Dei, quod sola nititur veritate, f & prior communis in hominum foro, quòd multum iuuatur præsumptione. g

**S E X T V M D V B I V M,** an monachus Carthusianus, qui cepit aliquã rem sine sufficienti ad id licentiã de bonis monasterij, quã nõ potest restituere, quia omnino precepta est, vel donatarius, cui data fuit, abiit numquam rediturus, vel in extremam & perpetuã incidit paupertatem, aut ob aliquã aliam rationem incidat in excommunicationem præfati statuti, si iuxta formã illius id nõ manifestet?

28 Pro parte negãte facit primo, quod frustra expectatur

a In §. 13.

b In cap. 1. de tempor. ord. li. 6.

c Cap. 17. nu. 140. d Li. 4. qu. 7. art. 3. de iust. & iur. & lib. 1. qu. 3. art. 3. ad tertium. e Cap. nemo. ca. nullus. li. 9. 3.

f Ca. sape. de ressi. spol.

g Conclu. 6. nu. 470.

h Ca. 5. §. 12.

i Dist. ca. 17. nu. 140. k Vbi supra.

l In dist. art. 3. ad tertium.

a In d. c. inter verba. num. 480.

b §. qui restit. ff. de furt.

c In d. ca. 17.

d l. 2. qu. 88. art. 4.

e Arg. ca. sape. de ressi. spol.

f Cap. multi. 2. q. 1. g Ca. sua. ca. 15. qui. de sponsal.

eventus, cuius nullus sequitur effectus, a de manifestatione peccati nullus sperari posse videtur effectus in casu proposito, cum in eo nulla speretur restitutio. Secundo, quod accessorium sequitur principale, b & excommunicatio lata contra non restituentem videtur accessorium ad restitutionem: cum ergo impotentia & inopia excusent à peccato non restituendi, c excusabit quoque ab excommunicatione ob omisam restitutionem: cum adeo sit eius accessorium, vt iustus restituere sub pœna excommunicationis lata sententia, non incidat in illam, si restituere nequit, per ea quæ latius tradimus in dicto Manuali. d

29 Non obstantibus his, contrarium est tenendum, vt tu ipse neruose comprobas. Tum quia non queritur in dubio proposito de excommunicatione lata contra non restituentem, in qua procedunt argumenta præmissa, sed de lata contra non manifestantem, qui se sua sponte tacitè obligauit ad manifestandum. Tum quia monachus Carthusianus, & quilibet alius religiosus multis modis potest restituere monasterio, quod læsit, vt supra diximus citando dicta nostra in tractat. de reductib. e Tum quia monachus per suum consensum potuit obligari ad obseruanda statuta sui ordinis, ad quæ seruanda iure communi non esset obligatus, vt in primo dubio diximus de obligatione ad confitendum bis idem peccatum. Tum quia manifestatio præfati peccati proprietatis non est inutilis, & superuacanea, etiam si per illam nulla speretur restitutio. Potest enim prodesse, vt supra dictum est, ad hoc, vt cautius committantur munia, quæ præstant occasionem appropriandi, & vt magis timeat appropriare, ne subeat onus se prodendi Priori. Nec obstat, quòd nos alibi diximus non esse prodendum peccatorem iam correctum Superiori, ad cauendum futurum lapsum, quia illud est verum, attento solo iure communi, hoc autem, quod dicimus, procedit attento iure speciali præfati statuti Carthusiani.

**S E P T I M V M D V B I V M,** an monachus Carthusianus, qui appropriauit vltra summam trium solidorum, & postea fecit restitutionem sufficientem ante lapsum termini ad manifestandum Priori præfixum, incidat in excommunicationem propter omisam manifestationem intra terminum ad id præfixum.

30 Et quidem pro parte affirmante facit primò, quod paria videntur esse non posse restituere, & restitutionem esse factam, quo ad hoc, vt non teneatur quis furtum à se, vel ab alio factum manifestare, per ea quæ nos latius diximus in cap. inter verba, f vbi definire videmur non teneri quem ad manifestandum furem, qui iam restituit, vel non potest restituere, propter monitoria de manifestando à Superiore proposita, & in proximo dubio diximus teneri monachum Carthusianum ad manifestandum ad appropriationem malè à se factam intra terminum ad id præfixum, etiam si res appropriata nullatenus posset restitui: ergo tenebitur, licet iam restituerit.

Secundo, quòd statutum præfatum excommunicat omnem proprietarium, siue qui proprietatis peccatum admittit vltra valorem trium solidorum. At qui illud admittit, licet rem appropriatam restituat, non potest dici non fuisse proprietarius: ergo videtur comprehendi in eo.

His tamen non obstantibus, cõtrarium videtur tenendum. Tum quia monitorio Episcopi de manifestando furto non ligatur, qui restituit illud, neque qui nouit ipsum iam esse restitutum, per ea quæ diximus in capit. inter verba. g Tum quia diuersa sunt appropriare, & appropriatum non manifestare Priori, & statutum præfatum non excommunicat appropriantem solum, sed appropriantem, & non manifestantem id, quod deberet manifestare: & qui restituit rem appropriatam ante manifestandi terminum, definit habere rem appropriatam cum obligatione manifestandi eam, & consequenter definit esse obligatus ad rescindendam proprietatem per manifestationem, quia priuatio præsupponit habitum, h & quod non est, dissolui non potest. i

31 Tum quia legis, quæ dupliciter aptè intelligi potest, benignior intellectus est accipiendus. k Et ideo licet prædictum statutum aptè posset quo ad verba forsitan intelligi de illo, qui est, aut fuit tantum proprietarius, beni-

gnius tamen intelligitur de illo tantum, qui fuit, & est proprietarius tempore manifestationis, vt palam est: ergo tantum debet intelligi de illo. Tum quia vtilior est intellectus monasterio, & animæ proprietarij, quoniam est incitamentum ad hoc, vt proprietarius per se, vel per amicos ante tempus manifestandi restituat rem appropriatam aliquo illorum modorum, quibus diximus monachum restituere posse, a quoniam item est consolatio monacho ad excusandum pudorem, quem cum nulla, vel parua vtilitate monasterij aliàs est passurus. Tum quod est lex pœnalis, & ideo restringenda. b Tum denique quod non est credendum Patres illos pietissimos, qui statutum illud composuerunt, fuisse adeo terribiles, & fauceos, vt non posset eos mollire, & contentos facere iusta restitutio, quæ etiam crudeles quosque, ac militares homines mollit, & reddit contentos.

Ad prius oppositorum responderetur, negando quod paria sint restituere, & non posse restituere, per ea ipsa, quæ ipse dico in dicto cap. inter verba. c

Ad posterius responderetur, negando quod statutum præfatum debeat intelligi de quolibet, qui est, vel fuit proprietarius: sed tantum de eo, qui fuit, & non desinit esse proprietarius per iustam restitutionem tempore manifestationis, per rationes supradictas.

**O C T A V V M D V B I V M,** an Piores præfati ordinis Carthusiani possint remittere suis monachis obligationem manifestandi sibi appropriata, ita quod propter omisam manifestationem non incidant in excommunicationem, & sufficiat eis confiteri sua peccata proprietatis confessariis electis per bullam Cruciatæ, vel aliis habentibus potestatem absoluedi à reseruatis Prioribus.

32 Et quidem pro parte affirmatiua facit, quod Piores videntur posse dare suis monachis facultatem donadi ea, quæ ipsi possent iuste donare, & impendere, vt nos tradimus in commet. 2. d & consequenter habere pro rectè impensis ea, quæ sui monachi impenderunt, vel donarunt, quo facto videtur facta restitutio, quia restitutio, & remissio, siue donatio debiti exaquantur, iuxta cap. peccatum, e adiuncta glossa, f cum similibus.

Sed videtur respondendum primo, quod præfati Piores per nullam remissionem suam excusantur ab obligatione faciendi denunciationem, quam debent facere in Dominica Palmarum. Tum quia iubentur id facere per præfatum statutum. Tum quia, etiam si nullus fuerit proprietarius toto illo anno, tenentur tamen ipsi facere illam denunciationem, cum nesciant nullum talem esse: & præfata remissio ad summum non potest efficere, nisi quod sui monachi desinant esse coram Deo proprietarij, quod non potest Prior certò scire, nisi per manifestationem.

33 Secundò videtur respondendum, quòd Prior non potest ratam habere dispensationem suorum monachorum, nisi fuerit facta in vtilitatem monasterij, & vsus pios, vel iustam remunerationem, quia (vt dixi in prædicto Comment. 5.) non habet ipse Prior facultatem dispensandi in alia: & nemo dat quod non habet. h

Tertiò, quòd Piores non viderentur rectè facere, si monachis suis generaliter remitterent appropriata & impensa sine sua licentia, quia darent occasionem delinquendi, contra cap. ex parte, i & contra l. conueniri. k

Quartò, quòd si Prior remitteret eis appropriata, & impensa, vel occultata sine ipsius sufficienti licentia, valeret remissio quo ad impensa in vtilitatem monasterij, vel in pios, aut iustos remuneratorios vsus, non autem quo ad impensa, vel occultata in alios: & ita non tenerent manifestare suas appropriationes magis, quam si restituisent: quia per responsum ad septimum dubium, qui restituit ante terminum manifestandi, non tenetur manifestare, alij autem, qui in alia impendissent, tenerentur manifestare, vel restituere ante terminum, aliàs incidere in excommunicationem per supradicta.

Quintò, quòd vero propius videtur non posse Piores remittere suis monachis obligationem manifestandi eis suam appropriationem. Tum quia interest ordinis, vt illa fiat eis ob respectus supra tactos. Tum quod totus ordo videtur reseruare illam Prioribus ratione industria illorum, quòd videretur facere illam indelegabilem. l

a Vbi supra.

b Cap. pœna. de pœnis. dist. 1.

c Corolla. 65. vel 66.

d De reg. super c. non de cens. 12. q. 1. nu. 23. & seq. e De reg. iur. li. 6. f Verbo restituitur.

g Nu. 23. & seq. h Cap. quod ante. de iure par. le. si remuner. C. de legat. i De consuet. k ff. de pact. dora.

l Cap. fm. 5. ceterum. de offi. deleg.

NONVM DV BIVM, an Priores Carthusiani possint aliis confessariis subdelegare potestatem absolvendi monachos proprietarios a peccatis proprietatis, & ab excommunicatione incurta ob omissionem non reuelationis eorum iuxta statuta ordinis faciendae?

34 Ad hoc respondeo affirmatiue, quod sic, attento iure communi. Tum quia iure Pontificio omnia, quae pertinent ad iurisdictionem, sunt delegabilia, iuxta glossam memorabilem & receptam. a Tum quia quaedam alia solemnis glossa etiam recepta, b tenet, quod omnes, qui possunt absolvete ab excommunicatione virtute iurisdictionis delegatae a Principe, aut concessae in privilegium perpetuum ratione dignitatis, aut officij, aut virtute alterius ordinariae potestatis, possunt committere aliis. Et constat huiusmodi Priores habere iurisdictione ordinaria in suos monachos, & potestatem absolvendi ratione suarum dignitatum, c & per statuta ordinis, quae etiam sunt leges particulares, d nescio autem an aliquo statuto particulari ordinis a Sede Apostolica probato id eis vetetur.

35 DE CIMVM DV BIVM, an monachus Carthusianus absolvitur a peccato proprietatis per bullam Cruciatam, teneatur ad reuelandum illud Priori.

Respondeo, quod sic: quia absolutio a peccato proprietatis non tollit obligationem ad manifestandum illud Priori, per responsum ad primum dubium.

VNDECIMVM DV BIVM, an absolutus per bullam Cruciatam ab excommunicatione incurta, eo quod non denunciavit intra certum terminum id, quod iubebatur denunciare per edictum Superioris, incurrit novam excommunicationem, si non denunciaverit post termini lapsum, quam cito commodè poterit, quod cum facere debere diximus in Manuali confessar. e

36 Respondeo primum, quod quaestio videtur praesupponere falsum, scilicet, quod excommunicatus potest absolvi per bullam Cruciatam sine praevia satisfactione: contrarium enim videtur verum, quod affirmat Sorus, f pro quo facit glossa singularis solemnis, & alia quam ipse non citat, g communiter recepta, praesertim a Felino, h quae habet non valere actum ab eo, cui data est potestas faciendi illum, adiecta certa forma, si non servat eam, nec habet aliunde potestatem, qua illum faciat. Et confessarius electus per Cruciatam accipit potestatem absolvendi, adiecta forma praeviae satisfactionis, & non habet communiter aliunde facultatem absolvendi: unde hinc ipse Sorus infert, quod non potest quis absolvi ab excommunicatione per Cruciatam ante satisfactionem, etiam si omnino impotens sit ad satisfaciendum.

Secundo respondeo, quod, etiam si confessarius per bullam Cruciatam electus haberet potestatem absolvendi ab excommunicatione non potentem satisfacere, non tamen posset absolvete monachum Carthusianum ab excommunicatione incurta propter omissionem manifestationem, antequam eam faceret. Quia licet non habeat potentiam restituendi appropriatum, & male dispersum, habet tamen potentiam manifestandi appropriationem: & ita non posset illum absolvete non faciendo illud, propter cuius omissionem excommunicatur.

37 Nec obstat, quod absolutio facta mandato Papae, cum mandat aliquem absolvi secundum formam iuris, non servata illa, valet, vt etiam nos diximus in praefato Manuali. i etiam si fiat ab eo, qui aliunde non haberet potestatem absolvendi, licet contrarium sit regulariter verum per praefatam glossam singularem & communiter receptam, k quia illud intelligitur, quando Papa facit mentionem de forma iuris, non animo inducendi novam formam, sed monendi formam inductam, arguendo dictorum Innocentij, l quem probat glossa magna communiter recepta, m at Papa per bullam Cruciatam facit mentionem de praemittenda satisfactione animo inducendi novam formam: quod colligitur ex eo, quod privilegium Principis intelligendum est sine prauidicio tertij, n & si privilegium praefatum Cruciatam aliter intelligeretur, prauidicaret innumeris, & grauissimè.

38 Non obstat etiam, quod non est faciendae satisfactio iudici, vt Sorus ibi dicit. Tum quod non potest suum probari dictum, nisi quo ad poenam nondum impositam, iuxta

glossam singularem, a quam didicimus ab Aretino. b Tum quod in nostro casu Prior est vt pars. Tum quod ipsemet ait id esse verum quando non potest satisfieri mandato, non autem quando potest, & perfidia durat, & potest ab ea recedi, vt in casu nostro, in quo monachus licet non posset satisfacere statuto restituendo appropriatum, potest tamen satisfacere illi manifestando, vt praedictum est.

D V O D E C I M V M, quid dicendum sit super diuersitate Iobelaorum, quae emanant a sael. recor. Pio V. & a S. D. N. quo ad absolutionem a censuris, cum priora significant posse quem absolvi per illa quo ad forum conscientiae tantum ante satisfactionem, & non quo ad forum exterius, per posteriora vero non, etiam quo ad forum conscientiae, nisi quo ad effectum indulgentiae quaerenda.

39 Respondeo, quod memini facere quaedam verba cum sael. record. Pio V. super duritia formae absolvendi a censuris Iobelaicis suis inserta: quod forte fuit in causa mutandi in alias formas, & tandem visum est & quidem rectè S. D. N. Gregorio XIII. quod absoluantur quidem omnino quo ad momentum, quo quaeritur indulgentia, sic tamen vt statim reincidant etiam omnino, etiam quo ad vtrumque forum in eadem censuras, vt euitetur grauissimum prauidicium, quod fieret his, in quorum fauorem essent illae latae, etiam per absolutionem quo ad forum conscientiae tantum, cum per eam debitores longè negligentiores fierent ad soluendum, videntes se quo ad Deum absolutos.

D E C I M V M T E R T I V M, an monachus Carthusianus furans aliquid ab exteris ad vtilitatem monasterij peccet bis, aut semel cum circumstantia necessario confitenda ob transgressionem legis de non furando, & voti paupertatis.

40 Respondeo quod non, quia non frangit votum paupertatis: quoniam per illud solum vouit nil sibi quaesitum, immo nec appropriatum sine licentia superioris, per ea quae nos latius scribimus in comm. i. de reg. c. & is, de quo quaritur, nihil sibi vult quaerere, nec appropriare: si autem furaretur animo quaerendi, vel appropriandi sibi, bis peccaret, vel saltem semel cum circumstantia necessario confitenda, per ea quae diximus in Manuali. d

D E C I M V M Q V A R T V M, an statuto Carthusiano excommunicati monachum appropriatum vltra valorem trium solidorum, & non reuelantem id intra tempus in eo praefixum, aduerferet Concilium Tridentinum. e 41 Respondeo, quod facile cuiquam videri potest vera pars eius affirmatiua. Tum quia praemium illius capit. probat excommunicationem non esse pro re leui ferendam: ergo nec pro omni re valore trium solidorum non excedente: cum is valor, qui non pertingit ad valorem vnus iulij Itali, vel regalis Hispani, satis leuis censetur. Tum quod dispositio illius cap. expressè prohibet, ne pro leui furto manifestando feratur excommunicatio, & praefatum statutum profert illam pro re trium solidorum manifestanda.

Sed contrarium est dicendum. Tum quia cap. illud inducit ius nouum, quod colligitur ex illo verbo statumimus, quod est signum iuris noui, iuxta glossam, f quae cum aliis citat Felinus. g Et ita non extenditur ad praeterita. h Statutum autem praefatum ante multa saecula fuit editum. Tum quia cap. illud loquitur de excommunicationibus ferendis ab homine, & non de latis a iure, quarum de numero est illa, quae a statuto praefato fertur. Tum denique quod ex verbis ipsius planè colligitur Concilium noluisse per illud alterare excommunicationes a iure ante illud latis: & in dispositionibus maximè attendenda est mens disponentis, i per quas consideraciones in oppositum adducta soluntur.

D E C I M V M Q V I N T V M, an Prior Carthusianus, qui malè appropriat, vel impendit vltra valorem trium solidorum, & non manifestat intra terminum, quem Capitulum praefato statuto praefixit, incidat in excommunicationem?

42 Respondeo, quod facile cuiquam videri potest vera pars affirmatiua. Tum quod Abbates & Priores sunt monachi, k vt tradit Panormitanus communiter receptus. l Tum quod Abbas, vel Prior malè dispensans, vel occul-

a Clem. 2. s. verbo off. de heret. b L. 4. §. Ca. 10. in princ. de verb. oblig.

c 27. nu. 6.

d lo. d. ca. 30.

e 12. q. 1.

f Super e. cui portio. 12. q. 1. nu. 23.

g Ca. 9. in fine de regul.

h Exod. 20.

i 12. q. 1.

k In d. nu. 13. §. nulli. de elec. lib. 6.

l In Clem. fin. verb. declaramus. de rescrip. g In c. decernimus. de re iud. h Ca. vlt. de constitut.

m De reg. nu. 13. §. seq.

n Leg. 2. §. si quis a principi. ff. ne quid in loco publi. fiat. §. cap. ff. pro eo. de officio deleg.

tans res monasterij, peccat contra votum paupertatis, & fit proprietarij aequè, vel plus quam monachus, arguendo cap. eum ad monasterium, a & tradit Ioannes Maior, b ergo aequè, vel magis debet esse excommunicatus. Tum quia excommunicationem praefatam non ferunt Priores, sed Capitulum generale, quod edidit statutum, quodque tantam & maiorem iurisdictionem habet in Priores, quam ipsi in monachos. Tum quod excommunicatio Papalis denunciata per Episcopum merum denunciatores ita ligat ipsum, ac alios Episcopos, vt & nos diximus in Manuali. confess. c ergo cum Prior sit merus denunciator excommunicationis praefatae, aequè ligabit ipsum, ac alios monachos.

Sed contra est tenendum. Tum quia Capitulum generale per praefatum statutum solos monachos subditos videtur excommunicare, quod colligitur ex illo verbo ipsius, subditos. Tum quod solum illum monachum proprietarium excommunicat, qui suam appropriationem non manifestat suo Priori: & Prior non habet Priorem, cui subdit, vt monachus simplex illi. Tum quod omnes, quos statutum excommunicat, Prior denunciat, & tamen ipse non denunciat nisi sibi subditos. Ergo Capitulum generale solos monachos, qui non sunt Priores, excommunicat. Tum quia peccatum proprietatis vt plurimum fit occultando, quo modo Prior ratè peccat, vt palam est. Tum quia, licet appellacione monachi veniat Abbas in fauorabilibus, non tamen regulariter in odiosis, vt ibi communis concludit, praesertim cum est probabile, quod disponens noluit eos comprehendere, vt post alios tradimus nos alibi. d

43 DE CIMVM SEXTVM, an monachus Carthusianus dans, vel recipiens literas sine Prioris licentia, peccet peccatum proprietatis?

Et quidem pro parte affirmante facit primo cap. non dicitis, e quatenus habet, esse grande peccatum accipere, vel dare literas sine licentia Praelati: cuius vniam rationem diximus ibidem videri esse, quod frangit votum paupertatis, in quantum dispendit papyrus monasterij dando literas, & appropriat papyrus literarum ad se scriptarum recipiendo illas occultas.

Secundo faciunt illa verba f Augustini. Si quis rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnatur. & nemo negare potest literas rem aliquam esse, licet paruum: & quamuis paruitas rei surrepta excuset a culpa mortifera, iuxta S. Thomam, g non tamen excusat a furto veniali, vt & supra dictum est in responso ad dubium secundum.

44 Tertio, quod licet alia ratione: nempe inobediencia, datio, & receptio literarum posset dici esse peccatum, non ideo desinit esse tale ob istam, cum idem peccatum multis rationibus possit esse tale: furtum enim, quo sibi monachus quaerit aliquid, maximè de rebus monasterij, non solum est peccatum, quia vetatur lege naturali & diuina Decalogi, h sed etiam quia per illud frangitur votum de non volendo aliquid sibi appropriare, contra dict. cap. non dicitis, i per quam rationem diximus in dicto comment. k quod licet nuncia, & litera vt plurimum aequentur, iuxta cap. vbi periculum, l hac tamè ratione differunt, quod litera possunt esse res in se pecuniariae, quales non sunt nuncia.

Quarto, quod per hanc eandem rationem possunt solui omnia illa argumenta, quibus neruose hanc conclusionem tu eruditissimè oppugnasti: illa enim probant hanc literarum datione & receptione posse dici peccatum inobedienciae, sed ex eo non inferitur non posse dici peccatum proprietatis.

45 Quare videtur resoluendum, quod si charta literarum data, vel recepta, adeo est inutilis, vt nil penitus valeat communi aestimatione, eius datio, vel receptio non est peccatum proprietatis, cum non sit appropriatio, vel dispensatio boni pecuniarij, per ea quae diximus in d. comm. i. m si autem valet notabili pretio, aestimatis saltem characteribus auratis, aut aliis imaginibus affabre depictis, & illustratis, eius datio vel receptio erit peccatum proprietatis, etiam mortiferum: si autè charta cum scriptis & depictis in ea fuerit parui valoris, erit quidem peccatum proprietatis, sicut & furtum pecuniae similis valoris, sed non mortiferum, per responsa dubio tertio. Ex quo inferri potest primum, quod huiusmodi datio & receptio non sit vllum peccatum, vel tantum veniale proprietatis, etsi magnum inobedienciae.

a §. fin. de statu mon. b In 4. diffin. 38. q. 9.

c 27. nu. 6.

d lo. d. ca. 30.

e 12. q. 1.

f Ca. 9. in fine de regul.

g 2. 2. qm. 5. art. 9.

h Exod. 20.

i 12. q. 1. k In d. nu. 13. §. nulli. de elec. lib. 6.

m De reg. nu. 13. §. seq.

Secundo, quod aliqua datio, vel receptio literarum occulta non erit tamquam peccatum proprietatis manifestandum superiori, & tamen toties multiplicata, vt excedat valorem trium solidorum, esset manifestanda, secundum communem opinionem, quam tamen in responsione ad dubium secundum diximus esse multum quo ad forum conscientiae limitandam.

46 DE CIMVM SEPTIMVM, an monacho Carthusiano liceat ea, quae sibi supersunt de iis, quae ad se alendū tribuuntur, in opera pia pro suo arbitrio dispendere.

Circa quod tu eruditè, eleganter, & copiosè spariaris quaedam dicta nostra probando, & in dubium reuocando quoddam, quod nos dixisse aliqui arbitrantur in tract. de redi. eccl. a & tu addis temperatum fuisse idem a nobis in Apologia illius libri. b

Secundo, quod ego numquam dixi, nec somniaui vlli monacho simplici licere praefata superflua in elemosynam, vel alia pia sine licentia praelati expressa vel tacita conuerrere, vt latissimè declaro in dicto comment. c sed quod illud licet ei, quado dantur ei aliqua pro sua sustentatione ad aliquod negotium peragendum, ea lege, vt nihil amplius petere possit a monasterio, neque monasterium ab eo, siue plus, siue minus impendat: & quod data regulari in suum victum, & vestitum, videntur in dubio ita data, vt honestè reliquata possit in vsus pios impendere, eo quod tacitè videtur dari sibi ea facultas.

47 Tertio, quod monacho Carthusiano simplici nullam habenti administrationem, & intra suum monasterium degenti, non licet vlla talia reliquata in elemosynam, vel in alia pia opera sine licentia impendere, quonia ordo iste vester huius voti paupertatis obseruantissimus habet multas constitutiones, quas ipse citas, per quas expressè prohibetur eis illa facultas, & expressim praecipitur, vt omnia quae illis superferuntur ex cibo, & vestitu, reddant communitati: & consequenter nullam habent ad id licentiam expressam, nec tacitam, nec vllum est eis ad hoc dubium, immo praecceptum expressum illi contrarium, quod etiam nititur iure communi, vt nos vbi supra diximus. d

48 Quarto, quod in aliis regularibus, quibus non est tale praecceptum contrarium, & datur singulis certa quantitas pecuniae, panis, vini, & opsonij, ita quod non dabitur eis plus, licet plus impendant, nec minus, licet minus impendant: videntur eis ita in dubio dati, vt possint impendere reliquata in illas elemosynas, & in illa pia, in quae ipse Praelatus iuste poruisset, quia videtur illa facultas tacitè eis data, si tamen per sua statuta, vel alia iusta Praelatorum praeccepta restringeretur eis expressè ( vt scio in quodam illustri monasterio expressum fuisse ) ne vltra certam summam etiam de reliquatis possent in pia impendere sine licentia Superioris, non liceret eis vltra illam summam elemosynam facere, quia sunt extra casum dubium, cum expressè sit eis id vitium.

Quarto, quod negari non potest facultatem tacitam vel expressam impendendi honestè reliquata in opera pia, esse magnam occasionem abstinentiae, sobrietatis, parsimoniae, & continentiae, modestiae, humilitatis, immo & caritatis, quae perfectionis vinculum est, quamuis etiam confitendum sit eandem esse quibusdam incitamentum aliquod cupiditatis, & terrenae cogitationis, sed illa facile sopit pietas, & amor Dei, & proximi pauperis, propter quem subtrahit suae carni, & voluptati aliqua, quae seruiet alterius consolationi, fami, & paupertati, quamuis item palam sit, conuenientius esse per se religionis perfectioni, vt tota in pauperes, & in opera pia distributio sit penes ipsos Priores, & simplices monachi reliquationi honestae per abstinentiam, sobrietatem, & alias virtutes praefatas, amore boni communis augendi, & distribuendi ad pia per Praelatos, tantopere studerent, ac si reliquata per ipsos essent in eadem pia distribuenda.

D E C I M V M O C T A V V M, an sit vera communis illa resolutio Bartholi & aliorum, e scilicet, quod legatum factum monacho, donec Superior permiserit ei vti in suos priuatos vsus, & non vltra, valeat.

49 Respondetur quod sic. Tum quia id nulla lege naturali vel diuina vetatur, cum talis vsus non sit voto vlli solemni, nec simplici contrarius, vt palam est. Tum quia

a Qu. 1. b Qu. 1. nu. 30. c Ca. non dicitur. 12. q. 1. nu. 1.

c In d. nu. 41.

d Nu. 8.

e In l. Lucius. §. tres heredes. ff. ad Trebellian.



a In cap. cum ad monasterium de statu regul.

b L. Lucius § tres hanc des. ff. ad Trebellia.

c 12. q. 1.

d L. ubi repugnantia ff. de reg. iur. cap. sollicitudine de appell.

e Cap. 68. § procedit. § sequenti. § N. 2. in ca. 2. de consuetu.

g Arg. titulum de iure deliberandi. ff. de C. h. Ca. s. §. 4. 3. copulat statutorum eiusdem ordinis.

nulla etiam lege humana id vetatur, cum ille solus monachus a Ioane Andrea communiter recepto, dicitur proprietarius, qui tenet occulte, vel contra voluntatem Superioris aliquid, & praefatus monachus per dispensationem huiusmodi legati nil tenet occulte, neque contra voluntatem Superioris, quippe qui sciens & prudens usum illius ei permittit.

50 An autem aliqua, quae iusta fuerit, cautela possit inueniri, per quam tributum alicui monacho aut monachae facultas aliquid in usus suos, vel alienos pios, quos ipsi volunt, absque licentia Superioris expressa, vel tacita licite impendendi? Et pro affirmante facit primo praedicta resolutio communis super glossam.

Secundo, quod contra nullam legem naturalem, diuinam, nec humanam videtur esse donatio inter viuos, vel vltima voluntas, qua quis donat alicui monacho vel monachae aliquam quantitatem diuinam, mensuram, vel annuam, donec permittitur illi a Superioribus suis usus eius in suas necessitates, vel alia pia.

Tertio, quod Papa frequenter concedit monachis pensiones super beneficiis sui ordinis, & etiam aliorum cum facultate dispendendi eas in suos, vel alios pios honestos usus, & quidem iuste, per cap. nisi essent, & adnotat ibi Pannonianus de praebend.

His tamen non obstantibus, contrarium est tenendum. Tum quia id vetatur in cap. non dicitis, & in aliis locis multis in com. eius a nobis citatis. Tum quia non possunt duo contraria simul inueniri vera, dicitur contraria & repugnancia sunt, quod monachus per eumdem actum contrahat voto suo, & non contrahat illi, ut palam est. Et monachum uti aliquibus bonis absque licentia Superioris extra necessitatem extremam, & non transgredi votum suum solemne, sunt contraria, ut patet: ergo pars affirmatiua quaestionis est falsa.

Ad primum oppositorum respondetur, concedendo quidem illam resolutionem communem in eo citatam, negando tamen quod ex ea inferatur monachum posse uti aliqua re sibi relicta sine consensu expresso, vel tacito Superioris, cum potius perdatur, & desinat eidem legatum, simul ac Superior noluerit, ut eo vetatur.

Ad secundum respondetur, concedendo assumptum in eo, sed negando, ut dictum est ad primum, quod ex eo sequatur pars affirmatiua quaestionis proposita.

51 Ad tertium, concedendo etiam id, quod in eo assumitur, sed negando, quod qui monachus utitur aliqua re de consensu vel licentia Papae, utatur ea absque superioris licentia: cum ipse sit superior omnium monachorum, immo & omnium Christianorum praelatus primus, & maximus concurrens in iurisdictione cum omni praelato, ut S. Thomas in opus. contra errores Graecorum. & Innocentius, quem sequuntur omnes, praesertim Felinus.

52 DE CIMVMNONVM, an expediat ordini Carthusiano, ut Praelati eius repudiet legata, quae parentes, vel alij cognati, aut amici fecerint monachis Carthusianis, ut eis vtantur, donec Praelati permiserint ipsi uti eis ad usus suos, vel pios, quos ipsi volunt, & non vltra.

Ad quod (quia de illo erudire, religiose, ac eleganter disputas) nihil aliud respondeo, quam quod Praelati debent prudenter & serio pensare, an monasterium egeat, an abundet, & an per repudiationem exasperentur legatum filij, vel cognati, adeo ut auerterent animos ab amore ordinis, an item monachi legatarij ob morbos, vel complexionis debilitatem egeant alimentis, vel medicinis extraordinariis, an item sint tales, qui valde, & ad multum temporis scandalizarentur, eo quod non conceditur eis id quod licite sine ordinis damno concedi potest: an item sint ad prudenter dispendendum propensi, an ad effundendum vanè inclinati, & alia rerum legatarum, quantitatis, vtilitatis, finis, & modi apppositi circumstantias, & secundum illas acceptet illa, vel repudiet, ut Deo, proximis, & ordini videbitur conuenientius. Tum quia non fuerit caritatis & prudentiae illa ex abrupto repudiare. Tum quia fieri potest, ut sint aliqua monasteria Carthusiana familia quibusdam aliorum ordinum, in quibus vix panis, vinum, & vestitus de cellario communi exhiberi potest.

53 Non obstat iis statutum, quod a te proponitur con-

ceptum in haec verba. Si nouitij, tempore quo professionem facturi sunt, liberè aliquid, & sine omni pacto, nulla precedente petitione, dare voluerint, liberè accipi poterit, & iuxta dantis voluntatem expendi, dum tamen talis voluntas non deuiet à rigore statuti, nec per eam lapsus aliquis in ordine fiat. Unde si vellent, quod ex re donata aliqua pitantia pro tempore, vel in perpetuum danda conuenit, diebus quibus ex ordine pitantia non datur, vel quod aliquid alicui, vel aliquibus particulariter, & non ad communem usum & commune commodum daretur, aut quid simile, nullo modo debent audiri. Haec tenentur, cui dicitur concordate aliud.

Non inquam praefatum statutum obstat praedictis, Tum quia loquitur de solis nouitiis, exorbitatque ab illo iure communi, quod continet praefata resolutio communis, de qua in decimo septimo dubio, & ideo non debet extendi ab aliis, in quibus saltè eadem ratio non idem suaderet. Tum quia loquitur in casu, quo ex obseruantia modi donationi appositus lapsus regulae timeretur, & praedicta intelliguntur extra illum casum. Tum quia statutum videtur loqui de modo & onere tendente ad delicias, vel superflua, vel saltem non necessaria, ut eius exempla confirmant: praedicta verò de iis, quae tendunt ad necessaria, & vtilia monasterio, saltem per quamdam consequentiam, quia releuant illud à dando illi monacho aliqua necessaria, in qua ipse impenderet legatum.

54 VIGESIMVM DVBIUM, an monachus Carthusianus de licentia & consensu Prioris possit accipere aliquas pitantias Missarum, impendendas in aliqua pia, puta in libros, aut vestes sibi conuenientes, aut in illas, aut illas pauperum elemosinas, &c.

Respondeo quod sic, dummodo non impendat eas in alia, quia, ut nos diximus in comm. 2. de reg. c. monachus de licentia praelati potest iuste impedire de bonis monasterij in illos usus, in quos iuste potest ipsemet Praelatus. Nec obstat statutum, quod a te proponitur, conceptum in haec verba: Nulla etià persona ordinis per se, aut quauis aliam interpositam personam pro Missis & alijs praedictis officijs, & beneficijs pecunijs, etià gratis oblatas, vel aliquid aliud ad suos usus conuertendi sub pana disciplinae generalis, recipiat: sed si quid pro fidelium deuotione offeratur, illud cum gratiarum actione, cessante omni pactione, recipiatur, & ad usus, & commodum, non illius, cui offertur, sed totius communis conuertatur ad Prioris arbitrium. Haec tenentur statutum.

55 Non inquam id obstat. Tum quia loquitur simpliciter de accipiente pitantiam, vel elemosinam in usum suum: quaestio autem quaerit de accipiente eam de licentia Praelati. Tum quia statutum ipsum continet, ut illa impendantur arbitrio Prioris, & constat eius arbitrio impendi, quod de ipsius licentia impeditur, praesertim cum vltus certus, in quem sunt impendenda, exprimitur ab ipso. Tum denique quod in usum commune videtur impedi, quod de praelati consensu in aliquem decentem usum monachi impeditur, quia cum monachi sint potissima pars monasterij, cum personae praestent rebus, & sequitur quod dictum est.

56 VIGESIMVM PRIMVM, an monachus Carthusianus qui peccatum mortiferum proprietatis admisit alieuando, vel occultando rem monasterij, teneatur illud confiteri, antequam misset, vel committeret: an ita ut non sufficiat, quod confiteatur illud Priori ante diem Cænae Domini?

Respondeo quod sic. Tum quia opinio vera & communis etiam ante Concilium Tridentinum tenebat omne peccatum mortiferum esse confitendum ante summptionem Eucharistiae, iuxta glossam singularem, quam nos late probauimus in summa, & ante praefatum Concilium quod eam in canonem redegit, addens esse errorem contrarium eius. Tum quia nihil obstat statutum eiusdem ordinis in primo dubio relatum, quatenus significat sufficere monachis praefati ordinis confiteri peccata proprietatis Priori ante diem Cænae Domini, quoniam non statuit, nec potuit statuere contra ius diuinum, quod non teneatur confiteri illud ante summptionem Eucharistiae, sed solum statuit, quod sit excommunicatus, si non confiteatur, vel non reuelauerit illud Priori ante diem Cænae Domini: quod tam longè aliud est à praecedenti, quantum excommunicatio differt à peccato, pro quo illa fertur, & quantum necessitas confitendi sacramentaliter peccatum mortiferum, à necessitate confitendi sacramentaliter, vel reuelandi extra sacramentum Priori.

a In ca. s. §. 8. secunda pars nouorum.

b Arg. c. qui à iur. de reg. iur. lib. 6.

c Super c. no dicitis. 12. q. 1. nu. 23.

d De quoin ca. 3. §. 20. 3. compila.

e Leg. 2. ff. de statu homi. l. si queramus. ff. de testam.

f Ca. sane de celebra. miss. §. De panit. disp. 5. h. Cap. 7. §. cap. 11. §. 13.

g Ca. sane qui dam. 25. q. 1. §. arg. ca. m. superior. 21. disp.

57 Tum quia verus intellectus eius est, quod qui monachus peccauit peccatum mortiferum proprietatis ante diem Cænae, & non confiteri illud sacramentaliter ante communicationem corporis Domini, peccat quidem mortiferè communicando ante confessionem, propter transgressionem legis diuinæ de confitendo ante communicationem, sed non est ob id excommunicatus ante diem Cænae, sed si ante illum non confiteatur, vel non reuelerit illud Priori, erit excommunicatus, non quidem per legem diuinam, vel canonicam omnibus Christianis communem, sed per illud vestrum statutum ordini vestro particulare. Tum quia, vbi lege Synodali cauetur, ut sit excommunicatus, qui decimas occultatas non manifestauerit parochi ante diem Assumptionis, ille qui occultasset illas mense Iulio, peccasset mortiferè, cum occultauit, & etiam si communicat ante confessionem sacramentalem, licet non incidat in excommunicationem ante diem Assumptionis.

58 VIGESIMVM SECVNDVM, an praefatus monachus, qui omisit confiteri sacramentaliter peccatum proprietatis mortiferum admissum ante aliquot menses, vel circiter vnum annum ante diem Cænae, & intra illud tempus confessus est frequenter, & misit, comunicauit, tacito illo peccato, quod proponebat confiteri Priori ante diem Cænae, an inquam is monachus teneatur omnes illas confessiones tantquam non integras iterare, iuxta notata per omnes, a quos nos quoque retulimus in Man. confessi.

Respondetur quod sic. Tum quia confessio, quae non est integra omnium peccatorum mortiferorum, quorum memoriam confitens habet nihil valet, ut habetur in c. omnis, & in decreto Eugenij Concilij Florentini & ca. 5. sess. 14. Conc. Trid. Tum quia peccatum mortiferum proprietatis non excipitur à lege illa generali diuinæ, qua iubemur poenitentes confiteri omnia peccata mortifera, quae admisimus, quorumque memores sumus, quando confitemur, iuxta praefata iura, & S. Thom. ab omnibus Catholicis receptum. Sicut autem obliuio aliorum mortiferorum facta iusta diligentia reminiscendi excusaret ab iteratione, ita & obliuio peccati proprietatis excusaret. quin & si aliquis adeo simplex & ignorans esset, ut bona fide probabiliter secundum conditionem suam putaret auctoritate forte, vel exemplo peritorum, quod per praefatum statutum leuabatur onere illud confitendi usque ad diem Cænae, non peccaret tacendo illud, nec teneretur iterare confessionem tacito illo factam, argumento eorum, quae de monacho simplici bona fide contraueniente dicit Card. e arg. item eorum, quae nos diximus, f de illo, qui tacet in confessione aliquid mortiferum, quia non putat esse tale.

59 VIGESIMVM TERTIVM est circa statutum, quo dicitur, in ordine Carthusiano confessarios expositos in absentia Prioris à reseruatis confitentibus absolueri posse, ita tamen, ut iterum eidem Priori reseruata crimina, quam primum eius habuerint copiam, confiteantur. dubium inquam est, an monachus, qui admisit peccata mortifera, tam reseruata, quam non reseruata, teneatur confiteri omnia, etiam reseruata praefato confessario exposito, an sufficiat confiteri ei non reseruata, & postea cum venerit praelatus, confiteri ei sola reseruata.

Respondetur, quod tenetur confiteri omnia praefato confessario, & postea iterum reseruata Praelato, cum venerit: quia integritas confessionis requirit, ut quorum memoriam habet vni & eidem confessario, nisi aliquot casibus, quorum de numero non est hic, confiteatur, iuxta S. Tho. h & quod confessario reseruatum, & non reseruatum fiat confessio, tenet idem S. Thom. i & Sotus, f quorum dictum communiter receperunt probat cap. omnis, i licet Sotus in aliquot locis, m videri posset alicui contrarium tenere, nisi in dictis duobus locis, n apertè commune teneret, & satis sentit Conc. Trid.

60 VIGESIMVM QVARTVM, circa idem statutum, an confessio monachi, quae in casu praefati statuti iterato fit Praelato, debeat esse sacramentalis?

Respondetur primò, quod potest esse sacramentalis, & si fieret talis, oporteret Praelatum absolueri ipsum sacramentaliter, per quam absolutione conferretur noua gra-

a Ca. omnia de panit. § remiss. § in 4. li. sent. disp. 17. b Ca. g. num. 11. c De panit. § remiss. ca. 1. §. cautus. de poenit. disp. 5.

d In 4. diff. 17. q. 3. art. 4.

e Cle. 1. q. 39. de privileg. f In d. Man. cap. g. nu. 12. g De quo ca. 6. §. 1. tertio compila.

h In 4. diff. 10. q. 3. art. 4. i In 4. diffin. 17. q. 3. art. 4. q. 2. ad 4. k Diff. 8. q. 2. art. 5. col. 12. versic. quar. suis iugur. § melius col. 10. versic. quar. l. De panit. § remiss. §. confidetur. §. eamur de panit. disp. 5. m Praedicti artic. 5. n Praefatum col. 10. o Cap. 5. §. can. 7. sess. 14.

tia sacramentalis, ut tradit Sotus, quia licet ille non dicat, potest dici nouum sacramentum propter nouam confessionem peccatorum reseruatum, cum etiam peccata semel confessi, & legitime, ac penitus absoluta possint esse iusta materia sacramenti poenitentiae, sicuti & venialia secundum omnes Catholicos.

Secundò, quod posset excusari haec noua sacramentalis confessio, si à praelato reuertente impetraret poenitens commissionem absoluedi ad priorem confessorium, vel alium, cui tamen videtur facienda sacramentalis confessio, quam deberet subsequi absolutio sacramentalis: quia huiusmodi commissarius subrogatur in locum praelati, & subrogatum debet sapere naturam eius cui subrogatur. b 61 VIGESIMVM QVINTVM, circa idem statutum, an in casu praefati statuti teneatur monachus Praelato reuertenti, vel commissario eius confitenti omnia peccata, quae confessus fuit prior confessorio, an sufficiat confiteri sola reseruata?

Respondetur, quod sufficit confiteri sola reseruata, si post posteriorem omnium confessionem non admisit alia confitenda, neque nouè venit in memoriam aliquod prius commissum nondum legitime confessum, quia reliqua iam sunt penitus absoluta. Si autem admisisset alia noua, vel vetera non confessi in memoriam venerint, oporteret etiam illa, quamuis non essent reseruata, confiteri cum reseruatis. quod quamuis non videam ab aliquo tactum, probatur illa firma ratione, quod confessio sacramentalis debet esse integra omnium peccatorum nondum confessorum, quorum habetur memoria: & per praedicta confessio reseruatum debet esse sacramentalis, quando fit ad habendam absolutionem sacramentalem ab eo, cui fit illa.

62 VIGESIMVM SEXTVM est circa intellectum statuti, quod habet, ut Vicarius apud vos in ordine vestro Priore deposito eadem in spiritualibus potestatem habeat, quam Prior ipse, eamque libere exerceat. Dubium inquam est, an monachus, qui peccatum proprietatis fuit legitime confessus, vel reuelauit Vicario huiusmodi, vel obtinuit absolutionem excommunicationis ab eo, teneatur iterum confiteri, vel reuelare illud nouo Priori, vel nouam ab eo impetrare absolutionem.

Respondetur quod non: quia idem tribunal, & eadem potestas & auctoritas fuit penes Vicarium, quae fuerunt penes Priorem depositum, & quae sunt penes Priorem nouum, & ita facta à Vicario censentur facta à Priore. Tum quia facta per Vicarium Episcopi, quo ad ea in qua sua potestas vicaria extenditur, censentur facta ab ipso Episcopo. d Tum quod facta per Capitulum sede vacante, in eis in quibus succedit Episcopo, videntur facta ab ipso Episcopo. e Tum quia facta per eum, cui administratio libera Ecclesiae conceditur, perinde valent, ac facta per eum, cui esset illa collata, praeterquam in alienatione immobilium, f vnde is, cui commendatur abbatia, potest esse iudex delegatus, & vti omnibus, quibus potest is, cui ea confertur in titulum, ut post alios resoluit Decius. g

VIGESIMVM SEPTIMVM, an alienatio & dispensatio facta à monacho de licentia Vicarij, posito loco prioris officio depositi, debeat manifestari Priori nouo, vel ab eo ratificari, ut monachi conscientia sit à proprietate tuta. Respondetur quod non argumento iurium in proximo dubio citatorum.

63 VIGESIMVM OCTAVVM, an manifestatio proprietatis facta visitatori tenenti locum Prioris, & Vicarij, eis deficientibus, debeat fieri denuo Priori nouo. Respondetur quod non, per praefata iura, & eis adnotata, praesertim. h 64 VIGESIMVM NONVM, an monachus Carthusianus possit petita à praelato licentia, de illius consensu expresso, vel tacito fructus arborum, ut sunt poma granata, &c. in hortulo cellae inferarum excultari in usus suos seruare, aut mittere amicis suis, & fautoribus monasterij in xeniola absque peccato proprietatis.

Respondeo quod sic. Tum quod proponitur usum commune habere, ex quo scito per Praelatum, & non contradicte colligitur tacitus consensus, qui ad hoc sufficit, ut post vtrumque Cardinale diximus nos in cap. non dicitis. i Tum quod ad redundantiam interuenit expressa

a D. artic. 5. col. 17.

b L. eum qui § iniuriarum. ff. si quis cauissio. §. c. eccle. §. S. Maria. ut lite pendat.

c De quo ca. 4. §. 23. 3. compila.

d Ca. non putamus de consue. li. 6. §. c. Romana. 1. de appell. cod. lib.

e Ca. cum olim. §. cap. is qui. de maio. §. obed. §. c. 1. de insti. l. 6. f Cap. is cui prouiso. de elect. li. 6. §. c. cu nobis. cod. tit. in anti. quio. §. c. se. §. quenti. 21. q. 1.

g Ca. edoceri. col. vlt. de rescrip. h Ca. rellatio. §. c. illud. 21. q. 1. §. c. cum nobis. de elec. §. cap. is cui prouiso. cod. tit. lib. 6.

i 12. qu. 1. nu. 40. §. seq.

petitio licentia, & consensus Prælati. Tum deniq; quod prælati potest illa feruare, & in xenia modo supra dicto mittere: & quidquid Prælati potest per se custodire, aut dispendere in aliquos vsus, potest etiam monachus eius facere de consensu, vel licentia expressa, vel tacita ipsius, vt supra diximus ad dubium vigesimum, per ea quæ scripsimus in com. cap. non dicatur.

65 TRIGESIMVM est circa statutum. b An præsupponat sacerdotes simplices posse excommunicare. Et videtur quod sic, habet enim hæc verba, Singulis annis excommunicentur à Priore, & à singulis sacerdotibus omnes tam presentes, quam absentes, qui occultandi animo, &c. Sed cõtrarium tenet communis cum Collectario, Card. & Panor. in cap. sacerdos, & Panor. cap. cum contingat.

Ad hoc dubium dico, quod non expedit ei respondere, Tum quia non est necessarium, & non vacat etiam necessariis respondere. Tum quod illud statutum mutatu videtur per ca. 5. e quatenus habet quod Prior debet denunciare, esse excommunicatos proprietarios, nisi, &c. & ita loco excommunicare ponit denunciare: & cõstat denunciationem differre ab excommunicatione, f & fieri potest, & quotidie fit à parochis in Ecclesiis. Tum quod Iuris canonici prudentia, qua nunc vitur Ecclesia Romana, parum curat de illis modis intelligendi excommunicationem D. Pauli, & neque alios, nisi ad effectũ, de quo in cap. cum sit Romana. h Que omnia submitto tua; & cuiusuis alius sanius sententiæ censura, ad gloriam Dei, qui te Illustrum admodumque Reuerendum in Christo Patrem quam diutissimè seruet incolumem. Amen.

SVMMARIVM.

- 1 Monachus, qui in vno monasterio vouet stabilitatem, non potest de iure inuitus ad aliud mutari.
2 Regulari debet nedum à Pontifice, sed etiam à suo Generali concedi licentia, vt retento habitu sit extra claustrum, vt subueniat necessitati, que matri superuenit: nam si præcessisset professione, nec iuste posset in claustro manere, sed teneretur exire, vt subueniat. nu. 3.

CONSILIVM IIII.

Beatissime Pater, deuotus Sanctitatis vestre orator monachus sancti Bernardi proponit eidem humiliter, quod cum puer esset nondum quindecim annos natus, emisit professionem in monasterio sanctæ Mariæ eiusdem ordinis, in quo honestè mansit vsque ad præsens tempus, velletque in eo perseuerare donec vixerit, sed habet in prædicta prouincia propè dictum monasterium matrem valde senem, pedibus impeditam, sere cacam, & paralyticam. & qua cum sit alienigena, nullos habet ibidem propinquos, & necessarios, præter oratorem prædictum, quem solum genuit, & à quo vita sustentationem expectat: quapropter supplicat Sanctitati vestre, vt dignetur ei cõcedere alterum de duobus, puta, vt iubeat, quod non possit de monasterio mutari, nisi sua culpa id exegerit, dum mater ipsa (que iam parum duratura est) vixerit, aut tribuat illi facultatem manendi extra monasterium, habitu regulari retento, vt matrem modò honestè alere possit, dum ipsa vixerit.

1 Rogatus, an Sanctissimus D. N. iuste, & quo ad forum conscientia prædictas facultates facere possit, respondeo primò proculdubio posse priorem, scilicet, quod nõ mutetur absque sua culpa: quia iure communi attento monachus de ordine non Mendicantium, qui vouit stabilitatem in vno monasterio, non potest absque iusta causa mutari ad aliud, nec solebant olim mutari: licet nouiores nouitatum studiosiores, quàm antiqui, multa in hoc & aliis innouarint, vt quod prælati essent triennales, de quo late dixi in cap. nullam.

2 Secundò, quod etiam potest facere secundam: quia secundum D. Thomam, k quem post alios secuti fuimus in Manual. l necessitas parentum religiosi superueniens eis post professionem est iusta causa vt exeat monasterium ad succurrèdum eis, si aliàs non potest. Dixi, superueniens: quia præueniens efficit, vt non possit intrare monasterium, nec ingressus iuste profiteri, nec professus iuste manere: quia obligatio iuris naturalis & diuini seruendi parentibus efficit, vt nullatenus possit filius eis derelictis intrare monasterium, vt prædictus D. Thomas receptus affirmauit.

3 Tertiò, quod non solum S. D. N. sed etiam Generalis ordinis vtramque earum potest facere, sed nõ faciet: quia adeo refrigescit caritas, & quòd pauci Superiores volunt concedere inferioribus libertatem, quam nõ habent ipsi, vel sui cognati, & additi erga multos religiosos: & multi volunt videri nimium iusti erga extraneos, etiam si Deus sua lege naturali, vel diuina positua eam concedi iubeat: & vti nam multi, qui valde rigidi & sancti videri volunt, non persuadent multis Prælati, quo nimis summo iure vtantur, ex quo iniuria aliquid nascatur, dum leges humanas & rigidas non patiuntur aequitate naturali siue epiikeia molliri. Salua, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda: cui si addatur dictio vniuersalis, plura comprehendit, quàm sola indefinita: & si dictio vniuersalis præcedens sit negatiua, omnia sequentia destruit, & contrarium ponit, si tamen à lege negatiuè concepta reperiatu aliquis casus alia lege exceptus, poterit, sic docente nos legiflatore, à paritate rationis ad alios similes extendi. num. 4 & 5.
2 Impetratio eius, quod iure conceditur, non inutilis: nam dubia & scrupulos tollit. num. 5.
3 Monialis ex causa correctionis, & vt alteri præficiatur, de monasterio ad monasterium de iure, & ex Concilio Tridentino à suo Superiore, saltem cui non obstat extrauagans Pij V. num. 6. & 7. transferri potest.
6 Intellectus cap. 5. sess. 25. de regularibus est, vt moniales, qua ex causa volunt de monasterio egredi, habeant licentiam ab Episcopo, si ei, vel nulli, nisi Pontifici immediatè sint subiectæ, vel ab eartũ Superiore regulari, si sint exceptæ, & illi subiectæ.

CONSILIVM V.

AN Generalis ordinis Minorum de obseruantia possit transferre moniales sibi subditas de vno ad aliud monasterium causa correctionis, vel nouæ foundationis? Præsupposita confirmatione priuilegiorum eiusdem ordinis à Gregorio XIII. nisi sint contraria Concilio Tridentino, quibus id expresse eidem conceditur. Et an dictæ facultati obstat Bulla Pij V.

QVÆSTIONE S hæc longè difficiliores sunt, quàm à principio putauit, & ad earum integram responsonem addenda videtur alia, qua præcedat illas, nempe, an solo iure communi scripto attento circumscripta præfata extrauagante Pij V. & præfatis sacris Sedis Apostolica priuilegijs possit præfatus Illustrissimus idemque Reuerendissimus Generalis transferre moniales sibi subditas de vno monasterio ad aliud ex prædictis duabus causis, scilicet correctionis, & nouæ foundationis, ita quod erunt tres quæstiones, quarum prima sit hæc, & prior aliarum propositarum secunda, & posterior tertia.

AD HANC IGITUR PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo, quod pro eius parte negatiua vrget primo cap. vnic. a ibi. nulli monialium religionem tacitè vel expresse professæ valeat, quacumque ratione vel causa, nisi forte tanto & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum alijs absque graui periculo, seu scandalo commorari, monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas, &c. Que verba constituunt legem non solum generalem, sed etiam vniuersalè, signo vniuersali munita, qua in summa habet, nulli monachæ professæ patere facultatè exeundi monasterium, nisi vno casu, sub què neutra duarum nobis propositarum includitur. At lex generalis generaliter intelligenda est, b etiam si in vna specie maior inueniatur ratio includendi eam, quàm in alijs vt habet, l. i. c & tradit Decius, d quem sæpe nos alibi sequimur: & signum vniuersale adiectum verbo generali efficit, vt extendatur etiam ad alia, ad qua non extenderetur indefinita generalis, iuxta glossam solemnem in clemetina. e & gloss. solemnem cap. circa, f qua per iura expressa probat longè amplius legatum relinqui per illa verba, Lego omne marmor, vel omnem lanam, quam per illa, Lego marmor, vel lego lanam, præsertim autem si est signum vniuersale negatiuum, quod omnia sequentia destruit, & contrarium eorum ponit, vt dicit glossa singularis & recepta, g quale est illud, Nulli, quod positum est in dicto cap. i.

2 Secundo vrget, quod frustra impetratur, & pro priuilegio datur, quod iure communi conceditur, iuxta l. i. a & tradit glossa recepta. b At impetratum fuit ab ordine præfato, & ei priuilegio datum, vt Generalis eius possit transferre moniales præfatas in prædictis duobus casibus, ergo iure communi non licebat eis illud.
3 Sed his non obstantibus, contrarium videtur verius. Primò quidem quod intentio Pij V. non fuit laxandi clausuram monacharum, sed restringendi, vt ex eius verbis colligitur: aramen excipit à sua prouisione tres casus, cū tamen Bonif. VIII. nõ expressisset nisi vnũ, e ergo efficax argumentum est, quod nõ obstante sua extrauag. licebat monialibus exitum in illis tribus casibus iure communi, non obstante dicto cap. i. quod fuit Bonifacii VI. II. quod innouauit Conc. Trid. d sess. 25. & definiuit licere monialibus exitum à monasterio, sufficiente causa legitima ab Episcopo probata, clarè significando, quod præfatum ca. i. non solum erat iure communi limitadum in vnico casu ibi expresso, sed etiam in omni eo, qui esset causa legitima exeundi.
Secundò, quod nos pridem respondimus potuisse monacham vnus monasterij electam legitime in Abbatissâ alterius, transire ad illud de licentia sui Superioris legitima: quod postea scripsimus in com. 4. de reg. e
4 Tertiò, quod est textus iuris optimus per multa ibi à Decio tradita in cap. dilecta, f quatenus habet casum exceptum à regula ob aliquam aequitatem, & extendi posse, debereque ad alios casus ob similem aequitatem. Cùm igitur casus ille vnicus exceptus à Bonifacio, g excipiatur à regula illa negatiua, ne qua monacha exeat clausuram, extendi potest & debet ad casus alios, in quibus similibus aequitas id suadet: quod certe fuit in causa, vt Concilium Tridentinum extenderit illum casum ad omnes alios, in quibus inueniretur causa, quam legitimam arbitraretur Superior legitimus.
5 Non obstant supra in contrariũ citata. Ad prius enim illorum responderetur, concedendo quidem, generalem legem generaliter esse intelligendam regulariter, & legè vniuersalem vniuersaliter, sed fallere illud, quando inuenitur alia lex, qua limitat illam generaliter, vel vniuersaliter loquentem, quod in proposito casu contingit. Nam inuenitur lex, qua habet, casum exceptum à regula generali extendi posse, debereque ad similem casum.
Ad posterius responderetur, concedendo non esse necessarium impetrare in priuilegium speciale, quod iure communi conceditur: quod probant iura in eo citata, sed frequentissimè id impetrari concedique solere à S. R. E. idque esse vtile ad tollenda dubia & scrupulos: quorum vnus exemplum quotidianum est impetratio, & concessio pronuntiandi officium matutinum sequentis diei vesperæ præcedentis, quod iure communi licere ait S. Thomas receptus ab omnibus, h & etiam à nobis citatus in Enchir. de oratio, i vbi latius hoc tradimus. & ita impetratio & concessio priuilegij factæ præfatis Generalibus nõ fuit facta vti iure necessaria, iuxta veram & legitimam iuris Canonici impetrationè, licet fuerit utilis ad quãdam maiorem declarationem, & scrupulorum euitacionem.
6 AD SECVNDAM respondeo, quod extrauag. prædicta nihil obstat: quia, vt prædiximus, tam illa, quam cap. i. k & quàm Concil. Trid. sunt limitada, ne procedat prohibitio exitus monacharum, cùm occurrat causa legitima: & ita non videtur prohibere exitum monacharum per viam iustæ correctionis, vel nouæ foundationis, que sunt causæ legitimæ ad exeundum. Secundò, quod magis videtur obstat Concilium Tridentinum quod videtur exigere, vt causa legitima exeundi approbetur per Episcopum, & consequenter, quod non sufficiat licentia Generalium, & quod confirmatio priuilegiorum præfati ordinis prædicta non extenditur ad contraria Concilij Tridentini. Sed responderetur, illa verba præfati Concilij intelligenda esse, vt nos intelleximus alia familia eiusdem in d. cap. super, l scilicet, quod approbatio illa Episcopalis requiritur quo ad exitum monialium eiusdem subiectarum, vel ita exemptarum, quod soli Papæ immediatè subsunt: non autem de alijs exemptis, qua subsunt alijs Prælati aliorum ordinum, de quibus hic agimus: quoniam quæstiones mouentur de monachis subiectis Gene-

legio

aff. ad muni. cap. b In cap. i. de rescript.

c In d. cap. i.

d In cap. 5. de reg. sess. 25.

e Super c. sta. in m. 10. q. 3. nu. 48. ibi. Nota quar. 10. f De confir. vtili. g In d. cap. i.

h Quod 5. art. 28. i Ca. 3. num. 37.

k De stat. regula. li. 6.

l Cap. statui. nu. 60.

ralibus ordinis Minorum de Obseruantia.
7 AD TERTIAM responderetur affirmatiuè, quod præfatus Reuerendissimus D. Generalis potest, ea qua in quæstione continentur, facere, non obstante præfata extrauagante Pij V. Tum quia S. D. N. in sua confirmatione derogat generaliter illis, & alijs, que possent esse sũe confirmationi contraria, modo fuissent in vsu, & non essent contraria Concilio Tridentino. Nec potest obstatere reseruatio Pij V. quia non potuit ille tollere S. D. N. eius successori potestatem concedendi, vel innouandi priuilegia concessa ordini præfato, cum par in parem non habeat imperium, a & quoniam res clara videtur, etiam videbor nimis prolixus, & ideo facio finem, submittendo ea, qua dicta sunt, ei, cuius iustior fuerit sententia.
Vide ad hoc responsum, quod positum est supra de regu. consil. 70.

SVMMARIVM.

- 1 Oblata Turris speculorum Vrbs, quia non sunt vera monachæ, ad clausuram non obligantur. num. 9.
2 Dispositio eum non comprehendit, cui dispositionis verba non adaptantur.
3 Crescere nemo inuitus cogatur, nec vitæ, quæ non vouit, seruire.
5 Iura pænalia, vltra quam verborum proprietatis patitur, etiam ex identitate rationis, nisi aliud concurrat, non extendenda.
6 Moniales, sponse Christi, nubedo bigamiam quãdam cõtrahunt.
7 Regularibus limitatã vitam professis austerior imponi nequit.
8 Regularibus etsi quandoque austerior vita præcipi potest, secularibus autem non.
8 Dispositio odiosa de regularibus loquens, ad eos qui tria vota non emittunt, non extendenda.
9 Oblata Turris speculorum Vrbs etiam si collegialiter more religiosarum in vna domo viuunt, donatæque sint ordini S. Benedicti cum aliqua mutatione habitus promittentes stabilitatem & obedientiam Præfate, itaque etsi vouerint paupertatem, & castitatem perpetuam, num. 21. tamen verè non sunt moniales professæ, nec esse possunt, cum in nulli. 2 Sede Apostolica approbata religione tria vota seu professionem, nec tacitam, nec expressam emittant. num. 10. & 11. eorumque congregatio non sit vt religio, sed vt bonus viuendi modus approbatus, num. 11. 13. 17. obedientiaque promissa non sit monachalis facta in manibus, vt requiritur, potentis alicui religioni incorporare. num. 20. 22.
9 Obedientiam perpetuam promittens censetur tria substantialia religionis vota promittere, & sic professionem emittere: & hoc quando non quamcumque, sed monachalem obedientiam secundum aliquam regulam approbatam, nu. 16. 17. in manibus potentis illi religioni incorporare promittit. num. 20. 22.
16 Oblata, seu donata, à monialibus, qua suscipiunt habitum religionis, & profitentur regulam vt seruiant in choro, & à conuersis, qua accipiunt habitum religionis, & profitentur regulam vt seruiant extra chororum, differunt, cum ipsa nec profiteantur regulam, nec assumant habitum regularem, licet se & sua perpetuo donent, per quem actum efficiuntur plenè oblatæ, non tamen religiosa, num. 15. & 16. sed eis similes, num. 9. non absolutè, sed quo ad quãdam priuilegia, num. 19. & si contrahant matrimonium, teneat. num. 15.
18 Beata in Hispanijs, & Canonissa in Germania, qua collegialiter viuunt facientes vnus collegiũ, non tamen ob id efficiuntur moniales proprie, immo nisi aliud obstat, possunt testari, & hoc etiam si habeant habitum specialem, & domos similes monasterijs cum oratorio, promittantque obedientiam suæ Præfate, & perpetuam stabilitatem viuendi secundum earum viuendi modum. num. 9.
22 Vota tria substantialia aliter quàm in manibus potentis approbata religioni incorporare etiam sapius emissa non faciunt quem religiosum, seu monachum.

CONSILIVM VI.

Dvbitatum fuit primo, an monachæ, siue oblatæ Turris nouæ speculorum Vrbs teneantur ad clausuram, sicut ceteræ moniales.
1 Respondeo ad hanc quæstionem, quod eius decisio videtur pendere à decisione alterius quæstionis, scilicet an prædictæ oblatæ sint verè monachæ, siue moniales tacitè vel expresse professæ: nam si sunt professæ, proculdubio tenentur ad obseruantiam prædictæ clausuræ: quoniam tam mens, quàm verba capit. periculofo. b Concilij Tridentini, c & bulla secl. reco. Pij V. super hoc lata compre-

a Cap. inno. mit. de elect.

b De statu regula. li. 6. c. 5. c Sess. 25. de regul.



a Cap. si Romanus. 19. dist. 2. de prelio. ff. de publi. in rem act. b ff. de testat. c De proben. d § penult. de elec. li. 6. e §. toties. ff. de dam. infer. f In ca. nonnulli. col. 31. de rescript.

g 74. distim.

h Ca. 2. de probat. l. itaque fullo. ff. de fur.

i Cap. pena. de poenit. dist. 1. §. le. inter. de poenit. k In c. 1. verbo Italia. de tempor. ordi. li. 6. l Ibidem. m Ca. quorundam. §. ca. si religiosus. de elec. li. 6. n Cap. quot. quot. 27. q. 1.

o Arg. ca. in. regius. 32. q. 1.

p In summa de voto. §. vtrum. q In ca. super eo. de reg. r In c. ad nostram. de appell. s In cap. nam de confit. t Le. non omnia. ff. de reb. cred. ca. si. de verb. signific. v Capi. quod omnes. de regul. iur. lib. 6. x In d. cap. ad nostram. de appell. y Capit. duo sunt. 12. qu. 1. z In rub. de reg.

hendunt eas: quia lex generaliter loquens generaliter est intelligenda, etiam si sit odiosa & penalis quo ad ea, ad qua verba eius ex propria significatione extenduntur, iuxta, l. cum lex iuncta gloss. b quod ibi notat Aretinus & Decius & cap. quia in tantum, c si autem non sint verè monachæ, contra dicendum videtur. 2 Primo quidem, quod nec lex, nec aliqua dispositio comprehendit eum, cui verba eius aptari nequeunt, iuxta ca. indemnitate, d & l. 4. e ubi hoc Bart. & Paul. & alij adnotarunt, & præ aliis commendat Fel. f at verba prædicti c. periculofo. & Conc. Trid. & constitutionis prædicti Pij nõ aptantur mulieribus monasteriis oblatas solum, sed tantum professis: ergo illa non comprehendunt prædictas oblatas, si non sunt professe. 3 Secundo, quod nemo cogi potest crescere, nec iniurius obligari ad austeriorem vitam, quã non vovit, c gesta, b cum glo. recepta, quæ habet, quod monachis, & canonicis iniurius districtior vita non potest imponi, ubi Archid. quem sequitur Card. à Turcremata, allegat illud S. B. ad Abbatem in persona cuiuslibet monachi, *Vota mea non augeas sine mea voluntate, sicut nec minuas sine certa necessitate.* & prædictæ oblatæ nõ voverunt sub tanta clausura viuere: ergo nequeut ad illã seruadã cogi, si verè nõ sũt monachæ. 4 Tertiõ, quod nemini sua bonitas debet nocere, nec malitia prodesse. h At prædictæ oblatæ collegialiter viuẽtes longè melius faciunt, quã alie oblatæ, quæ singulari, binæ, aut ternæ viuunt cum omni libertate, quoquo velint sine vllius licentia exeuntes. At illas, quæ maiori custodia indigent, nõ comprehendunt prædicta iura libertatem ex eundem tollentia: ergo à fortiori non comprehendit has oblatas, quæ longè honestius viuunt, & minoris custodia indigent, si hẽ nõ sũt magis verè monachæ, quã illeg. 5 Quarto, quod iura pœnalia, qualia sunt prædicta, vt ex eorum tenore patet, non sunt extendenda, etiã ex similitudine rationis, vltra quã propria verborũ eorũ significatio permittit. i Nec obstat dicere, quod eadẽ omnino ratio permittit extensionẽ legũ pœnaliũ, iux. glo. sing. k Tum quia id solum non sufficit, nisi aliquid aliud cũ idẽtitate rationis concurrat, vt concurrat in casu d. c. 1. vt resoluit Dominicus & Francus. l 6 Tum quia non est eadem omnino ratio. ratio enim, vel saltem magna pars eius, quare clausura indicitur monialibus, est, quia illæ per professionem regularem renũciarunt voluntati suæ. m At hæ non fecerunt idem, si non sunt monachæ professe. Præterea moniales peculiariter dicuntur sponsæ Christi, adeo quod per nuptias dicantur incurtere quamdam bigamiam, n & ita iustum est, vt maior custodia circa earum continentiam & pudicitiam ponatur Papa eis tamquam sponsis Christi, cuius est ipse Vicarius, quã circa aliarum, quæ cum nondum sint voto solemnĩ despenfatæ Christo, tam liberam habent voluntatẽ ad ea, quibus non se astrinxerunt, quã alij Christ. liberi. o 7 Quintõ, quod communis conclusio habet, quod etiã religiosus professus non potest imponi austerior vita, si voverunt limitatam seruare regulam, secundũ quod obseruatur tempore professionis, quam tenet Hoff. p & Panorm. q & Dec. r & Fel. s cum citatis ab eo: & quod limitata causa limit atũ producit effectũ. t At prædictæ oblatæ limitatè promiserunt viuere secundum cõsuetum viuendi modum congregationis: ergo non tenentur ad austeriorem vitam, nec illa potest eis reuocentibus imponi. 8 Sextõ, quod licet regularibus possit aliquando præcipi austerior vita, secularibus tamen non potest, vt distinguit gloss. v quam Panorm. Felin. & Dec. approbant, x & prædictæ oblatæ si non sunt professe, sunt seculares, & nõ regulares: quia solum duo sunt genera hominum, secularium, & regularium. y Septimo, quod in specie Panormitanus communiter receptus ait, z constitutiones odiosas de regularibus disponentes non extendi ad eos, qui non profitentur tria vota substantialia, etiam si seruent aliquem modum viuendi à Sede Apostolica approbatum. Cũ ergo certum videatur, prædictas, de quibus agimus, oblatas non teneri ad clausuram ob prædicta iura, si verè non sunt monachæ, id est expressè vel tacitè professe, & teneri ad eam si verè sunt monachæ, oportet resolvere alteram

quaestionem, à cuius resolutione diximus pendere hanc, quæ nobis est proposita. 9 AD ALTERAM QVÆSTIONEM resoluendam considerandum est, quod ad dicendum prædictas oblatas esse verè moniales, facit primõ, quod viuunt conuenialiter intra vnam domũ habentes vnum oratorium, vnum refectorium, vnum vestiẽdi modum, & vnam Prælatam, quæ sunt signa vere profitentium. a Secundo, quod se suãque viderunt perpetuõ donare monasterio ordinis S. Benedicti: & ita sunt plenè oblatæ: & plena oblatio æquipollet professioni, vt significat Panormitanus, b cui etiam æquipollet humilis, deuota, & iurata oblatio, vt ait Felinus. c Tertiõ, quod ingrediens ordinem volendo mutare vitam videtur profiteri, capit. consuluir, vbi videtur id dicere Innocentius iuxta, d & facit cap. non solum, e quatenus significat, quod assumptio habitus religionis cum euidenti proposito mutandi vitam, inducit professionem saltem in genere. At prædictæ, de quibus agimus, oblatæ volunt mutare vitam: ergo videntur tacitè profiteri. Quarto, quod promittunt stabilitatem perpetuam in prædicto modo viuendi, & obedientiam Prælatæ suæ, vt constat ex modo, quo sese offerunt: & qui promittit obedientiam perpetuam, videtur promittere tria vota substantialia religionis, vt significat contextus dicto capit. consuluir. vbi videtur id adnotare Innocentius: ergo videntur etiam monachæ saltem tacitè professe. f 10 His tamen non obstantibus, dicendum est, eas non esse veras monachas & religiosas, neque tacitè vel expressè professe, & ligatas voto solẽni. Primõ quidem, quod notorium facti & iuris est, alias esse mulieres monasteriis oblatas, & alias in monasteriis professe: facti quidem, quod passim in monasteriis etiam virorum, præsertim habentiũ hospitalia annexa, inuenies mulieres oblatas, quæ nullatenus sunt moniales, neque professe, immo pleraque nuptæ, quæ vna cum suis viris se, suãque illis obtulerunt. Iuris autem, quod nulla est, nec potest esse vera monacha, & sanctimonialis, nisi quæ tria substantialia vota in religione aliqua à sancta Sede Apostolica approbata in manibus Superioris ad id potestatem habentis emiserit, f vt ait Panormitanus communiter receptus, g quem ibi Felinus, Decius, & alij sequuntur. At multæ sunt oblatæ monasteriis, quæ prædicta tria vota non emittunt: & consequenter alie mulieres sunt oblatæ, alie monachæ. h 11 Secundo, quod oblatæ, de quibus agimus, numquam faciunt professionem monachalem trium votorum prædictorũ expressam, vel tacitam: de expressa supponitur in facto: de tacita constat, eo quod nulli actum faciunt, quo tacita professio fieri censetur. Tres enim vni actus, quibus censetur professio tacitè fieri, quos post alios colligit Siluester. i Primus, immiscere se actib. j professorum, puta interuenire cum habitu illius religionis alicui actui solis professus conuenienti cum perseverantia tridui. Secundus, delatio habitus professorum patenter distincti ab habitu nouitiorum. Tertius annalis delatio habitus nouitiorum non distincti distinctione patenti. At oblatæ, de quibus agimus, nullum horum actuum faciunt. Tum quia nullus est eis habitus alius à seculari indictus. Tum quia nulla est diuersitas habitus inter eas. Tum quia nulli sunt actus reseruati professis. Tum quia nulla sunt nouitiũ distincti ad professis, immo nulla est inter eas mentio de professione, neque de nouitiũ, sed solũ de oblatione facta, vel faciendã secundum modum ab omni professione omnium regularum approbatã aliena, vt patet ex modo quo illa se offerunt, per quem ad nullam approbatã religionis regulam se obligant, sed solum ad modũ consuetum viuendi in illa cõgregatione, qui licet sit approbatus pro licito modo viuendi, nõ tamen pro regula religionis approbatã, cùm hoc longè distet ab illo, iuxta glossam receptam. k 12 Tertio, quod magis & minus non mutant speciem, k ergo omnes oblatæ, quatenus tales, sunt eiusdem speciei, licet alie aliis religiosius viuant, & consequenter, aut omnes sunt professe, aut nullæ: at constat non esse omnes professe, quia constat non esse tales illas, quæ singulari, binæ, vel ternæ viuunt: ergo nullæ sunt professe. l Quarto, quod in ipsomet Benedictinorum ordine sunt

a Arg. c. cum ad monasterium. de statu monac. §. in ca. in nona. a. tione 16. q. 7. §. clem. 1. de elec. b In c. ut privilegia. de priuile. c In c. in presentia. de probat. col. 3. d Qui clericus vel vouerit. e De reg. l. 6.

f Ca. ad Apostol. de regu. §. ca. cum ad monasterium. de statu monach. g In rubr. de de regula. in c. ecclesia. sancta Maria. de confit.

h Verbo religio. 3. qu. 19.

i In clem. cũ ex eo. de sent. excom. §. in clem. 1. de relig. domib. k Le. fin. ff. de fundo instrum.

a Le. fidem. C. de codicill.

b In clem. 1. de iure patris. verb. dice. cesant. §. c. 1. de cleric. a. grot. li. 6. c In cap. cum M. col. 13. de confit. d 1. de decim.

e 27. q. 1.

f De probationib. g In 4. notabil. h De success. ab intest. i In c. ut officium. §. verit. de heret. li. 6. k 27. q. 1. l In ca. ex eo. §. 1. de elec. m De priuile. eodem lib.

n In cap. non est. de regul. §. in ca. sus. de testib. o In d. ecclesia notabil. d. p In dicto ca. in presentia. de probatio. nu. 4. q In consilio. vis. de regul. r In c. consulti. qui clericus vel vouerit. s In d. cap. vt lex.

moniales, & oblatæ: moniales quidem, quæ professionẽ secundum regulam B. Benedicti faciunt: oblatæ verò, quæ se & sua monasteriis eiusdem ordinis, tum virorum, tum mulierum offerunt ergo solum oblatæ non sunt monachæ, cum diuersitas nominum diuersitatem denotet rerum. a Quintõ, quod si prædictæ oblatæ essent monachæ, maximè essent monachæ S. Benedicti, cùm sint monasterio eius oblatæ. At ex ipso instrumento consensu, quem præstitit Abbas generalis monasterij Sanctæ Mariæ Nouæ, colligitur clarè eas non esse monachas S. Benedicti: ergo nullus ordinis monachæ sunt. b 14 Sexto, quod neque Eugenius in commissione, quam dedit ad probandum modum viuendi earum, si esset talis, qualis ei referrebat, nec executor illius commissionis, nec Abbas prædictus, cuius consensu requirebatur, vocant eas monachas, nec sanctimoniales, nec religiosas, sed tantum oblatas, & id quidem non semel, sed frequentissimè: & idem verbum sepius in eadem dispositione reperiuntur mysterium iuris denotat, secundum glo. receptas, b cum traditis à Decio, c & nullum aliud mysterium iuris significare potest, quã quod illæ ita sunt oblatæ, vt non sint monachæ, ergo, & c. d 15 Septimõ, quod est casus expressus in clem. d in qua cum glo. communiter recepta probatur primõ, quod oblatæ & donatus non sunt monachi. Secundõ, quod constitutio pœnalis suspendens, vel excommunicas monachos & religiosos, non comprehendit oblatas & donatos eorum. Tertiõ, quod oblatæ & donatus, qui se & sua donauit monasterio, est verè & plenè oblatas. Quarto, quod eiusmodi plenè donatus propter hoc solum non est religiosus. Quintõ, quod, si eiusmodi plenè donatus contraheret matrimonium, valeret: gloss. enim in verbo oblatas. refert se ad glo. c. vt lex continentia, e receptam communiter, quæ habet tale matrimonium valere. Pro quibus omnibus facit c. in presentia. f per quod ibi Panorm. ait, quod eo quod quis donet se & sua monasterio, non efficitur monachus, quod ipsum ait in c. vlt. h & quod Ioan. Andr. relatus ibi à Dominico, i ait eum propriè dici religiosum, qui habitum accipit in religione. k 16 Octauõ, quod monachus conuersus, & oblatas, etiam plenè & perpetuõ valde differunt, vt colligitur ex prædicta clem. r. adiunct. glo. c. vt lex continentia, & glo. b. Domin. & Frac. l. 1. §. 6. c. per exemptionẽ. m Colligitur enim, quod monachus vel monacha dicitur, qui, vel quæ suscipit habitum religionis, & proficitur regulam, vt seruiat in choro: conuersus verò, qui suscipit habitum, & proficitur regulã, vt seruiat extra chorũ: oblatas autem, qui se & sua perpetuo donat, sed non proficitur, nec suscipit habitum ordinis: quod satis exprimit Panorm. n quem sequitur Decius, o & paulo clarius Fel. Padiuictis quæ ait Cald. ab eodẽ relatus, q quatenus relatis multis modis sese offerendi monasterio, concludit, quod ex nulla oblatione efficitur quis monachus, nisi præter obedientiã monachalem, quod antea dixerat Innoc. r à quo nemo recedit, quæ probat Arch. s At oblatæ, de quibus loquimur, nec suscipiunt habitum monialium ordinis S. Benedicti, nec profitentur regulã earũ, quæ est S. Benedicti, nec promittunt obedientiam monachalem secundum regulam prædictã, immo nec saltem expressè omnia sua donant, vt patet ex modo, quo sese offerunt: ergo non sunt monachæ, immo nec conuersæ, sed solum oblatæ, quo nomine appellat eas Eugenius Papa, & Commissarius eius, & Abbas S. Mariæ Nouæ, qui earum viuendi modo consensit, & quo etiam ipsemet sese nominat expressè etiam in ipso modo sese offerendi, cum vnaqueque illarum dicat sese offerre, & recipi pro commissa & oblatã. t 17 Nono tandem hoc concluditur eo, quod si prædictæ oblatæ essent vere monachæ ordinis S. Benedicti, frustra petium fuisset ab Eugenio, vt earum modum viuendi approbaret, & frustra commississet Archiepiscopo Commissario, vt de tali viuendi modo se informaret, & frustra requisitus fuisset Abbas monasterij, cui se offerunt, vt illi consensiret: quandoquidem regula monachorum sancti Benedicti, & regula ipsorum Benedictinorum est approbatissima à sancta Sede Apostolica: & à toto orbe

i In clem. cũ ex eo. de sent. excom. §. in clem. 1. de relig. domib. k Le. fin. ff. de fundo instrum.

Christiano sine vlla noua approbatione eiusdem Sedis, vel alicuius Abbatis particularis: & ita, ne sequantur hæc absurda, quæ vitanda sunt, a proculdubio affirmandum est eas non esse verè monachas, immò neque conuersas, sed tantum oblatas particulari modo strictiori aliis modis, quibus communiter alie oblatæ sese offerunt. b 18 Ad opposita responderi potest, & quidem ad primum, negando, quod signa in eo collecta sufficiant ad concludendum esse eas regulares, & religiosas, licet sufficiant ad concludendum illas facere collegium: nam multi canonici, immo & canonice faculares in Germania, & multæ, quas appellant Beatas in Hispania, & alibi viuunt collegialiter siue conuenialiter sub vno viuendi modo, & sub vno habitu, & sub vno Prælatore, vel Prælatã, habentes vnum oratorium, & refectorium, qui tamen non faciunt professionem, vt efficaciter probat capit. indemnitate, b & cap. vlt. cum Archidiacono, & Cardinali Alexandrino, c quatenus per illum textum dicunt aliquas sanctimoniales posse testari: quod est verum de monialibus secularibus, siue collegialiter, siue conuenialiter viuentibus. d 19 Ad secundum respondeo, negando, quod sola donatio, qua quis se & sua donat, inducat professionem, vt supra probatum est in argumento septimo & octauo pro nostra parte formati. Et id quod aiunt Panormitanus, & Felinus, quod æquipollet professioni, intelligendum est non absolutè, sed secundum quid, & quo ad aliqua, pura quo ad gaudendum priuilegio dato monachis ad audiendã diuina tempore interdicti, de quo loquitur prædictum cap. vt priuilegia, vel vt animalia eorum congaudeant priuilegio animalium monasterij, vt in dicta clementina 1. non autem ad hoc, vt videantur solemniter vouisse tria substantialia vota, vt ait prædicta glossa recepta. d Ad tertium responderetur, quod præfatæ oblatæ nullum ordinem ingrediuntur, nullum habitum regularem suscipiunt, & non intendunt mutare vitam secularem in regularem, sed in seculari statu & modo viuendi seruire Deo: & ita assumpta in argumento: quod fundatur in ingressu & susceptione habitus, & voluntate mutandi vitam secularem in regularem, nihil obstat. e 20 Ad quartum responderetur, quod prædictum cap. consuluir, in eo citatum non intendit, quod per omnem obedientiam quis efficiatur regularis: quia etiam canonici faculares præstant obedientiam, f & omnes etiam principes debent Episcopis obedientiam, g & etiam regna omnia secularia suis Regibus præstant obedientiam, iuxta B. Petrum, s & Paulum h & Imperator Papæ, i nec propter hoc efficiuntur regulares, & monachi: & ita dixit Innocentius ibi receptus ab omnibus, quod non fit quis religiosus per omnem obedientiam, sed per monachalem tantum, hoc est illã, quæ fit alicui potenti recipere professionem regularem seruadã regulam aliquã alicuius religionis approbatã à Sede Apostolica, qualem obedientiam monachalem non præstant prædictæ oblatæ: quia non præstant obedientiam secundum regulam Sancti Benedicti, nec obedientiam absolutè, sed limitatè secundum modum viuendi earum congregationum: quam palam est non esse regulam de approbatis à Sede Apostolica non sunt nisi quatuor, vel quinque, vt inter ceteros testatur religiosissimus, idemque præsertim circa huiusmodi eruditissimus D. Antoninus, k de quibus non est hic modus viuendi. l 21 His consequens est, prædictas oblatas consulentes ob clausuram non obseruatam nullas incurrisse censuras, nec vllum peccatum propter violationem iurium prædictorum, quæ quia non comprehendebant eas, non potuerunt ab eis violari, nec subinde ob id peccare. m 22 Respondeo affirmatiuè: quia ratio primaria, quare præmissa non habent locum in præfatis oblatas, ea est, quod non sunt verè monachæ, eo quod non emiserunt tria vota substantialia in aliqua religione per Sedem

a T. nã quod ab iuridum. ff. de bonis liber.

b §. penult. de elec. lib. 6. clem. 1. de relig. dom. c 12. q. vlt.

d In d. ca. vt lex continentia.

e Ca. his qui de maiorita. §. obed. f Ca. omnes eodem tit. g In eius canon. prioris c. 2. h Ad Rom. 13. i Clem. 1. de iuribus.

k In 3. parte cap. 1. §. 3. tit. 16.

l Ca. qui peccat. 22. qu. 4. §. 15. 7. 11. §. 1. in fine.

Apost. approbata, neque obedientiam monachalem, id est, obedientiam factam potenti aggregare monasterio, vel ordini approbato secundum aliquam regulam à Sede Apost. approbatam: & hæc eadem ratio militat in iis, de quibus queritur, quæ in aliis: quoniam monachæ, quæ prædicto modo prædicta vota emiserunt, non emiserunt illa in manibus potentis aggregare monasterio ordinis pro religione approbati, nec emiserunt illa in regula per Sedem Apost. approbata pro religione. Ergo idem ius militat in eis, quod in aliis: nam emissio trium substantialium votorum etiam bis, ter, & sæpius repetita alibi, quam in manibus potentis aggregare ordini per Sedem Apost. approbato, & secundum regulam à Sede Apost. approbatam, non efficit quem, vel quam monachum vel monacham, secundum omnes: & ita in multis religionibus & monasteriis inveniuntur multi, qui emiserunt tria vota substantialia, antequam solemniter profiteantur regulam & tamen non sunt verè religiosi, nec monachi, donec illam profiteantur. Salua, &c.

*Aduertendum circa ea que dicuntur nu. 8. referri sacram Cõgregationem censuisse superiores posse solum sua monasteria obligare, vt obseruent eorum instituta, à quibus forte recesserunt, Pontificem autem posse religiosi indicere strictiorem vitam, quam sit illa, quam requirebat eorum regula.*

SVM MARI VM.

- 1 Oblata Turris speculorum cum non sint proprie religiosa, non includuntur sub constitutionibus iubentibus monialibus clausuram, vtq. eligantur triennalem Abbatissam. nu. 2.
- 2 Constitutio nulla in aptatur, quibus verba non aptantur.
- 3 Verba canonum & legum proprie in dubio sunt accipienda.
- 4 Clausula generalis in bulla posita, maiora expressis non includit.
- 5 Constitutio noua canonica, & exorbitans, de regularibus disponens, non extenditur ad illas, quæ non sunt verè religiosa, quæ uis collegialiter & religiose uiuant.
- 6 Abbatissa habet dignitatem, & lex de ea loquens non extenditur ad improprie tales.
- 7 Prelati perpetui uilius in religionibus eliguntur, quam triennales.

CONSILIVM VII.

Excellentissimè Domine, Mulieres oblatæ Turris nouæ speculorum cum consueuerint eligere suam Abbatissam, siue Priorissam (quam uocant Præfidentem) perpetuam, & non ad tempus, experte enim sunt hoc regimè melius eis succedere, quam cum eliguntur ad triennium, dubitant modo, cum sint fortè nouam electuræ (nam, quæ nunc habent, grauius aegrotat) an earum tam laudabili consuetudini obster bulla fe. re. Greg. XIII. qua præcipitur, vt deinceps Abbatissa, siue Priorissa eligantur triennales, & non perpetuæ.

Ad hanc quæstionem dico, quod memini me respondisse olim, uestras dominationes non fuisse inclusas, nec includi sub constitutione Bonifacij VIII. nec sub illo Conc. Trid. neque aliis constitutionibus fe. rec. Pij V. & Greg. XIII. statutibus ut moniales, cuiuscumq. ordinis & religionis sint, perpetuo seruent clausuram: multis rationibus id pro tenuitate mea confirmando, & latissimè ac neruosisimè probando uestrum sanctum uiuendi modum non esse vllam de religionibus à Sancta Sede Apost. pro vera religione approbatis, neq. vllam personam uestri collegij esse verè ac proprie regularem monacham, siue religiosam, sed tantum oblatam religioni S. Benedicti, tali oblatione, quæ non facit eas monachas S. Benedicti, sed tantum oblatas illius religioni: quod longè differt ab eius veræ regulæ professione: & ita tantum obligatas esse ad seruandum obedientiam, & suu peculiarem uiuendi modum, iuxta formam statutorum suorum, approbatam quidem à Sede Apost. pro bono & sancto uiuendi modo, sed non pro vera illa, & alta religione, quæ facit profitenes esse veras monachas.

Nunc autem responsum ad quæstionem in hac epistola propositam, dico, posse, ac debere insinuare S. D. N. prædictam meam priorem responsionem datam super prædicta clausura cum suis fundamentis, & rationibus. ob quas fecl. re. Greg. XIII. excusauit vos ab obligatione seruandi clausuram perpetuam, eo quod illa responsio multum facit ad excusandas easdem à non mutanda consuetudine

eligendi Præfidentem perpetuam, sicut profuit ad excusandas eas à non mutanda consuetudine super clausura ad illud vsque tempus seruata: & posse iuste seruare consuetudinem hæcenus seruata in eligendo Præfidentem nouam perpetuam, quando placuerit D. N. Iesu Christo extrahere, quam nunc habetis, ex hac terrena & misera vita in caelestem & foelicem, quæ sibi fidi coheres & commensalis. Primò quidem, quod communitas uestra nec verè, nec realiter est monachalis, neque nomine ipso appellatur talis: quandoquidem etiam vulgo non appellamini monachæ, sed solum oblatæ, quas plurimum differre iure latè probatur in responsione prædicta prioris quæstionis, quam mihi olim proposuistis.

Secundo quidem rationibus, quibus olim excusata fuistis à clausura perpetua, & iudicare non includi sub vlla multarum constitutionum, quibus illa iniungebatur omnibus cuiuscumque ordinis & religionis monialibus, ita nunc debetis iudicari non esse includenda sub constitutione Gregorij quæ statuit, vt omnes sanctimoniales eligant Abbatissam triennalem, & non perpetuam, cum de similibus idem sit iudicium.

Tertio, quod nulla constitutio aptatur illis, quibus illius verba non aptantur, vt est textus iuris optimus in ca. indemnitate, & l. 4. & ibidem Bartholus & Paulus notant, & Felinus latè, & verba prædictæ constitutionis Gregorianæ solum aptantur sanctimonialibus normam & regularem disciplinam seruantibus, quales non estis vos, vt in dicta responsione efficacissimè probatur.

Quarto, quod verba canonum & legum in dubio proprie sunt accipienda, & at numquam vel rarissimè inuenietur, & quidem mihi in præsentia non occurrit locus ex iure Pontificio ubi Præfidentis, vel Præpositæ sceminis, quæ non sunt verè religiosa, licet uiuant communiter religiose, uocetur Abbatissa, neque Præfictæ normam & disciplinam regularem seruantibus: ergo constitutio Gregoriana, quæ loquitur de electione Abbatissæ, vel Præfictæ monialibus normam & disciplinam regularem seruantibus, non comprehendit Præfidentem, & Præpositam secularibus, quæ neque est verè religiosa, nec præest verè religiosi.

Quinto, quod Gregorius uti vir canonum peritissimus, licet in sua constitutione multas moniales multorum ordinum expressisset, nullam tamen expressit earum, quæ dicuntur vulgò religiosa, quæ verè non sunt tales: solum enim expressit moniales ordinis S. Benedicti, Cisterciensis Carthusiani, addita clausula generali, & aliorum quorumcunque ordinum, non comprehendente maiora expressis: & ita credendum est certè prædictum Gregorium noluisse includere Præpositas tertij ordinis S. Dominici, & S. Francisci, nec alias similes, si verè non sunt professæ regulam à Sede Apostolica pro vera regula approbatam, nec consequenter uestras Dominationes, quarum nec Præfidentis est verè religiosa, nec præest verè religiosi.

Sexto, quod constitutio Canonica statuens aliqua noua, & à iure communi exorbitantia de sanctimonialibus & sceminis religiosi, solum est intelligenda de verè religiosi, & regulam per sanctam Sedem Apostolicam pro vera regula approbatam professis, & non de aliis quantumuis religiosè & collegialiter uiuentibus, nisi expressè suam legem ad illas extendat, vt est casus notabilis & memorabilis in d. cap. indemnitate. At Gregorius prædictus tulit legem de electione Abbatissarum, & Præfictarum normam & disciplinam regularem seruantium, & non extendit ad alias expressè: ergo non est intelligenda de aliis.

Septimò, quod Abbatissa habet dignitatem, vt probat prædictum cap. indemnitate, & de talibus videtur loqui prædicta constitutio Gregoriana, & non de aliis, quæ improprie vulgo dicuntur tales.

Octauo, quod multis efficacibus modis probauimus, quod sanctius & conuenientius est, vt prælata & prælata sint perpetui, & quod triennalis hæc mutatio est nouum inuentum eorum, qui per ambitionem & superbiam volunt dominari, & non obedire, & quod licet aliquo respectu sit uilis ad seruanda temporalia, alio tamen est ad

a Le. illud. ff. ad le. Aquil. c. d. d. d. m. 2. de electio. b s. penult. de elect. c s. toties. ff. de dam. inf. c. d. in c. n. m. l. col. 31. de rescript. c. Le. non aliter. ff. de lega. 3. c. ca. ex litteris. de sponsalibus.

f s. supradicta.

g s. primo. versiculo uerum.

h In com. 3. de regu. super c. nullam. 18. q. 2.

CONSILIVM IX.

AN EPISCOPIS liceat intrare monialium monasteria causa uisitationis, vel alia?

Pro parte negante videtur esse textus expressus, qui sic habet: *Nullique aliquatenus inhoneste persona, nec etiam honeste, nisi rationabili & manifesta causa existat, ac de illius, ad quem pertinuerit specialiter licentia, ingressus, vel accessus pateat ad easdem, & c.* quod fecl. record. Pius V. innouauit in extrauagante. Circa.

Secundo, quod Concilium Tridentinum sic habet: *Ingredi autem intra septa monasterij nemini liceat, cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerint, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obiecta, sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda.* quod etiam Pius V. ubi supra innouauit.

Tertio, quod extrauagans Gregorij XIII. quæ incipit, *ubi gratia.* reuocauit omnes & quascumque licentias ingrediendi monasteria monialium à Sede Apostolica vel eius Legatis datas, & addit hæc verba. *Quin etiam sub eisdem penis ipso facto incurrendis prohibemus, ac interdiximus omnibus & quibusque personis ecclesiasticis & secularibus, ac etiam ordinum quorumcumque, etiam mendicantiu regularibus, ne prætextu licentiarum ab Episcopis, vel Superioribus & c. ne monasteria ipsa pro libito, sed necessitatibus uigentibus dumtaxat ingredi, neue moniales sub eisdem penis illos aliter admittere presumant.*

Quarto, quod verba prædictarum constitutionum generaliter & vniuersaliter statuunt, vt nulli liceat ingredi prædicta monasteria, nisi de licentia Superiorum: immo postrema Gregorij expressius alia habet, vt nulla persona etiam ecclesiastica, cuiuscumque gradus & conditionis sit ingrediatur etiam de licentia Superiorum, nisi pro uigentibus necessitate. At palam est, Episcopum esse aliquem, & esse Ecclesiasticum, & talem quem illa verba, Cuiuscumque conditionis, excludunt. Ergo etiam ipse prohibetur ingredi.

Quinto, quod, ubi est eadem ratio, idem ius est censendum, & argumentum à simili ualet, & at eadem, vel similis quo ad hoc ratio dicitur, ne Prælati superiores monialium ingrediatur earum monasteria. ergo etiam ipsi supradictis constitutionibus includuntur.

Præterea tamen affirmante videtur uigere, quod nullo expresso iure videtur prohiberi superioribus monialium, ne monasteria earum ingrediatur.

Secundo, quod, cui conceditur quod est plus, conceditur utique, quod est minus, & Prælati superiores possunt ex causa iusta dare licentiam ingrediendi aliis, vt prædictum Concilium Tridentinum & prædicta extrauagantes præsupponunt, ergo etiam ipsi sumer.

His premisis, videtur dicendum primò, prædictam extrauagantem Gregorij XIII. nihil noui inducere, quod obster, quin Episcopi possint monasteria sibi subiecta intrare, quandoquidem solum duo noua videtur inducere, scilicet reuocationem facultatum ingrediendi ea concessarum à Sede Apostolica & à Legatis eius, & quod licentia Superiorum ad ingredienda monasteria non sufficiat, nisi uigentissima de causa.

Secundo, quod iure communi non videtur expressim & speciatim cautum, ne superiores monialium sine licentia superiorum ingrediatur monasteria subiecta.

Tertio, quod verba generalia & vniuersalia iuris communis prædicti & de uigore uerborum uidentur eos includere, quia includunt omnes personas cuiuscumque generis, conditionis, sexus, vel ætatis fuerint.

Quarto, quod his videtur consequens, vllum Episcopum non posse intrare monasteria sibi subiecta sine uigentis causa. Tum per omnia argumenta pro parte negante adducta. Tum ne cogamur dicere, quod etiam Vicarius generalis & Prouisor possit id facere, quia vnam & eandem iurisdictionem habet, quam ipse, & ita sunt ei subiecta, sicut Episcopo, cum sit vnum & idem tribunal vtriusque, & etiam uisitatores eius, & Vicarij uisitatores, i quod menti prædictarum constitutionu videtur repugnare.

Quinto, quod probabiliter dici potest, posse Episcopum intrare monasteria sibi subiecta sine licentia Superioris, dummodo intret pro tam uigentis necessitate, pro quanta potest dare alteri ad intranda ea. Tum per duo

id damnoza, & quo ad spiritualia bona perniciosissima: nam per eam minuitur auctoritas & reuerentia Superiorum ad præcipienda bona, & castiganda mala, minuitur etiam caritas, obedientia, humilitas, & concordia subditorum ad subeunda præcepta Superiorum, & augetur factiones, rixæ, discordiæ, & murmuraciones: adeo quod nihil magis & ardentius tractatur in illis monasteriis, quam quomodo per fas aut nefas ille aut ille illo ultimo anno fiat Prælatus, qui faueat suis fautoribus, & obsit contradictoribus, quas rationes, quia in prædicto comment. facile uideri possunt, hic nõ repero: sed testor, vt annos testis, & consultor, ad quem innumerorum peccatorum tam simonia, quam ambitionis, superbia, factionum, discordiarum, & murmuracionum cognitio frequētissimè, tum per confessarios, tum per ipsosmet Prælatos & subditos pro medicina contra scrupulos querenda, peruenit, testor inquam, quod, si absque scádalo possem, restituerem statum antiquum perpetuorum Prælatorum, quæ S. Basilius, Augustinus, Bernardus, Bernardinus, & etiam Dominicus, & Sanctus ipse Franciscus instituerunt, seruatis ad vnguem canonibus, quibus Prælati suo munere abutentes eiicerentur, & sine vlla negligentia castigarentur. & consequenter non solum videtur non extendenda hæc triennalis mutatio, sed valde vitanda, vt caritas, & humilitas, vnitatis, & mansuetudo seruetur, vt dicitur seruata fuisse in prædicto cœnobio, in quo absque scrupulo credo non seruatum iri, si triennalis præfata mutatio introduceretur. Salua, &c.

SVM MARI VM.

- 1 Explanatio doctrina Auctoris posita cap. statuiimus. 19. q. 3. nu. 44. & 55. & nu. 2.
- 2 Tertiaria in cõgregatione uiuentes si volunt profiteri, coguntur omnino clausuram seruare, & sic poterunt alias in earum congregatione recipere: aliter non permittitur eis, vt alias de nouo recipiant, debentque seuerè ab ordinario puniri, si scandalose uiuant.
- 3 Dimidium omnium elemosynarum, quæ ex obligatione debent distribui in victum, vel in quosuis alios incertos tamen usus incertorum pauperum, à Gregorio applicatum fuit in subsidium pauperum monasteriorum monialium.

CONSILIVM VIII.

AD PRIMVM dubium transmissum Mediolano super com. cap. statuiimus. respondeo notabile nostru esse conforme textui extrauagantis Pij V. ubi transcripta: quod illa habet locum nõ solum in Tertiariis, sed etiam in aliis: ponderando quod tria statuuntur in textu: duo quidè de tertiariis uiuentibus in congregatione non professis: alterum, vt volentes profiteri seruent clausuram, & multiplicentur, vt alia monachæ: alterum, quod nolentes uouere, uiuant quidem sine clausura, sed quod ab ordinariis seuerissimè puniantur, si uiuant scandalose: tertium de cæteris omnibus sine professione & clausura uiuere uolentibus, vt permittantur quidem uiuere sic illa, quæ hæcenus sunt recepta, non tamen habeant facultatem aliquam vltierus recipiendi, & extrauagans prædicta secundum hunc modum intelligendi seruatur Roma in congregatione nobilium Turris Speculi, nec arbitror posse Mediolani iuste seruari contrarium, nisi per dispensationem, vel quia constitutio non sit recepta: quia lex etiam iusta non recepta non ligat. *S. leges.* & adducta per nos in Manual. c.

Ad secundum dubium respondeo, quod sensus commentarij summarie collectus consonat textui: quia verbum, *præterquam*, non excludit à verbo principali distribui, sed à verbo incertos: ita quod est sensus, dimidium elemosynarum faciendarum pauperibus incertis ad incertum usum speciale, nisi usus ille esset ad victum distribuere, ita quod significet, quod etiã relictu in certos vsus victus & alimentum debetur. Verum est, quod subobscure ponitur, nec mirum: quia est summa textus, quæ debet breuis esse.

SVM MARI VM.

- 1 Monialium monasteria nulli, qui non sit superior, ingredi licet sine causa uigentis, & iusta licentia à Superiore obtenta: superior autem monasterij siue sit earum Prælatus regularis, siue Episcopus siue Episcopi Vicarius generalis, vel uisitator, licet non eget licentia, eget tamen quod subsit causa suffi-

a 19. q. 3. nu. 44.

b 4. dist. c. Prælatus. 9. nu. 8. c. melius cap. 23. à nu. 40. d. Super eodẽ com. nu. 55.

a In cap. 1. de statu reg. lib. 6.

b Sess. 24. de reg. ca. 5.

c In constit. 36.

d Le. illud. ff. ad le. Aquil. cum similib. c. Le. non possunt. ff. de legib.

e Cap. cui licet. de regul. iur. li. 6. cum suis concordantiis.

f Capit. 1. de statu regu.

g Ca. 2. de cõsuet. li. 6. i. Ca. 1. ne se de vacante.



a In ca. fin. de poen. & remiss.

b Ca. consulari. l. 2. q. 4. & c. 2. §. fin. de translat. pral. c. Ca. s. de reg. i. §. 25.

d L. commo. dist. ff. de li. & p. §. de cap. suscip. de rescrip. li. 6.

e In l. tale p. sum. §. fin. ff. de pacis.

argumenta supra pro parte affirmante insinuata. Tum quia sicut statutum fuit, ut Episcopi, & Superiores, & alij Praelati exempti possent eligere confessorum prouidum absque licentia superioris, ne pra nimia dilatione salus animae differretur, sic etiam videtur posse Episcopum intrare monasteria sibi subiecta, ne pra nimia dilatione deficiat sua necessitati prouiso. Tum quod iure naturali & diuino tantum attento id ei licet, quia neutrum illorum id prohibet expressè, immo nec tacite, quia ex neutro illorum potest per bonam consequentiam inferri non licere id ei: & quod licet vtroque illo iure, non est dicendum non licere, nisi per regulas Sanctorum id veteretur, & non videtur id prohibitum per praedictum Concilium Tridentinum quatenus requirit superioris licentiam, non solum qualem qualem, sed scriptam, quia videtur loqui de licentia Episcopi, vel superioris monialium alijs concedenda, non autem de ingressu ipsorum superiorum, pro quo standum est iuri antiquo communi.

Sextò, quòd casus ommissus habetur pro omisso, & prouisio specialis in vno non extenditur regulariter ad aliud, immo statum prouisioni communi, & cum per proximè dicta Concilium specialiter non prouiderit de ingressu ipsorum Superiorum immediatorum, videtur ommissum, & non prouisum, de quorum licentia illi ingredi debeant, & ita standum est prouisioni communi per quam Superiores ipsi poterant ingredi iusta de causa sine alterius licentia. Tum quia pro lege habendum est id, quòd legislator statuisse, si cum legem faceret, id ei propositum fuisset, iuxta glossam singularem & receptam. At si Concilium interrogatum fuisset, de cuius licentia ingressuri essent, cum oporteret, Episcopi, & alij Praelati, qui debent dare licentia alijs ingressuris, profecto respondisset, quod ipsi acciperent eam sibi pro tam iusta causa, pro quanta essent daturi alijs, & non respondisset, ut quærerent eam à Papa, vel ab Archiepiscopo, quos non poterant facilius, nec decenter adire pro causis, quae possent quotidie occurrere. Per quae omnia & alia, quae, si vacaret, adduci possent, videtur resoluendum, Episcopos, & alios Praelatos non debere intrare monasteria sine iusta causa, cum ea verò sic, non petita ab alio licentia.

Omnia supradicta confirmantur per constitutionem 75. fel. record. Gregorij XIII. quae incipit. *Dubijs qua emergunt, &c.* vbi habet haec verba: *Quocirca vniuersos, & singulos Episcopali, seu maiori, ac etiam Cardinalatus dignitate praeditos, nec non quorumuis ordinis Abbates, Priores, Ministros, & alios quoscumque Superiores regulares monemus, ut facultate huiusmodi, qui eam habent, praeter quam in casibus, ut praefertur, necessarijs nequaquam vtantur. quod si, &c.*

S V M M A R I V M.

- 1 Canonicus regularis, sicut nec monachus, nequit esse patrinus.
1 Leges fundatae in religione disponentes de monachis canonicos regulares concludunt, nisi earum verba illos excludant, vel ratio diuersitatis possit adduci.

CONSILIVM X.

AN CANONICVS Regularis possit esse patrinus?

1 Respondetur, idem videri dicendum quo ad hoc de canonicis regularibus quod est dicendum de monachis, iuxta cap. non liceat. & notata ibi per Panormitanum communiter receptum, quatenus dicit leges disponentes de monachis habere locum in canonicis regularibus, quando leges illae fundantur in religione, & non continent aliqua verba, quibus significet nolle includere canonicos, & non potest reddi ratio diuersitatis. ob quam opinionem ego his quinquaginta annis nolui esse patrinus & leuare baptizatum de fonte, quamuis fuerim ad id inuitatus etiam in Vrbe: licet quaestio haec subtiliter sit mota, & multa possint pro contraria parte adduci, quae tamen per ea quae Panormitanus ait & possunt dissolui.

S V M M A R I V M.

- 1 Canonico regulari sine dispensatione Apostolica conferri non potest beneficium seculare non curatum, item nec regulare alterius ordinis. & nu. 5. seculare autem curatum potest. nu. 2. & hoc etiam si sit annexum alicui monasterio & nu. 5.
3 Vicariatus perpetuus parochialis Ecclesiae vnita dignitati vel monasterio est beneficium curatum, praesentatioque speciat

f De consec. dist. 4. c. 2. de postulan.

g In d. cap. 2.

ad obtinendam dignitatem, seu ad monasterium.
4 Beneficium eo solo quod monasterio vniti sit, regulare non est.
6 Regularis iure communi per patronum laicum sine dispensatione ad curatam secularem praesentari non potest secundum illam sententiam, quam iudex, Rota controuertente, putat veriore: nisi ad sit consuetudo in contrarium praescripta:
7 Concilium Tridentinum sess. 7. cap. 7. non tollit potestatem praesentandi vicarios temporales ad curata cathedralibus, collegiatis, & monasterijs vnita: licet concedat ordinarijs, si videbitur, loco temporalium decernere, ut deputentur perpetui: à quo tamen decreto, si grauet, datur appellatio deuolutiua.

CONSILIVM XI.

QVÆRITVR primò, an beneficia curata sine dispensatione Papae possint conferri canonicis regularibus.

Secundo, an patronus laicus possit praesentare religionem professum ad Ecclesiam parochialem secularem.
Tertio, an per decretum Concilij Tridentini intelligatur ablata potestas praesentandi vicarios temporales ad Ecclesias curatas, quae vnita sunt cathedralibus, collegiatis, monasterijs, &c. ijs, quibus aliàs competebar.

1 Ad praedictas quaestiones breuiter ob penuriam temporis responditur praesuppono primò, certum esse nullum canonicum regularem iure communi posse absque dispensatione Sedis Apostolicae obtinere beneficium seculare non curatum. Tum per regulam illam generalem, Regularia regularibus, secularia secularibus, quae colligitur ex ca. vt possessiones. & significat Concilium Tridentinum. Tum quod ita Calderinus & Panormitanus communiter recepti determinant.

2 Secundo, quòd communis sententia, vt ait Panormitanus, habet, quod canonicus regularis potest habere beneficium seculare curatum sine dispensatione speciali, cum illa generali, quae conceditur per illud ca. & alia quae ipse ibi citat, & traditur Rota, & licet omnes dicant cautiùs esse, vt id cum Episcopi dispensatione fiat.

3 Tertio, quòd vicaria siue vicariatus perpetuus, qui debet institui in Ecclesia parochiali vnita alicui dignitati, vel monasterijs, est beneficium curatum, & habent in eo locum iura statuentia de Ecclesijs parochialibus, & huiusmodi vicariis debet institui ad praesentationem eius, cuius dignitati Ecclesia parochialis est annexa, vt satis probat textus in d. ca. extirpanda. & ibi sentit Panormitanus.

4 Quarto, quòd praedicta vicaria, siue vicariatus perpetuus non est beneficium regulare eo solo, quòd sit vicariatus Ecclesiae parochialis vnita dignitati, vel monasterio regulari. Tum quia id nullo iure cauetur. Tum quia contrarium significare videtur praedictus §. qui vero. cum ei adnotatis per Panormitanum & alios, nisi per literas vnionis, vel consuetudinem praescriptam factus fuerit regularis, vt fieri potest, per d. cap. cum de beneficio.

AD PRIMAM QVÆSTIONEM respondeo primò per primum praesuppositum, quod beneficia curata secularia non consueta regi per regulares, de quibus in eo citati loquuntur, possunt conferri canonicis regularibus.

Secundo, quòd beneficia curata regularia, siue consueta regi per canonicos regulares, possunt conferri canonicis illius monasterij, cui sunt annexa, sine vlla dispensatione. quia illa sunt regularia, & possunt regularibus in titulum conferri.

AD SECVNDAM respondeo varios fuisse Doctores Pratorij Rotae, vt eius collector refert super hac quaestione: & quòd arbitror etiam nunc varios fore, si eis occurreret: tamen iure communi verior mihi videatur sententia negatiua Panormitani nisi contrarium praescriptum esse legitime probaretur.

AD TERTIAM respondeo primò, quòd per illud Concilium Tridentinum non videtur tolli ius praesentandi vicarios ad Ecclesias praedictas pertinens iure communi ad dignitates, vel Ecclesias, quibus sunt vnita: quia id ex illius verbis non colligitur necessario: & à iure antiquo non est recedendum, nisi quatenus expressè recedi iubetur.

Secundo, quòd arbitrio ordinatorum videtur relictum,

a Ca. 7. de re. for. sess. 7.

b De reb. ec. cle. non alie. nan. & ca. cii de beneficio. de praben. li. 6.

c In ca. 10. de rescrip. sess. 14. d in ca. quod Dei. de statu. mon.

d In d. c. quod Dei timore. §. in decif. 5. g De iur. patro. in nou. h Clem. 1. de offic. vicarij. §. qui vero. de praben. k Nu. 9.

l Arg. e. cum singul. de praben. li. 6. §. clem. 1. de sup. plen. neg. pral. & d. cap. cum de beneficio. in decif. 5. de iur. patro. in nouis. n Cap. 7. de reform. sess. 7.

o Le. praecipimus. C. de appell.

an oport

a In extra. mag. ad rep. mendam. in verb. videbitur. b In c. super his. in verb. arbitrio. de accusat. c De appell.

d De statu monach.

e De iure patro. l. 2. i. par. q. 7. prin. art. 10. f De iure patro. verbo honorificum. g In clem. 1. verb. religio. §. de electio.

h Super cap. non dicatis.

an oporteat ponere vicarios perpetuos, non obstante priuilegio ponendi temporales: quia id sonant illa verba Concilij, Per vicarios perpetuos, si pro bono regimine id videbitur. Nec quo ad hoc ordinarijs obstant priuilegia literarum vnionum, quia expressè derogatur contrarijs priuilegijs.

Tertio, quòd si praedicti ordinarij male sine iusta causa sua id arbitrentur, & vicarios temporales in perpetuos commutarent, potest appellari ab eis. Tum quia verbum, videbitur, arbitrium boni viri regulatum denotat, iuxta doctrinam Bartholi receptam. Tum quia iuste potest appellari à iudice, cuius arbitrio aliquid relinquatur, si male arbitretur, vt tenet glossa communiter recepta & quamuis appellatio eiusmodi non suspenderet eorum sententiam, quo minus executioni mandaretur, deuolueret tamen iurisdictionem ad Superiorem, qui cognita causa illam reuocaret, per ca. pastoralis. cù ei adnotat. Salua, &c. Aduertendum, referri à tempore Greg. XIII. & circa obseruari, ne canonicis regularibus dentur beneficia curata secularia.

S V M M A R I V M.

- 1 Canonici regulares possunt suscipere beneficia curata extra ordinem suum cum licentia Generalis.

CONSILIVM XII.

PETITVR, an canonicis regulares congregationis Lateranensis, ordinis sancti Augustini, possint suscipere beneficia curata, & exercere curam animarum extra ordinem suum cum licentia sui Generalis absque vlla alia dispensatione.

1 Respondetur quòd sic, per cap. quod Dei timorem. & Panormitanum communiter receptum post glossam, Hostiensem, & Ioannem Andream & argumento à fortiori per cap. in parochia. cum glossa 16. quæst. 1. & latissimè probat Lambertus & ante illum Rocchus pro quo etiam est glossa.

S V M M A R I V M.

- 1 Regulares simplices, vt sunt religiosi sancti Spiritus, nihil proprij possunt habere: quibus si aliquid conceditur, non possunt illud impendere nisi in eorum victum, & vestitum, & quod superest tenentur consignare. Prelato: nam si cui conceditur aliquid in certum peculium, non potest impendere in aliam causam, quam in concessam, nu. 9. nisi amplior ei fiat à prelato licentia. nu. 8.
2 Commendatarij sancti Spiritus, sicut & alij regulares habentes beneficia, etiam quod sint ad nutum amouibilia, nu. 5. 6. 7. & 10. possunt de fructibus suarum commendarum, nu. 2. immo & aliunde quaesitis, nu. 5. disponere in suos necessarios & alienos pios vsus. nu. 2. perinde ac si essent beneficiarij seculares. nu. 4. & 10. & quicquid acquirunt, dictis beneficijs & commendis acquirunt. nu. 3. & 7. non autem superiori, qui illa ipsis contulit, nec monasterio in quo professionem emiserunt. nu. 5. 6. & 7.
3 Prelatus beneficia regularia sua religionis etiam manualia tenetur infra sex menses conferre, alioquin deuoluntur ad superiores, nec possunt nouas imponere pensiones, vel antiquas augere, nec fructus illorum dum vacant, qui ad successorem in beneficio debent reseruari, sibi applicare.
10 Regularis etiam de licentia Papae, immo nec si ipse efficiatur Papa, potest habere dominium, seu proprium, licet possit habere administrationem rerum, ac regnorum. nu. 11.

CONSILIVM XIII.

QVÆSITVM est, an commendatarij sancti Spiritus in Saxia possint quidquam disponere vltra victum & vestitum de fructibus suarum commendarum, an verò teneantur, quod superest, reddere Reuerendissimo Praeceptorum hospitalis.

Quaestio haec magna est, & magis quotidiana, quam bene adamusim communiter tractata. ob quod nos vt satisfaceremus plurimorum interrogatis, latissimè commenti fuimus super ea, & attinentibus ad eam in com. 2. de reg. h praesertim notabili primo, & secundo, & aliquot praambulis eius. Cui ob maximas occupationes, quibus premor, non respondissem, nisi tam ipsius Illustrissimi hospitalis, quam Illustris admodum ac Reuerendissimi eius praelati, & admodum Reuerendissimorum fratrum, & commendatariorum eius flexisset auctoritas.

1 Responditur autem vt cumque, quatenus per impedimenta licet, dico primò, quòd pro parte negante, scilicet

quod praedicti fratres non possint quidquam disponere, nisi pro victu & vestitu de fructibus praedictarum suarum commendarum, & quòd teneantur, quòd superest reddere praefato Praeceptorum hospitalis, faciunt tota regula S. Augustini, sub qua viuunt, & d. cap. non dicatis. cum multis alijs similibus, quae habet, canonicos regulares, & omnes alios vere religiosos vouere votum solemne paupertatis, quòd sunt incapaces omnium bonorum, tam quo ad possessionem, quam quo ad proprietatem, siue dominium in particulari: adeo quòd peccat religiosus dicens aliquid esse suum proprium, vt habet praefatum cap. non dicatis. in cuius r. notabili nos illud confirmamus: & b affirmamus, magis peccare religiosum, qui habet, vel vult habere proprium, cù contraueniat, vel velit contrauenire voto, quòd esse peccatum constat ex cap. non est. & ex alijs multis, quam qui dicit se habere proprium. Adeo quidem, quòd ibi dicimus maximopere cauere debere religiosos etiam canonicos regulares, tam habentes, quam non habentes beneficia, vel officia, ratione quorum habent facultatem emendi boues, vaccae, & alia mobilia, seu se mouentia, siue immobilia, ne comparent illa intendentes actu, seu actualiter, virtute, seu virtualiter quærere illa sibi: quia hoc est peccatum mortale.

2 Pro parte verò affirmante, scilicet quòd praefati fratres, siue commendatarij possint de fructibus suarum commendarum disponere non solum ad ea quae pertinent ad victum suum, sed etiam in alia opera pia, & remuneratoria, & quòd non teneantur, quòd superest reddere praefato Magistro Praeceptorum, facit primò, quòd in tota Ecclesia Christiana id seruant omnes religiosi habentes beneficia regularia siue in titulum: siue in commendam, vt vidimus in Castella in Ecclesia cathedrali Oxoniensi, antequam fieret seularis, in Ecclesia S. Ildorij Legionensi & in Aragonia in canonicis regularibus Ecclesiae archiepiscopalis Caesaraugustanae & in monasterio & hospitali B. Mariae del Pilar eiusdem ciuitatis, & in Nauarra in canonicis ecclesiae cathedralis Pampilonensis & in monasterio B. Mariae Ronceualles, & in Cathalonia in Ecclesia cathedrali Dertusensis & in Gallijs in archiepiscopatu Tolosano, antequam fieret seularis, & etiam nunc in celeberrima ecclesia S. Saturnini eiusdem ciuitatis, & in omnibus commendis, & prioratibus ordinis hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani per totum orbem dispersis, & in omnibus commendis ordinis S. Iacobi de la Spata fundati super regula S. Augustini, & ordinis de Alcantara, & Caltraua degentium sub regula B. Benedicti: & in omnibus alijs monasterijs, in quibus sunt huiusmodi prioratus & commenda.

3 Secundo facit cap. cum alim. quatenus habet, canonicum regularem assumptum ad episcopatum non quærere bona quaesita post eum habitum ecclesiae priori, nec prelato, sed episcopatu. quòd clarius probat ca. statutum. & cap. si quis iam translatus. quae omnia probant, religiosum, qui ab vno beneficio transfertur ad aliud, non quærere postea quaesita priori beneficio, nec priori Ecclesiae, sed posteriori, quae regit & gubernat. Cum ergo praefati fratres commendatarij de statu simplici religiosorum, quem acquirunt per professionem solemnem, accedant per acquisitionem commendarum sibi collatarum ad noua iura, & noua beneficia, & nouum statum commendatariorum, non dicuntur acquirere monasterio principali, vbi professi sunt, sed hospitali, vel praepositorij, vel commendis, ad quorum gubernationem assumpti sunt.

4 Tertio facit Clementina 2. quae faciendo differentiationem inter simplicem religiosum, & eum, qui habet beneficium, vel administrationem regularem, statuit, vt simplex religiosus, qui epitogium, siue vestem breuem contrarium religioni detulerit, tradat illam superiori, vt ille in pios vsus eam conuertat: si autem fuerit beneficiatus, vel administrationem habes, erogat eam pauperibus. per quem textum singularem singulariter ibi dixit Cardinalis, quòd religiosus beneficiarius potest de fructibus sui beneficij disponere, perinde ac clericus seularis de fructibus sui beneficij seularis. Cuius dicto nemo contradicit, & nos illo vsi sumus in tractatu de redditib. ecclesiasticis. ad quaedam alia proposita. Cù ergo fratres religiosi,

a 12. qu. 1. & c. 2. & ca. super quodam. & c. cum ad monasteriu. de statu monach.

b In 2. notabili.

c De voto, & ca. vouentibus. 17. q. 1.

d De priuileg.

e 18. q. 1. f 21. q. 2.

g Vers. sed & tales. de viti & honest. clericor.

de quibus

de quibus loquimur, sint beneficiarij, habeantque administrationem fructuum suorum commendatum per collationem canonicam Superioris sibi factam, possunt de fructibus illorum disponere, perinde ac clerici saeculares de fructibus suorum beneficiorum, & consequenter de illis se decenter sustentare, & in opera pia contumere.

Quarto est textus singularis, quem ut credo, Bartholus non vidit, vel non ponderavit, ut nos in dicto cap. non dicatis. dicebamus in Clementina 1. a quatenus habet, primum huiusmodi praeceptorias, & commendas, etiam manuales, & ad nutum praelati remouibiles, esse beneficia talia, quod in eis habet locum dispositio cap. 2. b scilicet, quod debent conferri intra sex menses ab earum vacatione: ita quod, si non conferantur intra illos, earum collatio deuoluitur ad Superiores eorum, qui eas conferre debent. Secundum, quod earum superiores collatores non possunt augere pensiones iam impositas, nec nouas imponere. Tertium, quod irrefragabiliter hac nostra parte confirmat, scilicet, quod non possunt Praelati superiores, qui eas conferunt, quidquam de fructibus earum, qui proueniunt durante illarum vacatione, accipere, sed debet referuari futuro successori.

Quinto, quod sicut religiofus prouisus a Papa de beneficio manuali, & ad nutum amouibili, non querit Papae, sed ipsi, & suo beneficio, vel Ecclesiae suae, siue conferatur ei a Papa cum clausula, ut teneat ad vitam, siue sine illa, ita quod maneat manuale, eadem vel maiori ratione religiofus prouisus a Superiore, qui est inferior Papa, non querit conferenti, sed sibi, & beneficio, & Ecclesiae suae.

Sexto faciunt multa, quae nos in dicto cap. non dicatis. d scripsimus. Primum, quod religiofus, praefertim canonicus regularis non simplex, sed beneficiarius querit fructus Ecclesiae, vel beneficio, non ordini, quem professus est. e Secundum, quod religiofus translatus ad aliam ecclesiam, vel beneficium, querit illi Ecclesiae, vel beneficio. f Tertium, quod regularis habens beneficium manuale, tam amplè potest disponere de fructibus sui beneficii manualis, quam amplè potest disponere de quaestis opera sua, vel alijs vnde cumque: quia ut nihil eorum est suum quo ad dominium, ita illa omnia sunt eius quo ad ius administrandi, & dispensandi. Quartum, quod hac non solum procedunt in fructibus beneficii regularis, sed etiam in quaestis aliunde, quidquid, aliqui dicant, ut affirmat Panormitanus e sequutus Federicum. h Tum per rationes praedictas. Tum per decisionem praefati Federici determinantis, quod poena statuti posita contra occidentem aliquem debet applicari prioratui manuali, occiso Priore, & non monasterio, cuius erat monachus, etiam si esset Prior ad nutum reuocabilis, motus ad id firmis rationibus, quem Decius late sequitur, i cum alijs citatis ab eo. k

Septimo facit, quod omnia argumenta, quae supra sunt pro contraria parte insinuat, soluntur per ea, quae nos diximus in d. com. 2. de reg. l. vbi licet concedamus, quod nullus religiofus simplex carens beneficio, officio, & administratione, potest quidquam sine licentia superioris impendere: negamus tamen, quod id procedat in religiofo habente beneficium, officium, vel aliam administrationem collatam sibi in titulum, vel commendam, etiam manualement, & ad nutum Superioris reuocabilem. Alioqui nullus religiofus, qui esset Abbas, Episcopus, Archiepiscopus, vel etiam Papa, ut fuit Pius V. quidquam posset impendere, nisi tantum in iis, quae pertinent ad suas dignitates.

Et in casu proposito non agimus de religiofo simplici, sed de beneficiario, & habente administrationem datam sibi in beneficium, & commendam, saltem manualement, & ad nutum reuocabilem. Ibidem etiam secundo ponimus differentiam inter religiofum habentem peculium, & habentem beneficium: quoniam ille non potest impendere, praeterquam in ea, quae pertinent ad bonam administrationem eius: hic autem, scilicet beneficiarius, potest impendere etiam in illa, in qua possunt alij beneficiarij siue religiofi, siue saeculares, & in commet. 1. m etiam dicimus, quod propriu accipitur proprie pro dominio rei, & quod monachus, siue religiofus non potest habere proprium huiusmodi vilius rei pecuniariae, neque possessione eius, nomine suo. Et de huiusmodi proprio intelligenda sunt vota solemnia paupertatis omnium religionum.

Adeo quod nec Papa potest dispensare cum religiofo ad habendum huiusmodi proprium, iuxta cap. cum ad monasterium. a Immo, sententia mea, non habet illud religiofus, etiam si sit Papa, immo, ut alibi dicimus, licet sua Sanctitas possit ex maxima & iusta causa dispensare super voto solenni castitatis, non tamè potest super voto solenni proprietatis, accipiendo propriu hoc modo pro dominio vero rei. b Sed optime potest dispensare cum eo ad habendum administrationem etiam regni, & Imperij: quia habere administrationem non est habere dominium. c Itaque concedimus, quod praefati religiofi, & commendatarij non habent, nec possunt habere proprium huiusmodi, sed sic administrationem beneficiale, vel peculiarem, vel aliam titulem perpetuam, vel ad nutum reuocabilem, qualem habent praefati religiofi, de quibus agitur, ut nos e latius probamus. Et qui contrarium dicunt, non aduertunt haec, quae toto iure Canonico probantur.

Addimus, quod quamuis radicalis ratio horum a nemine, quod sciam, tradatur: illa tamen videretur esse, quod omnium est vna opinio, quod de licentia praefati, praefertim expressa, religiofus potest habere proprium huiusmodi improprium. Et religiofus, qui habet beneficium siue perpetuum, siue amouibile, aut manuale, vel aliam administrationem a suo Superiore collatam per titulum perpetuum, vel manualement, habet licentiam tacitam inclusam in illo titulo ad administrandum eius bona, sicut & alij beneficiarij saeculares, iuxta textu & ibi Card. d Salua &c.

SVM MARIVM.

Regularibus stabilia nec ad vsum concedi possunt, & hoc nisi subsit iusta causa, ut si fiat ob vtilitatem monasterij ad augenda & melioranda bona, & huiusmodi. num. 6. Regularis etsi nihil habere possit, dare, vel recipere sine Superioris licentia possit, cum illa tamen pro sibi iniuncta administratione habere potest. itemque & potest habere aliquid annuum pro vestiario & similibus, num. 4. immo & in sua professione etsi non conditionem suspensiuam, modum tamen adiacere potest, ut ad sui sustentationem etiam extra conuentum manendo possit olim sua sibi retinere, nu. 3. & 4. hac tamen vi propria habere non potest, nu. 1. sed solum ut peculium suis necessitatibus deputatum, num. 6.

Femina vouendo religionem in monasterio virorum, manendo extra illud, efficitur religiosa, debetque ei permitti peculium habere, vnde possit se sustentare, num. 4.

Regularis per Superiorem ex iusta causa & iusto contractu alicuius rei facta concessio non obligat Superiorem plus quam obliget dominus suo seruo, cui monachus aequiparatur in actionibus actiue & passiuè, vnde potest reuocare: & hoc procedit quod ad obligatione ciuile, non autè quod ad naturalem descendente ex contractu vel pacto, quae adeo obligatur, ut sine peccato non possit sine iusta causa non seruare, n. 12. 13. & 14.

Praelatus etiam cum conuentu non potest statutu facere aliquid, quod successorem, immo quod nec ipsum statuente, etiam si iurasset, ita obliget, ut non teneat illius, sicut & cuiuslibet alterius obligatio sui subditis facta reuocatio, absq, eo quod subdito contra Superiore reuocante aliqua coepet actio, nu. 10. si tamè sine causa fiat, etsi reuocatio mero iure teneat, tamen peccabit reuocans, nu. 12. & 13. at si faceret malo animo, tunc posset aduersus hanc iniuriosam actionem per viam querela habere recursum ad mediatum Superiorem, nu. 15.

Seruitus regularium spiritualis quidem est, sed strictior censetur, quam qua serui obstringuntur suis dominis carnalibus.

Obligatur Praelatus suo subdito naturali obligatione descendente ex contractu vel pacto, nec sine peccato, nisi subsit iusta causa, potest eam non obseruare, & nu. 14. licet pro eis non detur obligatio ciuilis, nu. 8. & si Superior reuocet contractum, tenet, nu. 11. 12. 13.

Regularis adeudo Superiorem per via querela opponere potest Praelato quod malo animo ei sine causa beneficium aufert, & sic impedire, sed de spolio agere non potest, nu. 12. in fin.

Collatio manualis a Papa ad vitam confirmata non potest per inferiorem auferri ab ipso regulari.

CONSILIVM XIV.

GENERALIS Ordinis Eremitarum S. Augustini, de consensu Prioris, & Conuentus S. Augustini Urbis, concessit Ecclesiam sibi vnitam, cum quodam hortu, & alijs ad eam pertinentibus, cuidam monacho sui

a De suppl. neg. praelat.

b De concess. praebend.

c Cap. ad nostram. & ca. porrecta. de cons. vtil. vel inuul. d Nu. 6.

e Ca. cum olim. de priuile. & ca. statutu. 18. q. 1. f Cap. si quis iam translatu. 2. q. 2. & c. ne pro cuiuslibet. 10. q. 1.

g In c. monachi. de statu monach. h Consi. 35.

i In c. in praesentia. nu. 17. post medium. k De probation. l Super c. non dicatis. nu. 8.

m Nu. 15.

a §. fin. de sta tu monach.

b Toto titulo de administ. reru ad ciuilem. per. & de administ. tutor. & curat. & ca. grandi. de suppl. negli. gen. praelat. li. 6. c Vbi supra.

d In clem. 2. §. sed & tales. de vitijs & honest. clerici.

a 12. q. 1. b Notabil. 5. nu. 14. & ca. vlt. de stat. monach. cum ei adnot. c Ca. 2. de regul. sess. 5.

d Cap. 2.

e Cap. 9. in c. 2.

g 17. q. 2.

h Qui cleric. vel uouen.

i Et cap. cum ad monasterium. de statu monach. k In auth. ingressi. C. de sacros. eccles. l In Mercu. ria. regula no est obligatoriu. de regul. iur. lib. 6. m In d. ca. cu ad monasterium.

n In c. edoceri. nu. 5. de rescrip.

o In princ. & fin. de statu mon.

p In princ. q 12. q. 1. & c. vlt. de statu monach.

ordinis, ad vitam eius, ea lege, ut solueret certos census annuos debitos, & regeret, gubernaret, & melioraret, siue redderet meliora omnia ad Ecclesiam pertinentia, & celebraret quasdam Missas, & faceret quaedam alia pia. Queritur, quid iuris.

Duo in hac consultatione quaruntur. Alterum est, an concessio praefata licita sit.

Alterum, an esto sit licita, reuocari possit per concedentes, vel successores eorum.

Pro parte negante prioris dubij, facit cap. non dicatis. a cum multis quae in com. 2. de reg. illi adiecit: b per quae, & per ipsam regulam Patriarchae nostri Augustini constat, monachos nihil proprij posse, nec debere habere.

Secundo facit c Concilium Tridentinum cuius verba sunt, Nemini regularium, tam virorum, quam mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia, cuiuscumque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquisita, tamquam propria, aut etiam Conuentus nomine possidere, aut tenere.

Tertio fortissime facit idem Concilium d in illis verbis, Nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui regulari concedere, etiam ad vsum fructum, vel vsum, administrationem, aut commendam.

Pro parte tamen affirmante facit primo praefatum ca. non dicatis. quod est pars regule S. Augustini, quatenus habet monachum nihil debere habere, possidere, dare, vel accipere sine Superioris licentia, significans clare à contrario sensu posse accipere de licentia Superioris. & in casu proposito praefatus Dominus consulens habet Ecclesiam praedictam cum pertinentibus ad eam de licentia tam Generalis sui, quam Prioris, & Conuentus praefati monasterij, ut patet per tenorem concessionis.

Secundo facit tenor, e praefate regule, relatus in sententia, f de statu monach. quatenus religiofo permittit habere peculiu de Prioris licentia pro sibi iniuncta administratione.

Tertio facit ca. de viduis. g quod habet, & viduas, & virgines posse fieri regulares, & manere in domibus suis, secundum intellectum glossae, & certu est eas in eis non posse absque proprio peculio viuere. Et quamuis posset responderi aequaliter illi textui, est tamen textus singularis & irrefragabilis in cap. insinuante. h Primum quidem, quatenus habet, & manere posse fieri verè religiofam vouendo regulam in monasterio virorum, non intrado illud, & manendo in domo, quae sua erat ante professionem. quo casu necessarium est eam habere aliquid peculium proprium, quo se sustentet. Secundo fortius facit quatenus probat, valere professionem factam cum pacto, ut viuat extra monasterium cum bonis, quae ante professionem erant sua, sustentando se de illis: vbi & in ca. monachus. i Panormitanus receptus sequitur Bartholus etiam communiter receptus, k dicentem, valere professionem, qua quis proficitur, adiecto saltem per viam modi, & non per viam conditionis acti suspendentis, ut relinquatur ei administratio bonorum suorum ad se sustentandum.

Quarto facit decisio illa Ioannis Andreae, l quod valet statutum iusta saltem de causa factum, ut monasteriu solum det victum monialibus, & pro vestitu habeat quae labore manuum suarum lucrantur, per quod Panormitanus, m ait, satis licitum esse constitutionem, vel consuetudinem, qua religiofis certum quid annuum pro annuo vestitu traditur: quod etiam dicit in alijs locis citatis per Decium, n referentem alios id tenentes.

Ad opposita respondetur: ad primum quidem, concedendo, quod non licet monacho habere vllum propriu sine licentia Praefati, ut habet praefatum ca. non dicatis. neque de licentia vti rem propriam, cuius habeat dominiu, & possessionem nomine suo, ut habet ca. vlt. o negando tamen, quod non possit habere aliquid de licentia sui Superioris, tamquam peculium deputatum suis vibus, & necessitatibus, vti praefatus Dominus consulens habet praefatam Ecclesiam, & domum cum pertinentibus ad ea.

Ad secundum respondetur, quod illud cap. p nihil noui iuris inducit, sed tantum declarat antiquum contentum in d. c. non dicatis. q & ita solui potest, sicut illa.

Ad tertium respondetur, quod illud cap. est intelligendum de concessione sine iusta causa facta: quaestio verò propofita loquitur de concessione facta iusta de causa, non

vna tantum, sed etiam multiplici: facta est enim primo ad exonerandum praefatum monasterium impensa sustentandi aliquos monachos in ea, & impensa celebrandi festum visitatu in die sancti Matthei, quod constat pluribus, quam duodecim scitis, impensa item conferuandi, & refecti, & meliorandi Ecclesiam, domum, & hortum, & soluendi censum decem scutoru, & celebrandi Missas diebus festis: maximè verò exonerari illud ere alieno, & debito ducetorum scutoru, quae monasteriu debebat pro pretio emptionis praedicti horti, quae praefatus Dominus consulens habuit ab amicis suis medicado, mutuado, vel alia obsequia iure naturali tenentur; licet monasterium ad eas obligare non potuerit, ut nos satis probamus in comment. d. ca. no dicatis. a Quod autem liceat huiusmodi concessione iusta de causa facere etiam post Concilium Tridentinum, efficaciter probamus in praef. ca. non dicatis. b & per tertium argumentum pro hac parte factum.

Ad ALTERVM DVBIVM principale, scilicet, an esto sit licita concessio praefata, reuocari possit per concedentes: Respondeo, hoc esse pulchrum dubium. Na pro parte negante facit primo regula, q quod semel placuit, amplius displicere non potest. cum regul. mutare. c cum multis in eorum glossis allegatis.

Secundo, quod contractus, licet à principio sint voluntarij, postea tamè sunt necessarij, d eo quod, quo quisque est iustior, eo grauius est ei fide fallere, e & quod vni religiofi sunt, vel certè praesumuntur, & debet esse iustiores alijs. f

Tertio, quod praefatum monasterium teneretur seruare concessionem praefatam, si eam fecisset alicui laico agricola per viam emphyteusis, vel aliam donationem modalem, siue modis & conditionibus praetactis onustam.

Pro parte autem affirmante facit primo, quod monachus ad suum Praelatum ita se habet, ut seruus ad dominum suum, secundum Innocentium receptum g Federicum h & Bartholom i & Panormitanu k & tradimus nos in com. 2. de reg. l concludentes monachum actiue & passiuè seruo comparari. At seruus non potest obligare sibi dominum suum per vllum contractum, etiam transfectionis, m ergo neque monachus potest obligare sibi suum praelatum, & monasterium. & ita Bartholus, n quem lacon cum communi sequitur, dicit, illam legem, quae habet, dominum non posse obligari seruo, habere locum in prelato, & monacho suo, ut non possit ei obligari.

Secundo est casus in cap. cum ad monasterium. o ibi, nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuo possidenda, tamquam in sua sibi vna locetur, sed, cum oportuerit, à Superiore sine contradictione aliqua reuocetur. Per quod ibi determinat Panormitanus communiter receptus quod Abbas, & conuentus non possunt facere statutum, per quod ligetur successor, & quod Abbas non ligatur ex suo statuto, licet cum conuentu illud fecerit, quo minus possit contrauenire: nam monachi non possunt resistere sibi, cum habeant obedire, & eorum velle dependeat à voluntate Abbatu, ut habetur in cap. si religiofus. p

Tertio, quod licet praelatus & conuentus possint facere diuisionem inter se bonorum monasterij, iuxta cap. edoceri. q & ibi Panormitanus, Felinus & Decius, & communiter omnes tenent, etiam sine consensu Episcopi, & alius Superioris, non tamen irrevocabilem: quia poterit illam reuocare Abbas, cum ei liberuerit, secundum omnes. Ergo à fortiori poterit Abbas, vel alius Superior similis ei reuocare diuisionem bonoru facta cum vno, vel altero monacho.

Quarto facit, quod Ioannes Andreas r sentit, quod etiam si Abbas iurauerit seruare statutum, nihilominus reuocatio tenet, licet incidat in periurium: per quod Panormitanus s infert, si Abbas concedat Priori obedientiaro, seu mandatario, ut ad vitam teneat prioratum, seu administrationem sibi concessam, potest nihilominus reuocare: quia non potest Abbas sibi imponere legem, nec venire contra dispositionem illius §. tales. quia laefacta erit vis voti obedientiae, quod est vnum de tribus substantia libus regula.

Quinto, quod Panormitanus consulens t an quidam Ioannes monachus posset agere contra Praelatum suum ad cogendum eum seruare promissa quaedam sibi ratione

a Nu. 42.

b Nu. 14.

c De reg. iur. li. 6.

d E. sicut ab initio. C. de actio. & oblig. e Arg. cap. ex tenore. ad iij. §. ff. de foro comp. f Arg. ca. homo Christianus. 40. dist. g In ca. cum olim. de priuile. h In cõf. 259. casus talis est.

i In l. 1. ff. de stipul. seruorum.

k In cõf. 88. videtur. vobum. l. 1. & in ca. edoceri. de rescrip. & melius in c. cum ad monasterium. de statu monach.

m Super c. non dicatis. 12. q. 1. num. 3.

n L. interpositus in fin. de tran. & s. n In d. le. interpositus.

o §. tales. de statu monach. p De elec. li. 6. & ca. 2. de testa. eodem lib.

q De rescrip.

r In c. non est obligatoriu. de reg. iur. li. 6.

s In d. c. cum ad nu. 11.

t In cõf. 88. vol. 1.



studiorum facta, respondit, contra eum facere, quod sicut seruo aduersus dominum agere taliter non permittitur, ita nec monacho aduersus Prælatum suum: censetur enim monasterij seruus: & quamuis hæc sit spiritalis seruitus, strictior tamen censetur, quam secularis, vt probatur in cap. multos. b & mundo mortuus censetur, & Deo viuere. c Hinc dicitur, quod monachus non habet nolle, nec velle, sed totus dependet à Superioris arbitrio, quod vice Dei super caput posuit, d hæc ibi Panormitanus qui licet postea concludat, potuisse præfatum Ioannem agere contra Episcopum, qui erat ei loco Abbatis, vt alimenta temporis in studijs consumpti solueret, & consequenter sentiri promissa illa fuisse licita, non tamen ait non potuisse reuocare illa. Et ita, licet in casu nostro dicendum sit concessionem præfatam licitam fuisse, non tamen ex eo inferitur non posse concedentes illam reuocare.

12 His pro vtraque parte consideratis, videtur dicendum primò, partem hanc posteriorem affirmantem reuocationem præfatæ concessionis posse per concedentes fieri esse de rigore iuris veriorer. per fundamenta proximè tacta, in hunc sensum, quòd talis reuocatio censetur valida in foro exteriori, etià si fiat absq; alia iusta causa, quam quòd concedentes volunt illam facere, eo quod præfatus Dominus consulens est eis per votum obedientiæ soleme ne ita subditus, vt nihil temporale possit obtinere quo ad dominium, neque quo ad possessionem, etiam nomine monasterij vlla de causa sine licentia & voluntate Superioris: quia quo ad huiusmodi obtentionem nullam habet voluntatem, sed tota eius voluntas pendet ab arbitrio & voluntate Superiorum, quos loco Dei voluntariè & sponte sibi præposuit, iuxta præfatum cap. non dicatis. e Vt in simili Superior regularis, qui plenè contulit beneficium regulare subdito regulari, potest illud pro libito suæ voluntatis auferre illi sine alia iusta causa, quam quia vult, f adeo quod non possit agere etiam de spolio contra prælatum ipsoliantem, modo id bono animo faceret, iuxta Innocentium quem post Rotam sequimur in præfat cap. non dicatis. g

13 Secundo, quod huiusmodi reuocatio, licet de rigore iuris facta valeret, non tamen deberet fieri sine iusta causa: & concedentes, vel successores eorum, qui eam facerent, grauius peccarent, ea ratione firma, quòd, sicut dominus obligari potest seruo naturali obligatione descendente à pacto, vel contractu, h ita etiam Prælatus potest obligari monacho, vt in præfatis legibus tradunt scribentes, & Panormitanus, i quem cum alijs nos retulimus, & sequuti fuimus in præfato comment. super ca. non dicatis. k

14 Et contrariens naturali obligationi ex pacto vel contractu licito descendenti peccat, etiam mortaliter, vt ex Innocentio l rectè colligit Bartholus m & Felinus n & nos insinuauimus in Manu. confess. o

15 Confirmatur etiam illa consideratione, quod, licet prælati regulares pro voluntate sua sine alia iusta causa possit auferre monacho suo beneficium regulare, quod ei contulit, vt proximè dictum est, tamen is, cui sic auferretur, posset opponere malo animo id eum facere, & per hoc impedire effectum huiusmodi ablationis, iuxta doctrinam Innocentij, p quem sequitur Cosmas, q quos in praxi sequuntur parlamenta Gallicana, vt diximus in d. ca. non dicatis. r & tanto maiore cum ratione posset Dominus consulens querelam super hoc ad Papam deferre, si absque iusta causa ea spoliaretur, quo hæc concessio propior est locationi, quam beneficij spiritalis concessioni, cù etiam conuerso laico fieri posset, vt aliàs facta est, & quanto maior pecunia pro ea soluta est, quam beneficiarius pro collatione soluere solet, cum nihil soluere citra simoniam possit, iuxta cap. quam pio. s

16 Tertio principaliter dico, prouide acturum Dominum consulentem, si curauerit habere à Papa confirmationem huius concessionis ad vitam suam. Tum quia id solent curare habentes beneficia manualia, iuxta cap. ad audientiam. t Tum quia habita præfata confirmatione nihil esset ei timendum, & ea non habita potest timere fore aliquos amulos, qui concedentes, vel successores eorum aliquo colore moueant ad reuocandum illam, licet absque peccato id facere nequeant: præsupponendo,

quòd licet fieri non deberet, facta tamen teneret. Tum quia, licet contra reuocantes sine iusta causa posset vt remediò supra insinuato, quo religiosi Gallicani vt solent aduersus auferentes sibi beneficia manualia, tamen id non posset fieri sine sumptu, & lite, & periculo eam perdendi, eo quod est exterus, & monasterium & Superiores eius indigena: & potentes. Salua, &c.

Aduertendum difficile esse sustinere dictam concessionem non esse contra dispositionem dicti cap. 2. sess. 25. de regularib. expresse decernentis, administrationem immobilium non alius quam officialibus, qui ob vtilitatem monasterij creari solent, concedendam esse: qualis non est hic conductor, qui vt priuatus religiosus, & ad suam vtilitatem & damnum hanc obtinuit administrationem.

SVMMARIVM.

- 1 Abbas legem sibi ponere non potest, à qua recedere nequeat.
- 2 Papa & non alius potest regulari concedere licentiam ab alio, quam ab ipso non reuocabilem, vt quid ad vsus pios & honestos sine alterius licentia impendere & habere possit. & n. 2.

CONSILIVM XV.

NOBILIS vellent dare 500. aureos fratri suo regulari, hac tamen conditione, quod ipse solus suo arbitrio eos impenderet, ita vt à quoquam Superiorum prohiberi non possit. Queritur, quid iuris.

Ad propositam questionem respondeo primò, omnia fere, que possent adduci pro vtraque illius parte, tacta esse à nobis ante circiter sex annos in comment. 2. de regul. a præsertim notab. 5. b

1 Secundo, quod nullus prælatus, etiam Generalis, inferior Papa potest concedere firmiter præfato Domino consulenti id quod frater eius desiderat, quod ipse solus pro suo arbitrio impendat illos 500. aureos, & vt nec Prior, nec Prouincialis, nec alius Superior possit prohibere id ei, neque auferre illi eos, vel aliquam partem eorum ad impendendos eos in alios vsus, quam ipse vellent: quia nõ potest Abbas ponere sibi legem, à qua recedere nequeat, nec directè, nec indirectè facere suum monachum proprietarium, vt probat ca. cum ad monasterium. c vbi hoc adnotauit Panormitanus, d & nos in casu fere huic simili insinuauimus post Panormitanum & Decium vbi supra. e

2 Tertio, quod S. D. N. vel alius Superior eius, cum auctoritate Sanctitatis suæ, potest præfatam licentiam concedere: ita quod nullus prælatus inferior alius à se, vel eius successor possit illam tollere, vel diminuerè, argumento generali cap. cuncta per mundum. f & argumento speciali cap. ad nostram. g & cap. porrecta. h & eis adnotatis, i vt illa in vsus pios & honestos sine alia vlla licentia suorum Prælatorum impendere possit: & quod illi non possint ei illum vsum impedire, vt colligitur ex cap. nisi essent viri prouidi. & ibi notat Panormitanus communiter receptus. h

3 Quarto, quod similem fere facultatem concessit cuidam nobilissimæ virginì volenti religionem ingredi facte. Pius V. quam nos referimus, i & ita credimus, Sanctissimum D. N. præfatam facultatem pro sua in signi benignitate, & in pia opera faciendi propensione, libentissimè concessurum, vel ab alio Prælato concessam confirmaturum, cum clausula, ne quis alius Prælatus eam tollat, vel minuat. Tum ob prædicta. Tum quia solita est Sancta Sedes Apostolica concedere aliquot religiosis pensiones super fructibus aliquorum beneficiorum, ea lege, vt ipsi soli impendant.

Quare supplicandum est suæ Sanctitati, vt dignetur id facere in consolationem Domini consulentis genere nobilissimi, & totius sui Conuentus, & in gloriam Dei optimi maximi, qui suam Sanctitatem quam diuissimè seruet incolumem, nos omnesque saluet in æternum.

SVMMARIVM.

- 1 Monachum seu canonicum regularem sine licentia de monasterio recedentem, etiam ad curiam Romanam accedentem Superior vbiicumque capi, & incarcerari fasere, item & literas, quas secum defert, aliorum monachorum etiam Pontifici directas capere, & aperire impune potest. num. 2.
- 2 Literas ad Pontificem etiam legitime scriptas aperiens, censuram aliquam incurrere, nequaquam iure cauetur.
- 2 Literas, quas priuati monachi sine Superioris licentia, etiam ad Pontificem scribunt, vt minus legitime scriptas, potest Superior impune aperire: secus si sint à Conuentu iuridice,

hoc est.

a Vt l. vix cor  
the ex causis.  
ff. de iud.

b s. 4. diff.  
c 16. q. 1. cap.  
placuit.  
d 12. q. 1. cap.  
nolo & c. non  
dicatis. & c.  
f religio su.  
de elect. lib. 6.  
g in ca. 2. de  
posita. eod. lib.

c 11. qu. 1. &  
c. si religiosus.  
de elect. lib. 6.  
e c. 2. de re.  
sta. eod. lib.  
f Cap. porre.  
cta. ca. ad au.  
dientiam. de  
cõfirmat. vbi  
li. & ca. cum  
ad monast. s.  
tales. de statu  
mona. & c. l. 2.  
i s. penult. de  
suppl. negli.  
gen. prælat.  
g Nu. 65.  
h L. natura.  
liter. & l. si id  
quod. ff. de cõ.  
di. iudic. b.

i In cõs. 10. 4.  
primi volum.  
k Nu. 42.  
l In ca. nouit.  
de iud. nu. 4.  
m In extra.  
uag. ad repri.  
mend. verb.  
denunciatio.  
nem.  
n In præmio  
Greg. nu. 25.  
o In ca. qua  
in ecclesiari.  
de cons. nu.  
55.  
p Ca. 18. nu.  
6.  
q In cap. insi.  
nuante. qui  
cler. vel vo.  
nen.  
r In prag.  
tic. de collat.  
s Ita quod pa.  
rochialis. ver.  
bo perpetuus.  
f Nu. 98.  
t s. 1. q. 2. & c.  
cum pridem.  
e. vlt. de pa.  
ctis.  
u Et c. porre.  
cta. de cons.  
vbi.

a Super. c. nõ  
dicatis. 12. q.  
1.  
b Nu. 14.  
c s. tales. &  
s. in. de statu  
monachor.  
d Nu. 9.  
e Nu. 16.  
f 9. q. 3. & c.  
proposuit. de  
concessio. præ.  
ben.  
g De confir.  
ma. vtili. vel  
inu.  
h De præbe.  
nu. 13.  
i Vbi supra.

hoc est. pro rebus. pro quibus potest quæ sine Superioris consensu agere, conscripta.

CONSILIVM XVI.

Canonicus regularis sine licentia Prælati ad curiam quamdam seculari proficiscens literas scriptas ab alijs canonicis ad Papam secum deferrebat. Prælatus autè eum capere, & carceribus mactipare fecit, literasque præfatas acceptas aperuit, & legit.

Queritur primò an incarcerando, & ad præfatam curiam ire impediendo, aliquam censuram, vel pœnam incurreret.

Secundo, quid dicendum sit, eo quòd aperuit, & legit literas missas ad Papam.

AD HORM dubiorum primum respondeo, quod nullam Ecclesiasticam censuram, nec vllam pœnam temporalem incurrit. Primò quidem, quia quod legitime factum est, pœnam non meretur. a At prædicta captura iustè fieri potuit, quoniam Prælatus & Superior religiosi potest ipsam fugientem, vel sine licentia eius & obediètiæ recedentem capere vbiicumque, cui subiectus est, arg. l. 1. b quatenus habet, curialem, vel cohortaliè, hoc est, curia, vel cohorti obligatum, fugientem capi posse auctoritate curia, vel cohortis, cui obnoxius est. arg. item l. 1. c quatenus habet, ancillam fugientem, & inuentam etiam extra prouinciam capi posse à domino, vel eius auctoritate.

Secundo, has leges habere locum in vxore fugiente marito, & monacho, & canonico regulari fugiente Prælato, & monasterium, affirmant ibi Bart. Bald. Salicet. & communis, & præsertim Bald. qui singulariter ad propositum nostrum, d determinat de quodam canonico regulari fugiente, quem ait potuisse capi à Prælato, etiam ante quam monuisset eum redire sub pœna excommunicationis, & ob contumaciam excommunicasset, & antequam brachium seculari implorasset.

Tertio, quod Clem. e excommunicat monachum, & canonicum regularem, qui ad curias principum accedit animo nocendi monasterio, & Concil. Tridentinum, f statuit ne quis regularis ex suis Conuentibus recedat, etiam sub prætextu accedendi ad superiores, nisi ab eisdem missi aut vocati fuerint. Cum igitur is canonicus, de quo loquimur, sine licentia Superioris portaret ad curiam literas ab alijs simplicibus canonicis temerariè conscriptas, iustè poterat eum capere, tamquam fugientem, delinquentem, & magis delinquere volentem, & adeuntem ad curiam principis in damnū, dedecus, & discordiam monasterij.

AD DVBIUM posterius respondeo idem, quod responsum est ad prius. Tum quia nullo iure Pontificio censure vlla innodatur ipso iure aperiens literas, etiam legitime scriptas ad Papam, arg. cum olim, g & eorum, quæ ibi glossa & alij, quos Felin. refert, scribunt. Tum quia prædicta litera non fuerunt legitime ad Papam scripta, nec ab eo qui poterat eas dare, quia fuerunt confecta à canonico regulari simplici, qui non potest accipere, nec dare literas sine consensu Prælati, vt habetur in regula eorum, & transumptiue in cap. non dicatis, h vbi nos latè id, i tractamus. Tum quia litera prædicta erant sui monasterij, & suæ: quoniam omnia, quæ habent & faciunt canonici regulares simplices, pertinent ad monasterium, k & ad administrationem prælati, l vt in commentarijs vtriusque cap. latè diximus. Nec obstat, quod canonici, & monachi possunt agere, petere, & scribere, & dare, & accipere literas super accusatione Superioris, & alijs, super quibus possunt agere, & defendere sine superioris consensu, cap. ex parte, m & tradita per Innocentium & alios, n quod & nos defendimus. o Nõ inquam hoc obstat, quia hæc procedunt in his, quæ iuridicè fiunt in necessitatem & vtilitatem monasterij, non autem in alijs, quales fuerunt præfata litera confecta, data, & accepta contra ius, & eius ordinè, & contra vtilitatem & auctoritatem monasterij, & c.

SVMMARIVM.

- 1 Bona quasita ab Apostata Camera Apostolica debentur.

CONSILIVM XVII.

Regularis apostata transfuit ab vno ordine ad alium, & ab illo iterum rediit ad statum secularem, & que-

fuit manens extra statum regulare multa bona, & decessit. Queritur, vtri monasterio debeant adiudicari.

1 Responderetur, neutri præfatorum monasteriorum præfata bona deberi, sed in ea succedere, vt veram & legitimam hæredem, Camera Apostolicam per extrauagantem Gregorij XII I. quæ incipit, Officij nostri. Salua, & c.

SVMMARIVM.

- 1 Cap. 8. sess. 25. de regular. Concilij Tridentini an sit per desuetudinem sublaturum. nu. 3.
- 1 Lex non recepta non ligat, & si à principio non fuit recepta, per non vsus decem annorum amittit vim suam. nu. 2. & hoc dummodo non vsus implicet contrarium vsus dispositioni legis. nu. 3. quod si à principio fuit recepta, requiritur lapsus 40. annorū. numero 2.
- 3 Conuocatio monasteriorum ad triennale Concilij ex statuto sacri Concilij sess. 25. de regul. cap. 8. ad Prælatos & non subditos monasteriorum spectat. nu. 3. & in horum negligentiam succedit Metropolitanus. nu. 4. & si in eius prouincia nõ sint tot monasteria, quæ sufficiant ad vnum Concilium triennale, seu nõ iustam congregationem faciendam, num. 7. tunc deuoluitur ad plures Metropoles simul. nu. 5. cuius seu quorum Metropolitanorum præcepto si non paruerint monasteria, tunc subduntur Episcopis suis respectiue tamquam Sedis Apostolica delegatis. nu. 6.
- 5 Dispositio in singulari, eadem suadente ratione, in pluribus militat.
- 6 Appellatur ad Papam ab ordinario tamquam delegato procedente.

CONSILIVM XXVIII.

Conuocatio Canonicorum regularium immediate Sedi Apostolica subiectorum ad Concilium triennale faciendum iuxta a Concilium Tridentinum, ad què spectat, an ad Prælatos monasteriorum, an ad Capitula eorum?

1 Respondeo primo, arbitrari me futuros esse aliquos Prælatos, vel aliquot Capitula eorum, qui dicant statum Concilij præfati amississe vires suas, eo quòd nunquam fuerit receptum in suis regionibus: & quod lex nõ recepta non ligat, nec habet vires, iuxta cap. in istis, b in hæc verba: Leges instituuntur, cum promulgantur, firmiter, cù moribus videntur approbantur: sicut enim moribus videntur in contrarium nonnulla leges hodie obrogatae sunt, & c. per quem textum glossa folemnis & reputata singularis, c dixit transgressorem legis vel canonis non recepti minime peccare, nec puniendum esse. cuius rei exemplum est in d. c. 1. quo statutum fuit, ne bellum etiam iustum fieret in Adventu vsque ad octauam Epiphaniæ, nec à Septuagesima vsque ad octauam Pasche: quod tamen non ligat, quia nõ fuit receptum. & duo similia exempla ponit Gratianus in cap. statum. & cap. denique, d & est conclusio recepta per omnes communiter, vt copiosissimè tradidit Felinus post alios, e Cardinalis Alexandrinus, f & alij multi citati per eisdem, & confirmatur per cap. fin. g & nos etiam post alios tradimus in Manual. confess. h

2 Et quamuis sit controuersa, tamen verior resolutio videtur quod sufficit tempus decem annorum ad tollendum vires legis humanæ nondum receptæ, quamuis ad tollendas vires legis canonice iam receptæ requiratur tempus quadraginta annorum, vt tradunt Calderinus, & Imolenis, i relati & approbati à Felino. k Et in casu proposito fluxerunt viginti anni & amplius, quod præfati canonici regulares non sint vsi præfato cap. 8. occurrere quolibet anno, vel saltem triennio opportunitate, aut obligatione vsus eius secundum statutum Concilij.

3 Secundo respondeo, quòd non deerit etiam aliquot Prælati, vel canonici, quibus videbitur contrarium, scilicet statutum Concilij non esse per desuetudinem sublaturum: vel quia videbitur desuetudine præfatam fuisse merum vsum præfati cap. & non contrarium: vel quia ià fuit facta vna vocatio ad faciendum Concilium prædictum triennale, quæ tamen fuit contradicta à præfatis dicentibus: ius vocandi ad illud non pertinuisse ad canonicos, sed ad Prælatos, quorum contradictio videtur fuisse iuri propior.

4 Tertio responderetur, quod qui tenuerit præfatum statutum adhuc vigere, & nondum desuisse habere vires propter

a L. Graceb.  
C. ad legem  
Iul. de adult.  
l. iacimus. C.  
de pen. ca. 2.  
de cons. b.  
c. ubi curia  
li. vel cohort.  
ialis. c. ubi cau.  
sa statum.

d In d. l. 1. C.  
ubi causa sta.  
tu.

e 1. q. 3. & c.  
ro. de statu  
monach.  
f In cap. 4. de  
regul. sess. 25.

g De confir.  
ma. vtili. vel  
inu.  
h De præbe.  
nu. 13.

i Vbi supra.

k Ca. non di.  
catu. 12. q. 1.  
l Ca. cum ad.  
de stat. mo.  
nach.  
m Ca. nullam.  
18. q. 1.  
n De accu.  
sat. cap. cum  
dilecti. de re.  
scrip.  
o In c. cum te  
& A. de re  
iudic.  
p In d. not. 4.

a Cap. 8. de  
Regul. sess. 25.

b s. leges diff.  
4.

c In cap. 1. de  
treug. & pa.  
ce.

d 4. diff.

e In d. cap. 1.  
de treug. &  
pace. nu. 6. &  
in alijs leg. g.  
In d. s. leges.  
g De consue.  
h Ca. 23. nu.  
40. & 41.

i In d. ca. 1. de  
treug. & pa.  
ca. k Ibid. nu. 13.

non vsum, oportebit eum dicere iura vocandi ad illa Capitula, & iura alia pertinere ad Metropolitanum illius regionis, vbi sunt illa Capitula congreganda: quia per predictum c. 8. id exprimitur: & vbi est casus legis, non est locus dubitandi.

Quarto, quod in regnis, in quibus questio vertitur, scilicet Castella, Aragonia, & Navarra, non videtur in vna provincia esse tot monasteria, quot videtur esse necessaria ad faciendam illa Concilia triennialia. Nam quedam illorum subsunt Metropolitanis Castaraugustis, & alia Burgensi, & alia Compostellano. Quare videtur respondendum predictum ius vocandi pertinere ad duos, vel tres Metropolitanos, sub quibus degunt predicta monasteria, & predicta Capitula canonicorum regularium. Pro qua consideratione facit, quia dispositio, qua loquitur de vno in numero singulari, habet locum in pluribus, vbi eadem ratio id suadet, per cap. si compromissarius, iuncta glossa, & notata in eo per Dominic. & Philip. Franc. & alios alibi.

Quinto, quod qui tenuerint dispositionem predicti c. 8. non esse sublatam per non vsum, oportebit etiam eos dicere, quod si Metropolitanus instante predicti canonici non se redegerint in congregationem, & non fecerint predicta Capitula triennialia, suberunt Episcopis ordinariis tanquam a Sede Apostolica in id delegatis, & hoc per negligentiam Praetorum & Capitulorum predicti ordinis, per quod bona ex parte perderent suam exemptionem. Dixi, bona ex parte: quia non omnino, quonia non iudicaretur auctoritate ordinaria, sed delegata Sede Apostolica. & non possent ipsi, nec fiscus, nec aduersarij appellare ad Metropolitanum, sed solum ad Sedem Apostolicam. Quoniam ab ordinario procedente virtute iurisdictionis delegata a Sede Apostolica debet appellari ad eadem, & non ad Metrop.

Sexto, quod vtilius esset exceptioni predictorum canonicorum regularium, quorum nomine consulimur, vt dispositio predicti c. 8. esset per non vsum sublata. Tum quia, si conarium teneatur, vix poterunt effugere iudicium ordinariorum volentium procedere contra eos auctoritate delegata: quia vix vnus Metropolitanus habebit potestatem ad compellendum predictos canonicos, vt faciant predicta Concilia: quia nullus illorum in suo archiepiscopatu habet tot monasteria, qua sufficiant ad iustam congregationem, & difficile est duos vel tres Metropolitanos ad hoc coniungere: & sic, dispositio illa esset sublata, eorum exemptio remaneret intemerata.

Septimo, quod vtilius esset animabus, & regulari obseruantia predictorum canonicorum, vt dispositio predicti c. 8. per non vsum non esset sublata, vt vtilius esse visum fuit predicto Concilio: & quod consulendum esset, vt recurrent ad S. D. N. qui sua suprema potestate potest predictum cap. Conc. etiam si esset sublatum, restituere, & addere illa, que viderentur opportuna ad hoc, vt Reuerendis eorum praelatis delegaretur in Hispania ius & potestas vocandi tam Praetores, quam canonicos predictorum monasteriorum ad iustam congregationem faciendam de triennio in triennium, vt exequeretur pred. c. in singulari, ad cuius executionem faciendam predictum Concilium statuit predictum c. 8.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

SVMARIVM.

- 1 Hospitalis rector tenetur recitare Horas canonicas, & ad habitum clericalem, quando hospitale est beneficium, alias non.
2 Hospitalis indicatur beneficium, quando ex fundatione id statuitur, vel per electionem & confirmationem superioris datur.
3 Hospitalis esse, & non esse beneficium, ex multis conijcitur.
4 Hospitalis, quod clericis & laicis solet commendari, non est beneficium.

CONSILIVM I.

AN rector hospitalis N. teneatur dicere Horas canonicas, & gestare habitum clericalem, nec ne? pendet ex illa, an praefatum hospitale sit beneficium Ecclesiasticum, nec ne? quia si est beneficium, tenetur: si non est, non tenetur, argumento traditorum per omnes in c. 2.

& latius per nos in enchirid. de oratio. Costat enim, duplex genus esse hospitalium: alterum, quod datur in titulum beneficij: alterum, quod solum datur in administrationem, vt probat clem. i. iuncta glossa, & est textus in clem. quia contingit.

Secundo, quod hospitale dicitur esse beneficium duobus casibus, puta, quando in fundatione ipsius statutum fuit ab ordinario, vel a Papa, quod esset beneficium, & quando datur per electionem, & confirmationem Superioris, vt est text. in d. §. vt autem, quod omnes ibi adnotat. quibus addo, quod etiam est censendum beneficium, quando per quadraginta annos fuisse possessum vt beneficium, argumento cap. cum de beneficio, & aliorum multorum, qua ad hoc adduci possunt.

Tertio, quod mihi non constat, quod in fundatione praefati hospitalis fuerit adiectum, vt esset beneficium, nec ne: neque constat mihi, quod secundum fundationem sua debuisse prouideri ei per electionem, & confirmationem: quia nihil tale mihi monstratum est.

Quarto, quod vidi copiam prouisionis Pij V. qua praefato N. contulit illud ante etatem sexdecim annorum, ex qua colliguntur aliqua signa conijciendi quod est beneficium: Primum per illa verba, quod quidam Caesar cessit illi in manibus Pij, & quod Pius cessationem admisit. Secundo, quod concessit. Tertio, quod concessit Philippo clerico. Quarto, quod praefatus Philippus cessit in manibus Papae. Quinto, quod ipse Papa admisit. Sexto, quod concessit Maximo clerico. Septimo, quod valor praefati hospitalis exprimitur. Octauo, quod praesupponi potest illud vacasse aliis modis, quam per illam cessationem. Nono, quod praesupponitur potuisse esse referuata Papae. Decimo, per illa verba, Non sit alicui alij canonicis commissum. Vndecimo, per illa, Aliud canonicum non obstat. Duodecimo per illa, Inducere in possessionem, & defendere.

Quinto, quod ex eadem copia colliguntur etiam aliquot coniecturae, quod non sit beneficium, scilicet quod in nulla eius parte appellatur beneficium: & quod, si quibus concessum fuisse dicitur, quod appellatur Rectores, & Gubernatores, & quod eius fructus sunt distribuendi pauperibus, & quod secundum communem opinionem hospitalia, qua non sunt beneficia ecclesiastica, possunt commendari, & tradi regenda, & gubernanda clericis, sicut laicis: & quod responderi potest coniecturis superioribus, quod non concludunt necessario quod sit beneficium: & quod regulariter hospitalia non sunt beneficia: & a regula non est recedendum, nisi per textum expressum, vel rationem necessario concludentem, iuxta gloss. celebrem in l. omnis definitio, qua habet similem in rubrica.

Sexto, quod ad iudicandum certo & sine errore, oporteret videre fundationem praefati hospitalis, & inquirere modos, quibus his quadraginta annis proximis fuit collatum, seu concessum, & quales personae fuerunt illae, quibus fuit concessum, seu a quibus fuit rectum, & gubernatum, & si fieri posset, qua mente illud fuit gubernatum, an scilicet tamquam beneficium, an tamquam hospitale, cuius est capax laicus. Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Pacta confirmata per sententias non tolluntur sublatis pactis per legem.
2 Papa non potest eximere aliquem a iurisdictione Papali in spiritualibus.
3 Lites & causa ecclesiastica agi & finiiri debent in prima instantia in partibus per Concilium Tridentinum.
4 Probatio sine aliqua tela iudiciali iuste fieri non potest.
4 Congregatio Concilij non habet potestatem ad definiendas contentiones facti, sed tantum ad decidendas quaestiones iuris, qua super intellectu Concilij emerferint: vnde nec cognoscit de validitate sententiae illius, ac intelligentia, & similibus. numero 3.

CONSILIVM II.

AN hospitale sancti Sebastiani oppidi Palmae possit visitari ab Episcopo Cordubensi saltem vt delegato

a Super cap. quando, de consecra. dist. 1. cap. 7.
b De praeb. c. §. vt autem, de religio. do.

d De praeb. li. 6.

e ff. de regul. iur. §. Eodem tit. li. 6.

a La. ancilla. c. de furto.

b De electio. li. 6.

c Ca. licet, de off. ord.

d De statu. monach.

e De celebr. missa.

gato Sedis Apostolica?
1 Contra Episcopum facit, quod allegatur sententia lata contra eum, qua transiit in rem iudicatam, & consuetudo immemorialis, & statutum in fundatione, & quod pacta confirmata per sententias non tolluntur sublatis pactis per legem, iuxta glossam singularem, & quod Concilium Tridentinum non obstat, & quod Iulius II. declarauit illud hospitale non subici ordinario, neque alteri.

2 Pro Episcopo autem facit ius commune, clementina quia contingit. b innouatum per Concilium Tridentinum. & quod Papa non potest eximere quem a iurisdictione Papali in spiritualibus, & ita potest mandare, vt ordinarius tamquam delegatus possit visitare hospitalia, qua quia sunt pia loca, videtur subici Papae.

3 Videtur quod determinatio huius contentiois non pertineat ad Illustrissimam eandemque Reuerendissimam Dominorum meorum Cardinalium congregationem. Tum quia non habent iurisdictionem ordinariam, nec delegatam, ad cognoscendum & definiendum an sententia, qua contra Episcopum allegatur, sit vera, quis eius tenor, & an transierit in rem iudicatam, vel fuerit nulla, qua non indiget rescissione, & an de nullitate possit post tantum tempus agi, & renouari sine vlla appellatione, cum in prima instantia in partibus debeat agi & finiiri per Concilium Tridentinum. Tum quia etiam allegatur immemorialis possessio contra Episcopum, quod negatur a sua parte.

4 Tum quia allegatur contra Episcopum ordinatio facta in fundatione hospitalis, qua negatur a sua parte. quorum trium determinatio requirit cognitionem & definitionem iudicalem: quia consistunt in facto a partibus controuerso: & ita est necessaria probatio, qua sine aliqua tela iudiciali iuste fieri non potest. Et vt audio, potestas praefatorum Dominorum meorum non extenditur ad definiendas huiusmodi contentiones facti, sed tantum ad decidendas quaestiones iuris, que super intellectu Concilij emerferint. Salua tamen in omnibus eorum sententia, & ampliore potestatis sibi commissae notitia.

SVMARIVM.

- 1 Hospitalis erectum de bonis laici, in quo non adest nec altare, nec capella, nec campanile, non praesumitur auctoritate Episcopi erectum: illud tamen, mortuo fundatore, visitabit Episcopus, etiam ex decreto Concilij tollentis omnia priuilegia, & consuetudines etiam immemorabiles contrarias. nu. 2. ratione §. deputatis reddi quidem debent, sed Episcopo, si voluerit, praesente. nu. 3.
2 Episcopus, vt bona in pios deputatos vsus per defunctos relicta conuertantur, curare potest, etiam si testator id prohibuisset.

CONSILIVM III.

Quidam N. laicus suo testamento reliquit multa bona pauperibus, ita vt fieret xenodochium ad excipiendos pauperes, & quod regimen eius spectaret ad vniuersitatem vrbis N. qua poneret in eo Rectores, qui certo anni tempore mutarentur, & redderent rationem iuxta dicta vniuersitatis ordinationem. Postquam fuit fabricatum xenodochium, fuit ducetis annis & amplius gubernatum per dictam vniuersitatem, & rectores ab ea constitutos, nulla vmqvā visitatione facta, nec attentata per Episcopum. Nunc autem post Concilium Tridentinum predictus Episcopus ordinarius vult visitare illud, & exigere rationem a Receptoribus eius; nec in eo est aliquod altare, capella, nec campana, neque campanile, nec scitur fuisse constructum auctoritate Episcopi, sed solum laica, & executoria executorum testatoris laici.

Quaeritur primo, an debeat praesumi constructum auctoritate Episcopi.

Secundo, an esto non praesumatur, liceat illi visitare illud.

Tertio, an liceat ei rationes exigere.

AD PRIMAM respondeo negatiue, per illa qua adducunt Panormitanus, & Ludouicus Romanus.
AD SECVNDAM, pro parte negatae facit, quod hospitale constructum a laico sine auctoritate Episcopi, & bona eius illi collata per eum, sunt bona laica, qua

a In clem. dudum. §. nos vero. verbo pacta. de sepult.

b De religio. dom. c. Cap. 15. §. 7. & c. 8. §. 22. & c. 8. §. 25. §. 25.

d In diffinat. Sempronius. 93. c. Conf. 477.

nullatenus subsunt Episcopo, argumento a contrario sensu cap. de xenodochijs. Consequenter non possunt visitari ab eo, quia visitatio arguit superioritatem, & iurisdictionem.

2 Pro affirmatiua est, quod Episcopus est pater pauperum, & curator bonorum eorum, ne pereant eis, & habere potestatem a canone curadi, vt omnia relicta in pios vsus, impendantur in eos, etiam si testator prohibuerit ne se Episcopus eis intromitteret, & hic agitur de bonis relictis pauperibus. Secundo, quod Concilium Tridentinum, & expressè disponit, quod non obstante quocumque priuilegio, & quacumque consuetudine, etiam immemorabili, Episcopus possit & debeat omnia loca pia visitare. Tertio, quod opposita pro parte negante procedunt in locis & rebus nondum donatis, vel relictis pijs operibus, quorum dominus viuunt, & habent potestatem plenam de illis disponendi. In casu vero nostro agitur de relictis operi pio, quorum dominium non est penes laicos, sed penes Ecclesiam: quia per suam constitutionem vniuersalem cura illa rectè gerendi, & impendendi applicata est Episcopis, per praedictos canones, & leges, vt scit Panorm. & latius expressit in praedicta disput. Sempronius, q. 3.

AD TERTIAM videtur dicendum, quod predicti Rectores satisfaciunt reddendo suas rationes vniuersitati praedictae, tempore a testatore praefixo, & notificando ordinario die, quo reddituri sunt rationem, vt si placuerit ei, audit, & videat redditionem eius. Tum quia non tenetur illi bis reddere rationem, & tenetur reddere die praestituto eis, quos praedicta vniuersitas ad id nominauerit. Tu quia praedictum Concilium, & expressè hoc sentit, du ait, quod quando rectores hospitalium, vel aliorum pium locorum tenentur reddere rationem alijs quam Episcopo, sufficit tunc quod ipse adhibeatur praesens eis reddendis.

DE IVRE PATRONATVS.

SVMARIVM.

- 1 Praesentatio facta ab excommunicato declarato non valet.
2 Excommunicatus declaratus non facit fructus suos, nisi quo ad sustentationem.

CONSILIVM I.

AN praesentatio ad beneficium facta a patrono declarato excommunicato valeat?

Respondeo quod non, iuxta Ioannem Andream, Antonium, & Panormitanum, & post multas disputationes concludit Lambertus. Nec institutio facta virtute talis praesentationis valet, vt etiam concludit idem Lambertus.

2 Et nota, quod excommunicatus declaratus non facit fructus suos nisi quo ad sustentationem, per glossam, ad iuncta declaratione Panormitani & Decij.

SVMARIVM.

- 1 Praesentatio valide potest is, qui bona fide possidet ius patronatus, vel beneficium cui ius praesentandi est annexum, secus si sit male fidei.
2 Male fidei possessor non praesumitur quis ex eo solo, quod contra ipsum pendeat lis mota. Talis autem praesumitur, qui de beneficio in mense Papae vacante fuit ab ordinario prouisus.

CONSILIVM II.

AN beneficiarius possessor beneficij vacantis in mente referuato Papae, & accepti per titulum ordinarij, qui litigat cum prouiso Papae, possit praesentare ad beneficium pertinentia ad praesentationem illius beneficij sic possessi?

1 Ad quod respondetur primo, certum esse, possessorem bonae fidei iuris patronatus, vel beneficij, siue dignitatis, ad quam pertinet praesentatio, posse praesentare, non obstante quod litiget super iure patronatus vel super beneficio, ad quod pertinet praesentatio, per cap. consultationibus, & alia qua adducit Lambertus.

Secundo, communiter etiam tenentur, possessorem male fidei non posse id facere: & si faciat, & postea declaratur ius patronatus non pertinere ad eum, & mala fide possessisse illud, institutus ad praesentationem eius eiicietur, iuxta glossam, & Innoc. 9 communiter receptus & alia, qua idem Lambertus tradit.

a Et cap. ad hac. de religio. domi.

b Ca. auditus. & ca. ex officio, de praerog. ca. Romana. de censib. lib. 6.

c L. si quis ad declarandam. c. de id quod pauperibus. c. de Episcopo. & cler.

d Ca. sua. de testam. & §. si quis pro redemptione in Auth. de eccles. sit. coll. 9. c. Sess. 2. c. 8.

f In d. cap. ad hac.

g Ca. o. eiusdem. §. §.

h In c. nobis. de iure patron.

i In tractatu de iure patron. lib. 2. 1. parte. 2. qua. princ. art. 2. k Eod. li. 2. 3. par. 3. princ. art. 4. l In verb. subtrahantur. m Ca. pastoralis. §. veru. de appell.

n De iure patron.

o In tract. de iure par. 1. p. lib. 2. quest. 3. princ. art. 1. p. Pen. g In d. c. consultationibus. r Vbi supra art. 2.



2 Tertio, quod possessor iuris patronatus vel dignitatis, ad quam pertinet presentatio, non presentatur mala fidei quo ad hunc effectum, eo solo quod litigat super illo iure patronatus, argumento cap. predicti *consultationibus*, & aliorum quae predictus Lambertus adducit.

Quarto, quod dubium huius questionis videtur reduci ad illud punctum, vtrum possessor huiusmodi beneficii referuati presentatur mala fidei, an bona? Et in presentia, saluo maturiori studio, ipse inclino in partem, quae diceret eum presentatum fuisse mala fidei possessorem, posteaquam fuerit expulsus à predicto beneficio ob referuationem, per ea quae predictus Lambertus tangit, & nos tradimus in repetitio. cap. *accepta*. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Vendens vniuersitatem bonorum cui annexi est ius patronatus, si nullam de eo fecit mentionem, illud transfert in emptorem: item si vendat per haec verba, *Vendo vniuersitatem hanc cum iure patronatus. Quod si illud expresse excipiat, non transit: at si ita copulatiue dicat, Vendo hanc vniuersitatem bonorum, & ius patronatus, res dubia est.*
- 2 Decimas in ecclesia percipiendi ius, quod alicui competit, non potest, etiam si accedat ordinarij consensus, cum bonis temporalibus permutari, sed requiritur Sedis Apostolica auctoritas.

CONSILIVM III.

**N** Habens multa bona, & ius patronatus, necnon ius percipiendi decimas in quadam ecclesia, praedicta bona & ius patronatus vendidit, ius autem percipiendi decimas permutauit ordinarij auctoritate pro quibusdam bonis temporalibus. Queritur quid iuris.

1 Respondeo primo, certum esse ius patronatus consistens in vniuersitate bonorum transire in alterum per vniuersitatis dictorum bonorum emptionem, & permutationem, nulla mentione facta iuris patronatus cap. *ex literis*. & ibi adnotat glossa communiter recepta: quamvis controuertatur, an idem sit, si de iure patronatus mentio fiat, & certum est non esse idem, si fiat mentio ad excipiendum illud à contractu & translatione praedicta, vt habetur in dicto cap. *ex literis*. si autem fiat mentio ad transferendum per praepositionem, cum, dicendo *quod vendit vel permutat bona cum iure patronatus*, valet translatio: si autem expressio fiat per copulationem, & dicendo, *vendo vel permuto bona, & ius patronatus*, sicut videtur factum in casu praesenti, dubium est, vt tradit late Decius.

Secundo, quod decimarum permutatio pro aliis rebus temporalibus non videtur posse fieri cū auctoritate ordinarij: quia videtur admitti simonia, vt tradit Panormitanus, & alij alibi: & in proposito casu videtur fieri permutatio quarundam decimarum pro bonis temporalibus. quare videtur consulendum, vt praefata permutatio auctoritate Apostolica confirmetur, ad tollendas lites, & dubia, quae possent ex praedictis suboriri. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Filius legitimus ex spurio clerici natus non prohibetur vlllo iure presentari ad capellaniam iuris patronatus dicti clerici.
- 2 Filij etiam bastardi & spurij dicuntur de parentela & familia defuncti: inspecto iure natura, cum in eis naturalis effectus cadat.

CONSILIVM IIII.

**Q**uidam clericus habens vnicam filiam legitimam, eam per scriptum Principis, vt succederet in omnibus eius bonis, cum plura ex patrimonio suo haberet, viroque nobili eam locauit in facie ecclesiae: & ex dicto legitimo matrimonio ita contracto praedicta filia plures filios reliquit masculos. Rebus sic stantibus, praefatus clericus vigore praedictae legitimacionis in sua vltima voluntate reliquit pro haerede eius vniuersali praedictam eius filiam. Item in ipsamet eius vltima voluntate reliquit institutum quandam capellaniam pro anima sua, cum clausula, vt in ea succederet clericus magis proximus, & consanguineus eius, bonae vitae & famae. Et ad praesentationem prouisionemque dictae capellaniae reliquit pro patronis eius Principem suae ciuitatis in perpetuum, qui dictam legitimacionem concessit. Dubitatur nunc, an quidam clericus filius legitimus praedictae filiae, neposque clerici fundatoris praefatae capellaniae possit & debeat admitti ad praesentationem dictae capellaniae,

& praeferi aliis in paribus terminis existentibus, an vero indigeat dispensatione à summo Pontifice ad omnia supra dicta.

1 Responderetur in hoc casu nulla dispensatione indigere, ideo si bonae famae & vitae sit, debere non solum admitti, sed in paribus terminis aliis praeferi, cum nullum impedimentum patiatur, iuxta glossam, a quam ibi sequitur communis opinio, secundum Abbatem ibi, & Rochum, & Lambertum.

2 Item cum sit consanguineus, & de parentela defuncti praecipue in hoc casu attendenda voluntate testatoris, inspectisque verbis testamenti, cum naturaliter inspecto iure naturae etiam filij bastardi & spurij dicantur procedere ex sanguine, parentela, domo, & familia defuncti, cū in eis naturalis affectus cadat, vt notat Bartholus iuxta textum in l. *pronunciatio*, d. ibi, *Cum ex eodem sanguine proficiuntur*. idem Bartholus, e. idem Bart. in l. f. C. de verb. signific. ita tenet Abbas, & latius per Decium.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus ex praesentatis aequae idoneis vnum eligere potest, quem instituat.
- 2 Patronus clericus ex approbatis ad curatum magis idoneum praesentat, at ex aequae dignis vni gratificari potest illum praesentando.
- 3 Iure ab antiquo non receditur, nisi quantum à nouo cauetur.
- 4 Lex Principis quo ad expressa praedicta alteri, & non vltra.

CONSILIVM V.

**A**n concurrentibus duobus presbyteris ad beneficium curatum de iure patronatus clericorum, si ambo reperiantur idonei, ius gratificandi spectat ad Episcopum vel ad patronos, stante Concilio Tridentino.

1 Responderetur, quod pro Episcopo facit ca. cum autem, quod habet, Episcopum, cui duo aequae idonei praesentantur, habere ius gratificandi, & posse instituere vtrum illorum voluerit, quod ibi tenet Panormit. & communis, & Lambertus lib. 2. 3. par. princ. q. 4. art. 11.

Pro patrono ecclesiastico vero facit primo, quod praefatum cap. cum autem. loquitur de iam praesentatis Episcopo, & casus propositus agit de nondum, sed tantum examinatis & approbatis.

2 Secundo, quod licet examinatio & approbatio competitorum, & concurrentium ad ecclesiam parochialem iuris patronatus ecclesiastici pertinet ad Episcopum, & examinatores, praesentatio tamen debet fieri per ipsum patronum ecclesiasticum, k Concilio Tridentino. Nec obstat, quod ipse teneatur praesentare digniorem. Tum quia non potest institui sine sua praesentatione. Tum quia non tollitur ei ius, & potestas praesentandi, sed tantum restringitur ad praesentandum digniorem. quod etiam coram Deo tenebatur facere etiam iure communi antiquo, vt nos probamus in Miscel. de oratione.

3 Tertio, quod si gratificatio pertinet ad Episcopum, vana esset potestas praesentandi, quae per praedicta pertinet ad patronum ecclesiasticum, quod non intendit praedictum Concilium.

4 Quarto, quod à iure antiquo non est recedendum, nisi quatenus iure nouo receditur. m At iure antiquo poterat patronus ecclesiasticus digniorem, vel aequae dignum sanctè praesentare, secundum omnes, & iure nouo Concilij Tridentini non tollitur ei huiusmodi potestas, vt patet satis pendenti illud, n immo confirmatur, quatenus referuat ei potestatem praesentandi. Ergo ipse potest praesentare, quando duo examinati sunt iudicati aequae idonei: & nullo iure neque antiquo, neque nouo tenetur praesentare illum, quem elegerit Episcopus: ergo ad ipsum pertinet electio & gratificatio.

5 Quinto, quod lex Principis non praedicta alicui, nisi quo ad summum in eo, quod exprimit, o vbi rectè resolutur Decius. At Concilium Tridentinum, p non exprimit vt fiat in hoc praedicti patrono ecclesiastico. ergo non est dicendum in dubio id facere voluisse.

6 Sexto, quod cessante causa cessare debet effectus. q At causa praefata noui iuris indicti per praefatum Concilium, r fuit, vt potestas patronorum ecclesiasticorum tantum restringeretur, quantum erat necesse ad bene prouidendum ecclesiis parochialibus, & non plus. Et in casu pro-

a In ca. quia clericus, in ver. filij. de iure patron. b De iure patron. verb. bonorificum. q. 4. c. par. lib. 2. 12. art. d. qu. d. s. familia. in fi. c. In le. tute. las. ff. de capi. dim. f. In c. nonnulli. de rescript. g. Conf. 365. h. Conf. 370. num. 1. cum seqq. & conf. 495. num. 3.

h Cap. 18. de refer. sess. 24. i De iure patrono.

k Ex d. c. 18.

l 38. & 42.

m L. praecipimus. C. de appell.

n Cap. prof. 18.

o Le. 2. si quis à Principis. ff. ne quid in loco publ. fiat. & c. super eo. de off. deleg. p Vbi supra. q Ca. cum cessante. de appell. cum concordant. r Ca. 18.

a Vbi supra num. 4.

b Vbi supra. c De restitum. spoliat. oppos. s. num. 5.

d Et ca. cum facult. de iure par.

e In c. quanto. de iud. nu. 6. f In cap. 2. de transact.

posito non est necesse ad illam bonam prouisionem, vt eligat Episcopus, quem volent ex aequae idoneis, sed satis est, quod patronus ecclesiasticus id faciat, cum vterque eorum sit iudicatus ab Episcopo equè dignus & idoneus. Ergo seruandum est in hoc casu patrono ecclesiastico sui ius praesentandi vtrum ex duobus voluerit, Salua, &c.

Aduertendum referri resolutum fuisse ad examinatores non spectare iudicare quis sit magis idoneus. vnde patronus ecclesiasticus ex approbatis pro idoneis eligit eum qui sibi magis videtur idoneus, quem praesentabit Episcopo, ad quem spectat ius instituendi. At si institutio ad alterum pertinet, Episcopus ipse ex approbatis eligit magis idoneum, quem patronus praesentabit ei, qui debet instituere.

S V M M A R I V M.

- 2 Consentire praesentationi, seu electioni, vel institutioni, differt à praesentare, eligere, vel instituere: vnde cui conceditur primum, non censetur concessum secundum.
- 3 Collegiatæ tam secularis, quam regularis, patronatum potest habere laicus, cui iure communi competit, vt possit beneficiandos, & monachos praesentare Superiori, qui habentes qualitates requisitas tenetur eos admittere. num. 5. nec praesentatam, vt sit monialis, potest eo solo repellere, quod minorem dotem habeat alia, quam Superior offert. num. 6. Pralati autem praesentatio ad ipsam, nisi ex priuilegio Apostolico, non spectat. num. 1. & 3. quo facultas non censetur concessa, eo solo quod Pontifex concesserit alicui in Prelatum, ipso non consentiente, eligi non posse. nu. 2.
- 3 Conuentualis ecclesia appellatio tam regularibus, quam secularibus ecclesiis congruit.
- 4 Patrono conuentualis ecclesiae concessa Papa, vt nec moniales in monasterium, nec in Prelatum sine ipsius consensu recipiantur, non ob id censetur priuasse eundem patronum facultate praesentandi moniales sibi de iure competenti, ne inducta ad augmentum operentur diminutionem.

CONSILIVM VI.

**Q**uestio prima, an laicus ex priuilegio Papae in monasterio ius praesentandi Abbatissam, seu Praelatum habere possit.

1 Respondeo, clarum esse, quod ad laicum patronum & nominatos ab eo pertinet praesentatio Abbatissae: quia licet Cardinalis, Panormitanus, Ioannes Andreas & alij discordent, vel dubitent de aliquot aliis articulis, a omnes tamen conueniunt in hoc, quod laicus potest habere non solum ius patronatus in ecclesia collegiata, sed etiam ius praesentandi Praelatum ex priuilegio Papae: & constat praedictum Doctorem, & nominatos ab eo habuisse & habere ex priuilegio Papae ius patronatus, & ius praesentandi Abbatissam in praedicto monasterio, vt in casu propositione exprimitur: ad quod alia multa possent adduci ex Rocho, b & aliis citatis ab eo, & ex Lamberto, c quae vt nullatenus necessaria omitto.

2 QVAESTIO SECVNDA: Patrono cum sit à Papa concessum, ne quae moniales in monasterio recipi, aut eligi possint sine eius consensu, an virtute talis clausulae censetur habere ius praesentandi moniales?

Respondeo primo, quod esse clarum non posse aliquam in praedictum monasterium intrare, vel eligi sine consensu praedicti Doctoris, & nominatorum ab eo: quia Papa hoc expresse concessit, vt in casu proponitur: & quod principi placuit, legis habet vigorem. d

Secundo, quod dubitari potest, an praesentatio monachorum, siue monialium pertineat ad praedictum Doctorem, & nominatos ab eo ex priuilegio Papae, & videri potest alicui quod sic, eo quod videtur paria esse, quod Petrus debeat facere illud, aut illud non possit fieri sine ipsius consensu, argumento *decreuimus*, e quae parte significat idem esse dicere, quod patronus potest praesentare rectorem, & quod Episcopus spretio illo non potest praesentare. Contrarium tamen arbitror, scilicet, quod ex priuilegio verborum Papae in casu relatorum non poterit praesentare: quoniam aliud est, quod aliquid non possit fieri sine consensu alicuius, & aliud, quod ille, cuius consensus requiritur, possit illud facere, vt irrefragabiliter probatur in cap. 1. f quatenus habet, mortuo Episco-

po posse Capitulum conferre beneficium pertinens ad collationem Episcopi, & Capituli, non autem si pertineat ad Episcopum de consensu Capituli. Probatur etiam per *labud est vendere, aliud est vendenti consentire*, g & quia licet in promotione Episcopi requiratur consensus Regis, vt in casu cap. *cum terra*, h non potest tamen Rex eligere, secundum omnes.

3 Tertio, quod praesentatio monialium praedicti monasterij iure communi pertinet ad praedictum Doctorem, & nominatos ab eo: quia patronus alicuius ecclesiae collegiatae, quam construxit, & dotauit, licet iure communi non habeat praesentationem Praelati, i habet tamen praesentationem canonicorum, & beneficiatorum illius collegij, vt satis probat ca. fin. d & tradit Panormitanus ibi, & post Ioannes Andreas, e & Felinus post alios, f & larissimè Lambertus, g & quod idem dicendum sit de patrono ecclesiarum regularium collegiatarum, & monasteriorum, quod in ecclesiis collegiatis secularibus, idem Lambertus concludit, h & probatur ea ratione firma, quod iura generaliter & indistinctè loquuntur de patronis ecclesiarum secularium & regularium, & dictum cap. nobis. loquitur de ecclesia conuentuali, quae vtriusque aptatur, vt ibi tradit Panormitanus communiter receptus: & constat ius patronatus quæri posse in monasterijs, vt late tradit Rochus, i & citati per eum, & post illum praedictus Lambertus i. parte lib. 1. q. 2.

4 Non obstat, quod in bulla Papae, vt praedictum est, non praesentat, nec referuat eis facultatem praesentandi moniales, sed solum quod non possint illi recipi absque illorum consensu. Tum quia sicut eam non referuat expresse, ita etiam eam non tollit, & relinquit illam iuri communi, argumeto, l. *commodissime*, k quatenus probat casum omiffum haberi pro omiffio, & relinqui iuri communi, quod multis confirmat ibi Iason, & probat ca. *prescriptum*. l Tu quia posita ad augmentum non operantur diminutionem, neque è contrario, m at illa clausula, ne sine consensu praedictorum patronorum possint moniales recipi, fuit posita ad augendam potestatem eorum, vt palam est: ergo non induxit diminutionem potestatis iure communi eis competentis.

5 Quarto, quod forma propositionis casus praesupponit, quod praedicti patroni praesentant moniales Episcopo, quatenus habet, quod Episcopus confirmat electionem Abbatissae, & monialium: quod satis est consonum iuri communi, quod habet patronum debere praesentandos praesentare Superiori, n & Episcopus est Superior quo ad conferendum beneficia, & instituendum in eis. o Quo praesupposito, concedendum est Episcopo habere in hoc casu potestatem cognoscendi de persona praesentata, & qualitatibus eius, an videlicet sit conueniens, & an concurrat in ea qualitates iure communi, vel speciali requiritae, argumento cap. fin. p & ei concordantibus, seruando tamen sua iura salua patronis.

Sexto, quod eadem forma casus propositionis videtur continere illam questionem particularem.

QVAESTIO TERTIA, An praesentata à patrono cū dote centum ducatorum, aut praesentata ab Episcopo cum dote ducentorum sit instituenda?

Ad quam dicendum est primo, iure communi audendum esse patronum: quia secundum illud gratis, & non pretio sunt recipiendae monachae, iuxta cap. *quoniam*. cum communi multa citante. q Secundo, quod cum Episcopus hoc casu non habeat potestatem conferendi monachatus, nec praesentandi, nec nominandi monachos, sed solum instituendi, vel admittendi praesentatas, non potest Episcopus ponere in praedicto monasterio vllas magis, vel minus dotatas, quia id esset facere extra suam potestatem, & ita quodammodo extra suum territorium ius dicere. cōtra l. f. r & cap. 2. s Nisi deuolutio huiusmodi potestatis fieret ad eum per negligentiam patroni, vel alias legitime, de quo non nobis proponitur. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Fundum donans ecclesiae nihil iuris postea in eo potest praesentare, nisi donet ad fundandam ecclesiam: quia tum acquirere potest

a ff. de regulis iuris. b De elect.

c Ca. nobis. de iure patrono.

d De concess. praeb.

e In dicto ca. nobis. col. 3. versic. circa 1. & cap. cum ecclesia vlt. terana. de elect. nu. 8. & in ca. postula. ff. de iur. patrono.

f In ca. cum venerabilis. de excep. nu. 33. vel 37. g Traç. de iure patrono. ubi supra art. 3. qu. 5. princ. parte 2. lib. h In d. qu. 5. princ. art. 4. i De iure patrono. verbo in ecclesijs. k ff. de liberis & posthum. l De praescri. li. 6. m Cap. fin. de verb. signific. l. legata inutiliter. ff. de adimend. legat.

n Cap. nobis. & ca. nullus. & totos. de iure patro. o Cap. omnes basilica. 16. q. 7. & arg. ca. cum ex inuictio. de heredit. ius. p De elect. li. 6.

q De simonia.

r ff. de iurisd. omnium iudicum. s De consensu. li. 6.





Toletanum in eo citatum intelligendum est de dominio, & aliis iuribus no referatis iure comuni, vel particulari, donatoribus, & benefactoribus Ecclesiarum, iuxta resolutionem omnium in multis capp. supra citatis: ita quod donator, legator, fundator, & constructor Ecclesie, nullum dominium, neque vllum aliud ius potest sibi vendicare in rebus a se donatis Ecclesie, quam ius patronatus, vel aliquid aliud, quod iure communi, priuilegio Papali, vel particulari statuto legitime concedatur: & predictus Rex, natio, & Conuentus nihil aliud pretendunt.

15 Secundum, negando, quod fundus a Christianissimo Rege Gallie emptus, & traditus, fuit paruus, & parui pretij. Tum quia fuit tantus, quantus ut esset voluit ipsemet S. Franciscus, qui petiit, immo idem, que petiit. Tum quia Rex iussit, ut emeretur ei fundus, quem petebat, nulla de pretio facta mentione, eo certe animo regio, ut quodcumque pretium, quo valeret, pro eo daretur. Tum quia fuit emptus mille quingentis florenis & octoginta aureis in auro de Camera. Tum denique quod canonum grauissimilatores, iudemque auaritia vacui, & caritate pleni, quibus placuit concedere ius patronatus tradentibus fundum, non tantum pretium fundi, quantum purum animum illum offerentis pensarunt: & ideo per traditionem fundi etiam viginti aureorum, modo sit capax Ecclesie construenda, quaritur ius patronatus, secundum eorum mentem, quam sequuta Capitula generalia eiusdem ordinis Tolofa & Genue celebrata merito declararunt illum pro fundatore habendum, qui fundum dedit, nulla de valore magno vel paruo facta mentione.

16 Tertium vero refellitur, negando, quod fundans Ecclesiam collegiatam non fiat patronus eius, quamuis non querat ius presentandi Prælaturam ipsius: tunc enim alia iura potest habere patronus in Ecclesia tam collegiata, quam simplici, vltra ius presentandi Rectorem, vel beneficiarios eius, ut probatur in cap. pie mentis, & in ca. nobis, in argumento citato, & late post & ante alios tradunt Rocchus, & Lambertus, & declarando verba illa, honorificum, & vile, posita in definitione iuris patronatus: & prafatus Rex & natio non pretendunt habere ius presentandi Correctorem predicti conuentus, sed quod Conuentus ipse debet eligere Correctorem ex natione Gallicana, si quis inueniatur idoneus, quod longè aliud est: & a separatis non fit illatio.

17 Quartum autem soluitur, primò quidem concedendo, quod in eadem congregatione non debent esse homines professionis ita diuersa, ut sint aduersa, & contraria, ut habetur in d. cap. in nostra, in argumento citato, quales sunt professio laici, & clerici in administrando vicariatu Episcopali, de qua ibi dicitur, negando tamen quod non possint esse in eadem cõgregatione homines diuersarum professionum sibi mutuo non repugnantium, quales sunt in monasteriis ipsis Itali, Galli, & Hispani, quales sacerdotes, & primæ tonsuræ tantum clerici, quales professi, & nouitij, conuersi laici, & monachi ad chorum professi, & religiosus in Episcopum promotus, & canonicus secularis, qui possunt esse in eadem ecclesia. Et ita non repugnat quod vnum monasterium de multis alicuius ordinis teneatur eligere Prælaturam de natione Gallicana, & no alia, quam illa, aut de aliis nationibus. Secundò, quod assumptum in argumento procedit solo iure communi attento, secus autem attento priuilegio Apostolico, vel statuto Ecclesie particularis. Vnde videmus Regem Francorum priuilegio Apostolico esse canonicum in aliquot ecclesiis Francia, & Marchionem Asturitem in ecclesia Asturienfi & vidim⁹ nuper Romæ Dominicanum Fratrem in ecclesia S. Petri canonicum: & in specie habemus casum clarum in di. cap. cum dilectus, quod habet, valere statutum etiam sola ordinaria auctoritate confirmatum, quod vnum monasterium de multis eiusdem ordinis teneatur eligere Prælaturam de monachis alterius certi monasterij, quod longè grauius est: & prafati Rex, Conuentus, & natio non pretendunt habere hoc ius iure communi tantum attento, sed iure particulari, videlicet statuto ipsiusmet S. Francisci, & priuilegio S. Sedis Apostolicæ benignissimè indulto, ordine toto id volente & procurante.

18 Quintum rejicitur, eo quod, quidquid senserit Ioannes Andreas in eo citatus, monstratum est supra in argumento quarto, cõsensum Superioris ordinarij requisitum ad querendum ius patronatus, posse superuenire post foundationem, constructionem, & donationem: & in casu proposito non solum superuenit consensus ordinarij, sed etiam ipsiusmet Papæ, de quo nemo vnquam dubitauit posse longè post factum consentire, prafertim cum id facit cum clausula, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, quod in nostro casu efficit, & per quod cessant omnia, quæ contra partem hanc adduci possunt contraria.

Sextum autem tollitur, concedendo quidem, omnes monachos debere Superioribus suis obedire, & parere omnibus honestis, iuxta moderationem, quam tradit S. Thomas, & negando tamen, quod sit honestum, vt in hoc predictus Conuentus obediatur Generali contra prapceptum Papæ, qui sub grauissimis cõsuetis priuationis, & aliis pœnis interdixit, ne id fieret: & non est obediendum vni Superiori, quando superior illius contrarium prapcipit.

19 Ad septimum, dicitur primò, negando, quod regula S. Francisci fuerit facta post gratiam, quam ipse fecit Carolo Regi, & nationi Gallicana: quandoquidem gratia illa facta fuit anno 1501. & longè antea viuo adhuc Ludouico Beatus prafatus vir transiuit in Gallias, vbi erexit aliquot monasteria, & deinde anno 1484. rogauit Carolum, vt predictum fundum emeret, & ita longè ante gratiam factam habuit monachos non solum in Calabria, sed etiam in Gallia, adeo quod postea in Capitulo generali primo celebrato Romæ anno 1532. constitutum fuit, vt inter prouincias ordinis multas prouincia Turonica esset secunda post Calabria, & ante suum predictum statutum fecit emi predictum fundum Romæ pro monachis ibi constituendis: & quod non est verisimile, tunc toto illo tempore absque regula vixisse. Secundò diluitur, negadò per predictam regulam, etiam si posterior fuisset, derogasse gratia iam facta. Tum quia non potuit honestè velle tollere id, quod tam honestè cõcesserat in gratiam tanti Regis, & tantæ nationis, a quibus tanta beneficia susceperat, in gratitudinem incurrendo, contra l. si non fortem, c. adiuncta glossa. Tum quia, etsi maximè voluisset, non potuisset: nullus enim vnquam iurisperitus, qui mediocriter saperet, dixit, Episcopum, qui consensit foundationi Ecclesie, posse in praiudicium iuris patrono quaesiti dissentire, contra regulam, quod semel placuit, displicere non potest, & ei adnotata. Tertio, quod postea predicta gratia fuit ex certa scientia, & de plenitudine potestatis confirmata à predicto Iulio II. quod omnia complanat, & contradicenti ruborem non vulgarem iniicit.

20 Octauum autem refellitur primò, eo quod ab anno emptionis fundi vsque ad interruptionem predictæ lapsi fuerunt plures quam quadraginta octo anni, & à tempore literarum S. Francisci plures quam quadraginta, qui sufficienti ad prescriptionem etiam rerum Ecclesiarum. Secundo, quod non est necessaria prescriptio ei, qui habet ius quaesitum per iustum statutum confirmatum per Generalem, & maximè iterum reconfirmatum per S. Sedem Apostolicam: & maximè in gratiam tanti Regis, cum iuribus regis Papa raro deroget, iuxta regulam 40. Cancellaria, & multa, quæ congerit ibi Gomezius in proæmio regularum eius, quale hoc, de quo loquimur, fuit, argumento cap. cuncta per mundum.

Nonum reicitur primo, quod falso prafumunt regulam derogasse predicto statuto, vt supra monstratum est. Secundò, quod non fuit dictum quod statutum valeret, sed solum quod fuit factum, & id est verum. Tertio, quod non valeret de iure illud, est quaestio iuris, cuius decisio non est necessario innoscenda Papæ.

21 Decimum tollitur, negando, quod Concilium Tridentinum in illo citatum statuerit, vt administratio monasteriorum fiat per officarios ad nutum reuocabiles, vt ipsi dicunt, sed quod administratio bonorū monasteriorum per tales officiales fiat, quod longè diuersum est: cum administratio monasteriorum fiat per Prælatos electos, & confirmatos, qui non sunt ad nutum amouibiles. Et ita in ordine prafato Correctores non amouentur, nec amoueri possunt ad nutum sine causæ cognitione tempore suæ correctionis durante, nec vnquam Concilium tale

quid

a Et c. frigen-  
tius. 10. qu. 7.  
b Et in c. pra-  
terea. 2. de  
iure patro.  
c In suis tra-  
ctat. de iure  
patron.

d L. Papinia  
nus. ff. de mi-  
norib.

e Clem. 1. de  
elect.

f De consuet.

a 2. 2. q. 104.  
art. 5.

b Cap. Italia-  
nus. cap. non  
semper. 11. q.  
3.

c §. libertus.  
ff. de cond. in-  
deb.

d De reg. iur.  
li. 6.

e Ca. de quan-  
ta. c. c. illud.  
de prescrip.

f g. q. 3. c. c.  
proposuit. de  
concess. prob.

g Arg. c. 1. de  
conf. li. 6.

h Capit. 2. §.  
prioris. de sta-  
tu monach.

quid somniauit, sed volentes astruere falsum in ipsam dilucidam veritatem impingunt.

Vndecimum tollitur admirando, quod putent communitatem bonorum, quam inducit S. Franciscus in sua regula, esse contrariam particularitati, de qua loquimur, de eligendo predicti conuentus Correctore de natione Gallicana. Tum quia hæc particularitas tangit solum personam Correctoris monasterij, illa verò bona monasterij. Tum quia alioqui diceretur in quolibet monasterio similem induxisse particularitatem contrariam suæ communitati: in nullo enim voluit, vt officium Correctoris esset commune, sed quod ad vnam solum personam pertineret.

Duodecimum, negatur, quod confirmatio prafumatur esse falsa, eo quod fuerit facta de actu longè antea facta, quasi non possit confirmari Papa ea, quæ ante quinquaginta & centum annos fuerunt facta, tum in forma comrauni, tum ex certa scientia, contra notata in titul. de confirm. vtili, & contra omnia iura.

Decimumtertium per se corrigit, cum per ea, quæ assumit, in nulla bona cõsentientia inferri possit vera, vel prafumpta vlla falsitas, vel subreptio in literis in eo allegatis, vt palam est: quod autè prætentunt literas & instrumentum S. Francisci, de quibus testatur Iulius II. non fuisse verè facta, duplici ratione expolitur: nempe, quod cõtra Capitula sui ordinis generalia, quæ de illis testantur, parum reuerenter loquantur: & quod irreuerentius astruere videntur, non esse credendum Papæ in his, quæ testatur facta, suam dispositionem super eis fundando, contra clementinam 1. prafertim in his, quæ suæ absolutæ voluntati, & plenitudini potestatis subiacent: quale est hoc, de quo agimus, statutum, per notata, b maximè per Felinum & Decium. Adde, quod allegatur hoc post circiter triginta annos, & diuturnam possessionem, & obseruantiam hac predicta confirmatione facta seruata, contra glossam singularem & notata ibi & alibi sæpe ab omnibus.

Per quæ omnia videtur proculdubio dicendum, non solum hoc ius præeminentia honorificum esse conferuandum Regibus Francorum Christianissimis, Gallicana nationi, & Cõuentui predicto Romæ, sed etiam pudere debere quemlibet predicti ordinis Minorum religiosum contra statutum sui S. Patriarchæ gratificum Pontificis Maximi decreto tam benignè confirmatum, & tanto tempore vsu receptum, quidquam attentare. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Personale beneficium seu personatum instituens, vel habens, si ad illud aliquem beneficiatum nominet cum pacto etiam tacite inito, vt nominatus in fauorem nominantis suum resignet beneficium, simonia committitur.
- 1 Instituens personatum eo fine, vt per illud via commutationis aliquod obtineat beneficium, videtur simoniacus, nu. 2. attamen verè non est, nu. 19. nisi interueniat conuentio, nu. 20. & 21. priuilegium tamen sine dicta spe & intentione institueretur, nu. 19.
- 3 Immemorialis consuetudo vim priuilegij habet, ita vt per illam inducatur quicquid priuilegio etiam Papa induci potest: nec desinit esse talis ex eo, quod in aliquo reperitur mutata, seu non omnino formaliter semper seruata, modo equipollenter & in effectu semper fuerit obseruata, nu. 17. & 18.
- 3 Approbans actionem aliquam, censetur etiam approbare conditiones, cum quibus scit illam exerceri.
- 4 Bona propria alicui vinculo, vel oneri perpetuo, vel temporali, etiam que spiritali, vel pio, sine tamè alterius praiudicio subijcere quilibet potest, tam per contractum inter viuos, quam in vltima voluntate, nu. 5. & hoc etiam sine Episcopi auctoritate, nu. 4. non tamen erit beneficium Ecclesiasticum, etiam si sit cum onere, vt solus assignetur clericis missantibus, nu. 6. & 7. vel cum onere dicendi Missas aliquas, nu. 13.
- 6 Beneficium ecclesiasticum non potest erigi sine auctoritate Ecclesiastica sine qua nihil, quod sit sacrum aut religiosum, effici potest: vnde opera erecta priuata auctoritate etiam si appellentur capellania, & ad illa soli sacrificij possint deputari, non sunt beneficia, nu. 7. & hoc etiam si sit impositum onus dicendi certas Missas, nu. 13.
- 8 Beneficium ecclesiasticum, attento solo iure communi, non potest etiam accedente Episcopi auctoritate institui, nisi sit perpetuum, & à solo Superiore Ecclesiastico conferendum, & talis conditio, quod ab habente non possit sine Episcopi licentia

- renunciari, & num. 16. at priuilegio Papæ, qui super humanum ius est, immo & immemoriali consuetudine, qua vim priuilegij Pontificij habet, potest, nu. 10. 11. & 17.
- 9 Pensionem alicui super beneficio ad vitam illius reservationi consentientis duratur, am dunt. xx. vt referat Episcopus: at quæ referatur à Papa duratur ad vit. im pensionarij.
- 10 Laici potest priuilegio Papæ competere facultas beneficia conferendi, vt pluribus concessum legitur: immo & consuetudine immemoriali, quæ vim habet priuilegij, seu priuilegio Papæ comparatur, nu. 17.
- 14 Beneficia sine dote consistere nequeunt: vnde beneficia, quæ vocari solebant de pertica, nullos habentia redditus, nulliusque valoris, non sunt proprie beneficia, cum eis non competat descriptio beneficij, quæ habet quod sit percipiendi aliquos redditus ecclesiasticos, nu. 17. & 18.
- 17 Permutatio etsi iure communi non possit sic fieri, videlicet, vt tu resignes tuum beneficium in manibus ordinarij tibi conferendum, & ego tibi auctoritate priuata dem meum beneficium personale, consuetudine tamen immemoriali potuit hoc, sicut & priuilegio, cuius vim obtinet, prafcribi.
- 17 Interrupta etsi censetur immemorialis consuetudo si in aliquo reperitur quandoque mutata, hoc tamen fallit, quando eadem saltem equipollenter & in effectu, licet non omnino formaliter, semper fuit continuata, nu. 18.
- 20 Beneficium fundari non potest cum pacto, vt alter suum beneficium permutet cum isto, postquam fuerit erectum, & sibi collatum: at sub hac spe, modo cesset pactum, potest, nu. 19. & 21.

CONSILIVM VIII.

IN Prouincia Tarraconensi reperitur quædam beneficia à iure communi, & ab aliis beneficiis, quæ in reliquis mundi prouincijs instituantur, omnino discrepantia, & aliena, quæ beneficia, personatus, seu beneficia personalia vulgò appellantur, & à Concilio prouinciali Tarraconensi, fuerunt approbata. Verum quia in dicto c. nulla fit mentio specialis de vsu ipsorum, sed tantum quod possint resignari, & permutari, operæpretij visum est referre, qualiter ipsorum vsus se habuerit, & ad presens se habeat.

Sciendum igitur est, quod vbi verbi gratia N. clericus desiderabat obtinere beneficium Ecclesiasticum, quod B. possidebat, sub pacto expresso de dando ipsi B. vnum personale beneficium valoris annui decem ducatorum, vel vltra, illud instituebat, decreto ordinarij interueniente, sed in institutione nullum verbum fiebat de intentione, propter quam fundabatur personatus, sed tantum dicebatur, quod attendens quod erat melius commutare mundana cū caelestibus, N. instituebat illud personale beneficium: cuius quidem redditus à principio iam applicabatur alicui causæ piæ, & sæpenumero propter pactum expressum alicui beneficio, etiam patronatus laicorum, seu ad certam piam causam, de quo pacto nulla mentio in applicatione fiebat. Quo personali beneficio fundato ad vnam seu plures vitas, N. qui fundauerat nominabat ad illud B. clericum simpliciter, & absque eo, quod exprimeretur, quod nominabat in recompensam: qui quidem B. ante Concilium Tridentinum ex causa permutationis cum beneficio vulgari dicto de pertica resignabat in fauorem N. beneficium Ecclesiasticum, quod possidebat: sed post Cõcilium Tridentinum B. simpliciter beneficium illud Ecclesiasticum resignabat in manibus ordinarij, & ordinarij illud conferebat N. quæ quidem prout fiebant non narrabantur ordinarijs: sed certissimum est, quod ordinarij, & reliqui omnes clerici, & laici sciebant hæc ita fieri, prout narrata sunt, & ita quotidie fit, & obseruatur passim.

Super quibus omnibus est in primis aduertendum, quod huiusmodi personalia beneficia seu personatus non poterant, nec possunt obtineri, nisi per clericos seculares, vel regulares, intelligendo per regulares monachos claustrales ordinis sancti Benedicti, & canonicos regulares sancti Augustini, qui officia distincta & proprium saltem de facto habent: per horum enim professionem, & statum mutationem non vacant huiusmodi personatus: non possunt tamen obtineri per regulares mendicantes, sed vacent per huiusmodi status assumptionem. Secundò, quod per pactum expressum, fere semper qui nominat ad personatum, promittit, quod nominatus poterit nominare alium ad illud personale beneficium, & aliquando quod secundò nominatus

a De institutio-  
nib. cap. 6.

nominatus poterit tertium nominare, prout sibi reseruat in fundatione instituit tres, vel quatuor vitas, per quod tempus vult, quod duret personale beneficium. Tertio, quod quamplures personatus ex pacto expresso applicentur alicui piæ causæ, nimirum vel pro maritandis puellis pauperibus, vel alicui monasterio, seu beneficio Ecclesiastico in augmentum reddituum eius ad voluntatem alterius, qui beneficium Ecclesiasticum dat in recompensam illius personalis beneficii, seu alicui alteri piæ causæ, decreto ordinarij ad hoc interveniente. Quarto, quod numquam permittantur, nec resignentur, nisi per simplicem nominationem, quæ fieri potest etiam aliquando in mortis articulo, quæ nominatio nullam requirit postmodum collationem, nec institutionem ordinarij, sed solum fit coram notario, & testibus. Ex quibus potest inferri, quod Concilium provinciale ubi approbatur, quod possent resignari, & permittari, intellexit, prout ipsa resignantur, vel permittantur per simplicem nominationem, non quod intellexerit, quod permittantur prout solent reliqua beneficia Ecclesiastica: nam hoc esset directè contra mentem institutoris illorum: quia semper, si fundatur hoc vult, reseruat sibi, quod ad simplicem nominationem suam, vel alterius nominati, detur illud beneficium personale. Quinto, quod nulli personatus sunt perpetui, quia à principio applicari debent certæ piæ causæ post illud tempus, ad quod sunt instituti. Sexto, quod vacant per contractum matrimonij, quia non possunt obtineri nisi per personas Ecclesiasticas, ut habetur in Concilio provinciali. Septimo, aliquando sunt personatus annui valoris sex ducatorum, aliquando 100. 200. & etiam 400. Octavo, beneficium de pertica appellatur beneficium Ecclesiasticum perpetuum nullius valoris, quod semper vacat in manibus ordinarij. Nono, instituitur personatus in recompensam nominationis conferre beneficium nominati ad personatum, etiam aliquando assignato eidem nominato commodo nonnullorum reddituum annualium addictorum ad aliquod beneficium perpetuum, reseruat tamen nominanti iure instituti ex dictis redditibus quoddam personale beneficium.

Quæ omnia ea maxime de causa sunt ibi approbata, quia tendunt ad augmentum cultus diuini: nam à principio illi redditus, qui ad tempus instituitur pro personali beneficio, applicantur alicui piæ causæ, seu beneficio Ecclesiastico, ita quod efficiuntur redditus Ecclesiastici, vel pij. Et est maximi momenti memorabilis consuetudo, de qua testimonium reddit Concilium provinciale, quod confirmat huiusmodi personalia beneficia, verisimile est enim, quod illa immemorabilis consuetudo ita militat circa usum personalium beneficiorum, seu personatum, atque circa ipsa personalia beneficia, seu fundationes eorum: & qui sunt consuetudinis immemorabilis effectus, nemo est qui nesciat.

Sed pro maiori omnium elucidatione ponitur hic tenor constitutionis provincialis, quæ habetur lib. 3.  
*Licet personatus, siue personalia beneficia ideo nuncupata sint, quod non ut in perpetuum beneficia remanerent, sed ad vitam aliquarum personarum Ecclesiasticarum dumtaxat instituerentur, & postea eorum redditus in alios pios vsus applicarentur: & ab immemorabili tempore in hac nostra Tarraconensi provincia erigi & institui consueverint, cum ea in diuini cultus augmentum tendant, & Christi fidelium pias voluntates ampliari, non autem restringi conueniat: institutiones eorumdem adiuuari oportere cõsumimus. Verum cum nonnumquam in dictorum personatum, seu personalium beneficiorum fundatione plurima fraudes, & sæpe non sine simoniaca labe (quod vehementer dolemus) commissa fuerint: ut huiusmodi fraudibus, quæ à nobis fieri possunt, occurratur, sacri approbatione Cõcilij statuimus, ut nullus personatus, seu personale beneficium, sine auctoritate, & decreto Episcopi, seu eius vicarij generalis erigatur, qui decretum & auctoritatem suam in fundatione interponere non possint, nisi dos assignata in censualibus, vel alijs redditibus perpetuis consistat. Ea verò dos, siue ij redditus non super bonis dotatis, vel eius qui patronus efficitur ex censuali, vel alio nouo contractu fundentur, sed sint alij veri redditus in locis tutis & firmis consistentes ab eisdem ordinarijs ante ea approbati, ita ut prius pecunia rectè collata sint, quam decretum interponatur, nec dos in sola pecunia numerata consistat, aut in prædijs, vel domibus inutilibus, alijsve rebus mobilibus, vel immobilibus, aut animalibus, nisi ea perpetuo fructuosa esse verisimiliter possint. Quod si permittatur in fundatione,*

**A** *ut in alia opera pia reditus supradicti collocentur post prima, vel secunda, vel vltioris persone obitum, qua beneficium obtinebit (nolumus enim ut post earum de resignationem, aut aliam vacationem id fieri permittatur) in ipsa erectione, seu fundatione declarentur species piorum operum, & cum casus euenerit, in ea pia opera illi reditus distribuuntur, & ut horum omnium & singulorum nihil vquam possit celari in libro speciali, tam personatum erectiones, & dotationes, quam collationes, & institutiones, nec non in libro piarum causarum, vel operum piorum ea pia opera in dictos euentus instituta describatur. Maximam quoque curam prædicti ordinarij adhibebunt, ne quis dolus, vel fraus, aut aliqua simoniaca pactio in fundatione, aut erectione, vel in collatione, aut institutione, aut etiam in permutatione dictorum personatum, siue personalium beneficiorum interueniat, eaque prohibere, ac punire seueritate canonica procurent: quod non solum in futura, sed etiam in præterita crimina iure communi prohibita locum habere declaramus.*

**B** *1. VISIS omnibus supradictis dubijs ad me transmissis, dico quod contra prædictum vsum videtur facere primo, quod est simoniacus, argumento cap. quam pio, & ca. fin. quatenus conueniunt expressè vel tacitè instituent personatum, & habens beneficium, ut hic relinquit beneficium, quo nominetur ab illo ad personatum: & quatenus habens beneficium renunciat illud in manibus ordinarij cum pacto tacito vel expresso, ut conferat illud nominanti: & quatenus ordinarij conferit illud nominanti virtute duarum præcedentium pactio: immo quatenus nominatur instituit personatum eo sine, ut verè, vel æquipollenter commutet illud pro beneficio nominati: & consuetudo mala & simoniaca, quæ est contra legem diuinam, est inualida, & nullius effectus.*

**C** *2. Secundo facit prædicta constitutio provincialis. Primo quidem, quatenus argè probat institutionem prædictorum personatum: adeo quidem, quod multis conditionibus restringit modum, quod illa fieri debeat. Deinde, quia dixit multas fraudes solere in huiusmodi institutionibus interuenire, immo & multas simonias, quas non solum non laudat, sed reprobat. Tertio, quia grauissimè hortatur ordinarios, ut curent, ne quis dolus, aut fraus, vel aliqua simoniaca pactio in erectione, aut fundatione, vel in collatione, aut institutione, aut permutatione dictorum personatum interueniat. Quarto, quatenus etiam iniungit eisdem, ut prohibeant, & seuerè puniant prædictas fraudes, & simoniacas pactiones. Quinto, quatenus iubet ut non solum futura, sed etiam præterita circa hoc peccata puniatur, non obscure significans illa esse adeo intolerabilia, vt nullo vsu, neque consuetudine iustificari poterint.*

**D** *3. Pro vsu verò prædicto facit primo, quod consuetudo immemoralis videtur hoc approbare, & quod illa habet vim priuilegij, ita quod quicquid induci potest priuilegio, induci possit tali consuetudine, per ea quæ tradunt Panormitanus & Felinus, & iterum Felinus, & Decius in conf. 171. post Panormitanum, & alij alibi. At priuilegio Papæ possit induci talis vsus: ergo etiam prædicta consuetudine potest ille iustificari.*

**E** *Secundo facit constitutio prædicta provincialis, qua parte approbat permutationem prædictorum personatum, & beneficiorum personalium, quæ quia facta est à sciètibz prædictum vsum, videtur intelligenda de permutatione illa tacita, qua instituens personatum tacitè commutat illum cum beneficio eius, quem ad personatum nominat.*

**F** *Tertio, quod huiusmodi personatus instituntur & eriguntur auctoritate Episcopi, & ita dicuntur fieri religiosa, & spiritualia, argument. cap. ad hæc. de relig. domi. & ita beneficia ecclesiastica.*

**G** *4. Pro resolutione huius difficultatis, quæ profectò maxima est, dico sequentia. Primo, quod deputatio, vincitio, seu vinculatio bonorum aliquorum immobilium, siue mobilium, ut maneant vincita, & perueniant ad nominandum per deputationem, & nominandos per nominationem ab eo post vnâ vel plures vitas, & postea cedant alicui operi pio in se, est iusta & sancta, etiâ sine auctoritate Episcopi facta & prædictus personatus ante prædictam constitutionem erat talis. Tum quia quilibet potest ad suum libitum re sua vitæ. Tum quia in traditione sua rei quilibet potest modum à legibus non improbatum apponere. At deputare & vincire, ut prædictum est, aliqua bona, nulla lege naturali,*

a. r. q. 2. b. De pat.

c. Cap. mala. & c. qua contra mores. 8. dist. 8. specia. l. ius in ca. non satis. ca. scut. 3. & ca. latoribus. de simon.

d. Cap. super quibusdam. §. præterea. de verb. sign. leg. hoc iure. §. ductus a. gna. ff. de a. qua quot. & alij. c. Nu. 4. & 5. in c. cum contingat. de foro compet. in ca. accedentes. nu. 6. de præscrip. i. In eadè rub. nu. 6. & in cap. causam qua. eod. tit. g. in c. de hoc. de simo.

h. L. in re m. data. C. man. dati. & in le. sed & si. s. c. d. soluti. ff. de pet. hered. c. Ca. verum. cum gloss. de condi. appes. in traditione. b. C. de pat.

a. D. ca. 6.

b. Tit. 5. ca. 7. de institutio.

neque diuina neque humana, modo sine alterius iuris præiudicio fiat, improbat.

**5.** Secundo, ex hoc sequi, quod prædicta deputatio, siue vincitio, & vinculatio non incipit esse iusta ob constitutionem prædictam Prouincialem, nec ob vllam consuetudinem memorabilem vel immemorabilem: quia sine vllō tali munimine ipsa per se erat iusta, & laudabilis. Tū per prædictam irrefragabilem rationem. Tum quia vbique gentium relinqui possunt, & frequenter relinquuntur in Regnis Castellæ & Nauarræ fideicommissa aliquorum bonorum aliquibus, ita vt post vitam eorum cedat quibusdam alijs, & post eorum vitam cedant pauperibus, vel fabricæ alicuius Ecclesiæ: & non est dubium, quod testatores possent dare prioribus fideicommissarijs facultate nominandi secundos. Nec est dubium, quod quæ ratione potest hoc facere testator in vltima voluntate, potest etiam donator facere inter viuos: quin & quotidie fit in Lusitania in contractibus emphyteuticis, quibus datur ab Ecclesijs emphyteusis ad tres vitas, quantum prima possit nominare secundam, & secunda tertiam, quibus finitis reddit ipsa emphyteusis cum melioramentis ad Ecclesiã, vnde manar. **6.** Tertio huiusmodi deputatio, & vincitio, seu vinculatio si fiat sine Episcopi auctoritate, non est beneficii Ecclesiasticum, sed temporale quoddam bonum operibus sub aliqua conditione vel modo dictum, vincitum, siue vt vulgus ait vinculatum, etiam si adderetur in deputatione, quod non possent nominari nisi Ecclesiastica persona, nec possent teneri à coniugatis.

**7.** Tum quia beneficium Ecclesiasticum spirituale non potest constitui sine auctoritate Ecclesiastica, sine qua nihil potest dici sacrum, siue religiosum iure canonico, d. ca. ad hæc. de relig. domi. & beneficium est ius spirituale, siue spirituales annexu consequenter secundum S. Thomam receptum, etiam si deputator vocaret illa bona sic deputata & iniuncta personatum, vel beneficium personale, immo nec si appellaret clericatum, vel beneficium personale clericale, eo quod non possint ad illa nominari nisi clerici, neque possint teneri nisi ab Ecclesiasticis, neque si eiusmodi deputationem appellaret institutionem: quia huiusmodi nominatio sine auctoritate Episcopi facta nihil prodest, quod verè sit spirituale beneficium, vt palam est. Tum quia multa sunt munera & stipendia clericalia temporalia, quæ non possunt teneri nisi à clericis, immo & multa capellanæ, quæ non possunt teneri nisi à sacerdotibus, quæ tamen non sunt beneficia spiritualia, quia non sunt perpetua, qualia sunt omnia beneficia Ecclesiastica. **8.** Quarto, quod huiusmodi institutio, etiam decreto & auctoritate Episcopi accedente facta, non potest dici beneficium Ecclesiasticum solo iure communi attèto. Tum quia non est perpetuum, ita quod illud debeat teneri à nominato eius vita durante, & quod non possit renunciari sine auctoritate Superioris, quod requiritur ad hoc, vt sit beneficium Ecclesiasticum. **4.** Tū quia multa stipendia instituantur in Ecclesijs auctoritate Episcopi oru ad docendum, canendum, vel ad alia ministeria exercenda per solos clericos, quæ ob hoc non sunt beneficia, licet sint ministeria clericalia, quæ conferuntur ad tempus, & relinquuntur sine Superioris auctoritate, quæ palam est non esse beneficia.

**9.** Tum quod pensio, quæ super fructibus beneficiorum de more constituitur renunciantibus, vel alijs, tum ab ordinatis ad vitam illius impositioni consentientis, tum etiam à Papa ad vitam eius, cui constituitur, etiam cū clausula transferendi, non est vere beneficium Ecclesiasticum, vt tenent omnes contra Andream Siculū e per illius contextum & per cap. qu. i. vbi idem annotauit Dominicus receptus & late tradimus post alios in rub. & certum est quod huiusmodi pensio magis approximat ad naturam beneficii spiritualis, quàm prædicti personatus, & beneficia personalia.

**10.** Quinto, quod si præfata consuetudo immemoralis, de qua testatur constitutio provincialis, expressè determinaret, aut necessario tacitè præsupponeret, quod præfati personatus sint beneficia spiritualia, essent talia, quia si Papa id expressè ordinaret, vel necessariò tacitè id in sua ordinatione præsupponeret, essent beneficia spiritualia: quia cum iure humano tantum beneficia spiritualia debeant

a. Ca. dilectio. de prebend. b. 2. l. g. 100. art. 4.

c. Ca. præcepta. 55. dist. 8. cap. sanctoru. 70. dist. 8. glof. recep. in ca. si gratioso. de rescrip. lib. 6.

d. Ca. admodum. de capis. quod in dubijs. de renu.

e. In c. ad audientiam. 2. de rescrip. f. 1. de preb. li. 6. g. De preb.

**A** esse perpetua, & teneri perpetuo à collatio, ita quod non possint renunciari nisi de Superioris licentia, neque conferri nisi à Superiore Ecclesiastico, possent Papa id mutare. Tum per prædictam glossam adiuncto dicto cap. si gratioso. Tum quod est supra omne ius humanum. Tum quod etiam laicis fecit gratiam, vt haberent ius praferendum ad beneficia, quæ fundarent, & potest concedere gratiosè contra ius commune, vt ea conferant, immo & alia quæ non fundarent, vt concessit Regi Apulia, iuxta glossam, Regi Gallia, & alijs Regibus, iuxta aliam glossam, & id quod Papa potest statuere, potest etiam induci consuetudine immemoriali, quæ habet, vt supra dictum est, vim priuilegij.

**B** **11.** Sexto principaliter dico, quod ad dicendum quod prædicta consuetudo & præfata constitutio etsi expressè non dicant illos personatus esse beneficia spiritualia, tacitè tamè videntur præsupponere illud, facit primo, quod Concilium Prouinciale significauit consuetudinem immemorialem operatam fuisse, induxisse, vel effecisse aliquid in hoc vltra ius commune: at non videtur dari posse aliud, quod operata fuerit, quàm hoc: nam iure communi præfati personatus, & eorum institutio in se erant licita, & iuridica quo ad alia, puta quod essent opera valida iustè instituta, & non indigebant quo ad hoc alio munimine, quàm iure communi, vt probatum est supra: ergo prædicta consuetudo & constitutio significant, quod consuetudine immemoriali introductum & effectum sit, vt ij personatus essent beneficia spiritualia ad tempus aliquod tantum duratura, & quæ conferri possint ab institutoribus etiam priuatis, & à collatorijs, & nominatis etiam priuatis, etiam solo verbo, vel instrumento notarij, modo auctoritas Episcopi in id accederet, cui accessura dedit nouam formam præfata constitutio.

**12.** Secundo, quod constitutio & consuetudo præfata, quæ appellant illos personatus beneficia personalia, & quod eo dicuntur personalia, quod non sunt perpetua, sed finiuntur finitis aliquot personis Ecclesiasticis, significat, quod hi personatus ita sunt beneficia, ac alia Ecclesiastica, nisi qua parte hæc sunt temporalia, & alia perpetua. Tertio, quod prædicta constitutio habet præfatos personatus particulariter referre institui in provincia Tarraconensi & quod in alijs, vbi non est talis consuetudo, nec solè, nec possent institui. At certum est quod etiam in alijs locis per viam fideicommissi, vel capellanæ, vel donationis certis vinculis astricte, possunt & solent fieri similes fundationes à testatoribus, & donatoribus, ita quod possint appellari beneficia in genere, prout beneficium definitur ab Huberto, & dicente, quod est beneuola actio, siue beneuolum datum gaudium tribuens accipienti: ergo in provincia Tarraconensi specialiter habet consuetudo, vt præfati personatus dicantur & sint beneficia spiritualia ad tempus duratura.

**13.** Quarto, quod Concilium vetat, ne possint institui, nisi auctoritate Episcopi, quæ tamen supra probatum est non esse necessariam ad hoc, vt illa institutio valeat in se, sicut valeret quoddam fideicommissum, vel quoddam donatum, vel quoddam stipendium temporale, vel quædam capellania dicendi aliquas Missas: ergo sensu Episcopi auctoritatem requirit ad hoc, vt dicatur beneficium spirituale.

**14.** Quinto, quod Concilium appellat dotem bona, in quibus fundantur: per quod significat esse spiritualia beneficia, quæ sine dotibus consistere nequeunt, & quod præcipit dotem constitui non in quibuscumque bonis, sed in à se nominatis: cum tamen ad hoc quod sint beneficia, seu bona bene data non spiritualia, in quibuscumque possint constitui, vt palam est.

**15.** Sexto, quod Concilium præsupponit in huiusmodi personatum institutione solere interuenire simoniam, quæ tamen non potest interuenire, nisi essent spiritualia: non enim esset simonia alicui dare pecuniam, vt relinqueret aliquod fideicommissum, vel donaret aliquod donarium grande illi, vel illi, etiam cum onere faciendi aliqua opera pia, etiam dicendi aliquas Missas: quia non datur aliquid temporale pro spirituali, nec contra: ergo significat hos personatus esse beneficia spiritualia, in quibus com-

a. De rescrip. li. 6. b. Ca. cum sita per midum. p. 9. 3. & ca. proposuit. de concess. preb. c. Toro tit. de iure patr. d. 10. qu. 7. in sum. c. Ca. dilectio. 3. de preb. ca. generale. de elect. l. 6. glof. c. imperium. dist. 10. f. In §. hinc etiam. 17. dist.

g. In tit. qua sit prima causa beneficij. a. m. in v. s. b. fund.

h. Cap. memo. de consec. dist. 1. cap. si quis obierit. l. 1. g. 3.



a De sim.

b De religio. domib.

c De cleric. coniug.

d De reb. ecclie. non alien. c. cum singula. de prob. lib. 6.

e Ca. cu olim. de rer. perm. ca. 1. eod. tit. lib. 6. f. Cap. fin. 92. dist.

g D. c. si gra. rios. iust. glo. de rescri. li. 6.

h Et ca. cum uniuersorū. de rer. perm. ca. 1. eod. tit. lib. 6.

mitteretur simonia, si daretur aliqua pecunia institutori, vt cum personatus fuerit institutus, conferatur ei, vel nominetur ad illum, vt habetur in ca. tua. vbi probatur, eum qui dat bona sua Ecclesie eo pacto, vt prabenda ex eis recepta prabeatur sibi, admittit simoniam. Seprimo prædictum Concilium significat posse huiusmodi personatus vacare per resignationem, & alio modo, ita vt ad nulla opera obligarentur hi, qui eos postea acciperent: puta si à principio ita instituerentur, vt vnus, alter, vel tertius eos tenere possint, nulla à principio facta specificatione alius operis pij, cui applicaretur bona post finitas personas nominatas: quo casu videtur Concilium significare, quod posset ordinarius illos ita vacantes cõferre cui vellet, vt manerent beneficia spiritualia perpetua, & consequenter à principio erant spiritualia, cum temporale non possit fieri spirituale, nisi spirituali auctoritate accedente, iuxta dictum cap. ad hac, h qualis in hoc casu non accedit post vacationem: quæ maxima & profunda declaratio præfatæ constitutionis est. Octauo, quod prædictum Concilium ferio præsupponit posse prædictos personatus permutari, siue commutari, quod nullius momenti esset, si non essent spiritualia beneficia, cum palam sit temporaria commutari posse: & ideo vt id aliquod operetur, intelligendum est, quod sunt beneficia spiritualia. Nonò, quod vacant per contractum matrimonium, vt in informatione facti præsupponitur, & non vacarent, nisi essent spiritualia beneficia, c. quod à te, quatenus habet beneficiarium in minoribus cõstitutum cõtrahendo matrimonium perdere quidem beneficium, sed nõ alia bona, quæ dederat Ecclesie. Decimo, quod non possunt nominari ad illos nisi clerici: quod est magnū signū præsumendi esse beneficia Ecclesiastica. 16 Septimo principaliter dico, quod pro cõtraria parte quod prædicti personatus nõ sint nec debeant dici beneficia spiritualia, facit primò, quod nõ sunt perpetui, qualia esse & dici debere beneficia Ecclesiastica supra probatū est. Secundo, quod non cõferuntur à superioribus Ecclesiasticis, vt debere conferri, si essent spiritualia beneficia, supra probatum est. Tertio, quod omne beneficium spirituale est sæculare, aut regulare, iuxta notata in ca. possessores, d & prædicti personatus non videntur esse sæculares: quia si eos tenentes fiant canonici regulares non mendicantes, nõ videntur vacare, vt in informatione facti significatur: nec sunt regulares, quia conferuntur sæcularibus, ergo non sunt beneficia Ecclesiastica. Quarto, quod non permutantur cum beneficiis Ecclesiasticis, cum tamen possent permutari, si essent talia. Quintò, quod si essent beneficia, tenerentur recitare Horas canonicas qui eos haberent: quia omnes beneficiati tenentur ad eas. f

17 Octauò principaliter dico, quod ad hæc argumenta responderi potest. Ad primum quidem cõcedendo, quod omnia beneficia spiritualia iure communi attento debent esse perpetua, sed quod priuilegio Papæ fieri potest, vt aliqua sint temporaria, & cõsequenter consuetudine immemoriali, quæ habet vim priuilegij, vt supra dictū est, id induci potest, quod in nostro casu facit. Ad secundū idem respõdetur, quod ad primum, nempe priuilegio Papæ cessante conferenda esse beneficia à Superiori spirituali, per illud tamen fieri posse, vt à priuato etiam laico per supra dicta conferantur. Ad tertium cõcedo quidem iure communi omnia beneficia esse regularia ad hunc effectum, vt sæcularia sæcularibus, regularia regularibus conferantur: sed priuilegio Papæ fieri posse, vt vnus & idem beneficium sit regulare, & sæculare, ad hunc effectum, quod conferri possit tam sæculari, quàm regulari, & contra: quia illud est iure humano inductum, & ideo etiam cõsuetudine immemoriali, quæ priuilegio Papæ comparatur, vt prædictum est, tolli potest. Ad quartum concedo, quod nõ permutetur cum beneficiis eo modo, quo iure communi alia beneficia permutantur, puta renunciando illa in manibus superiorum, & accipiendo eadem per nouam eorum collationem, iuxta notata in d. c. cum olim, h nego tamen, quod non permutentur modo speciali inducto per prædictam consuetudinem immemoriam, videlicet, quod habens beneficium resignet illud in manibus ordinarij, qui conferat illud habenti personatum per potestatem nominandi ad eum, & quod ille nominet ad personatum illum, qui refi-

gnauit beneficium, vt sibi conferretur. Nec obstat, quod non potest fieri pactū inter duos, quo alter renunciet beneficio suo, vt alteri conferatur, & quod alter conferat ei aliquid auctoritate sua: quamuis posset renunciari alteri beneficium in manibus Superioris, quo illud per eum conferatur alteri, qui renunciatur suo, vt sibi conferretur: non inquam hoc obstat: quia concedimus id ita esse in permutatione beneficiorum iure cõmuni & regulari modo erectorum: sed nos loquimur de permutatione beneficij iure cõmuni & regulariter creati cum beneficio anomalo, & irregulari, & diuersæ naturæ per priuilegiū, vel consuetudinem habentem vim priuilegij creato. Obstat autē grauissimè, quod ante Concilium Tridentinum permutatio fiebat cum beneficio perpetuo de pertica, & ita modo regulari erecto, non autem eo modo, quo nunc fit proximè relato: & consequenter modus hic permutandi non est inductus consuetudine prædicta immemoriali, & ita non licebit, cum sit contra ius commune. a

18 Sed responderi potest, quod illa beneficia de natura sua non erant verè beneficia spiritualia, quippe quibus nõ conueniebat definitio beneficij spiritualis, videlicet, *Ius percipiendi aliquos fructus, siue redditus ecclesiasticos*: quæ colliguntur ex Ancharano b & Calderino & Felino c quos & alios late referimus in rub. d non inquam conuenit eis, cum nullos redditus haberet, & nullius essent valoris, vt ponitur in facto: atque ideo sublata fuerunt per Concilium: & consequenter in effectu permutatio fiebat, sicut hodie fit: & ita cõsuetudo hæc, et si non omnino formaliter seruata sit, tamen æquiualeat, & in effectu seruata est à tẽpore immemoriali, quod sufficit, cum de æquipollentibus id iudicetur. e Ad quintū concedo, eos qui tenuerunt illos personatus, teneri ad recitandas Horas canonicas: & quamuis forte probari possit aliquos eas non recitasse, arbitrari tamen etiã probari posse, quod omnes cõmuniter recitauerunt: quia nemo potest nominari, nisi sit clericus: & communiter nominatur, qui ratione beneficij, vel ordinis suscepti, vel mox suscipiendi tenentur ad recitationem illarum. 19 Ex quibus inferitur primò, prædictos personatus non solum posse institui in finem quærendi aliquod beneficium alterius per viam renunciationis eius ob spem habendi in recompensationem illum personatum, sed etiã & melius, & purius in finem, vt teneantur ab ipso institutore, vel à nominando ab eo primo loco, vel alio vltiori. Tū quod, vt in facto proponitur, in institutione & creatione illorū solum dicitur, quod instituit illos institutor, vt mundana cum cælestibus commutet. Tum quod licet illa intentio intra solam mentem retenta non inficiat actum, vt mox dicam: purior tamen erit, si absque illa fiat: quia finis est purior & cælestior, & quo melior est finis ceteris paribus, melior est actus, ex doctrina S. Thomæ. f

20 Secundo inferitur, quod licet institutio talis personatus facta intentione sola mentali quærendi aliquod beneficium per permutationem supradictò modo speciali faciendam non reddatur simoniaca, immo nec aliàs illicita, argumento cap. tua. g & glossa cap. ordinationis. h & clarius D. Antoninus i quem refero refellendo Panormitanum, & Decium in Manu. confess. k institutio tamè personatus facta præmissò pacto cum aliquo beneficiario, quod ille renunciabit beneficio suo, vt detur institutori personatus, & quod institutor postea nominabit eum ad personatum, est simoniaca, quia est pactio & conuentio super beneficiis nec iure cõmuni, nec speciali probata. Quod enim sit cõuentio super beneficiis spiritualibus, patet: quia tam personatus, quam aliud beneficium pro eo habendū sunt beneficia spiritualia per sextum dictum. Quod autē illa conuentio non probetur iure cõmuni, palam est: quod autem non probetur etiã iure speciali prouincia: Tarraconensis probatur. Tum quod cõstitutio eius reprobatur simoniacas fraudes & pactiones, quæ in institutionibus personatarum fiunt. Tum quod licet consuetudo immemorialis habeat, vt talis personatus institui possit, & quod institues illum possit quærere aliud beneficium Ecclesiasticum per permutationem speciali & priuilegiato modo factā: non tamen habet, quod possit pacisci cū alio beneficiario, vt renunciet ei suum beneficium pro personatu ab ipso fundando, vel instituendo: & ita non licet, sicut nec liceret alicui

a L. quod iure ff. de legi.

b In cap. 1. de reg. iur. lib. 6. c. In ca. post. lasti. de rescri. d De prob.

e L. fin. ff. de iur. iur. lib. 6. c. Arg. e. cum dilectus. de cõ. suo. c. c. cau. sam. que. de rescrip. f Coroll. secundo.

g l. 2. q. 7. art. fin. q. 78. art. 4. q. 7.

h De simo. h. 1. q. 1. i. 2. par. tit. 1. ca. 5. §. 11. k Cap. 23. n. 107.

pacisci,

a De simo. b 1. q. 2. c. fin. de pacif.

c L. illud ff. ad l. Aquil. c. dudum. 2. de elec.

d Cap. qua. à iure. de regu. iur. lib. 6. c. Arg. e. cum dilectus. de cõ. suo. c. c. cau. sam. que. de rescrip. e Coroll. secundo.

g Procurationes. de cens. ff. Eodem tit. li. 6. i. Ca. 3. de reform. ff. 2. 4. k In verbo officij. l Luca. 10.

pacisci cū habente aliquod beneficium, quod ipse fundabit vnus beneficium perpetuum auctoritate Episcopi tantum redditus, & quod post fundatum illud, & legitime erectum præsentabit eum ad illud, per d. c. tua. a & per d. c. quam pio, b immo neque quod postquam fundauerit, & ei collatum fuerit, permutabit cum illo, per eadem. 21 Tertio, quod ad damnandas simoniae conuentiones circa permutationes prædictorum personatum cum aliis beneficiis faciendas, seruari debent regulæ, quas seruamus ad damnandas simoniachas conuentiones super permutatione aliorum beneficiorū iure cõmuni constitutas, exceptis his, quæ cõsuetudo illa immemorialis permittit, videlicet, quod personatus dabuntur renunciantibus beneficia auctoritate priuata per solam nominationem sine alia superioris auctoritate: quia de similibus idem est iudicandum. c

Quarto, quod narratio facti nihil obstat proximo corollario præcedenti: quia licet habeat institutorem huiusmodi personatus ea intentione solum illum instituire, vt quæreret aliquod beneficium, non tamen habet eum solum prius pacisci cū alio beneficiario, quod renunciaret illi suū beneficium, & in recompensam acciperet personatum tantum valoris, si illud nouè institueret: immo habet, quod nil tale in institutione & decreti Episcopi appositione exprimebatur: & consuetudo adeo exorbitans à iure cõmuni non est extendenda, d sed quatenus fieri potest ad concordiam iuris communis reducenda. e Et quamuis, vt prædictum est, liceat beneficium spirituale perpetuum fundare ea intentione intra solam mentem retenta, vt post illud fundatum Episcopi auctoritate, & sibi collatū permutaret cum beneficio alterius, non tamen liceret illud antea pacisci, per prædicta.

Aduertendum circa prædictos personatus est, in prouincia Tarraconensi varia esse personatum genera, pro varietate diocesis, & ordinariorū suum decretum interponentium, tabellionumq; institutiones stipulantium. Quidam enim personatus nullo modo beneficia spiritualia sunt, sed pia institutiones ab initio suo omnino temporales: alij secundum nomen tantum personalia beneficia appellantur, re verò tamen beneficia perpetua sunt. e eiuſdem nature cum alijs perpetuis beneficiis: alij continent in suis institutionibus, aliquas dispositiones, & conditiones à iure communi, & à cõstitutionibus prouincialibus, vñq; immemoriali prouincia Tarraconensis omnino alienas: alij conferuntur per verā collationem ab ordinario ad præsentationem instituentis, seu patroni personatus, dū vacant per resignationem etiam ex causa permutationis cū alijs veris beneficiis perpetuis fiende: alij verò ab ipsismet institutoribus, seu etiam à possidentibus, prout dictum est supra, conferuntur, dantur, seu assignantur: & alij tandem sunt alterius generis. Auctori autē nõ fuerunt narrata omnia genera personatum, neque super omnibus fuit consultus, & idcirco neque eius responso ad omnes personatus prouincia Tarraconensis se extendere potest, sed ad eos tantum, super quibus informatio fuit sibi exhibitā.

Et quoniam ex prædictis fundamētis & radicibus poterit quibus ingeniosus elicere resolutionem dubiorum, quæ circa prædictos personatus occurrent, finem facio. Salua, &c.

DE CENSIB. EXACTIONIB. ET PROC.

S V M M A R I V M.

1 Notarius potest accipere iustum salarium pro decretis & ordinationibus à visitatis, nisi sit de familia visitatoris, vel habeat illud ex publico, vel statutum, seu consuetudo habeat, vt gratis hac præstet.

CONSILIVM I.

AN notarius, seu cancellarius Episcopi possit quidquid accipere ab his, qui visitantur occasione decretorū, & ordinationum in visitatione factarum?

1 Multa possunt adduci pro & cõtra in hac quæstione: nam c. 1. b & c. exigat, h prohibent ne visitator aliquid præter procuracionem accipiat: & Conc. Trid. i habet quod visitatores gratis omnia faciant, & prohibet ne quidquid ipse vel sui, vt habet Conc. vel aliquis de familia sua, vt habet prædictus §. procuraciones. præter procuraciones accipiant: & gloss. k habet, quod nec scriptor, nec sigillator, nec alij similes officiales.

Sed pro contraria parte facit, quod lex nature habet. l

**Mercenarium dignum esse mercede sua:** & quod licet delegatus Sedis Apostolicæ nihil debeat percipere à partibus, notarius tamen recipit iustum salarium, a & licet ordines gratis debeant dari, notario tamen soluitur pro scriptura, qua fidem facit de collatis ordinibus, si non habet salarium de publico, secundum Panormitanum, communiter receptum, b vel nisi consuetudo laudabilis habeat, ne quidquam recipiatur, iuxta Conciliū Tridentinum, c & notarij nõ solent esse de familia visitatoris, nec famuli eorum, & non tenentur seruire gratis visitatis, nec visitatoribus. d Quare videtur, notarium posse accipere iustum salarium, si nõ est de familia visitatoris, nec habet salariū ex publico, nec cõsuetudo, vel statutū rationabile prohibet illud sibi.

S V M M A R I V M.

- 1 Intellectus cap. exigat. de censibus in 6.
- 1 Visitatoribus est imponatur pœna suspensionis ipso iure incurrenda, nisi duplum intra mensem restituat, at amen restituendo simplum illam euitant: immo & si postquã incurrit, simplum restituat. potest adhuc à suspensione absolui. num. 3.
- 2 Pœna concussiois, que vtroque iure est quadrupli, minuit cap. exigat. de censib. lib. 6. quo ad visitatores.
- 4 Remissio & solutio quo ad satisfactionem exaquantur regulariter.
- 5 Pœna temporaria cap. exigat. de cens. de restituendo duplum, non respicit forum conscientia tantum, item & debetur partiti: vnde eam non potest remittere sacra Penitentiaria officium, cui conceditur, vt remittat pœnas Ecclesiasticas.

CONSILIVM II.

VTrum pœna statuta in cap. exigat, e renouata in Concilio Tridentino, f quæ visitatores ipso iure suspenduntur, si non restituat intra mensem duplum eius, quod acceperunt, debeat in foro conscientia: ita quod nõ sufficiat eis restituere acceptum, ad euitandam pœnam?

1 Pro parte affirmatiua facit, quod qui restituit tantum simplum, non restituit duplum, & ita non videtur adimpleta conditio, qua deficiente pœna imponitur, etiam si restituatur simplum.

2 Pro negatiua facit, quod pœna illa restituendi duplum non videtur posita ipso iure plusquam pœna cõfessionis, de qua, g in cap. concussiois, h & pœna non debetur in foro conscientia: iuxta glossam receptam, i & Panormitanum & communem. k

2 Circa hoc dico sequentia. Primum, cap. illud, quatenus punit pœna dupli, potius diminuere pœnam iuris, quàm inducere pœnam: nam pœna concussiois est quadruplum, tam iure canonico, iuxta cap. quoniam, l quam Casareo, per l. sancimus, m transcriptam à Gratiano, n & præfatum cap. exigat, loquitur de concussione crimine, quod committitur, quoties quis ratione officij publici capit male aliquid, o & imponit pœnam dupli.

Secundum, quod præfatum cap. inducit pœnam etiam ipso iure incurrandam, quatenus suspendit ipso iure visitatorem cõfessionem.

3 Tertium, quod huiusmodi visitator concussor posset absolui à peccato, restituito tantum simpli, per clementinam, p in illis verbis, A qua, scilicet excommunicatione, non possint absolui, donec plenè satisfecerint de pecunia sic extorta. per quæ clarè significatur sufficere restitutionem simpli.

Quartum, visitatorem, qui intra mensem restitueret simplum, siue tantum, quantum accepit via concussiois, non incursum iri suspensionem: nam, Turpius eicitur, quam nõ admittitur hospes. q vt difficilior tollitur quæsitum, quàm impediatur quærendum. r At absolui posset à suspensione incurfa, si solueret simplum, vt mox dicam: ergo à fortiori tolleretur incurrandam.

Quintum, quod à præfata suspensione incurfa posset absolui, restituito simpli, argumento præfatæ clementina: s iuxta glossam, t quatenus habet, officialem Inquisitionis aliquid per concussionem quærentem incurrere quidem pœnam quadrupli præter excommunicationem, sed absolui posse ab ea restituito simpli, & ita pœna non soluta, per quem textum & glossam probatur, non solum quem posse absolui à peccato non soluta pœna, sed etiam ab excommunicatione, quam haberet annexam: quam ponderationem primum didicimus à Francisco Aremano, x vt diximus in Manuali confessar. \*

a Cap. statuta. s. notarius. de refer. li. 6.

b In c. 1. de simo. nu. 3. c. Ca. 1. de reform. sess. 21. d. 13. q. 1. ca. 1.

e De censib. li. 6. f. Sess. 24. ca. 3. de reform.

g l. 1. h Et cap. seq. i. Ca. frater. m. 1. 2. q. 2. k In cap. 1. de censib.

l 18. dist. m. Ca. ad l. In. In reposit. n In c. sancimus. 1. q. 7. o L. 2. ff. de concussio.

p 2. §. 1. de heredi.

q Ca. quem. admodum. de iureiuran. r L. seruus. C. de pacti.

s 2. §. 1. prætoro. t In verbo officij.

v In l. 4. §. Ca. 10. ff. de verb. oblig. x Ca. 23. nu. 66.

a L. si ram. s. omnia. ff. de pigno. actio. & l. i. ff. qui salsis. cogan.

b L. Papinianus. ff. de minor. & ca. ad audientiam. de decimis.

c In c. r. ca. illud. ca. inter.

d Eadē casu. sa. qu. 4.

e S. de censibus.

f In le. fin. de censib. g In rubr. C. de anno. & capita.

h S. praeterea. de verb. signifi. i S. ductus aqua. ff. de aqua quot. & est.

k Ca. fin. cum ei adnota. de consuet. l In d. ca. fin. de consuet. m Cap. frustra. s. dist. & in c. 1. de consuet. li. 6. verbo rationabili. n De consuet. o De consuet. li. 6. p Capit. sunt quidam. 25. q. 1.

4 Sextum, quod praefatum c. videtur esse pœnale, quatenus iubet remissionem in eius casu non æquipollere solutioni, cum remissio & solutio exæquentur quo ad satisfactionem.

5 Septimum, quod sacra Pœnitentiaria non potest tollere illam pœnam, nec oportet illam tolli, ut ipsa sua potestate vtatur: quia nihil potest nisi quo ad forum conscientiae tantum, & pœna illa non pertinet ad illud.

Octauum, quod nullam pœnam temporariam, quæ in foro conscientiae deberetur alicui parti, posset remittere praefata Pœnitentiaria. Tum quia solum habet facultatē remittendi pœnas ecclesiasticas, vel absoluedi ab eis, ut exprimitur in facultatibus eius. Tū quia in pœno mio earū dicitur dari ei facultas ad pœnitentiam necessariā, & ita non videtur extendendum ad alias temporarias, praefertim pertinentes ad tertium, etiam in foro conscientiae: quia non fit illatio à separatis & diuersis, Salua, &c.

SVMARIVM.

1 Clerici non tenentur iure communi suo Praelato tributum capitis soluere: ab eis tamen exigente necessitate petit caritativum subsidium. nu. 2.

2 Consuetudine immemorabili probatur praesumptiue quilibet titulus, qui allegatur.

3 Consuetudo irrationalis illa solum est, quæ iuri naturæ, vel diuino aduersatur directe vel indirecte, licet ex circumstantiis possit extra hos casus etiam aliqua talis reputari, ad effectum vt tollatur. nu. 4.

CONSILIVM III.

PRO Presbyteris Neapolitanis, ne teneantur singuli singulos aureos ducatos soluere Archiep. facit tota causa 3. q. 10. quatenus, & statuitur, ne liceat Episc. ab Ecclesia quidquam ultra duos solidos exigere: sed quia illa capitula disponunt de Ecclesiis, & in casu proposito agitur de folis presbyteris, magis pro eis facit cap. cauendi. quatenus habet Episcopus non debere tyrannidem in socios exercere, nec subditis esse scandalo, & quatenus proponit exemplū Apostoli, qui, vt eius praedicatio suauis audiretur, manu propria & arte viuebat. Nervosius tamen facit c. cum Apostolus, quatenus prohibet Episcopus imponere tallias suis clericis. ex quo Pan. colligit solum Papam posse imponere clericis collectas. Sed quia hæc, & alia multa, quæ in hanc sententiam congeri possunt, solum probant praefatos clericos non posse compelli ad soluendum hos ducatos, quorum soluendorum onus tributum capitis aptius appellatur à Iuriconsulto, quā ab Imperatore capitatio, non tamen probant non posse id consuetudine induci, nisi ratione aliqua necessariō concluderetur illud esse onus iuri naturali & diuino contrarium, quæ non erit facilis inuentio, cum vtroque illorum, & etiam canonico liceat Episcopo, quoties illi exegerit necessitas, caritativum subsidium à suis clericis petere, iuxta finem praefati §. prohibemus.

2 Quare videtur distinguenda quaestio: ita quod, si intelligatur de consuetudine immemorabili, respondeatur pro Archiep. per theoriam, quæ defumitur ex c. super quibusdam, & ex l. hoc iure, scilicet, quod consuetudo immemorialis habet vim constituti, & priuilegij: & quod per illam probatur praesumptiue quilibet titulus allegatus pro illa: & certum videtur praefato Archiep. posse competere illud ius priuilegio Papæ: quod si alleget, probauit praesumptiue, nullis aliis literis probatis. Si autē quaestio intelligatur de alia consuetudine, si nō est bona fide ac legitime praescripta, respondeatur pro praefatis presbyteris, pro quibus est ius commune, quod non tollitur per consuetudinem, quæ legitime non fuerit praescripta.

3 Si vero bona fide ac legitimo tempore fuerit praescripta, respondendum erit pro Archiep. nisi iudicata fuerit irrationalis, qualis tamen quæ consuetudo videatur iudicada, difficilis quaestio est tractata per Pan. Rocchū, & omnes, post glof. Equidem aliquando praelegendo illud c. vlt. & ca. 1. declarando praedictā glo. mihi persuasi, illam solum esse irrationabilem, quæ praescribiti nō possit, quæ directe, vel indirecte iuri naturali, vel diuino est contraria: & quod illa, quæ continet id quod solum priuilegio Papæ cōcedi potest, non est illis iuribus contraria, cum Papa vsque ad sanguinem teneatur illa defendere. P

4 Quamuis tot & tales circumstantia rerum, personarum, reddituum, scandali, & aliorum aliorum possent afferri, quod posset S. D. N. censere huiusmodi consuetudinem satis esse à iure improbatam ad hoc, vt iudicaretur irrationabilis, saltem ad effectum, vt post tempore Archiepiscopi praesentis huiusmodi cessaret exactio, nisi per viam caritatiui subsidij. Salua, &c.

SVMARIVM.

1 Consuetudo potest inducere obligationem praestandi aliqua aliquibus, puta Praelatis pro iucundo aduentu, Ecclesiasticisque pro administratione sacramentorum. num. 2.

2 Munera quæ olim fuerunt, potuerunt consuetudine transire in debita: vnde qui à muneribus abstinere iubentur, hæc vt debita possunt accipere: vt quæ Episcopis offerunt in suo iucundo aduentu, num. 1. clericis ministrantibus sacramenta, num. 2. immo & tenentur recipere, ne successoribus prauidicent. num. 3.

CONSILIVM IIII.

AN liceat Archiepiscopo accipere à ciuitate sua, vel ab Ecclesiis, & monasteriis eius, aliqua munera consueta dari Archiepiscopis in primo sui aduentu, cum primum venit ad illa?

1 Respondeo, proculdubio posse, & debere accipere illa. Tum quia Proconsul & Praefes possunt accipere aliqua munera. Tum quod consuetudo non solum dat iurisdictionem, sed etiam inducit obligationem praestandi aliqua annua, iuxta textum iuncta glossa cap. seruitium.

2 Tum quod consuetudo dandi aliqua Ecclesiasticis, etiam pro sacramentorum exercitio, valet, & seruanda est. Tum quod multa de consuetudine debentur Regibus, & Praelatis in suo iucundo aduentu.

3 Tum quod Praelati tenentur ad conseruandum iura suis dignitatibus debita, argumento cap. ea qua. & glossa, & argumento cap. sine exceptione. Non obstat illud, Non accipies munera. & illud, Munera excæcant oculos, quia hæc non sunt verè munera: sed quæ olim fuerunt quidem munera, per consuetudinem facta sunt iura debita, iuxta notata in l. si certis annis, & alibi saepe.

Aduerte, ne ex iis quæ dicuntur nu. 2. inferas consuetudine posse induci, vt pro sacramentorum collatione cleri à clericis aliquid possint exigere, contra Panormitanum cap. iacobus. num. 2. de simon.

SVMARIVM.

2 Subsidium caritativum peti potest ratione beneficiorum: an autem à diuitibus ordinatis ad titulum patrimonij, non est ita certum: an autem bulla Pij agens de subsidio respiciat hanc materiam, vide num. 1.

CONSILIVM V.

VARitur, an in bulla S. D. N. Sixti V. caueatur, vt clericis tam beneficiati, quam non beneficiati teneantur ad subsidium locale, & personale.

1 Respondeo primò, quod bulla S. D. N. Sixti V. intelligi potest de subsidio tam locali, quam personali.

Secundò, quod iure non est definitum, quantum debeat clericus soluere pro personali subsidio: neque bulla hæc id definit, neque extrauagans, vas electionis. Benedicti XII. relata in ea id terminat. Tum quod tota illa agit de visitatione & procuratione propter illam praestanda vsque ad vers. praemisus. & in illo agit, sed parum de subsidio caritatiuo, & solum definit, non debere illud excedere procurationem, quæ debetur pro visitatione, quam supra definit, & supra nihil definit de visitatione personali, vt palam est eam legenti.

2 Tertiò, quod potest peti praedictum subsidium à personis clericorum ratione beneficiorum suorum, iuxta cap. conquirente, & iuxta capit. cum Apostolus, sed non definitur quantitas soluenda de beneficiis simplicibus, neque de curatis, quæ non habent Capitula, vel collegia parua vel magna.

Quartò, quod vidèdus est Bartholomæus Bellésinus, vbi determinat clericū pauperem nō teneri ad hoc subsidium, neque diuitem, si non habet beneficium, nec si fuerit ordinatus ad titulum patrimonij, quamuis contrarium possit teneri, cum patrimonium est amplum, &c. quæ apud cum videri possunt. Salua, &c.

a L. solent. ff. de offic. Pro. cons. & Leg. b Ca. conquirentes. q. 3. c. 18. q. 2.

d Ca. ad A. postolicam. de simon.

e De off. archid. f In c. ex literis. de pign. g 12. q. 2. h Exod. 23. i Deut. 16. k C. de pact. & in dicto c. seruitium.

l De offic. ordin. m In princip. §. prohibem. de censib. n In li. de obsequio. sub. fid. qu. 15. vsque ad 24.

a Cap. 1. quæ sunt regal. in vsu. feud.

b L. aliud. ff. de reg. iur. c. l. 2. l. si pater. ff. de manumiss. vind.

d Ca. sine culpa. de reg. iur. li. 6. e In c. quæ in ecclesiis. de consuet. f Li. 3. Regi. c. 11. g 23. q. 8.

h Ca. 23. m. 1.

i In l. de auctor. tuor. k §. iustum. ff. de acquir. ha. red. c. nullus. de iur. patr.

l Cap. 17. nu. 61.

SVMARIVM.

1 Gabellam, cum sit de regalibus principi reseruatis, non potest ciuitas Regi subiecta, nec suis subditis imponere, poterit autem, si licentiam à Rege prius, vt debet, obtineat, vel saltem illam ea imponat mente, vt nolit eam nisi illa obtenta exigere. num. 3. subsig. causa. sine qua licet euitetur pœna excommunicationis bullæ Cæne, non tamen euitatur peccatum. nu. 2 & 5.

2 Intentio inferioris principis imponenti gabellam, nolenti illam exigere, nisi prius principis obtenta licentia, praeseruat imponentes à peccato, vt & clausula illa, Saluo Sedis Apostolicæ beneplacito, quæ in pactis beneficalibus apponitur.

3 Consensus auctoritatem præbens præcedere debet, simplex autē potest sequi.

4 Gabellam iusta auctoritate impostam qui ab exemptis exigat, non ligatur per bullam Cæne Domini, si tamen exigat ab Ecclesiasticis, incidit in excommunicationem iuris, Papa tamen non reseruatum. num. 8.

5 Gabellam minimam iniuste exigens ab Ecclesiasticis, tunc demū incidit in excommunicationem & obligationem restituendi, si animo saltem virtuali per minima intendat deuenire & deuenit ad quantitatem notabilem, vnus videlicet iulij. & numero 6.

6 Difficultas exigendi minutam gabellam à laicis, nisi etiam ab exemptis exigatur, non excusat sic exigentes à culpa & pœna, sed debent modum talem reperire, vt ita à laicis eam exigant, ne exemptos sua fraudent libertate.

CONSILIVM VI.

PRimo quaeritur, an gabella possit imponi à ciuitate regia cum solo consensu regio, vt certum quid de certa mensura vini, & de certo pondere piscis salis soluantur, exceptis Ecclesiasticis, & aduenis.

Secundò, an exigentes dictas gabellas ab Ecclesiasticis, & aduenis, incidant in excommunicationem bullæ Cæne, vel in aliam excommunicationem.

Tertiò, an item cum praedicta venduntur absque pondere, vel absque vlla mensura, debeat remitti personis exemptis illa parua pars gabellæ, quæ pro rata contingeret exemptem?

Quartò, quid remedij sit adhibendum ad hoc, vt non fiat contra libertatem istorum exemptorum?

AD PRIMAM quaestionem respondeo primò, quod iure communi ciuitas non potest gabellam imponere ciuibus: quia gabellam imponere est ius reseruatum principi pertinens ad regalias.

Secundò, quod non potest eam imponere, quāuis possit Regi eam imponenti consentire: quia aliud est imponere, aliud imponenti consentire: sicut aliud est vendere, & aliud vendenti consentire. Vnde qui prohibetur manumittere, non prohibetur manumittenti consentire.

3 Tertiò, quod nulla gabella etiam à principe potest iuste imponi sine iusta causa: quia nec princeps, nec Rex potest quemquam etiam subditum priuare inuitum bonis suis sine culpa sua, vel iusta causa, vt latè notat omnes post Innoc. & probatur per factum Nabuthæ, & reatum in capit. conuenior. At qui imponit gabellam, tollit aliquid alicui eo inuito: ergo non potest illam imponere nolenti siue culpa, vel iusta causa.

4 Quartò, quod ciuitas, quæ vult imponendo gabellam vitare peccatum, deberet prius facultatem, vel licentiam id faciendi obtinere à Rege: alioquin merito posset dici peccatum praesumptionis, & etiam comprehensum in bulla Cæne, nisi imponeret animo non vtendi ea impositione, donec confirmatio Regis accederet. argumēto eorum quæ de pacto iure humano simoniaco facto saluo beneplacito Papæ diximus in Manual. confess. Nam consensus auctoritatem inducens præcedere debet, licet simplex consensus consequi possit. argumento §. tutor. & si quis mihi, cum eis & alibi saepe annotatis.

5 Quintò, quod ciuitas, quæ auctoritate Regis precedente, & ipsemet Rex imponeret gabellam sine iusta causa, licet peccarent imponendo illam, non tamen incidere in censurā bullæ Cæne latam contra imponentes, nouas gabellas: non tamen ferretur contra omnes imponentes, sed solum contra imponentes, & ad id potestatem nō habentes, vt patet in praedicta bulla relata à nobis in Manual. conf. quia & Rex habet ordinariam ad id potestatem, &

ciuitas delegatam.

Sextò, quod iuste credi potest, gabellam praefatam adeo antiquam, & tamdiu Regio consensu solutam, iusta de causa fuisse impostam, & sufficienti auctoritate munitam.

AD SECUNDAM respondeo primò, quod pro parte affirmante facit, quod valet argumentum de toto ad partem, saltem quando eadem ratio idem iuris in ea dicitur, & quod videtur praedictos exactores incursums praefatam excommunicationem, si exigent à clericis & aduenis emptoribus praefati piscis salis duos carlenos probatilo, vel vnum granum probatulo. Secundò, quod licet furari minimum sine intentione furandi vsque ad quantitatem notabilem, non sit peccatum mortiferum, furari tamen cum ea, est tale, iuxta cap. fin. cum latius ibi per nos adnotatis, & breuius postea tactis in Manual. confessar.

Pro parte verò negante facit primò, quod furari minimum sine intentione actuali, vel virtuali furandi vsque ad quantitatem notabilem, non est mortiferum, nisi illud minimum toties repetitur constituit quantitatem notabilem, secundum communem sententiam à nobis, & relata.

7 Secundo, quod Caietanus, quem sequuti fuimus, tenuit quod exigentes gabellas à personis exemptis ab eis tunc demum incidunt in censuram praefatæ bullæ, cum exigunt gabellas à nullis debitas, & non cum exigunt gabellas debitas ab aliquibus, licet non debeantur ab exemptis: alioquin enim exigentes eas à militibus, & aliis personis exemptis, licet non essent clerici, incidere in eam: quod non esse verum, videtur manifestissimum, vt ille ait. Et gabella praefata non est gabella simpliciter prohibita, sed tantum prohibita exigi à clericis & aduenis.

Quibus pro vtraque parte consideratis, dici potest primò, praefatos exactores non incidisse in excommunicationem bullæ Cæne, eo quod praefatam gabellam ab aduenis & clericis exegerunt, quia exactio praefatæ gabellæ non est simpliciter & in vniuersum prohibita, sed tantum quo ad aduenas, & ecclesiasticos.

8 Secundò, quod illi exactores, qui minutatim multis vicibus voluerunt exigere ab Ecclesiasticis vsque ad notabilem quantitatem, & de facto exegerunt vsque ad illam, incidunt in excommunicationem cap. quamquam, de censib. lib. 6. per quod excommunicantur exigentes ab Ecclesiasticis gabellas indebitas ab eis, quamuis non inciderint in censuram bullæ Cæne, inter quas est illa magna differentia, quod hæc est reseruata Papæ, illa verò non.

AD TERTIAM responderetur, quod omnes illi exactores, qui exegerunt ab aduenis vel Ecclesiasticis vsque ad notabilem quantitatem, tenentur restituere: & quod notabilem quantitatem facit, erat olim dimidium iulij, vt diximus vbi supra, nunc autem vnus iulius integer, per ea quæ nuper ad aliud propositum monachis Carthusiensibus respondimus, & quod facienda est restitutio eidem personis, à quibus exacta est, vel hæreditibus earum, si per iustam diligentiam sciri possint, alioquin pauperibus, vel piis locis, argumento capit. cum M. iuncta glossa.

9 AD QUARTAM respondeo, quod quatenus illa est facti, & non iuris, melius satisfaciendū ei domini consulentes, qui melius nouerunt quæ in praefata ciuitate fiunt, & fieri possunt, quam nos informando se praesertim de iis: quæ prudenter & exactè seruantur in principatu Catalonia, & in regnis Aragoniæ, & Valentia. Ad eam tamen, quatenus est iuris, respondemus, quod debent inuenire talem modum, per quem exactores ita recipiant quod iustum est, quod exempti non fraudentur libertate, qua frui debent. Salua, &c.

SVMARIVM.

1 Gabellas imponendi potestatem habet Princeps, qui habet regalia, qualia is habet à cuius sententia non appellatur, num. 2. quas si iniuste imponat, peccat, sed non incurrit excommunicationem bullæ. num. 3.

CONSILIVM VII.

INTERrogatus primò, an Illustres Domini de Gonzaga vigore inuestiturae licite possint imponere noua datia

a Arg. ca. super quibusdam. de verb. sign.

b L. e. qua de tota. ff. de rei vend. c. passoralis. §. item si totum. de offic. deleg.

c 14. q. 7.

d Cap. 17. nu. 7. & seq.

e Vbi supra.

f In sum. ver. excomm. ca. su 71. g In d. ca. 27. nu. 61.

h Nu. 3. b.

i De usur.



in castris S. Martini insula Douariensium, & aliis in inuestitura citatis locis.

Secundo, dato quod imposuerint, an inciderint in censure bullae in Cœna Domini.

1 Respondeo ad primum, quod possunt. Tum quia expressis verbis conceditur eis potestas ea imponendi in inuestitura Federici, & in inuestitura Maximiliani I.

Tum quia per multa verba generalia se referentia ad inuestituram Maximiliani I. id ipsum concedit Carolus V. in sua inuestitura, & ibi, Necnon omnes & singulas gratias, libertates, indulta, facultates, concessiones, & alia quacumque in supradicto privilegio Aui. expressa & contenta. etiam Maxim. II. id concedit in sua inuestitura, & ibi, Necnon omnes & singulas gratias, libertates, indulta, facultates, concessiones, & alia quacumque in supradictis privilegiis expressa & contenta.

Tu quia extra scripturam quaestione verbo proponitur à predictis Marchionibus non appellari ad alium Superiorem, quod etiam predictae inuestiturae satis significant per illa quidem Sigismundi, & ibi, Quod tu, & heredes, & successores tui legitimi Marchiones Manuae perpetuis in antea temporibus omni dignitate, praerogativa, nobilitate, potestate, iure, libertate, honore, & consuetudine gaudere ac frui continuo debeatis, quibus alij nostri, & Sacri Romani Imperij Principes, & nominatim Marchiones illustres frui non habent, & quotidie potiuntur.

2 Alia verò, quatenus omne merum & mixtum imperium, & quatenus liberam potestatem, & quatenus omnimodam iurisdictionem expressè concedunt, alia quatenus idem concedunt per relationem ad alias. At illi, à quibus non appellatur, habent iura regalia, & non prohibentur per bullam Cœnae imponere noua datia, & vectigalia, vt etiam nos post alios notauimus in Manual. conf. & probatur per cap. inuouamus. ibi, Regum, & Principum, & quatenus probat, eum qui habet regalia, posse etiam noua vectigalia imponere: & per inuestituram Sigismundi constat predictos Marchiones habere regalia.

3 AD SECVNDVM respondeo, consequens esse eius, quod dictum est ad primum, eos non incidisse in excommunicationem bullae Cœnae, eo quod predicta datia imposuerint, vt palam est, quauis potuissent peccare secundum Alexandrum III. Sed esto peccassent iniuste imponendo, non tamen incurrissent praedictam censuram, quæ contra solos non habentes ius ea imponendi fertur vt litera praedictae bullae habet. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Gabellas nouas per bullam Cœnae imponi prohibet, as videtur imponere Superior vetans extrahi triticum non molitum.

CONSILIVM VIII.

AN qui dominus terræ ordinar, vt subditi sui nõ possint vendere triticum extra territorium eius integrum non molitum, contraueniat bullae Cœnae Domini, vetanti, ne quis noua pedagia & gabellas imponat?

1 Si duceret affectu ingenti, quo sum in prudentem Principem, qui dignatus est iubere mihi, vt respondeam, absque vlla mora & studio responderem licere, quod in hac re desiderat sua Excellentia: quia verò affectus est lege naturali, diuina, & humana dirigendus, non audeo dicere id esse licitum. Tum quia omni iure praefato prohibetur, ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum, & ne id quod nostrum est à nobis absque nostro consensu auferatur per I. id quod nostrum, & scribunt Innocent. & omnes, & negari non potest, quod libertas exportandi triticum vendibile non molitum extra territorium sit quoddam bonum & pecunia estimabile subditorum suae Excellentiae, & consequenter, quod absque illorum consensu non est eis auferendum. Tum quia difficile potest dici, quod illud non vetatur in d. bulla Cœnae Domini, cum secundum receptam sententiam per verba illa, pedagia noua & gabellas, intelligatur etiam incrementum eorum, vt super ea nos in Manual. conf. m. diximus, & secundum mentem illam Pontificis comprehendunt omne onus & grauamen nouum pecunia aestimabile, quale videtur onus non exportandi triticum vendibile sanum & integrum extra territorium, propter multa, quæ in hoc adduci possent. Quare oranda videtur sua Excellentia, & Celsitudo, ne id tentet facere, nisi de

consensu eorum, quos res tangit, quò sit gratior suis subditis, & D. N. Iesu Christo, qui suam Excellentiam semper & vbique conferuet sibi gratiosam.

SVMMARIVM.

1 Hospitalitas laudatur, & eam negantes Dominus arguit. 2 Hospitibus, quæm indigenis, carius vendere, vetitum. 3 Consuetudo hospitandi gratis vbi aliquando fuit. 4 Venditio iurium hospitum: iuri naturæ aduersatur. 5 Peccanti qui consentit, praesertim cooperando peccat. 6 Consuetudo vendendi ius hospitandi, cum priuilegio vendendi vinum carius hospitibus, iniqua, itemque & libera concessio hospites recipiendi omnibus facta cum onere soluendi aliquid pro qualibet mensura vini vendendi.

CONSILIVM IX.

AN Communitas Tiburtina solita vendere, siue locare ius hospitandi hospites certo pretio, cum priuilegio, vt possit vendere fogliettam vini vno quatrino plusquam venditur in ciuitate, possit nunc statuere, vt ius hospitandi sit liberum cuius, modo soluat duo scuta pro singula quaque cupa vini, quam venderit.

1 Attento primo, quod hospitalitas in sacris literis laudatur, adeo quod ob eam meruit Abraham habere Angelos in hospitibus, & quod Dominus apud Matth. arguit eam non exhibentes, per illa verba, Hospes sui, & non recipitis me, & Apostolus eius, omnes Christianos hortatur, vt sint hospitales, adeo vt nollet fieri quemquam Episcopum, nisi esset hospitalis, quem citat Gratianus in summa, & corroborando id postea per multa capp. quæ in eadem subiicit.

2 Attento item, quod Concilium relatum in cap. i. f. statuit, ne quidquam carius vendatur hospitibus & peregrinis, quam indigenis: Attento item, quod in multis partibus Hispaniae ante septuaginta annos gratis hospitio suscipiebantur, & alebantur hospites, immo & nunc in hanc diem id fieri audimus in Hibernia, & Noruegia: Attento etiam, quod naturali naturali obuiare videtur, quod hospites accipiant aliquid vltra iustam mercedem ab hospitibus, quos suscipiunt, & multo magis, quod vendantur iura recipiendi hospites cum priuilegio, ne qui alij recipiant eos.

3 Attento praeterea, quod non solum facientes, sed etiam consentientes peccato damnabuntur, & praesertim cum consentit cooperando, & participando de lucro, vt post Caietanum scripsimus in Manual. conf. h. & quod peccatum est carius vendere hospitibus, quam indigenis, vt probat cap. i. & quod vendendo ius hospitandi cum priuilegio vendendi carius vno denario fogliettam vini, vel cum onere soluendi duo scuta pro qualibet cupa vini, est consentire, dareque causam & occasionem pluri vendendi peregrinis, quam indigenis, participando de lucro: Attento etiam, quod in multis regionibus dant communitates aliqua priuilegia hospitibus cum onere ipsarum sine vilo grauamine hospitum, quò benignius eos suscipiant: Attento denique, quod huiusmodi ius hospitandi non venditur in Vrbe, nec quod sciam, in vlla ciuitate, vel opido Hispaniae, vel Galliae.

4 Attentis inquam his omnibus, nescirem defendere praedictum antiquum morem vendendi ius hospitandi praedictae communitatis cum priuilegio vendendi carius vno denario fogliettam vini: nec auderem laudare praedictum nouum modum vendendi ius hospitandi eiusdem communitatis, cum onere soluendi duo scuta pro qualibet cupa vini, etiam si nulla bulla Cœnae id prohiberet: quoniam iure naturali, diuino, & humano antiquiore illa, videtur esse prohibitum, per superius dicta: quamuis fatear modum nouum non esse tam illaudabilem, quam antiquum. Salua, &c.

DE CONSECRATIONE ECCLIESIAE, VEL ALTARIS.

SVMMARIVM.

1 Cœmeteria polluta iisdem casibus & modis reconcilianda, quibus Ecclesia, & si sint consecrata ad sepeliendum, vt dicitur de Ecclesia, qua consecratur ad celebrandum, num. 3. debent ab Episcopo reconciliari, num. 2. & 3. nisi ex priuilegio haec facultas sacerdoti competat. nu. 5. at si solum sint auctoritate

Episcopi

a Fol. 1. b Fol. 2.

c Fol. 2. d Fol. 3.

e Fol. 1.

f Cap. 27. nu. 61. g De censib.

h D. ca. inuouamus.

i. ad Theff. ca. 4. l. ff. de regul. iur. l. Cap. qua in ecclesiis, de conf.

m Ca. 27. nu. 61.

a Genes. 19. b Ca. 25.

c Ad Roma. nu. 12. di. ad Timot. 3. & ad Titum. 1. c. 42. dist. 1. De emp.

g Ca. 1. ad Roman. & ca. 1. de offic. delegat. h Ca. 17. nu. 195. i De emp.

Episcopi adificata, vel benedicta, tunc à sacerdote cum aqua ab ipso exorcizata poterunt reconciliari. nu. 2. 3. & 4. Consuetudo non videtur sufficere sacerdotibus, vt Ecclesias, vel cœmeteria consecrata, si polluantur, reconcilient, nisi inuitatur priuilegio aliquo.

CONSILIVM I.

AN reconciliatio violati cœmeterij à simplici sacerdote fieri possit?

1 Respondeo primò, quòd cum reconciliatio cœmeterij eisdem casibus sit faciendâ, quibus reconciliatio Ecclesiae, vt dicit Gulielmus Durandus, eodem etiam modo videtur faciendâ: quod satis significat cap. consuluisti, ibi, sicut in dedicationibus. quod glossa exponit per, reconciliatiombus.

2 Secundò, quòd Ecclesia polluta, si est consecrata, debet reconciliari per Episcopum, & non per presbyterum, si autem non est consecrata, sed solum benedicta, seu auctoritate Episcopi in Ecclesia consecrandâ adificata, potest fieri per presbyterum per aquam exorcizata à semetipso, iuxta cap. fin. iuncta glossa recepta per Cardin. Panorm. & communem.

3 Tertio, quòd ex his duobus videtur inferri, quòd cœmeterium non solemnitè consecratum, sed simpliciter auctoritate Episcopi puratum ad sepeliendum, sicut Ecclesia non consecrata ad celebrandum, poterit reconciliari, si polluat, per presbyterum cum aqua per se exorcizata: quia maius quiddam & principalius est Ecclesia, quam cœmeterium eius, vt habet cap. 1. e & consequenter non est necessaria reconciliatio solemnitè cœmeterij, quam Ecclesiae.

4 Quartò, quòd cœmeterium solemnitè consecratum per Episcopum, si polluat, debet etiam reconciliari solemnitè per Episcopum, aqua solemnitè cū vino & cinere per Episcopum benedicta, vt habet praefatum cap. consuluisti.

5 Quintò, quòd non obstat consuetudo in quaestione propositâ: quia videtur ea niti priuilegio simili ei de reconcilianda Ecclesia consecrata, cuius meminit Innocentius III. quem sequuntur Card. & Panormitanus, & in effectu praefatus Gulielmus vbi supra, nisi forte hoc ex priuilegio sibi competat specialiter.

SVMMARIVM.

2 Parochi omnia que sunt ordinis, exceptis iis que sunt ordinis episcopalis, licent, vnde quam lustralem benedicunt, ecclesiam nondum consecratam, si polluat, aqua à se exorcizata expiant integumentum, & alia ornamenta altarium benedicunt: nu. 3. fallit in iis que sunt eis interdita specialiter, vel iure communi, vt est consecratio corporalium, nu. 1. vel consuetudine, vt sunt vestes, & alia indumenta sacerdotum, num. 3. qua cessante, mero iure possent etiam dicta indumenta benedicere. nume 2 & 3.

CONSILIVM II.

AN vestium sacerdotum benedictio sacerdoti simplici competat? An & integumentorum altarium?

1 Respondeo, quòd hæc quaestio perfunctorie pensata facilis videtur, ferò tamen, & cum iudicio liberata satis difficilis est. Nam frequentior opinio est pro parte negante in clem. attendentes, i vbi Cardinalis ait hoc communitè teneri, & ei concordat Philippus Francus, & Siluester, i pro quibus facit cap. consulto. m quatenus habet corporalia benedicenda esse ab Episcopo, & cap. quauis, n quatenus multa prohibet presbyteris, & in iis altarium consecrationem.

2 Pro parte vero affirmante facit, quòd omnia que sunt ordinis, exceptis que sunt propria ordini episcopali, & que sunt expressè prohibita parochis simplicibus, possunt parochi facere, o at communis opinio habet, quòd Abbates possunt ea benedicere, & consequenter non sunt ordinis episcopalis, nec reperitur iure aliquo specialiter id eis prohibitum, exceptis corporalibus, ergo, exceptis illis, possunt alia omnia indumenta benedicere. Qua ratione hæc partem tenet Angelus. P Facit etiam praefatum cap. quauis. quatenus inter multa prohibita presbyteris nullâ de benedictione sacrarum vestium mentione facit, licet illud communis pro se satis incaute alleget. Facit & cap. aquam, q

a In rational. diuin. off. c. 6. nu. 45. b De consec. eccles. vel alt. c Cap. aqua. de consec. eccles. d Eod. tit.

e De consec. eccles. vel alt. lib. 6.

f In d. cap. aqua. g Ibidem. h Nu. 38. ibi.

i §. statum. de statu monach. k In c. abbat. res. de priuil. li. 6. l In summa, verb. benedictio. §. 2. m De consec. dist. 1. n 08. dist. o Capit. eccle. 95. dist. p In summa, verb. benedictio. post princip. q De consec. dist. 3.

qua parte habet, omnes sacerdotes posse benedicere aquam lustralem, quæ maioris effectus videtur, quam benedictio amictus, vel cinguli, seu zonæ sacerdotalis. Facit & cap. fin. a quatenus habet, presbyterum posse expiare ecclesiam pollutam, si nondum est consecrata, per aquam à semetipso exorcizata: quod maius quiddam videtur, quam benedicere zonam, seu cingulum sacerdotale. Facit denique, quòd communis opinio nullum pro se canonem, neque firmam rationem habet.

3 Itaque nobis propius vero videtur, primum, quòd solo iure scripto attento possit parochus vestes sacras, seu indumenta sacerdotis benedicere.

Secundo, quòd consuetudo vniuersalis videtur contrarium induxisse: & constat eam posse legem inducere, & legem inductam abrogare. b

Tertio, quòd consuetudo praefata religiosa potius videtur mouisse Doctores ad praecenda id esse iuris, quam iura scripta.

Quartò, quòd consuetudinem, quæ in aliquibus terris seruetur, dicerem iuri consonantior.

Quintò, quòd iure & consuetudine arbitror licere parochis integumenta altarium, & alia ornamenta, exceptis vestibus necessariis sacerdoti ad dicendam Missam, benedicere: quia sola benedictio illarum videtur ab eorum potestate consuetudine subtrahita.

DE CELEBRATIONE MISSARVM, ET SACRAMENTO EUCARISTIAE & diuinis officiis.

SVMMARIVM.

1 Die Natiuitatis Domini iure communi nemo tenetur audire tres Missas, nec sacerdos eas celebrare, num. 2. licet possit: siue dicat omnes tres post auroram. siue primam antea, & alias post: secundam autem & tertiam ante auroram dicere non potest: & si is facit, si vnam tantum dicat, secundam inquam, vel tertiam.

CONSILIVM I.

QVæstum est primo, an omnis sacerdos in die Natiuitatis Domini teneatur sub praeccepto celebrare tres Missas.

Secundò, qua hora illas dicere conueniat.

Tertiò, vbi sunt plures sacerdotes, an omnes debeant dicere primam vel omnes ante auroram, vel si non tenentur omnes dicere, quam, vel quas omittere possint.

Ex eis quæ latius commenti fuimus in cap. nocte sancta, c & breuius in Manu. confessor. d & aptius quo ad propositum in cap. 21. e colligi potest breuis responsio ad quaestiones supradictas.

1 AD PRIMAM quidem, quòd iure tantum communi attento, & secluso voto, iuramento, promissione, & statuto particulari, vel alia obligatione speciali, nullus sacerdos tenetur dicere tres Missas in nocte & die sancta Natiuitatis Domini. Tu quia in nulla illius parte id praecipitur, quòd sentit glossa praefati cap. dum pro verbo celebrant, ponit verbum celebrantur, significando quòd verbum celebrant, non est verbum praecceptum imperatiui modi, sed verbum narratiuum, & permissiuum optatiui, vel subiunctiuu modi. Tum quia S. Thomas, f communitè receptus sentit praefatum cap. quò ad singulos Christianos continere consilium, quò ad effectum celebrandi, & audiendi celebrantem, quòd nos magis expressimus. g

2 AD SECVNDAM, quòd sacerdos illo die potest solo iure communi attento dicere omnes tres, vnam noctu, & duas post auroram, & omnes tres post eam, & primam tantum earum ante auroram, & alias duas solas, vel cum prima post auroram, & secundam, & tertiam, vel vnam tantum earum post auroram, & neutram illarum ante illam.

AD TERTIAM, quòd in Ecclesia, in qua sunt plures sacerdotes, vnus solus, & omnes possunt dicere ante & post auroram primam illarum, & secundam, & tertiam post eam, & neutram ante illam, & possunt alteram illarum, quam volent ommittere, vel dicere, attento, vt dixi, solo iure communi, & nihilo alio, quòd minuat vel auget facultatem à iure communi concessam, accedente. Salua, &c.

Sed quòd qui audit Missam noctis Natalis satifaciat praeccepto, notat Siluester verb. Missa 2. post num. 1. vers. dicitur secundo: vnde

a De consec. eccles.

b Cap. fin. de consec. 1. 2. C. qua sit lon. conuet.

c De consec. dist. 1. d Ca. 25. nu. 87. e Nu. 2.

f In 3. par. q. 80. art. 10. g In 4. dist. 12. q. 3. art. 1. h In d. dist. cap. 21.

idem videtur posse dici de celebratione licet D. Nauarrus hic vtatur illa dictione, alteram, qua dicitur de duobus: sed quia alterum etiam potest dici de tribus, ideo potest dici D. Nauarrum non dissentire à Siluestro.

S V M M A R I V M.

1 Missas duas in die celebrare licet ob necessitatem, seu vtilitatem non dicentis, sed audientis: & qua sit sufficiens, arbitrio boni viri relinquatur. nu. 2.

CONSILIVM II.

AN liceat sacerdoti in magna sacerdotum penuria bis in die Missam celebrare: quia est nunc in Anglia sacerdotum inopia, vt in itinere centum miliarium vix tres Catholicos sacerdotes reperias, qui Missam celebrēt, & sacramenta ministrent.

1 Respondeo, licere. Tum quia cap. consuluisti, a habet expressē, posse quem bis celebrare propter necessitatem: & in hoc casu occurrit illa. Tum quia ex illo cap. colligit Cardinalis Panormitanus, & alij, quod regula de nō dicenda Missa ab vno eodem die bis, fallit in casu necessitatis, qualis est hic. Tum quod glossa eiusdem ca. habet posse quem dicere duas Missas, causa vtilitatis non quidē dicentis, sed audientis, vt ibi Cardinalis egregiē adnotauit: & in casu proposito occurrit necessitas audientis, vel audientium.

2 Tum quia, quæ necessitas ad hoc sufficiat, relinquatur arbitrio viri prudentis, vt adnotauit Panormitanus ibidem, & probatur ea efficaci ratione, quod cum aliquid indeterminatū iure statuitur, determinatio arbitrio boni viri est faciendā. b At quilibet vir prouidus, & bonus iudex, qui legerit & perpendit casus, in quibus licet bis in vno die celebrare propter necessitatem, vel vtilitatem, quos summam nos colligimus in Manual. confess. c facile iudicabit in casu proposito iustam occurrere necessitatem, ob quam id fieri, possit denique quod Cardina. d expressē habet id posse fieri propter raritatem sacerdotū, quæ in hoc casu maxima esse proponitur. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Missas secundum ritum & ceremonias Missalis sub ipso recognitioni dici cum bulla precipiat Pius V. sua bulla, sequitur vt etiam debeant dici orationes assignata, dicenda dum sacerdos vestibus se sacris induit, & nu. 2. illarūque omisio esset mortalis, si ex contemptu fieret, vel etiam si omnes sine causa reputata legitima ommitteret, secus si vnam aut alteram, modo cesset contemptus. nu. 4.

2 Presbyter sine sacris vestibus etiā metu mortis missando peccat.

3 Gerundium adiectiuum, vel participium passiuum necessitatem signant.

CONSILIVM III.

AN orationes, quas dicunt sacerdotes, cum vestiuntur vestibus sacris, sint præceptæ?

1 Iustus respondere huic quæstioni ab eo, cuius ego responsum libentissimē audire, & ei parerem, sub eius eumētissima censura, respondeo, pro indubitato me habere obligari presbyteros ad dicendas preces ordinatas in Missali, vt eas dicant, cū vestiuntur sacris vestibus. Tū quia scilicet Pius V. iussit, vt Missa dicantur secundum ritū & ceremonias in suo Missali institutas, vt habet bulla eiusdem: & in Missali postea recognito sub rub. ritus seruandus in celebra. Missa, habet singulas orationes pro singulis vestibus institutas esse dicendas à sacerdote, cū se illis vestit. Tum quia consuetudo antiquissima totius Ecclesiæ saltem Latinæ seruat illud à tempore immemoriali: & constat consuetudinem rationabilem esse seruandā, cū deficit lex, e præsertim cum est immemorialis, quæ habet vim constitutionis, f & consequenter licet nulla esset lex, quæ presbyteros ad hoc obligaret, est tamen consuetudo notoria, quæ ad id obligat, iuxta l. de quibus. § 2 Tum quia certum est presbyteros peccare missando sine sacris vestibus: adeo quidem, vt nos scripserimus in Manual. confess. h sequenti Caietanum, qui non posse licet Missam celebrari sine vestibus sacris, etiam ob metū iusti timoris, etiam mortis: & constat prædictas orationes esse

a De celebra. Miss.

b Leg. i. ff. de iur. delib. ca. de causis. de off. deleg. c. Ca. 25. nu. 87. d. In eod. cap. 73.

c Ca. consuetudo. i. dist. & cap. fin. de consuetud. f. Cap. super quibusdam. §. præterea. de verb. sign. l. hoc iure. §. ductum aqua. ff. de aqua quot. & aff. g. ff. de legib. c. l. 2. C. qua sit long. c. su. h. Cap. 25. nu. 83. i. l. 2. quæ. q. 6. art. 4.

quædam accessoria prædictis vestibus, & accessorium debere sequi naturam principalis, iuxta ca. accessorium, a cum iis quæ ibi glossa citat. Tum quia nihil cum scandalo est agendum, b & grande scandalum esset toti clero, quod presbyteri orationibus omisis sese induerent, & ad missandum pararent. Tum quia non obstat, quod prædictus Pius V. non posuit præfatas orationes in prima sui Missalis editione: quia etiam nihil meminit de vestibus ipsis, quæ erant principaliora precibus. Immo argumento retorqueri potest in arguentem sic, Non meminit ille piissimus Papa in prima editione Missalis, & postea addidit in eius recognitione, ergo sensit defectum fuisse notabilem, & memorandum, atque supplendum.

3 Tum quia non obstat etiam dicere, quod in præfata recognitione non est verbum præceptiuum: partim quia, licet non sit expressum, est tamen tacitum, dum rubrica, cui debet conuenire nigrum, habet Ritum seruandus in celebra. Missa, siue verbum seruandus sit gerundium adiectiuum, quod significat necessitatem, iuxta glossam, c & clarius, si est participium, quia participia passiuā resoluuntur regulariter in verbum debet adiunctum infinitiuo passiuo, ita verbum ordo seruandus, resoluatur in illa verba, Ordo qui seruari debet.

4 Maioris autem quæstionis est, an illarum omisio esset peccatum mortiferum: & quidem putarem esse tale, si per contemptum fieret, quia etiam omisio consiliorum talis est, si fiat ex contemptu, iuxta glossam singularem & receptam, d immo etiam si omitterentur omnes absque contemptu scienter, deliberatē, sine causa, aduertendo se illa omittere: quia esset notabilis defectus eorum, quæ in vestiendis sacris vestibus requiruntur, qualem esse mortiferum nos probamus in Enchir. de orat. e non autem si eas omitteret per incogitantiam, vel obliuionem, & aliam causam, quam reputaret ad id iustam, etiam si non omnino talis esset, per ea quæ scripsimus in Manual. confess. f neque si vnam, vel alteram illarum omitteret scienter, & sine vlla causa, absque tamen contemptu, quia in omni materia paruitas & subreptio transgressionis legis, vel consuetudinis excusat à mortali, per ea quæ aiunt S. Thomas & alij citati à nobis. § Per quæ omnia explodi possunt scrupuli omnes, qui ex antinomia præfata circa hoc cuiuspiam insurgerent. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Missam celebrans addere clausulam, Et Regem nostrum, vbi adest consuetudo, &c.

1 Lex pro parte vsu non est recepta, non obligat, & pro lege habetur, quod legislator interrogatus respondit.

2 Festum Præsentationis B. Mariæ, & aliquot alia celebrari possunt in quibusdam regnis.

2 Legem Superioris inferior ex magna transgredi potest, & ex ea contra canones statuere potest Episcopus.

CONSILIVM IIII.

VTrum in vltima oratione, quæ in Missa post communionem pro Papa dicitur, addere liceat iuxta antiquum vsu, Regem nostrum cum prole regia, & Episcopum nostrum, &c. non obstante bulla Pij V. in nouo Romano Missali, qua Pius V. in Missarum celebratione, decernēdo, nihil vquam addendum, detrahendum, aut mutandum esse præcipit, ne sacerdotes alias ceremonias, vel preces, quam quæ in dicto Missali continentur, addere, vel recitare præsumant.

Secundo, vtrum festum Præsentationis B. Mariæ, Sancti Hermingildi, Coronæ Domini, & Angeli custodis in Archiepiscopatu Casaraugustano celebrari possint, iuxta declarationem, quam Don Ferdinandus ab Aragona Archiepiscopus Casaraugustanus fecit.

1 AD PRIMAM quæstionem respondeo affirmatiuē, quod possunt addi. Tum quia lex, quæ non est recepta, non obligat. iuxta §. leges. h & glossam solemnem in c. r. i vbi latē Felinus: ad nihil quidē, si in nihilo recipiatur, neque ad partem, quo ad quā non est recepta, etiam si quo ad alias omnes recipiatur, per ea quæ nos tradim⁹ in Manual. confess. k & conf. præfata legem quo ad prædictam particulam non esse receptam in Hispania. Tum quia lex, quæ

a Dereg. iur. li. 6. b Matth. ca. 18. c. nihil. de prescrip.

c In rub. ff. de edendo.

d In cap. qui autē. 10. dist.

e Super cap. quando. de conscri. dist. 1. cap. 10. nu. 9. f Prælu. 9. d. nu. 10. præsertim nu. 10.

g Vbi supra nu. 11.

h 4. dist. i De vtriusq. & pace.

k Ca. 23. nu. 61.

vetat fieri aliquid, non includit facientem illud per simplicitatem, & bonum finem, sine contemptu, dolo, superbia, & temeritate, iuxta doctrinam Cardinalis a & sacerdotes celebrantes non faciunt præfata commemorationem per superbiam, & contemptum, sed per bonum respectum, & obseruantiam, siue pietatem, qua sunt, & debent esse in suos Reges, & ne ipsi & populus stomachentur propter omissionem tam piæ consuetudinis fundatæ in præcepto Pauli 1. b iubentis fieri obsecrationes pro Regibus, & ijs qui in sublimitate constituti sunt. Tum quia etiam ipso Pio viuente, & postea in hunc diem omnes Hispani seruant illam consuetudinem, & addunt illam particulam in hac ipsa Vrbe in tribus Ecclesijs, S. Iacobi, B. Mariæ de Monserrat, quæ est Aragonum, & S. Antonij, quæ est Lusitanorum: & si rogatus fuisset ipsemet, an esset contentus, vt consuetudo illa seruaretur vniformiter ab omnibus ferè Hispanis recepta, verisimile est respondisset legislator, si fuisset interrogatus, cum legem conderet, iuxta glossam singularem & receptam. c

AD SECVNDAM respondeo primo, quod in eius propositione non narratur declaratio, quam fecit Don Ferdinandus ab Aragona Archiepiscopus Casaraugustanus prædecessor Illustrissimi, qui de hoc dicitur dubitare, super indulgentia & concessione facta Regnis Hispaniarum, addendi aliqua festa, quæ non sunt in Breuiario & Missali Romanis, per quam declarauit celebrari posse in prædicto Archiepiscopatu festum Præsentationis B. Mariæ, S. Hermingildi, & Coronæ, & Angeli custodis, de quibus queritur.

2 Secundo, omisio quæ possunt adduci pro vtraque parte, videtur respondendum, quod declaratio præfata Illustrissimi Archiepiscopi absque vilo reatu seruari potest, donec S. D. N. consultus contrarium responderet. Tum quia facta fuit, antequam Sanctitas eius interpretaretur concessionem illam Pij V. de qua meminit, quam si forte vidisset, eam probasset. Tum quia innititur maxima deuotione populi Christiani sui Archiepiscopatus: & ex magna causa potest iudex inferior transgredi canonem & legem superioris, vt sentit Innocentius receptus, d cuius dictum dilatat ibi Felinus, e confirmando illud per l. si homine. f & quod per illam dixit Baldus, g quod ex magna & euidenti causa potest Episcopus statuere cōtrarius canonici: per quæ omnia probatur fortiori ratione posse defendi præfata declarationem Don Ferdinandus. Tum quia maius scandalum oriretur nunc illi declarationi iam semel susceptæ controueniendo, quàm à principio, cum sola prohibito Pij V. id vetaret: & scandalum, qua parte potest, vitari debet. § Tum quia officia in prædicta declaratione expressa sunt illi regioni valde celebra, & satis pauca, cū in varios menses sint digesta. Tum quia, etsi reliquæ illius gloriosissimi principis Hermingildi non sint adeo nobiles in sua specie consideratæ, sunt tamen maxima, pensata ea, qua sunt magnitudine celebra: in illo celeberrimo cap. Hermingildus. 2. 4. quæst. 1. Salua, &c.

d In cap. 2. de conscri. c à nu. 48. f ff. mand. g In l. omnes populi. ff. de iust. & iur.

h Ca. nihil cū scandalo. de prescrip.

S V M M A R I V M.

1 Missa diebus festis audiendæ præceptum est iuris humani, cui iuxta præscriptionem potest derogari. Illam item, quam Græci ritu suo præscripto dicunt, potest Catholicus audire, modo in ea non fiat, vel omittatur aliquod iuri diuino contrarium.

2 Horas canonicas obligatus recitare secundum aliquod Breuiarium ante 200. annos ab editione Romani editum, non potest priuata auctoritate illas dicere secundum Breuiarium Romanum, nisi prius Episcopus cum Capitulo, seu Prelatus cum conuentu communiter Romanum receperit.

CONSILIVM V.

AN Italus habitans in terris Græcorum in die festo Missam ritu Græcorum audire possit, an verò excusetur à præcepto Ecclesiæ audiendi sacrum, quando ritum tantum Græcorum audire potest?

Secundo, an Breuiarium priuatum ante 200. annos habens, Romano Breuiario horas recitare valeat.

1 AD QVÆSTIONEM primam respondeo primo, illam esse maximam, & dignam Sophocleo cothurno, quali non licet in præsentia mihi vacare. Secundo, quod responsurus ad illam informandus esset prius de modo

celebrandi Missas illarum terrarum, an sit contrarius ritui Catholicorum necessario iure diuino in eis celebrandis seruando, an non, licet sit contrarius in aliquo iuri canonico consuetudine antiqua abrogabili. Nam si priore modo esset contrarius, non liceret Catholico eam audire, quia iure diuino eius auditio videretur prohibita, sicut & ipsa celebratio, cum esset consensus in peccatū iure diuino prohibitum, & ita danabile, iuxta illud Pauli ad Rom. 1. & cap. 1. a cum ei similibus. Si autem posteriore modo esset contrarius, cessaret hæc obiectio: quia Græci non obligantur in terris suis celebrare secundum modum Catholicorum abrogabilem, si iam est abrogatus. b Informandus etiam esset de consuetudine, quam obseruant, vel obseruarunt præfati Catholici circa eam audiendam: quoniam si esset legitime præscripta, posset excusare ab audienda illa, quia præceptum de audienda illa festis diebus humanum est, vt colligitur ex ca. missas. c & aliis multis locis. Informandus esset etiam de aliquibus alijs, de quibus nulla informatio datur, & ita nulla responsio certa reddi potest.

AD SECVNDAM quæstionem responderetur, videri eam duplicē sensum habere. Alter est, an clerico habenti aliquod Breuiarium priuatum ante ducentos annos scriptum, liceat vti nouo Romano? Ad quem in hoc sensu acceptam respondendum videtur affirmatiuē, quia Breuiarium illud priuatum, siue auctoritate priuata scriptum non excipitur à generali præcepto dicendi Horas iuxta formulam huius noui Romani.

2 Alter sensus est, an clericus habens Breuiarium publicum auctoritate publica Episcopi, vel alia legitima compositum ante ducentos annos, priusquā institueretur hoc nouum Romanum, per cuius formā obligatur dicere horas, possit dicere illas secundum formam huius noui? Et ad hanc quæstionem in hunc sensum acceptam respondendum videtur negatiuē, quod nō, nisi de cōmuni consensu Episcopi & Capituli susciperetur pro Breuiario, per cuius formulam omnes recitarent, argumento à contrario sensu præfata bulla, quæ habet, quod obligatus ad pronuntiandas horas secundum formulam breuiarij ante præfatos ducentos annos compositi possit relinquere illam, & dicere secundum hanc nouam, consentiente prælato & maiori parte prædicti Capituli, vel conuentus, significans à contrario sensu, quod non potest id facere suo solo consensu priuato: quod argumentum à contrario sensu est firmum in iure. d

Pro hac 2. quæstione vide Consilium 15. & 16. & quæ ibi notatur.

S V M M A R I V M.

1 Defunctorum Missa, & officium vt pro me adhuc viuente dicatur, curare possunt: caueat tamen sacerdos, ne orationes, in quibus enunciat aliquem mortuum, mihi applicet.

CONSILIVM VI.

VIVENTI an liceat facere celebrare officium, vel Missas defunctorum pro se, antequam moriatur?

1 Respondeo, quod licet vno se procurare, vt fiant, vel dicantur Missa, vel officium defunctorum pro se, antequam moriatur, modo caueat sacerdos, ne orationes, per quas pronunciat aliquem, vel aliquos esse mortuos, applicet illi viuo, qualis est illa, quæ incipit, Inclina, quæ habet illa verba, animam famuli tui, quæ de hoc saculo migrare iussisti, & alia similes: quia id esset mentiri, quod nunquam licet etiam in loco profano & sermonibus profanis. e

S V M M A R I V M.

1 Missa ne tecto capite dicatur, nullo iure speciali, sed solum generalis, & num. 5. speciali tamen consuetudine inhibitu videtur. nu. 6. in fin.

2 Missas etsi ex consuetudine amictum super humeros retorqueat, non tamen prohibetur eo in capite retento, & num. 4. & 5. & id modo cesset scandalum, nu. 5. etiam sine alia causa infirmitatis celebrare, num. 6. alio autem pileo vti tunc licebit, præsertim vsque ad consecrationem, si ad sit manifesta causa alijs nota: quod si sit dubia, Episcopi, si potest commode, obinenda erit dispensatio. num. 6.

3 Amictus oratio potius respicit caput, quàm humeros.

4 Missa Sabbati sancti in primitiua Ecclesia sub nocte celebrabatur.

5 Missa vrgente necessitate dici potest in loco non sacro.

a De officio deleg.

b Arg. c. fin. de consuet.

c De consecr. dist. 1.

d Le. n. ff. de officio eius cui mand. & ca. à nobis. 2. de sententia excommunicacionis, &c.

e Ca. 1. & c. cum humilitati. 22. q. 2.



CONSILIVM VII.

N. SACERDOS laborat debilitate, & frigiditate capitis, adeo vt nullo pacto eo detecto stare possit.

Quartur, an celebrare possit Missam tecto capite. Respondendo primò, vidisse me quinquaginta abhinc annis in diocesi Legionensi terra Hispaniæ frigida quemdam presbyterum senem hyeme valde frigida celebrantem Missam capite pileolo tecto, quod tunc aliquatulum me offendit.

Tum quod non memineram vidisse aliquem ita celebrantem: & quod ea quæ contra mores fiunt, videntur esse vitanda. Tum quia cum tunc essem ætate iunior, arbitrabar posse illum præstare, quod ego præstābam: sed postea cum longe senior venissem ad Urbem, vidi quemdam facultatem habentem intra domum celebrandi celebrantem panniculo lineo supra caput ob frigiditatem & dolorem capitis superposito absque vlla dispensatione.

Tum quia solis familiaribus præsentibus, & in loco priuato sine vllius scādalo id aliquot vicibus faciebat. Tum quia nullo iure id videretur specialiter prohibuitur. Tum quia vidi aliquos seniores, & ægrotos canere in choris ecclesiarum, & officium præsertim nocturnum facere capitibus ad obuiandum frigori bene tectis.

Secundo respondeo, videri mihi licere dicere totam Missam capite amictu sacro tecto. Tum quia totius Ecclesiæ instituto ad faciendum Missam vtimur sacro amictu, quo caput operimus: & non memini vllum canonem, quo iubeatur illum in collum retorqueri, licet consuetudo generalis id habeat. Tum quia videretur nobis in primitiua Ecclesia solitos fuisse presbyteros missare capite amictu tecto. Tum quia licet aliquot, in quibus est etiam S. Thomas b significant amictum esse vestem superhumeralem, indutam ad significandam fortitudinem necessariam ad celebrandum diuinam, quia fortitudo præcipue in humeris viget: nobis tamen aptius & rationabilius videtur esse tectorium capitis, illo inrefragabili totius Ecclesiæ instituto, quo iubemur dicere, quando eo amicumur, illa verba, Impone Domine capiti meo galeam salutis ad expugnandos diabolicos incurfus, in quibus illud verbum, galea, palam significat armaturam capitis, & expressius verbum, capiti meo, nulla de humeris facta mentione.

Omnia item alia verba, quæ significat finem, in quem amicumur, scilicet vitatio fraudum diaboli, & superatio versutiarum eiusdem, potius respiciunt caput, quam humeros: quia magis fiunt per prudentiam, & sapientiam, quæ habent sedem in capite, quam per vires corporis, quæ collocantur in humeris. Tum quia doctissimus ille Episcopus Miniatensis auctor Rationalis diuinorum officiorum c sic ait. Ideo amictu caput operimus, ne circumquaque liberè prospiciendo illicita cogitemus.

Quibus verbis videtur sentire amictum magis esse tectorium capitis, & sensuum in eo constitutorum, ne ad extranea vagentur, quam tectorium humerorum, sine quo illi reguntur. Tum quia verisimile est, sacerdotes potius induxisse consuetudinem eum ad collum demittendi, ad leuandum se fastidio tenendi eum in capite, & velandi ferè oculos, aures, & alios sensus, quam ad significanda alia mysteria, quæ sine aliqua violentia significare nequeunt. Tum quia non obstat dicere, quod per consuetudinem generale liceat celebrare illo ad collum retorto: quia non sequitur ex hoc, quod non liceat celebrare illo in capite retento. Nam vt in Enchir. de oratio. d diximus consuetudinem quidem induxisse, vt liceat hodie Missam Sabbati sancti, quæ in primitiua Ecclesia celebrabatur sub noctem longe post meridiem, celebrare sub meridiem, vel paulo ante, non tamen induxit, vt non liceat celebrare post meridiem, immo hoc videtur religiosus: sicut item adhuc tempore S. Thomæ non licebat cœnare die ieiunij, nisi peruentum esset vsque ad horam nonam, id est vsque ad 2. vel 3. post meridiem, vt colligitur ex eodem c & quamuis consuetudo induxerit, vt liceat cœnare in meridie vel circa, non tamen induxit, vt non liceat differre cœnam in horam nonam & tardiorē: Ita videtur, quòd etiam hodie liceret celebrare Missam tecto capite amictu, quamuis liceat per consuetudinem generalem celebrare etiam eo ad collum retorto, cessante scandalo, cum quo nihil licet. f

Tertio, quod ex hoc solo non sequitur satis licere celebrare tecto capite pileolo, vel alio amictu non sacro: quia à separatis non fit illatio. a Facit ad id tamen multum, quod in primitiua Ecclesia celebraretur capite tecto amictu, & quod etiam nunc liceret id facere, si non esset audientibus scandalum. Faciunt etiam supra insinuata, nempe quod nullo iure id specialiter prohibeatur, sed generaliter tantum, nempe, vt diuina sacramenta reuerenter tractentur, & non desinant illa ita tractari, eo quod ex iusta causa, & necessitate vitandi frigoris, vel doloris capitis, pileolo aliquo honesto caput tegatur. Nam & necessitate grandi vrgente potest quis dicere Missam in loco non sacro, b quod longè magis adhorret à sacris canonibus citatis ibi per gloisam quam celebrare partem Missæ tecto capite aliquo honesto pileolo.

Quare resoluendo respondeo primò, quòd non solum debili, vel ægrotò, sed etiam sano, & forti liceat celebrare etiam hodie capite amictu sacro tecto, ad honestius, attentius, & religiosius celebrandum, cessante scandalo, quod faciliè cessabit publicata causa qua id facit. Secundo, etiam licere ex iusta causa aliis nota & manifesta celebrare, præsertim vsque ad consecrationem, capite velato aliquo velamento honesto ad resistendum frigori, vel dolori capitis instanti, etiam sine dispensatione argumento illius dicti S. Thomæ c quod habens iustam causam manifestam non ieiunandi licitè potest frangere ieiunium.

Tertio, quòd minor causa sufficeret ad celebrandū capite tecto aliquo panniculo albo, quam alio pileolo: quia propius ille ad amictum sacrum accedit, quam hic.

Quartò, quòd si causa non esset manifestè iusta, sed dubia, & posset commodè adiri Episcopus, deberet impetrari dispensatio ab eo: quia etiam habens causam non ieiunandi dubiam, debet eiusmodi dispensationem impetrare ab Episcopo, vt ait præfatus S. Thomas receptus, & negari non potest præcepto generali de reuerenter tractandis sacramentis, & speciali consuetudine inductum esse, ne quis velato capite, alio, quam sacro amictu celebret. Salua, &c.

SVMARIVM.

- 1 Missa pro vna sacerdos à pluribus in id non consentientibus pitantias accipiens etiam de superioris licentia non satisfacit, nisi pitantia sint adeo tenues, vt iuste presumi possit dantes non intendere, vt tota Missa ipsis applicetur. num. 3.
2 Missam pro vno, & pro alio collectam dicens non satisfacit.
3 Missa valores infiniti, sed non infinite applicatur satisfactioni.

CONSILIVM VIII.

SACERDOS regularis an à pluribus pitantias pro vna Missa accipiendo peccet, & an excusetur, si de licentia seu ordine sui Superioris illas accipiat, vel si satisfaciat pro vno dicendo sacrum, pro alio in eo orando, & collectam dicendo, vel applicando partem Missæ sibi debitam pro intentione aliorum.

Respondendo, quòd non, vt respondimus in Manu. d nisi expressè, vel tacitè consentiant illi, pro quibus dicenda, vel quibus ipsa Missa est promissa, vt dicitur ibidem, & paulo ante e per rationes, quæ tanguntur in eisdem numeris, nec scientia, nec licentia Superioris in hoc quicquam prodest, quia non habet ipse potestatem remittendi obligationem soluendi debitum, quæ iure naturali, diuino, & humano contrahitur, iuxta cap. si res aliena. i & ca. peccatum. s nec potest quis dare alteri facultatem, quam ipse non habet, h & ipsemet Præfatus nulla ratione habet facultatem satisfaciendi per vnam Missam duobus, quibus singulæ debentur, cum omni iure statuat non minem liberari ab obligatione soluendi aliquid vni, eo quòd debitum illud soluatur alteri. i

Quod autem prædictarum collectarum adiectio non sufficiat ad id, colligitur ex eo, quòd per illas collectas nō potest sacrificis tollere partē valoris Missæ debite vni, vt applicet alteri, per ea quæ dicimus in d. Man. k Nec obstat opinio S. Thomæ l & Caietani & aliorum sequacium Thomæ dicentium, quod vna Missa dicta pro pluribus tantum prodest singulis eorum, ac si singulæ dicerentur pro singulis: quia Thomas non recipitur communiter in hoc, & vsus Ecclesiæ habet contrarium.

a T. Papin ff. de mmor.

b Cap. sceni, de consecrat. dist. 1.

c 2. 2. q. 147. art. 4.

d Ca. 25. nu. 111.

e In eod. cap. nu. 92.

f 14. q. 6. g De reg. iuris lib. 6.

h Cap. quod autem, de iure patron.

i Ca. ea qua. de iur. iuran.

k Nu. 92. l 3. par. 9. 70. art. 5.

Tum quia licet Christus in Missa oblatus sit, & valores eius sint illimitati & infiniti, non tamen infinite & illimitatè applicantur satisfactioni, sed limitatè, vt in dicto Manu. tangitur. Quod autem nec paruitas pitantiæ in id prodesse possit, a etiam monstratur, nisi tanta esset paruitas, vt iuste præsumi possit, quod is qui dat pitantiam, non dat illam, vt tota vna Missa ei applicetur, sed tantum aliqua pars eius, quæ sacrificio videbitur.

SVMARIVM.

- 1 Missa suffragium mortuis applicari potest intentione, memoria in canone, item per collectas, sed plenius per applicationem totius Missa de requiem.
2 Missa pro pluribus dicta, singulis nō ita prodest, ac dicta pro vno.
3 Suffragandi defunctis modus aptior per collectas, quam per solam intentionis applicationem, vel memoriam in memento.
4 Suffragium pinguius erit, si intentione ante Missam, memoria in canone, & in collectis, mortuis suffragemur, quam vno tantum vel duobus modis.
5 Missa & collecta de defunctis sunt aptiores illis, quam de viuus.
6 Commemoratio de mortuis non vetatur fieri in Missa priuata de festo: immo in die festo potest dici Missa de defunctis.
7 Specialis precatio pro mortuis fit in omni Missa quamlibet solemnium.
8 Collegiata in Ecclesia dua Missæ quotidie collegialiter dicenda, vna de defunctis, altera de tempore vel festo.
9 Missam peculiarem non esse in solemnibus festis dicendam, vt intelligitur.
10 Auditione cuiuslibet Missæ, etiam priuata, etiam peculiaris, satisficit præcepto de sacro audiendo.
11 Missam de S. Maria quotidie dici, per statutum potest ordinari, modo id onus vni soli non imponatur.
12 Prælati facultate diminuendi obligationes iam inductas dicendi Missas sibi data parè vt antur, & non sine iusta causa.
13 Missas diminuens imponant eas dicturis, vt iuuent mortuos intentione ante Missam applicando eius valorem, & in Missa canone, & per collectas, & quod hac fieri possint virtualiter.
14 Collecta de defunctis potest dici etiam in festis solemnibus.

CONSILIVM IX.

EX CONCILII Tridentini præscripto b tributa est facultas Episcopis, vt in Synodo diocesana circa Missarum reductionem statuere possint, quidquid ipsi expedire censuerint: ita tamen, vt eorum defunctorum semper commemoratio fiat.

Dubitatur, an commemoratio prædicta satisfieri possit sola intentione, Missarum applicatione, aut sola, ac simplici commemoratione in memento. aut potius certis collectis, & quibus, & si pro defunctis, quid faciendum festis diebus, quibus collecta defunctorum ex rubricarum regulis haud fit.

Respondendo primò quæstionē hanc circumspectissimè propositam videri, quatenus triplicem modum applicandi mortuis Missarum suffragia præsupponit, scilicet per intentionem animi, & per memoriam, quæ fit in decima parte canonis Missæ, quæ incipit, Memento etiam, &c. & per collectas expressas in ipsa Missa, vt colligitur ex cap. cum grauius, & cap. non astinemus, & cap. anima. & aliis multis c adiuncto cap. visum. d & nihilominus maior & melior esset per totam ipsam Missam de defunctis, vt probat Panormitanus. e

Secundò, quòd piè, certè, ac verisimè præsupponit vnam Missam dictam pro pluribus non prodesse singulis eorum tantum, quantum prodesset vni eorum, si pro eo singulariter diceretur, vt post alios dicimus etiam nos in Manu. confe. f quidquid Ludouicus Romanus male consuluerit, g & aliquot alij, quos non expedit referre, non rectè intelligentes D. Hieronymum. h

Tertio, quòd prædictorum trium modorum suffragandi per Missas optimus videtur esse per collectas, cæteris paribus: quia triplex bonum, cæteris paribus, melius & maius est vno. i At suffragatio per collectas includit alias duas, alia verò non illam: qui enim debito modo per collectam suffragatur, intendit applicare suffragium defunctis, pro quibus pronunciat collectam, & facit memoriam eorum, & præterea precatur pro eis verbis appositis, & ab Ecclesia consuetis.

Quartò, quòd cæteris paribus suffragium ef-

set suffragari primum intentione ante Missam, & memoria debite habita in prædicta decima parte canonis & in tribus collectis, quæ de more adduntur, eadem ratione: quia hæc trina applicatio continet applicationem collectarum, & multiplicat intentionem, & memoriam debitam: per intentionem enim habitam ante Missam, & memoriam debite habitam in secundo memento, non tollitur, neque excusatur intentio, & memoria actualis, vel virtualis, quæ habendæ sunt à pronunciante rectè collectas prædictas.

Quinto, quòd cæteris paribus collectæ Missarum de defunctis sunt in hoc aptiores, & fructuosiores, quam collectæ Missarum de viuus. Tum quod specialia præferuntur generalibus. a Vnde & quod singulariter promittitur, magis obligare dicitur, b & quod specialis prouisio melior est generali, c & per collectas Missæ defunctorum singulariter, specialiter, expressè, ac directè oratur pro illis, per collectas autem aliarum Missarum non ita. Tum quia, vt supradictum est post Panormitanum, d Missa pro defunctis cæteris paribus magis prodest defunctis, quam Missa de sanctis, vel feria. ergo etiam collecta Missæ de defunctis magis proderit, quam collecta Missæ de viuus: quia quod iuris est de toto ad totum, id est de parte ad partē. e

Sexto, quòd nullo iure vetatur fieri commemoratio de defunctis in Missa de festo saltem priuata, immo expressè permittitur, & interdum præcipitur. Tum quia in qualibet Missa quamlibet solemnium debet fieri, & semper fit precatio specialis pro mortuis. f Tum quia iure communi in Ecclesiis collegiatis quolibet die sunt dicendæ duæ Missæ, altera de defunctis, altera de festo, vel feria occurrente, iuxta ca. cum creatura. g quod Panormitanus clarius aliis sic summat. In ecclesiis collegiatis debent celebrari duæ Missæ collegialiter, vna pro defunctis, & alia secundum exigentiam diei, vt pro festo, si festum occurrat, vel pro feria, si feria. & Archidiaconus, h reprehendit eos qui dicunt in Missa de Dominica non esse orandum pro defunctis, & Panormitanus eleganter & eruditè consulit, i dicendas fuisse quolibet die etiam festo 30. Missas de defunctis, quas quidam testator ordinauit dicendas pro anima sua.

Septimo, non obstat prædictis ca. & hoc attendendum, k quod videtur probare, non esse faciendas Missas peculiare in festis solemnibus: & constat bonam partem Missarum de defunctis esse peculiarem: non inquam hoc obstat. Tum quia non loquitur specialiter de Missis, de defunctis, sed generaliter de peculiaribus, quales sunt omnes priuata, siue sint Missæ de defunctis, siue de viuus, & constat licere diebus quamlibet solemnibus dicere peculiare de viuus, vt videmus in tota Christiana Ecclesia seruari. Tum quia solum probat peculiare non ita esse faciendas, vt impediatur accessus ad solemnem Missam, quod non fit magis per Missas peculiare de defunctis, quam per peculiare de viuus, immo minus: quandoquidem multò plures omittunt audire solemnem publicam propter auditionem Missarum priuatarum, & peculiarium de viuus, quam propter auditionem peculiarium de defunctis. Tum quia illi cap. fere vbique derogari cœperunt fuit, posteaquam communiter cœpit opinari non teneri nos de præcepto ad audiendum Missa de die, & minus publicam die festo, quod maximè in Vrbe receptū videmus.

Octauo quòd non obstat etiam cap. significauit. l quatenus probat, non valere statutum, vt habens certum beneficium teneatur dicere quotidie Missam de sancta Maria, quia non probat non licere quotidie dicere officium de sancta Maria, sed per nullam ordinationem quemquā cogi posse ad dicendam quotidie Missam de illa, vel aliquam aliam de alio festo, vel de alio officio, quod est longe diuersum. vnde licet ordinari non possit, vt vnus & idem sacerdos dicat quotidie eandem Missam eiusdem officij, potest tamen ordinari, vt Missa vnus & eiusdem officij quolibet die dicatur ab vno, vel pluribus, qui reperiuntur ad id idonei & dispositi, vt pulchrè Panormitanus cui nemo contradicit m respondit.

Nonno, quòd Prælati, quibus data est facultas moderandi obligationes iam inductas ad dicendas Missas in quibusdam Ecclesijs, & monasterijs, diligenter debent, & cum timore lædendi suas conscientias, vt ait ipsismet

a Ca. generi. de reg. iur. li. 6. c. le. in 10. ff. eod.

b Ca. quam. quam. 23. dist. c Cap. si aduersus. de ha. ret.

d In d. conf. 99.

e Le. qua. de tota. ff. de res. vendic. c. ca. pastoralis. §. uem. sro. um. de off. deleg.

f D. c. i. sum. de consecrat. dist. 1. c. cap. i. §. g. De celebr. m. ff.

h In d. ca. vi. sum.

i In d. conf. 99.

k De consec. dist. 1.

l De præben.

m In d. conf. 99.

a Ca. qua. cōtra mores. 8. dist. c. cap. quisquū. 41. dist.

b In 4. libr. sent. dist. 24. q. 3.

c Lib. 2. ca. 2.

d Cap. 3. nu. 43.

e 2. 2. q. 147. art. 1.

f Ca. nihil cū scandalo. de præscrip.

a Eod. num.

b In c. 4. ff. 25. de refor.

c 13. q. 2. d Et c. de nominibus. de consecra. dist. 1. c. cum creatura. de celebr. Missæ. e In conf. 99. vol. 2. nu. 4.

f Cap. 25. nu. 103. g Conf. 33. 9. h In cap. non mediocriter. de consecrat. dist. 5.

i Capit. 1. de treu. c. pace. aub. itaque. C. communi. de success.

Concilium quod hanc facultatem dedit, prædictam reductionem, & diminutionem Missarum facere. Tum quia agitur de mutanda, vel de diminuenda voluntate & dispositione, quam dominus rei habet in eajuxta *l. in mandata. 2* quæ est contra ius illud naturale, id quod nostrum est sine facto nostro ad aliud transferri non potest. *b* Tum quia commutatio vltimarum voluntatum defunctorum ob magnam rei difficultatem soli principi non recognoscitur superiorem conceditur, & in relictis vel donatis ad pias causas soli Papæ, idque iusta causa interveniente secundum Innocentium, Panormitanum, & communem, quæ definit esse contra ius naturale contentum sub septimo præcepto Decalogi, ne quis sua re priuatur, & consequenter, ne cuiuspiam dispositio iusta de re sua facta impediatur, tollatur, minuat, vel muretur ab alio: quia illud effectum est alium re sua, vel iure disponendi de illa priuare. Tum quia multi prælati, & multa Capitula, & conuentus facili se obligant ad dicendas Missas, & alia diuina officia, cum auaritia, cum cognatione, amicitia, & precibus, & facilius postea pœnitent eos oneris suscepti, & desiderant & procurant se illo exonerare, vel diminueri, sine tamen acceptorum restitutione, cum magno relinquenti, vel donantium scandalo, quod est vitandū. *f*

*10* Decimo, quod ex his sequitur, prædictos Prælatos, quibus facta est noua hæc facultas contra canones antiquos, iuste posse ac debere onerare illos, qui dicti sunt Missas diminutas, & in numerum minorem redactas, vt animas defunctorum iuente tripliciter applicatio eis valore eius intentione aucte Missam, memoria in Missa memento, & speciali collecta conuenienti. Tum quia hoc sine iactura temporis & alterius operis fieri potest. Tum quia reductio illarum Missarum debet fieri quam conuenientissimo modo potest. Tū quia sanctè addi potest collecta de defunctis etiam in festis solemnibus, vt prædictū est: quamuis etiam permitti possit, vt in maximè solemnibus omittatur, ad gloriam eorum referendo illam omissionem, & gloriam in præfatorum defunctorum opem & auxilium. Prudentiæ tamen fuerit, eo animo hanc triplicem applicationem iniungere, vt Missaturus satisfaciat per intentionem & memoriam virtutalem, quando per inaduertentiam, vel obliuionem interdum expresse illam non faceret, argumentum eorum, quæ nos de proposito actuali, vel virtuali attendendi ad preces horarias & alia diuina officia post alios diximus in Enchirid. de orat. *8*

SVMMA RIVM.

- 1* Missarum reductioni faciendæ nec multam prodest, nec obest, quod elemosyna pro eis dicendis sit magna, vel parua.
- 1* Elemosyna, quæ offertur à petente fieri sacrum, non datur vt illius pretium, sed sponte & liberaliter offertur.
- 1* Potestas concessa à Pontificibus Generali alicuius religionis dispensandi, vt multitudini Missarum, quas visitando reperiet à monasterijs receptas, possit minori numero, cum aliqua alicuius boni operis adiunctione satisfieri, competit nedum illi qui erat Generalis die data potestatis, sed etiam successoribus: item & extenditur ad Missas, quæ post dictam diem, antequam fiat visitatio, successiue reperientur acceptæ: & non potest dicta potestate vti quo ad Missas post visitationem à monasterijs recipiendas, num. 2. nisi potestas prædicta Missarum multitudini sic satisfaciendi expresse ad successiue recipiendas extenderetur, nu. 3. immo nec tunc, cum quamdam deceptionem petentiū Missas cōtineat, potest salte sine peccato veniali exerceri, nisi magna id faciendū subsit causa. n. 3. & 6.
- 3* Missarum multarum dicendarum onus ab offerentibus elemosynas suscipere cum intentione dictæ obligationi ex facultate antea concessa aliter satisfaciendi, indecens valde videtur; immo nec sine peccato saltem veniali id potest fieri, nisi ex magna causa. nu. 6.
- 4* Delegabilis minus videtur potestas faciendi, quam dandi, item & illius facti, quod æquè bene non potest per quemuis explicari, quodve respicit publicam vtilitatem, requirivè magnâ animi constantiam, vel respicit principaliter concessionem non iurisdictionis, sed arbitrij, auctoritatis, motusve animi, qui per alium concedi non potest.
- 4* Dispensandi potestas secundum glos. & multos alios non potest subdelegari.
- 5* Causa cognita, cū quid faciendū est, debent omnia authentice geri,

ita vt possit probari cognitione illa adhibita, etia si sint religiosi. CONSILIVM X.

**A**D SEPTEM questiones fratrum Minorū super quibus bulla Iulij II. & alia Leonis X. per quas sit facultas Generali eorū ordinis, vt possit dispensare super multitudine Missarū, ad quas monasteria eorū sunt obligata.

*1* AD PRIMAM quidem respondeo, quod nō solum Generali, qui tunc fuit, sed etiam alijs, qui ei successerunt, & posthac succedent, est data præfata facultas: quia id satis innuit bulla Iulij, & clarè exprimit bulla Leonis. Nec videtur quo ad propositū referre, an elemosyna, quæ data fuit, vel dabitur secundū consuetudinē patrie, sit parua, vel magna, & maior, vel minor. Tum quia non datur, nec dabitur pro pretio eius, & sponte ac liberaliter offertur, iuxta ea quæ post alios nos dicimus in Man. nostro cōfess. *a*

*2* AD SECUNDAM, quod potest dispensare non solum super Missis receptis tempore Generaliū, qui præerant tempore datarum bullarum prædictarum, sed etiam pro postea receptis ante suam visitationem, & tempus, in quo petitur dispensatio: sed non potest facere facultatem recipiendi Missas, seu elemosynas ad dicendas eas, ita quod fratres suscipientes eas possint satisfacere sine dispensatione subsecuta.

*3* Tū quia dispensatio, & absolutio peccati non debent dari antequā fiat, ne videatur dari occasio nimis propinqua peccandi, contra cap. *ex parte. b* Tum quia non decet fratres, dolo, & fraude, ac deceptione rogantium Missas, accipere onus dicendi eas cum proposito illud tollendi. Tum quia Leo X. licet faciat facultatem recipiendi Missas cum facultate redimendi onus eis impositū modo posito in sua bulla in Alemania, & Boemia, nō tamen facit illam omnibus monasterijs ordinis: licet Generalibus faciat facultatem dispensandi super eis, quæ inuenierint receptas: per quam diuersitatem videtur sentire id, quod dicimus. Tum quia negari non potest, valde indecens esse viris adeo perfectis accipere doloisè Missas onustas cum proposito tollendi onera, ne scientibus id ijs, qui rogantur illas: saltem sine causa iusta, quæ fortè inueniebatur in Alemania, & Boemia propter paruitatē elemosynæ, quæ dabatur pro eis dicendis. Tum quia negari non potest propinquiorē causam peccandi dari concedendo, vel dispensando pro Missis committendis, & accipiendis, quā pro iam acceptis. & hanc partem cōsulerem, licet vtraque pars de rigore iuris posset defendi per ea, quæ adduxi in com. indulg. & tetigi in Manu. confess. *d* super illo dubio solemnī, an concessio indulgentiæ, vel potestas dispensandi super voto, & alijs huiusmodi, includat ea, quæ post illā contingunt: vbi tamen tenui partē affirmatiuā, eo quod licet per ea detur occasio aliqua peccandi, nō tamen adeo propinqua, nec adeo indecens, ac daretur in casu præfenti.

**E**D TERTIAM respondetur, quod illa continet duas. Altera est, an præfatus Generalis possit etiam extra tempus visitationis dispensationem præfata facere: & huic respondetur, quod hoc innuit bulla Iulij, & satis clarè exprimit bulla Leonis.

*4* Altera est, an præfatus Generalis possit dispensare per alium, delegando ipsi potestatem suam? & respondetur æquius videri quod non. Tū quia est potestas de faciendo, & non de dando, inter quæ est differentia. *c* Tum quia est factum, quod communiter non potest fieri æquè benè per quamlibet. Tum quia in vtraque loquitur de solo Generali. Tum quod potestas hæc est magna, & videtur requirere constantiam magnam, & concernit vtilitatem publicam animarum. Tum quia concessio huius potestatis non est principaliter cōcessio tam iurisdictionis, quàm cuiusdam arbitrij, & auctoritatis, & motus animi, qui nō potest per alium concedi, iuxta glossam *f* & ex simili potestate tutoris, curatoris, & arbitratoris, quæ non exercitur per alium, vt ait Bartholus in *l. cum magistratus*. per illū textum & alia. Tū per ea quæ colligi possunt ex Innocentio Panormitano & Felino *h* & per Cardinalem *i* & Rotē *k* tenuit potestatem dispensandi non posse subdelegari; per quæ omnia pars hæc videtur verior, quamuis etiam pro contraria facit principium præfati cap. vlt. & primi notabilis Cardinalis, *l* & alia multa, quibus videtur respondere posse per superius insinuat.

**F** AD QUARTAM, scilicet quomodo & quando fieri debeat huiusmodi dispensatio, respondetur, quod debet probari primò præfatas Missas fuisse receptas omnere dicendi eas propter necessitatem fabricæ, & fratrum. Secundò, cognoscere quàm grandis sit multitudo earum, & iubere, vt celebrentur eæ, quæ commodè possint celebrari, & super alijs dispensare. Tertio, quod omnia hæc fiant authenticè coram secretario, vel notario monasterij, coram quo solent fieri acta publica, & cum oportuerit, fiat fides de cognitione præmissa de contentis in bullis, & quod Generalis communicet, & applicet ijs, qui Missas instituerunt, omnia bona, quæ sicut in ordine, vtque ad quantitatem, quæ attingat valorem, quem haberent ipsæ Missæ, si singulariter & integrè dicerentur pro eis, vel ad intentionem eorum.

**A**D QUINTAM respondetur, quod dicendæ sunt omnes collectæ, quæ iubentur dici per præfatos Romanos Pontifices, quia seruanda est forma commissionis. *a*

**A**D SEXTAM respondetur, quod non potest Generalis facere id per Vicarium, per responsum ad tertiam.

**A**D VLTIMAM satis responsum est in responsione ad secundam, scilicet quod sine magna causa non debent fratres recipere, & minus quarere præfatas Missas sine magna causa necessitatis fabricæ, vel fratrum, cum proposito decipiendi eos, qui eas rogarent, vel rogati darent. Tum quia fraus & dolus sunt peccata saltem venialia, iuxta *l. i. b* & tradit S. Thomas. *c* Tum quia fraus & dolus nemini debent prodesse, *d* quamuis propter magnam causam id citra culpam fieri posse videtur asserere finis bullæ Leonis, vt tactum est in responsione ad secundam, scilicet propter vrgentem necessitatē, iuxta glossam. *e*

SVMMA RIVM.

- 1* Missa vna votiua non satisfacit pluribus, qui data elemosyna rogant vt ad eorum intentionem sacrum faciam, nisi adsit eorum tacitus consensus, qui tamen nunquam accedere solet: nec ob paucitatem sacerdotum, nec ob caritatem annona, vt id liceat, petendum est. num. 3.
- 2* Missarum numerus in fundationibus appositus vt minuat, causam præstat diminutio reddituum, & augmentum pretij rerum ad victum necessariorum, prout secundum diuersitatem temporum pinguioribus, vel minus pingues assignantur dotes. num. 3.

CONSILIVM XI.

**I**N QVADAM Ecclesia, vbi sunt sacerdotes beneficiarij, restrictus est numerus beneficiariorum, & diminuti sunt etiam redditus, & victus & vestitus pluris constant nunc, quàm antea. Queritur quid iuris tam circa Missas, quas de nouo suscipiunt dicendas, quàm circa obligationem antiquam, quæ ex fundatione suorum beneficiariorum tenentur facere sacra.

*1* Videtur primò causas prædictas nō esse iustas, ad hoc, vt Missæ votiuæ, quas petunt deuotæ personæ, vt ad intentionem suam dicantur singulæ pro singulis pitantiis, ita diminuantur, vt per vnā satisfiat illis, qui petierunt tacite vel expresse singulas pro singulis pitantiis, nisi consensus eorum, quibus illæ promittuntur, accederet, quod rarò vel nunquam accidere solet: in quod confirmandum multa induci possunt, quæ doctissimus, idemque piissimus consulens perpendere potest.

Secundo videtur prædictas causas esse iustas ad diminuendum Missas quotidianas, ad quas præfati beneficiarij ex fundatione beneficiariorum suorum tenentur: quod facile confirmari potest ex iis, quæ leguntur & notantur in cap. *cum accessissent*. & cap. *ex parte*. de const.

*2* Tertio videtur prædictas causas esse iustas ad diminuendas aliquot Missas fundatas in aliquot capellis, præsertim illis temporibus, quibus longè paucioribus pecuniis viuerebatur, quàm nunc, & ita longè minoris dotabantur capella, quàm nunc, quando maiore pecunia victus & vestitus emuntur.

*3* Quarto, videtur hæc consequi, non esse petendum, vt personis deuotis perentibus singulas Missas pro suis singulis pitantiis satisfiat per pauciores absque suo consensu: & quod maior diminutio debet peti circa Missas quotidianas olim in fundatione iniunctas, quàm circa alias postea in capellis fundatas, & minor circa fundatas à

pauco tempore, quàm circa fundatas ante plurimos annos, præsertim certum.

**SVMMA RIVM.**

- 1* Horas priuatim potest quis quouis, vel partim vno, partim altero idiomate ex causa recitare.
- 2* Officium paruum Beate Marie, quod in choro recitari iubetur, non obligatur recitare canonicus, qui choro interesse non tenetur.

CONSILIVM XII.

**Q**VÆRITVR primò, an liceat ei, qui callet plures linguas, dicere priuatim suas horas canonicas idiomate, quod sibi magis arriserit, & partim earum vno, & partim altero.

*1* Respondeo, quod sic, modò id faciat sine contemptu, & aliquo bono respectu, per ea quæ adduco in Enchirid. de oratione. *a*

**Q**VÆRITVR secundo, an canonicus, qui non interest choro, teneatur extra illum recitare officium B. Virginis.

*2* Respondeo negatiuè, scilicet quod canonicus, cum non tenetur interesse choro, non tenetur ad officium paruum B. Mariae, quod iubetur dici in eo à canonicis, nō tamen iubetur dici à recitantibus extra chorum: de quo etiam in prædicto Enchirid. memini. Salua, &c.

SVMMA RIVM.

- 1* Canonici horas extra chorum recitantes non satisfaciunt, nisi adsit causa excusans. nu. 4.
- 1* Obligatus ad aliquid certo loco faciendum, extra illum faciens non satisfacit. & seq.
- 2* Canonici tenentur collegialiter in choro psallere, & recitare.
- 3* Obligatio ad quid aliqua qualitate qualificatum faciendum, sine ea non soluitur.

CONSILIVM XIII.

**A**N CANONICIS Ecclesiarum præsertim cathedralium, qui nolunt adire choros suarum Ecclesiarum ad canendas, psallendas, vel pronuntiandas collegialiter in eis horas canonicas horis ad id statutis, peccent mortaliter, & non sint absoluedi?

*1* Respondeo primò, quod peccant mortiferè secundum legem regularem, nisi habeant aliquam causam specialem iustā, quæ à culpa mortali eos excuset. Quod probatur primum ea firma ratione, quod qui tenetur de præcepto facere aliquid in aliquo loco, vel erga aliquod genus personarum, si non facit illud in eo, vel erga illas personas, non satisfacit suæ obligationi, etiam si faciat illud in alio loco, vel erga alias personas, vt probat cap. *nos quidem*. & cap. *10 annos*. *b* & *l. si quis ad declinandam*. *c* & per nota in eis; & per glossā. celebrè *d* & Stephanū Aufredū. *e*

*2* At canonici omnes iure communi & regulari tenentur canere, psallere, & pronuntiare collegialiter cum alijs in choro ex mente factorum canonum, quæ colligitur ex cap. *1. f* & melius ex cap. *dolentes*. *g* & magis exprimitur statuta Ecclesie Gallicanæ; *h* & Concilium Coloniense *i* & exprimitur in Concilio Triditino. *k* Ergo transgrediuntur legem præceptiuam, si eas non dicunt in choro, etiam si alibi dicant. Secundo probatur etiam ea quoque firma ratione, quod omnes, qui tenentur ad orandum aliquo genere precum in horis statutis, & designatis, peccant, si absque causa desunt id in eis facere, vt nos efficaciter probabimus. Tum per Concilium Vienneense clementina *1. l* in illis verbis, *debitis horis*. Tum per alios canones, & per alias rationes, quæ ibi possunt videri in Enchirid. de orat. *m* Ergo simili & pari ratione peccat, qui eas in locis debitis, & consequenter in choro non dicit, licet eas alibi pronūciat.

*3* Tertio, quod qui tenetur ad faciendum aliquod qualitate aliqua qualificatum, non satisfacit suæ obligationi faciendo illud simpliciter sine illa qualitate, iuxta cap. *ab eo* *n* quatenus probat, eum qui objicit electo aliquem manifestum defectum, non satisfacere probando illum inesse illi, nisi probet id esse manifestum. & qui accusat alium percussione facta cum sanguinis effusione, non vincet probando percussione, nisi probet etiam effusionis sanguinis qualitatem, secundum Panormitanum communiter receptum in capit. *licet causa*. *o* cuius contextus etiam probat, eum qui tenetur ad probandum testes corruptos falsa dixisse, non satisfacere probando eos falsa dixisse, nisi

*a* C. mandati. l. sed est. §. consilium. ff. de petitione hereditatis. *b* L. de id. quod. ff. de regu. iur. *c* L. 1. §. l. legatum. ff. de administr. rerum ad ciuitat. pertinet. *d* Clem. quia contingit. de religio. domib. *e* Cap. que in ecclesiis. de constitutio.

*f* Mast. 18. cap. nihil. de prescriptio.

*g* Ca. 3. à 74. 17.

*a* Ca. 23. nu. 102. & 106.

*b* De consue.

*a* Ca. prudentiam. de officio deleg. & ca. Pisanis. de res. spoliatior.

*b* ff. de dolo. c. 2. 2. quæ. ss. art. 4. *d* Capi. sedes Apostolica. de rescrip. l. itaque fullo. ff. de iuris. c. in ca. sicut. de consecrat. dist. 1.

*c* Super §. in Leut. de penit. dist. 1. not. 34. nu. 4. *d* Ca. 12. nu. 80.

*e* Leg. 1. §. ne autem. C. de cod. toll.

*f* In le. sicut. ff. de arb. *g* C. quando. promor. nō est necess. *h* In ca. fin. §. is autem. *i* Ibidem q. 9. *k* Decif. vlt. de officio vicarij in antiqua. *l* Ibidem.

*a* Cap. 13. nu. 7.

*b* De testam. c. C. de epis. & cler. & l. que conditio. §. cum ita. ff. de condit. & demonst. *d* In ca. si pater. in verb. pauperibus. de res. lib. 6. *e* In decif. capella Tolosana. q. 128. *f* De celebr. miss. *g* In ver. choro. eodem tit. *h* In rub. & nigro. sit. quo tempore quis que debet esse in choro. & titu. qualiter hora dicenda sint extra chorum. *i* Tit. de metrop. ecclesie. 5. *k* In decr. de resor. sess. 24. ca. 12. *l* De celebra. Miss. *m* Cap. 3. nu. 22. *n* De elect. li. 6. *o* De probacionibus.



corruptionem quoque ac subornationem probet: quod etiam per alia confirmat Felinus. <sup>a</sup>

4 Secundo respondeo, quod præfata lex generalis fallit in aliquot casibus de more aliarum regularum, & legum humanarum, quarum nulla est, quæ aliquam exceptionem non patiat, excepta illa, quæ habet, Episcopum non posse suo Episcopatu renunciare, nisi de summi & maximi Pontificis consensu, ut ait Innocentius III. <sup>b</sup> & ita canonicus infirmus, captus, & violenter detentus, & aliquot alij excusantur à canendis & pronunciandis horis in choro. <sup>c</sup> Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Cacus, qui horas dicere non valet, nulla ad hoc eget dispensatione.

CONSILIVM XIV.

QVID AM clericus, qui à duobus annis Missam cantrauit, excæcatus fuit ob nimiam sanguinis emissionem: hucusque dixit officium in antiquo Breuiario, partim adiutus ab alio, partim memoria tenens: nunc iubetur dicere nouum officium, quod nescit mente, & caret adiutorio. supplicauit Papæ Gregorio XIII. pro remedio.

1 Responsum fuit, quod si potest, dicat nouum officium, si non potest, excusatus est etiam sine Papæ dispensatione. pro qua resolutione faciunt ea, quæ scripsimus in Enchir. de orat. <sup>d</sup>

S V M M A R I V M.

1 Horas extra chorum ex Breuiario Romano potest collegiata clericus recitare, etiam si in choro recitentur secundum Breuiarium ultra 200. annos receptum.

1 Chorus quidem non potest, omisso Breuiario ante 200. annos admisso, uti Breuiario nouo Romano, nisi accedat consensus Episcopi, seu Prælati, & Capituli: at dictus consensus non est necessarius ijs qui volunt eo extra chorum uti.

CONSILIVM XV.

QVID AM Abbas ordinis Cisterciensis, in cuius monasterio nondum est acceptum Breuiarium nouum Pij V. recitauit, & recitat suas Horas canonicas extra chorum iuxta formam præfati Breuiarij.

Queritur, an satisfaciatur præcepto Ecclesiæ de dicendis horis canonicis.

1 Pro parte negante facit primò, quòd forma recitandi horas canonicas ordinis Cisterciensis non est sublata per Pium V. ut patet ex bulla eius præfata Breuiario præposita, præsupposito, quòd illa fuit ante 200. annos inducta, & præfata bulla significat, quòd ad hoc ut liceat dicere officium hoc nouum in Ecclesia cathedrali, in qua iam inde, à 200. annis aliud dicitur, requiritur consensus Episcopi, & Capituli: ergo eadem ratione requiritur consensus Abbatis, & conuentus, ad hoc, ut liceat in illa Ecclesia dicere hoc officium nouum.

Pro parte autem affirmante facit præfata bulla, quatenus in ea præcipitur, ut omnes tam regulares, quam seculares utantur hoc officio nouo, exceptis his, qui astringuntur antiquo modo ante 200. annos recepto. Et quod non obstat exceptio præfata Abbati, quia non præcipit bulla, ut astricti antiquo modo seruent illum antiquum modum, sed quod non teneantur seruire nouum modum, si noluerint, immo facit facultatem seruandi nouum, si voluerint, etiam in choro, si Prælati & Capitulum voluerint: ita quod consensus Episcopi & Capituli non requiritur ad seruandum nouum extra chorum, sed solum ad seruandum in choro. qui sensus & intelligendi modus videtur irrefragabiliter colligi ex bulla, quatenus referuat officia ante 200. annos instituta, per hæc verba ibi, In ueteratum illud officium non admittimus: sic hoc nostrum, si magis placeat, dummodo Episcopus & vniuersum Capitulum in eo consentiant, ut id in choro dicere, & psallere possint, permitimus. aut enim ex verbo illo, in choro, colligitur quiddam absurdum, vel debet subintelligi verbum etiam ante illud: & si subintelligatur verbum etiam, sonat quòd diximus. Quod autem absurdum sequatur, nisi illud subintelligatur, ex eo patet, quòd illa clausula sonaret posse quidè hoc officium nouum dici in choro ecclesiæ, cui referuatur antiquum de consensu Episcopi & Capituli, non autem extra chorum, quòd manifestè absurdum esset: cum si liceret dicere il-

lud in choro interueniente tali consensu, à fortiori liceret extra illum interueniente eodem: & ita, ne hoc absurdum sequatur, necessariò est ita intelligenda illa clausula, ut significet officium hoc nouum non posse dici in choro, nisi de consensu Episcopi & Capituli, extra verò illum sic: & theoricè iuris habet cessare argumentum à contrario sensu, cum ex eo sequitur absurdum, seu contrarium iuri, per Felinum qui refert alios. <sup>a</sup> Confirmatur, eo quòd præfata bulla obligat primum omnes ad dicendum nouum, & ab hac obligatione excipit habentes antiquum 200. annorù, & ab hac exceptione excipit eisdem quo ad chorum, quando Episcopus & Capitulum consentiunt, & non excipit dicentes extra chorum, etiam cum possunt dicere intra chorum cum consensu Episcopi & Capituli, quòd est absurdum: aut fatendum posse dicere extra chorum, per regulam generalem, qua conceditur omnibus facultas dicendi hoc officium sine consensu illo Episcopi & Capituli. argumento eorum, quæ notantur de regulis, & de exceptione regularum per Felinum & citatos ab eo, <sup>b</sup> & Decium & citatos ab eo. <sup>c</sup> Salua, &c.

Aduertendum, Nauarrum hoc loco videri recedere ab opinione negatiua, cui videtur adherere supra hoc eodem titulo consilio 5. ad 2. quæst. & quòd refertur sacram Congregationem etiam ad hæcisse negatiua. vide etiam consilium sequens.

S V M M A R I V M.

1 Breuiario nouo extra chorum uti non posse clericum illius ecclesiæ, in cuius choro vetus licite adhuc retinetur, tutius & piensius videtur, licet etiam contrarium possit teneri.

CONSILIVM XVI.

AN QVI non tenentur Breuiario Romano nouo uti, possint, si velint, uti eo extra chorum.

Quæstio hæc longè maior est, quam apparet, mihi autem videtur vtraque pars eius probabilis.

1 Pro cuius parte affirmante facit, quòd Pius in sua bulla non vetat eis vsum eius, sed solum permittit vsum antiquum: & quòd permittit eis uti nouo, si voluerint, & Episcopus & Capitulum consenserint: & quòd permittit præfatum vsum nouum in choro, & nihil de vfu extra chorum dicit: & certum videtur, quòd si eis liceret in choro, liceret extra chorum, & non alia ratione, quàm quia non vetuit vlli uti nouo extra chorum: quòd generaliter præcipit omnibus uti nouo, & permittit veteri in choro.

Pro parte verò negante facit, quòd non videtur voluisse diuersitatem ponere in his, qui sunt vnius ordinis, & habitus, & Capituli: & si eis, quibus permittitur uti veteri Breuiario in choro, liceret uti nouo extra chorum, poneretur magna diuersitas, & difformitas: quia alij dicerent extra chorum per nouum, & alij per vetus, contra cap. in nona actione. <sup>d</sup> & clementinà 1. <sup>e</sup> & quòd indecens videtur in eodem monasterio vsum diuersorum Breuiariorum: & videtur quòd diminueretur concordia & deuotio, & auergeretur discordia & dissensio. Itaque ego consulere partem negatiuam tamquam piensorem, sed non damnamus vntem parte affirmatiua. & ad vtriusque partis argumenta facile respondere posset is, cui otium & valetudo suppetere. Salua, &c.

Vide supra Consil. XV.

S V M M A R I V M.

1 Horas recitare non tenetur, qui adhuc ius in re in beneficio non habet: vnde is, cui debet conferri beneficium etiam si sententias pro se obtinuerit, & beneficium sit sub sequestro, immo & is cui fuit collatum, si adhuc collationi consensum non præbuit, non tenetur ad Horas, num. 2. at qui habet ius in re, etiam si non habeat possessionem, num. 3. sit que litigiosum, tenetur: quia sufficit quòd in casu victoriæ poterit fructus habere. num. 1.

CONSILIVM XVII.

NETIIT ab ordinario, ut priuaret B. beneficio, quòd possidebat, ob aliquot causas priuandi iustas, & postea proposito edicto citatorio eorum, qui poterant prætere ius ad illud, cõferret illud ei, tamquàm digniori, qui ordinarius priuauit eum, & posuit edictum citatoriũ, & præfatus N. inuentus fuit dignior, & pridie quàm illud conferret N. iudex appellationis inhibuit ordinario, ne vltra

a In c. signifi. casti. num. 10. & seq. de foro compet.

b Cap. quam frequenter. v. licite non contest. c In rub. ff. de regul. iur.

d l. 6. q. 7. de electis.

S V M M A R I V M.

1 Horas non recitans beneficiarius pro primis sex mensibus peccat pro relicto tempore tenetur etiam restituere fructus, quos propria auctoritate debet Ecclesiæ, vel pauperibus etiam propinquis non habentibus necessaria ad decentiam viuendi, vel filias maritandi, immo si sit pauper, sibi met saltem de consilio Episcopi, vel confessorij, omnes vel partem erogare.

CONSILIVM XIX.

DE beneficiario, qui omisit recitationem Horarum canonicarum aliquot annis, cõdemnatus, cuius auctoritate, & cui restituere debeat.

1 Respondeo primò, ad huius quæstionis clarã & integram resolutionem legenda esse illa, quæ nos clarius & vtilius, quàm alij præcessores nostri, scripsimus in Enchir. de orat. <sup>a</sup> vbi referuntur ad verbum iura noua, quæ induxerunt perditionem præfata ipso iure incurtendam per omissionem Horarum canonicarum, cum additionibus non contemnendis.

Secundo, ex illis colligitur, quòd præfatus Dominus consulens non eget auctoritate Papæ, vel Episcopi ad faciendam restitutionem præfata fructuum amissionum: quia ipse potest auctoritate propria id facere: & verbum cõdemnatus in quæstione positum intelligo ipse de cõdemnatione iuris, quòd ipsum ipso iure sine alia sententia imponenda cõdemnat ad eam.

Tertiò, quòd nihil tenetur restituere de fructibus intra primos sex menses receptis, licet grauitèr peccasset omittèdo horas in eis, ut præfata extra Pij V. declarat.

Quarto, quòd D. consulens adeo fortè est pauper, quòd saltem cõsilio Episcopi, vel cõfessorij possit illos, vel partem eorum sibi applicare, tamquàm vni de pauperibus, ut ipse vbi supra probat. Quare conueniens, & Deo gratus fortè arbitror, ut D. consulens, ostensis Episcopo illis, quæ vbi supra scribo, aliquam partem fructuum restituendum de consilio eius accipiat sibi, tãquam vni pauperum ad leuandam inopiam, & partem det, vel promittat aliquibus cognatis tamini pauperibus in dotem, & aliquã Ecclesiæ, in qua est situm beneficium: & omnes elemosynas, quas posthac facturus est, deputet in hæc restitutionem pro exoneratione, qua tenetur illam facere: quãdoquidem extrauag. prædicta, & S. statumus, <sup>b</sup> obligat eum ad restituendũ Ecclesiæ, vel pauperibus. & per pauperes intelligo ego, vt ibi dixi satis, & latius in tract. de re ditib. non solum mendicantes, sed etiam alios, qui non habent ad se decenter sustentandum, & collocandum se, vel filios, vel filias suas in honesto matrimonio. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Fructus, quos ob Horas non recitatas suos non fecit beneficiarius, qui non est canonicus restituat ipsi Ecclesiæ, vel pauperibus, nisi se cum Camera Apostolica componat: si sit canonicus, distributiones restituat illis canonicis, qui horis interfuerunt illius diei, in quo ipse non recitauit, quo ad grossam, & alias obuentiones, similiter restituat iis, quibus beneficium vacante acquisita fuis sent. nu. 2. & 3.

3 Canonicus in canonicatu non habet propriè successorem, vnde que vacationis tempore obueniunt, diuiduntur inter superstites, nec pars, que obuenisset defuncto, seruetur successori.

4 Fructus, quos parochus ob absentiam suos non fecit, conuertat in fabricam Ecclesiæ, vel det pauperibus loci, et si eos qui sibi superfluunt, possit etiam exteris dare pauperibus.

CONSILIVM XX.

CAnonicus cathedralis per multos annos absuit, & licet fructus continuè perciperet, numquam tamen Horas canonicas recitauit. vnde cùm illos nõ fecerit suos, dubitat.

Primo, cui restituere teneatur. Secundo, quid de fructibus parochialis propter absentiam malè perceptis dicendum sit.

1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM, qua queritur quibus debeat consulens restituere, respondeo primò, quòd si beneficium, de quo agitur, non esset canonicatus, sed aliud separatum à canoniis, & præbendis Ecclesiæ cathedralis, vel collegiata, sufficeret restituere fructus ita malè perceptos ipsi Ecclesiæ, cuius esset beneficium, vel pauperibus, vel componere secum Camera Sedis Apost. per dicta in commentario de spoliis. <sup>d</sup>

procederet, & ita non processit, & iudex appellationis confirmauit sententiam ordinarij, & cõdemnauit appellantem in impensis, à qua sententia appellauit B. Romam. Quaritur an præfatus N. obligetur ad pronunciãdas horas canonicas.

1 Pro parte affirmante huius quæstionis facit primò, quòd beneficiarius, qui non pronunciat eas post sex menses ab habito beneficio, perdit fructus eius per S. statumus, <sup>a</sup> & per extrauag. Pij V. ex proximo. relatum à nobis in Enchir. de oratio. <sup>b</sup> & in Man. conf. <sup>c</sup>

Secundo, quòd non excusatur ab eis pronunciandis, eo quòd nondum est adeptus possessionem, neque eo quòd litigat super illo ab alio possessio, ut nos probamus in dicto Enchir. <sup>d</sup> quia sufficit quòd poterit in casu victoriæ eos percipere, ut ibidem traditur.

2 Pro parte verò negante contraria & vera facit primò irrefragabile illud fundamentũ, scilicet, quòd nemo beneficiarius tenetur recitare Horas canonicas ratione beneficij, donec illud obtinuerit: iura enim omnia quæ imponunt onus dicendi eas, loquuntur de beneficiario habente ius in re quæsitum in eo, ut videre est per allegata in d. Enchir. <sup>e</sup> & præfatus N. nondum habet ius quæsitum in prædicto beneficio, quia nondum sibi est collatum.

Secundò, quòd nemo tenetur ob expectatiuã, de qua in clementina 2. <sup>f</sup> vel aliam similem ad recitandas Horas. argumento eorum quæ in d. clem. notantur, neque vllus vniquam dixit teneri quem ad hoc onus, propterea quòd sit præsentatus, vel nominatus ad aliquod beneficiũ, nec propterea quòd sit electus, si nondum est confirmatus, iuxta notata in cap. transmissam. <sup>g</sup> adeo quidem, quòd neq; prouisus, neque is cui collatio est facta tenetur ad illud, nisi consenserit prouisioni sibi facta: quia vsque ad illum præstitum non est suum beneficium, ut habet ca. si tibi absentis. <sup>h</sup> per quòd hoc in specie diximus vbi supra. <sup>i</sup>

3 Quæ conclusio procedit etiam in eo, qui obtinuit vnam, vel duas sententias, quibus declaratum est beneficiũ vacare, & esse debitum obrinenti eas, etiam si iudex processerit ad ponendum sequestrum super fructibus eius in fauorem obrinentis eas. Tunc quia propter huiusmodi sequestrum non queritur ius in beneficio. vnde, si moreretur antequam ei conferretur, non conferretur vacare per mortem illius, sed eo modo quo ante vacabat. Tum quia eadè ratio cõcludit hæc ampliacionem, quæ cõcludit cõclusionè, scilicet quòd nondum est ius quæsitum in re, plusquam per præsentationem, vel nominationem, vel etiam collationem absentis factam, vel præsentis, qui nondum consensit, ita quòd nihil fructuum sequestratorum ei deberetur, si ante collationem, institutionem, & confirmationè moreretur: quæ omnia sunt memoranda. Per quæ responsum est ad opposita, quæ procedunt, quando est quæsitum ius ad beneficium, licet nõdum adepta fuerit possessio.

S V M M A R I V M.

1 Horas non recitans beneficiarius fructus pro rata restituere tenetur, non quidè Ecclesiæ præse, sed satisfacit alteri operi pio, vel, si est pauper, sibi tamquam pauperi erogando.

CONSILIVM XVIII.

AN beneficiarius, qui omisit recitationem Horarum per aliquod tẽpus, teneatur restituere fructus perceptos, & cui?

Respondeo primò, certum esse quòd D. consulens tenetur restituere fructus perceptos pro rata temporum & officiorum, in quibus recitare omisit, per extrauag. Pij V. quam edidit postquam nos venimus Romam, quamque nos transcripsimus ad verbum in Enchir. de orat. <sup>k</sup> quamque declaramus ibidem, & numeris sequentibus.

1 Secundo, quòd nõ tenetur restituere ipsimet Ecclesiæ, cuius est beneficium, sed satisfaciet restituendo pauperibus, & aliis operibus piis, immo etiam restituendo sibi met, si est pauper, tamquam vni ex pauperibus, accipiẽdo ea in elemosynam, sicut pauper Christi, per rationè efficacem, quæ videri potest vbi supra, <sup>l</sup> per quam additionè consolatos fuisse nõnullos ibidè referimus: & quòd etiã potest se cõponere cõ Camera Papæ, sed quòd prior modus restituendi videtur nobis futurus gratior Christo, qui nos omnes saluet. Amen.

a Sess. 9. Cõc. Lateranen. postremi. b Cap. 7. nu. 32. c Cap. 15. nu. 112. d Vbi supra nu. 28.

e Cap. 7. f De rescrip. g Etc. nihil de electis.

h De preben. l. 6. i Ca. 7. num. 29.

k Cap. 7. nu. 32.

l Nu. 34.

a Ibidè à nu. 40.

b Ca. licet de regular.

b Ca. 1. de cleric. non resid. li. 6. cap. cum dilectus. & c. ad nostram. eodem tit. in antiquis.

d Super cap. quando de cõsecr. dist. 1. ca. 11. nu. 14.

a Notab. 7. à nu. 3.

b Cone. Later. c. 24. 1. moni. 27.

d Super cap. non liceat Pa. 12. q. 2. 6. 12. per soiz. præsertim nu. 4.

2 Secundo, quod quia beneficium, de quo agitur, est canonicatus, cuius, vt par est credere, licet in quaestione non exponatur, fructus consistunt in distributionibus quotidianis, & in eo quod grossam vocant, dicendum primo, quod quaesita ex distributionibus quotidianis non sunt restituenda pauperibus, neque Ecclesie, quia illa debentur illis, qui Horis, illis diebus, in quibus illi non recitant, interfuerunt, quibus accrescunt, per cap. 1. a cum ei adnotatis, & non sufficit dare pauperibus, quod debetur alteri, nisi quando ignoratur quis sit, iuxta cap. cum tu, c vbi gloss. cum communi.

3 Quod idem eadem ratione dicendum videtur de fructibus Ecclesiarum, vbi est statutum, vt fructus male percepti restituantur certis operibus piis: quia illis deberet fieri praedicta restitutio. quod ipsum videtur de parte, quam corpus, seu grossam vocant, canonicatus, quam canonicus ita lucratur ratione suorum canonicatu, vt pars non lucrifacit ab vno accrescat aliis, & obueniens tempore vacationis non reservatur successori, qualem regulariter non habet canonicus, secundum gloss. singularem, d sed diuiditur inter superstites, iuxta notata in cap. relatu, 2. e vt latius diximus in Enchir. de orat. f & postea breuius in Manual. 5

4 AD SECVNDAM respondeo, quod qui ob absentiam ab Ecclesia parochiali perdit fructus per nouum canonem. h Concil. Tridentini tenetur restituere illos fabrica illius Ecclesiae parochialis, aut pauperibus loci, oppidi, vel pagi, vbi sita est. Tum quia contextus praedicti canonis id expressè statuit. Tum quia aliqui tenebant, quod beneficiarius, qui tenetur superflua erogare pauperibus secundum communem, quam latissimè nos fundamus in tract. de rebus eccles. i sit obligatus erogare pauperibus loci, vbi situm est beneficium: & quamuis nos contrarium esse verius probauimus ibi, k ea potissimum ratione id asseruimus, quia nullo canonem id exprimitur: quae ratio cessat in proposito casu, in quo canon exprimit, vt erogatio fiat fabricae Ecclesiae, vel pauperibus loci, vbi sita est illa. Salua, & c.

SVMARIVM.

1 Dispensatio est odiosa & restringenda: vnde data monacho ad beneficium saculare curatum, non extenditur ad simplex. ite nec extenditur ad accessoria, no necessaria. n. 2. ite Minor dispensat ad dignitate, vel canonicatu in cathedrali, no erit delegatus Papa, nisi habeat annos viginti. nec restitutus aduersus contractum, censetur restitutus aduersus vsuras ex eo solutus. nu. 3. item nec minor dispensatus vt accipiat sacros ordines, censetur dispensatus vt habeat vocem in Capitulo. nec dispensatus vt fiat ante etatem sacerdos, censetur dispensatus, vt accipiat parochialem. nec factus capax ad vnum actum, censetur habitus ad alium separatum. numer. 4. attamen dispensatus ad duos canonicatus debet vocari in vtroque ad actus canonicis competentes. num. 5. & dispensatus ad duo incompatibilia, censetur dispensatus a residentia in vtroque faciendae. Vnde, quia congruit accessorium sequi naturam sui principalis, num. 4. dubitatur, an subdiaconus, qui ex dispensatione Apostolica duxit uxorem, teneatur ad horas canonicas. nu. 1. & 2.

CONSILIVM XXI.

AN subdiaconus dispensatus vt ducat uxorem, per haec verba, Teque specialibus fauoribus prosequi volentes, & c. tecum, vt sacro subdiaconatus ordine huiusmodi non obstante, & c. matrimonium cum aliqua muliere tibi bene visa contrahere, & in eo postmodum remanere, & c. teneatur, ducta illa, dicere Horas?

Ad quaestionem respondeo, pro parte illius affirmante facere, quod dispensatio est odiosa, & restringenda secundum omnes, per c. 1. & per reg. qua a iure, m per quam ibi Ioan. And. ait dispensationem facta monacho ad beneficium curatum, non extendi ad beneficium simplex. 2 Secundo, quod Dom. recep. o quem sequitur Fel. p ait dispensationem super vno actu factam non extendi ad alium actum accessorium, sine quo potest consistere & esse utilis actus ille, super quo facta est dispensatio. at liberatio ab obligatione dicendi Horas non est actus necessarius ad coniugium, quoniam coniugatus potest recitare horas canonicas, & multi recitant, ergo dispensatus ad coniugia non videtur liberatus ab obligatione dicendi eas,

Terrio, quod gloss. sing. a definit, dispensatum ad obtinendum canonicatum, vel dignitatem in Ecclesia cathedrali, non esse dispensatum ad hoc, vt possit esse delegatus Papae ante vigesimum annum.

3 Et restitutus contra aliquem contractum, non censetur restitutus ad vsuras, quas ratione illius soluit. b Et dispensatus ad sacrum ordinem, non censetur dispensatus ad habendam vocem in Capitulo, secundum glo. c Et dispensatus ad presbyteratum, & dicendam Missam ante iustam aetatem, non censetur dispensatus ad obtinendum beneficium curatum, iuxta gloss. d ibi, & etate legitima. e

4 Quarto, quod factus capax per dispensationem alicuius actus non censetur factus capax alterius separati ab ipso, secundum glossam. f

Pro parte vero negante, quod non teneatur ad dicendas Horas canonicas primo facit, quia congruit accessorium sequi naturam sui principalis, iuxta ca. accessorium. b desumptum ex l. cum principali. h

5 Secundo, quod gloss. solemniter comuniter recepta dixit, i quod dispensatus ad duos canonicatus debet vocari ad actus competentes ei ratione illorum, puta ad dandum vocem in Capitulo, & ad electionem faciendam de Pralato, si est in loco vnde debeat vocari. & glo. sing. k determinat, quod dispensatus ad duo beneficia incompatibilia, est dispensatus a residentia in vtroque faciendae, & maior viginti annis dispensatus ad dignitatem potest esse iudex delegatus, si habet viginti annos, licet specialiter non sit dispensatus ad illud secundum Dominicum. l

SVMARIVM.

1 Lex etiam in odiosis extenditur, quantum eius verba secundum proprietatem patiuntur. 2 Lex extenditur & limitatur ex legislatoris mente & ratione legis. 2 Pensionarius clericus, si efficiatur miles militaris religionis cum indulto retinendi pensionem, non tenetur ad horas B. V. sed sufficit quod recitet orationes Dominicis & Angelicas a religione praescriptas, quae sunt loco horarum: sicut nec sacerdos regularis, siue secularis, habens pensionem ad dictas B. V. horas teneatur.

CONSILIVM XXII.

IVlius ab Apostolica Sede habet indultum, vt cu habitu D. Iacobi de Spata, cuius miles & professor existit, certam annuam Ecclesiasticam pensionem retinere possit. Dubitatur, an praeter horarias preces centum viginti Pater noster, cum totidem Aue Maria, ex ordinis institutione a militibus quotidie persoluendas, teneatur etiam ad officium Beatissimae Virginis ex Pij V. consili. dicendum.

Pro parte affirmatiua facit, quod verba legis secundum propriam significationem comprehendunt eum, & lex extenditur etiam in odiosis, & poenalibus, & aliis obligatoriis, quatenus verba eius in proprio significato se extendunt, iuxta l. cum lege. iunct. gloss. m comendata in hoc per Aret. n quem Dec. sequitur, o & continentur in aliis septem vel octo locis.

2 Pro parte negatiua facit, quod lex extenditur & restringitur secundum mentem legislatoris & rationem legis, iuxta l. cum pater, p cap. suggestum, q vbi pluchre Pan. communiter receptus: & mens auctoris, & ratio praedictae legis videtur fuisse, ne fruantes fructibus beneficiorum Ecclesiast. omnino essent immunes ab onere dicendarum precum, ad quas beneficiarij tenentur, quae non habet locum in consulete, qui tenetur ad multas preces, immo & ad maiorem quantitatem, quam sint preces officij B. V. Facit etiam, quod non obstat dicere, quod alia ratione tenetur ad praedicta Pater noster, & Aue Maria, quam ratione pensionis: quia etiam religiosus eiusdem ordinis presbyter, qui haberet pensionem, alia ratione quam pensionis, teneretur ad Horas canonicas, qui tamen non obligaretur ratione pensionis ad officium paruum B. Virg. plusquam alius presbyter. Facit etiam, quod subrogatum sapit naturam eius, cui subrogatur, r & illa 120. Pater noster, & Aue Maria, succedunt loco Horarum canonicarum, ad quas tenentur clerici eiusdem ordinis, & consequenter videtur quodammodo Hora canonica, & qui tenetur ad illa, teneri ad quaedam Horas canonicas: at qui alia ratione tenetur ad horas canonicas, non tenetur ratione pensionis, virtute

a In c. statutum, in princ. de referri. li. 6. b L. fin. §. Lincius. ff. de col. indub. c In verbo annexi in fin. elem. 2. de a. tar. & qual. d In elem. 1. in ver. consiliatus. e De etate & qual. f Ca. ex ratione. in ver. congruam de at. & qual. g De reg. iur. li. 6. h ff. eod. i In d. c. quia in tantum de preben. k In ca. si quis in clero. 7. q. 1. l In cap. non consuetudinem. dist. 11.

f Ca. ex ratione. in ver. congruam de at. & qual. g De reg. iur. li. 6. h ff. eod. i In d. c. quia in tantum de preben. k In ca. si quis in clero. 7. q. 1. l In cap. non consuetudinem. dist. 11.

l In cap. non consuetudinem. dist. 11.

a De cler. no residen. lib. 6. b Cap. ea te. de in iur. an. c De iur. iur.

d In ca. quod sicur. de elect. verbo consensu. e De testam. f Ca. 7. num. 32. g Cap. 25. a nu. 12. h Qui est prius de refer. sess. 23.

i Qu. 1. monito 2. c. 2. 4. k Qu. 1. monito 27. nu. 2.

l Et 2. de fil. presby. li. 6. m Lib. 6. n In Mercurial. o In cap. 1. in p. inc. nu. 12. de fil. presby. in 6. p In ca. postu. lasti. de refer. nu. 10.

praedictae legis ad praedictum officium paruum, ergo nec religiosi milites tenebuntur. Et quoniam posteriores rationes videntur firmiores, & per eas potest responderi illi, quae in oppositum adducitur, resoluo dubium in partem negantem. Salua, & c.

SVMARIVM.

1 Indultu seu dispensatio, nisi fiat id ob quod conceditur, no prodest. 2 Dispensatio eius, qui ob febrem, vel alium dolorem, non valet recitare Horas, ad caecum, nisi forte ex identitate rationis extedi non videtur. 3 Dispensatio non valenti recitare officium, vt non teneatur, parum prodest. 3 Indultum concessum alicui, vt loco Horarum recitet aliquot orationes, non prodest ad acquirendum meritum quod acquiritur recitando Horas.

CONSILIVM XXIII.

AN indulgentia, vel dispensatio, quod obligatus ad dicendas Horas canonicas satisfaciat dicendo quinque Pater noster, & quinque Aue Maria, si tenetur febre, vel tanto alio dolore, quod eas recitare non possit, extendatur ad eum, qui est caecus, vel dolore oculorum ita laborat, vt non possit recitare sine periculo perdendi visum, licet non teneatur febre?

1 Respondeo primo, quod indulgentia, vel dispensatio non prodest ei, qui non facit illud, propter quod illa fit, vt colligitur ex his, quae nos tradimus in coment. de Iob. a 2 Secundo, quod praedicta dispensatio non extenditur ad caecum, qui non laborat praefato dolore: quia sola caritas non inducit febrem, nec dolorem impediendum recitationem.

Tertio, quod probabiliter dici potest, quod extenditur ad dolorem oculorum, quo impeditur potentia recitandi. 3 Quarto, quod praefata indulgentia parum videtur prodesse: nam sola febris, vel solus dolor impediens potentiam recitandi, sufficit, vt excusetur a recitando sine praefata indulgentia: quauis quis diceret, quod licet praedicta indulgentia non prosit ad excusandum a peccato omittendi recitationem, potest tamen prodesse ad querendum meritum recitationis, quod in praesentia non approbo multum. Tum quia id non quaritur. Tum quia non pertinet ad Papam potestas augendi meritum gratiae & gloriae sine opere meritorio: quia gratiam & gloriam solus Deus conferre potest. b

DE BAPTISMO ET EIUS EFFECTV.

SVMARIVM.

1 Catechizari qui petunt, non coguntur obligare se ad suscipiendum baptismum, nec etiam relicta vxore & filiis infidelibus se includere in aliqua domo. nu. 2. sed nec minores regulariter possunt ab eis, in quorum sunt tutela, abstrahi, vt catechizentur, & baptizentur. nu. 5. 3 Catechismus, sicut & exorcismus, si fuit ante baptismum ommissus, debet post illum suppleri, & nu. 4. durardg, tanto tempore, quousque baptizandi sint sufficienter instructi & persuasi de veritate fidei. nu. 3. 6 Infans mortuo patre penes matrem infidelem est educandus. 6 Catechizari & baptizari contra infidelium parentum voluntatem petentibus debet quidem de alimentis provideri, & nu. 4. ad id tamen onus parochi non videtur obligati. nu. 3.

CONSILIVM I.

VTrum catechizandus ad baptismum se offerens debeat coram notario & testibus obligare se ad baptismum suscipiendum? Et an Episcopus, seu parochus teneatur catechumenos, dum in hie instruantur, alere?

1 Responsum fideles quidem fidelissimo, parum eruditus eruditissimo, minus expertus expertissimo, circa contenta in his quaestis, protestor me solum dicturum ea, super quibus haesito, & cupio informari.

Dico primo, me non satis meminisse legere legem, qua catechizandus debeat se obligare coram notario & testibus ad suscipiendum baptismum.

2 Secundo, nec meminisse legem, qua ligentur catechizandi vxor, & liberi eius, & qui tutela, vel cura ipsius sunt commissi, consentire separationi ab infidelibus, & submittere se disciplinae certorum magistrorum, & includere se intra vnam domum, antequam baptizentur, &

fiant subditi Ecclesiae, neque legem qua cogat parochos ad alendos & docendos eos intra illam.

3 Tertio, quod, vt puto, in Indiis, & in aliquot regnis Hispania, & aliorum regnorum Saracenorum, Lutheranismi, & aliorum infidelitatis infectorum, pauci parochi sunt collatione aliorum, qui possint id praestare, etiam si velint, cum etiam baptizatorum tot millia sint egentium catechismo: praesertim tenendo, quod, sicut exorcismus est suppleendus post baptismum, vt tradit S. Tho. recept. a ita etiam catechismus sit suppleendus, si fuit ante baptismum ommissus, arg. eorum, quae dicit idem S. Thom. b & praesupposito eo, quod experientia compertum est, scilicet fere omnes paruulos, qui baptizantur, & relinquuntur in potestate parentum, numquam callere catechismum, & indigere illo, postquam adolefcunt, & in terris Christianorum vix etiam suscipiuntur id onus ab omnibus Episcopis.

Quarto, prouida admonitio & prouiso videtur, ne catechizationi finem praestituit certus dies, sed potius certa scientia & sufficienter persuasio.

4 Quinto, quod quia numquam fere praefati paruuli catechizantur, oporteret eos denuo catechizare. quod vtinam aliquo modo introduceretur, quod ego aliquando speravi, sed nunc despero: quia malunt aliqui Episcopi augere suos redditus, quam impedire illos in magistros huiusmodi catechizandorum. quod non video etiam aliquam legem canonicam, quae obliget ipso iure patres & consanguineos catechizandorum, antequam illi se ad id obligauerint sponte sua, ad relinquendum filios pupillos & minores suos sub potestate aliena, qui ante vsum rationis inuitis parentibus ducerentur ad baptismum, vt persuadentur ad conuersionem, nisi in casibus, in quibus velint nolint, debeant obedire catechizatoribus, per ea quae docet S. Thom. communiter receptus. c

5 Sexto, quod licet prouiso haec sancta Illustriss. D. Cardinalis de administranda catechumenis largiter sustentatione, & de tractandis eis humaniter, seruari possit Romana, & aliquibus aliis in locis, vbi ad id sunt deputati redditus publici, in aliis tamen non videtur posse satis seruari.

6 Septimo, meminisse me in hac ipsa Vrbe interrogatum ab vtraque parte litigantium, an infantes nondum vsum rationis habentes sint relinquendi apud matrem infidelem, donec eo incipiant vti, si pater eorum mortuus fuerit, tenuisse partem affirmantem, & postea replicasse contra quemdam virum doctissimum, sed incertum, qui putauit me fuisse deceptum: & meo iudicio, in quo etiam nunc sum, irrefragabiliter probasse meam priorē sententiam. Quare admoneo Dominum meū Illustriss. id, quod circa hoc tunc dixi, & tradidi, si non fallor, Illustriss. D. Card. Sirleto, apud quem forte illa inueniri possent.

8 Octauo, quod videtur prouidendum de alimentis eis, qui contra voluntatem patrum & cognatorum suorum volunt catechizari, & baptizari. Salua, & c.

Aduertendum, hoc responsum, ad quod se remittit, esse illud de quo supra fit De conuersione infidelium consil. 4.

SVMARIVM.

1 Baptismus verè confertur, si pueri intra ventrem matris existētis manus vel aliud membrum extra corpus matris apparens abluitur: causaturq; ex eo, & non ex sequenti, qui datur ad cautelam, cognatio spiritalis, quae impedit & dirimat.

CONSILIVM II.

DE quodam N. qui tenuit infantem ad baptismum, datum ei, antequam nasceretur integrè in aliqua sui corporis parte, etiam alia quam capite, nempe brachio, vel pede, an fiat compater, ita vt non possit contrahere matrimonium cum matre sic baptizati.

1 Respondeo primo, in ea me semper fuisse sententia, quae habet, puerum seu infantem nondum integrè natu, & propter timorem mortis baptizatum per abluionem capitis, vel alius cuiusque partis iam natae, vel apparentis extra corpus matris, esse verè baptizatum, vt diximus in cap. vulgaris, d & quod licet ad cautelam sub conditione, si non est baptizatus, & c. possit licitè baptizari, secundus tamè ille baptismus non est verè baptismus, si prior verè fuit ministratus in illa parte apparente: & quod ex secundo baptismo ad cautelam ministrato cum catechismo

a 3. par. q. 71. art. 3. ad 3. b Ibidem art. 5.

c In 2. 2. qua. 10. art. 8. q. 12.

d Num. 3. de panit. dist. 1.



& exorcismo non nascitur compaternitas, nec cognatio spiritalis, quæ impediatur, & dirimat matrimonium, sed ex priori baptismo ministrato sine catechismo & exorcismo.

Secundo, quod ex prædicta resolutione sequitur dicendum, præfatam N. fuisse, & esse verum compatrem prædictæ matris, & non posse contrahere cum illa sine dispensatione Papæ. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Monstrum illud non est baptizandum, quod caret anima rationali, sine qua non constat homo, qui solus baptisimus est capax: an autem sit talis natus cum capite ferino, & reliquis membris humanis, iudicio peritorum relinquatur. nu. 2.

CONSILIVM III.

AN monstrum natum cum vno solo capite, eodemque ferino, debeat baptizari?

1 Respondeo primo, quod si est certum eum non habere animam rationalem, non est baptizandus. Tum quia solus homo est baptizandus secundum omnes, & quod caret anima rationali non est homo. 2 Tum quod hoc in specie asseuerant Card. & And. Sicul. b & satis colligitur ex Soto, c & summa Angelica, d & Siluestro. e

2 Secundo, quod præfatus Cardinalis & Andreas Siculus videntur significare quod monstrum habens caput ferinum non censetur homo rationalis: sed quia monstrum, de quo queritur, habet omnia membra humana præter caput, ego nihil de hoc iudico, nec est facultatis meæ iudicare de illo. itaque remitto hanc partem ei, ad quem spectat de illa ferre iudicium, & declarare si est censendus homo rationalis, an verò brutum irrationale. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Baptismatis collatio facta secundum ritum Græcorum tenet, & nu. 4. sed nec vitatur ex eo quod sit collatum ab heretico, Iudeo, vel Pagano, numer. 3. modo adhibita fuerint necessaria cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia. nu. 7.

2 Baptismum non vitiat diuersitas verborum, modo actum baptizandi, & causam principalem baptismi, sanctissimam scilicet & gloriosissimam Trinitatem, sufficienter exprimant, secus si aliquod necessarium omittatur, vel corrumpatur substantialis sensus verborum, ut faciunt Bosnenses, qui loco illius vernicæ dictionis Spiritus sancti, ponunt hanc Spiritus, omis- sa alia particula Sancti, nu. 4. 5. & 6. vel mutatio esset facta ad fouendum errorem intolerabile, aut omitteretur vna ex tribus personis adorandissima Trinitatis. nu. 6.

CONSILIVM IIII.

CVM Græci & schismatici, præsertim Seruiani, hoc est, Græci sacerdotes defecerint à Sancta Romana Ecclesia, & perdidierint ritum Catholicum, & sacramentum: dubitatur, si contingat aliquem ex his conuerti ad fidem Catholicam, num is baptizari debeat absque conditione in forma baptismi, si non est baptizatus. Et ratio dubitandi est, quia forma baptismi eorum est hæc, Baptizetur seruus Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus: & non exprimit verbum Sancti, & amen. & propterea non intendunt ipsi facere, quod facit Ecclesia Romana.

1 Ad hanc quæstionem dico, quod facile cuique videri potest vera pars negatiua. Primo, quia forma baptismi Græcorum, licet quo ad verba differat à forma Ecclesiæ Romanæ, sufficiens tamen est ad constituendum verum baptismum, ut præsupponit Innocentius iij. in Concilio generali, de quo in cap. licet, f quod longè expressius definiuit Concilium Florentinum, g & affirmat D. Thomas communiter receptus. h At in prædicta prouincia Bosnæ Græci baptizant secundum formam Ecclesiæ Græcorum: ergo.

2 Secundo, quod diuersitas verborum formæ baptizandi non reddit baptismum nullum, modo actum baptizandi, & causam principalem baptismi, sanctissimam scilicet & altissimam Trinitatem sufficienter exprimant, at verba formæ, qua baptizantur, & de qua queritur, videntur eam sufficienter exprimere: ergo.

3 Tertio, quod nihil obstat, quod ij, de quibus queritur, fuerint baptizati ab hereticis, & schismaticis, quoniam licet S. Cyprianus cum multis aliis Episcopis opi-

natus fuerit, hæreticos non posse sacramenta vera & valida alicui dare, & refertur in dict. cap. si non sanctificatur, a contrarium tamen est verum, ut prædicti canones probant, & nouus canon 4. b Concilij Tridentini, c & facit etiam canon 12. de sacramentis eiusdem sessionis, præsertim autem sacramentum baptismi, quod confertur etiam potest à Iudæo, & Pagano. d

4 Non obstantibus tamen his, pars verior videtur affirmatiua, scilicet, quod sint iterum baptizandi, saltem sub conditione, si non es rite, &c. iuxta cap. 2. e immo & meo iudicio potest. Tum quia forma, qua baptizant in prædicta prouincia hæretici, & schismatici, non est consona formæ baptizandi Ecclesiæ Romanæ, neque Ecclesiæ Græcorum, quam prædicti canones & doctores probant: in illa enim ponuntur ista verba: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. In hac autem nostri casus, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus, tacentes illud verbum, sancti, & Amen. Tum quia diuersitas verborum formæ sacramenti, per quam corrumpitur legitimus & substantialis sensus verborum, quæ sunt de substantia & essentia sacramenti facit inualidum sacramentum, iuxta cap. multi. adiuncta glossa, f & tradunt D. Thomas & alij, g vbi nouissimè latè declarat Sotus, h ponendo regulam, quod mutatio formæ verborum baptismi, siue subtrahendo, siue addendo, siue transponendo, siue corrumpendo, per quam quidpiam necessarium omittitur, efficit baptismum nullum.

5 At in forma prædicta baptizandi Bosnæ subtrahitur verbum, sancti, quod est necessarium ad significandum Spiritum sanctum, tertiam personam beatissimæ Trinitatis: solum enim verbum, Spiritus, sine adiectione verbi, Sanctus, non est nomen proprium Spiritus sancti, nec appropriatum Spiritui sancto, ut docet D. Thomas receptus, i vbi ait, quod nomen Spiritus sanctus captum in vim duorum nominum omnibus personis competit: quia etiam Pater, & Filius est Spiritus, & sanctus, sed captum in vim vnus nominis est nomen proprium Spiritui sancto ex sacra Scriptura accommodatione. At in prædicta forma Bosnæ ponitur verbum Spiritus sine Sancti: ergo non ponitur ibi nomen Spiritus sancti, & ita non ponuntur nomina trium personarum, quæ necessariò debent poni in forma baptismi, iuxta cap. vltim. Matthæi: & consequenter per illam non conficitur baptismus.

6 Tum quia verba sacramenti, mutata ad fouendum errorem intolerabilem, destruant sacramentum, ut latè post alios tradit prædictus Sotus vbi supra. At baptizatores Bosnæ mutant verba ad fouendum hæresim suam de Spiritu sancto, quod non est Deus, & creator, sed creatura: ergo. Tum quod Zacharias Papa in duabus veltibus partibus cap. in Synodo, k dixit expressè, quod baptismus, in cuius collatione defuit vnum nomen trium personarum sanctissimæ, excellentissimæque Trinitatis, nihil valet, & idem ait Didymus in libro de Spiritu sancto, quem citauit Sotus, l dicès, Si quis baptizare conetur, ut vnum ex prædictis nominibus omittat, scilicet, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, sine perfectione baptizabit.

Ad primum oppositorum responderetur, concedendo quod forma baptizandi Ecclesiæ Græcorum, de qua Innocentius iij. & Concilium Tridentinum & alij Doctores in eo citati loquuntur, est sufficiens ad constituendum verbum baptismum: negando tamen, quod forma prædicta Bosnæ sit illa, de qua loquuntur illi, cum defuit nomen proprium Spiritus sancti, quod habetur in alia.

Ad secundum responderetur concedendo in eo assumptum, negando tamen quod prædicta forma Bosnæ contineat verba sufficientia ad exprimendum legitimum & necessarium sensum: quia deest nomen Spiritus sancti, sine quo non satis sufficienter exprimitur sacrosancta & venerandissima Trinitas, cuius expressio vti causa principalis baptismi est legitima & necessaria per superius dicta.

Ad tertium responderetur, concedendo, quod baptismus collatum ab hæretico, schismatico, & etiam Pagano valet, modo ea sint illi mente, ut velint facere id, quod Ecclesia intendit, & exprimit sanctissimam & sublimissimam Trinitatem, vti causam principalem eius sufficienter, & non addant, vel tollant verba, quibus suum errorem

a Et in c. quo modo de consecr. dist. 4. b De baptis. c Sess. 7. d Ca. à quo. dam. de consecr. dist. 4. e De baptis.

f De consecr. dist. 4. g In 4. dist. h Artic. 7. c. melius art. 8. & dist. 3. qu. 1. art. 5. col. 4.

i p. 9. 36. ar. 1.

k De consecr. dist. 4.

l In 4. dist. 3. art. 6. col. 4.

a Ca. in quadam de celeb. Miss. b In clem. 1. §. ad hoc. de summa Trinitatis. c In li. 4. sententiarum dist. 6. 9. 4. d Verbo monstrum. e Verbo baptismus 3. qu. 10.

f De baptis. g In suo decreto de sacramentis. h In 4. dist. 3. & in 3. part. q. 67. art. 6.

i Capi. si non sanctificatur. & ca. resoluunt. de consecr. dist. 4.

rem intolerabilem apertè fouant: negando tamen, quod talis sit forma Bosnæ, per prædicta.

S V M M A R I V M.

Baptizandus non est rationis capax, qui vult in peccato vel infidelitate perseverare: si tamen baptizetur, habeatque intentionem illud recipiendi, verum recipit baptismum. At infidelium filij vsu rationis carentes, quos parentes, penes quos sunt remaneri, ob id petunt baptizari, ut sic ab infirmitate liberentur, baptizandi sunt, sicut & maiores, qui ideo excitantur ut baptizentur, quia sperant sanitatem corporis recipere.

CONSILIVM V.

QVia interdum reperiuntur Turcæ, & eorum filij grauissimis morbis arrepti, qui in hoc tantum casu baptismum requirant, quod sæpe viderint, aut audierint talibus collatum sanitatem restituisse: queritur, an baptismus iis tali intentione petentibus sit concedendus: vbi sciendum est fratres de Observantia periculum vitæ incurtere, si negent, cum negari sibi hac de causa putent, ne corporis sanitatem consequantur: eoque magis, quia superioribus temporibus multi hoc tantum nomine fuerunt baptizati, & post Concilium Tridentinum fratres prædicti abstinerunt, quod id illis non licere dicerent ex decretis Franciscanæ religionis, non autem Concilij, & de ritu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quia hac ratione mortem subiissent.

1 Respondeo primo, quod nulli peccatori peccato mortifero infecto volenti perseverare in eo est dandum baptismum, per ea, quæ ad hoc citat D. Thomas, a nec consequenter infideli volenti perseverare in infidelitate, ut ipsemet affirmat. b

Secundo, quod si huiusmodi ægroti essent infantes, vel paruuli, qui nondum sunt iudicium rationis assequuti, possunt de consensu patrum baptizari, ut ipsemet receptus, c definit. Si autem sunt adulti, & iudicium rationis assequuti, non sunt baptizandi, si non volunt ab infidelitate recedere, & catechizati credere fidei necessaria: quamuis verum baptismum suscipiant, si veram habent intentionem illud suscipiendi, ut ex prædicto D. Thom. d colligitur. Si autem velint ab infidelitate recedere, & catechizati credere fidei necessaria, possunt, & debent baptizari, etiam si ad id morbus, vel amor salutis incitauerit, cum omnes etiam infideles præceptum de baptismum suscipiendi obliget, secundum eundem D. Thom. e & latius Sotus, f licet D. Thomas ibi non rectè citetur. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

1 Martyrium à prægnante pro Christo assumptum valet facti animato pro baptismo, & prodest ad salutem: immo & is, sicut sancti Innocentes, dicitur pro Christo occisus.

2 Innocentes pro Christo occisi, non quidem proprio merito, cum vsu rationis carerent, sed per gratiam Christi, salui facti fuerunt, & martyrij laureolam adepti.

CONSILIVM VI.

VTrum, sicut mulier grauidæ pro Christo mortem subiens est martyr, ita etiam filius in vtero eius existens, si moriatur cum illa, sit etiam martyr, & saluetur, an verò in limbum cum aliis pueris non baptizatis descendat?

1 Responderetur, quod paruulus ille probabiliter saluabitur cum matre. Tum quia baptismi vicem & effectum habet mors pro Christo illata, cap. baptismi vicem. cum ei annotatis, g & præfatus puer in vtero matris morientis pro Christo moritur pro eodem. Tum quia Innocentes, qui nondum adepti fuerant iudicium rationis, antequam occiderentur iussu Regis Herodis crudelissimi tyranni, salui facti fuerunt, immo & martyrij laureolam seu coronam obtinuerunt, adeo quod festum martyrij eorum celebrat vniuersa Ecclesia intra octauam Natalis Domini, ut est notorium. Tum quia eadem ratio concludit præfatum puerum saluatum iri, quæ concludit præfatos Innocentes saluatos fuisse. Ratio enim, qua præfati Innocentes saluati fuerunt, & martyres effecti, non est quod ipsi suis actibus saluationem illam meruerunt: quia sine

g De consecr. dist. 4.

a 3. p. qu. 88. art. 4. b In ead. qu. ar. 8. ad quartum.

c 2. 2. qu. 10. art. 12.

d Art. 8. c. adductis in eo.

e In d. qu. 88. art. 1. c. qu. 70. artic. 2. ad 3. c. melius in 4. d. 3. g. 1. art. 3. quæstio. 3. f In eod. 4. dist. 5. artic. 1.

iudicio & libero arbitrio, cuius vsus nondum fuerunt assequuti, non poterunt mereri suam saluationem. argumento §. 1. & cap. illud, a & S. Thomas receptus ab alijs, b reiecit opinionem illorum, qui sine iusta & sufficienti auctoritate dixerunt datum fuisse Innocentibus vsus rationis, & liberum arbitrium ad merendam gratiam & saluationem. Et ita, sicut Innocentibus sine suo merito dedit Christus gratiam, ita eadem ratione & misericordia dabit præfato puero illam sine baptismo, & sine vilo merito proprio. Vnde in specie Caietanus, c dixit, quod effusio sanguinis pueri, facta etiã intra vterum matris pro Christo, prodest ipsi puero nondum nato, sicut profuit effusio sanguinis Innocentium ipsis nondum vsus liberi arbitrij & iudicium adeptis. Salua, &c.

Aduerte, quia ex rationibus adductis, ac ex citata auctoritate Caietan. elicitur D. Nauarrum loqui in casu, in quo intentio occisionis matrem pro Christo fertur etiam saltem virtualiter in occisionem filij nondum nati.

DE RELIQVIIS ET VENERATIONE SANCTORVM.

S V M M A R I V M.

1 Reliquias Sanctorum in oratorio in capsulis honestè asseruari, ac in collo deuotè portare licet, dummodo cesset omnis superstitio, & agatur de corporibus nequaquam perpetua sepultura traditis, nisi iam inde licitè extractis. nu. 3. & 4. usque suffragatur consuetudo.

2 Corpora Sanctorum si nondum sint perpetua sepultura tradita, sine alicuius licentia possunt de loco ad locum transferri: quod si sint ei tradita, tunc principis requiritur, vel accedente iusta causa, præfatis sufficit licentia. nu. 3. & 4.

3 Concessa omnia videntur, quæ cum de se mala non sint, non leguntur prohibita.

CONSILIVM I.

AN liceat tenere reliquias corporum Sanctorum in oratorio suo, & portare in collo, vel aliqua alia parte sui corporis, vel suarum vestium?

1 Respondeo, quod S. Thomas videtur tenere quod sic, d quatenus ait licere illas portare in collo ad honorem Sancti, cuius illa sunt, ob fiduciam & spem intercessionis eius ad diuinam maiestatem, modo id fiat sine aliqua vanitate, & superstitione: qualis est, quod vas sit triangulare, aut de illa vel illa materia: & à fortiori licebit eas tenere in aliquo oratorio honesto, vel seruare in aliqua honesta arca.

Pro cuius sententia facit primò l. si necdum, e quatenus habet, posse quem corpus nondum perpetua sepultura traditum sine alius licentia in alium locum mutare.

2 Secundo, quod ea quæ per se non sunt mala, videntur concessa, si non sunt prohibita, argumento l. 1. f & l. si queramus. adiuncta glossa, g at nullo iure naturali, diuino, vel humano authentico quis prohibetur tenere, vel deferre honestè reliquias Sanctorum: ergo, &c.

Tertio, quod legitur, Constantinum, & Helenam matrem eius, & alios multos reliquias habuisse, & portasse, immò & consuetudo fere omnium deuotiorum totius orbis Christiani habet, procurare sibi reliquias aliorum Sanctorum, quas vel portant secum, præsertim ad prælia, & loca periculosa, vel teneant eas domi in aliquo honesto loco ad excitandam deuotionem in eos, & fiduciam sperandæ pietatis à Deo per eorum intercessionem.

3 Non obstat, quod Angelus in summa, h dicat tenendum esse contra Sanct. Thomam, quia non probat id efficaciter: l. enim i. & vltim. i & rationes, quibus mouetur, solum habent, corpus perpetua sepultura datum non esse sine principis licentia transferendum absque causa, neque cù illa absque licentia præfatis: quia Sanct. Thomas non loquitur de translatione corporis Sancti sepulchri, sed de aliqua particula, vel mutatione eius, vel aliquarum rerum ad illum pertinentium, quæ vel nunquam fuerunt perpetua sepultura tradita, vel iam iusta cum facultate fuerunt translata, vel mutata.

4 Quare merito etiam Syluester, k contradicit Angeli

a 15. q. 1. b In 2. 2. qu. 124. art. 1.

c Super dist. art. 1.

d In 2. 2. qu. art. 4. ad 3.

e C. de religio. & sumpt. fune.

f ff. de testib. §. ff. de test.

h Verbo reliquia. §. fin. i C. de religio. & sumpt. fune.

k In summa verbo reliquia. §. 5.

consentiendo aliis à se citatis. Non obstat etiam ca. Corpor. Sanctorum de loco ad locum non sunt transferenda sine licentia principis, &c. quod magis facit pro Angelo, quam illa quæ ipse citat: quia eodem modo responderi potest illi, ut responsum est prædictis legibus, & ita glossa expressè limitat illud non procedere in corporibus Sanctorum non traditis perpetuè sepultura, per d. l. si necdum. Salua, &c. Vide consil. 9. de sepul.

S V M M A R I V M.

- 1 Reliquia sanctorum nec venales exponi, nec extra capsam ostendenda: minus tamen peccat qui eas vendit, quam qui terram cæmeteriorum, in quibus corpora sanctorum sepulta fuerunt, per campos dispergunt cum periculo etiam dispergendi reliquias eidem permixtas.
2 Dubitans probabiliter, an quid liceat, si illud facit, peccat, sicut & qui contrauenit conscientia probabiliter dubia.

CONSILIVM II.

Abbas ex cæmeterio Sancti N. ubi legitur tot Sanctos martyres sepultos fuisse, extraxit puteolanam ad ædificandum, disperfitque terram per campos. Queritur, quam pœnam incurrit.

- 1 Respondeo, prædictum D. Abbatem videri grauiter deliquisse. Tum quia prohibitum est l. Cæsarea 3. vt nemo martyres distrahat, neque mercetur. Tū quia reliquias Sanctorum non debent exponi venales, neque ostendi extra capsam, ubi sunt repositæ, & propter reuerentiam, quæ debetur eis: & prædictus Abbas licet non videatur vendidisse reliquias martyrum ecclesiæ S. N. videtur tamē eis irreuerentiam fecisse extrahendo prædictam terram puteolanam, intra quam est verisimile multas reliquias cõminutas ex ossibus & corporibus Sanctorum in terram conuersas commixtas inueniri potuisse, quandoquidem maior irreuerentia videtur eis facta, quam si vendidisset eas, vel exposuisset vendendas aliquibus in finem reuenter colendi eas.
2 Tum quia non videtur excusari posse prædictus Abbas ob ignoratiã: quia verisimile videtur eum sciuisse, in cæmeterio tot millium martyrum, & tot Pontificum à tanto tempore ibi sepultorum, multas reliquias tã osium, quam corporum esse permixtas terræ prædictæ, quæ extraxit, & disperfit: & cū id sit verisimile omnibus, maximè erit prædicto Abbati, qui credere debuit id quod adeo verisimile est, iuxta l. quia verisimile. cum ei adnota. d nam & non solum peccat qui contrauenit ei, quod certū est non debere fieri, sed etiam qui probabiliter dubitat an debeat fieri, & facit, iuxta c. dubius in fide infidelis est. e & non solum delinquit qui contra conscientiam certā facit, sed etiam qui cõtra probabiliter dubiam, vt latè nos tradimus in cap. qualitas, f post S. Thom. 8 quandoquidē ( vt ibi probatur) qui dubio probabili peccandi mortaliter se exponit, mortaliter peccat, iuxta illud. h Qui amat periculum, peribit in illo.

S V M M A R I V M.

- 1 Crucis signum ne sculpatur in pavementis statuere potest Synodus diocesana & prouincialis.
1 Statuere contra ius cõmune et si non possit Synodus prouincialis, vel Episcopalis seu Episcopus, hoc tamen secundū aliquos non procedit, quando per hoc statutum reduceretur res ad ius antiquum, nequando derogatur consuetudini, quæ est præter ius, vel solum permissa, non autem approbatiua.

CONSILIVM III.

Utrum Synodus Prouincialis, vel Episcopalis possit statuere, ne signum crucis pingatur, vel sculpatur in aliqua re humi iacente?

- 1 Respondeo, videri probabile, posse Concilium Prouinciale statuere id, quod statuit Imperator in l. 1. Tum quia est constitutio iuri communi consona. Tum quia Episcopus potest statuere contra ius commune nouum redeundo ad ius commune antiquum, secundum Panorm. & quosdam alios, quos citat Felinus. k
Tum quia licet hoc displiceat Felino, tamen non est hoc statuere contra ius commune, sed solum contra consuetudinem generalem, vt videtur probare cap. in his. &

cap. Catholica, a & nos tradimus in Manual. confess. b ad proponitum satis huic simile, post alios ibi citatos, negari tamen possit, quod sit generalis consuetudo, cū in plebisque partibus abstineatur ab huiusmodi sculptura, & pictura. Tum quia dici posset, quod consuetudo contraria prædictæ legi Cæsareæ videtur potius permissiua, quã approbatiua, inter quas magna differentia est secundum glossam, e & tradita per Ioannem Andream. d Tum deniq; quod propter hæc omnia satis iustè potest dici prædictam constitutionem esse potius præter ius quã cõtra illud. Salua, &c.

DE OBSERVAT. IEIUNIORVM.

S V M M A R I V M.

- 1 Vigilia Pentecostes est ieiunanda, & ita se habet generalis Ecclesiæ consuetudo.

CONSILIVM I.

Respondeo, quod vigilia Pentecostes est ieiunanda, per ca. nosse. e vnde glossa. §. necessario posita sub ca. scire. f reprehendit Gratianum, qui vitus est contrarium tenere per d. cap. scire. & subdit quod Ecclesiæ consuetudo generalis habet, quod debeat ieiunari vigilia Pentec. quod addo ipse, quod in omnibus regnis, in quibus moratus sum, tam Gallia, & Lusitaniã, quã Castellã, Nauarrã, & Romã, ubi nunc moror, consuetudo habet ieiunandi prædictam vigiliam, quamque vbique ieiunauit, & ieiuno, gratia Deo, qui nos omnes ieiuniorum amatores faciat. Amen.

S V M M A R I V M.

- 1 Ieiunium Quadragesima duo præcipit primum, vt totam, secundum, vt singulos dies eius ieiunemus: & qui fregit primum, teneatur adhuc seruare secundum.

CONSILIVM II.

AN qui fregit ieiuniū quadragesimale, teneatur ieiunare reliquos dies Quadragesimæ, qui supersunt? Respondeo quod sic: quia præceptum de ieiunanda Quadragesima duo præcipit, alterum, vt ieiunemus totã, alterum, vt ieiunemus singulos quosq; dies eius: ita quod, licet fracto priori præcepto nõ ieiunando vno vel altero die, teneatur quis reliquos singulos quosq; dies ieiunare, vt colligitur ex his quæ determinat S. Thomas, 8 & ibi Caietanus, h & ex his quæ nos tradimus in Man. conf. i

S V M M A R I V M.

- 1 Ieiunare valentibus famulis, & cœnam petentibus debet dobet dominus denegare, etiam si inde debeat reputari auarus.

CONSILIVM III.

DUeros suos, cū possent, non ieiunare, eosdem admonuit, vt si possent, ieiunent: sed quia credit eos clam comedere, non curat amplius rem indagare, ne habeatur pro auaro. Dubitatur, an teneatur ad aliquam maiorem diligentiam, & ad quam, maximè cum credat eos sine aliqua causa iusta ieiunium frangere.

- 1 Responderetur, quod præfatus dominus debet denegare cœnam famulis potentibus ieiunare, non curando de opprobrio auaritiæ, immo gaudendo, cum maledicant ei propter Deum, iuxta illud, Beati eritis, cum maledixerint. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Dispensatus vt secretè & sine scandalo diebus pisculentis carnis vesci possit, non coram sociis, sed separatim eas ita comedere potest, vt alij videant, quod in quo potest Ecclesiæ obediat.

CONSILIVM IIII.

AN DISPENSATVS, vt possit comedere carnes diebus pisculentis secretè, & sine scandalo, possit eas edere coram sociis, quibuscum ordinariè comedit?

- 1 Quæstio hæc satis magna est: & pro parte quidem affirmante faciunt illa, quæ nos scripsimus de publico, &

a 11. dist. b Cap. 21. nu. 5. c Cap. denique. 4. dist. d In Mercu. ca. peccatum. die regu. iuris c. 6.

e Et per c. de ieiunio. 76. dist. f 76. dist.

g 2. 2. q. 147. h Artic. 6. & 7. i Cap. 21. nu. 20. & 27.

a Ca. 27. nu. 210. b L. in omnibus. ff. de cõd. & demonstr. & cap. fin. de preben.

occulto & pene occulto, in Manuali confessat. a Pro parte verò negante facit, quod in omnibus dispositionibus mens & intentio disponentis est seruanda, b & quod mens & intentio Papæ dispensantis cum hac clausula videtur esse, ne solito modo cum aliis sociis domesticis, & exteris aduenientibus, comedat, sed quod ita comedat, vt scientes eum comedere intelligant eum recognoscere, quod Ecclesia sancta sanctè instituit dies ieiuniorum, & alios pisculentos, in quibus abstinendum sit à carnibus, & quod præstat ei obedientiam, quam potest præstare, licet non possit eam, quam omnino deberet. Et ita separatim eas comedat. Et ad opposita, quæ ex loco supra citato adduci possent, responderi potest, procedere in aliis materiis, in quibus alia mens & intentio statuentis Ecclesiæ consideratur: quamuis in præsentia non liceat per occupationes id speciatim & singularem monstrare. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Dictiones, huiusmodi, præfata, dicta, faciunt relationem restrictiuam ad præcedentia.
2 Priuilegia, dato aliquo quod operentur, restringenda.
3 Dispensationes exorbitantes odiosa sunt, & restringenda.
4 Ieiunium ecclesiasticum differt à ieiunio per Iobelaum, vel confessarium, vel voto, vel alia causa particulari indictio: vnde dispensatus per Cruciatam, vt comedendo oua satisfaciat ieiunio ecclesiastico, non tamen comedendo illa satisfaciet aliis prædictis ieiuniis. num. 1. & seq.

CONSILIVM V.

Gregorius XII. concessit Cruciatam, cum clausula, vt qui acciperent illam, possent comedere oua & lacticia diebus, quibus est indictum ieiunium ecclesiasticum, & satisfacere huiusmodi ieiunio, seruando alia, quæ requirit ieiunium: postea Sixtus V. concessit Iobelaum cum ieiunio feria quarta, sexta, & sabbati. Quaritur, an gaudentes clausula Cruciatæ, & ieiunantes secundum formam eius, satisfaciunt ieiuniis indictis à Sixto in bulla sui Iobelai?

- 1 Respondeo, quod non. Tum quod dispensatio, siue priuilegium prædictæ clausulæ Cruciatæ solum concedit facultatem comedendi oua & lacticia in diebus ieiuniorum Ecclesiasticorum: cõcedit etiam facultatem gaudentibus illa, vt possint comedere oua & lacticia in diebus ieiunij Ecclesiastici, & quod seruando alia, quæ requirit ieiunium, censeatur satisfacere huiusmodi siue præfato ieiunio: quod est restringendum ad ecclesiasticum: verbum enim præfatum, vel huiusmodi, sunt restrictiua ad illud, quod refertur iuxta l. huiusmodi, cum ei adnotatis, e & sic habent verba Hispana Cruciatæ, Guardando enlo demas la forma del ayuno ecclesiastico Ioan vltos hauer complo y satisfecho al dicho ayuno.
2 Tum quia priuilegia, licet ita sint interpretanda, vt aliquid operentur vltra ius commune, cap. in his. de priuileg. non sunt tamen extendenda ad alios effectus, dato aliquo, quem operentur, & ad quem sint vtilia, vt tradit Panormitanus, d quem copiosè cum multis aliis citat & sequitur Decius, e & consequenter præfatum priuilegium non debet extendi ad alios effectus, dato aliquo, quem opererur: & interpretando, quod præfatum priuilegium operatur quo ad ieiunia ecclesiastica, siue ab Ecclesia iure communi instituta, non est extendendum ad ieiunia per præfatum Iobelaum inducta.
3 Tum quod dispensationes, quæ exorbitant à iure communi, quale est prædictum priuilegium, sunt odiosæ, & restringenda. f
4 Tum quod à separatis non fit illatio, g & secundum proprium & vulgarem modum loquendi aliud est ieiunium Ecclesiasticum à communi iure inductum, & aliud ieiunium, quod quis vouet, & aliud ieiunium à confessore in pœnitentiã impositum, & aliud ieiunium alio respectu particulari impositum: & consequenter priuilegium datum ad moderandum ieiunium Ecclesiasticum institutum à iure communi, non est extendendum ad ieiunium votum, vel à confessore iniunctum, vel à summo Pontifice, vel ab aliquo alio Superiore ad aliquem particularem respectum impositum alicui particulari homini vel personæ: quale fuit ieiunium iniunctum à S. D. N. ad quæren-

d In c. certifi. cari. de sepul. e In ca. 1. nu. 16. de rescrip.

f Ca. ea que. & c. odia. de regulis iuris lib. 5. g L. Papinia. nus. ff. de minorib.

dam Iobelai indulgentiam propter grandem & particularem respectum. Tum quod generi per speciem derogatur, a & consequenter præceptum speciale factum de ieiunando à summo Pontifice, quod præsumitur factum de modo ieiunandi secundum ius commune, derogat priuilegio generali satisfaciendi ieiunio Ecclesiastico. Salua, &c. Vide consilium sequens, quod licet alicui videri possit, non tamen est huic contrarium.

S V M M A R I V M.

- 2 Priuilegium præsertim personale non extenditur vltra proprietatem verborum.
3 Ieiunare dicitur, qui necessitate ductus aliud non habens, edit quidem carnes, sed in reliquis ieiunium obseruat: quia necessitas facit, vt carnes sint cibi ieiunij: quod & dici probabiliter potest de eo, cui Papa concessit, vt diebus ieiuniorum possit vesci carnis, & ouis. num. 2. verba tamen concessioni in primis erunt ponderanda. num. 1.

CONSILIVM VI.

Papa fecit facultatem N. comedendi carnes & oua diebus ieiuniorum. Queritur, an ipse N. lucretur meritum ieiunij seruando alia, quæ requirunt ieiunia.

- 1 Respondeo primò, quod cū non viderim breue, non possum cum certitudine integra respondere. b Secundo, quod priuilegium præsertim personale non debet extendi vltra id quod verba propriè significant. c Tertio, quod potest dubitari, an facultas vescendi carnis & ouis in die ieiunij includat facultatem, vt ille, qui eam habet, censeatur ieiunare seruando reliqua, & an sit maior facultas, quæ datur comedendi verita, cum facultate, vt seruando alia censeatur ieiunare, quã simplex facultas comedendi verita in die ieiunij, super quam quæstionem multa possent dici.
2 Ego verò nunc (salua mente Papæ) inclino in partem affirmatiuam: quia videtur sua Sanctitas, concedendo huiusmodi facultatem, virtualiter concedere, vt carnes & oua sint priuilegiato cibi quadragesimales, vel cõuenientes diebus ieiunij, & consequenter, quod talibus vescens non censeatur vesci nisi cibis cõuenientibus diebus ieiunij: ex quo sequitur, quod comedendo tales cibos non frangit ieiunium, & quod verè ieiunat, & consequenter consequetur meritum ieiunij.
3 Sicut credo quod consequeretur illud, qui, quia non potest habere panẽ & cibos quadragesimales, comederet semel tantum in die carnes, aut oua, aut lacticia: quia necessitas facit hos cibos quadragesimales, quales etiam facit priuilegium Papæ, quia in vtroque videtur esse eadem ratio.

DE ECCLESIIS ÆDIFICANDIS, VEL REPARANDIS. S V M M A R I V M.

- 1 Pensionem habens super beneficio tenetur pro rata ad reparationem illius Ecclesiæ, nisi pensio ab omni onere sit libera.

CONSILIVM I.

Queritur an pensionarius clericus habens pensionem impositam super aliquo beneficio Ecclesiastico, & fructibus eius, teneatur pro rata soluere impenfas faciendas in refectione tecti & parietum Ecclesiæ.

- 1 AD HANC QUÆSTIONEM responderetur primo, quod eam tractat Gigas doctor egregius in tract. responforum ad quasdam quæstiones ei propositas super pensionibus, d & responderet affirmatiuè, quod sic, si nõ fuit imposita ita, vt esset libera ab omni onere, &c. vt frequentissimè imponi solet à sancta Sede Apostolica. Secundo, quod si pensio prædicta non fuit imposita ita, vt solueretur libera ab omni onere, Dominus cõsultens tenetur ad soluendos sumptus in prædicta refectione factos pro rata redituum prædicti beneficii. Et quia fundamenta, quibus prædictas Gigas mouetur, apud eum, & apud allegatos ab eo videri possunt, & quia etiam non vacat ob alias occupationes, remitto consulentem ad ea. Aliqua ad accessoria huius quæstionis pertinentia videri possunt per Felinum, e & per Caccialupum, f & glossam celebrem. g Salua, &c.

a Ca. generi. de regu. iuris lib. 6. & in regul. in toto. ff. eodem.

b L. inciuile. ff. de legib. c Cap. porro. de priuileg.

d Que. 5.

e In c. ad audientiam. 2. de rescrip. f In tract. de pension. q. 10. & 16. g In clem. 1. de lacim. in gloss. 1.



DE IMMUNITATE ECCLESIA RVM, COMMETERII, ET RERV M ad eas pertinentium.

SVM MARI VM.

Iudex extrahens ab Ecclesia exempta hominem, & iussus ab eiusdem Ecclesia Prætor vt captum restituat, non satisfacit, si captum liberum abire permittat, vel se subiiciat obedientie Episcopi non habentis in illa Ecclesia iurisdictionem.

CONSILIV M I.

EX Ecclesia exempta prætor hominem malefactorem extraxit, & postea Episcopo ordinario se submisit, & incarcerato fugiendi facultatem fecit, & Ecclesia exemptæ conseruator mandatum dictum carceratum restituere. Dubitatur, an prætor pœnam per monitorium conseruatoris positam incurrerit.

1 Respondetur primò, desiderare me videre copiam mandati conseruatoris, vt certius respondere possim, iuxta l. vt responsum.

Secundo, inclinare me multum ad dicendum Dominum prætorem de rigore iuris incurrisse pœnam, quia non restituit captum illi Ecclesie, de qua cepit eum: quia non excusat ab inobedientia illa submissio, quam fecit Episcopo, qui non habebat iurisdictionem in illa Ecclesia exempta.

Tertio, putare me facile consequuturum eum gratiam cum Prætor, eo quod permiserit fugere, & ita facere libertatem, vt possit, si veller, redire ad Ecclesiam prædictam regularem, in cuius porta fuit captus: nisi aliquid aliud, quod tamen non proponitur in casu, pacem inter eos impediatur. Salua, &c.

SVM MARI VM.

1 Iurisdictionem etiam seculari ad personas ecclesiasticas spectantem sibi usurpans laicus incidit in excommunicationem bulla: & hoc modo dicta iurisdictione ad dictos ecclesiasticos ratione dignitatis ecclesiastica spectet, aliis non. num. 2.

3 Patronus laicus, cui competunt mensis quatuor tantummodo ad præsentandum, is dicitur, cui, etiam si sit clericus, competit id ius præsentandi ratione bonorum laicalium: Ecclesiasticus autem, cui dantur mensis sex, est, cui dictum ius ratione tituli ecclesiastici competit.

4 Ecclesiasticus, inter quos etiam sunt monachi, etiam si non sint clerici, insolita etiam mediata vel indirecte imponens onera incidat in bullam Cœnæ.

5 Ecclesiasticus onus illud censetur impostum, quod ita eorum subditis imponitur, vt ipsi cogantur illud in effectu subire.

CONSILIV M II.

Prætor & magistratus ciuitatis N. incolas castri Turris S. Seuerini ad suum tribunal traxerunt, & eis imposuerunt onus soluendi singulis annis cereum in recognitionem dominij. Et cum iurisdictione dicti castri pertineret ratione abbatie ad Abbatem monasterij sancti Seuerini, & cum indirecte onus Abbas, & monasterium soluere cogatur, quaritur, an prætor, & homines de magistratu in bullam Cœnæ incidant.

Dubium prædictum videtur resoluendum affirmatiuè, videlicet prædictum prætorem, & prædictum magistratum incurrisse excommunicationem bullæ Cœnæ: Domini duplici capite. Vnum est, quod qui vsurpat iurisdictionem pertinentem ad personas ecclesiasticas, incidit in illam, & prædicti, vt præsupponitur in dubio, vsurparunt iurisdictionem pertinentem ad Abbatem sancti Seuerini, qui est persona ecclesiastica: nam decreuerunt, & relaxarunt mandatum executorium contra subditos prædicti Abbatis, quos sciebant illi esse subiectos, & à iurisdictione sua exemptos: nec prodest illis dicere, quod non vsurparunt iurisdictionem ecclesiasticam, sed seculares tantum: quia ad incurrendam illam, sufficit vsurpare iurisdictionem pertinentem ad personam ecclesiasticam, modo pertinet ratione dignitatis ecclesiastica, vt nos declaramus in septima declaratione decimæ quartæ excommunicationis in Manuali.

2 Vbi dicimus dictum Caietani ibi citatum intelligendum de vsurpante iurisdictionem secularem pertinentem ad personam ecclesiasticam ratione sui patrimonij sepa-

rati à bonis ecclesiasticis, & non de pertinente ad personam ecclesiasticam ratione dignitatis, vel bonorum, quæ antea erant seculares, & per donationem, vel alias facta sunt ecclesie, quibus est annexa iurisdictione temporalis, vt in casu nostro.

3 Sicut in simili patronus clericus habet semestre ad præsentandum, & laicus quadrimestre, & licet clericus, qui est patronus ratione patrimonij sui separati à bonis ecclesiasticis, censetur patronus laicus, iuxta cap. cum dilectus, adiuncta glossa & doctrina communi: qui tamen habet præsentationem ratione dignitatis suæ, censetur ecclesiasticus, etiam si eam habeat ratione bonorum secularium donatorum ecclesie suæ, vel beneficio.

4 Alterum caput est, quod qui imponunt onus insolitum ecclesiasticis personis, incidunt in excommunicationem decimam quartam prædictæ bullæ, vt ex ea patet: & licet prædicti prætor & magistratus solis laicis directè & immediatè imposuerint onus insolitum recognoscendi in superiore castri Turris sancti Seuerini ciuitatè N. mediata tamen, & indirectè imposuerunt illud Abbati monasterio, & monachis, qui sunt ecclesiastica persona, etiam si non essent clerici. Cum si prædictum castrum deberet subire onus soluendi prædictum cereum in recognitionem dominij, Abbas & monachi prædicti deberent recognoscere prædictam superioritatem quo ad prædictum castrum: & qui vult antecedens, vult etiam consequens, quod illud necessariò consequitur, iuxta l. illud, cum allatis ibi per Iasonem, & cap. præterea, cum citatis ibi per Decium, & qui vasallo & domestico facit iniuriam, videtur eam domino facere. Salua, &c.

SVM MARI VM.

1 Fructus beneficiorum, vt tales, subiacere potestati & dispositioni laicorum, asserere, impietatem sapit quandam: illorumque administratio ita Papa est reseruata, vt de illis laicus princeps non possit se intromittere. num. 3. attamen postquam à clericis in alios fuerunt translati, tunc effecti profani laici subiacere poterunt potestati. num. 3.

1 Beneficium ius spirituale est dependens, & spirituale quid in recipiente requirit, vt eius sit capax.

2 Beneficium non solum prout est ius percipiendi fructus ecclesiasticos, sed & eius prædia sunt quid sacrum: quique ea vsurpat, est sacrilegus.

3 Christus est verus dominus bonorum ecclesiasticorum, Papa summus administrator.

4 Iudices laici si non præcipiendo, sed rogando petunt ab Episcopo monitoria, Concilio non contraveniunt Tridentino.

CONSILIV M III.

Quæsitum fuit primò, an fructus beneficiorum ecclesiasticorum subiaceant potestati, & dispositioni laicorum.

Secundo, an particula illa decreti Concilij Tridentini, ibi, Nec ad eas concedendas cuiusvis secularis, etiã magistratus, auctoritate adducatur, aduersetur stylo parlamentorum Galliarum præcipientium Episcopis, vt dent literas monitoriales ad effectum reuelandi.

1 AD PRIOREM QVÆSTIONEM respondeo, quod impietatem quandam sapere videtur, asserere fructus beneficiorum ecclesiasticorum, quatenus sunt tales, subiacere potestati laicorum. Tum quia beneficia sunt iura spiritualia, vel certe illis annexa, non quidem antecedenter, vt est ius patronatus, sed dependenter, quod est plus, ita quod ad capacitatem illorum requiritur vt præcedat quiddam spirituale, quo quis fiat capax eorum, iuxta capit. cum adeo, & tradit S. Thomas receptus ab omnibus.

2 Tum quia ipsemet paulò prius, dicit, non solum beneficia, quæ sunt iura percipiendi redditus ecclesiasticos, vt definiuit Petrus ab Ancharano, Calderinus, & ibi resolutè Felinus, sed etiam prædia ipsa ecclesiarum, quatenus sunt talia, esse sacra, & qui diripit ea, vel abique solemnitate ecclesiastica vsurpat, est sacrilegus.

3 Tum quia per plura irrefragabiliter probauimus in tractatu de redditibus ecclesiasticis, D. N. Iesum Christum esse verum & plenariè Dominum omnium bonorum ecclesiasticorum, non solum iure illo generali, quod,

a Ca. cum au tem. de iur. patr. b Ca. cu propter. eod. tit. c De iure patr. d Arg. c. i. s. veru. de iur. patr. in o.

e Ca. non dubium. cap. de monialibus. de sententia excommunicationis. ff. de acqui. hered. l. 2. ff. de iurisdic. om. iud. g De officio deleg. h Clem. 1. de excess. pralæ. in princ. vbi Card. not. 2.

i Ca. 3. de re for. sess. 25.

k Ca. dilecto. de proben. l De rescript. ca. ex literis. de transact. m In 2. 2. qu. 100. ar. 4. n Qu. 99. ar. 3. o In cap. 1. de reg. iur. lib. 6. p In ca. in no. stra. qu. 3. de rescript. q Nu. 9. r Ca. sunt qui opes. & cap. quisquis. 17. q. 4. s Qu. 1. mon. 21.

a Psal. 13.

b Sess. 9. s. c. cum. finit.

c Notab. 29. num. 2.

d De iudi.

e 90. dist. & cap. nouit. de iudi.

f Cap. 17. nu. 201.

g Conf. 490.

h De censib. i Et tot. tit. ff. & c. de donat. k Et tot. dist. 88. & ex toto titulo ne cleri vel monachi.

Domini est terra & plenitudo eius, sed etiam speciali, quali quilibet homo est dominus rei sibi donata, vel aliis legitime quaerita: adeo quidem, quod post Concilium Tridentinum, quod ibi citauimus, non liceat opinari contrarium. Tum quia Concilium Lateranense sub Leone X. habitum, b in indiuiduo declarauit Papam esse summum administratorem & dispensatorem omnium fructuum beneficiorum, & Reges & principes nullam super hoc habere potestatem: quem s. etiam nos allegauimus in tractatu de lobelæo. c Dixi supra, quatenus sunt tales, id est fructus & redditus beneficiorum: nam quatenus sunt res vendibiles, & emibiles, & translatae à beneficiariis in aliquem per aliquam dispositionem licitam ab Ecclesia probatam, quia per illam facta sunt profana, possunt dici subiecta Regum & principum potestati.

4 AD SECVNDAM respondeo, particulam illam præfati Concilij non esse contrariam praxi celeberrimorum & omnigena eruditione præfatorum parlamentorum. Quandoquidem non est credibile parlamenta illa Christianissimi Regis auctoritate collecta, vt stylo præceptiuo in rogando Episcopos, vt dent literas monitorias in quaestione contentas: quia id esset contra omnia iura naturalia, diuina, & humana, vt palam est: sed stylo prætorio, vt in omnibus terris, quae ipse incolui, fieri intelleximus: quod non est contrarium præfato Concilio quod verat, ne Episcopi auctoritate laica eas dent, quia id intelligendum est eo modo, quo cap. 2. d decernit, ne iudices ecclesiastici spiritualia negotia iudicio laicorum expediant: per quod non prohibet expedire aliqua ad preces & literas precatórias Regum, principum, & aliorum iudicum laicorum. Quod si replicetur præfata parlamenta vt stylo præceptorio, & quali superiores iubentes aliqua suis inferioribus, emendandus est vti contrarius iuri diuino, & sacris canonibus irrefragabilibus qualia, sunt cap. quoniam. 10. dist. cap. cum ad verum ventum est, & alia multa, per quæ, vt arbitror, Rex Christianissimus id admonitus facile iubeat emendare. Salua, &c.

SVM MARI VM.

1 Gabella nedum personalis, sed nec pro rebus propriis potest imponi clericis, etiam quando eas vendunt in territorio, vel extra illud, etiam vt alteri donent, modo non causa negotiationis, seu non gratiuiti contractus expresse vel tacite iuri transferrant. num. 1. 3. & 4. & cum dubitatur an causa negotiationis transferrant, eorum statum iuramento. num. 4.

CONSILIV M IIII.

Respublica N. imposuit nouum pedagium, siue portorium, ita vt etiam ecclesiasticis dono mittens aliquos fructus, etiam ad ecclesiasticos, teneatur portorium soluere. Quaritur, an incurrerit aliquam censuram.

1 Respondeo primò, ad hanc quaestionem responsuro conuenire multum legere statutum, vel declarationem, qua præfata Respon. imposuit, vel declarauit impostam præfatum gabellam, seu portorium ex his, quæ dono mittunt subiecti eius existentibus extra territorium eius, contra omnia iura, quæ vetant imponi, & exigi à clericis gabellam personalem, vel de rebus propriis eorum, quæ nos tetigimus in Manuali nostro confessari. f & copiosius citant Decius, g & citati ab eo: vt melius intelligeret causam, finem, & intentionem huiusmodi impositionis & exactionis.

2 Secundo, quod iuxta iura communia canonica non potest prædicta gabella, seu portorium exigi licite à clericis mittentibus dono pro xenio aliquos fructus de suis hortis & arboribus collectos alicui amico, vel domino, etiam extra territorium existentibus: quia secundum illa non possunt cogi ad soluendum portoria, vel gabellas de rebus propriis, vel de fructibus eorum, nisi causa negotiationis ea transmitterent, iuxta clementinam vltim. h cum donatio non sit genus negotiandi, cum sit contractus gratuitus, & negotiatio fiat per contractus non gratuitos, vt colligitur ex l. 1. & 2. i iuncto capit. negotiatorem, & capit. eiciens. k

3 Tertio, quod clerici per iura communia supra dicta non debent vllam gabellam impostam à potestate seculari de fructibus propriarum rerum, quos vendunt intra territorium suum: ergo neque portorium ab eadem im-

positum pro transmissione ad aliud territorium per viam donationis, argumento à fortiori: quia magis debetur de rebus venditis, quam de rebus donatis, vt colligitur ex prædictis iuribus, & a Panormitano & ex præfato consilio Decij, qui citat multos asserentes Ecclesiam non debere gabellam de quaeritis ex titulo lucratiuo.

4 Quarto, quod glossa notabilis, b communiter recepta habet, quod si inter clericum, & publicanum, seu eius exactorem fuerit controuersia, an res, pro qua petitur gabella, deferatur causa negotiandi, vel alia, & non possit alio modo probari, deferatur iuramentum clerico deferenti: cui sequens est non deberi portorium à clerico, nisi sciatur eum deferre causa negotiandi.

Per quæ omnia, & alia, quæ adduci possent, respondendum videtur, non esse soluendam prædictam gabellam, seu portorium à clerico mittente dono aliquid, etiam extra territorium, nisi dolo, vel fraude excusandi portorium mitteret illud nomine doni, factò fortè prius expresse vel tacite pacto, vt is, cui mittitur, tantumdem vel plus remittat nomine doni, quod est in causa, vt suspicer prædictam Remp. moram fuisse ad iubendum solui prædictum portorium ex fraudibus clericorum, quæ præfato modo & aliis conseruarent fieri publicanis suis: cum fraus & dolo nemini patrocinari debeant. c Ob quod conueniret, vt dixi, nosse finem, & causam, quæ mouit prædictam Remp. ad imponendam, vel declarandam prædictam exactionem. Salua, &c.

SVM MARI VM.

1 Bona clerici patrimonialia non gaudent priuilegio bonorum ecclesie, nisi in casibus in iure expressis, vel ad illorum titulum loco beneficij sit ordinatus.

2 Clericus soluens sponte collectas peccat, sed non excommunicatur, exigens autem sic.

CONSILIV M V.

Sacerdos habet patrimonium, ad cuius titulum suit ordinatus.

Quaritur primò, an teneatur ad collectas publicas laicorum, quæ in dies imponuntur.

1 Respondetur primò, quod quamuis inter doctores res controuertatur, communis tamen conclusio habet, quod bona patrimonialia non gaudent regulariter priuilegio bonorum ecclesie, nisi in casibus à iure expressis, vt tradit Panormitanus, d & alij multi, quos citat & sequitur Felinus. e

Secundò, quod hæc conclusio fallit in bonis patrimonialibus, quæ habet clericus ordinatus ad illa data ei pro titulo ordinationis loco beneficij: quia pro huiusmodi bonis gaudet priuilegijs bonorum ecclesie, etiam in casibus non expressis à iure, per glossam, f quam citat & sequitur Felinus, g & Decius, h qui omnes firmius tenuerunt, si tempore suo Concilium Tridentinum statuisset de huiusmodi patrimonio illa, quæ statuit, i vbi prohibetur tale patrimonium alienari, nisi de licentia Episcopi, &c.

Tertio, quod ex his sequitur decisio quaestionis, scilicet quod huiusmodi clericus non tenetur ad soluendas collectas impostas, vel imponendas de huiusmodi patrimonio, plusquam de alijs bonis ecclesie.

2 AD SECVNDAM respondeo primò, quod ob solam solutionem collectæ, quam non debet ex illo patrimonio, non incurrit vllam censuram. Tum quia cap. clericis, k per quod Bonifacius VIII. statuit, vt incurreretur excommunicatio ab eis, qui soluerent huiusmodi indebita sine licentia, vel auctoritate Papæ, fuit correctum & sublatum à Concilio Viennensi. l Tum quia licet dici possit huiusmodi solutionem veteri per Innocentium III. m non tamen excommunicauit soluentem, & ita remansit sola excommunicatio Concilij Lateranensis positi in cap. non minus, n in quo tamen nihil statuitur contra soluentem, sed contra exigentem tantum.

Secundò, quod probabiliter dici potest eum peccatum grauius, si sciens & credens non teneri ad soluendam illam soluerit sponte sine timore iusto incurrendi aliquod maius malum, quia videtur transgredi præfatum celebre cap. aduersus. o Salua, &c.

a Conf. 6. lib. 1.

b In clem. vlt. de censib.

c Cap. Sedes Apost. de rescript.

d In c. fin. de vita & honestate cleri. & in c. si diligenti. de foro compet. e In ca. ecclesia sancta Maria. de constit. nu. 8. sub finem. f In c. Episcopus. de prob. g Vbi supra nu. 10. h In d. c. Episcopus. nu. 11. i Ca. 2. de reform. sess. 21.

k De immunit. eccles. lib. 6.

l In clem. fin. eod. tit. m In c. aduersus. de immunit. ecclesiarum. n Eodem tit.

o De immunit. eccles.

S V M M A R I V M.

- 1 Statutum vt confrater sine consensu Prioris non possit confratrem in ius coram Ecclesiastico vel seculari iudice vocare, sub pena expulsiōnis à confratria, non est contra libertatem Ecclesie.
- 2 Libertatem Ecclesiasticam non ledit statutum continens consilium sancti Pauli de non litigando.
- 3 Statutum bona fide seruans nullam incurrit censuram, etiam si reuera esset contra libertatem Ecclesiasticam.
- 4 Tempus immemorabile habet vim privilegij si allegetur, etiam si per illud derogetur Ecclesiastica libertati.

C O N S I L I V M V I.

Q Vædam confratria disciplinatorum ante centum annos inter alia statuit, vt nullus confratrum posset alterum confratrem conuenire coram iudice Ecclesiastico, vel seculari, super spiritualibus, vel temporalibus, nisi de consensu Prioris præfata confratriæ, sub pena expulsiōnis à confratria. Quæritur, an huiusmodi statutum sit contra libertatem Ecclesie.

1 Respondeo, quòd non. Primò quidem, quia, si vlla ratione præfatum statutum esset contra libertatem Ecclesie, maximè foret, eo quod tollit confratribus libertatem conueniendi confratres super spiritualibus coram Episcopis: quia tamen ratione non potest dici contra libertatem Ecclesie. Tum quia præfatum statutum nihil in effectu continet aliud à consilio B. Pauli Apostoli, <sup>a</sup> ibi, Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum, sed frater cum fratre iudicio contendit. Tum quia illud statutum non attingit nisi volentem illud seruare: partim, quòd non cogit nisi volentem intrare confratriam, quam nemo cogitur intrare: partim, quòd confratrem nulla alia pœna punit, quàm quod desinat esse frater confratrum: partim, quòd alioquin etiam votum virginittatis esset contra libertatem ecclesiasticam, per quam clerici minorum ordinum possunt ducere vxores.

2 Secundo, quòd præfatum statutum in effectu solum statuit, vt qui nò vult seruare consiliũ Pauli, nò sit confrater illius confraternittatis: & absurdum esset dicere, quòd facere obseruare consilium Pauli apud aliquam confratriam, esset contra libertatem Ecclesie, apud quam totam Paulus volebat illud seruari: & ita non dicendum.

3 Tertiò, quòd præfati confratres bona fide, sinceròque corde à maximo tempore tenent illud statutum in sua confraternittate: quòd sufficit ad hoc, vt non incidant ob id in aliquam censuram, secundum Innocentium, <sup>c</sup> quem communiter receptum retulimus in Manual. confessar. <sup>d</sup>

4 Quarto, quòd tempus immemorabile habet vim privilegij, <sup>e</sup> & ita præfata confraternitas potest se tueri allegando priuilegium habuisse faciendi & retinendi tale statutum, secundum mentem omnium ferè scribentium. Salua, &c.

N E C L E R I C I V E L M O N A C H I S A C V L A R I B V S N E G O T I I S S E I M M I S C E A N T.

S V M M A R I V M.

- 1 Tutelam & curam minorum suscipere nec Episcopus, nec sacerdos secularis coguntur, etiam si sint miserabilium personarum, licet Siluester & alij contrarium senserint. num. 3. possunt tamen: & hoc, modo non accipiant illas turpis lucri gratia, vel ob alium malum finem, num. 2. quia tunc etsi non incurrant suspensionem, possunt tamen puniri. num. 5.
- 3 Exequutor testamenti, tutorque, & curator esse potest nedum presbyter secularis, sed etiam religiosus, modo obtineat à suo superiore licentiam.
- 4 Miserabiles personæ reputantur omnes curatore, vel tutore egentes.

C O N S I L I V M I.

A N Presbyter possit licitè suscipere tutelam, vel curam minoris?

Respondeo primò, quòd de tutela & cura minoris idem videtur quo ad hoc propositum iudicandum, per textum in hoc mihi notandum in cap. peruenit. <sup>f</sup>

1 Secundo, quòd generaliter omnes clerici, & monachi sunt exempti à qualibet tutela & cura, per l. generaliter, & siue tutela sit legitima, quæ lege defertur, siue datiuæ, quæ à iudice datur, siue testamentaria, quæ à testatore defer-

atur, iuxta illos titulos de legitimis tutoribus & curatoribus datis ab his. <sup>a</sup>

2 Tertiò, quòd presbyteri, & etiam Episcopi possunt suscipere illas, si volunt, sine vllius alterius licentia, modo non suscipiant illas gratia turpis lucri, vel auaritiæ, vel ad alium finem malum, quoniam omne, id cuius finis malus est, ipsum quoque malum est. <sup>b</sup>

3 Quarto, quòd etiam religiosus potest esse exequutor testamenti, petita tamen & obtenta Superioris licentia, <sup>c</sup> & eadem ratione tutor, vel curator, vt rectè ait Siluester, <sup>d</sup> addens, quòd tutelam miserabilium personarum tenentur suscipere: quòd ante ipsum dixerunt & alij, vt in his Cardinalis Turrecremata. <sup>e</sup>

4 Quòd tamen nulla ratione probatur, & videtur reprobari, eo quòd indigentes tutoribus & curatoribus censentur miserabiles personæ, vt satis probat præfatum cap. peruenit, & tota dist. 87. & 88.

5 Quintò, quòd presbyter, & alij prædicti, qui malè suscipiunt tutelam vel curas, non incurunt iuris communis suspensionem ipso iure, per præfatum cap. peruenit, quòd solum dicitur esse subiiciendos correctioni, quam dictionem glossa malè videtur exponere per suspensionem, vt colligitur. Tū quia ex Hugone Archidiacono & Turrecremata sanius intelligunt de correctione arbitrio maiorum faciendæ, & sic de pœna imponendæ à iudice, & non ipso iure. Tum quia nullibi probatur, quòd verba illa, subiacent correctioni, vel castigationi, debeant intelligi de pœna ipso iure, cum alienum sit à sua significatione, cumque mitior intelligenda sit alia, & in dubio intelligenda est lex de mitiori pœna. <sup>f</sup>

S V M M A R I V M.

- 1 Presbyter doctoratum in iure civili etiam sine licentia Episcopi assumens nullam pœnam incurrit, peccat tamen capiens sine sufficienti scientia.

C O N S I L I V M I I.

Q Væstio est, an presbyter beneficiatus possit sine licentia sui ordinarij doctoratus gradum in iure civili asumere sine incurfu alicuius censuræ, irregularittatis, & sine amissione beneficij.

1 Respondeo, quòd si presbyter, de quo loquitur quæstio, caller sufficienter leges ciuiles, poterit asumere doctoratus gradum in iure civili sine incurfione irregularittatis & censuræ, & sine periculo perdendi beneficium, licet non habeat licentiam sui ordinarij, secundum opinionem, quæ nobis magis placet, Panormitani. <sup>g</sup> Si autem non caller satis leges ad sumendum gradum doctoratus in eis, peccabit eum asumendo, iuxta glossam, <sup>h</sup> sed non incurret vllam censuram: sicut etiam, si ignoraret canones, & assumeret gradum in eis, peccaret quidem, iuxta prædictam glossam sed non incurret censuram. Et addo nihil prodesse ipsi licentiam ordinarij: quia non potest eam dare ordinarij, iuxta notata in dicto cap. super specula, & alibi communiter. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Medicina exercitium prohibetur clerico existenti in sacris, alias non, nisi habeat beneficium etiam non sufficiens ad sui sustentationem: non tamen ob id incurrit censuram, vel irregularittatem: peccaret tamen id faciens, num. 2. sine dispensatione Pape, num. 4. immo nec peccaret, si causa pietatis, vel etiam causa cognationis, vel instantis necessitatis infirmi, vel suæ, vt sic sibi, cum aliunde non habeat, victum lucretur. n. 3.

C O N S I L I V M I I I.

D E Medico clerico seculari prima tonsura vel minoribus tantum ordinibus insignito, & habente duas capellanas non reddentes victum ei sufficientem, an medendo peccet?

Respondeo primo, præfatum Dominum consulentem debere cauere, ne committendo, vel omittendo peccet aliquod septem generum peccatorum, quæ prohibentur, & esse peccata diximus in Manuali confessar. <sup>i</sup> de peccatis medici, & chirurgi, cum declarationibus eisdem ibidem habitis.

1 Secundo, debere item cauere, ne vtatur officio, & arte medica: quia licet clericus simplex ordine sacro & beneficio ecclesiastico carens non peccet officio & arte

a ff. C. de in. fir.

b Ca. cum m. niter. 3. qu. 5. c. Ca. 2. de testam. li. 6. d. In verbo tutela. qu. 3.

e In d. ca. peruenit. num. 5.

d Ca. 27. nu. 11. e Arg. illud. ff. ad le. A. qui.

f Cap. is qui. de sent. exco. mu. li. 6.

g Et 2. de postulau.

h Ca. 25. nu. 111.

i Cap. in par. de regul. iur. li. 6. cum ei annotatis.

g In ca. super specula. à nu. 10. ne cleric. vel monach. h 2. elem. 2. de magist.

i Cap. 25. nu. 60.

medica vtens, plusquam laicus medicus: ordine tamen sacro insignitus, vel habès beneficium Ecclesiasticum peccat vt èdo eis, ca ratione, quòd est officium secularè, cuius exercitium prohibetur clericis, & monachis, per rubric. ne clerici vel monachi secularibus negotijs se immisceant, & Concilium Tridentinum: per quòd innouantur canones, & statuta vetantia clericis negotia secularia: in quòd facit etiam capit. 6. <sup>b</sup> eiuſdem Concil. licet non aq̄e clarè, quæ duo capp. etiam nos citamus in Manual. confess. <sup>c</sup> Nec obstat, quòd beneficia Domini consulentis sint parui prouentus, & ad victum eius honestum non sufficientia: quia in ea sumus opinione, quæ tenet beneficium etiam non sufficientis victui honesto obligare ad recitandas Horas canonicas: quam nostram sententiam efficaciter probamus contra Dominicum Sorum in Enchirid. de oratio. <sup>d</sup> & qua ratione obligat ad Horas canonicas, debet etiam obligare ad vitanda officia secularia. <sup>e</sup>

2 Tertiò responderetur, quòd præfatus D. consulens solo iure communi attento non incurret excommunicationem, nec vllam aliam censuram, nec irregularittatem propter exercitium artis prædictæ medicina, licet peccaret per prædicta: quia nulla talis pœna incurritur ipso iure, nisi alicubi exprimat. <sup>f</sup>

3 Quarto, quòd posset etiam licitè sine vlla dispensatione curare causa pietatis infirmos miserabiles, & pauperes, & mea sententia etiam causa cognationis, & instantis necessitatis ægroti, & etiam ipsiusmet consulentis, si egerit, argumento capit. 1. <sup>g</sup> quia necessitatis propriæ causa posset etiam negotiari, & aliquo honesto officio vel arte victum honestum sibi quærere, per ea quæ citamus in dicto Manuali. <sup>h</sup>

4 Quinto, quòd indiget dispensatione Pape ad curandum per prædictam artem generaliter quoscumque infirmos diuites, & pauperes, propinquos, & extraneos sine peccato, vt prædictum est. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Generalia verba mandati & præcepti ad licita restringenda sunt.
- 2 Constitutio Gregorij XIII. contra receptatores bannitorum lata ligat etiam clericos eis fauentes, extra casum confessionis, & alios in quibus iure naturali vel diuino eos iuuare tenentur: nemini autem præcipit, vt bannitos denunciaret. num. 2.
- 3 Tolerare bannitos qui prohibentur, non ideo censentur obligati ad eos denunciandos.
- 4 Denunciatio bannitorum quando non potest nisi cum propria mortis periculo fieri, in dubio non est censenda per legistatorem præcepta.

C O N S I L I V M I I I I.

S Vper contentis in bulla Gregorij XIII. contra receptatores bannitorum, &c. dubitatur primò, an omnes teneantur accusare, propalare, vel denunciare bannitos. Secundo, an esto laici teneantur ad accusandum, denunciandum, & propalandum, etiã clericis teneantur ad idem.

1 Respondeo primò, quòd alicui videri posset nò includi clericos, vel monachos in prædicta bulla. Tum quia nullam de illis specialem mentionem facere videtur: & quòd nullam mentionem facit de Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Decanis, Canonicis, &c. Tum quòd meminit in specie Duces, Marchiones, Comites, & alios seculares, siue laicos. Tum quòd verba illa, Ecclesiastica dignitate præditus, &c. Beneficio ecclesiastico priuati, possent intelligi de dignitate, & beneficio temporalis, quam, vel quòd quis teneret ab Ecclesia. Tum quòd clerici vel monachi non possunt licitè facere multa, quæ in ea iubentur, & verba generalia restringenda sunt ad licita. <sup>i</sup>

2 Tum denique quòd non est tanta ratio includendi eos, cū rati videantur clerici, vel monachi fauentes huiusmodi sanguinariis, & grassatoribus: & quòd constitutio est valde exorbitans à iure communi, & pœnalisissima, ideòque restringenda. Sed quia vtitur illo verbo generali, Quicumque, & illis verbis, Etiam ecclesiastica dignitate præditus, & illis, Ecclesiastica dignitate, vel mundana cuiusuis conditionis, & ordinis, & illis, Ecclesiastico beneficio: & quia conditor eius, ad quem pertinet interpretari, <sup>k</sup> est præfens: & quòd etiam Ecclesiastici solent aliquibus eorum malè fauere: non auderem excludere illos, qui eis fauerent extra casus factæ confessionis, & alios, in quibus iure naturali vel

a Et ca. 1. de reſor. ſeſſ. 22.

b De reſor. ſeſſ. 14. c. Cap. 25. nu. 111.

d Ca. 27. nu. 11. e Arg. illud. ff. ad le. A. qui.

f Cap. is qui. de ſent. exco. mu. li. 6.

g Et 2. de poſtulau.

h Ca. 25. nu. 111.

i L. ſi procurator. ff. de cõ. ditio. indeb. c. 1. de iur. iur. li. 6.

k L. ſi. C. de legib.

A diuino tenerentur eis fauere.

2 Secundo, quòd non videtur quæquam per eam teneri ad accusandum, vel denunciandum: quoniam nulla eius parte id cauetur: licet in vericulo communitates, &c. iubetur, vt vniuerſitates, quæ nouerint accessum, stationem, vel transitum aliquorum illorum, debeant pulsũ campanæ conuocare populum armatum, illòſque capere, si possunt, & si nò possunt, commonefacere finitimas qualesque communitates, vniuerſitates, vel dominos, non tamen iubet id singularibus personis, quas mox obligat ad alia diuerſa, in quibus non includitur accusatio, nec denunciatio, quãuis includatur receptatio, & largitio, & opitulatio per cibum & comestum & aliud ad euadendum: & iustus non tollerare, non videtur iustus accusare, vel denunciare.

3 Tum quòd apud emendatè loquentes, tolerare, significat sufferre, vel sustinere, vel tenuerit alere: & ita potest quis non tolerare contradicendo, vel nolendo cõuerſari, vel cohabitare, licet non accuset, neque denunciaret. Tum quòd aliud est non tolerare iniuriam, & aliud deferre illam iudici: pãſim enim videmus nobiles non tolerantes iniuriam, neque deferentes eam in iudicium, & multi non tolerant excommunicatos, nec deferunt eos in iudicium, vt colligitur ex toto tit. de ſentent. excommunicat.

4 Tum quòd si S. D. N. voluisset obligare omnes ad accusandum, vel denunciandum, id expreſſiſſet, vt ait cap. ad audientiam, <sup>a</sup> sicut expreſſit in ſua extrauag. ab ipſo. Tum quòd periculòſiſſima & morti vicina est huiusmodi denunciatio: & legiſtator præſertim iuris callentiſſimus, qualis est S. D. N. nouit non debere legem ligare aliquem ad huiusmodi periculòſiſſima, iuxta cap. erit aurem lex, <sup>b</sup> declaratum per S. Thomam. <sup>c</sup> Tum denique quòd ipſemet S. D. N. nouit, quòd leges huiusmodi denunciationses præcipientes malè recipiuntur à populo: nouit enim quòd extrauagans 2. <sup>d</sup> quæ hoc præcipit, numquam fuit recepta, vt tradimus in Manual. confessar. <sup>e</sup> neque extrauagans prædicta, ab ipſo, quantum ad hoc est recepta. Salua, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Ius ciuile etiam respiciens materiam criminalem prælegere, & super eo commentarios scribere nequaquam clericis beneficiatis etiam in dignitate constitutis prohibetur, nec ob id incurritur aliqua irregularitas. num. 2. auditio autem iis solum prohibetur, qui sunt sacerdotes, vel habent dignitates, seu personatus, vel sunt monachi. num. 1.
- 3 Absolutio & dispensatio petita ab eo, qui ea non eget, ei nò nocet.

C O N S I L I V M V.

N Lector materiam criminalium in Academia Romana aliquot beneficia à Papa obtinuit, propter quòd prima tonsura insignitus fuit: & cum ipse Papa illi propitijs esset, ad maiorem cautelam abſolutionem cum noua prouisione petiit, vt & lectionem criminalem, & dicta beneficia retinere posset: applicatione quæ signata, & ad registrum missa, Papa vita functus est: vnde in expeditione literarum orta fuit difficultas.

Quæritur primò, an dispensatio sit necessaria.

Secundo, si nocet pro illa fuisse supplicatum.

A D P R I M A M respondeo, quòd si antequam conferrentur D. consulenti prædicta beneficia, assumpsit primam tonsuram, de qua loquitur, vt par est credere, non indiget noua collatione, nec noua expeditione bullarũ, nec vlla dispensatione ad prælegendum ius ciuile: quia non habet dignitatè, neque est presbyter, nec monachus: nec etiam indigeret dispensatione ad prælegendum iura ciuilia propter beneficia præfata, quæ nò sunt dignitates, nec personatus, neque officia, de quibus loquitur cap. de multa. <sup>f</sup> neque per consequentiam ad prælegendum partem iuris ciuilis, quæ materiam criminalem continet.

2 Tum per rationem prædictam. Tum quia non vetatur prælectio legum ciuiliũ etiam constitutis in dignitate, sed tantum auditio, vt post Innocentium tradimus nos in Manual. nostro confess. <sup>g</sup> neque debet timere incurſionem irregularittatis, eo quòd prælegit materiam criminalem, quia illa non incurritur propter prælectionem legum criminalium, neque propter commentarios super illis compositos, sed tantum propter homicidium, vel mutilationem factam, ope, consilio, vel auxilio ad id præſtitum, & ob eam præstationem consequute.

a De decim.

b 4. dist. c. 1. 2. qu. 95. art. 3.

d De ſimo. c. Ca. 27. nu. 106.

f De præben. & cap. super specula. ne clericus vel monach.

g Ca. 27. nu. 16.

a 1. Corinth. 6.

b L. nã quod absurdum. ff. de bonis libert. c. ad audientiam. de decim. c. In ca. nouerit. in fin. de ſent. exco. mu. d. Ca. 27. nu. 119.

c Cap. super quibusdã. §. praterea. de verb. signifi. & hoc iure. §. ductus a. quæ. de aqua quoti. & astina.

f 80. dist. §. C. de Episcopis & clericis. ca. generaliter. 10. q. 1.



*a In e. venerabilis. de electio. verbo postulavit. b 5. dist.*

3 AD SECUNDAM respondetur, quod nihil nocet ei petitio dispensationis prædicta. Tum quia non est necessaria per prædicta: quia petitio etiam absolutionis ab excommunicatione nõ inducit necessitatem eius, licet petatur, ut satis sentit glossa singularis, <sup>a</sup> quatenus loquitur de petitione ad cautelam, & allegat capit. ad eius. <sup>b</sup> & Panormitanus communiter receptus post multos à se citatos tenet: & citius ipse consulere D. consulenti, ut eiiceret eam à domo, si haberet in arca, quam quæreret, ut eam miseret in illam: quia ad nihilum prodesset, & veniens in manus alicuius parum, eruditi posset nocumentum facti afferre, licet non iuris; quo ipse defenderetur, & ideo relinquat dormire. Salua, &c.

SVMMARIVM.

*1 Clericus in minoribus constitutus, beneficio carens potest sine peccato etiam in criminalibus patrocinari, nec eget ad id indulto: quod si eidem se talem narrati concedatur, non tamen ei ascendenti ad sacros, vel postea obtinenti beneficium proderit, sed peccabit patrocinando, non tamen incurrit irregularitatem, si ex suo patrocinio mors non sequatur.*

CONSILIVM VI.

**C**lericus in quatuor minoribus constitutus, cupiens promoueri ad sacros, fecit se absolui, eo quod patrocinatus fuisset in causis civilibus & criminalibus: & post huiusmodi absolutionem patrocinatus est in causis civilibus sæcularibus. Quæritur, an indigeat de nouo absolui, si ad sacros ordines promoueri voluerit, & an idem sit, si in causis civilibus Ecclesiasticis sit patrocinatus, & quid dicendum, si in indulti patrocinandi supplicatione narretur, quod in quatuor minoribus ordinibus constitutus existat, nullumque habens beneficium: Vtrum si ad ali-

**A** quem sacrorum ordinum promouetur; vel beneficium sine cura obtinuerit, indultum ipso iure fiat nullum?

**1** Respondeo primò, quod nullus clericus, siue tantum quatuor minoribus, siue etiam sacris initiatus, incurrit excommunicationem, vel aliam censuram patrocinando in causis, siue sint ecclesiastica, siue sæculares, & siue criminales, siue civiles: quia nullo iure id cauetur: quamuis peccaret etiam mortiferè id faciendo, si haberet beneficium Ecclesiasticum, vel si constitutus esset in sacris, licet non haberet beneficium, <sup>a</sup> incurreret tamen irregularitatem, si ex suo patrocinio sequeretur mors, vel mutilatio membri, per ea quæ habentur in cap. *sententiam sanguinis*. <sup>b</sup>

**B** Secundo, non posse satis facillè intelligi, à quibus fuit absolutus Dominus consulens, eo quod in quatuor minoribus constitutus patrocinatus fuerit, cum non dicat se tunc habuisse beneficium, nec proponat se incurrisse irregularitatem, nec petiisse dispensationem super illa.

Tertio, quod etiam ex primo dicto sequitur, non indigere ipsum absolutione aliqua noua, nec dispensatione, si non fuit patrocinatus in causis criminalibus, ita ut ex eius patrocinio mors, vel mutilatio sequuta fuerit.

**C** Quarto, quod indultum præfatum, ut posset patrocinari in statu quatuor minorum, & carens beneficio, non fuit indultum, nec priuilegium, sed ius commune, quandoquidem constitutus in quatuor minoribus tantum, & omni beneficio carens, nullo iure prohibetur patrocinari, per præfatum c. 1. <sup>c</sup> & resolutionem Panormitani communiter recepti: & perinde debet iudicari de ipso, ac si non habuisset illud indultum, quia frustra precibus impetratur, quod iure communi conceditur.

Quintò, quod posteaquam fuerit aliquo sacro ordine insignitus, vel aliquod beneficium etiam simplex adeptus, non poterit patrocinari virtute illius indulti, nec iure communi, nisi in casibus permisis in dicto capit. <sup>e</sup> Salua, &c.

*a Ca. 1. de postul.*

*b Ne clerici vel monachi.*

*c De postul.*

*d L. 1. ff. ad municip. c. gloss. cap. 1. de rescript.*

*e De postul.*

FINIS TERTII LIBRI, QVO PRIMA PARS ABSOLVITVR.

*Deo Iesu Christo aterni Dei aterni filio, qui noster Aduocatus & Index est, sit gloria & honor in perpetuum.*